27234

BULLARIUM FRANCISCANUM

ROMANORUM PONTIFICUM

CONSTITUTIONES, EPISTOLAS, AC DIPLOMATA CONTINENS

TRIBUS ORDINIBUS

MINORUM, CLARISSARUM, ET POENITENTIUM

A SERAPHICO PATRIARCHA

SANCTO FRANCISCO

INSTITUTIS CONCESSA

AB ILLORUM EXORDIO AD NOSTRA USQUE TEMPORA

JUSSU ATQUE AUSPICIIS REVERENDISSIMI PATRIS MAGISTRI

FR. DOMINICI ANDREÆ ROSSI

DE PISAURO

MINORUM CONVENTUALIUM VICARII GENERALIS APOSTOLICI

Conquisitis undique Monumentis editum, ac Notis illustratum

STUDIO ET LABORE

FR. JOANNIS HYACINTHI SBARALEÆ

PRÆFATI ORDINIS SACRÆ THEOLOGIÆ MAGISTRI

TOMUS III.

BIBLIOTH DE VILLE DE LYON

A CLEMENTE IIII. AD HONORIUM IIII.



Mengs del. P. Ant. Pazzi ſc.

Hic est ille, qui opere et doctrina Chriſti ſuſtentabit Eccleſiam. Innoc. III. Ex S. Bonav. in Leg. S. Franc. c. 3.

ROMÆ MDCCLXV.

Typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide

SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO DOMINO

CLEMENTI XIII.

PONTIFICI OPTIMO MAXIMO

FR. DOMINICUS ANDREAS ROSSI PISAURENSIS

ORDINIS FRATRUM MINORUM SANCTI FRANCISCI CONVENTUALIUM VICARIUS AUCTORITATE APOSTOLICA GENERALIS

PROSPERA OMNIA ET FAUSTA.

MULTÆ me cauſæ (BEATISSIME PATER) & ſatis graves impulerunt , quamobrem tertium ejus operis volumen, quod Apoſtolicæ in Ordinem Fratrum Minorum indulgentiæ, propenſionis, planeque ſingularis beneficentiæ monumenta complecti-

Digitized by Google

tur, inſcriptum dicatum vellem Sanctitati Tuæ, idque ut rite facerem, Clementiam Tuam exorarem. Initio intelligebam, maximopere fas eſſe, Pontifici Maximo hæc omnia offerri, quæ eſſent a Romanis Pontificibus profecta. Ortum, progreſſum, incrementa omnia ſua hic Ordo; dignitates, ornamentaque cuncta, quibus eſt cohoneſtatus; tot, tam ſæpe iterata privilegia, minimeque vulgaria; ingentia beneficia, quibus illum abunde Petri Sedes cumulavit, uni eidemque Apoſtolicæ Sedi, quam moribus, ſapientiâ, curis, laboribus, tueris & exornas, libenti non modo animo accepta refert, ſed prorſus devoto. Ergo & duo illi, qui in hunc locum meum proximi ante me aſcenderunt, idem, quod ego modo, cœperunt conſilium. Qua pietate ingenuos liberos vehementer decet eſſe in parentes optimos, quibus niſi referunt, at certe perennes habeant, agantque gratias, neceſſe eſt; eâdem illi probe animati primum, atque alterum ejuſdem operis volumen, ad Thronum iſtum Tuum, Pater Sanctissime, attulerunt. Nimirum id agebant unice, ut ſolemni acceptorum beneficiorum recordatione, plenâ illâ ſane officii & honeſtatis, omni Catholico Orbi hic Minorum cœtus ſignificaret, ſe tantum eſſe, ac tanti fieri, quantum eſſe, & quanti fieri Romani Præſules voluerunt; voluiſſe porro illos, & eximium eſſe, & plurimi hunc Ordinem fieri.

Atque illis quidem viſa eſt, in hoc tam bono conſilio æquiſſima inhærere juſtitiæ ratio, atque pietatis; me præterea movit grati, devinctiſſimi Tibi, ob propen-

ſiorem

Digitized by Google

ſiorem in me voluntatem Tuam, animi ſenſus. Ambos illos ad hunc ſummum dignitatis gradum conſentientia omnium hominum ex hoc Ordine ſtudia evexere: ego ut eodem honoris, auctoritatiſque loco eſſem, talis quidpiam neque meritus unquam, neque cogitans, una Tua benignitas, & effuſior in me favor iſte Tuus effecit. Recuſaverone vero, PATER BEATISSIME, quominus Tuum ſit jure optimo, quidquid præclarum, pluribus profuturum, manſurumque in œvum, præſtantes ingenio doctrinâque hujus Ordinis viri perfecerint me auctore, qui tot nominibus ſum Tibi obnoxius? Ex hâc maximâ laude meâ nihil quidquam ego decerpam, ſi ſanus ſim, nedum illam convellam.

Neque ingentem illam tacitus præteribo utilitatem, quam rebus, fortuniſque conciliaſti Sodalium meorum, cum his voluminibus delectatus, eadem ſiviſti, prorſus Auguſto Nomine Tuo illuſtrari. Sæculo enim ſuperiore meorum Fratrum ingenia aliquanto plus æquo, nec enim diſſimulabo, proniora viſa ſunt, ad eam Theologiæ partem pertractandam, quæ Hæreticorum acumina retundit, & ſophiſmatum imbecillitatem demonſtrat. Verum ſive mortalium animi æſtu quodam ſuo irrequieto, & vi penitus inſitâ, ægre in mediocritate conſiſtant; ſive illarum rerum ea ſit natura, quæ ex controverſiis controverſias nectens, controverſiarum exitum, arte repertum nullâ, forte, caſuve quodam raro inveniat: ſive demum illorum temporum curſus minime æquus, & ratio nonnihil impedita, inter meos homines nobiliſſimarum obſuerit

rit ſtudiis litterarum; paullatim evenit, ut ſcholæ pleræque, loquaciores verius, quam diſertæ, ſæpe uni paterent contorquendorum arti ſyllogiſmorum. Haud quidem ego illam ineptam dixerim, aut contemnendam; ſi tamen & judicium accedat, neque modus deſit: rixarum certe intemperantia nunquam ſe mihi probabit. Subita tum vero exarſit, propitio Deo, hìc in Urbe, & in Galliis, ſplendidiſſima lux eruditionis: Laurentium dico Brancatum Cardinalem ampliſſimum, & Antonium Pagium, & duos, qui illum æmulati ſunt, nepotes, Franciſcum, atque alterum Antonium. Incredibile dictu eſt, quam cito non Italorum modo oculos meorum, ſed & omnium, qui trans Alpes incolunt, fulgentiſſima illa lumina excitaverint, illuſtraverint, compleverint. Protinus in regiam illam regreſſi ſumus tradendæ Theologiæ viam, in quam ſe dedit, a qua nunquam deceſſit antiquitas: alacres operam, labores, vigilias noſtras illi potius impendimus ejus diſciplinæ parti, cui credendarum, agendarumve rerum, ſolemne eſt, dogmata præceptioneſque ponere, atque ſtabilire. Quantum inde cœperit opportunitatis & commodi Sponſa Chriſti Eccleſia, fidem fecit Innocentius XI., cujus reveremur memoriam cum nominis immortalitate conjunctam: ille Brancatum ſacrâ Romanâ Purpurâ adauxit. Fidem fecerunt honorificentiſſima Gallicanorum Præſulum, & Romanorum Cardinalium judicia de Antonio Pagio Majore. Fidem fecit Benedictus XIV., cujus in diviniorum diſciplinarum peritiâ pares tulit vetuſtas paucos; amore vero illorum, quos bonæ litteræ,

& opti-

& optima in Eccleſiam merita commendaviſſent, illo ſuperiorem tulit profecto neminem. Atqui ille ita oblectatus eſt junioris Antonii Pagii ingenio, ut in totius Ordinis conventu eundem pro concione laudaverit, profeſſus palam, ſe hominis deſiderio teneri. Quid pluribus ago? Judicium Tuum appello, Pater Sanctissime. Præſtantiſſimos duos ex hoc meo cœtu Theologos, Laurentium Ganganelli, & Joannem Baptiſtam Colombini, quantos illos Viros, quam graves & cautos in ſententiis dicendis, in conſiliis ineundis quam ſagaces, quam expeditos non Ipſe expertus es? Theologiam illi Divinarum Litterarum monumentis, ſanctiſſimorum Virorum præceptis, Conciliorum ſanctionibus inſtitutiſque, & plurimo doctrinæ ſtudio conſecuti ſunt. Quare a ſacris illis interioribus Litteris, quibus iidem ſeſe fere abdiderant, voluiſti, eos in publicum & magnum deſcendere uſum tractandæ rei Eccleſiaſticæ in magnâ iſtâ temporum noſtrorum varietate. Neque Te vero ſpes fefellit, quam de illis conceperas: eſt hoc Tibi in more poſitum, qui inanibus, aut ambitioſis voluntatibus non cedis, ut juſtas foveas, ſtudio communis utilitatis incenſas, neque excolendo impares officio. Itaque alterum inter Purpuratos Patres conſidere juſſiſti: alteri ampliſſimam, & cum primis nobilem adminiſtrandam Beneventanam Archidiœceſin credidiſti. Horum porro emolumentorum, quæ ab optimis diſciplinis capit Eccleſia, partem non mediocrem, tum meliorem, tum etiam quotidie faciliorem efficit, Eccleſiaſticæ

ſticæ

Digitized by Google

ſticæ Hiſtoriæ diſcendæ ſolerter navata opera, & Pontificiis cognoſcendis enarrandiſque epiſtolis impenſus aſſidue labor. Hiſce ut in ſtudiis immorentur mei homines, ut hìc terant illam ætatis partem, quæ vacat a ſanctioribus, gravioribuſque curis, & opto vehementer, & pro viribus enitor, & ejus rei uſque ſatago. Cedet profecto res ex animi mei ſententiâ, cedet e re Eccleſiæ, ſi hoc quoque volumen ita placere Tibi, meus Ordo ſenſerit, quemadmodum priora duo placuiſſe Tibi, pergrataque fuiſſe, multis Tuis, minime dubiis ſignificationibus certiores facti ſumus. Aut omnia me fallunt, aut illi facultati nunquam cultores deerunt, cui a tanti Romani Pontificis Majeſtate, Sapientiâque, tantum accedat decoris, laudis, celebritatis, ſplendoris. Te, Pater Sanctissime, maximo Eccleſiæ ſuæ bono diu ſoſpitet clemens Deus: mihi ad Pedum oſcula provoluto, omnique Ordini meo, elargire, rogo & oro, Apoſtolicam Benedictionem.

FR. DO-

Digitized by Google

FR. DOMINICUS ANDREAS ROSSI
DE PISAURO
Artium, & Sacræ Theologiæ Doctor,

TOTIUS ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI CONVENTUALIUM

VICARIUS GENERALIS APOSTOLICUS.

CUM Tertium Tomum Operis, cui Titulus BULLARIUM FRANCISCANUM, a R. P. M. F. Hyacintho Sbaralea compoſitum aliquot Ordinis Noſtri Theologi juſſu noſtro recognoverint, & in lucem edi poſſe teſtati fuerint, facultatem concedimus, ut Typis tradatur, ſi iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum &c.

Datum Romæ ex Ædibus noſtris SS. xII. Apoſtolorum die 18. Januarii 1765.

Fr. Dominicus Andreas Rossi
Vicarius Generalis Apoſtolicus.

Fr. Joſeph Maria Donelli
Secr., & Aſſiſt. Gener. Ord., ac Provinc. Angl.

VOlumen Tertium Bullarii noſtri Franciſcani diligenter inſpeximus, nihilque in eo Fidei, aut moribus contrarium deprehendimus. Magna vero Eccleſiaſticorum documentorum ſupellex, quæ ibidem promicat eruditiſſimis adnotationibus exornata tam rei Minoriticæ, quàm Pontificiæ illuſtrandæ, atque aſſerendæ plurimum valitura eſt. Quamobrem publici juris fieri poſſe, ac debere cenſemus.

Datum in Conventu SS. XII. Apoſtolorum Urbis die 14. Julii 1764.

Fr. Joſeph Antonius MARTINELLI *Miſſion. Ord. Proc. Gen., & Sacræ Indicis Congregationis Conſultor.*

Fr. Laurentius SAVORINI *Minor. Convent. S. T. M., & Public. Philoſoph. Profeſſ.*

IM-

Digitized by Google

IMPRIMATUR

Si videbitur Revm̃o Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

D. Jordanus Archiep. Nicomed. Viceſgerens.

APPROBATIONES.

Tertium Bullarii Franciſcani Tomum, ſumma diligentia & integritate collectum, notiſque eruditiſſimis illuſtratum, quem, demandante Reverendiſſimo Patre Fr. Thoma Auguſtino Ricchinio Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro, accuratè perlegi, maximo uſui futurum exiſtimo, non iis tantum qui res & Antiquitates Eccleſiaſticas cognoſcere, & ſcrutari amant; verùm illis etiam, qui ad propugnandam Catholicam Fidem, atque refutandos hæreticorum errores operam impendunt. Tam copioſe enim, & luculenter, tantaque cum diligentia judicioque ex Pontificum Romanorum Diplomatibus per ordinem diſpoſitis, Clariſſimus Collector tum antiquam Eccleſiæ diſciplinam illuſtrat, tum Evangelicorum Seraphici Ordinis Adminiſtrorum indefeſſos pro tuenda amplificandaque orthodoxa Religione labores aperit, & exponit, ut & idonea ſubſidia armaque adverſus omnes ferè hæreſes ſuppeditet; & Sacræ Profanæque Hiſtoriæ, ſequioris præſertim temporis, plurimum lucis afferat. Quamobrem quum nihil in hoc Tomo deprehenderim, quod ſanæ doctrinæ, aut bonis moribus adverſetur, digniſſimum cenſeo, qui typis excudatur.

Romæ è Bibliotheca Vaticana Kalendis Decembris MDCCLXIV.

Joſeph Simonius ASSEMANUS *Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus.*

Quamquam præclariſſimus Scriptor, *Magiſter Hyacinthus Sbaralea*, quo die ad Beatæ Immortalitatis portum migravit, tertium hocce *Bullarii Franciſcani* Volumen exoptatæ editionis honoribus evulgatum videre nequiverit, ad illud tamen edendum perficiendumque materiem ſuis reliquit undique diſpoſitam plenèque comparatam. Atque iſtud ipſum eſt, quod ego, ut alia duo ſuperiora pari cum voluptate legi, diligenterque expendi. Id enim ut facerem juſſerat mihi Reverendiſſimus P. Sacri Apoſtolici Palatii Magiſter *Thomas Auguſtinus Ricchinius*. In eo perinde ac in ceteris admirari mihi licuit vim illam, eruditionis ac doctrinæ maximam, qua vir ſummus mihique imprimis cariſſimus excellebat: quodque ad rem noſtram propius ſpectat, nihil in eo offendi, quod ſive orthodoxæ Fidei regulis, ſive Chriſtianæ ac Monaſticæ diſciplinæ legibus, ſive etiam Apoſtolicarum Conſtitutionum dignitati non exactè reſpondeat. Æquum itaque eſt, ut & hoc ceu poſthumum optatiſſimi *Sbaraleæ* opus in lucem prodeat, cæteriſque illius ingenii monumentis adjunctum, tam egregii Scriptoris nomen cum apud ſuos, tum apud univerſam Litterariam Rempublicam ad ſempiternam memoriam propagare valeat. Ita cenſebam.

Ex ædibus S. Auguſtini XVIII. Kal. Febr. an. MDCCLXV.

Fr. *Auguſtinus Antonius* GEORGI *Procurator Generalis Ordinis Erem. S. Auguſtini, Publicus in Rom. Sap. Archigymnaſio Scripturæ Sacræ Profeſſor, & S. Rit. C. Conſultor.*

IMPRIMATUR

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Ord. Prædicat. Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

IN-

Digitized by Google

INDEX CHRONOLOGICUS

DIPLOMATUM TERTII TOMI.

CLEMENS IV.

1265. 18. Martii. I. *Lectio Nidroſien. Archiepiſcopi committitur etiam Guardiano Conv. Bergen.* Pag. 1.

20. Martii. II. *Card. Legatus licentiam tribuere poſſit certis mulieribus ingrediendi Monaſteria Clariſſarum.* 2.

17. Aprilis. III. *Indulgentia pro Eccleſia Conventus Certimundi in Tuſcia.* 3.

IV. *Item alia pro eadem Eccleſia, ſed aliis diebus.* 3.

25. Aprilis. V. *Pro abſolutione Epiſcopi Roſſen. a regimine.* 4.

26. Aprilis. VI. *Ne quis Anteraden. Eccleſias audeat perturbare.* 4.

28. Aprilis. VII. *Epiſcopus Rapoten. liberatur a regimine Eccleſ.* 5.

3. Maji. VIII. *Anicien. Epiſcopo pro ampliatione Conventus FF. Min.* 5.

12. Maji. IX. *De Maſſilien. Præbenda Clerico C. A. tribuenda.* 6.

. . . . . . X. *Regi Franciæ pro Rege Angliæ contra rebelles.* 7.

1. Junii. XI. *Pecunia a Fr. Simone O. M. recepta alteri tradatur.* 9.

3. Junii. XII. *Card. Legatus utatur opera Fratrum etiam Ord. Min.* 9.

8. Junii. XIII. *Committitur electio Præpoſiti Eccleſiæ SS. XII. Apoſtolorum Placent.* 10.

11. Junii. XIV. *Oſnaburgen. Epiſcopus eligatur etiam de conſenſu Guardiani Fratrum O. M.* 10.

13. Junii. XV. *Diplomati ſuo* XII. *ſimile alteri Legato confert.* 11.

15. Junii. XVI. *Soli Legati a latere Cenſuras ferre valeant in Fratres Ord. Min.* 12.

XVII. *Facultas Fratribus data ab Ordinariis durat poſt eorum obitum.* 13.

16. Junii. XVIII. *Comes Reverenberg. reddat pecuniam Terræ Sanctæ legatam.* 13.

20. Junii. XIX. *Fratres invitis Parochis miniſtrare poſſunt Sacramenta pœnitentiæ, & prædicare.* 14.

22. Junii. XX. *Fr. Jo: Martini prædicet Crucem contra Saracenos.* 14.

24. Junii. XXI. *De pecunia a Fr. Simone recepta Cameræ Apoſtol. ſatisfactum docet.* 15.

29. Junii. XXII. *Excommunicantur qui Eccleſiis, Locisve noſtris vim inferunt.* 15.

10. Julii. XXIII. *Contra Manfredum Crucem prædicari jubet.* 16.

18. Julii. XXIV. *Contra quem a Rege Franciæ opem implorat.* 18.

21. Julii. XXV. *Ordinis noſtri omnia privilegia confirmat.* 19.

25. Julii. XXVI. *Procuratores creat pro Fratribus Prov. S. Franciſci.* 24

31. Julii. XXVII. *Indulgentia pro Aſſiſiat. Eccleſia S. Claræ.* 25.

XXVIII. *Mandat prædicari Crucem contra Saracenos.* 26.

5. Auguſti. XXIX. *Quævis ædes Religioſa exſtruenda diſtet* 300. *cannis ab Aſſiſiat. Monaſterio Sanctæ Claræ.* Pag. 27.

XXX. *Indulgentiam confert noſtræ Eccleſiæ Veronen.* 28. 1265. 20. Auguſti.

XXXI. *Pro Dedicatione Aſſiſ. Eccleſiæ Sanctæ Claræ juſſio.* 28. 21. Auguſti.

XXXII. *Multa & varia notificat Cardinali S. A. Legato.* 29. 25. Auguſti.

XXXIII. *Pro electione Præpoſiti Eccleſiæ Saliſburgen. exquiratur conſenſus Guardiani Judenburgen. O. M.* 30. 26. Auguſti.

XXXIV. *Confirmat ſupra relatum Diploma* XIX. 31. 30. Auguſti.

XXXV. *Guardiano Barcinon. pro diſpenſ. impedimento conjugii.* 32. 1. Septembr.

XXXVI. *Fidei Cenſoribus Prov.* Rom. *agenda præſcribit.* 33. 17. Septembr.

XXXVII. *Clariſſis Montis Lucidi Peruſ. datur exemptio.* 36. 21. Septembr.

XXXVIII. *Datur & Indulgentia pro earumdem Eccleſia.* 36.

XXXIX. *Inquiſitoribus hær. pravit. Prov. S. Franciſci agenda præſcribit.* 37. 24. Septembr.

XL. *Ejuſdem Prov. Miniſter duos eligat Inquiſitores contra hæreticam pravitatem.* 37. 29. Septembr.

XLI. *Idem injungitur Miniſtro Provinciæ Gallicæ.* 38.

XLII. *Quorum auctoritas durat etiam poſt mortem datoris.* 39.

XLIII. *Diploma* XXIX. *iteratur pro Aſſiſiat. Conv. S. Franciſci.* 40. 7. Octobris.

XLIV. *Et pro Monaſterio Clariſſ. Montis Lucidi Peruſ.* 40. 10. Octobris.

XLV *De nonnullis Præbendis Eccl. Virdunen. declaratio.* 41.

XLVI. *Aſſiſiat. Eccleſiæ S. Franciſci tribuit Indulgentiam.* 43. 11. Octobris.

XLVII. *Item univerſis Ordinis Eccleſiis aliam.* 44.

XLVIII. *Ceſſio Abbatiſſæ Clariſſarum Genuen. expendatur.* 44. 15. Octobris.

XLIX. *S. A. Legatus uti poſſit opera Fratrum O. M.* 45.

L. *Mandat in Tuſcia duos conſtitui Inquiſitores hæreſ.* 45. 27. Octobris.

LI. *Pro Cœnobio Nurſino adhortatio ad Benedictinos Monachos.* 46. 30. Octobris.

LII. *Ut leges in hæreticos latæ recipiantur.* 47. 31. Octobris.

LIII. *Contra Manfredum Tyran. Crucem prædicari mandat.* 47. 2. Novembr.

LIV. *Leges in hæreticos firmat, & una temperat.* 48. 3. Novembr.

LV. *Acta contra Ruthenen Epiſcopum reſcindit.* 54. 13. Novembr.

LVI. *Miniſter Prov. Marchiæ Tarviſ. duos creet Inquiſitores hæreticæ pravit.* 58. 20. Novembr.

LVII. *Univerſa Clariſſarum loca eximit a tributis.* 58.

LVIII. *Ædes Relig. Mendic. diſtent a noſtris* 300. *cannis.* 59.

LIX. *Promovet S. Bonaventuram ad Eboracen. Archiepiſcopat.* 60. 24. Novembr.

1265. 1. Decembr. LX. *Corpus Roſtagni militis e loco Montis Flaſconis transferatur.* Pag. 62.

11. Decembr. LXI. *Urbani IV.* Regula *jubetur ab omnibus Clariſſis acceptari.* 62.

1266. 11. Januarii. LXII. *Regem Siciliæ pluribus inſtruit documentis.* 68.

18. Januarii. LXIII. *Leges in hæreticos latas Inquiſitoribus hæreſ. commendat.* 69.

2. Februar. LXIV. *Epiſcopatum Sidona mandat transferri Gades.* 70.

12. Februar. LXV. *Declarat Fratres Prædicat. & Minorum Ordinum poſſe ſuccedere in bonis temporalibus, in quibus ſuccederent in ſeculo.* 71.

18. Februar. LXVI. *S. A. Legatus Card. adhibeat Fratres etiam Ordinis Min.* 72.

24. Februar. LXVII. *In Clerum Senogalliæ Fratres Roccæ Contratæ vexantem.* 73.

27. Februar. LXVIII. *Repetit ſuam* XVII. *Conſtitutionem* Exigentibus veſtræ &c. 73.

28. Februar. LXIX. *Et aliam* DXI. *Alexandri IV.* Deſideriis veſtris &c. *renovat.* 74.

7. Martii. LXX. *Suamque* LXVII. Pertulerunt &c. *pro Fratribus Montis Sancti.* 74.

13. Martii. LXXI. *Fratres Militiæ B. Mariæ Virgin. eximit a collectis ſolvendis.* 74.

17. Martii. LXXII. *Confirmat privilegia Clariſſis Ravennat. conceſſa,* 74.

23. Martii. LXXIII. *Et illas Montis Lucis Peruſ. privilegio munit.* 75.

28. Martii. LXXIV. *Hoſpitale S. Lazari Vallis Collis liberat ab exactionibus.* 76

. . . . LXXV. *Ampliat conceſſionem Innoc. IV. pro Aſſiſ. Eccleſia S. Franciſci.* 76.

15. Aprilis. LXXVI. *Quam Eccleſiam amplo perornat privilegio.* 77.

19. Aprilis. LXXVII. *Diſcrimen inter Ord. Prædicat. & Minor. affert.* 79.

20. Maji. LXXVIII. *Epiſcopum Trivent. O.M. expulſum præcipit reſtitui.* 79.

25. Maji. LXXIX. *Fr. Jo: Cantianus cenſum Anglicum exigat, & Nuncio adſit.* 80.

29. Maji. LXXX. *Epiſcopus Abulen. O. M. pecuniam Cameræ Apoſt. promiſ. ſolvat.* 81.

31. Maji. LXXXI. *Card. Protectorem conſulit de Clariſſis quoad Regulam.* 82.

11. Junii. LXXXII. *Pro Fr. Maurino O. M. Inquiſitore hæreſ. vindicando.* 82.

12. Junii. LXXXIII. *Aliis Epiſcopis pro eadem re præſtanda.* 84.

14. Junii. LXXXIV. *Regi Franciæ de Populis ad Eccleſiæ Rom. reverſis.* 86.

16. Junii. LXXXV. *Animadvertit in calumniatores Fr. Maurini Inquiſit.* 87.

20. Junii. LXXXVI. *Contra Eremitas Aug. de Monte Rubiano pro Fratribus Minoribus.* 88.

22 Junii. LXXXVII. *Fr. Rogerio Baccono, ut ſibi mittat quoddam ejus opus.* 89.

. . . . . . LXXXVIII. *Cenſus Anglicus C. A. debitus ex decima ſolvendus.* 89.

24. Junii. LXXXIX. *In Fratres Prædicatorum & Minorum Ordinum ſibi mutuo detrahentes animadvertendum.* 90.

27. Junii. XC. *Fr. Theobaldus Ord. M. fit Epiſcopus Cannen. Eccleſiæ.* 90.

26. Julii. XCI. *Jo: Card. de Rutbenen. Epiſcopo Peruſii morante, quem ad ſe vocat.* 91.

. . . . XCII. *Eumdem Epiſcopum Rutbenen. ad ſe venire pro cauſa jubet.* 92.

XCIII. *Fr. Leonardus O. M. fit coadjutor Epiſcopi Eugubini.* Pag. 92. 1266. . . . .

XCIV. *Epiſcopo, & Clero Eugubino de re eadem.* 92. . . . .

XCV. *Fr. Raymundo pro ſtatu Joannis Cruſol dirigendo.* 93. . . . .

XCVI. *Res Epiſcopi Marochien. dentur Epiſcopo Cæſarauguſt.* 93. 13. Auguſti.

XCVII. *Item Templariis Cæſarauguſt.* 94. 18. Auguſti.

XCVIII. *Cæſarauguſt. Epiſcopo pro dictis rebus diſponendis.* 94. 21. Auguſti.

XCIX. *Aliæ res dicti Epiſcopi Maroch. dandæ Epiſc. Ulyſſiponen.* 95. . . . .

C. *Epiſcopo Ulyſſiponen. quomodo res illæ diſponendæ.* 95. . . . .

CI. *Firmat Legatum Patriarchæ Aquilejen. etiam pro die feſto S. Eliſabeth illius conſanguineæ.* 95. 17. Septembr.

CII. *Fr. Eneco O.M. committit cauſam Epiſcopi Quinquecclefien.* 96. 24. Septembr.

CIII. *Eidem pro dicta cauſa.* 98. 13. Octobr.

CIV. *Epiſcopo Juſtinopolis de Fratribus O. Min. benemerenti.* 98.

CV. *Gulielmum de Sanctoamore monet, ut reſipiſcat.* 99. 18. Octobr.

CVI. *Iterum Fr. Eneco contra Epiſcopum Quinquecclefien.* 100. 21. Octobr.

CVII. *Pro Eccleſia Fratrum Minor. Meſſanen. ad Indulgentiam.* 100. 5. Novembr.

CVIII. *Rutbenen. Epiſcopi cauſam jubet denuo ventilari.* 101. 26. Novembr.

CIX. *Iiſdem inquiſitoribus cauſæ nova commiſſio.* 102. 3. Decembr.

CX. *Præfato Epiſcopo ut coram Inquiſitoribus compareat.* 103. 11. Decembr.

CXI. *Prædictis cauſæ cognitoribus aliud mandatum.* 103. 23. Decembr.

CXII. *Inquiſitoribus hæreſ. Marchiæ Anconit. agenda præſcribit.* 104. 28. Decembr.

CXIII. *Iidem Præpoſitis ſuis in officio Inquiſit. non ſubſint.* 104.

CXIV. *De pœnis pecuniariis ab Inquiſit. hæreſ. impoſitis.* 105.

CXV. *In perſecutores Fratrum noſtrorum Apten. mandatum.* 105. 30. Decembr.

CXVI. Regulam *S. Franciſci Clariſſis Aſſiſ. confirmat.* 107. 31. Decembr.

CXVII. *Pro erectione Caſtri Soriæ in Epiſcopatum juſſio.* 107. 1267. 9. Januarii.

CXVIII. *Aſſiſiat. Monaſterium S. Claræ communit privilegio.* 108. 13. Januarii.

CXIX. *Facultas Card. Legati transferendi Conventum Fabriani, & reædific.* 109. 2. Februar.

CXX. *Fr. Manſueto pro compoſitione Piſanorum cum Lucanis.* 110. 3. Februar.

CXXI. *Pro electione Abbatis S. Thomæ Cremonen.* 110. 4 Februar.

CXXII. *Græcis Schiſmat. mittit formulam Fidei pro unione.* 111. 4 Martii.

CXXIII. *Firmat Ordini Prædicat. loca Capuæ & Sulmonæ non obſtante FF. Ord. Min. oppoſitione.* 117. 10. Martii.

CXXIV. *Ceſſio Abbatis Luxovien. ſuſcipiatur, ſi expediat.* 118. 18. Martii.

CXXV. *Loca Mendicantium inchoata ante Conſtitutionem de eorum diſtantia ſubſiſtant, etiam ea non extante.* 118. 3. Aprilis.

CXXVI. *Indulgentia pro Eccleſia Fratrum Mino-* 4. Aprilis.

Digitized by Google

Minorum Civitatis novæ Auſtriæ. Pag. 119.

1267. 27. Aprilis. CXXVII. *Ne impuberes admittantur ad Religionem inſciis parentibus*. 119.

29. Aprilis. CXXVIII. *Eccleſiæ Clariſſarum Montis Peſſulani dat Indulgentiam*. 120.

5. Maji. CXXIX. *Gratulatur Regi Franciæ de propoſito liberandæ Terræ Sanctæ*. 120.

27. Maji. CXXX. *Sedes Epiſc. Sidona transferatur Gades, eique præficiatur Fr. Jo. Martini Ord. Minorum*. 121.

22. Junii. CXXXI. *Camerinen. Epiſcopus ſe componere poſſit cum quibuſdam*. 123.

15. Julii. CXXXII. *Talmud, & alii Judæorum libri a FF. Prædicat., & Minorum Ordinum cenſeantur*. 123.

CXXXIII. *Idem injungit Antiſtitibus Tarraconen. Provinciæ*. 125.

20. Julii. CXXXIV. *Electum Belvacen. mandat ſolvi a cenſura*. 126.

CXXXV. *Approbat Sodalitium S. Mariæ Confalonis Romæ*. 126.

27. Julii. CXXXVI. *Chriſtiani Judæorum ritus ſectantes puniantur*. 127.

31. Auguſti. CXXXVII. *Tyrones Religione exeuntes, & varios vitæ ſtatus amplectentes aut redire, aut alium Ordinem ingredi cogantur*. 127.

17. Septembr. CXXXVIII. *F. Valaſcus e Famauguſt. ad Ægitanien. Eccleſiam transfertur*. 128.

26. Octobris. CXXXIX. *De duobus Fratribus O. M. ad Epiſcopatum promovendis*. 129.

20. Novembr. CXL. *In variis Provinciæ locis ſtatuatur Inquiſitor hæreſum*. 129.

9. Decembr. CXLI. *Clariſſis Urbevetanis bona nonnulla concedit*. 130.

12. Decembr. CXLII. *Monachis Cluniac. pro loco Cariloci Fratrum Minor.* 131.

15. Decembr. CXLIII. *In retinentes Apoſtatas Ordinis pœnæ indicuntur*. 131.

19. Decembr. CXLIV. *Electi Treviren. crimina pandit, & ſuſpenſione punit*. 132.

22. Decembr. CXLV. *Ne Fratres Ord. Prædicat. recipiantur ad Ordinem noſtrum*. 136.

1268. 3. Januarii. CXLVI. *Neve noſtri ad illorum Ordinem ſine licentia &c.* 136.

14. Januarii. CXLVII. *Tres Fratres O. Min. ad Epiſcopatum promotos confirmat*. 137.

CXLVIII. *Fr. Philippum O. M. commendat, & de P. Corneliaco quærit*. 137.

27. Januarii. CXLIX. *Rector Marchiæ Ancon. fit conſervator Fratrum Minor.* 138.

31. Januarii. CL. *Suam* 137. *Conſtitutionem* Ex parte dilectorum &c. *iterat*. 138.

9. Februar. CLI. *In invaſores, & detentores bonorum Clariſſarum Montis Lucidi Peruſ.* 139.

18. Februar. CLII. *Fr. Henricus a S. Germano ad Eccleſ. Æſern. evehatur*. 140.

27. Februar. CLIII. *Alius locus in Monte Politiano Fratribus extruatur*. 140.

15. Martii. CLIV. *Clariſſæ, earumque familiares non ſubſint Interdicto*. 141.

24. Martii. CLV. *Pro bonis Epiſcopi Paphenſis defuncti ordinatio*. 141.

30. Martii. CLVI. *Monaſterium Claſernen. ad priſtinum jus revocetur*. 142.

CLVII. *Pietati Fidelium fabricam noſtræ Eccleſiæ Alexandriæ Staticellorum commendat Indulgentia eam ſubvenientibus elargiendo*. 143.

1268. 31. Martii. CLVIII. *Venditio Caſalis Florani S. Pauli de Urbe nutu Fr. Floraſii O. M. facta*. 143.

5. Aprilis. CLIX. *Urbem uſu ſacrorum multare minatur ob perduellionem, & Conradini ſequelam*. 150.

6. Aprilis. CLX. *Res Epiſcopi Paphen. apud noſtros Aſſiſii ſerventur*. 152.

9. Aprilis. CLXI. *Conſtituit Procuratores Fratrum Minor. Prov. Mediolan.* 153.

13. Aprilis. CLXII. *Guardianus Peruſ. prædicet Crucem contra Conradinum*. 153.

15. Aprilis. CLXIII. *De Fr. Joanne a Manſo O. M. Regis Franciæ Nuncio*. 154.

16. Aprilis. CLXIV. *Syndicos creat pro Fratribus O. M. Prov. Alemaniæ*. 154.

18. Aprilis. CLXV. *Caput S. Pauli Apoſt. Romæ non Pariſiis extare docet*. 155.

20. Aprilis. CLXVI. *Fr. Marci promotionem ad Epiſcopatum confirmat*. 156.

27. Aprilis. CLXVII. *F. Philippus O. M. Nuncius Comitis Pictavien. ad S. A.* 157.

1. Junii. CLXVIII. *Clariſſas Ravennat. bonorum privilegio donat*. 157.

5. Junii. CLXIX. *Suam de locorum Mendicantium diſtantia Conſtitutionem temperat*. 158.

9. Junii. CLXX. *Ne bona, quibus utuntur in Ordine, ſibi arrogent Fratres ad dignitates extra Ordinem evecti*. 158.

13. Junii. CLXXI. *Fr. Diotaleve de Romanis, & Peruſinis civibus*. 159.

16. Junii. CLXXII. *Regi Franciæ de ejus Miniſtris mala patrantibus*. 159.

27. Junii. CLXXIII. *Ex Aſſiſienſi Cœnobio aliqua ſe recepiſſe ſcribit, & aliqua ibi depoſita repoſcit*. 160.

6. Julii. CLXXIV. *Statutum Alexandri IV. de aſcribendis Ordini noſtro, & Prædicatorum firmat, & declarat*. 160.

CLXXV. *Idem ſcribit Fratribus Ordinis Minorum*. 161.

CLXXVI. *Cleri Savonen. ſtatuta contra Fratres reſcindit*. 171.

7. Julii. CLXXVII. *Ne quis Eccleſ. Prælat. privilegia noſtra, & Fratrum Ord. Prædicatorum interpretetur*. 162.

30. Julii. CLXXVIII. *Quædam legata colligantur pro Rege Portugalliæ in ſubſidium Terræ Sanctæ*. 162.

CLXXIX. *Item redemptiones votorum Cruceſignatorum, & alia*. 163.

CLXXX. *Item male parta, quorum reſtitutio, quibus facienda non occurrit*. 163.

CLXXXI. *Pro eadem re Crucem prædicari jubet in terris Regis*. 164.

CLXXXII. *Et pro eadem dat facultatem abſolvendi a cenſuris*. 164.

31. Julii. CLXXXIII. *Interdictum Eccleſ. in Regno Portugalliæ ſuſpenſum ad ſex menſes publicetur*. 164.

7. Septembr. CLXXXIV. *F. Valeſco ad Egitanen. tranſlato alius ſubrogetur Famauguſtanæ Eccleſiæ*. 165.

3. Novembr. CLXXXV. *Archiepiſcopum Raguſinum O. M. transfert ad Eccleſiam Arboren. in Sardinia*. 165.

CLXXXVI. *Idque ſignificat Capitulo, Clero, & Populo Arborenſi*. 165.

SAC. COLLEGIUM S. R. E. CARDINALIUM, Sede Vacante.

1270. 15. Maji. I. *Alboren. Epiſcopum S. A. Legatum de actis pro unione Græcorum edocent, atque de agendis inſtruunt.* 168.

II. *Regem Franciæ collaudant, & in proſecutione cum Græcis ab eorum ſimulationibus cavere præmonent.* 170.

1271. 1. Septembr. III. *Electo Pontifici ſcribunt, electionem notificant, eumque quam citius ad Sedem Apoſtol. accedere precantur.* 171.

B. GREGORIUS X.

1272. 4. Martii. I. *Archiepiſcopo Rothomagen. de Terræ Sanctæ ſubſidio.* 173.

31. Martii. II. *De pecunia pro Terræ Sanctæ ſubſidio legata, ac diſponenda.* 174.

III. *Mercatores depoſitarii dictam pecuniam tradant Archiep. Tyren.* 174.

5. Maji. IV. *Pacis pacta inter Reges Bohemiæ, & Hungariæ firmat.* 175.

6. Maji. V. *Rectori Marchiæ Anconit. aſſiſtentiam expoſcit.* 182.

15. Julii. VI. *Diſpenſatio defectus natalium Fr. Jo. de Clavilla.* 183.

18. Julii. VII. *Epiſcopus Firmanus ſit conſervator Fratrum Min. Marchiæ Ancon.* 184.

23. Octobris. VIII. *Electio Prioris S. Crucis Conimbricen. examini ſubdatur.* 184.

IX. *Regi Siciliæ pro induciis cum Græcis ineundis, & Nunciis eò dirigendis.* 185.

24. Octobris. X. *Græcorum Imp. ad unionem Eccleſ. invitat, & Nuncios ad id mittit.* 185.

25. Octobris. XI. *Inſtructio prædictis Nunciis pro eadem re data.* 193.

29. Octobris. XII. *Quos Regibus, & Prælatis Eccleſ. aliiſve commendat.* 194.

5. Novembr. XIII. *Græcorum Apocriſarii ſecuri veniant ad Concilium.* 195.

7. Novembr. XIV. *Pro quorum ſecuritate ſcribit Regi Siciliæ.* 195.

13. Novembr. XV. *Inſtitutio Epiſcopi Nigropont. ex Ord. Præd., & deſtitutio alterius ex Ord. Min.* 196.

1273. 11. Martii. XVI. *Quæ in Regno Legionis reformanda ſunt, Miniſter Gener. inquirat, & in tempore referat.* 197.

XVII. *Hoc ipſum Gadicenſis Epiſcopus ex O. M. præſtet.* 198.

13. Aprilis. XVIII. *Ad Concilium Lugdun. vocat Archiepiſcopum Rothomag.* 198.

XIX. *Et Archiepiſcopos Baren., Antibaren., & Arboren.* 199.

17. Aprilis. XX. *Electio Archiepiſcopi Remen. committitur examini.* 200.

29. Aprilis. XXI. *Proviſio pro duobus viris Anglis Cruceſignatis nobilibus.* 201.

21. Maji. XXII. *Rigen. Archiep. electus citetur examinandus apud S. A.* 201.

28. Maji. XXIII. *Scribit Regi Portugalliæ pro Eccleſ. libertate.* 202.

XXIV. *Eique litteras præſentari jubet, & reſponſum referri.* 203.

1. Junii. XXV. *Diſcutienda traditur electio Archiepiſcopi S. Severinæ.* 204.

2. Junii. XXVI. *Pro negotio Regis Portugalliæ ſupra num. 23. relato.* 205.

XXVII. *S. Bonaventuram creat S. R. E. Card. Epiſcopum Alban.* 205. 1273. 3. Junii.

XXVIII. *Res ſuas repetit a Fratribus Aſſiſiat. apud eos depoſitas.* 206. 23. Junii.

XXIX. *Electio Epiſcopi Aſſiſiat. committitur cognoſcenda.* 206. 4. Septembr.

XXX. *Imperatori Græcorum Latino pro Apocriſariis Græcorum.* 207. 20. Novembr.

XXXI. *Item Prælatis Eccleſiarum, Urbiumque Rectoribus.* 208.

XXXII. *Imperatori Conſtantinop. Græco ſuper unione utriuſque Eccleſ.* 208. 21. Novembr.

XXXIII. *Duos Nuncios laudat, eoſque adeſſe Concilio cupit.* 209. 25. Novembr.

XXXIV. *Monaſterio Walthamen., mandat, ut detur Abbas.* 210. 3. Decembr.

XXXV. *Monaſterii Iſchieten. privilegia confirmat.* 211. 16. Decembr.

XXXVI. *Diſcuti vult electionem Abbatis S. Jo. de Abbatiſſis.* 211. 1274. 3. Februar.

XXXVII. *Atque illam Abbatis S. Petri de Monte Meten.* 212.

XXXVIII. *Guardianus Laudunen. ſolvat impedimentum cujuſdam matrimonii.* 212. 1. Martii.

XXXIX. *In Judæos apoſtatas, & Chriſtianos judaizantes.* 213.

XL. *De quadam Piſanorum pecunia pauperibus diſtribuenda.* 213. 29. Junii.

XLI. *In quoſdam Clericos Catanen. Fratribus noſtris moleſtos.* 214. 8. Julii.

XLII. *Fr. Illuminatus confirmatur in Epiſcopum Aſſiſiat.* 215. 23. Julii.

XLIII. *Et ab Epiſcopo Caſſanen. conſecrari præcipitur.* 216.

XLIV. *Regi Siciliæ commendat Apocriſarios Græcorum e Concilio redeuntes; ut & Imperatori Conſtantinop. Latino.* 216.

XLV. *Item Imperatori Philippo Conſtantinopolitano.* 217.

XLVI. *Et Turrianis Mediolanenſibus de eadem re.* 217.

XLVII. *Pariter & Poteſtati, Capitaneo, Conſilio, & Communi Cremonen.* 217.

XLVIII. *Fr. Joannes Belaſter O. M. redeat in Græciam pro unione.* 217.

XLIX. *S. A. Legatus uti queat opera Fratrum Prædicat. & Minorum.* 217. 1. Auguſti.

L. *Mandat Guidonem Montfortium ſolvi ab excommunicatione.* 318.

LI. *De lite inter FF. Mercenarios, & FF. Minores Tarraconen.* 219. 13. Auguſti.

LII. *Confirmat omnia Privilegia noſtri Ordinis.* 220. 23. Auguſti.

LIII. *Negotium Crucis prædicandæ injungi poſſit etiam FF. Minoribus.* 220. 1. Septembr.

LIV. *Qui queant cum A. S. Legato ingredi Monaſteria Monialium.* 220.

LV. *Permutationem probat Canonicatus, & Vicariæ S. Aſterii Petragor.* 221. 6 Septembr.

LVI. *Iteratio Diplomatis* XII. *Clementis IV.* Cum te &c. 221. 23. Septembr.

LVII. *R. Romanorum Regem declarat, & ad coronam diſponit.* 221. 26. Septembr.

LVIII. *Regulæ Fratrum Minorum nonnulla explicat.* 222. 5. Novembr.

LIX. *Prædicatio Crucis pro Terra Sancta demandatur Fratribus Minoribus Provinciæ Romanæ.* 223. 13. Novembr.

LX. *Item*

Digitized by Google

1274. 13. Novembr. LX. *Item FF. Prov. Tuſciæ.* 226.
LXI. *Marchiæ Anconit.* 226.
LXII. *Bononienſis.* 226
LXIII. *Januenſis.* 226.
LXIV. *Siciliæ.* 226.
LXV. *Calabriæ.* 226.
LXVI. *Apuliæ.* 226.
LXVII. *S. Angeli.* 226.
LXVIII. *Terræ laboris.* 226.
LXIX. *Pennenſis.* 226.
LXX. *Marchiæ Tarviſinæ.* 226.
LXXI. *Regni Franciæ.* 226.
LXXII. *Provinciæ.* 226.
LXXIII. *Burgundiæ.* 226.
LXXIV. *Mediolanenſis.* 226.
LXXV. *Vngariæ.* 226.
LXXVI. *Sclavoniæ.* 226.
LXXVII. *Alemaniæ.* 226.
LXXVIII. *Colonienſis.* 226.
LXXIX. *Saxoniæ.* 226.
LXXX. *Regni Daciæ.* 226.
LXXXI. *Regni Aragoniæ.* 226.
LXXXII. *Regni Portugallię.* 226.
LXXXIII. *Regni Bohemię.* 226.
LXXXIV. *Auſtrię.* 226
LXXXV. *Syrię.* 226.
LXXXVI. *Anglię.* 226
LXXXVII. *Hibernię.* 226.
LXXXVIII. *Aquitaniæ.* 226.
LXXXIX. *Turonię.* 226
XC. *S. Franciſci.* 226
XCI. *Caſtellę.* 226.
1275. 31. Martii. XCII. *Quæ Religiones poſt Gen. Concilium retinendę, & quęnam ſupprimendę.* 226
... Aprilis. XCIII. *Rex Rom. copias in Italiam mittat hoſtibus occurſurus.* 227.
5. Aprilis. XCIV. *Bartholomæus Quirinus creatur Epiſcopus Venetiarum.* 228.
XCV. *Patriarchę Gradenſi de eodem electo.* 229
XCVI. *Item Duci Venetorum, Venetoque populo.* 229.
XCVII. *Capitulo, & Clero Venetę Eccleſiæ.* 229.
XCVIII. *Atque Ferrarienſi S. A. Legato, Adrienſique Epiſcopis.* 229
XCIX. *Reginę Francię ſervientes etiam Fratres O. Min. habere valeant a ſacris Confeſſionibus.* 229.
7. Aprilis. C. *Electio Fr. Petri Moran. O. M. in Epiſcopum S. Marci.* 230.
8. Aprilis. CI. *Proviſio Fr. Henrici O. M. ſuper obtinente plura beneficia Eccleſ. ſine S. A. diſpenſatione confirmatur.* 231.
28. Maji. CII. *Arauſicen. Epiſcopo O. M. commendat Berengarium Secureti.* 232.
5. Junii. CIII. *Regina Francię ingredi poſſit Monaſteria etiam Clariſſarum.* 233.
7. Julii. CIV. *Ejuſque famulatui Sacramen. Pœnitentię Miniſtri quędam vota commutare poſſint.* 233.
CV. *Petro Aragonio gratulatur de ejus erga S. A. ſtudio; ſe vero litteras pro eo Regi Francię mittere ſignificat.* 233.
4. Septembr. CVI. *Ordinationibus occurrit exceſſibus Regum Portugallię.* 234.
24. Novembr. CVII. *Committit examen electionis Abbatiſſę Gerneroden.* 240.

INNOCENTIUS V.

I. *Litterę de ſua ad Summum Pontificatum promotione.* 242. 1276. ... Januarii.
II. *Repetit res Eccleſiæ Romanæ Aſſiſii apud noſtros depoſitas.* 243. 7. Februar.
III. *Monaſterium Clariſſarum Cracovien. privilegio munit.* 243. 4. Aprilis.
IV. *Raptores rerum Eccleſiæ Cannen. cenſura Eccl. percellantur, & ad reſtitutionem compellantur.* 244. 17. Aprilis.
V. *Damianitarum Romanię translationem confirmat.* 244. 13. Maji.

JOANNES XXI.

I. *Electio Epiſcopi Lechlinen. excutiatur, & cenſeatur.* 247. 1276. 28. Septembr.
II. *Pacem cum Rege Caſtellæ ſuadet Regi Francię per Nuncios.* 248. 15. Octobris.
III. *Quos eiſdem Regibus ablegat cum ampla poteſtate.* 249.
IV. *Eiſdem Nunciis alia facultas pro eodem negotio.* 250.
V. *Archiepiſcopus Moguntin. adſit Nuncio ſuo apud Regem Rom. Regemque inducat ad ſervanda promiſſa.* 251.
VI. *Eidem Regi de Civitatibus Romanę Eccleſiæ reddendis.* 251.
VII. *Confirmat erectionem Collegii Miramaris Fratribus O. Min.* 253. 17. Octobris.
VIII. *Translatio Epiſcopi Triburien. ad Eccleſiam Raguſinam.* 254. 3. Decembr.
IX. *Capitulo, & Clero Raguſino de eadem translatione.* 255.
X. *Item Comiti, & Communi dictę Civitatis.* 256.
XI. *Atque Suffraganeis Eccleſię Metropol. Raguſin.* 256.
XII. *Baſileen. Epiſcopus O. M. liberatur a juramento viſitandi Sac. Limina Apoſtolorum.* 256. 5. Decembr.
XIII. *Privilegium pro ſervientibus Reginę Francię.* 256.
XIV. *In Cruceſignatos Francię transfretare negligentes.* 256. 9. Decembr.
XV. *Ne vexetur Archiepiſcopus Roſſan. pro decima Terrę Sanctę.* 257. 12. Decembr.
XVI. *Fr. Bentivenga O. M. eligitur Epiſcopus Tudertinus.* 257. 18. Decembr.
XVII. *Et Fr. Franciſcus Æſinus Epiſcopus Piſaurenſis.* 258. 23. Decembr.
XVIII. *Capitulo, & Clero ejuſdem Civitatis pro illius promotione.* 259.
XIX. *De reconciliandis Hęreticis Sermion. ad Eccleſiam redeuntibus.* 260. 1277. 28. Januarii.
XX. *Collectores Decimę pro Terra Sancta agant ex ordine B. Gregorii X.* 261. 30. Januarii.
XXI. *Clariſſæ Venetiarum bona quœque retinere poſſint.* 262. 4. Februar.
XXII. *Decimę pro Terra Sancta deponantur apud FF. Prædicat., & Minor.* 263. 13. Februar.
XXIII. *De Rectoris S. Marci Cortonen. decima diſponenda.* 263. 22. Februar.
XXIV. *Collectori Decimę T. S. in Tuſcia pro eadem re.* 264.
XXV. *Fr. Columbano cedenti alius ſuccedit in Sede Tragurien.* 264. 11. Martii.

XXVI. *Cle-*

1277. 11. Martii. XXVI. Clero & populo Tragurien. de eodem Epiſcopo. Pag. 265.
XXVII. Item Archiepiſcopo Spalatenſi. 265.
9. Martii. XXVIII. Ac Regi Hungariæ. 265.
18. Martii. XXIX. Ne Fratres Provinciæ S. Franciſci a quoquam moleſtentur. 265.
2. Aprilis. XXX. Petro Camone O. M. Electo in Epiſcopum Aquen. mortuo, alter Electus confirmatur. 266.
XXXI. Paleologo Imp. Græcorum Nuncios ex O. M. mittit pro unione. 267.
XXXII. Eidem, ut vias pacis cum Latinis excogitet, & inducias. 268.
XXXIII. Prælatis Eccleſ. Grecorum pro prefata Eccleſ. unione. 270.
XXXIV. Inſtruit ſuos ad prædictos Grecos pro ea unione Nuncios. 271.
XXXV. Inſtructionem eiſdem factam pro eadem re mitigat. 273.
XXXVI. Alia ſequitur pro ipſis. 274.

SAC. COLLEGIUM S.R.E. CARDINALIUM, Sede Rom. Vacante.

1277. . . . . I. S. A. Nunciorum cum Francie, Caſtelleque Regibus ſtudium, & labores collaudant, & ad inſiſtendum operi cohortantur. 275.
II. Regi Rom., ne Copias in Italiam mittat, neve ipſe huc deſcendat ante concordiam cum Rege Siciliæ initam, ſed Civitates Rom. Eccleſie reddat. 275.

NICOLAUS III.

1277. 2. Decembr. I. Regi Francie pro pace cum Rege Caſtellæ per Nuncios Ord. Præd., & Min. 279.
II. Regi Caſtellæ pro eadem pace cum Rege Franciæ. 281
III. Nunciis ſuis ad dictos Reges pro eodem pacis negotio. 281.
12. Decembr. IV. Regi Rom. ſcribit ea, quæ Sac. Collegium Cardinalium ſupra. 282.
1278. 1. Januarii. V. Res ſuas apud noſtros Aſſiſii depoſitas repoſcit. 284
5. Februar. VI. De Canonicatu & Præbenda Eboracen. Eccl. conferenda. 284.
9. Februar. VII. Clariſſas de Cella Paduana liberat a gravamine Epiſc. 286
23. Martii. VIII. Conventui Viennenſi in Auſtria privilegia confirmantur. 287.
IX. Contra mores Abbatis & Conventus S. Petri Aggeren. 287.
1. Aprilis. X. Mittit ad Tartaros Fratres O.M. pro illorum converſione. 289.
XI. Abagbæ Regi Tartarorum pro eiſdem Fratribus. 291.
4. Aprilis. XII. Quolibey Magno Cham Tartarorum pro Fidei negotio eoſdem Fratres mittit. 293.
XIII. Suis ad Reges Franciæ & Caſtellæ Nunciis ſit poteſtas coercendi. 295.
XIV. Idque juxta formam a Joanne XXI. ipſis præſcriptam. 296.
XV. Fratribus ad Tartaros miſſis privilegia concedit. 296.
XVI. Et facultates aſſumendi alios Fratres Ordin. Minorum. 297.
5. Aprilis. XVII. Epiſcopos etiam, & Archiepiſcopos, eoſque reconciliandi. 297.
XVIII. Bracaren. Eccleſiæ Metropol. præficit Fr. Tellium O. M. Pag. 297. 1278. 6. Aprilis.
XIX. Groſſetanæ vero Fr. Bartholomæum Amerinum. 298. 9. Aprilis.
XX. Miſſos ad Tartaros Fratres commendat Chriſtifidelibus. 299. 22. Aprilis.
XXI. Miniſter Generalis O. M. Cardinalis S. R. E. renunciatur. 298. 23. Aprilis.
XXII. Nuncii ad Reges Franciæ & Caſtellæ inſiſtant pro pace inde ad occaſionem regreſſuri. 300.
XXIII. Procurationes & proviſiones imponant, & exigant. 301.
XXIV. Clariſſis de Panzo Aſſiſiat. privilegia confirmat. 302. 2. Maji.
XXV. Quas cum bonis ſub protectione Sedis Apoſtol. ſuſcipit. 302.
XXVI. Etiam Clariſſis S. Silveſtri Iſchieten. privilegia confirmat. 303. 11. Maji.
XXVII. Intuitu Fr. Dominici datur Archidiaconatus nepoti ejus. 303. 14. Maji.
XXVIII. Fratribus Cæſarauguſt. tribuit locum FF. de Pœnit. J. C. 304. 15. Maji.
XXIX. In Epiſcopum & Clerum Ferentin. Fratribus moleſtos. 305.
XXX. Conſtitutio Concilii Lugdunen. nihil obſit Aſſiſiat. Monaſterio S. Claræ. 308. 21. Maji.
XXXI. Fr. Benvenutus O.M. præficitur Eccleſiæ Eugubinæ. 309. 5. Junii.
XXXII. Regi Rom. de dictis, & factis a Fr. Conrado, & aliis. 310.
XXXIII. Eidem de Civitatibus Rom. Eccleſie ab eo declarandis. 313.
XXXIV. Inſtruit Fr. Conradum ad Regem Rom. Nuncium de agendis. 314.
XXXV. Regi Romano ut ſupradicta præparentur. 316. 7. Junii.
XXXVI. Firmat Inquiſitoris ſententiam pro filiis hæreticorum. 316. 10. Junii.
XXXVII. Diſpenſatio cujuſdam matrimonii illiciti conceditur. 320. 1. Julii.
XXXVIII. Confirmat privilegia Clariſſarum S. Claudii Fulginat. 320. 2. Julii.
XXXIX. Ceſſio Abbatis S. Auberti Cameracæ cognoſcenda traditur. 320. 6. Julii.
XL. Uti & diſpenſatio illiciti conjugii Mareſcalli Achajæ. 321. 7. Julii.
XLI. Cardin. Hieronymus retineat Præfecturam Ordinis Min. 322. 8. Julii.
XLII. Fratribus Catanen. locum Caſtri Urſini confirmat. 322. 12. Julii.
XLIII. Suis in Francia & Caſtella Nunciis alium adjungit. 323. 15. Julii.
XLIV. Fanen. Epiſcopus confirmatur, & Præpoſitus fit O. M. 324.
XLV. Anteraden. Epiſcopatus Tripolitani perſecutor citetur. 326. 23. Julii.
XLVI. Inquiſitor Prov. Rom. contra hæreticos Suriani procedat. 328.
XLVII. Rectori Patrimonii B. Petri in Tuſcia pro eadem re. 329. 24. Julii.
XLVIII. Fr. Benvenuto Electo Reatino alius ſubrogatur. 330. 2. Auguſti.
XLIX. S. A. Legato pro pace inter Reges Franciæ & Caſtellæ. 331. 3. Auguſti.
L. Converſionem Judæorum in Auſtria committit. 331. 4. Auguſti.
LI. Alius uti poſſit opera Fratrum etiam Ordi- 5. Auguſti.

Digitized by Google

Ordinis Minor. cum facultate &c. Pag. 333.
1278. 8. Auguſti. LII. *Clariſſis Aſſiſiat. privilegia cuncta confirmat.* 334.
9. Auguſti. LIII. *Nunciis ad Reges Franciæ & Caſtellæ memoratis, ut agant etiam disjunctim.* 334.
LIV. *Fr. Thomas O. M. fit Ep. Nepeſinus.* 334.
18. Auguſti. LV. *Electio Epiſcopi Coronen. examini ſubjicitur.* 335.
LVI. *Veronenſes reſipiſcentes abſolvantur a cenſuris.* 336.
LVII. *Aſtenſibus idipſum fiat.* 338.
19. Auguſti. LVIII. *Et Mantuanis conditionibus quibuſdam appoſitis.* 339.
20 Auguſti. LIX. *Itidem Marchioni Montisferrati.* 340.
5. Septembr. LX. *Et Novarienſibus, poſitis tamen conditionibus.* 341.
LXI. *Status Monaſterii S. Salvatoris de Spongia inquiratur.* 343.
12 Septembr. LXII. *Et de vita G. olim O. M. in Abbatem Nonantulan. electi.* 343.
17. Septembr. LXIII. *Pro lite FF. Conventus Piſani cum N. V. Guidone.* 345.
LXIV. *Evocat ad ſe Fr. Bartholomæum ad Græcos legandum.* 345.
25. Septembr. LXV. *De hæreticis e Tuſcia in Lambardiam fuga elapſis.* 346.
27. Septembr. LXVI. *Cujuſdam conjugii impedimentum tolli permittit.* 346.
7. Octobris. LXVII. *Jubet mitti Fratres ad baptizandos Cumanos.* 347.
LXVIII. *Et Epiſcopatum erigi in finibus Tartarorum.* 347.
LXIX. *Palæologo Imp. Græcorum pro complemento unionis Eccleſ.* 348
LXX. *Et pro pace ac induciis cum Imp. C P. & Rege Siciliæ.* 350.
LXXI. *Andronico illius promogenito pro eadem re.* 351
LXXII. *Suos in Græciam Nuncios commendat omnibus Prælatis Eccleſ. & Secul.* 352.
LXXIII. *Quos etiam inſtruit in agendis ibidem.* 352.
8. Octobris. LXXIV. *Univerſis Græcorum Prælatis Eccl., ut compleatur unio Eccleſiæ.* 353.
9. Octobris. LXXV. *Prædictos Nuncios mittit in Græciam cum facultatibus.* 354.
LXXVI. *Quibus Memoriale agendarum rerum tradit.* 355.
LXXVII. *Et ipſius Memorialis moderamen.* 358.
11. Octobris. LXXVIII. *Tradit & facultatem aſſumendi interpretes.* 359.
18 Octobris. LXXIX. *Regi Siciliæ pro fœdere, aut induciis cum Græcis.* 359.
LXXX. *Eidem pro Græcorum Nunciorum ſecuritate ſine damno.* 360.
22. Octobris. LXXXI. *Valaſco Epiſcopo Ægitanien. copiam facit teſtandi.* 360.
LXXXII. *Regi Siciliæ ut litteris ſecuritatis pro Græcorum Nunciis addat de eorum familiis, equitaturis, & bonis.* 361.
15. Novembr. LXXXIII. *Epiſc. Eugubinus fit Collector Decimæ pro Terra S. in Ducatu Spolet. &c.* 362.
17. Novembr. LXXXIV. *Regi Rom. ut quædam alias omiſſa compleat, & alia.* 365.
29. Novembr. LXXXV. *Franciæ Regem hortatur ad cœptum pacis tractatum.* 365.
LXXXVI. *Illum vero Caſtellæ perſtringit ob fidem decoctam.* 366.
LXXXVII. *Suiſque ad illos Nunciis de re in Vaſconia tractanda.* Pag. 367.
LXXXVIII. *Mandat inquiri vitam & miracula S. Ludovici Regis.* 368. 1278. 30. Novembr.
LXXXIX. *Diſpenſatio ſuper quodam illicito matrimonio.* 368. 9. Decembr.
XC. *De quarumdam litterarum Apoſtol. ſinceritate.* 369. 13. Decembr.
XCI. *Fr. Jo: Epiſcopus Gadicen. ad Ægitanien. transfertur.* 370. 24. Decembr.
XCII. *Converſionem Judæorum in Sicilia curat, & injungit.* 371.
XCIII. *Pro reformatione Eccleſiæ Eugubin. ſtatutum confirmat.* 371. 1279. 2 Januarii.
XCIV. *De electione Abbatiſſæ S. Petri Beneven. diſquiratur.* 373. 9. Januarii.
XCV. *De Abbate S. Mariæ de Crypta ſine jure promoto.* 374.
XCVI. *Aulis de Pyrois ingredi poſſit Monaſteria Clariſſarum.* 375. 20. Januarii.
XCVII. *Jo: O. M. eligitur Archiepiſcopus Cantuarien.* 375. 28. Januarii.
XCVIII. *Electus Magdeburgen. citetur ad ſiſtendum ſe Sedi Apoſt.* 377. 4. Februar.
XCIX. *Facultas commutandi vota Reginæ Siciliæ.* 378. 5. Februar.
C. *Super impedimento cujuſdam matrimonii diſpenſat.* 378. 10. Februar.
CI. *Electionem Abbatis S. Bened. Salernit. examini ſubdit.* 379. 17. Februar.
CII. *Fr. Ægidius Leodien. O. M. præficitur Eccleſiæ Valven.* 380. 25. Februar.
CIII. *Electus Cathe neſ. aut cedat, aut ſe præſentet Sedi Apoſtol.* 381. 9. Martii.
CIV. *Scripta Decimam concernentia dentur Epiſcopo Eugubino.* 382. 11. Martii.
CV. *Abbatis Calinen. ceſſio cognoſcenda committitur.* 383. 18. Martii.
CVI. *Cantuarien. Archiepiſcopus teſtamentum condere valeat.* 383. 25. Martii.
CVII. *Firmat locum pro dilatando Cœnobio Comen. datum.* 384. 29. Martii.
CVIII. *De tempore immittendi Fratres in poſſeſſionem dicti loci.* 384.
CIX. *Electio Abbatiſſæ S. Jo: Litien. excutiatur, & de ea cenſeatur.* 385. 12. Aprilis.
CX. *Cujuſdam matrimonii impedimentum relaxari permittit.* 386. 17. Aprilis.
CXI. *An erectio Monaſterii S. Matthæi Caſtellan. expediat.* 387. 22. Aprilis.
CXII. *Epiſcopus Ægitanien. condere queat teſtamentum.* 388. 3. Maji.
CXIII. *Pecunia Aſten. a Fr. Nicolao recepta cui ſolvenda.* 388. 7. Maji.
CXIV. *Inquiſitorem docet modum purgandæ Urbis Viterbien.* 389. 8. Maji.
CXV. *Fr. Trancredum Neocaſtren. Epiſcopum conſtituit.* 392. 15. Maji.
CXVI. *Ordinem laudibus extollit, ad Comitia convenientes Indulgentia ditat, ſeque piis eorum orationibus commendat.* 392. 16. Maji.
CXVII. *Antiochiæ Principem objurgat ob Epiſcopum Tripolitan.* 394. 1. Junii.
CXVIII. *Ægitan. Epiſcopo datur adminiſtratio Eccleſiæ Gadicen.* 396.
CXIX. *Epiſcopo Tripolit. de modo agendi cum Rege Rom.* 396. 7. Junii.
CXX. *Regi Caſtellæ ut tandem aliquando paci ſe confirmet.* 398. 9. Junii.
CXXI. *Bona Terræ S. collata in Dania dentur*

Digitized by Google

tur collectori decimæ ibidem. Pag. 400.

1279. 27. Junii. CXXII. *Fratribus Villefrancæ concedit locum FF. de Pœnitentia J. C.* 400.

CXXIII. *Et dictæ conceſſionis executores conſtituit.* 402.

5. Julii. CXXIV. *Impedimentum illiciti conjugii tolli concedit.* 402.

CXXV. *Item aliud, modo expoſita ſint vera.* 403.

12. Julii. CXXVI. *Cantoris officium in Eccleſia Morinen. detur idoneo.* 403.

14. Auguſti. CXXVII. *Expoſitio Regulæ Fratrum O. M. cum inibitione &c.* 404.

21. Auguſti. CXXVIII. *Honorii III. diploma eamdem Regulam probantis recognoſcit.* 417.

25. Auguſti. CXXIX. *Item illud Gregorii IX. de Stigmatibus S. Franciſci.* 417.

20. Septembr. CXXX. *Archiepiſcopus Cantuarien. cum Eboracen. Antiſtite modeſte ſe gerat.* 418.

22. Septembr. CXXXI. *Fr. Io: Amerino in Epiſcopum Sutrin. electo alius ſufficitur.* 518.

CXXXII. *Electi in Archiepiſc. Viennen. ad Sedem Apoſtol. accedant.* 419.

1. Octobris. CXXXIII. *Crimina Abbatis S. Salvatoris linguæ Meſſan. ſcrutentur.* 421.

4. Octobris. CXXXIV. *F. Conradus promovetur ad Epiſcopatum Tullen.* 422.

7. Octobris. CXXXV. *Canonicatum Lucæ cum Plebanatu permutari ſinit.* 422.

9. Octobris. CXXXVI. *Fr. Gentilem evehit ad Archiepiſcopatum Rhegin.* 424.

27. Novembr. CXXXVII. *Et ad Daren. Eccleſiam Fr. Nicolaum Cuſoach.* 425.

4. Decembr. CXXXVIII. *Ad Pictavien. vero Sedem Fr. Gualterum Brugen.* 426.

CXXXIX. *Quem Regi Francorum apprime commendat.* 426.

9. Decembr. CXL. *Raguſinæ Eccleſiæ præficit Fr. Philippum Inquiſit.* 426.

CXLI. *Legato ad Hungaros pro Fide aſſiſtentiam exquirit.* 427.

1280. 5. Januarii. CXLII. *Ne Fratres Placentini Ital. vexentur ab Epiſcopo.* 432.

13. Januarii. CXLIII. *Epiſcopus Tropeen. citetur., ut ad Sedem Apoſtol. accedat.* 435.

23. Januarii. CXLIV. *Regi Rom., ut pacem ineat cum Rege Siciliæ.* 437.

13. Februar. CXLV. *Statuit tandem Fratres O.M. apud Carumlocum permanere.* 438.

15. Februar. CXLVI. *Ut & apud Moyſſiacen. & Rapeſtagnum.* 445.

20. Februar. CXLVII. *Preces indicit pro pace inter Reges Franciæ & Caſtellæ.* 446.

2. Martii. CXLVIII. *Legato ſuo ſe mittere ſcribit Fr. Barthol. ob Bononien.* 449.

CXLIX. *Idipſum Bertuldo Urſo Flaminiæ Rectori.* 451.

CL. *Et Giffrido Anagnino Auditori C. A.* 452.

26. Martii. CLI. *Tripolitan. Epiſcopus S. A. Nuncius exigat ſubſidia,* 453.

CLII. *Non tamen cum turbatione in citando.* 454.

27. Martii. CLIII. *Electo Meten. binas Præpoſituras permittit ad tempus.* 454.

30. Martii. CLIV. *Tudertinis omnibus dies dicitur ob cenſuras ſpretas.* 455.

CLV. *Dicitur & Decano Bajocen ob Epiſcopum gravatum.* 457.

3. Maji. CLVI. *Fr. Raynerius aſſumat regimen Eccleſiæ Trojanæ.* 459.

CLVII. *Fr. Marcus eligitur in Epiſc. Humanæ, at non obtinet.* Pag. 460. 1280. 7. Maji.

CLVIII. *Obtinet vero Epiſcopatum Melphien. Fr. Sinibaldus.* 460.

CLIX. *Regi Angliæ Fr. Nicolaum Epiſc. Daren. commendat.* 461. 13. Maji.

CLX. *Quem a ſe delectum, & conſecratum ſignificat.* 461. 25. Maji.

CLXI. *Conſecravit & Fr. Fernandum Epiſcopum Burgen.* 461. 31. Maji.

CLXII. *Epiſcopus Pictavien. ſubveniat Conventui Pariſien.* 462. 13. Junii.

CLXIII. *Fr. Hieronymum Cardin. Regi Roman. legat, & huic tractata cum Rege Siciliæ proſequenda ſuadet.* 465. 6. Julii.

CLXIV. *In jus vocantur Peruſini apud S. A. ob quoddam homicidium.* 465. 10. Julii.

CLXV. *De ea re litteras ipſis præſentari, vel publicari jubet.* 467.

MARTINUS IV.

I. *Campaniæ, Maritimæque Rectori adſint omnes, & obediant.* 469. 1281. 30. Aprilis.

II. *Item Guillelmo Duranti Flaminiæ Rectori.* 470. 30. Maji.

III. *Alban. Card. Epiſcopus Fr. B. condere poſſit teſtamentum.* 470. 5. Auguſti.

IV. *Reginæ Franciæ renovat* 97. *diploma B. Gregorii X.* 471. 7. Octobris.

V. *Indulgentia pro Eccleſia Clariſſarum Londinen.* 471. 9. Octobris.

VI. *Et pro illa Clariſſar. Waterbechen.* 471.

VII. *Fidei deſertori nil proſit confugere ad Eccleſias.* 472. 21. Octobris.

VIII. *De Montis Lupi decima num perſoluta.* 472. 13. Novembr.

IX. *Clariſſis Aſſiſiat. ſua privilegia confirmat.* 473. 17. Novembr.

X. *Inquiri jubet de vita & miraculis S. L. Regis Francorum.* 473. 22. Novembr.

XI. *Prælatis Eccleſ. Francorum pro eadem re.* 475.

XII. *Sveciæ Regi pro electione Miniſtri a Sac. Confeſſionibus.* 476.

XIII. *Electio Epiſcopi S. Marci diſcutiatur, & referatur.* 476. 9. Decembr.

XIV. *Fr. Bonaventura Parmen. regat Eccleſiam Raguſin.* 477. 23. Decembr.

XV. *& Gneſnen. in Polonia Metropol. Fr. Henricus Bremen.* 478.

XVI. *Facultas conſtituendi Prædicatores, & Confeſſarios.* 480. 1282. 10. Januarii.

XVII. *Et Bracarenſi Archiepiſcopo condendi teſtamenti.* 481. 13. Januarii.

XVIII. *Alium Campaniæ & Maritimæ Rectorem commendat.* 481. 27. Januarii.

XIX. *In Plebanum Viennen. Auſtr. Fratribus moleſtum.* 482. 9. Februar.

XX. *Epiſcopo Olomucen. pro iiſdem Fratribus.* 483.

XXI. *Aſſiſiat. Eccleſiæ Paſtorem declarat Fr. Simonem O. M.* 483. 10. Martii.

XXII. *Epiſcopus Cluſinus tueatur Fratres Provinciæ Tuſciæ.* 484. 9. Aprilis.

XXIII. *Cathaneſ. Eccleſiæ præficit Alanum Epiſcopum.* 485. 13. Aprilis.

XXIV. *Ne Hiſpellenſes opitulentur Peruſinis contra Fulgin.* 486. 16. Aprilis.

XXV. *Fr. Petrus Epiſcopus Viburgen. vocatur* 26. Aprilis.

Digitized by Google

tur in jus apud Sedem Apoſt. Pag. 488.
1282. 15. Maji. XXVI. *Impedimentum conjugii Filii Ducis Burgundiæ relaxat.* 490.
23. Maji. XXVII. *Rectori Marchiæ Anconit. aſſiſtentiam expoſcit.* 490.
5. Junii. XXVIII. *Card. S. A. Legatus adhibeat ſibi Fratres etiam O. Min.* 491.
13. Junii. XXIX. *Pro electione Abbatiſſæ S. Alexandri Parmen. ordinatio.* 491.
17. Junii. XXX. *Miſſa Fr. Jacobi electione alius fit Archiepiſc. Benevent.* 492.
17. Auguſti. XXXI. *Alexander Canonicus electus in Epiſc. Aprut. fit O. Min.* 493.
30. Auguſti. XXXII. *Ab impedimento illiciti conjugii diſpenſari concedit.* 494.
11. Septembr. XXXIII. *Et a juramento Scholares Bononien. ſi expedierit.* 495.
11. Novembr. XXXIV. *Decima Portugalliæ pro Terra S. quomodo, & quibus danda.* 496.
XXXV. *Fr. Monaldo de S. Anatolia pro eadem re.* 497.
22. Novembr. XXXVI. *Bona quondam hæreticorum alienata non revocentur.* 497.
1283. 2. Januarii. XXXVII. *De electione Abbatiſſæ S. Nicolai de loco Sexto Johannis.* 498.
8. Januarii. XXXVIII. *Et de illa Abbatiſſæ S. Petri de Brugola cognoſcendis.* 499.
9. Januarii. XXXIX. *Lugdunen. Eccleſiæ contendentes accedant ad Sedem Apoſtol.* 499.
21. Januarii. XL. *Poteſtas fit inſtituendi Syndicos ſecul. pro Conventibus.* 501.
31. Januarii. XLI. *Subditur examini denuo Epiſcopi Sancti Marci promotio.* 502.
15. Februar. XLII. *Ut & ſententia Epiſcopi Tarviſini contra FF. Templi lata.* 503.
16. Februar. XLIII. *Guardianus Conv. S. Leonis abſolvat incolas a cenſuris.* 504.
28. Februar. XLIV. *Et a ſententia Canonis eoſdem, & Majolenſes.* 504.
28. Martii. XLV. *Card. S. A. Legatus queat dare binis Eccleſiis Paſtores ex Ord. Præd. vel Min.* 505.
1. Aprilis. XLVI. *Teſtandi facultas datur Fr. Thomæ Epiſcopo Nepeſ.* 505.
10. Aprilis. XLVII. *Viſitatores & Reformatores Eccleſ. S. Mariæ Rotundæ de Urbe conſtituit.* 505.
12. Aprilis. XLVIII. *Suum 28. diploma pro Card. S. A. Legato repetit.* 506.
14. Maji. XLIX. *Magdeburgen. Eccleſiæ dat expetitum ab omnibus Paſtorem.* 506.
17. Junii. L. *Alius S. A. Legatus uti poſſit miniſterio Fratrum O. M.* 507.
LI. *Eiſque licentiam dare Monaſteria Monialium ingrediendi.* 508.
5. Junii. LII. *Bona Monaſterii Sandecien. confirmantur.* 508.
23. Junii. LIII. *Epiſcopus Caſtellanus fit Conſervator Fratrum Minor.* 509.
30. Julii. LIV. *Fr. Henrico Brem. Electo Gneſnen. alius ſubrogatur.* 509.
8. Octobris. LV. *Super electione Decani Eccleſiæ Fraſniacen. juſſus.* 510.
21. Novembr. LVI. *Dator & detentor Eccleſiæ Wiradesbirgen. vocentur in jus.* 511.
2. Decembr. LVII. *In Religioſos Urbinates Interdictum Eccl. non ſervantes.* 513.
15. Decembr. LVIII. *De tribus Fratribus Epiſcopatum Suanen. reſpuentibus.* 513.
1284. 4. Februar. LIX. *Fr. Deotaleve quoſdam Peruſinos abſolvat a cenſuris.* 515.
LX. *Pro Inquiſitore Prov. Rom. contra hæreticos ad Prætorem.* Pag. 516. 1284. 25. Februar.
LXI. *Pro teſtamento Decani Eccleſiæ Turonen. ſubſtitutio.* 517. 15. Martii.
LXII. *In quoſdam Clericos Caſtri Zangati S. A. maledicos.* 517. 16. Martii.
LXIII. *Reſponſa Regis Portugalliæ ad Prælatos Regni non omnia Pontifici probantur.* 518. 25. Martii.
LXIV. *In Petrum Aragonium, & Siculos vult Crucem prædicari.* 519. 4. Junii.
LXV. *Fr. Leonardus O. M. promoveatur ad Sedem Tricaricen.* 524. 5. Junii.
LXVI. *Fr. Angelus Peruſinos a cenſuris Eccleſiaſt. abſolvat.* 524. 21. Junii.
LXVII. *Fr. Petrus Epiſcopus Wiburgen. in jus vocatur a Sede Apoſt.* 526. 22. Junii.
LXVIII. *Pallium tranſmittit S. A. Legato pro Trojano Epiſcopo.* 526. 20. Decembr.
LXIX. *Narnienſes abſolvantur a cenſuris per Fr. Monaldum.* 527. 21. Decembr.
LXX. *Moniales de Cuſtodia B. M. V. Ord. S. Claræ privilegio donantur.* 528. 1285. 8. Januarii.
LXXI. *Cauſa inter quoſdam Antiſtites & Fratres Humiliatos.* 528.
LXXII. *Electio Epiſcopi Bergen. in Archiep. Nidroſien. examini committitur.* 529. 18. Januarii.
LXXIII. *Ut & Caſtellanorum abſolutio a cenſuris ex conditione.* 529. 29. Ianuarii.
LXXIV. *Pecuniæ de Portugal. decima pro Terra S. acceptilatio.* 530. 21. Februar.
LXXV. *Abſolvantur a cenſuris etiam Gualdenſes ſub conditione.* 531. 28. Februar.
LXXVI. *Et ſimili modo Bettonienſes ex eadem cauſa.* 531. 24. Martii.

HONORIUS IV.

I. *De Wiburgen. Epiſcopatu procedatur ex epiſt. 25. Martini IV.* 533. 1285. 5. Aprilis.
II. *Idem fiat circa electionem Archiepiſcopi Nidroſien.* 534. 12. Aprilis.
III. *Datur tandem Camertibus Epiſcopus ex O. M., & confirmatur.* 536. 27. Maji.
IV. *Cauſa FF. Humiliatorum cum Antiſtitibus, ut ſupra proſequatur.* 537. 28. Maji.
V. *Hiſpellates a cenſuris abſolvantur ex hypotheſi.* 538. 15. Julii.
VI. *Electio Rectoris Hoſpitalis S. Spiritus Piſis expendatur.* 538.
VII. *Impedimentum cujuſdam matrimonii tolli concedit ad cautelam.* 539. 18. Julii.
VIII. *In Epiſcopum Nuſcanum O. M. ſine licentia promotum.* 540. 3. Septembr.
IX. *Viterbienſium abſolutio a cenſuris injungitur F. Angelo Inquiſit.* 541. 4. Septembr.
X. *Ut & illa Petri de Vico, ejuſque ſubditorum eadem ex cauſa.* 543.
XI. *Aſſeclis B. Margaritæ Columnæ dat Regulam, & locum in Urbe.* 544. 24. Septembr.
XII. *Petrum Bleſen. ab irregularitate diſpenſari mandat.* 546. 30. Septembr.
XIII. *Translatio Epiſcopi Lacedæmon. ad Olenen. an expediat.* 547.
XIV. *Viterbien. Epiſcopus teſtamentum facere poſſit.* 548. 7. Octobris.
XV. *Sororibus S. Silveſtri de Capite expetitam Regulam tranſmittit.* 548. 9. Octobris.
XVI. *Inquiſitio contra hæreſes inſtituitur in Sardinia.* 549. 18. Octobris.
XVII. *Clariſſis S. Silveſtri de Cap. dentur Fra-* 2. Novembr.

Fratres in obſequium. Pag. 549.
1285. 4. Novembr. XVIII. *Alia Rectoris S. Spiritus Piſani electio diſcutienda.* 550.
19.Novembr. XIX. *Clariſſis S. Claudii Fulginat. privilegia confirmat.* 551.
20.Novembr. XX. *Omnia privilegia, ſeu Mare magnum Ordini confirmat.* 551.
27.Novembr. XXI. *Clariſſas vero Italicas liberat a ſolutione decimæ contra Siculos.* 551.
7.Decembr. XXII. *Jotren. Abbatiſſæ electio videatur an admittenda.* 552.
11.Decembr. XXIII. *Epiſcopo Senen. pro Eccleſia Fratribus Montis Alcini donata.* 555.
1286. 18. Januarii. XXIV. *Lapidem primum ponere, Eccleſias ſacrare, & Cœmeteria noſtra benedicere, ad quos Epiſcopos attineant.* 555.
26. Januarii. XXV. *Datur facultas diſpenſandi in illicito matrimonio.* 556.
30. Januarii. XXVI. *Et Epiſcopo Pictavien. condendi teſtamentum.* 556.
2. Februar. XXVII. *Monaſterium S. Demetrii Neapol. an Clariſſis dandum.* 556.
XXVIII. *Corpus Martini IV. Aſſiſium transferri jubet ad ædem S. Franciſci.* 557.
XXIX. *Peruſinis Civibus pro eadem translatione.* 558.
4. Februar. XXX. *Mandat inquiri, an expediat venditio Caſtri Potentini.* 558.
XXXI. *Permittit fundationem Monaſterii Clariſſarum Werchin.* 559.
XXXII. *Comitem Flandriæ ſolvit a juramento conjugii.* 559.
10. Februar. XXXIII. *Irrita ſint pacta & compoſitiones Fratrum inſciis majoribus, & Ordinis jurium damno initæ.* 560.
13. Februar. XXXIV. *Auximi locus S. Florentii detur Fratribus Ord. Prædic.* 561.
5. Martii. XXXV. *Fr. Petrus conſtituitur Epiſcopus Salmantinus.* 562.
XXXVI. *Capitulo & Clero Salmantino de eodem.* 562.
XXXVII. *Populo prædictæ Civitatis pro eodem Epiſcopo.* 562.
XXXVIII. *Et vaſſallis ejuſdem Epiſc.* 562.
18. Martii. XXXIX. *Tolli mandat Interdictum Venetum ex conditione.* 563.
2. Aprilis. XL. *Et ſimiliter impedimentum cujuſdam matrimonii.* 564.
8. Aprilis. XLI. *Epiſcopus Eugubin. ſe componat cum ſuis vaſſallis.* 564.
16. Aprilis. XLII. *Duos Tabelliones concedit Inquiſitori hær. Marchiæ Tarviſ.* 565.
3. Maji. XLIII. *Electio Abbatiſſæ S. Felicis de Vada jubetur examinari.* 566.
15. Maji. XLIV. *Et cognoſci facinora Abbatis S. Mauritii Agaunen.* 566.
XLV. *Diſpenſari concedit ſuper quodam illicito matrimonio.* 567.
25. Maji. XLVI. *Compoſitionem inter Urſum & Viterbienſes confirmat.* 568.
31. Maji. XLVII. *Regi Rom. aſſignat diem diadematis Imper. ſuſcipiendi.* 569.
XLVIII. *Præpoſitus Barjolen. an decimam Terræ S. perſolverit.* 569.
1. Junii. XLIX. *Epiſcopus Auximan. ſit Conſervator Fratrum Marchiæ Anconit. O. M.* Pag. 570.
L. *Cluſinus Epiſcopus vendat Caſtrum Potentinum cum aſſenſu &c.* 571. 1286. 4. Junii.
LI. *Pro electione Fr. Marci in Abbatem S. Petri de Montibus.* 571. 5. Junii.
LII. *Epiſcopo Urbevetano & aliis pro prædicto Caſtro Potentino.* 572. 9. Junii.
LIII. *Epiſcopus Waterfordien. transfertur ad Tuamen. Eccleſiam.* 573. 12. Julii.
LIV. *Cui Pallium tranſmittit per tres Epiſcopos.* 575.
LV. *Prædictis Epiſcopis ut Pallium aſſignent, ut ſupra.* 575.
LVI. *Indulget, ut tollatur impedimentum cujuſdam matrimonii.* 576. 15. Julii.
LVII. *Abbatiſſa S. Mariæ Santonen. electa confirmetur.* 576. 5. Auguſti.
LVIII. *Monaſterium S. Sixti Placentiæ redeat ad Monachos S. B.* 578. 17.Septembr.
LIX. *Eccleſia S. Sebaſtiani Camerini num danda Fratribus O. P.* 580. 1. Octobr.
LX. *Copia ſit diſpenſandi in illicito matrimonio.* 581. 15. Octobr.
LXI. *Item in alio Florentiæ a Dono de Malchiavellis inito.* 582.
LXII. *Blanca S. Ludovici filia moretur cum Clariſſis Pariſien.* 582. 26. Octobr.
LXIII. *Miniſtro Prov. Franciæ & Abbatiſſæ Clariſ. pro eadem.* 583.
LXIV. *Diſpenſatio pro quodam illicito conjugio Anconæ.* 583. 29. Octobris.
LXV. *Clariſſis Novicaſtri tribuit domum FF. de Pœnitentia J.C.* 583. 30. Octobris.
LXVI. *Suſpenſio Interdicti Eccl. in Regno Caſtellæ publicetur.* 584. 7.Novembr.
LXVII. *Capitulum Siſtaricen. vendat fundum Fratribus pro eorum loco dilatando.* 585. 17.Novembr.
LXVIII. *Moniales S. Apollinaris Aſſiſium ſe transferant non obſt. &c.* 586. 20. Novemb.
LXIX. *Filii ac Nepotes hæretici converſi promoveantur ad quæcunque officia.* 587. 27. Novemb.
LXX. *Detentores beneficiorum Eccl. Ægidii Martini in jus vocentur.* 588. 28. Novemb.
LXXI. *In Judæos Angliæ, eorumque librum Talmud.* 590. 30. Novemb.
LXXII. *An expediat venditio quorumdam prædiorum Eccleſiæ Reatinæ.* 591. 9. Decembr.
LXXIII. *Fr. Petro Wiburgen. Eccleſiam dimittente alius eligatur.* 592. 18. Decembr.
LXXIV. *Monaſterii S. Marcelli prope Pariſios fundandi facultas.* 592. 1287. 9. Januarii.
LXXV. *Pro permutatione quorundam terrarum Eccleſiæ Inſulen.* 593. 11. Januarii.
LXXVI. *Diſpenſari concedit impedimentum conjugum ex conditione.* 594. 4. Februar.
LXXVII. *Fr. Engleſius promovetur ad Epiſcopatum Novarien.* 594. 14. Februar.
LXXVIII. *Translatio Epiſcopi Amaren. ad Eccleſiam Nidroſien.* 595. 15. Februar.

CARD. LEGATUS HON. IV.

I. *Tempore Interdicti Eccl. ne Fratres & Sorores de Pœnitentia S. Franciſci recipiant ad Divina officia Argentinæ.* 595.
II. *Item aliis ibibem de eadem re.* 599.

INDEX

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICUS

DIPLOMATUM, ET BULLARUM

TERTII TOMI HUJUS OPERIS.

Diplomatum	Num.	Pontif.	Pag.
A			
Accedens ad Apoſt. Sedem.	59.	*Honor.IV.*	580.
Accedens ad præſentiam.	95.	*Nicol.III.*	374.
Accedens ad Sedem Apoſt.	9.		287.
Ad audientiam Apoſt.	117.		394.
Ad audientiam noſtram.	101.		379.
	34.	*Clem.IV.*	31.
	47.	*Mart.IV.*	505.
Ad conſequendam gloriam.	58.	*Clem.IV.*	59.
Ad extirpanda.	44.		48.
	63.		69.
Ad extirpandam.	16.	*Honor.IV.*	548.
Ad fructus uberes.	16.	*Mart.IV.*	480.
Adhibitum laudandæ.	1.	*Card.Jo.XXI.*	275.
Adjutos morum.	27.	*Nicol.III.*	203.
Ad liberationem.	178.	*Clem.IV.*	162.
	179.		163.
	180.		163.
	181.		164.
Ad negotium.	64.	*Nicol.III.*	345.
A noſtræ Promotionis auſpiciis.	27.	*Greg.X.*	205.
Ad notitiam veſtram.	109.	*Clem.IV.*	102.
Ad perſonam tuam.	163.	*Nicol.III.*	465.
Ad ſacrum Fratrum.	34.	*Honor.IV.*	561.
Ad tollendam.	53.	*Nicol.III.*	334.
Ad tuæ devotionis.	33.		313.
Ad vos & locum.	5.		284.
Ægræ ferimus.	89.	*Clem.IV.*	90.
Æquanimitas morum.	91.		91.
Æterni Paſtoris.	10.	*Nicol.III.*	289.
Age fili prudenter.	71.		351.
Angit nos cura.	162.	*Clem.IV.*	153.
A noſtræ promotionis.	27.	*Greg.X.*	205.
Apoſtolicæ Sedis benignitas.	58.	*Nicol.III.*	339.
Apoſtolicæ Sedis filios.	135.	*Clem.IV.*	126.
Apoſtolicæ Sedis providentia.	35.		32.
Aſcendit fumus.	11.	*Honor.IV.*	544.
Aſſiſinat. Eccleſiæ.	29.	*Greg.X.*	206.
Attendentes benignius.	20.	*Honor.IV.*	551.
Audito nuper.	165.	*Nicol.III.*	466.
A via rectitudinis.	144.	*Clem.IV.*	132.
B			
Beneplacitum eſt Domino.	9.	*Honor.IV.*	541.
Bonæ memoriæ.	2.	*Greg.X.*	174.
	3.		174.
C			
Caſtrum de Soria.	117.	*Clem.IV.*	107.
Cathedrali Eccleſia.	100.	*Greg.X.*	230.
Catholicæ Fidei negotium.	113.	*Clem.IV.*	104.
Celſitudinis tuæ.	99.	*Greg.X.*	229.
	13.	*Joan.XXI.*	256.

Diplomatum	Num.	Pontif.	Pag.
Circa ea quæ.	162.	*Nicol.III.*	462.
Circa perſonam tuam.	153.		454.
Circa perſonam dilecti.	9.	*Clem.IV.*	6.
Circa tutelam terræ.	20.		14.
Clara merita.	43.		40.
Claret in gentibus.	84.	*Nicol.III.*	363.
Commiſſa nobis.	103.		381.
Commiſſum tibi Crucis.	53.	*Greg.X.*	220.
Conſiderantes attentius.	67.	*Honor.IV.*	585.
Conſiderantes ferventis.	14.	*Joan.XXI.*	256.
Conſtitutus in præſentia.	44.	*Honor.IV.*	566.
Conſuevit interdum.	2.	*Clem.IV.*	2.
Conſulte tunc utilitati.	161.	*Nicol.III.*	461.
Contigit hactenus.	66.	*Mart.IV.*	524.
Convenientibus vobis.	116.	*Nicol.III.*	393.
Cordi vobis eſſe.	11.	*Mart.IV.*	475.
Credit Mundus.	172.	*Clem.IV.*	159.
Cum ad promovenda.	46.		43.
Cum ad recuperationem.	47.	*Nicol.III.*	329.
Cum adverſus hæreticam.	52.	*Clem.IV.*	47.
Cum a nobis petitur.	72.		74.
	101.		95.
	125.		118.
	158.		143.
	35.	*Greg.X.*	211.
	52.		220.
	3.	*Innoc.V.*	243.
	24.	*Nicol.III.*	302.
	26.		303.
	38.		320.
	52.		334.
	9.	*Mart.IV.*	473.
	52.		508.
	19.	*Honor.IV.*	551.
Cum bonæ memoriæ.	155.	*Clem.IV.*	141.
Cum chariſſimus.	182.		164.
	24.	*Greg.X.*	203.
Cum circa proſecutionem.	42.	*Honor.IV.*	565.
Cum de pecunia.	74.	*Mart.IV.*	530.
Cum de tuæ circumſpectionis.	15.	*Clem.IV.*	11.
Cum dilecti filii.	26.		24.
	92.		92.
	161.		153.
	164.		154.
	43.	*Mart.IV.*	504.
Cum dilectos filios.	20.	*Nicol.III.*	199.
Cum Eccleſiæ Belvacen.	134.	*Clem.IV.*	126.
Cum Fr. Petrus.	73.	*Honor.IV.*	592.
Cum incumbentia.	27.	*Mart.IV.*	490.
Cum in negotio.	48.	*Greg.X.*	217.
Cum in Provincia.	2.	*Mart.IV.*	470.
Cum in Septimana.	31.	*Clem.IV.*	28.
Cum inter Cantuarien.	130.	*Nicol.III.*	418.
Cum nonnulli.	104.		382.
Cum nos Canonicorum.	43.	*Greg.X.*	216.
Cum nos nuper.	54.	*Honor.IV.*	575.

Diplom.	Num.	Pontif.	Pag.
Cum nos nuper.	55.		575.
Cum nuper bonæ mem.	96.	*Clem.IV.*	93.
	97.		94.
	98.		94.
	99.		95.
	100.		95.
Cum nuper tibi.	45.	*Mart.IV.*	505.
Cum olim fel. record.	23.	*Nicol.III.*	301.
Cum olim venerabilis.	108.	*Clem.IV.*	101.
Cum quædam de rebus,	160.		152.
Cum quondam Fr.	11.		9.
Cum ſicut accepimus.	55.	*Greg.X.*	220.
Cum ſicut dilecti.	13.	*Clem.IV.*	10.
Cum ſicut ex parte.	143.		131.
Cum ſicut noſti.	46.	*Nicol.III.*	328.
Cum te ad Aquilejen.	50.	*Mart.IV.*	507.
Cum te ad cariſſimum.	34.	*Nicol.III.*	314.
Cum te ad partes Angl.	12.	*Clem.IV.*	9.
Cum te ad partes Regni.	48.	*Mart.IV.*	506.
Cum te in Regnum.	28.		491.
	56.	*Greg.X.*	221.
Cum tibi ad ſupplicationem.	64.	*Clem.IV.*	70.
Cum triginta libras.	21.		15.
Cum venerabilem Fratrem.	73.	*Nicol.III.*	352.
	184.	*Clem.IV.*	165.
Cum venerabilis Frater.	1.	*Mart.IV.*	469.
Cum vos ad magnificum.	13.	*Greg.X.*	195.
Cum vos ad partes Rom.	72.	*Nicol.III.*	352.
	78.		359.
Cum vos ad partes Tartar.	15.		296.
	16.		297.
	17.		297.
Cura paſtoralis officii.	35.	*Honor.IV.*	562.
	36.		562.
	37.		562.
	38.		562.
D			
Damnabili perfidia.	132.	*Clem.IV.*	123.
	133.		125.
Debitum noſtri nos.	22.	*Honor.IV.*	552.
Debitum officii noſtri.	31.	*Nicol.III.*	309.
Debitum Paſtoralis officii.	78.	*Honor.IV.*	595.
Decet, & expedit.	75.	*Clem.IV.*	76.
De Regno Portugalliæ.	106.	*Greg.X.*	234.
Deſiderantes ut ea.	75.	*Nicol.III.*	354.
Deſiderantes ut negotium.	66.	*Clem.IV.*	72.
Deſideriis veſtris affectu.	69.		74.
Deſideriis veſtris in his.	71.		74.
De ſtatu ſuo audivimus.	81.		82.
De venenoſo genere.	23.		16.
	53.		47.
De venerabili Fratre.	55.		54.
Devotionem dilecti.	60.		62.
Devotionis merita.	56.	*Mart.IV.*	511.
Devotionis veſtræ precibus.	168.	*Clem.IV.*	157.
	21.	*Joan.XXI.*	262.
Diebus iſtis præteritis.	24.	*Mart.IV.*	486.
Digne quidem.	120.	*Nicol.III.*	398.
Dilecti filii Archid.	90.	*Clem.IV.*	90.
Dilectis filiis de Bellic.	110.		103.
Dilectos filios Fratres.	51.		46.
	12.	*Greg.X.*	194.
Dilectum filium Fr.	167.	*Clem.IV.*	157.
Dilectus filius Ægidius.	70.	*Honor.IV.*	588.

Diplom.	Num.	Pontif.	Pag.
Dilectus filius Johannes.	38.	*Greg.X.*	212.
	105.	*Nicol.III.*	383.
Dilectus filius Magiſter.	1.	*Honor.IV.*	533.
	2.		534.
Dilectus filius nobilis.	65.		583.
Dilectus filius Tancredus.	121.	*Clem.IV.*	110.
Diræ perſecutionis.	1.	*Greg.X.*	173.
Diſcretioni tuæ.	49.		217.
	54.		220.
Diſcretioni veſtræ.	2.	*Innoc.V.*	243.
Divinæ gratia majeſtatis.	139.	*Nicol.III.*	426.
Dudum Aprutina.	31.	*Mart.IV.*	493.
Dudum Camerinen.	3.	*Honor.IV.*	536.
Dudum Caſtellana.	94.	*Greg.X.*	228.
	95.		229.
	96.		229.
	97.		229.
	98.		229.
Dudum Cathanes.	23.	*Mart.IV.*	485.
Dudum Eccleſia S. Marci.	13.		476.
	41.		501.
Dudum fel. record.	66.	*Honor.IV.*	584.
Dudum in poteſtatem,	59.	*Mart.IV.*	515.
Dudum inter nobiles.	10.	*Honor.IV.*	543.
Dudum Monaſterio S. M.	57.		576.
Dudum Monaſterio Montal.	37.	*Mart.IV.*	498.
	38.		499.
Dudum ſuper gener.	16.	*Greg.X.*	197.
	17.		197.
Dudum incumbentia,	5.		182.
E			
Ecce per Dei gratiam.	84.	*Clem.IV.*	86.
Eccleſia S. Severinæ.	25.	*Greg.X.*	204.
Eccleſia veſtra.	14.	*Clem.IV.*	10.
Etſi errantibus.	86.	*Nicol.III.*	366.
Etſi Religioſorum.	109.		385.
Etſi univerſæ.	118.	*Clem.IV.*	108.
Exhibita nobis dilectarum.	94.	*Nicol.III.*	373.
Exhibita nobis dilecti.	110.		386.
	135.		422.
	26.	*Mart.IV.*	490.
	25.	*Honor.IV.*	556.
	40.		564.
	45.		568.
	56.		576.
	69.		587.
	76.		594.
Exhibita nobis dilectorum.	19.	*Mart.IV.*	482.
	20.		483.
	36.	*Greg.X.*	211.
	4.	*Honor.IV.*	537.
	23.		555.
Exhibita nobis ex parte.	45.	*Clem.IV.*	41.
Exhibita nobis tua.	12.	*Joan.XXI.*	256.
Exhibita nobis veſtra,	119.	*Card.Leg.Clemente.IV.*	109.
Exigentibus veſtræ devot.	16.	*Clem.IV.*	12.
	17.		13.
	68.		73.
Exiit, qui ſeminat.	127.	*Nicol.III.*	404.
Ex incumbenti.	132.		419.
Ex inſinuatione.	21.	*Greg.X.*	201.
Ex litteris dilecti.	18.	*Clem.IV.*	13.
Ex more quemvis.	70.	*Nicol.III.*	350.

Expan-

Digitized by Google

Diplom.	Num.	Pontif.	Pag.
Expanſis in Cruce manibus.	28.	*Clem.IV.*	26.
Ex parte chariſſimæ.	90.	*Nicol.III.*	378.
Ex parte chariſſimi.	74.	*Honor.IV.*	592.
Ex parte dilectæ.	31.		559.
Ex parte dilectarum.	27.		556.
Ex parte dilecti.	124.	*Clem.IV.*	118.
	39.	*Nicol.III.*	320.
	8.	*Mart.IV.*	472.
Ex parte dilectorum.	1.	*Joan.XXI.*	247.
	137.	*Clem.IV.*	127.
	150.		138.
	152.		140.
	7.	*Mart.IV.*	472.
	36.		497.
	32.	*Honor.IV.*	559.
Ex parte hominum.	44.	*Mart.IV.*	504.
Ex parte poteſtatis.	69.		527.
	73.		529.
	75.		531.
	76.		531.
	5.	*Honor.IV.*	538.
Ex parte tua.	65.	*Mart.IV.*	524.
Ex parte venerabilis.	5.	*Clem.IV.*	4.
Ex parte venerabilium.	63.	*Mart.IV.*	518.
Ex parte veſtra.	24.	*Honor.IV.*	555.
Exponente nobis hactenus.	52.		572.
Exponente nobis Johanne.	124.	*Nicol.III.*	402.
Expoſita coram nobis.	32.	*Mart.IV.*	494.
Expoſuerunt nobis.	67.		526.
	61.	*Nicol.III.*	343.
	123.		402.
Expoſuit nobis ven.	4.	*Innoc.V.*	244.
	30.	*Honor.IV.*	558.
	41.		564.
Ex ſuſceptæ ſervitutis.	30.	*Mart.IV.*	492.
	77.	*Honor.IV.*	594.
Ex tuis & aliorum.	67.	*Nicol.III.*	347.
Exultantes in Domino.	40.	*Mart.IV.*	501.
Exultante ſpiritu.	104.	*Clem.IV.*	98.
Exultavit, & exultat.	11.	*Nicol.III.*	291.

F

Felicis record. Greg.	20.	*Joan.XXI.*	261.
Felicis record. Innoc.	5.		251.
Felicis record. Johan.	13.	*Nicol.III.*	295.
Fragilitatis humanæ.	142.		432.
Fraternitatis tuæ.	74.		353.

G

Grandis affectus.	33.	*Joan.XXI.*	270.
Gratanter audivimus.	22.		263.
Gravem ad nos.	7.	*Nicol.III.*	286.
Graves admodum.	123.	*Clem.IV.*	117.
Graves Fratrum tuorum.	85.		87.

H

Habet aſſertio.	15.	*Joan.XXI.*	257.
Habet fili chariſſime.	6.		251.
Habet infauſti rumoris.	2.		248.

I

Jacta per inimicum.	43.	*Nicol.III.*	323.
Illa te credimus.	35.	*Mart.IV.*	497.

Diplom.	Num.	Pontif.	Pag.
In aliis quæ tibi.	35.	*Nicol.III.*	316.
In Civitatis Bononien.	148.		449.
	149.		451.
In commiſſi vobis.	34.	*Joan.XXI.*	271.
	76.	*Nicol.III.*	355.
In confectione.	32.	*Clem.IV.*	29.
In diſpenſatione.	138.		128.
	91.	*Nicol.III.*	370.
Inducunt nos.	154.	*Clem.IV.*	141.
Infra clauſtrum.	6.	*Nicol.III.*	284.
In Inſulis.	154.		455.
In litteris, quas.	11.	*Greg.X.*	193.
	18.		198.
	19.		199.
In mandatorum.	15.	*Honor.IV.*	548.
In quibuſdam locis.	22.	*Clem.IV.*	15.
Inquietamur inceſſanter.	139.		129.
In ſpiritu pietatis.	129.		120.
In ſupremæ dignitatis.	102.	*Nicol.III.*	380.
	131.		418.
	134.		422.
	158.		460.
In ſupremæ ſpecula.	48.		330.
	8.	*Joan.XXI.*	254.
	9.		255.
	10.		256.
	11.		256.
In ſupremi Patris.	127.	*Clem.IV.*	119.
Intellecto dudum.	89.	*Nicol.III.*	368.
	10.	*Mart.IV.*	473.
Intelleximus quod.	121.	*Nicol.III.*	400.
Intendentes ea.	150.		452.
Inter alia, quæ nobis.	60.	*Mart.IV.*	516.
Inter alias Provincias.	18.		481.
Inter cetera hoc.	83.	*Nicol.III.*	362.
Inter cetera, quæ.	1.	*Card.Clem.IV.*	168.
	2.		170.
	35.	*Joan.XXI.*	273.
	14.	*Nicol.III.*	296.
Inter ſolicitudinis.	15.	*Greg.X.*	196.
Inter quoslibet.	115.	*Clem.IV.*	105.
Intima mentis.	32.	*Nicol.III.*	310.
Intimante nobis.	57.	*Mart.IV.*	513.
Inundans malitia.	149.	*Clem.IV.*	138.
	29.	*Joan.XXI.*	265.
	22.	*Mart.IV.*	484.
	53.		509.
	49.	*Honor.IV.*	570.
Is, qui Eccleſiam.	76.	*Clem.IV.*	77.

L

Labores veſtros.	33.	*Greg.X.*	209.
Laudabilis honeſtatis.	79.	*Clem.IV.*	80.
Laudanda tuorum.	7.	*Joan.XXI.*	253.
Lecta coram nobis.	61.	*Honor.IV.*	582.
	72.		591.
Lecta nobis dilecti.	40.	*Nicol.III.*	321.
	66.		346.
	100.		378.
	111.		387.
Lecta nobis dilectarum.	70.	*Mart.IV.*	528.
Lecta nobis dilectorum.	55.		510.
Lecta nobis Regiæ.	4.	*Greg.X.*	175.
Lecta nobis veſtra.	174.	*Clem.IV.*	160.
	175.		161.

Licet

Digitized by Google

Diplom.	Num.	Pontif.	Pag.
Licet a te.	80.	*Nicol.III.*	360.
Licet Cantoria.	126.		403.
Licet continuata.	156.		458.
Licet de quibuſdam.	148.	*Clem.IV.*	137.
Licet ea.	36.	*Joan.XXI.*	274.
Licet ex omnibus.	36.		33.
	39.		37.
	40.		37.
	50.		45.
	56.		58.
	112.		104.
Licet in memoriali.	77.	*Nicol.III.*	358.
Licet is, de cujus.	27.	*Clem.IV.*	25.
	30.		28.
	128.		120.
Licet noſtris tibi.	147.		137.
Licet tibi.	152.	*Nicol.III.*	454.
Litteræ veſtræ.	22.		300.
Litteras fel. record. Greg.	129.		417.
Litteras fel. record. Honor.	128.		417.
Litterarum dilectæ.	63.	*Honor.IV.*	583.
Litterarum ſeries.	32.	*Greg.X.*	208.
Litterarum tuarum.	62.	*Honor.IV.*	582.
Loca Sanctorum.	47.	*Clem.IV.*	44.
	5.	*Mart.IV.*	471.
	6.		471.
M			
Magdeburgen. Eccleſia.	98.	*Nicol.III.*	377.
Magna tuæ circumſpect.	51.		333.
Magnitudinis tuæ.	122.	*Clem.IV.*	111.
Mandatum Piſanis.	120.		110.
Manſuetudinis Apoſtol.	56.	*Nicol.III.*	336.
	57.		338.
Militanti Eccleſiæ.	18.		197.
	19.		198.
	54.		134.
	115.		392.
	138.		426.
	140.		426.
	14.	*Mart.IV.*	477.
	21.		483.
	72.		529.
Militantis Eccleſiæ pater.	141.	*Nicol.III.*	427.
Mundi ſpernentes.	30.		308.
N			
Ne aliqui dubitationem.	42.	*Clem.IV.*	39.
Ne celſitudinem.	93.	*Greg.X.*	227.
Negotio, quod.	183.	*Clem.IV.*	164.
Nimis in partibus.	71.	*Honor.IV.*	590.
Non abſque dolore.	151.	*Clem.IV.*	139.
Non intendimus.	171.		159.
Non ſine compaſſione.	34.	*Greg.X.*	210.
Non ſine gravi.	1.	*Card.Hon.IV.*	596.
Nos fel. record.	114.	*Clem.IV.*	105.
Nuper ad Apoſtol.	19.	*Joan.XXI.*	259.
Nuper ad audientiam.	51.	*Honor.IV.*	571.
Nuper ad nos.	155.	*Nicol.III.*	457.
Nuper ad noſtrum.	33.	*Mart.IV.*	495.
Nuper celſitudinis.	104.	*Greg.X.*	233.
Nuper devotionis.	103.		233.
Nuper dilectæ in Chriſto.	17.	*Honor.IV.*	549.
Nuper dilecto filio.	143.	*Nicol.III.*	435.
Nuper exponentibus.	122.		401.

Diplom.	Num.	Pontif.	Pag.
Nuper ſanctæ.	1.	*Innoc.V.*	242.
Nuper venerabili.	47.	*Honor.IV.*	569.
Nuper vobis.	111.	*Clem.IV.*	103.
O			
Obtentu Divini nominis.	65.	*Clem.IV.*	71.
Occurrunt frequenter.	10.		7.
Olim Aquen. Eccleſ.	30.	*Joan.XXI.*	266.
Olim Aſſiſinat. Eccleſ.	42.	*Greg.X.*	215.
Olim ex relatione.	145.	*Nicol.III.*	438.
Olim fel. record. Alexand:	102.	*Clem.IV.*	96.
	103.		98.
	106.		100.
Olim fel. record. Urb.	129.		121.
Olim intellecto.	156.		142.
Olim Monaſterio.	62.	*Nicol.III.*	343.
Olim ſeculari.	107.	*Greg.X.*	240.
Olim ſicut accepimus.	61.	*Mart.IV.*	517.
Olim te pro quibuſdam.	151.	*Nicol.III.*	453.
Olim tibi ſub certa.	39.	*Honor.IV.*	563.
Olim venerabilis.	80.	*Clem.IV.*	81.
Oneroſa paſtoralis.	16.	*Joan.XXI.*	257.
	15.	*Mart.IV.*	479.
Ordinis veſtri ſacra.	177.	*Clem.IV.*	162.
Orta dudum.	142.		131.
P			
Paci & quieti.	29.		27.
Paci & tranquillitati.	44.		40.
Pacis æmulus.	32.	*Joan.XXI.*	268.
Paupertatis altiſſimæ.	82.	*Clem.IV.*	82.
	83.		83.
Paupertatis veſtræ.	73.		76.
Perſonis, quæ.	37.		36.
Pertulerunt ad audientiam.	67.		73.
	70.		74.
	176.		161.
Per varias noſtras.	88.		89.
Petitio dilecti.	23.	*Joan.XXI.*	263.
	24.		264.
	60.	*Honor.IV.*	581.
	64.		583.
Petitio dilectorum.	37.	*Greg.X.*	212.
	71.	*Mart.IV.*	528.
	58.	*Honor.IV.*	578.
Petitio tua.	101.	*Greg.X.*	231.
Petitio veſtra.	5.	*Innoc.V.*	244.
	36.	*Nicol.III.*	316.
	42.		322.
	93.		371.
	68.	*Honor.IV.*	386.
Pium arbitramur.	96.	*Nicol.III.*	375.
Præ cunctis.	41.	*Clem.IV.*	38.
	140.		129.
Pridem dum eorum.	144.	*Nicol.III.*	437.
Pridem ſicut ex ſerie.	62.	*Mart.IV.*	517.
Probatæ Fidei.	3.	*Joan.XXI.*	249.
Proceſſum habitum.	44.	*Greg.X.*	216.
	45.		217.
Profectum ad bella.	62.	*Clem.IV.*	68.
Propter proprii.	48.		44.
Providentia laudabilis.	170.		158.
Prudentiæ tuæ.	41.	*Nicol.III.*	322.
Pſalmator hominis.	12.		293.

Quæ-

Digitized by Google

Diplom.	Num.	Pontif.	Pag.
Q			
Quæris a nobis.	77.	*Clem.IV.*	79.
Quam amare.	85.	*Nicol.III.*	365.
Quamquam de vacatione.	2.	*Card.Jo:XXI.*	275.
Quanto deſideremus.	4.	*Joan.XXI.*	250.
Quanto ex poteſtate.	1.	*Nicol.III.*	279.
	2.		281.
Quanto gaudio.	31.	*Joan.XXI.*	267.
Quanto ſtudioſius.	57.	*Clem.IV.*	58.
Querelam gravem.	45.	*Nicol.III.*	326.
Quia plerumque.	169.	*Clem.IV.*	158.
Quia præſentis vitæ.	81.	*Nicol.III.*	360.
	18.		383.
	106.		388.
	2.	*Mart.IV.*	470.
	17.		481.
	46.		505.
	14.	*Honor.IV.*	548.
	26.		556.
Qui cuncta ſolus.	114.	*Nicol.III.*	389
Quidam temere.	19.	*Clem.IV.*	14.
Qui miſeratione.	10.	*Greg.X.*	186.
Quoniam frequenter.	6.	*Clem.IV.*	4.
Quoniam ut ait.	107.		100.
	157.		143.
Quorumlibet devot.	164.	*Nicol.III.*	465.
Quo vos in Chriſto.	145.	*Clem.IV.*	136.
	146.		136.
Quum nuper.	2.	*Card.Hon.IV.*	597.
R			
Rapoten. Eccleſia.	7.	*Clem.IV.*	5.
Rationis oculis.	185.		165.
	186.		166.
	44.	*Nicol.III.*	324.
	137.		425.
	157.		460.
	160.		461.
	58.	*Mart.IV.*	513.
Recepimus arma,	173.	*Clem.IV.*	160.
Rectæ conſiderationis.	33.		30.
Rectæ tunc Eccleſ.	136.	*Nicol.III.*	424.
	54.	*Mart.IV.*	509.
Referente fama.	40.	*Greg.X.*	213.
Regiis ſupplicationibus.	12.	*Mart.IV.*	476.
Regi Regum.	159.	*Nicol.III.*	461.
Regularis Ordinis.	6.	*Greg.X.*	183.
Religionis favor.	33.	*Honor.IV.*	560
Religioſam vitam.	73.	*Clem.IV.*	75
Remen. Eccleſia.	20.	*Greg.X.*	200.
Retulit ad vos.	46.		217.
	47.		217.
Romana mater.	59.	*Nicol.III.*	340.
Romani Pontificis.	53.	*Honor.IV.*	573.
S			
Sacroſancta Rom.	102.	*Greg.X.*	232.
	25.	*Nicol.III.*	302.
	49.	*Mart.IV.*	506.
Salutaria, & ſollicite.	147.	*Nicol.III.*	446.
Scias filia.	165.	*Clem.IV.*	155.
Scire debes.	23.	*Greg.X.*	262.

Diplom.	Num.	Pontif.	Pag.
Sedes Apoſt.	60.	*Nicol.III.*	341.
Sedis Apoſtol.	135.	*Clem.IV.*	126.
Sempiterno ſplendens.	3.	*Card.Clem.IV.*	171.
Sic ad bonum pacis.	46.	*Honor.IV.*	568.
Si circa veritatis.	105.	*Clem.IV.*	99.
Sicut accepimus.	22.	*Greg.X.*	201.
Sicut ad noſtram.	39.	*Mart.IV.*	499.
Sicut ad tuam.	14.	*Greg.X.*	195.
Sicut dilecti.	133.	*Nicol.III.*	421.
Sicut dilectus.	68.		347.
Sicut ex fraternitatis.	68.	*Mart.IV.*	420.
Sicut ex litterarum.	69.	*Nicol.III.*	348.
Sicut exhibita.	125.		403.
Sicut ex parte.	7.	*Honor.IV.*	539.
Sicut noſtri.	88.	*Nicol.III.*	368.
Sicut noſtris auribus.	93.	*Clem.IV.*	92.
	94.		93.
Sicut nuper.	107.	*Nicol.III.*	384.
	108.		384.
Sicut per litteras.	113.		388.
Sicut Pharao.	24.	*Clem.IV.*	18.
Sicut tuam novimus.	79.	*Nicol.III.*	359.
Significante nobis.	65.		346.
Significarunt nobis.	29.		305.
	25.	*Mart.IV.*	488.
	8.	*Honor.IV.*	540.
	18.		450.
	75.		593.
Significavit nobis Mag.	12.		546.
Significavit nobis ven.	131.	*Clem.IV.*	123.
	166.		156.
Si mentes Fidelium.	59.	*Greg.X.*	223.
	60.		226.
	61.		226.
	62.		226.
	63.		226.
	64.		226.
	65.		226.
	66.		226.
	67.		226.
	68.		226.
	69.		226.
	70.		226.
	71.		226.
	72.		226.
	73.		226.
	74.		226.
	75.		226.
	76.		226.
	77.		226.
	78.		226.
	79.		226.
	80.		226.
	81.		226.
	82.		226.
	83.		226.
	84.		226.
	85.		226.
	86.		226.
	87.		226.
	88.		226.
	89.		226.
	90.		226.
	91.		226.
Sincera & antiqua.	29.	*Honor.IV.*	558.
Solebat hactenus.	64.	*Mart.IV.*	519.

So-

Digitized by Google

Diplom.	Num.	Pontif.	Pag.
Solent ardua.	57.	*Greg.X.*	221.
Solet annuere S. A.	116.	*Clem.IV.*	107.
	8.	*Nicol.III.*	285.
Solet nota Princ.	4.		282.
Solicitudinis Apoſt.	97.		373.
	17.	*Joan.XXI.*	258.
	18.		258.
Speciali gratia.	141.	*Clem.IV.*	130.
Spiritu beatæ conſ.	8.		5.
Splendor paternæ.	3.		3.
	4.		3.
	38.		36.
Sua nobis dilectæ.	43.	*Honor.IV.*	566.
	29.	*Mart.IV.*	491.
Sua nobis dilecti.	8.	*Greg.X.*	184.
	41.		214.
	28.	*Nicol.III.*	304.
	63.		345.
	6.	*Honor.IV.*	538.
Sua nobis dilectus.	95.	*Clem.IV.*	93.
	37.	*Nicol.III.*	320.
	90.		369.
Sua nobis Mag.	51.	*Greg.X.*	219.
Sua nobis Miniſter.	146.	*Nicol.III.*	445.
Sua nobis Nobilis.	50.	*Greg.X.*	218.
Sua nobis Preceptor.	42.	*Mart.IV.*	503.
Sub Religionis.	7.	*Greg.X.*	184.
Sub ſpe illius.	31.		208.
Summo Paſtori.	59.	*Clem.IV.*	60.
Summus omnium.	21.	*Nicol.III.*	299.
Superſeminata.	49.		331.
Suſcepti cura.	1.	*Clem.IV.*	1.

T

Diplom.	Num.	Pontif.	Pag.
Tanquam rem.	30.	*Greg.X.*	207.
Te nobis hactenus.	50.	*Honor.IV.*	571.
Terræ Sanctæ negotio.	34.	*Mart.IV.*	496.
Tractatum de reductione.	9.	*Greg.X.*	185.
Tranſmiſſa nobis.	55.	*Nicol.III.*	335.
Tuæ devotionis.	87.	*Clem.IV.*	89.
Turbato corde.	136.		127.
	39.	*Greg. X.*	213.

V

Diplom.	Num.	Pontif.	Pag.
Vacante dudum Egit.	118.	*Nicol.III.*	396.
Vacante dudum Olenen.	13.	*Honor.IV.*	545.
Vacantibus amori.	153.	*Clem.IV.*	140.
Variis dudum.	82.	*Nicol.III.*	361.
Venerabilem Fratrem.	105.	*Greg. X.*	233.
Venerabilis Frater.	25.	*Joan. XXI.*	264.
	26.		265.
	27.		265.
	28.		265.
	78.	*Clem. IV.*	79.
	48.	*Honor.IV.*	569.
Venientes ad præſentiam,	163.	*Clem. IV.*	154.
Veſtram, & veſtri.	86.		88.
Veſtram non credimus.	28.	*Honor.IV.*	557.
Veſtras recepimus.	87.	*Nicol. III.*	367.
Vineam Soreth.	50.		331.
	92.		371.
Virtute conſpicuos.	25.	*Clem. IV.*	19.
	20.	*Honor.IV.*	551.
Viſceribus matris.	159.	*Clem.IV.*	150.
Vitæ perennis.	126.		119.
Unam ex Conſtitut.	92.	*Greg.X.*	226.
Vocatis Nobis.	3.	*Nicol.III.*	281.
Volumus, & per Apoſt.	28.	*Greg.X.*	206.
Volumus, & præſentium.	26.		205.
Voluntariæ paupertati.	58.		222.
Ut ea, quæ tibi.	49.	*Clem.IV.*	45.
Ut gratioſus.	4.	*Mart.IV.*	471.
Ut in commiſſis.	51.		508.
	119.	*Nicol.III.*	397.
Ut Ordo B. Claræ.	61.	*Clem.IV.*	62.

Digitized by Google

BULLARIUM FRANCISCANUM
ROMANORUM PONTIFICUM
CONSTITUTIONES, EPISTOLAS, AC DIPLOMATA CONTINENS
TRIBUS ORDINIBUS
MINORUM, CLARISSARUM, ET POENITENTIUM
A S. PATRE FRANCISCO
INSTITUTIS CONCESSA.

CLEMENS PAPA IV.

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1265.

Guido Groſſus antea dictus ex S. Ægidio Provinciæ Gallicæ oppido, cum Epiſcopus Sabinenſis eſſet, abſens ad Summum Pontificatum evectus eſt Peruſii anno 1265. die 9. Feb., coronatus vero die 22. eodem menſe. Rexit annis III. menſibus IX. diebus XXV., & migravit ex hac vita Viterbii die 29. Novembris anno 1268.

Committit eis electionem, & promotionem Archiepiſcopi Nidroſienſis *in Norvegia.* (Ex Reges. Vatic. to. 3. epiſt. 11. anno 1.)

I.

Anno 1265. die 18. Martii.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

a *Dilectis Filiis ... de Lyſa* [a] *Ciſtercien.,*
b *& .. de Holm* [b] *S. Benedicti Ordinum Monaſteriorum Abbatibus* Bergen., *&*
c Nidroſien.[c] *Diœceſum, .. Priori Prædicatorum Nidroſien., & .. Guardiano*
d *FF. Minorum* Bergen.[d] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium.

SUSCEPTI cura regiminis cor noſtrum continua pulſatur inſtantia, ut ſollicitudinis debitum, ad quos univerſis Eccleſiis nos Apoſtolicæ ſervitutis neceſſitas obligat, ea- A rum ſingulis, prout Nobis ex alto conceditur, exolvamus; in eo potiſſime, ut illarum regimen, quæ viduitatis damna deplorant, perſonis talibus committamus, per quarum ſollertiam circumſpectam, & circumſpectionem ſollicitam continuum in ſpiritualibus & temporalibus ſuſcipere valeant incrementum. Sane *Nidroſien.* [e] Eccleſia nuper Paſtoris e

Vacante Nidroſien. Eccleſia,

ſolatio deſtituta, Canonici ejuſdem Eccleſiæ, prout moris eſt, convenientes B in unum, Spiritus Sancti gratia invocata, dilectum filium *Birgerum* Abbatem Monaſterii Tautren. [f] Ciſtercien. Ordi- f

ad eam eligitur Abbas Tautren.

nis Nidroſien. Diœceſis in *Nidroſien.* Archiepiſcopum poſtularunt: Et poſtmodum Nobis Decreto poſtulationis hujuſmodi præſentato, poſtulationem ipſam admitti ſuppliciter petierunt. Nos igitur habito ſuper iis cum Fratribus noſtris

(a) De Lysa: Hujus Monaſterii non meminit Aug. Manrique in ſuis Annal. Ciſtercien.

(b) De Holm: Neque huius Mabillonius in ſuis Benedictinis; ſive legendum ſit Holmia in Svecia, ſive ſecus.

(c) Bergen. et Nidrosien.: Quæ ſunt Norvegiæ præcipuæ Civitates, hæc Metropolis Eccleſia, illa vero Regia.

(d) FF. Minor. Bergen.: Horum Cœnobii primo mentionem fecit Waddingus ad ann. 1291. n. 36. ob Indulgentiam ei a Nicolao IV. conceſſam; eratque ultimus Cuſtodiæ Norvegiæ in Provincia Daciæ, al. Daniæ ex veteri *Provinciali* Ordinis noſtri apud Chronicon Jordani, & Piſanum Conform. XI., ubi dicitur *de Bergis*.

(e) Nidrosien.: Incolis *Drontheim*, & *Trontheim* Metropolis Daniæ Regi ſubjecta.

(f) Tautren.: Nec hujus Monaſterii mentio fit in cit. Annal. Ciſtercien., *Trutenſe* dicitur apud Raynaldum ad ann. 1268. n. 48.

Digitized by Google

qui ob defectum natalium ab A. S. non admittitur,

ſtris diligenti tractatu, poſtulationem eamdem, pro eo quod dictus *Abbas* defectum natalium patitur, de ipſorum Fratrum conſilio non duximus admittendam. Verum quia, ut periculis, quæ per vacationem diutinam poſſent eidem Eccleſiæ imminere, proviſione celeri occurratur, illam celeriter ad ipſius regimen deſideramus perſonam aſſumi, per cujus induſtriam eadem Eccleſia poſſit ſalubriter ad proſpera dirigi, & a noxiis præſervari; & de perſonis illarum partium notitiam non habemus: Veſtræ circumſpectioni, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, veſtræque conſcientiæ proviſionem ipſius Eccleſiæ totaliter ſub veſtrarum animarum periculo committentes diſcretionem veſtram rogamus, & hortamur attente; voſque per aſperſionem Sanguinis Jesu Christi nihilominus obſecrantes per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus in prædicta *Nidroſien.* Eccleſia perſonaliter convenientes in unum, & habentes præ oculis ſolum Deum, perſonam idoneam, quæ tanto congruat oneri & honori, de gremio ejuſdem Eccleſiæ, vel etiam aliunde, prout ſecundum Deum ipſius Eccleſiæ utilitati magis expedire videritis aſſumendam, præficiatis eidem Eccleſiæ in Archiepiſcopum & Paſtorem.

provisioniſque negotium datur his, qui ſupra,

a

cum inſtructione quoad perſonam,

Quod ſi forte de aliquo ſuffraganeorum [a] ejuſdem Eccleſiæ illi fore videritis providendum, ipſum a vinculo, quo ſuæ tenetur Eccleſiæ abſolventes ad præfatam *Nidroſien.* Eccleſiam transferatis, tribuentes ei licentiam ad illam libere tranſeundi. Nos enim efficaciter exequendi prædicta ſpecialem, plenam, & liberam vobis auctoritate præſentium concedimus facultatem. Cæterum perſonæ, quam contigerit vos præficere ipſi *Nidroſien.* Eccleſiæ in Paſtorem, ex parte noſtra firmiter injungatis, ut infra certum terminum, quem ſibi ad hoc duxeritis præfigendum, Apoſtolico ſe conſpectui perſonaliter repræſentet, Palleum ad nomen & uſum ejuſdem *Nidro*-

& conditione,

A *ſien.* Eccleſiæ; & ſi talis fuerit, quod munere conſecrationis indigeat, munus hujuſmodi de noſtris manibus receptura. Contradictores autem, ſiqui fuerint, vel rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcatis. Non obſtante, ſi aliquibus, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint, a Sede Apoſtolica ſit indultum; ſive qualibet ipſius Sedis indulgentia, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam

atque obſtantium derogatione,

B effectus præſentium impediri valeat, vel differri; & de qua de verbo ad verbum oporteat in noſtris litteris fieri mentionem. Ut autem in prædictis eo conſultius procedatis, quo proceſſus veſter plurium conſilio fulcietur; volumus, & diſtricte vobis injungimus, ut in iis non ſoli veſtræ prudentiæ innitentes, ſed Prælatorum Terræ illius ſecreto Conſiliis requiſitis ſæpefatæ *Nidroſien.* Eccleſiæ conſideratis omnibus circumſtantiis de

ulteriorique præcepto.

C tali ſtudeatis providere perſona, quod cum ad Nos venerit, evidenter ex ipſius præſentia colligamus vos illam, quam in talibus requirimus, diligentiam ſervaviſſe; ac veſtram proinde prudentiam poſſimus non immerito in Domino commendare.

Datum Peruſii xv. Kalendas Aprilis Pontificatus noſtri anno Primo [b].

b

D *Ut IV. Nobilibus mulieribus ſemel in anno permittere poſſit ingreſſum Monaſteriorum Ord* Ciſtercien., *&* S. Claræ. (Ex ep. 28. in tom. 2. Thes. Anecdot. Martene, & Durand.)

II.

Anno 1265. die 20. Martii.

CLEMENS &c.

c

Dilecto Filio S. [c] *tituli S. Cæciliæ Preſbytero Cardinali, & Apoſtolicæ Sedis Legato Sal., & Apoſt. Bened.*

Apoſtolicæ Sedis conſuetudo.

E CONSUEVIT interdum Apoſtolica Sedes perſonas nobiles gratia proſequi, & favore, ut Deo, & eidem Sedi reddantur exinde plus devotæ: propter hoc ſiquidem concedendi licentiam quatuor

(a) Suffraganeorum: Qui erant *Bergen.*, *Stavangren.*, *Hammarien.*, *Ansloen.*, *Holen.* Islandiæ, *Scalhoten.*, *Orcaden.*, *Soderen.* al. Inſulanus; *Faren.* al. Reven., & *Garden.* in Gronelandia.

(b) Datus eſt autem Archiepiſcopus *Joannes*, & a Pontifice conſecratus poſt biennium ex actis compoſitionis inter eum, & Magnum Norvegiæ Regem apud Raynaldum ad ann. 1273. n. 19. & ſeqq., obiitque circa ann. 1284. ex litteris Martini IV. anno 1285. die 18. Januarii datis, & infra ſuo loco relatis.

(c) S.: *Simoni* Mompitio de Bria Gallo ab Urbano IV. purpura Cardinalitia donato, & ab eodem in Franciam ad *Carolum* Andegaven. Ducem, & ad Regnum *Siciliæ* vocatum Legato ex Ciacconio, aliiſque Auctoribus, qui eum tandem ad Summum Pontificatum ſub nomine *Martini IV.* evectum ſcribunt.

Digitized by Google

tuor mulieribus nobilibus, quod earum A quælibet cum tribus honeſtis mulieribus ſemel in anno, durante tua legatione, poſſint Monaſteria *Ciſtercienſis*, & *S.Claræ Ordinum* ejuſdem legationis cauſa devotionis intrare, non obſtante Ordinum ipſorum quibuslibet contrariis conſtitutionibus, vel ſtatutis; diſcretioni tuæ liberam concedimus auctoritate præſentium facultatem; dummodo eædem nobiles in Monaſteriis earundem Religioſarum aliquatenus non pernoctent [a]. B

Derogat ſtatutis Ordinum. *conditione adjecta.* a

Datum Peruſii XIII. Kalendas Aprilis Pontificatus noſtri anno Primo.

Indulgentias elargitur accedentibus devotionis cauſa ad Eccleſiam Fratrum Minorum Certimundi *in die Dedicationis ejuſdem Eccleſiæ, & per octavam.* (Ex Archivo Conventus præfati Certimundi Diœceſis Aretinæ, & ex Vatic. Regest. Pontif. ep.32. anni I.)

III.

Anno 1265. die 17. Aprilis.

C

CLEMENS &c.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes Litteras inſpecturis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium ab auxilio Divino per preces, & merita Sanctorum.

SPLENDOR paternæ gloriæ, qui ſuum mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota Fidelium de clementiſſima ipſius majeſtate ſperantium, tunc præcipue benigno favore proſequitur, cum devota eorum humilitas Sanctorum precibus, & meritis adjuvatur. Cum D itaque dilecti Filii ... Guardianus, & Fratres Ordinis Fratrum Minorum *de Certomundo* [b] Aretinæ Diœceſis, ſicut ipſi Nobis ſignificare curarunt, Eccleſiam eorum loci ejuſdem ad honorem Dei, & gloriam *Mariæ Virginis* jam conſtructam proponant in proximo facere dedicari: Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur in Domino in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad dictam Eccleſiam im- E

b

Eccleſia Certimundi dedicanda.

ploraturi a Domino veſtrorum veniam delictorum in humilitate ſpiritus accedatis. Nos enim, ut Chriſtifideles quaſi per prœmia ſalubriter ad merita invitemus, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Apoſtolorum ejus Petri, & Pauli authoritate confiſi omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad Eccleſiam ipſam in *die Dedicationis* hujuſmodi cauſa devotionis acceſſerint, *unum annum*, & *quadraginta dies*; accedentes vero ad ipſam per *octavam Dedicationis* ejuſdem *totidem dies* hac vice de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Pontifex hortatur Chriſtifideles ad illius dedicationem.

Indulgentias accedentibus elargiens:

Datum Peruſii XV. Kalendas Maji, Pontificatus noſtri anno Primo.

Alias Indulgentias concedit iis, qui devotionis cauſa quotannis viſitaverint Eccleſiam prædictam in anniverſario Dedicationis *ejuſdem Eccleſiæ, & per octavam ejus.* (Ex Archivo dicti Conv. Certimundi.)

IV.

Anno 1265. die 17. Aprilis.

CLEMENS &c.

Iiſdem.

Exordium ut in præcedenti Bulla. c

Rogantur, & hortantur Chriſtifideles adire Eccleſiam &c. d

SPLENDOR paternæ gloriæ &c. [c] Rogamus itaque devotionem veſtram, & hortamur in Domino, quatenus ad Eccleſiam dilectorum filiorum .. Guardiani, & Fratrum Ordinis Fratrum Minorum *de Certomundo* [d] Aretinæ Diœceſis imploraturi a Domino veſtrorum veniam delictorum in humilitate ſpiritus accedatis. Nos enim, ut Chriſtifideles quaſi per præmia ſalubriter ad merita invitemus, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Apoſtolorum ejus Petri, & Pauli auctoritate confiſi omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad Eccleſiam ipſam in *Anniverſario Dedicationis* ipſius Eccleſiæ, ac *ſeptem diebus* immediate ſequentibus cauſa devotionis acceſſerint, annuatim *centum dies* de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus [e].

& Indulgentiæ annuæ conceduntur.

e

Datum, *ut ſupra*.

Ut

(a) Pernoctent: Hoc ipſum ei conceſſerat & Urbanus IV. per litteras: *Cum te in Regnum Franciæ &c.* Dat. V. Idus Maji anno 3. apud cit. Martene, & Durand epiſt. 52. ampliori etiam forma, aut quibuſdam rebus non explicatis; ut ibi legere eſt, & in 2. hujus Operis eſt Tomo pag.557.

(b) Fratres Ord. FF. Minorum de Certomundo: Qui locus m. paſ. diſtat ab Oppido *Puppii*; unde locus *de Puppio* dicitur a Barthol. Piſano in Conform. XI., ubi tertius eſt Conventus *Cuſtodiæ* Aretinæ; ſextus vero apud Jordanem antiquiorem in Mſ. Chronico Biblioth. Vatic., ejuſque Eccleſiam anno 1262. ædificari curarunt Comites de Battifolle Oppidi Pupienſis ex inſcriptione vetuſta, quam refert Waddingus in Annal. Min. ad annum 1261. num. 19. Meminit hujus loci Jo: Villanus Hiſt. lib.7. cap.150., ibique atrox prælium inter Florentinos, & Aretinos commiſſum fuiſſe ſcribit anno 1289. die S. Barnabæ XI. Junii *in Caſentino prope Puppium in Contrada Certimundi*, ac plano *Campaldino*, ubi, inquit, eſt *Eccleſia Fratrum Minorum*; victoreſque Florentinos extitiſſe.

(c) Paternæ gloriæ &c.: ut in præcedenti Bulla.

(d) De Certomundo: De quo loco vide notam ad præcedentem *Bullam*

(e) Relaxamus: In ſuperiori *Bulla* Pontifex invitavit ad feſtum *Dedicationis* Eccleſiæ; in hac vero excitat Fideles ad *Anniverſarium* dictæ dedicationis excolendum; proindeque varia eſt pro feſti varietate *Indulgentia*.

Digitized by Google

A

Ut cognoſcat circa petitionem Epiſcopi Roſſenſis, *& ſi conſtiterint expoſita, eum a regimine illius Eccleſiæ abſolvat.* (Ex Reges. Vatic. epiſt.25. apud Waddingum ad hunc annum in Reges. Pontif. num.2.)

V.

Anno 1265. die 25. Aprilis.

CLEMENS &c.

a

Venerabili Fratri ... Archiepiſcopo Caſſellen. [a] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

b

Epiſcopus Roſſen. ante promotionem voverat Ordinem FF. Minorum intrare:

EX parte Venerabilis Fratris noſtri Mauritii *Roſſen.* [b] Suffraganei tui fuit propoſitum coram nobis, quod ipſe ante promotionem ſuam votum emiſit, quod Ordinem *Fratrum Minorum* intraret; & tamdem factus voti tranſgreſſor [c] ad *Roſſen.* Eccleſiam eſt promotus; occaſione quoque promotionis ipſius grave ſcandalum eſt exortum, ex quo jam plura homicidia provenerunt. Idem etiam Epiſcopus propter defectum ſcientiæ, ac debilitationem proprii corporis eſt inhabilis ad *Roſſen.* Eccleſiam gubernandam; propter quod dictus *Epiſcopus* tam animæ ſuæ ſaluti, quam indemnitati ejuſdem Eccleſiæ providere intendens, ne forte occaſione ipſius dicta Eccleſia in ſpiritualibus, & in temporalibus incurrat aliquod detrimentum, affectat cedere regimini Eccleſiæ ſupradictæ. Quare Nobis humiliter ſupplicavit, ut ceſſionem ejus quantum ad regimen hujuſmodi, & non quoad dignitatem Epiſcopalem recipi mandaremus. Quia vero de his habere poteris notitiam pleniorem, Fraternitati tuæ mandamus; quatenus ſi tibi conſtiterit de præmiſſis, hujuſmodi ceſſionem a prædicto *Epiſcopo* recipias vice noſtra; & a vinculo, quo tenetur aſtrictus ipſi Eccleſiæ, abſolvas eumdem. [d]

c

Inde ſcandala naſcuntur,

propter quod petit miſſionem & a regimine abſolutionem.

Pontifex mandat, ut ſupra.

d

Datum Peruſii vii. Kalendas Maji Pontificatus noſtri anno Primo.

Ne quis quocunque prætextu Eccleſias B. Mariæ, Beatique Andreæ Apoſtoli Anteraden. *diruere, vel perturbare audeat ſine S. A. Legati, aut Epiſcopi dictæ Civitatis aſſenſu.* (Reges. Vatic. epiſt.29. tom.3. anni I.)

VI.

Anno 1265. die 26. Aprilis.

CLEMENS &c.

e f

Venerabili Fratri [e] ... *Epiſcopo* Anteraden. [f] *Sal., & Apoſt. Benedict.*

B

Hujus inhibitionis occaſio.

QUONIAM frequenter committitur impietas ſub ſpecie pietatis; & ſacra loca quandoque confiсto velamine de aliquibus vitandis periculis manus præſumptuoſæ contingunt, Nos cupientes hujuſmodi præſumptionibus obviare univerſis, & ſingulis ſub pœna *excommunicationis*, quam ipſo facto incurrant contra hoc venientes; & a qua non poſſint abſolvi niſi de mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali; diſtrictius inhibemus, ne quis alicujus vitandi periculi, vel cujuſcumque alterius cauſæ prætextu ad diruendum Eccleſiam *Beatæ Mariæ Anteraden.* in toto, vel in parte ſine ipſius Sedis licentia ſpeciali; ſed nec aliquis ad illam *Beati Andreæ Apoſtoli*, infra cujus ambitum dicta Eccleſia Beatæ Mariæ dicitur contineri, abſque Legati prædictæ Sedis, qui fuerit ibidem pro tempore; ac tuo conſilio, & aſſenſu temerariam manum apponere aliquo modo præſumat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſiquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

C

D

Clauſula prohib. &c.

Datum Peruſii vi. Kalendas Maji Pontificatus noſtri anno Primo.

E

Liberat eum a cura, & regimine Eccleſiæ Rapoten. *ob infirmitatem.* (Ex Reges. Vatic. epiſt.27. apud Waddingum in Regeſ. Pontif. num.3.)

CLE-

(a) Archiepiscopo Cassellen.: Caſſilia, al. Caſella urbs eſt Hiberniæ Archiepiſcopalis, & Momoniæ regionis caput in colle ſita ad fluvium Suirium ſeculo proxime præterito male ab Anglis habita inter Naterfordiam, & Limericum 25. mil. circiter diſtans, vulgo *Cashel*.

(b) Rossen.: Roſſia vulgo *Roſſe* urbs eſt Hiberniæ in Momonia, & Comitatu Corcagienſi ad oſtia fluvii Finei cum portu Epiſcopalis ſub Caſſilien. Archiepiſcopo inter Corcagiam, & Kinſaliam.

(c) Voti transgressor: De hujuſmodi tranſgreſſoribus, eorumque pœnis agit Barthol. Piſanus Conform. 9. par. 2. §. *Septimo*.

(d) Eumdem: Exitus demum rei adhuc nos latet.

(e) Ven. Fratri ..: *Guillelmo* ex Ord. Minor. anno 1263. aſſumto ex litteris Urbani IV. *Inter primas &c.* eo anno die 9. April. datis, ut in 2. hujus Bullarii Tomo pag. 461.

(f) Anteraden.: In Phœnicia, ut in not. (b) ad prædictas litteras.

Digitized by Google

VII. *Anno 1265. die 28. Aprilis.*

Dilecto Filio Fratri Joanni de Alneto *Ordinis Minorum in* Hibernia *commoranti Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

a b
RAPOTEN. Eccleſia [a] Paſtoris ſolatio deſtituta, fel. record. URBANUS PAPA [b] prædeceſſor noſter te de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis præfecit eidem Eccleſiæ in Epiſcopum, & Paſtorem, injungens tibi per ſuas litteras [c], ut recipiens impoſitum a Domino tibi onus ad Eccleſiam prætactam accederes, gregem Dominicum in illa tibi commiſſum doctrinam verbi, & operis informando. Verum tu, antequam ad te hujuſmodi litteræ pervenirent, infirmitatem incurabilem diceris incurriſſe, per quam inhabilis, & inutilis redderis ad exequendum Officium paſtorale; ſicque non conſentiens proviſioni hujuſmodi de te factæ Nobis humiliter ſupplicaſti, ut ne prædicta *Eccleſia* ſub umbra tua in ſpiritualibus, & temporalibus incurreret aliqua detrimenta; te a proviſione, & mandato hujuſmodi abſolvere de benignitate Sedis Apoſtolicæ dignaremur. Quia vero de hujuſmodi infirmitate Nobis per fide dignos conſtitit; te ab hujuſmodi vinculo auctoritate præſentium duximus abſolvendum, Nobis proviſionem præfatæ Eccleſiæ reſervando.

Fr. Jo. de Alveto ſeligitur Epiſcopus Rapoten.

Electus incurabilem infirmitatem incurrens poſtulat exſolvi.

Pontifex abſolvit ut ſupra.

Datum Peruſii IV. Kalendas Maji, Pontificatus noſtri anno Primo.

Rogat, ut partem prati ſui concedat Fratribus Ord. Min. ad relevandam arctitudinem eorum domus. (EX REGES. VATIC. epiſt. 32. apud WADDINGUM in Regeſ. Pontif. n.4.)

VIII. *Anno 1265. die 3. Maji.*

Venerabili Fratri.. Epiſcopo Anitien. [d] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

SPIRITU beatæ conſiderationis inducitur, & gratum Deo ſacrificium immolat, qui caritatis intendens operibus perſonas inopiam patientes, & maxime religioſas caritative proſequitur; ac in ſuis neceſſitatibus manum pietatis extendit; ut per hujuſmodi laudanda commercia impendens temporalia conſequatur æterna. Cum itaque, ſicut ex parte dilectorum filiorum ... Guardiani, & Fratrum Minorum *Anitien.* [e] fuerit propoſitum coram Nobis, aliqua pars *prati* tui ex eo latere, quo eſt ipſorum domui contiguum, ſit eis neceſſaria plurimum ad arctæ habitationis anguſtias, quas per ejuſdem domus arctitudinem ſuſtinent, relevandas; Fraternitatem tuam rogamus, & hortamur attente mandantes, quatenus certam portionem de dicto *prato* ex præfato latere, quæ in longitudinem decem, in latitudinem vero quinque brachiorum ſpatium non excedant, eiſdem Guardiano, & Fratribus pro Divina, ac Apoſtolicæ Sedis reverentia concedas liberaliter, & aſſignes: Non obſtante juramento, quod præſtitiſſe dignoſceris, de non alienandis poſſeſſionibus ad menſam tuam ſpectantibus Romano Pontifice inconſulto.

Exordium a charitatis operibus præſertim erga Religioſos.

Fratrum Minorum Anicien. indigentia.

Rogat Pontifex, & mandat ut ſupra,

derogando juramento &c.

Datum Peruſii V. Nonas Maji, Pontificatus noſtri anno Primo.

Ut Berengarium Securati Cameræ Apoſtol. Clericum in poſſeſſionem Præbendæ Maſſilien. *inducant, & inductum defendant.* (EX REGES. VATIC. ep. 51. to. 2. anno I.)

CLE-

(a) RAPOTEN. ECCLESIA: Rapa, ſeu Rapota vulgo *Rapoe* urbs fuit Hiberniæ Epiſcopalis ſub Armachano Archiepiſcopo in Ultonia, & Comitatu Dungalenſi; nunc dicitur eſſe vicus inter Derrium, Cœnobiumque Banchorenſe, & Dungalam ad lacum Suvellium.

(b) URBANUS PAPA: hujus nominis IV.

(c) PER SUAS LITTERAS: Quæ datæ fuerunt anno 1263. die 3. Decembris: *Cum nos ſimus &c.* ut in Tomo 2. hujus Operis p. 530.: videtur igitur Fr. *Patritio* Ord. Prædicatorum, qui anno 1261. menſe Novembri ab hac Rapoten. ad Armachanam Sedem translatus eſt ex Waræn. & Scriptoribus illius Ordinis, ſucceſſiſſe.

(d) EPISCOPO ANITIEN.: Al. *Podien.*, vulgo *Le Puy* urbs prope Ligerim fluvium in monte Velaunorum caput, & Epiſcopalis ſub Bituricen. Archiepiſcopo inter Lugdunum, & Claromontem ſita, cujus Antiſtes tunc erat *Guillelmus II. de Rota* al. *de la Rove* ex Ordine S. Benedicti anno 1260. electus, & uſque ad ann. 1283. ſedens, ex Gallia Chriſt. P. Dion. Sanmarth. tom. 2. n. 56.

(e) FRATRUM MINORUM ANITIEN.: Quorum locus tempore S.P.Franciſci receptus fuit; eſtque 1. al. 2. *Cuſtodia* Viennenſis in Provincia Burgundiæ, nunc S. Bonaventuræ ex veteri *Provinciali Ordinis* apud autorem Polychronici Jordanem, & Barthol. Piſanum Conform. XI., ibi enim ferunt *S. Antonium* Patavinum præſediſſe, & quemdam *Notarium* ad meliorem vitæ curſum reduxiſſe ex Waddingo in Annal. Min. ad ann. 1227. n.17., incoliturque adhuc a noſtris Patribus Conventualibus.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An.Ch. 1265.

IX.

Anno 1265. die 12. Maji.

a b c d

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis Fratri Guillelmo Bertrandi [a] *Ordinis Fratrum Minorum* Inquiſitori *in Comitatibus Provinciæ*, *& Fulcalquerii hæreticæ pravitatis*, .. *Officiali* [b] Maſſilien. [c], *&* ... *Priori Montis Draconis Auraſicen.* [d] *Diœceſis Salutem*, *& Apoſtol. Bened.*

Commendatio Berengarii Cam. Ap. Clerici.

CIrca perſonam dilecti Filii Magiſtri *Berengarii* de Secureto Canonici Eccleſiæ *Maſſilien.* Cameræ noſtræ Clerici tanto Apoſtolicæ benignitatis excreſcit affectus, quanto per experientiam familiarem agnoſcitur, quod ei ad hoc laudabilia merita ſuffragantur. In noſtra ſiquidem conſtitutus præſentia retulit, quod *Simone* quondam Canonico & Operario Maſſilien. Eccleſiæ a præbenda, quam vulgariter *Operam* nuncupatam, & conſuetam Canonicis ejuſdem Eccleſiæ aſſignari dictus *Simon* tunc obtinebat ibidem, amoto dudum ſententialiter, exigentibus culpis ſuis; ac tandem inter dictum Magiſtrum *Berengarium* ex parte una, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ ſuper Canonicatu & *Opera* hujuſmodi, ſeu præbenda, quam ad ipſum Berengarium olim in Eccleſia ipſa receptum in Canonicum ſpectare dicebat, ex altera, materia quæſtionis exorta; fel. record. URBANUS PAPA [e] prædeceſſor noſter quæſtionem ipſam audiendam dilecto Filio Magiſtro *Garino* Archidiacono Cathalaunen. Cappellano noſtro generali Cauſarum Palatii Apoſtolici *Auditori* commiſit; qui uſque ad calculum diffinitivæ ſententiæ in quæſtione ipſa procedens demum, quæ ſuper iis reperiit, Nobis fideliter recitavit. Et licet pro parte prædicti plurima viderentur eſſe probata, quæ ad ſententiandum pro eo ſuper hujuſmodi Canonicatu, & *opera*, vel præbenda viderentur debere movere animum judicantis; ipſe tamen potius ſibi de gratia, quam de prolatione ſententiæ provideri ſuper hoc a Nobis humiliter poſtulavit. Nos itaque conſiderantes attente, quod pro ſuæ

ac ejus cum Capitulo Maſſilien. de præbenda contentio.

e

quæ cognoſcenda traditur Auditori Cauſ. Palatii Apoſt.

hic vero eam Pontifici reſervat.

A obſequioſæ devotionis, & ſcientiæ, ac honeſtæ converſationis, & vitæ meritis ei debetur favor gratiæ ſpecialis; attendentes quoque, quod nullus a tempore amotionis præfati Simonis apparuit, vel apparet, cui de jure præfata præbenda vel Opera deberetur; quamquam *Guillelmus Bonus* Clericus Maſſilien. prætextu cujuſdam collationis, quam ſibi quidam Maſſilien. Canonici aliis ejuſdem Eccleſiæ Canonicis pauciores de præfata B *Opera*, vel Præbenda feciſſe dicuntur; eam detineat occupatam; cujus collationem per illos præſumptam, & quicquid ex ea ſecutum eſt, vel ob ipſam caſſamus, irritamus, ac nullius firmitatis exiſtere declaramus; vel potius caſſam, nullam, & irritam nunciamus; præſertim cum præfatus *Guillelmus*, vel alius pro eo dudum contra prædictum *Berengarium* in hujuſmodi negotio appellarit, & appellationem hujuſmodi nomine ſuo C non fuerit proſecutus; hujuſmodi *operam*, vel præbendam cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, ac etiam ad cautelam Canonicatum ipſius Eccleſiæ de novo cum plenitudine juris Canonici Apoſtolica eidem *Berengario* auctoritate conferimus; ipſumque de iis præſentialiter inveſtimus; fructus & proventus, quos memoratus *Guillelmus* percepit, aut percipere potuit de præbenda vel D *Opera* memorata, quamdiu eam taliter detinuit, ipſi *Berengario* reſtitui declarantes. Non obſtante quacumque ipſius Eccleſiæ conſuetudine contraria, ſeu ſtatuto, aut certo Canonicorum numero juramento vel confirmatione Apoſtolica, ſeu quacumque firmitate vallato; aut ſi aliqui litterarum Sedis Apoſtolicæ, ſeu Legatorum ipſius, aut Venerabilis Fratris noſtri [f] ... Maſſilien. Epiſcopi auctoritate, ſeu motu proprio Capituli me- E morati in eadem Eccleſia in Canonicos ſunt recepti, vel quod recipiantur, inſiſtant; & Canonias vel præbendas in Eccleſia expectent eadem; quibus omnibus quo ad alias Canonias, vel præbendas propter hoc nolumus præjudicium

Pontifex alterius Clerici collatione caſſata

Præbendam Berengario memorato confert

obſtantibus derogando.

f

(a) GUILLELMO BERTRANDI: De quo in litteris *Paupertatis altiſſima &c.* anno ſequenti die 12. Junii datis.

(b) OFFICIALI: in 1. hujus Operis tomo p. 309. & alibi dictum eſt, quis ille fuerit, & quod ejus munus.

(c) MASSILIEN.: vulgo *Marſiglia* Epiſc. Provinciæ Gallicæ ſub Archiepiſcopo Arelaten.

(d) AURASICEN.: vulgo *Orange* ibidem, & ſub eodem Archiepiſcopo.

(e) URBANUS PAPA: IV. hujus nominis.

(f) FRATRIS NOSTRI ..: *Benedicti*, qui circa hunc annum dimiſſa Epiſc. dignitate ingreſſus eſt Ordinem FF. Minorum, ut dictum eſt in I. hujus Operis tomo pag. 513. & 653.

Digitized by Google

A cium generari; vel ſi eiſdem Epiſcopo & Capitulo communiter ſeu diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minime teneantur; quodque ad id compelli, ac de Canoniis, & præbendis ad ipſorum collationem ſpectantibus nulli valeat auctoritate Apoſtolica provideri; & qualibet alia præfatæ Sedis indulgentia, ſeu privilegio ſpeciali, vel generali cujuſcumque tenoris exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, ſeu totaliter non

B inſerta hujuſmodi noſtra gratia, & ejus effectus impediri valeant, vel differri; & de quibus in noſtris litteris fieri debeat mentio ſpecialis; ſeu quod alias in diverſis Eccleſiis ipſe Berengarius beneficiatus exiſtit. Nos enim nihilominus irritum ex nunc decernimus, & inane, quicquid de Canonicatu, vel præbenda, ſeu *opera* ſupradictis per quemcumque, aut quoſcumque Apoſtolica, vel quavis

C alia auctoritate contra hujuſmodi collationis, & inveſtituræ noſtræ tenorem contigerit attemptari. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum eumdem Magiſtrum *Berengarium*, vel Procuratorem ſuum, aut alium ejus nomine in poſſeſſionem dictorum Canonicatus, & *Operæ*, ſeu præbendæ, ac jurium, & pertinentiarum ipſorum, amoto exinde dicto Guillelmo, & quolibet

Mandat eumdem mitti in dictæ Præbendæ poſſeſſionem.

D alio detentore, per vos aut alium, ſeu alios auctoritate noſtra inducentes, & defendentes inductum faciatis ei de ipſius *operæ*, vel præbendæ, ac jurium & pertinentiarum ejus, fructibus & proventibus integre reſponderi; nec non de præmiſſis aliis a *Guillelmo* prædicto perceptis ſatisfactionem plenariam exhiberi; dictumque Magiſtrum *Berengarium*, vel Procuratorem ſuum pro ipſo in præfata Eccleſia de novo in Canonicum recipiet

E in Fratrem; ſibique ſtallum in choro, & locum in Capitulo, cum plenitudine juris Canonici, & aliis conſuetis ſolemnitatibus aſſignari. Non obſtantibus omnibus ſupradictis; vel ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod ſuſpendi, vel interdici, aut excommunicari non poſſint per ejuſdem Sedis litteras, in quibus de Indulto hujuſmodi plena & expreſſa mentio non habeatur; ſeu quod idem Magiſter Berengarius præſens non fuerit ad præſtandum de obſervandis conſuetudinibus ipſius Eccleſiæ ſolitum juramentum, quod per Procuratorem ejus habentem ab eo ad hoc ſpeciale mandatum in animam ejus præſtari volumus, & mandamus; ſeu quod Fratribus tui Ordinis, fili *Frater Guillelme*, a Sede Apoſtolica dicitur eſſe conceſſum [a], ut de cauſis, ſeu negociis ſe intromittere non teneantur inviti, quæ ſibi a Sede committuntur eadem. Contradictores &c. Invocato &c.

Aliis obſtantibus derogando.

Datum Peruſii IV. Idus Maji, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Hortatur S. Regem Pontifex, ut Henrico Anglorum Regi *contra rebelles opem ferat.* (Ex epiſt. in Cod. Biblioth. Vallic. apud Raynaldum Annal. Eccl. ad hunc annum num. 66. & ſeqq.)

CLEMENS &c.

X.

Anno 1265. die ... Maji.

Chariſſimo in Chriſto filio [b] *Illuſtri* Francorum Regi *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

OCcurrunt frequenter conſiderationis noſtræ conſpectui acerbis infeſta moleſtiis Anglicanæ factionis [c] deteſtanda; & horrenda perſecutionis ipſius iniquitas tanto continuata tempore; immo potius tam longi decurſu temporis aucta continue moleſtiſſime nos infeſtat. Acerba ſiquidem Nobis eſt erumpen-

Anglicana factio, ac perſecutio quam moleſta Pontifici.

(a) Conceſſum: Diplomate *Quieti veſtræ &c.* Gregorii IX. & Innocentii IV.

(b) Filio: *S. Ludovico IX.*

(c) Anglicanæ factionis: Cum Angliæ Rex *Henricus* anno 1262. quaſdam leges tuliſſet, regioque juramento firmaſſet; & poſtea eaſdem mutata voluntate uti regiæ majeſtati, & autoritati adverſantes reſcindere niteretur, adeo proceres, ac populos in ſe efferavit, ut in eum graviſſima coitione conflata in arma conſurrexerint. Conjurationis caput erat *Simon e Monteforti* Simonis illius; qui in obſidione Toloſana contra hæreticos Albigenſes pugnans pro fide Catholica martyr occubuit, filius valde degenerans e Galliis in exilium pulſus in Angliam ſe recepit, ubi ab *Henrico* Rege ſuſceptus ab eo etiam ſororem ejus ſponſam accepit, ſibique copulavit, & Lyceſtriæ Dux inſuper creatus eſt; ipſe vero Dux rebellionis effectus in prælio anno 1263. inito cœpit *Regem*, ejuſque fratrem *Ricardum* in Regem Roman. electum; *Eduardus* autem primogenitus *Henrici* Regis pro patre liberando ſe captivum conſtituit; dum tamen ex ſententia res non ſuccederet; ipſe e cuſtodia quadam arte aufugit anno 1265. exeunte majo, movitque bellum Simoni tyrannidem affectanti, ob idque a proceribus pene derelicto; in quo prælio die 5. Auguſti præfati anni commiſſo *Simon* cecidit, & victoriam *Eduardus* obtinuit. Rem hanc deſcripſerunt Continuator Pariſii, Matthæus Weſtmonaſterien., & Nicolaus Trivettus in Annal. Anglic.

a

pentis conſpirationis attentio, quam in chariſſimum filium noſtrum...[a] Regem *Angliæ* illuſtrem, ad ejus, & ſuorum ſtatum conculcandum omnimodis, ad evertendum omnino ſolium Regiæ Majeſtatis, Baronum ſuorum eruptio factioſa præſumpſit. Sed iniquitatis illam proſequentis intentio nonnullorum Prælatorum Regni Angliæ fulta conſiliis, fota favoribus, & adjuta conatibus, eo eſt Nobis acerbior, quo minora vel ſuæ correctionis præbet indicia, vel declinationis etiam argumenta prætendit: dum non ſolum pertinaciter male cœptis innititur: ſed & ad pejora quotidie ſuos perverſos conatus extendit; & ad obfirmationem ſuis doloſis machinationibus obluctatur.

Et qua de cauſa.

Sicut enim novit Excellentia Regia, ſicut communis habet notitia, ſicut publica clamat infamia toto jam orbe diffuſa, prædicti Barones fidelitatis, ad quam eidem *Regi* tenentur, immemores; omnis rationis expertes, & proprii ſolum proſecutores arbitrii; poſt graves, ac enormes injurias, & offenſas tam ipſi *Regi*, & chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ *Reginæ* uxori, ac dilecto filio nobili viro *Richardo* in Romanorum Regem electo Fratri, & *Eduardo* Primogenito Regis ejuſdem; quam Eccleſiis, & Prælatis Regni prædicti, quorum quam plures bonis ſpoliare propriis, aliquos etiam captivitati tradere præſumpſerunt; aliiſque perſonis Eccleſiaſticis irrogatas, poſt reas perduellionis manus hoſtiliter in eumdem *Regem* injectas, & ipſum Regem, ac prædictos ejus Fratrem, & Primogenitum captivatos, diuque in captivitate detentos; poſt evacuatos labores noſtros, & ad idem Regnum, ad quod tunc in minori conſtituti officio in eo *Legati* functi partibus mittebamur; Nobis per obſtinatam ipſorum malitiam nec parentium monitis, nec juſſa paventium, ſed medicum contemnentium, & medelam, aditum denegatum; nuper ob fovendam, immo verius conſummandam nequitiam inchoatam; ad formam pacis proculdubio nimis informem eoſdem *Regem*, & Primogenitum (quamquam ſuper hoc ſuas conceſſerint litteras, aſſerentes in eis ſe id feciſſe ſpontaneos)

Perduellium procerum graviſſimas injurias exponit.

Rex, frater, & filius ab ipſis captivi facti.

Ejus eo in Regno infructuoſa Legatio.

Ut Henricum Regem, & Eduardum filium ad iniquam pacis formam compulerint.

A coegerunt; per quam ipſis *Regi*, & Primogenito illam non ſervantibus pœna exhæredationis infligitur; ſervantibus vero non ſolum ſoliti depreſſio ſtatus ingeritur, ſed & jugum imponitur perpetuæ ſervitutis.

Quid putas, fili chariſſime, in iis agi? quid per talia machinamenta quæri? ad quid per tales eorumdem Baronum inſidias anhelari, niſi ut de Regno illo Regium nomen aboleatur omnino, B & extincto ibi ſemine Regio ipſi regnent? niſi ut Chriſtianus Populus a devotione Matris Eccleſiæ, & obſervantia Fidei orthodoxæ per conſequens avertatur?

Quæ illorum machinamenta.

Oh proditionis, & iræ filii Barones illi! Si Mundi Principes qualia ex eorum exceſſibus; ſi, quod abſit, incaſtigati remaneant, per exemplares alveos ad nationes alias exempla deriventur, attendant: ſi prudenter advertant, quam C periculoſe, niſi occurratur in tempore, vicinis inſtat incendium; igne proximos parietes conſumente, quam cauta, quam conſulta res eſt, in aliena potius domo reprimere vires exardeſcentis incendii, quam extinguendum illud in propria expectare: profecto, ſi hoc diligentius intra mentis arcana revolverent, ad ſuccurrendum Regi, & Regno præfatis non invitati accurrent: in hoc noſtra, ipſius D Regis, & ſuorum procul dubio rogamina prævenirent. Attendant itaque, attendant; & intenta diſcuſſione volvant utique, & revolvant; quomodo minima in talibus neglecta, propria periculoſe creſcere; ac in grandia ſoleant ampliari pericula: quomodo magis vires ex moræ diuturnitate ſumentibus ſero medicinæ remedia præparantur &c.[b] Ut hæc, & his ſimilia ſemper a tuis ſint aliena diſpendiis; ſemper a Chriſtianiſſimi Re- E gni tui ſint extranea nocumentis. Nec ideo iſta tibi exponenda decrevimus, quia Excellentiæ tuæ talia timenda credamus; ſed quia hominum, & Regnorum fata volvuntur; Mare in momento turbatur in ſubitas tempeſtates, Hyberniſque majores agitur æſtiva tranquillitas; bellum in media pace conſurgit, tranſeunt frequenter auxilia ſecuritatis in metum; ſolicitandum te fore credidimus,

Prava ea exempla, ni malo occurratur, perniciem allatura.

b

Cur iſthæc S. Regi exponantur.

(a) Filium noſtrum: *Henricum III.*

(b) Hic refert Raynaldus quid omiſerit.

Digitized by Google

dimus, & contra incertos variabilis fortunæ impetus paternis ſollicitationibus muniendum &c. A

a Datum . . . .[a]

Pecuniam a Fr. Simone Alverno *Ord. Min. receptam ſocio Mercatorum Senenſium Venetiis commorantium perſolvat.* (Ex Vatic. Reges. litter. tom. 2. epiſt. 39. anno 1.)

XI.

Anno 1265. die 1. Junii.

CLEMENS &c. B

Dilecto Filio Johanni Armundi *de Confinio S. Salvatoris* Venet. *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Relatio facti.

b CUM quondam Frater *Simon de Alvernia*[b] Ordinis Fratrum Minorum tunc Apoſtolicæ Sedis Nuncius[c] in partibus *Romaniæ*[d] triginta libras Venetorum croſſorum[e] de pecunia Cameræ Apoſtolicæ, quam ſecum detulerat pro expenſis, tibi tradiderit nomine mutui certis ſibi loco & termino perſolvendas; ſicut in Inſtrumento confecto exinde plenius continetur; præſentium tibi auctoritate mandamus, quatenus pecuniam ipſam Jacobo Gregorii ſocio dilectorum filiorum Bonaventuræ Bernardini, & Franciſci Guidi Civium & Mercatorum Senenſium Venetiis commoranti nomine noſtro ſine dilatione, ac difficultate perſolvas. C

Mandat, ut ſupra.

Datum Peruſii Kalendis Junii, Pontificatus Noſtri Anno Primo[f].

Ut quodcunque munus in officio ſibi commiſſo Fratribus cujuſcunque Ordinis injungere queat. (Ex Bullario Ord. Prædic. tom. 1. Bul. 9. Clementis IV.)

CLEMENS &c.

Dilecto Filio O . .[g] *S. Adriani Diacono Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1265.

XII.

Anno 1265. die 3. Junii.

Cauſa conceſſionis.

CUM te ad partes *Angliæ* pro urgentibus, & arduis negotiis detinemus[h], in deſideriis noſtris geritur; ut ſubmotis impedimentis quibuslibet, hujuſmodi negotia facilem conſequantur effectum; injungendi dilectis filiis Fratribus *Prædicatorum*, & *Minorum*, & aliorum Ordinum ubilibet conſtitutis quæcumque proſecutioni officii, vel utilitati negotiorum ſibi commiſſorum videris expedire; ac contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendi; non obſtantibus aliquibus indulgentiis[i], eis ſpecialiter, aut *Fratribus* ſuorum Ordinum generaliter ab Apoſtolica Sede ſub quacumque forma verborum conceſſis, per quas ſuper hoc in aliquo ſe tueri valeant, & de quibus oporteret in noſtris litteris plenam, & liberam, & expreſſam fieri mentionem; diſcretioni tuæ plenam, & liberam concedimus auctoritate præſentium facultatem.

Derogando indulgentiis Apoſtol.

Datum Peruſii III. Nonas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Primo. D

Ut Fr. Guillelmus de Viculo *ab ipſis conſtituatur Præpoſitus Eccleſiæ S. Mariæ XII. Apoſtolorum, ſi conditiones ad eam rem acceſſerint.* (Ex Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 10. Clementis IV., & ex Reges. Vatic. epiſt. 86. anno 1.)

(a) Datum . . . : Deeſt hujus Epiſtolæ initium, & finis, dieſque, ac annus, quo data fuerit; tamen cum Pontifex ſcribat, *Eduardum* adhuc in carcere detentum; liquet epiſtolam fuiſſe datam vel ante finem menſis Maji; vel dum nondum nuncius illius fugæ e carcere ad Pontificem allatus eſſet hoc anno.

(b) Simon de Alvernia: De quo conſuli poterunt litteræ *Urbani IV.* datæ anno 1263. die 28. Julii.

(c) A. S. Nuncius: Prædicto anno 1263. ex prædictis litteris; ex iſtis vero habemus eum jam vita defunctum.

(d) In partibus Romaniæ: Nempe Conſtantinopoli apud M. Palæologum Imp., alioſque Græcos.

(e) Venetorum croſſorum: Quorum ſinguli valebant 26. *parvulos* ex Argelato de Monet. par. 1. pag. 197., quorum 25. nunc Romæ *groſſum*, vel medium Julium conficiunt.

(f) Et die 24. hujus menſis Pontifex per alias litteras incip. *Cum triginta libras &c.* eumdem abſolvit ob ſolutionem dictæ pecuniæ factam, ut mandaverat, ex epiſt. 38. præfati Regeſti Vatic.

(g) O . . . : *Ottobono* Fliſco Genuenſi poſtea *Adriano V.* nuncupato, cum Summum Pontificatum obtinuiſſet.

(h) Destinemus: Die 4. Maji per litteras *Ad Regnum Angliæ &c.* apud Raynaldum n. 61. & ſeqq. legendas: cauſam vero *Anglicæ* legationis prodidit cit. Raynaldus in Annal. Eccleſ. ad hunc annum num. 61. & ſeq., & de qua in præcedenti epiſt. ad S. Ludovicum Franciæ Regem *Occurrunt frequenter &c.*

(i) Indulgentiis: *Quieti veſtræ &c.* & *Qui poſtpoſita vanitate &c.* a Gregorio IX., & Innocentio IV. conceſſis.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch.1265.

XIII.

Anno 1265. die 8. Junii.

CLEMENS &c. A

Dilectis filiis . . Priori Fratrum Prædicatorum, & . . Guardiano Fratrum Minorum Placentin.[a] *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

a — Narratio facti, cauſaque committendi.

CUM, ſicut dilecti filii Capitulum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Duodecim Apoſtolorum *Placentin.* ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Auguſtini Nobis exponere curaverunt; Eccleſia ipſa *Præpoſito* vacet ad præſens; & per Sedem Apoſtolicam Capitulis Eccleſiarum, Civitatum, & Locorum, quæ Uberto Marchioni *Palavicino*[b] adhærent, ſit inhibitum, ne aliquem in Epiſcopum, Abbatem, Priorem, Præpoſitum, Canonicum, Clericum, vel Converſum præſumant eligere, aut etiam nominare; Nos ipſius Capituli ſupplicationibus inclinati mandamus, quatenus Fratri *Guillelmo de Viculo* Canonico ejuſdem Eccleſiæ, viro utique, ut dicitur, provido, & honeſto, ac in ſpiritualibus circumſpecto; ſi in eum vota omnium Fratrum dictæ Eccleſiæ inveneritis unanimiter concordare; ac ei vitæ, & ſcientiæ merita ſuffragantur; & ſibi nihil obviet de Canonicis inſtitutis; ipſeque ſit devotus Eccleſiæ; & traxerit originem de devotis; curam, & adminiſtrationem præfatæ Eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus committere auctoritate noſtra ſtudeatis. Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo; non obſtante indulgentia[c], qua vobis, vel Fratribus veſtrorum Ordinum a Sede Apoſtolica dicitur eſſe conceſſum, ne executiones negotiorum, ſive cauſarum inviti ſuſcipere teneamini, quæ vobis a Sede committuntur eadem.

b

Committit id, quod ſupra eſt dictum. — C

Conditiones requiſitæ.

c — Derogationis clauſula.

Datum Peruſii vi. Idus Junii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ad aliam Epiſcopi Oſnaburgen. *canonicam electionem mandat procedi, ſed cum conſenſu Ciſtercien., Prædicat., & Minor. Prælatorum conſilio.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 81. tom. 3. anno 1.)

XIV.

Anno 1265. die 11. Junii.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis . . . Decano, & Capitulo Oſnaburgen.[d] *Sal., & Ap. Bened.*

d

ECcleſia veſtra Paſtoris ſolatio deſtituta, vos ad tractandum de futuri ſubſtitutione Pontificis, prout moris eſt, convenientes in unum, dilectum filium *Engelbertum Comitem de Marcha*[e] nunc Clericum, ſed tunc temporis laicum, & ipſius Eccleſiæ Epiſcopum concorditer ac unanimiter poſtulaſtis; & dilectis filiis Magiſtris Bertramo, & Gerlaco Concanonicis veſtris ad Sedem Apoſtolicam propter hoc ſpecialiter deſtinatis, primo per eos fel. record. Urbano Papæ[f] prædeceſſori noſtro, & demum Nobis in ejus locum licet immeritis ſubſtitutis, ut poſtulationem eamdem tanquam de perſona Deo grata, accepta Clero & populo *Oſnaburgen.*, & ipſi Eccleſiæ admodum profutura ab ipſis taliter celebratam, dignaremur admittere, fuit ex parte veſtra humiliter ſupplicatum. Et quidem morum honeſtas, integritas fidei, & devotionis conſtantia, quibus inſigniri proponitur idem *Comes*; nec non ſingularis ejus induſtria, ut ejus, per quam a ſuis liberari poſſet oppreſſionibus ipſa Eccleſia, potentiam taceamus; multum interpellabant pro eo; immo Nos cogebant quodammodo condeſcendere votis veſtris. Nam & ſi ſit inſolitum[g] aſſumi *laicos* ad faſtigium paſtorale; interdum tamen ex cauſa legitur eſſe factum, ſicut de Beatis *Severo*[h], & *Ambroſio*[i], quorum vita ſic fuit eorum ſuffragantibus meritis glorioſa, quod

B — Eccleſiæ Oſnaburgen vacanti datur Paſtor Comes Marchiæ a Capitulo.

e

C — f

& quare.

D — Pontifex eum valde collaudat.

g

h i

(a) Placentin.: Etſi binæ ſint urbes huius nominis, altera in Italia, altera vero in Hiſpania utraque ſatis nota; hìc tamen Pontificem loqui de Italica duo produnt & Eccleſia *S. Maria XII. Apoſtolorum*, & Ubertus *Marchio Pallavicinus* in Placentina urbe Italica dominium exercens.

(b) Marchioni Palavicino: Erat ènim in Longobardia Gibilinorum caput, & poſt Ezelinum Tyrannum Manfredi, factioniſque Imperialis Dux illis in partibus uſque ad ſequentem annum.

(c) Indulgentia: Nempe Conſtitutione *Quieti veſtræ &c.* anno 1228. & 1236. a Gregorio IX. edita: & *Qui poſtpoſita vanitate &c.* anno 1240. ab eodem, & 1244. ab Innocentio IV. conceſſa.

(d) Osnaburgen.: In Weſtphalia Epiſc. nunc ſub Archiepiſcopo Colonienſi.

(e) Comitem de Marcha: In Veſtphalia inter ditionem Monaſterien., Ducatum Monten., Weſtphaliæque Ducatum nunc ſub dominio Electoris Brandeburgi ex Juliacenſi hæreditate.

(f) Urbano Papæ: *Quarto* hujus nominis anno præcedenti defuncto.

(g) Insolitum: Canonibus Conciliorum, & SS. Patrum vetantibus.

(h) BB. Severo: Ravennate.

(i) Et Ambrosio: Mediolanenſi Antiſtitibus, ut ex eorum Vita.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An.Ch. 1265.

quod exempla cunctis beatitudinis poſt ſe relinquentes in terris, iis, qui præſunt Gregi Dominico, formam vivendi ſpecialiter tribuunt, & exemplar. Rurſus non electus a vobis improvide fuerat idem *Comes*, quod quidem ſacri Canones improbabant; immo humiliter, quod non invenitur a jure prohibitum, poſtulatur. Ex iis namque petitio veſtra multum ſibi vendicabat favoris, ut jam digne non videretur poſſe repelli a gratia, quæ tot fulciebatur ſuffragiis, & patrociniis juvabatur. Sed cum a Summo Patrefamilias Nobis diſpenſatio miniſteriorum ſit credita Domus Dei, & propter hoc ne circa miniſtrorum ordinationem ipſius quid inordinate, vel præpoſtere, aut etiam indecenter agatur in ea, ſollicitis oporteat Nos excubiis vigilare; quomodo tolerare, ſeu diſſimulare poterimus illum Epiſcopum fieri, qui in nullo gradu prius obſecutus fuerat Sacerdoti; quodque ei gubernacula committantur Eccleſiæ, qui ipſius inſtituta non didicit; nec aliquo tempore ſe exercuit circa ipſa? præſertim cum legitimæ ſanctiones illum notent de ambitu, qui ſine ſuffragio temporis, ſine laboris merito ad honores ſæculi non eſt veritus aſpirare; nec quod de Sanctis ipſis præmiſimus, ad obtinendam dignitatem hujuſmodi ei ſuffragari poterat in hac parte, tum ex eo quod privilegia paucorum legem communem non faciunt; tum ex eo etiam, quod ſub lege non ſunt juxta verbum Apoſtoli: *Qui Spiritu Dei aguntur*; & eorum ordinationem, ſeu proviſionem non eſt dubium, inſpiratione factam fuiſſe Divina; ſicut ex evidentibus ſignis, & inditiis colligitur manifeſtis. Cæterum & ſi poſtulatio hujuſmodi non prohibeatur a Canone fieri; quia tamen admitti eam conſuetudini Romanæ Eccleſiæ dinoſcitur adverſari; Nos ipſi conſuetudini, prout convenit, inhærentes eamdem poſtulationem non in odium poſtulantium, ſeu poſtulatæ perſonæ, quæ multis attollitur meritis probitatis; ſed propter honeſtatem Eccleſiæ de Fratrum noſtrorum conſilio non duximus admittendam. Ne vero Eccleſia veſtra deploret diutius viduitatis incommoda, & in ſpiritualibus & temporalibus gravia ex defectu Paſtoris ſuſtineat detrimenta, licet eidem Eccleſiæ providere poſſemus; volentes tamen vobis in hoc gratiam facere ſpecialem Univerſitati veſtræ mandamus, quatenus ipſi Eccleſiæ veſtræ de alia, quam *Comitis* ipſius, perſona, dum tamen idonea, curetis de conſilio & aſſenſu dilectorum filiorum.. Abbatis Monaſterii in Latha [a] Ciſtercien. Ordinis *Minden.* Diocefis, .. Prioris Fratrum Prædicatorum Minden. [b], & .. Guardiani Fratrum Minorum *Oſnaburgen.* [c] per electionem Canonicam, ſeu poſtulationem concordem, ſublato moræ diſpendio, Deum habentes præ oculis providere [d]. Nos enim decernimus irritum & inane, quicquid contra mandati noſtri tenorem ſuper hoc contigerit attentari.

Datum Peruſii III. Idus Iunii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

& Capituli poſtulationem excuſat; — *tamen adducta cauſa in contrarium,* — *& oppoſitionibus occurrens* — *Rom. 7. 19.* — *tandem eam electionem non admittit,* — *& mandat, uti ſupra.*

Ut in ſuo miniſterio cujuſcunque Ordinis Fratrum opera uti poſſit. (Ex Bullario Ord. Prædicat. tom. I. Bul. II. Clementis IV., & ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 100.)

XV.

Anno 1265. die 13. Junii.

CLEMENS &c.

Dilecto Filio G... [e] *Tituli S. Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato* [f] *Salutem, & Apoſtolicam Benedict.*

CUM de tuæ circumſpectionis induſtria &c. [g] arbitramur, ut tibi, quam poſtulas, gratiam faciamus: Hinc eſt, quos nos petitioni tuæ benignius annuentes, ut tam *Fratres Prædicatores*,

Concedit id, quod ſupra notatum eſt.

(a) Latha: Nequaquàm à Manriquè in Annal. Ciſtercien. commemorati.

(b) Fratrum Prædicatorum Minden.: Itidem in Weſtphalia, de quo loco videatur *Bulla* 106. Urbani IV. mox citanda.

(c) FF. Min. Osnaburgen.: De quorum loco dictum eſt ad *Bullam* 106. Urbani IV. anno 1263. die 9. Novembr. editam: hìc autem addendum eſt ex monumentis in Archivo noſtri Ordinis Romæ apud SS. Apoſtolos extante anno 1573. ab Hæreticis Geuſiis, ſeu Calvinianis adeo deſolatum fuiſſe, ut a Fratrum nemine incoleretur; cum etiam anno 1542. a Lutheranis occupatus èſſet èx Continuàtorè Annalium Wàddingi àd eum annum n. 39.

(d) Providere: Factus igitur eſt Epiſcopus ab iſtis *Baldevvinus de Rusle* vir ea Cathedra dignus, qui x. annis rexit ex Catalogo Antiſtitum illius Eccleſiæ.

(e) G...: Guidoni Burgundo ex Ordine Ciſtercien. ab Urbano IV. creato, & multis legationibus perfuncto, de quo Ciacconius num. XI. & alii.

(f) Legato: in Daniam, de quo Raynaldus in Annal. Eccleſ. ad hunc annum num. 51.

(g) Industria &c.: Supple: *nobis utique non ignota plenam in Domino fiduciam obtineamus;*

Digitized by Google

Clemens PP.IV. An.Ch. 1265.

res, & *Minores*, quam quoſcumque A alios Religioſos ad tuum aſſumere poſſis ſervitium, tibi tanquam ſuo Prælato in omnibus humiliter parituros; ipſoſque pro commiſſis tibi negotiis, quo volueris, deſtinare: contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis eorumdem *Fratrum*, & Religioſorum Ordinum, ſeu indulgentiis eiſdem Ordinibus, vel perſonis ipſorum ab Apoſtolica Sede conceſſis, per quas non expreſſas præſentibus, vel de verbo ad verbum totaliter non inſertas, id quomodolibet impediri valeat, vel differri; devotioni tuæ auctoritate præſentium duximus concedendum.[a]

Derogando ſtatutis, & indulgentiis Ap.

a

Datum Peruſii Idibus Junii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

C

Ne Sedis Apoſtol. Legati, vel Subdelegati niſi a latere ſententias cenſurarum Eccleſ. ferre queant in Fratres Ord. Minorum. (Ex Speculo Min. tract.1. f.11., Roderico Bull. Regul. Bul.9., & Waddingo in Regeſ. Pontif. num.9. extat Autographum in Archivo Veneto magnæ Domus Min. Conventual., Leodii in Belgio, Pragæ, Florentiæ, & Avenione apud eoſdem Minores lib.1. Bull. pag.25., cuſum vero in Firmam. trium Ordinum par.2. trac.1. fol.20., ex Arch. Paris. Camerac. Ambian. & Rothomagen.)

D

CLEMENS &c. XVI.

Anno 1265. die 15. Junii.

b

Dilectis Filiis [b] ... Miniſtro Generali, *&* *Fratribus* Ordinis Minorum, *Salutem, & Apoſtol. Benedict.*

Exigentibus veſtræ devotionis meritis, votis veſtris libenter annuimus; & petitiones veſtras, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter exaudimus. Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum coram Nobis, quod nonnulli B Apoſtolicæ Sedis Legati, & Delegati, eorumque Subdelegati auctoritate litterarum Sedis ejuſdem, in quibus de Ordine veſtro ſpecialis mentio non habetur, in aliquos veſtrum, vel loca veſtra *excommunicationis*, *ſuſpenſionis*, & *interdicti* ſententias fulminare præſumunt, & faciunt ab aliis fulminari; ac mandant eos excommunicatos publice nunciari; & tamquam excommunicatos ab omnibus arctius evitari in veſtrum non modicum præjudicium, & ſcandalum plurimorum. Volentes igitur paci, & tranquillitati veſtræ paterna ſollicitudine præcavere veſtris ſupplicationibus inclinati, ne ab aliquo Legato niſi *de latere* Apoſtolicæ Sedis miſſo, vel Delegato, aut Subdelegato auctoritate litterarum Sedis prædictæ *excommunicari*, *ſuſpendi*, vel *interdici* poſſitis; niſi litteræ ipſæ plenam & expreſſam de Ordine veſtro, & indulto hujuſmodi fecerint mentionem, auctoritate vobis præſentium indulgemus; ac decernimus, nihilominus omnes

Exordium

Fratrum præjudicii expoſitio,

quorum ſupplicationibus annuit Pontifex, & concedit ut ſupra,

conditione adjecta.

(a) Concedendum: Hoc ipſum Pontifex conceſſit R. Epiſcopo Albanen. S. A. Legato in Regno Siciliæ anno ſequenti die 18. Febr. per litteras incip. *Deſiderantes, ut negotium &c.*, ſuntque epiſt. 28. Regeſ. Vatic. tom. 3. anno 2.

(b) Filiis: *S. Bonaventura*. Fr. Salimbene Parmenſis O.M., qui eo ſeculo ſcripſit Chron. Mſ. pag.335. de *B. Joanne Parmenſi* Miniſtro Generali ait: *Item copiam fecit Fratri Bonaventura de Balneoregio, ut Pariſiis legeret, quod nunquam alicubi fecerat, quia Bacellarius erat, nec adhuc Cathedraticus* (ideſt Doctor declaratus).. *currebat tunc annus* MCCXLVIII. *&c.* factus autem fuerat *Baccalaureus* ſub Alexandro de Ales anno 1245. Auguſti menſe defuncto, ſeu *ſub Magiſtro Alexandro primo Magiſtro Ordinis licentiatus*, ideſt ad legendum ex B. Franciſco Fabrianenſi apud Waddingum ad ann. 1267. n.5. Hinc Chronicon XV. Miniſtrorum Generalium anno 1305. ſcriptum Regiæ Biblioth. Taurin. habet de S. Doctore: *in ſeptimo anno poſt ingreſſum Ordinis ſententias legit Pariſiis, & in decimo recepit Cathedram magiſtralem, & in* XII. *vel* XIII. *ad regimen Ordinis eſt aſſumptus: decem & octo annis rexit Ordinem .... obiit anno ætatis ſuæ* LIII., a quo videtur accepiſſe Jordanus, qui paulopoſt edidit Chronicon Mſ. Biblioth. Vatic. pag.259. inquiens: *anno* VII. *ad Bazalariatum Pariſien.*, *& anno* X. *poſt ingreſſum Religionis ad magiſterium eſt promotus; &* XII. *vel* XIII. *ad regimen Ordinis aſſumptus* ... XVIII. *Ordinem rexit &c.* Hos auctores ſecuti ſunt alii ut auctor Chronici XXIV. Generalium Miniſtrorum anno 1374. exarati, & paulopoſt Barthol. Piſanus, ſequioreſque omnes. Quibus firmatur, quod in 2. hujus Operis tomo pag.253. (a) contra nonnullos ſtatuimus *S. Bonaventuram* anno 1238. ætatis ſuæ XVI. vel XVII., non XXI. aut XXII. Ordinem S. Franciſci ingreſſum eſſe, & in ſequenti ſub Aymone Miniſtro Generali Religionis vota nuncupaſſe: anno 1242. ætatis ejus XXI. Pariſios miſſum ſub Alexandro Alenſi *triennio* profeciſſe; & ſub eodem anno 1245. *Baccalaureum* effectum legendi, docendique munus ſuſcepiſſe; ac triennio poſt 1248. a B. Jo: Parmenſi Miniſtro Generali *Magiſtri* cathedra donatum; hinc in inſtrumento ab Hugone S. Sabinæ, & Io: S. Nicolai in C.T. Cardinalibus Anagniæ anno 1256. condito vocatur *Doctor Theologiæ*: anno XII. non ab ingreſſu Ordinis, in quo decepti ſunt multi; ſed a principio legendi, atque docendi ſeu anno 1245. ad Ordinis regimen aſſumptus eſt nempe anno 1257. *die Purificationis* B. V. ex cit. Salimbene pag. 339. alias numerus ille XII. *vel* XIII. cenſendus erit librarii negligentia depravatus, quo nihil facilius, & nihil magis obvium. Accedit minus veriſimile eſſe, *votum* a matre pro eo quadrimo graviter infirmo ad Deum emiſſum tamdiu ſolvere diſtuliſſe; cum ſcriptum ſit Eccleſ. 5. *Si quid voviſti Deo, ne moreris reddere*: & Deuteron. 23. *Cum voveris Domino Deo tuo, ne tardabis reddere; quia requiret illud Dominus tuus: & ſi moratus fueris, reputabitur tibi peccatum.*

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1265.

omnes ſententias irritas, & inanes, ac nullius exiſtere firmitatis, quas contra tenorem præſentis indulti per quemcumque de cetero contigerit promulgari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

Clauſula prohib. &c.

Datum Peruſii XVI. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Primo. [a]

a

Ut facultatibus abſolvendi, prædicandi, votorumque commutandorum ab Ordinariis obtentis uti valeant, ipſis morte ſublatis, donec viduatis Eccleſiis de Paſtore proviſum fuerit. (Ex FIRMAMENTIS trium Ordinum par. 2. trac. 2. fol. 27., & Ms. in noſtri Conventus Archivo S. Crucis Florentiæ, & Rothomagi apud Minor.)

XVII.

Anno 1265. die 15. Junii.

CLEMENS &c.

Eiſdem.

Exordium.

EXIGENTIBUS veſtræ devotionis meritis, votis veſtris libenter annuimus; & petitiones veſtras, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter exaudimus. Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum coram Nobis, quod licet vobis a nonnullis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac aliis Eccleſiarum Prælatis audiendi *confeſſiones* ſubditorum ſuorum; necnon *prædicandi*; & aliqua vota in alia pietatis opera *commutandi* in ſuis Civitatibus, & Diœceſibus licentia ſit conceſſa: quia tamen eiſdem Prælatis decentibus uti licentia hujuſmodi Eccleſiis ſic vacantibus dubitatis; Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut providere vobis ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Veſtris igitur ſupplicationibus inclinati præſentium vobis auctoritate concedimus, ut in hujuſmodi caſu poſſitis uti tamdiu libere prædicta licentia, donec viduatis Eccleſiis proviſum fuerit de Paſtore. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire &c.

Fratrum dubio Pontifex reſpondet,

& concedit &c.

Clauſula prohib. &c.

Datum, *ut ſupra*. [b]

b

Ut Comitem Reverenberc inducat ad reſtituendam pecuniam Terræ Sanctæ legatam, & nolentem cenſuris compellat. (Ex REGES. VATIC. epiſt. 41. tom. 2. anno I.)

XVIII.

Anno 1265. die 16. Junii.

CLEMENS &c.

Dilecto Filio Magiſtro Alberto *de Parma* [c] *Scriptori, & Nuncio noſtro Salutem, & Apoſt. Bened.*

c

EX litteris dilecti Filii *Fratris Bernardi* de Conventu Fratrum Minorum *Salevelt* [d] Maguntin. Diœceſis Nobis innotuit, quod cum quidam Civis Revihardus nomine, qui *Fratri* confitebatur eidem, dum ageret in extremis in Civitate *Salevelt* prædictæ Diœceſis, quatuor Marchas, & dimidiam auri communis ponderis eodem Fratre præſente *Terræ Sanctæ* legaſſet; nobilis vir Comes *Guntherus* de Reverenberc, ad cujus dominium prædicti loci de *Salevelt* medietas ſpectare dicitur, aurum ipſum violenter abſtulit, & in uſus proprios pro ſua voluntate convertit: Qui poſtmodum prædictum aurum, licet ab eodem *Fratre* ſuper hoc diligenter admonitus, reſtituere non curavit. Ut igitur & ſaluti ejuſdem Comitis in hac parte, & jam dictæ *Terræ* [e] utilitatibus conſulatur; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præfatum Comitem, ut prædictam auri quantitatem tibi prædictæ *Terræ* nomine ſine dilatione, ac difficultate reſtituat, per te vel alium, aut alios moneas attentius, & inducas. Et ſi non paruerit monitis, per *excommunicationis* ſententiam in perſonam, & *interdictum* Terræ ſuæ appellatione remota compellas.

Delatio Confeſſarii

d

de Legato Terræ Sanctæ facto,

& a Com. Reverenberc occupato.

e

Jubet Pontifex, & injungit id, quod ſupra.

Datum Peruſii XVI. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Decla-

(a) Idem privilegium datum eſt Ordini *Prædicat.* hoc anno, ac die eodem, ut in *Bullario* ejuſdem Ordinis tom. 1. Bul. 13., dederat & Alexander IV. Ordini *Minorum* anno 1260. die 29. Novembris ex Leodienſi Archivo noſtri Conventus S. Franciſci in Belgio.

(b) Hanc ipſam Conſtitutionem Pontifex iteravit anno ſequenti die 27. Februarii; ut infra eo loci, Ordinis vero *Prædicat.* data eſt hoc anno, ac die ex Bul. 12. in tom. 1. *Bullarii* dicti Ordinis. Citat hoc noſtrum diploma Petrus de Alva in ſuo Indic. Bull. Seraph., ſed ut plerumque ſolet, cum errore; omittens enim exordium ait incipere: *Ex parte veſtra*: & argumentum ejus non ſatis apte exponit.

(c) ALBERTO DE PARMA: Alias nominato in pluribus præmiſſis epiſtolis aliorum Pontificum, & in Annal. Eccleſ. Raynaldi multoties memorato utpote in Gallia, & Germania S. A. Nuncio.

(d) FF. MINORUM SALEVELT: Qui locus nedum in recentibus, ſed neque in antiquis Ordinis noſtri Catalogis Conventuum habetur ſaltem ſub eo nomine.

(e) DICTÆ TERRÆ: nimirum *Sanctæ*.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1265.

A

Declarat poſſe FF. Minores ex facultate Sedis Apoſtol., & Legatorum ejus, Ordinariorumque locorum prædicare, confeſſiones audire, pœnitentias injungere, & confitentes abſolvere. (Ex SPECULO MIN. tract. 1. f. 11. & RODERICO in Bull. Regul. Bul. 10., ex AUTOGRAPHO Conventus S. Franciſci Salmanticen., atque WADDINGO in Regeſto Pontif. num. 5., Leodiique extat in Belgio apud PP. Minores Convent.. & in FIRMAM. trium Ordinum par. 2. trac. 2. fol. 64., ex ARCHIVIS Convent. Trecen., Cadomen., & Brugen.)

XIX. Anno 1265. die 20. Junii.

CLEMENS &c.

a *Dilectis Filiis ... Generali Miniſtro* [a], *& Fratribus univerſis* Ordinis Minorum *Sal., & Apoſt. Bened.*

Quorumdam temeraria aſſertio.

QUIDAM temere ſentientes, & ad ſobrietatem ſapere neſcientes impudenter præſumunt aſſerere, quod de licentia, vel commiſſione, aut conceſſione Romani *Pontificis*, ſeu *Legatorum* Apoſtolicæ Sedis, vel *Ordinariorum* locorum vos ſine Sacerdotum parochialium licentia, & aſſenſu non poteratis libere *prædicare* populis, audire *confeſſiones*, *abſolvere* confitentes, ac *pœnitentias* injungere ſalutares [b]. Nos igitur volentes aſſertionem tam temerariam penitus confutare, ac elucidare in talibus veritatem; deliberatione provida declaramus, quod ſi vobis detur licentia, committatur, ſeu concedatur a *Legatis* prædictæ Sedis, aut *Ordinariis* locorum; (ne dum a Romano *Pontifice*, de quo procul dubio eſſet erroneum dubitare, an in omnes ſine alicujus conſenſu, imo invitis quibuslibet, hujuſmodi poſſit concedere poteſtatem) populis Legatis, & Ordinariis ſubjectis eiſdem libere prædicare poteſtis; audire confeſſiones; abſolvere vobis confitentes; ac pœnitentias vobis confitentibus injungere ſalutares, aliorum inferiorum Prælatorum, & Rectorum Eccleſiarum, ac Sacerdotum parochialium aſſenſu nullatenus requiſito; illis caſibus exceptis, qui de jure, conſuetudine, ſeu retentione ab eis ſpecialiter facta *Sedi*, *Legatis*, *Ordinariis* prædictis ſpecialiter relinquuntur; ad quos non licet vos manus extendere; niſi vobis ſpecialiter committatur. Ideoque auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus; ne quiſquam ſuper his, vel eorum aliquo vos, vel aliquem veſtrum, aut etiam confitentes vobis, vel ad prædicationes veſtras forſitan accedentes contra præmiſſæ declarationis formam aliquatenus moleſtare præſumant. Decernentes nihilominus irritum, & inane, quidquid a quoquam contra declarationem, & inhibitionem hujuſmodi contigerit attentari [c]. Nulli ergo &c. hanc paginam noſtræ declarationis, inhibitionis, & conſtitutionis infringere &c.

b

Confutatur a Pontifice declarando ut ſupra.

Exceptio adjuncta, atque inhibitio.

B

C

c Clauſula prohib. &c.

Datum Peruſii XI. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Primo [d].

d

Jubet contra Saracenos Hiſpaniæ prædicari verbum Crucis. (Ex REGES. VATIC. ep. 87. apud WADDINGUM in Annal. Min. ad hunc annum num. 12.)

CLEMENS &c.

XX. Anno 1265. die 22. Junii.

D

e *Dilecto Filio* Fratri Joanni Martini [e] *de Ordine Minorum Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

CIRCA tutelam Terræ *Hiſpaniæ*, cujus fines perſecutores nominis Chriſtiani *Saraceni* videlicet de Africa una cum Rege *Granatæ* in gravi multitudine invaſiſſe noſcuntur [f], juxta quod officii noſtri requirit debitum, ſolerti ſtudio vigilantes prædicationis *Crucis* negotium contra Saracenos eoſdem in Regnis Hiſpaniæ, & Januen., & Piſan. Civi-

Saraceni in Hiſpania bello Chriſtianos vexant,

f

contra quos verbum Cruci prædicandum indicitur;

(a) GENERALI MINISTRO: S. Bonaventuræ.

(b) INJUNGERE SALUTARES: Contra Conſtitutionem Alexandri IV. *Non ſine multa cordis &c.* anno 1256. 19. & 21. Octobris, ac anno 1257. die 30. Martii editam.

(c) ATTENTARI: In Concilio Provinc. Bituricen. anno 1286. a Simone de Belloloco Archiepiſcopo cum ſuis Suffraganeis celebrato cap. 14. lecta eſt hæc *Conſtitutio* Magiſtro, & Fratribus O. P. data, juſſumque, ut Rectores Eccleſiarum eam habeant, & legant; in margine vero Collect. Labb. Concil. notatum eſt, hanc ipſam Gen. Miniſtro, & Fratribus O. M. miſſam fuiſſe.

(d) Eadem *Conſtitutio* prodiit hoc anno, ac die pro Ordine FF. Prædicatorum ex Bullario ejuſdem Ordinis tom. 1. Bul. 14., & tamen in Alemania pauloport contra eam itum eſſe palam facit epiſtola *Ad audientiam noſtram &c.* die 30. Auguſti data Archiepiſcopis, & Epiſcopis illius Regionis. Hanc autem Conſtitutionem confirmavit Bonifacius IX. litteris ſuis *Exhibita ſiquidem Nobis &c.* ann. 1397. die 17. Novem., & ann. 1401. die 21. Februarii pro diverſis Cœnobiis Saxoniæ, Bohemiæ, & Poloniæ, quæ ſuo loco dabuntur.

(e) JOANNI MARTINI: De quo in litteris *Licet a nobis &c.* Innocentii IV. anno 1248. die 28. Januarii ſcriptis, & eo loci relatis; quique poſtea factus eſt Epiſcopus Gaditarum anno 1267., exin & Ægitanien. ut in Annal Min.

(f) INVASISSE NOSCUNTUR: Anno 1264. ex Annal. Eccleſ. Raynaldi ad eum annum num. 35., & 1266. num. 25. & 34., quo a Chriſtianis Murcia eſt capta,

Digitized by Google

Civitatibus, & Diœceſibus Venerabili Fratri noſtro *Archiepiſcopo Hiſpalen.* [a] per noſtras duximus litteras committendum [b]. Ut igitur eo facilius, & efficacius hujuſmodi procedat negotium, quo plures habuerit promotores; Nos de tuæ fidei puritate, ac circumſpectione, & experta prudentia, in cujus ore non eſt verbum Domini alligatum, plenam in Domino fiduciam obtinentes tibi etiam idem prædicationis negotium juxta formam, ſecundum quam eidem *Archiepiſcopo* in omnibus, & ſingulis eſt commiſſum; ita quod in nullo per hoc commiſſioni factæ ipſi *Archiepiſcopo* derogetur, præſentium auctoritate committimus exequendum. Quocirca diſcretioni tuæ in remiſſionem injungimus peccatorum, quatenus in eodem negotio, juxta datam tibi a Domino prudentiam, diligenter procedas ſecundum prædictarum continentiam litterarum.

(Margin: Idque etiam per Fr. Joannem Martini O. M. — & quomodo, — & magna cum diligentia.)

Datum Perusii x. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Fatetur pecuniam Cameræ Apoſtol. debitam eſſe ſolutam, ejuſque detentorem, ſive cuſtodem abſolvit. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 38. to. 2. an. I.)

XXI. Anno 1265. die 24. Junii.

C L E M E N S &c.

Dilecto Filio Johanni Armundi *de confinio Sancti Salvatoris* Venet. *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

CUM triginta libras Venetorum groſſorum, quas a quondam Fratre *Simone de Alvernia* Ordinis Fratrum Minorum tunc Apoſtolicæ Sedis Nuncio in partibus *Romanlæ* nomine mutui recepiſti; ſicut in Inſtrumento publico confecto exinde plenius continetur; Jacobo Gregorii Socio dilectorum Filiorum Bonaventuræ Bernardini, & Franciſci Guidi Civium & Mercatorum Senenſium ad mandatum noſtrum nomine noſtro duxeris perſolvendas; Nos ſolutionem ipſam ratam habentes & gratam, ac confitentes Cameræ noſtræ fore de dicta pecunia plenarie ſatisfactum, te, ſucceſſores, & hæredes tuos ab obligatione, qua eidem *Fratri* pro dicta pecunia tenebaris, præſentium auctoritate abſolvimus; voſque indemnes pro Nobis, & Eccleſia Romana promittimus conſervare [c].

Datum Perusii VIII. Kal. Julii, Pontificatus Noſtri Anno Primo [d].

Excommunicatio comminatur his, qui violenter in Eccleſiis, & locis Fratrum Min. ſe gerere præſumpſerint. (Ex Speculo Min. tract. 2. apud Waddingum in Regeſ. Pontif. num. 6., & ex Autographo in Archivo Conventus S. Franciſci Conſtantiæ in Svevia, & Bergomi anno 1363. die 22. Aprilis recognita a Fr. Lanfranco O. M. Epiſcopo Bergomenſi manu Franciſci Venturini Zenaliæ Notarii; nec non Jaderæ ex Gonzaga par. 2. Conv. 12. Prov. Dalmatiæ.)

XXII. Anno 1265. die 29. Junii.

C L E M E N S &c.

Dilectis Filiis ... Generali, & univerſis Miniſtris Guardianis & Fratribus de Ordine Fratrum Minorum *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

IN quibuſdam locis aliquando illas, prout accepimus, perſecutiones, & anguſtias ſuſtinetis; ut vix ſit vobis poſſibile, quod ibidem Conditori omnium valeatis, prout cupitis, devotum impendere famulatum. Hinc eſt, quod Nos veſtræ providere quieti, & malignorum malitiis obviare volentes, ut nullus de cetero Eccleſias, aut loca veſtra auſu temerario præſumat infringere, aut in illis violentiam damnabilem exercere auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus: illi vero qui Divini nominis poſtpoſito timore ſecus facere præſumpſerint, ipſo facto ſententiam *excommunicationis* incurrant, a qua non poſſint abſolvi niſi per Sedem Apoſtolicam, vel per conſervatores ab eadem vobis, aut eidem

(Margin: Cauſa ſcribendi, atque inhibendi — cum comminatione anathematis.)

(a) Archiepiscopo Hispalen.: Cujus Diœceſis in finibus bellum potiſſimum ardebat.

(b) Duximus litteras committendum: Quæ tamen vulgatæ non habentur; extant autem aliæ pro eodem negotio datæ hoc anno Archiepiſcopo Taraconenſi, & Epiſcopo Valentino *Viſio dura nunciata eſt nobis &c.* apud Raynaldum Annal. Eccleſ. ad hunc annum num. 32.

(c) Conſuli poterit 10. hujus Pontificis epiſtola *Cum quondam Fr. &c.* Kalendis hujus menſis ſcripta.

(d) Hac ipſa die Pontifex indulſit, ut Epiſcoporum Sedibus vacantibus Fratres O. M. uti poſſent facultatibus *abſolvendi* a caſibus reſervatis a viventibus Epiſcopis conceſſis, *Exigentibus veſtræ devotionis &c.*, quod diploma extat Mſ. Florentiæ in noſtri Conventus S. Crucis Archivo. *V.* ſupra Bullam XVII.

Digitized by Google

Clemens PP.IV. An.Ch.1265.

eidem Ordini deputatos. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis infringere &c. [a]

Clauſula prohib.&c. a b c

Datum Peruſii 11I. Kalendas Julii [b], Pontificatus noſtri Anno Primo [c].

Contra Manfredum *olim Tarentin. Principem Eccleſiæ hoſtem jubet prædicari Crucem* Indulgentias *ea de cauſa multas contribuens*. (Ex Autographo Conventus Anconitani S. Franciſci ad Scalas Minor. Convent.)

XXIII.

Anno 1265. die 10. Julii.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis univerſis Prioribus Prædicatorum, *& Guardianis* Minorum Fratrum *per Marchiam* Anconitanam *conſtitutis Sal., & Apoſt. Bened.*

Deſcribit ortum, & progreſſum Manfredi Tarentini Principis. d

De venenoſo genere velut de radice colubri virulenta progenies *Manfredus* quondam Princeps Tarentinus [d] egreſſus ab ineunte ætate paternis ſe conformans nequitiis niſus eſt, quantum potuit, paternam ſævitiam ſuperare: qui ſicut impius in peſſimis rebus, exultans gloriatur eſſe, & dici Eccleſiæ perſecutor, ac depreſſionem Orthodoxæ Fidei, enervationem juris Eccleſiaſtici, & jugem turbationem Italiæ, prout patet per opera, damnabili Progenitoris imitatione ſuſpirans: in qua voluntate perfida non ſolum perſeverans, ſed creſcens, quantum in eo eſt, profanavit ſacra, religioſa fœdavit, deſtruxit Eccleſias, afflixit viros Eccleſiaſticos, & alios tam nobiles, quam populares, & pupillis, & viduis non pepercit; alias molitus totis viribus acceptum virus effundere; ac iniquitatem tam innatam, quam a patre propagatam in Matrem Eccleſiam parturire. Et ut ad ſuæ intentionis perfidiam poſſet pervenire facilius, Saracenis [e], & aliis inimicis Eccleſiæ in Chriſtianorum diſpendium ſpeciali ſe amicitia copulavit. Idem quoque Regnum Siciliæ [f] ad Romanam Eccleſiam pertinens, ut de aliis taceamus, invadens; ac Regnicolas perfidia inhumana contractans, quantum ex ipſius Regni opibus lædat Eccleſiam, turbet Italiam, & alias etiam remotas partes concutiat, non ſolum vicinis eſt notum; ſed ad extremos Orbis angulos jam pervenit; & licet Eccleſia tanquam pia mater longo tempore diſſimulaverit iſta, credens, quod ille ad cor rediens pœnitentiam ageret de commiſſis; quia tamen de die in diem fiebat deterior, & pejora prioribus cumulabat; quadam inevitabili neceſſitate oportuit Nos pro Eccleſiæ defenſione athletam aſſumere, ipſumque erigere ad illius proterviam retundendam. Cujus rei cauſa cariſſimum in Chriſto Filium noſtrum *Carolum* [g] *Regem* Siciliæ illuſtrem: quem more progenitorum ſuorum Apoſtolica Sedes ſemper invenit ad beneplacita ſua paratum, vocavimus ad hujuſmodi negotium; eique prædictum Regnum de Fratrum noſtrorum conſilio duximus conferendum; firma ſpe, fiduciaque tenentes, quod per ipſius ſtrenuitatem, fidelitatem, & potentiam idem Regnum optata pace fruetur; gaudebit Italia; a bellis, ac turbationibus infeſtivis quieſcens Imperii *Romaniæ* [h] ſtatus reformabitur; & Terræ Sanctæ in manu valida ſuccurretur. Cum igitur idem Rex pro fidei Catholicæ incremento, Eccleſiæ honore, bono ſtatu totius Italiæ, ac optata quiete Fidelium, zelo fidei, & devotionis accenſus, aſſumpto *Crucis* ſignaculo, contra prædictum Manfredum, & Saracenos Luceriæ accingat ſe viriliter, ac patenter; Nos attendentes, quod Chriſtiani populi, & maxime Italiæ intereſt, ut tam

qui dira facinora patrat.

Saracenis amicitia copulatur. e

f Regnum Siciliæ invadit.

Italiam, & ultra perturbat.

Contra eum Carolus Andegavenſis Dux creatur Rex Siciliæ. g

h

qui ſumpto Crucis ſigno adverſus illum, & Saracenos expeditionem cœpit.

(a) Hanc Clementis Conſtitutionem memorat Beatus Gregorius X. in epiſt. *Sua Nobis dilecti &c.* Epiſcopo Syracuſano ſcripta anno 1274. nonis Julii, quæ ſuo loco dabitur, & Joannes XXIII. innovavit anno 1410. litteris: *Sacra veſtra Religio &c.* die 5. Julii datis.

(b) 11I.Kal.Julii: 13. *Julii* habere autographum in Archivo Conventus S. Franciſci Conſentiæ tradit Gonzaga par.2. Conv. 7. Provinciæ Calabriæ, ſed erratum judico.

(c) Eadem Conſtitutio pro Ordine FF. Prædicatorum prodierat jam die VII.*Idus Maji* apud Rodericum in Bull. Regul. Bul. 3. ex autographo Conventus S. Franciſci Salmanticen., & in Bullario ejuſdem Ordinis to.1. Bul. 4. Clementis IV.

(d) Princeps Tarentinus: Nothus Fiderici II. hoſtis Eccleſiæ, & Rom. Pontificis; ideoque dicitur *de venenoſo genere, velut de radice colubri virulenta progenies*; quem Urbanus IV. citaverat ad comparendum, & reſpondendum his, quæ illi objiciebantur ex epiſtola univerſis Chriſtifidelibus data anno 1262. die 11. Novembris.

(e) Saracenis: Quos ejus pater Fridericus ex Africa, & Palæſtina contra Rom. Eccleſiam acciverat, & Luceriæ in Apulia præcipue locaverat.

(f) Regnum Siciliæ: Utriuſque nempe cis, & trans Pharum.

(g) Filium nostrum Carolum: Ducem Andegavenſem, S. Ludovici Regis Franciæ fratrem, patremque S. Ludovici Epiſcopi ex Ord. Min., ab Urbano IV. contra Manfredum Siciliæ Regem declaratum.

(h) Imperii Romaniæ: nempe Conſtantinopolitani a Græcis occupati.

Digitized by Google

tam ſalubre negotium, a cujus ſucceſſu dependet plurimum, quam credatur, tranquillitas; in manu forti, & robuſta procedat: Italicos, & alios Fideles [a] ad hoc ſalutare Jesu Christi exercitus tirocinium non ſolum piis exortationibus, ſed etiam ſuper abundantibus gratiis invocamus. Et ut univerſi, & ſinguli ad id eo libentius, & animoſius intendant, quo exinde dona ſpiritualia, quæ temporalibus præferenda ſunt, perceperint potiora; Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli auctoritate confiſi, & illa, quam Nobis Deus licet indignis ligandi, atque ſolvendi contulit poteſtatem, omnibus, qui aſſumpto Crucis ſignaculo ad eumdem Regem ituri, cum eo contra Manfredum, & Saracenos prædictos in propriis perſonis, & expenſis acceſſerint; plenam ſuorum peccaminum veniam indulgemus; & in retributione iſtorum ſalutis æternæ pollicemur augmentum. Eis autem [b], qui non in perſonis propriis illuc acceſſerint, & illis ſimiliter, qui licet in alienis juxta facultatem, & quantitatem ſuam viros idoneos deſtinaverint, & illis ſimiliter, qui licet in alienis expenſis in plenis tamen perſonis acceſſerint, plenam ſuorum concedimus veniam peccatorum. Hujus quoque remiſſionis volumus, & concedimus eſſe participes juxta quantitatem ſubſidii, & devotionis affectum omnes, qui ad ſubventionem ipſius Regni de bonis ſuis congrue miniſtrabunt. Perſonas quoque ipſorum, & bona, ex quo *Crucem* ſuſceperunt, ſub Beati Petri, & Noſtra protectione ſuſcipimus; nec non, ut eadem ſub Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & omnium Prælatorum Eccleſiæ Dei defenſione conſiſtant, ſtatuimus; ut, donec de ipſorum obitu, vel reditu certiſſime cognoſcatur, integra maneant, & ſecura conſiſtant. Porrò Eccleſiarum Prælati, qui in exhibenda juſtitia Crucesignatis, & eorum familiis negligentes extiterint, ſciant, ſe graviter puniendos. Quod ſi quiſquam contrarie

Ad eam Pontifex Italicos, alioſque Fideles invitat.

Indulgentias elargiendo varias, prout varie acceſſerint;

& alia privilegia concedendo.

Eccleſ. Prælati negligentes puniendi.

Contra præſumentes cenſuris Eccleſ. compeſcendi,

A præſumpſerit, per Eccleſiarum Prælatos, appellatione poſtpoſita, cenſura Eccleſiaſtica compeſcatur. Si qui vero proficiſcentium illuc ad præſtandas uſuras juramento tenentur aſtricti, creditores eorum per Eccleſiarum Prælatos, ut remittant eis præſtitum juramentum, & ab uſurarum exactione deſiſtant, eadem præcipimus deſtrictione compelli. Quod ſi quiſquam creditorum eos ad ſolutionem coegerit uſurarum; eum ad re- B ſtitutionem earum ſimili cogi animadverſione, mandamus. Judæos vero ad remittendas ipſis uſuras per ſecularem compelli præcipimus poteſtatem: Et donec illis remiſerint, ab univerſis Chriſtifidelibus tam in mercimoniis, quam in aliis per excommunicationis ſententiam eis omnino communio denegetur. Iis vero, qui Judæis debita ſolvere nequeunt in præſenti, ſic Principes ſeculares utili devotione provideant, quod C poſt iter arreptum, uſquequo de ipſorum obitu, vel reditu certiſſime cognoſcatur, uſurarum non incurrant incommoda; compulſis Judæis proventus pignorum, quos interim perceperunt, in ſortem, expenſis neceſſariis deductis, computare: cum hujuſmodi beneficium non multum videatur habere diſpendii; quia ſolutionem ſic prorogat, quod debita non abſorbet. Ut autem Regni ipſius ſubſidium diviſum in plurimos faci- D lius impendatur; obſecramus omnes, & ſingulos per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unum ſolum, verum, æternum Deum, poſtulantes vice Chriſti pro Chriſto ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Abbatibus, & Prioribus, & tam Cathedralium, quam aliarum conventualium Eccleſiarum Capitulis, & Clericis univerſis, necnon Civitatibus, Villis, & Oppidis competentem numerum E bellatorum cum expenſis neceſſariis ſecundum proprias facultates in ſuccurſum prædicti Regni alacriter deſtinare. Et, ſi ad hoc unumquodlibet non ſufficiat, plura conjungantur in unum; quia pro certo ſperamus, quod perſonæ non deerunt,

& creditores proficiſcentium in dicta expeditione, niſi remittant &c.

Judæi ad idem compellendi.

Certumque bellatorum numerum ab univerſo Clero, & populo obſecrando.

(a) Italicos, et alios Fideles: Scripſit enim & ad Archiepiſcopos Bituricen., Narbonen., Senonen., & Rothomagen., ac Priori Prædicatorum, Miniſtroque Minorum Franciæ, atque Decano Remen. hoc ipſo anno die 2. Novembris, forſan & ad alios, ad quos litteræ deſiderantur, ſed plane ejuſdem tenoris.

(b) Eis autem: Hæc uſque ad illa verba: *Si expenſæ non defuerint*: habentur etiam in epiſt. Greg.IX. anno 1235. pro ſubſidio Terræ Sanctæ ad Chriſtifideles Angliæ data, quæ incipit: *Rachel ſuum videns &c.* referturque a Waddingo ad eum annum num. 26. al. 29. mutatis tamen mutandis.

Digitized by Google

CLEMENS PP.IV. An.Ch.1265.

a Prædicatores verbi Crucis moneant, & etiam compellant & Eccleſiarum Rectores, & eorum ſubditos ad conciones audiendas;

erunt, ſi expenſæ non defuerint [a]. Cæterum vos, & illi, quibus verbum hujuſmodi commiſeritis prædicandum, Doctores Eccleſiarum illarum partium, & prædictarum Civitatum, & Diœceſum moneatis diligenter, & efficaciter inducatis eos ad id, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam compellendo; ut ipſi cum Parochianis ſuis ad audiendum verbum *Crucis* devote, ac reverenter accedant; & in ipſis prædicationibus veſtris, ubi expedire videritis, harum literarum tenorem legatis, & faciatis legi cum debita reverentia, & exponi. Cæterum quia, ſicut accepimus, prædicationis officium, quod pro jam dicto negotio imponimus vobis, & aliis, per Quæſtuarios impeditur; ne ipſi negotio impedimentum, vel obſtaculum aliquod ingeratur, quæſtuariis univerſis, ſiqui præſentes fuerint, proponendi aliquid populo, dum a vobis proponitur verbum *Crucis*, licentiam penitus interdicere procuretis, temeritatem eorum, qui contra præſumpſerint per cenſuram eamdem, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Ad hæc volumus, & diſtricte præcipimus, ut tam vos, quam illi, quibus hujuſmodi officium commiſeritis, ita ſitis univerſi, & ſinguli in præmiſſis exequendis ſoliciti, quod ſine dilatione abſque alio mandato, nec expectet unus alium, exequamini ea fideliter, & prudenter ita tamen, quod in executione hujuſmodi alter alterum non impediat, nec perturbet. Non obſtantibus, ſi aliquibus, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non valeant, a Sede Apoſtolica ſit indultum; & quibuslibet aliis indulgentiis, privilegiis, ſeu literis ab eadem Sede obtentis, vel obtinendis; per quæ prædicta impediri, vel differri poſſint; & de quibus ſpecialem oporteat in præſentibus fieri mentionem.

& quæſtuariis prædicatoribus ſilentium imponant, munere illis interdicto.

Derogatque indultis, & privilegiis Apoſtolicis.

Datum Peruſii VI. Idus Julii, Pontificatus noſtri anno primo [b].

b

S. Regis opem Pontifex contra tyrannum Manfredum *ob excitum* Carolum *ejus fratrem in Regnum* Siciliæ *Eccleſiam oppugnantem poſcit*. (Ex ep.43. REGES.VATIC. apud RAYNALDUM Annal. Eccleſ. ad hunc annum n.23.)

XXIV.

Anno 1263. die 18. Julii. c

CLEMENS &c.

Chariſſimo in Chriſto Filio [c] ... *Regi Francorum illuſtri Salutem, & Apoſtolicam Benedict.*

SICUT Pharao contemptus ſurgit in ſcandalum, ſic perditionis Nuntius, & iniquitatis alumnus *Manfredus* quondam Princeps Tarentinus videns ipſius [d] adventum; & prævidens exinde ſe præcipitio proximum, & debitæ ruinæ vicinum; ex eo ſpiritu nimis temerariæ præſumptionis aſſumpto, quod idem *Rex* [e] ſuum præmiſſis ex cauſis iter accelerans venerat equis, ut præmittitur, & pecunia immunitus; quod militiæ Regis ejuſdem per eumdem *Manfredum* variis impedimentis oppoſitis via non patet, niſi forte in magna multitudine veniat tunc præſertim cum auxilio Mediolanenſium facile tranſitura; vires ſuas conflavit in unum, ſatagens præfatum *Regem* vel per repulſæ opprobrium, vel per concluſionis diſpendium confundere in ſinu Eccleſiæ Matris ſuæ, ac ipſam Eccleſiam in eodem. Ecce, fili, ſatis clamat ad te facti iſtius qualitas, ſatis etiam *Fratris* charitas [f] interpellat; amanti etenim ſufficit nuntiare; ſuffecit, ut noveris tu, qui, quos debes amare, non deſeris; ſufficit, ut firmiter credimus, immo pro certo ſupponimus, matri tam pro filio ſuas neceſſitates exponere; ſufficit Fratri apud Fratrem, gerentem nihilominus erga ſe Patris affectum talibus interpellare precibus; & ipſum ad ſuccurſum accelerandum remedium taliter provocare. Attendatur itaque zelus *Filii*, *Fratris*, & *Patris*: nec

De Manfredi audacia, ac præſumtione

d

e ex modo adventus Regis Caroli contra ipſum.

Commendat Pontifex S. Regi cauſam fratris,

f

& Eccleſiæ,

(a) NON DEFUERINT: Nec fruſtra, nec in vanum ſcriptæ fuerunt hæ litteræ; nam in ſequenti anno ineunte die 26. Februarii commiſſo prælio victor evaſit *Carolus*, cœſuſque eſt *Manfredus* magna cum ſtrage ſuorum; & univerſum Siciliæ Regnum ad Caroli mandata pervenit.

(b) Eadem epiſtola hoc anno data eſt Priori Prædicatorum, & Miniſtro Minorum Fratrum Provincialibus *Franciæ*, aliiſque die 2. Novembris, ut apud Waddingum ad hunc annum num. 2.

Alias vero litteras Pontifex dedit Regi Francorum incip. *Sicut Pharao &c.* die 18. Julii, quas refert Raynaldus n. 23., & quibus opem S. Regis contra Tyrannum implorat, ut ſequitur.

(c) FILIO: *S. Ludovico IX.*

(d) VIDENS IPSIUS: Nimirum *Caroli*, adjecit Raynaldus; quo prodit ſe non integram excripſiſſe epiſtolam, cum antea *Caroli* nulla in hac habeatur mentio.

(e) IDEM REX: nempe *Carolus* Andegavenſis Dux, utriuſque Siciliæ creatus a Pontifice *Rex* contra Manfedrum Fiderici II. nothum.

(f) FRATRIS CHARITAS: Ejuſdem Regis Caroli, qui *S. Ludovici* Regis frater germanus erat.

Digitized by Google

nec in tanta neceſſitate affectio ſic accumulata deficiat Matri, Filio, & Germano, ad quod & Nos ex intimo mentis affectu, quas poſſumus, deprecatorias perſuaſiones, & perſuaſorias preces adjicimus, pietatem Regiam monentes, orantes, & obſecrantes in Domino Jesu Christo, ac in remiſſionem tibi peccaminum injungentes, quatenus prædicta pia, qua decet, meditatione conſiderans memorato Regi compatiaris, & Nobis, &c.[a]

pro quibus eum obſecrat.

a

Datum Peruſii xv. Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri anno primo[b].

b

Confirmatio omnium Privilegiorum *Ordinis*. (Ex Reges. Vatic. ep. 132., & ex Autographo noſtri Conventus Florentiæ, & magnæ Domus Venetiis, ac in Bull. Romano to. 1. Bul. 4., al. to. 3. Bul. 6. Extat Autographum etiam in Sagienſi, ac Salmanticenſi Conven. S. Franciſci ex Roderico in fine Bullarum Clementis IV., item Ravennæ in Archivo Conv. S. Franciſci, ac in illo Conventus S. Franciſci Conſtantiæ in Svevia, illoque noſtri Conventus S. Crucis Viennæ Auſtriæ ſub plumbo.)

XXV.

Anno 1265. die 21. Julii.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis ... *Generali, & Provincialibus Miniſtris, ac univerſis Fratribus* Ordinis Minorum *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

1. & 2. §. Exordium a decentia foventi Religionis profeſſores.

Virtute conſpicuos ſacri veſtri Ordinis profeſſores &c.[c] In *electionibus*[d] quoque *Generalis*, & *Provincialium Miniſtrorum* ipſius Ordinis Fratribus, qui debent electionem hujuſmodi celebrare, quum eos frequenter de remotis partibus oporteat convenire, tempus ſuper hoc a jure ſtatutum non currat; nec ipſi in hac parte juris* hujuſmodi regulis coarctentur. *Cuſtodes* vero, & *Guardiani*, qui ſecundum ſtatuta ejuſdem Ordinis aliter quam per *electionem* inſtituuntur, poſt ipſam inſtitutionem, ſeu proviſionem de ipſis factam curam animarum Fratrum ſibi ſubditorum ipſius Ordinis habeant; ipſoſque ligare, ac ſolvere poſſint juxta ipſius Ordinis inſtituta. Fratres autem[e] de Ordine veſtro, quos ſecundum ſtatuta ejuſdem Ordinis Conventibus veſtris deputandos duxeritis in *Lectores*, ſine cujuſquam alterius licentia libere in domibus prædicti Ordinis legere, ac docere valeant in Theologica facultate, (illis locis exceptis, in quibus viget *ſtudium* generale, ac etiam quilibet in facultate ipſa docturus, ut Magiſter ſolemniter incipere conſuevit. Et quia prohibente *Regula* veſtra nulli Fratrum *Minorum** eſt licitum populo prædicare, niſi a Generali Miniſtro veſtri Ordinis examinatus, & approbatus fuerit, & ſibi prædicationis officium ab ipſo conceſſum: Nos prædictorum Fratrum laboribus, & periculoſis diſcurſibus evitandis, necnon ut animarum ſalus poſſit inde facilius provenire, ſuper prohibitione hujuſmodi opportunæ proviſionis remedium apponentes, ut ſinguli Provinciales Miniſtri in ſuis Provinciis cum Definitoribus in Provincialibus *Capitulis* congregatis Fratres in ſacra pagina eruditos examinare, ac approbare, & eis officium prædicationis Deum habendo præ oculis committere valeant, (ſicut ex forma *Regulæ* Miniſter poterat Generalis) plenam auctoritate præſentium concedimus facultatem. Et quia ejuſdem Ordinis Fratres de locis ad loca ipſius Ordinis ſæpius tranſmittuntur, propter quod ſtabilem, & perpetuam in certis, & determinatis ejuſdem Ordinis domibus non faciunt manſionem; quia etiam bonos, & idoneos, ac approbatos a vobis Fratres facitis ad Ordines promoveri, liceat vobis ordinandos Fratres ejuſdem Ordinis quibuſcumque malueritis Catholicis Pontificibus communionem, & gratiam Apoſtolicæ Sedis habentibus præſenta-

c d

3. §. In electionibus Miniſtrorum Vocalibus longe diſtantibus tempus non currit ſtatutum.

* aliis

4. §. Cuſtodes, & Guardiani conſtituti ſtatim capiant adminiſtrationem.

5. §. e

Lectores ubique legant, exceptis locis, ubi viget ſtudium generale.

6. §. Prædicatores a quibus examinandi.

* veſtrorum

7. §. Fratres a quolibet Epiſcopo ſacris initiandi ſine examine.

(a) Aliarum plurium litterarum Pontificis ad eumdem *S. Regem* de hac ipſa re, quæ legentibus lacrymas elicerent, quarumque nonnullarum fragmenta exſcripſit cit. Raynaldus, quæ ibi videri, & legi poſſunt num. 24. & 25., mox de rebus *Palæſtinæ* infauſtis n. 41.

(b) Eidem *S. Regi* aliam *epiſtolam* Pontifex miſit incipientem: *Privilegium amoris &c.*, qua ei *Narbonenſem* Eccleſiam commendat, quamque Raynaldus ſupracitatus refert ſine loco, anno, & die ſub hunc annum num. 30. ex Cod. Mſ. Bibliothecæ Vallicel., citat hanc epiſtolam etiam Petrus de Alva in Indic. Bull. Seraph. ad hunc ann. 1265., ſed ſine loco ac die, & haud ſatis ſincere: citat & ſuperiorem; aitque incipere: *Cum ſicut Pharao*.

(c) Ordinis professores &c.: ut in diplomate Alexandri IV. anno 1258. die 2. Auguſti edito uſque ad *libera facultate*, ut in 2. hujus Operis tomo fol. 298.

(d) In electionibus: Iſte §. cum ſequenti abeſt a privilegio Alexandri IV. Vide tamen *Bullam* 145. Alexandri IV. Bullarii Ord. Prædic. to. 1.

(e) Fratres autem: Ex Alexandri IV. Conſtitutione *Exultante ſpiritu &c.* anno 1257. 28 Martii edita.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch. 1265.

ſentare; ipſiſque Pontificibus præſentatos a vobis Fratres ſine qualibet examinatione per eoſdem Pontifices facienda, & abſque omni promiſſione, vel obligatione ipſorum Ordinandorum Fratrum ad Ordines promovere [a]. In locis quoque,

8. §. Facultas habendi Oratoria cum Altari portatili.

in quibus degitis, liceat vobis habere *Oratoria*, in quibus cum *Altari portatili* poſſitis Miſſarum ſolemnia, & alia Divina Officia celebrare, ac etiam Eccleſiaſtica recipere Sacramenta [b].

9. §. Et ſacris operandi in locis *Interdicto* ſuppoſitis,

Cum autem generale *Interdictum* Terræ fuerit, in Eccleſiis, & Oratoriis veſtris, ac aliis quibuſcumque, quum ad loca perveneritis Eccleſiaſtico ſuppoſita *Interdicto*, clauſis januis, interdictis, & excommunicatis excluſis, non pulſatis campanis, ſubmiſſa voce liceat vobis celebrare Divina Officia, & Eccleſiaſtica recipere Sacramenta:

addita tamen conditione.

dummodo cauſam non dederitis *Interdicto*; nec contingat id vobis ſpecialiter interdici; neque Eccleſiæ, & Oratoria eadem fuerint ſpecialiter interdicta.

10. §. Famuli quoque Fratrum tunc privilegio fruantur.

His vero, qui veſtris immorantur obſequiis, cuncta libere miniſtrare poſſitis eccleſiaſtica ſacramenta; & ipſos, quum deceſſerint, in veſtris cœmeteriis ſepellire.

11. §. Uti & familiares, operarii, ac Procuratores eorum,

Si quando autem in Terras, in quibus reſidetis, vel earum perſonas *excommunicationis*, ſeu *Interdicti* ſententias contigerit promulgari, *pueri* veſtris ſervitiis deputati, negotiorum veſtrorum quoque *Procuratores*, & *Operarii*, qui in veſtris locis eorum operibus perſonaliter continue inſtiterint, hujuſmodi ſententiæ obnoxii minime habeantur; ibique poſſint audire Divina juxta formam, quæ locis ipſis in eo caſu a Sede Apoſtolica eſt conceſſa;

conditione addita.

niſi iidem cauſam dederint; vel excommunicari ſpecialiter, ſeu interdici eoſdem contigerit [c].

12. §. Facultas in terris excommunicatorum commorandi, & neceſſaria vitæ recipiendi.

Et quia vos extremam patientes pro Chriſti nomine paupertatem exhortationis pio ſtudio bonos ad potiora dirigitis, & errantes in rectitudinis ſemitam laudabiliter revocatis; concedimus, ut in *excommunicatorum* Terris libere commorari, & ab eis tunc, & etiam quando per ipſas vos tranſire contigerit, neceſſaria vitæ depoſcere, ac recipere valeatis.

13. §. Ordinis Prælati Fratres ſuos poſſunt abſolvere a cenſuris, & diſpenſare ab irregularitatibus,

Generalis quoque, & ſinguli *Provinciales* Miniſtri, & eorum *Vicarii*, ac etiam *Cuſtodes* in Provinciis, & Cuſtodiis ſibi commiſſis prædictis Fratribus conſtitutis ibidem, necnon & Fratribus aliis ejuſdem Ordinis interdum ad eos declinantibus undecumque, abſolutione, & diſpenſatione indigentibus; ſive prius quam intraverint Ordinem, ſive poſt, in caſibus, in quibus exceſſerint, pro quibus *excommunicationis*, vel *interdicti*, aut *ſuſpenſionis* incurrerint ſententias a Jure, vel a Judice generaliter promulgatas; & hujuſmodi ſententiis innodati, aut in locis ſic ſuppoſitis Eccleſiaſtico *Interdicto* Divina Officia celebrantes, vel ſuſcipientes Ordines ſic ligati notam *irregularitatis* incurrunt; abſolutionis, & diſpenſationis beneficium valeant impartiri; niſi adeo gravis fuerit, & enormis exceſſus, quod ſint ad eamdem Sedem merito deſtinandi.

14. §. ipſi vero abſolvi poſſunt a ſuis Fratribus;

Fratres etiam veſtri, quos pro tempore vos, Generalis, & Provinciales Miniſtri, necnon & vices veſtras gerentes, ac etiam Cuſtodes in proprios habueritis *Confeſſores*, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium vobis, quum expedierit, valeant impertiri juxta formam conceſſionis ſuper abſolutione, & diſpenſatione Fratrum ejuſdem Ordinis ſuperius vobis factæ.

15. §. & Ordini aggregandos a cenſuris ſolvere

Ad hæc volentibus veſtro aggregari Collegio, qui *ſuſpenſionis*, aut *interdicti*, vel *excommunicationis* ſententiis a Jure, vel a Judice promulgatis generaliter ſunt ligati, abſolutionis beneficium ſervata forma canonica impertiri; ipſoſque in Fratres recipere; ac eos, qui poſt aſſumptum habitum, vel profeſſionem emiſſam recoluerint ſe talibus in ſæculo fuiſſe ſententiis innodatos, ſecundum formam ipſam vos, Generalis, ac Provincialis Miniſtri, & præfati Cuſtodes, ac vices veſtras gerentes valeatis abſolvere,

atque ſuper irregularitate diſpenſare,

& cum *irregularibus* diſpenſare; ſi forſan talibus innodati ſententiis; vel in locis *Interdicto* ſuppoſitis Divina præſumpſerint Officia celebrare; vel Ordines receperint: ita tamen, quod ſi aliqui ex hujuſmodi eiſdem ſententiis propter debitum ſunt aſtri-

(a) Ad Ordines promovere: V. Concilium Triden. ſeſſ. 7. cap. 11., & ſeſſ. 23. cap. 12.

(b) Recipere Sacramenta: V. idem Concilium ſeſſ. 22. cap. 1., ſequens §. *De Interdicto* in ſimili Conſtitutione Bonifacii VIII. reticetur.

(c) Contigerit: V. dictum Concilium ſeſſ. 25. c. 12.

Digitized by Google

16. §. a Quammodo mox Ordinem intraverint. * conſortio * indulgentiæ

Pontificis monitum de hac re.

aſtricti, ſatisfaciant, ut tenentur. Volumus autem [a] nihilominus, quod, poſtquam fuerint abſoluti, hujuſmodi volentes aggregari ſupradicto Collegio *, niſi mox Ordinem veſtrum intraverint (etiam ſi ſuper hoc eis induciæ * a Prælatis ejuſdem Ordinis concedantur) eo ipſo in priſtinas ſententias, a quibus eos taliter abſolvi contigerit, relabantur. Cæterum veſtra diſcretio cautè provideat, ut Apoſtolicæ Sedis Legatorum ipſius, & Ordinariorum Locorum in abſolutionibus hujuſmodi ſcandalum evitetur. Porro quieti veſtræ providere volentes, quod per litteras Apoſtolicas dictæ Sedis, aut Legatorum, ſeu Delegatorum ipſius conveniri a quoquam minimè valeatis: Et quod ad pecuniam colligandam cogi non poſſitis inviti per litteras ipſius Sedis de cætero impetrandas; quodque nullus veſtrum correctionis, ſeu viſitationis, vel inquiſitionis officium Monaſteriis, vel Eccleſiis, ſeu quibuſcumque perſonis impendere, vel ad cognitiones cauſarum, citationes partium, & denunciationes ſententiarum *Interdicti*, & *Excommunicationum* procedere; aut recipere curam Monialium, ſeu Religioſarum quarumlibet perſonarum teneantur per Apoſtolicas litteras impetratas, & impetrandas inpoſterum; niſi hujuſmodi Apoſtolicæ litteræ de hoc indulto, & Ordine veſtro expreſſam fecerint mentionem, auctoritate vobis Apoſtolica indulgemus. Concedimus etiam, ut ad viſitandum aliqua Monaſteria Monialium cujuſcumque Ordinis, vel ad audiendum Confeſſiones earum compelli aliquatenus non poſſitis. Ad recipiendum commiſſiones cauſarum, ſeu ſententiarum executiones; vel alia contingentia cauſas ipſas per litteras præfatæ Sedis, in quibus non facta fuerit de indulgentia hujuſmodi mentio ſpecialis, ſive per Legatos, vel Delegatos ipſius, vel etiam per quoſcumque. Nullus inſuper Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, nulluſque alius Prælatus Eccleſiaſticus, nec eorum Vicarii, vel Officiales ad portandum, ſeu deferendas litteras, vel exequendum, aut denunciandum ſententias contra Principes Sæculares, Communitates, Populos, ſeu

17. §. Multa enumerantur, a quibus Fratres eximuntur, ut a litteris Apoſtolicis, aut Legatorum Apoſtolicorum;

18. §. a colligenda pecunia coacte,

19. §. a cognitionibus cauſarum, correctionibus, viſitationibus &c.,

20. §. a confeſſionibus Monialium, & Monaſteriis viſitandis,

21. §. a cauſarum commiſſionibus &c.,

22. §. a deferendis Prælatorum litteris, exequendis ſententiis &c.,

A quoſcumque Benefactores veſtros: nullus Delegatus, vel Ordinarius Judex ad faciendum citationes, vel commiſſiones recipiendas; ſive quod ſitis in cauſis aliquibus aſſeſſores; ſeu ad alias lites, ſeu controverſias contingentia in cauſis, quæ coram ipſis tractantur, quempiam veſtrum compellere valeant ſine prædictæ Sedis mandato, vel licentia ſpeciali expreſſam faciente de hac Indulgentia mentionem. Nec quiſquam veſtrum parere, vel intendere teneatur ſuper his B monitionibus, mandatis, aut juſſionibus eorumdem; aut facere, vel implere, quod in hac parte duxerint injungendum. Cæterum *Generalis*, & *Provinciales* Miniſtri, ac ipſorum *Vicarii* illos ex Fratribus, de quibus auctoritate litterarum Sedi Apoſtolicæ, vel Legatorum ipſius Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac aliis quibuſcumque proviſum extitit, C vel inpoſterum contigerit provideri, corrigere, ac etiam non obſtante contradictione aliqua, poſſint ad ſuum Ordinem revocare; nec per litteras ejuſdem Sedis, ſeu Legatorum ipſius jam obtentas, vel de cætero obtinendas aliquos de Fratribus ipſius Ordinis præfatis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aut aliis teneantur in ſocios deputare; niſi dictæ litteræ Apoſtolicæ obtinendæ de Indulto hujuſmodi, & Ordine ipſo expreſſam fecerint mentionem; & alias id honeſtati Ordinis, & D illorum ſaluti viderint expedire [b]. Nullus autem Legatus, niſi de latere noſtro miſſus auctoritate litterarum Sedis Apoſtolicæ ſpecialem de hoc Indulto, & Ordine veſtro non facientium mentionem; nulluſque Prælatus, nec aliqua Perſona Religioſa, vel Sæcularis de Fratribus ejuſdem Ordinis ad ſua, ſeu Eccleſiæ negotia procuranda, vel ſecum manendum aliquos aſſumere valeat; niſi quos Generalis, E vel Provincialis Miniſter ipſorum tamquam idoneos, & diſcretos ſibi duxerit aſſignandos; quos ſubjacere volumus Ordinis diſciplinæ. Illos vero ipſius Ordinis Fratres, qui ad prædicandum *Crucem*, vel inquirendum contra pravitatem hæreticam, ſeu ad alia hujuſmodi negotia ſunt, vel fuerint ubicumque a Sede Apoſtolica deputati, tu, fili Genera-

23. §. a Judicum commiſſionibus, & cauſis coram ipſis.

24. §. Prælati Ordinis revocare poſſunt Fratres apud Epiſcopos commorantes.

b 25. §. Prælatorum nemo Fratrem Ordinis ſibi aſſumat ſine Miniſtrorum licentia,

26. §. qui omnimodam juriſdictionem habent ſupra Crucem prædicantes, & Inquiſitores hær. pravit.

(a) Volumus autem: §. iſte non extat in cit. privilegio Alexandri IV.

(b) Viderint expedire: V. idem Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 4.

Digitized by Google

neralis Miniſter, tuique Succeſſores removere, ſeu revocare penitus, transferre, ipſiſque, quod ſuperſedeant, injungere, alioſque ſubſtituere[a], quum expedire videritis, libere, & licite valeatis; & in eos, ſi contravenerint, cenſuram Eccleſiaſticam exercere; & quilibet Miniſter Provincialis, vel ejus Vicarius ejuſdem Ordinis id ipſum in ſua Provincia * circa Fratres ipſius Ordinis, quibus ab eadem Sede ſimilia contigerit in illa committi, facere poſſit: non obſtantibus aliquibus litteris, vel Indulgentiis Apoſtolicis impetratis, vel etiam in poſterum impetrandis, quæ de hoc non fecerint mentionem.

* abſentia

cum clauſula derogatoria,

27. §. & ab Ordine diſcedentes cenſuris Eccl. impetere; ut & retinentes eoſdem;

Inhibemus quoque, ne quis poſt Profeſſionem in Ordine veſtro factam, ſine Generalis, vel ſui Provincialis licentia diſcedat ab ipſo, diſcedentem verò abſque cautione litterarum alterius ipſorum, prætextu alicujus privilegii Apoſtolicæ Sedis, nullus audeat retinere. Quod ſi forte retinere præſumpſerit, vobis Generalis, & Provinciales Miniſtri dumtaxat licitum ſit in ipſos diſcedentes Fratres ſententiam excommunicationis promulgare.

28. §. ac in dimiſſos ad aliam Religionem non tranſeuntes idem agere.

Si vero aliqui de Fratribus veſtri Ordinis poſt obtentam licentiam a Sede prædicta, aut a vobis ad Religionem aliam tranſeundi, infra duos, vel tres menſes ſe ad illam Religionem ſuæ ſaluti congruam non contulerint, & ipſius non ſuſceperint habitum Regularem, licitum ſit vobis, Generalis, & Provinciales Miniſtri, ac vices veſtras gerentibus contra ipſos, tamquam contra alios Ordinis veſtri *Apoſtatas* procedere, ſecundum quod honeſtati ipſius Ordinis videritis expedire. Illud idem[b] intelligi volumus de illis, qui poſt ſuſceptionem habitus alterius Religionis, infra tempus probationis nulla Profeſſione facta, inde præſumpſerint reſilire.

29. §. Item apoſtatas perſequi, & eos, qui licentiati cum ſint, alium Ordinem ingredi, vel profiteri noluerint.

Apoſtatas quoque veſtri Ordinis excommunicare, capere, ligare, incarcerare, & alias ſubdere diſciplinæ rigori poſſitis per vos, ac etiam alios in quocumque habitu eos contigerit inveniri, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis.

30. §. Expulſi, & egreſſi ab Ordine non prædicent, doceant, nec confeſſiones audiant, niſi &c.

Inhibemus etiam, ne Fratres, quos ab Ordine veſtro pro ſuis culpis per Generalem, ſeu Provinciales Miniſtros, aut Cuſtodes expelli contigerit; vel qui egreſſi fuerint, proprio ſuo motu prædicare, confeſſiones audire, ſeu docere præſumant; niſi ad alium Ordinem, in quo licite hujuſmodi exercentur officia, tranſierint de veſtra, vel dictorum Miniſtrorum licentia ſpeciali. Quod ſi forte ipſi contra hujuſmodi inhibitionem noſtram aliquid ſuper præmiſſis temere attentare præſumpſerint; Miniſtri, ac Cuſtodes, & eorum Vicarii in illos, quos infra fines ſuarum Provinciarum, & Cuſtodiarum juxta conſuetudinem Ordinis veſtri diſtrictos * invenerint talia præſumentes, monitione præmiſſa, auctoritate noſtra *excommunicationis* ſententiam valeant promulgare.

* diſtinctos

31. §. Iidem ad alios Ordines tranſire poſſunt cum exceptione Ordinum.

Ejectos autem de Ordine veſtro, vel egreſſos, qui receptione in eodem Ordine ſuis culpis exigentibus reddiderint ſe indignos, & alios Fratres ejuſdem Ordinis ex rationabili cauſa ad quoſcumque Ordines approbatos, præterquam ad Beati *Auguſtini*, *Templariorum*, *Hoſpitalariorum*, & aliorum Religioſorum arma portantium ad vitandam occaſionem evagandi, Generalis, & Provinciales Miniſtri cum ſuis teſtimonialibus litteris auctoritate noſtra licentiandi habeant facultatem. Nos enim diſtrictius inhibemus, ne tales ad alium Ordinem tranſire, vel aliqui eos recipere, ſeu retinere præſumant abſque licentia ſpeciali Sedis Apoſtolicæ faciente de hoc plenariam mentionem.

32. §. Nemini licitum ſit eundem, vel ſimilem habitum Ordinis extra ipſum portare.

Inhibemus etiam, ut nulli, ſive ſit in Religionis Ordine, ſive extra Ordinem conſtitutus, habitum veſtrum, aut etiam conſimilem, quod propter eum Frater Minor credi poſſit, deferre liceat abſque mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali. Et ut dicta inhibitio majorem conſequatur effectum, ſtatuimus, ut hi, qui habitum veſtrum, vel ſibi prædicto modo conſimilem deferre præſumpſerint, ad deponendum ipſum per Diœceſanos locorum, quum a vobis requiſiti fuerint, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellantur.

33. §.

Cæterum cum humilitas veſtra ſibi

(a) Alioſque ſubſtituere: Idque quidem tunc, nunc autem alia lex advenit præſertim de *Inquiſitoribus* hæreticæ pravitatis, poſtquam nimirum Romæ ſeculo XVI. instituta eſt S. Officii Congregatio per Paulum III.

(b) Illud idem: Hæc additio deeſt in dicto Alexandri privilegio; eſt tamen in illo Ord. Prædicat.

Digitized by Google

Exemptio a decimis ſolvendis.

ſibi de latitudine Orbis Terræ nihil præter domos, & hortos cum virgultis præmiorum obtentu cœleſtium duxerit reſervandum; Nos pie volentes, quod illorum fructus integre veſtræ paupertatis uſibus applicentur, & de dictis hortis, & virgultis nullam *decimam* teneamini exhibere, vobis auctoritate præſentium indulgemus diſtrictius inhibentes, ne quis a vobis de præmiſſis aliquid exigere, vel extorquere præſumat.

34. §. a

Ordinis Prælati in pios uſus convertere bona poſſunt intrantium in Ordinem, cum hi neſciunt, quibus reſtitui debeant;

Quia vero [a] nonnulli veſtræ habitum Religionis aſſumentes diverſis perſonis, quæ ſciri, & inveniri non poſſunt, interdum aliqua bona reſtituere tenentur; vobis, *Miniſtri*, & *Cuſtodes*, ac *Vicariis* prædictis concedimus, ut ſinguli veſtrum, in locis ſibi commiſſis bona ipſa in pios uſus convertere valeant, prout ſecundum Deum viderint expedire.

35. §.

Ac mortuorum corpora ſuis in Eccleſiis ſepelire, ſalva &c.

Sepulturam quoque in Eccleſiis veſtris concedimus, & eam liberam eſſe cenſemus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepelliri deſideraverint *, niſi *excommunicati*, & *interdicti*, aut etiam publici *uſurarii* fuerint, nullus obſiſtat; ſalva tamen Juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus corpora mortuorum aſſumuntur:

* deliberaverint

aliis autem quidpiam in dictis Eccleſiis agere ſine licentia prohibetur.

diſtrictius inhibentes, ut nulli Religioſi, vel Sæculares vobis invitis aliquorum corpora defunctorum in veſtris Cœmeteriis ſepellire, aut in Eccleſiis veſtris Miſſarum ſolemnia, vel pro animabus eorum, qui ad loca veſtra tumulandi feruntur, ibibem exequias celebrare ſine veſtro aſſenſu, & voluntate præſumant.

36. §. b

Confratribus vero peccata ſunt confitenda, nec niſi neceſſitate urgente aliis.

Inhibemus inſuper [b] univerſis Fratribus veſtri Ordinis, ne aliquis eorum, niſi neceſſitatis urgente articulo, aliis quam Prælatis ſuis peccata ſua confiteri præſumat, vel aliis ejuſdem Ordinis Sacerdotibus ſecundum Regulam, & ipſius Ordinis Inſtituta.

37. §.

Alia eis conceduntur privilegia, & exemptiones.

Univerſis autem Eccleſiarum Prælatis, & aliis inhibemus, ne *confeſſiones* veſtras vobis invitis audire; vel compellere vos ad *ſynodos*, ſeu convocationes ſuas accedere, vel cum eis extra Civitates, vel intra *proceſſionaliter* exire; aut ſuis *Conſtitutionibus* ſubjacere; vel *Capitula*, Scrutinia, & Inquiſitiones in locis veſtris, vel alibi de vobis facere; aut fidelitatem *juramento* firmatam; & manualem *obedientiam* a Miniſtris, Cuſtodibus, vel Guardianis veſtris exigere, aut de ipſorum *Inſtitutione*, vel deſtitutione, ſive de ſtatutis veſtri Ordinis ſe aliquatenus intromittere; ſeu prohibere, ne ad *Civitates*, vel Villas, ubi religioſe, ac honeſte morari poſſitis, a populis evocati audeatis accedere, ibique pro veſtris uſibus conſtruere ædificia, *Eccleſias*, ſeu *Oratoria*; aut in accedentes Fratres, ſeu conſtruentes hujuſmodi, vel receptatores ipſorum *excommunicationis* ſententias ferre præſumant.

38. §.

Pro legatis defunctorum nihil ſolvendum.

Concedimus quoque vobis, ut de his, quæ in ornamentis, vel pro eis, aut libris, fabrica, luminaribus, anniverſario, ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo, ac aliis ad perpetuum cultum Divinum, ſeu pro pitantiis, aut victu ad ſuſtentationem veſtram, vel indumentis; necnon pro annuis cenſibus redimendis, ad quorum ſolutionem aliquæ Domus veſtri Ordinis obligatæ noſcuntur; vel de domibus, prædiis, & hortis, aliiſque locis vobis ſecundum Inſtituta veſtri Ordinis opportunis; aut de his, quæ pro hujuſmodi domibus, prædiis, hortis, & locis emendis vobis legantur [c],

c conditione appoſita.

(dummodo præmiſſa non convertantur in uſus alios, ſed in illos dumtaxat, pro quibus relinquuntur, aut alios etiam, qui in hac conceſſione, vel indulgentia continentur) nulli *Canonicam* juſtitiam, aut *portionem* aliquam teneamini exhibere. Et ne quis a vobis, vel ultimarum Executoribus voluntatum, ſeu decedentium hæredibus de præmiſſis aliquid exigere, vel extorquere præſumat, diſtrictius inhibemus.

39. §.

Aliqua dimittentes loca de eorum bonis poſſunt diſponere.

Ad hæc, ut liceat Fratribus veſtri Ordinis, quum de prioribus locis ſuis ad alia loca ſe transferunt, tam ædificia, ſeu omnem ædificiorum materiam locorum, quæ dimittunt, (dedicatis Eccleſiis dumtaxat exceptis) quam libros, calices, & paramenta ſecum ad alia loca transferre, & ædificia ipſa cum ſolo, & aliis ad eadem loca pertinentibus, præter Eccleſias, per perſonas ad hoc a Sede Apoſtolica deputatas vendere, ipſorumque

(a) Quia vero: Iſte quoque §. non habetur in memorato privilegio Alex. IV.

(b) Inhibemus insuper: Ut & iſte alius de Confeſſione in Ordine facienda.

(c) Legantur: Iſte §. valde auctus eſt præ illo Alexandri.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch. 1265.

que pretium in aliorum locorum, ad quæ dicti Fratres ſe transferunt, ædificationem; ſeu alias in eorum utilitatem convertere *, ſecundum quod eis melius videbitur expedire: quum ipſa priora, & alia loca Fratrum ad Nos, & Apoſtolicam Sedem ſpecialiter, & immediate pertinere noſcantur. Et ne aliqui Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, aut alii Eccleſiarum Prælati, ſeu quævis alia perſona Eccleſiaſtica, vel Sæcularis prædicta loca, ſeu bona occupare, accipere, vel uſurpare, aut quoquo modo ſibi vendicare præſumant abſque dictæ Sedis licentia ſpeciali, diſtrictius inhibemus.

* commutare

Quod eadem loca ad Sedem Apoſtolicam pertineant,

dictorum occupatio inhibetur cuicunque,

40. §. Indulgentes vobis, ut ad præſtationem *Procurationum* Legatorum prædictæ Sedis, vel Nunciorum ipſius, ſeu Dioeceſanorum locorum, aut exactionum, vel collectarum, ſeu ſubſidiorum, vel proviſionum quorumcumque minime teneamini, nec ad ea ſolvenda per litteras dictæ Sedis, aut Legatorum, vel Nunciorum ejuſdem, ſeu Rectorum Terrarum Eccleſiæ Romanæ impetratas, ſeu in poſterum impetrandas, cujuſcumque tenoris fuerint, in perpetuum compelli poſſitis, niſi dictæ Sedis litteræ impetrandæ plenam, & expreſſam de Indulto hujuſmodi, & dicto Ordine fecerint mentionem.

& pro procurationibus, collectis, ſubſidiis &c. nihil ſolvere tenentur.

41. §. Cæterum, quum fel. record. Innocentius Papa IV. prædeceſſor noſter olim duxerit ſtatuendum, ut exempti, quantacumque gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, ſeu contractus, aut rei, de qua contra ipſos agitur, rite poſſint coram locorum *Ordinariis* conveniri: & illi quoad hoc ſuam in ipſos Juriſdictionem, prout jus exigit, exercere: Nos vobis, ut occaſione *Conſtitutionis* hujuſmodi nullum libertatibus, & Immunitatibus vobis, & Ordini veſtro per Privilegia, & Indulgentias ab Apoſtolica Sede conceſſas præjudi-

Exemptio ab Ordinariorum juriſdictione, ac Innocentiana Conſtitutione.

A cium generetur, auctoritate præſentium indulgemus.

42. §. Decernimus ergo irritum, & inane, quidquid contra tenorem Conceſſionum, Conſtitutionum, & inhibitionum hujuſmodi per quoſcumque fuerit attentatum; & *Interdicti*, *ſuſpenſionis*, & *excommunicationis* ſententias, ſi quas contra Conceſſiones, Conſtitutiones, & inhibitiones eaſdem in vos, vel veſtrum aliquos, aut loca veſtra, ſeu Benefactores veſtros, vel executores, aut B hæredes prædictos in poſterum promulgari contigerit, penitus non tenere.

Hujus Conſtitutionis roboratio.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conceſſionis, Conſtitutionis, & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis &c.

Clauſula prohib. &c.

Datum Peruſii XII. Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Primo. [a] a

---

C *Conſtituit Syndicos, & Procuratores Fratrum Provinciæ S. Franciſci, eiſque modum agendi præſcribit.* (Ex Reges. veteri Ordinis, apud Waddingum in Regeſ. Pontif. n.7.)

XXVI.

Anno 1265. die 25. Julii.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis Barcilioni Petri, Bentevenne Trovalveri, & Orlandino Bonaventuræ Peruſinis [b] *Sal., & Apoſt. Bened.* b

CUM dilecti filii Fratres Minores ex profeſſionis ſuæ voto [c] adeo ſe ſubmiſerint paupertati, ut nec diviſim, nec communiter aliquid proprii valeant obtinere; ſed omnia, quæ ipſis in eleemoſynam erogantur, ſeu alias eorum contemplatione proveniunt, dominio, & proprietati Eccleſiæ Romanæ [d] ex ipſorum Ordinis inſtitutis accreſcant; ac per hoc ad Nos *Procuratorem* inſtituere in bonis hujuſmodi pertinere noſcatur [e]. Nos de fide veſtra, & circumſpectionis ſollicitudine plenam fiduciam obtinentes,

Cauſa conſtitutionis hujus. D c d e

(a) Idem privilegium contulit Pontifex Ordini *Prædicatorum* hoc anno die 3. Junii ex ejuſdem Ordinis *Bullario* tom. I. Bul. 8. Clementis IV., Ordini vero noſtro innovavit Honorius IV. anno 1285., & Bonifacius VIII. illud etiam interpolans anno 1295. die 11. Novembris, & confirmavit Eugenius IV. anno 1439. die 10. Novembis, ut & Sixtus IV. anno 1474. 31. Aug. cum declarationibus, & additionibus, & ante eum Joannes XXIII. anno 1410. per litteras *Sacra veſtra Religio &c.* die 5. Julii exaratas: *Clementis* autem privilegii non ſemel mentionem egit Barthol. Piſanus in Conform. IX. caput 2. & 6. Regulæ Fratrum Min. exponens, vocatque *Mare magnum*, eſt enim amplius illo Alexandri IV., at hoc adiri juvat pro aliis notis; illud citat & Waddingus ad hunc annum n. 22., ſed non exſcripſit; erratque, cum ait dat. XII. *Kal. Decembris*.

(b) Perusinis: Quæ dicitur primaria illius Provinciæ Civitas, ubi tunc Pontifex cum Curia degebat.

(c) Ex professionis suæ voto: Nempe ex cap. 6. Regulæ: *Fratres nihil ſibi approprient nec domum, nec locum, nec aliquam rem &c.*

(d) Dominio, et proprietati Ecclesiæ Romanæ &c.: Quod etiam Gregorius IX., Innocentius IV. & Alexander IV. in ſuis Regulæ Minorum expoſitionibus aſſeruerunt.

(e) Pertinere noscatur: Et tamen Innocentius IV. Miniſtris Provinciarum poteſtatem fecit inſtituendi Procuratores Conventuum ad eorum indigentiam ex diplomate *Quanto ſtudioſius &c.* anno 1247. edito, ſed Fratres illud recipere noluiſſe videntur.

Digitized by Google

Inſtituuntur Procuratores, ſeu Syndici in ſolidum.

tes, vos, & unumquemque veſtrum inſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis, in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, ac ſeſe moventibus Romanæ Eccleſiæ dilectorum filiorum Fratrum Minorum *Provinciæ Sancti Franciſci* [a] contemplatione collatis, & impoſterum conferendis; & omnibus, quæ ipſi Romanæ Eccleſiæ ipſorum intuitu ex inſtitutis dicti Ordinis provenerunt, & provenient in futurum; Procuratores, negotiorum geſtores, Syndicos conſtituimus, & actores, dantes vobis, & unicuique veſtrum inſolidum adminiſtrandi, dandi, donandi, agendi, defendendi in judicio Eccleſiaſtico, & Seculari coram Ordinariis, & delegatis judicibus, arbitris, arbitratoribus, & defendendorum Dominis, tranſeundi [b] quoque in cauſis omnibus, paciſcendi, & jurandi de calumnia in lite, & de veritate dicenda, & jusjurandum etiam defendendi; repetendi autem, & recipiendi quæcumque bona ipſorum contemplatione provenientia, quæ applicata, vel deputata eorum uſibus quocumque modo illicito detenta, vel occupanda ſunt hactenus, & in poſterum occupari, vel detineri contigerit; ac omnia faciendi, quæ in judicio requiruntur; *Procuratores* præterea unum, vel plures ad ſupradicta omnia conſtituendi ad inſinuationem Miniſtri [c], Cuſtodum [d], Guardianorum Conventualium [e] dictæ Provinciæ, ſeu ipſorum Vicariorum, ſeu alterius eorumdem plenam auctoritate præſentium concedimus facultatem; ita tamen quod de prædictis, aut circa prædicta in judicio, vel extra vos, vel aliquis veſtrum, ſeu a vobis Procuratores dati nihil penitus peragatis niſi prædictorum Miniſtri, Cuſtodum, Guardiani [f] Conventualium dictæ Provinciæ, ſeu ipſorum Vicariorum, ſeu alterius eorumdem requiſito conſilio,

eorum officium quale.

Procuratores alios conſtituere queunt.

Syndici nihil agant ſine conſilio, & conſenſu Prælatorum Ordinis;

Tom. III.

A & obtento conſenſu: Decernimus ergo, ut ea, quæ per vos, & veſtrum alterum, nec non conſtitutos a vobis proinde facta fuerint in prædictis, plenam obtineant firmitatem.

eorumque facta firma decernuntur.

CLEMENS PP. IV. An.Ch. 1265.

Datum Peruſii VIII. Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Primo. [g]

B *Indulgentia conceditur viſitantibus cum veneratione Aſſiſiat. Eccleſiam S. Claræ annuatim in feſto, & per octavas ejuſdem Sanctæ.* (Ex Autographo ſub plumbo in Aſſiſiat. Archivo Monaſterii dictæ Sanctæ.)

XXVII. Anno 1265. die 31. Julii.

CLEMENS &c.

Dilectis in Chriſto filiabus [h] .. *Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii* S. Claræ Aſſiſinat. *Ordinis Sanctæ Claræ Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

C Licet is, de cujus munere venit &c. [i] Cupientes igitur, ut Eccleſia veſtra in honore ejuſdem *Sanctæ* conſtructa, cujus corpus in eadem Eccleſia requieſcit, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in *feſto ipſius Sanctæ* venerabiliter viſitaverint annuatim, *unum annum*, & qui per *octavas* ejuſdem, *quadraginta dies* de injuncta ſibi D pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Datum Peruſii ſecundo Kalend. Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Ut ſacrum bellum in Saracenos Babyloniæ Terram Sanctam *funditus devaſtantes prædicent.* (Ex Formul. Marini Ebulen. apud Raynaldum Annal. Eccl. ad annum 1265. n. 43., & inde in Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 36. Clementis IV.)

(a) Provinciæ S. Franciſci: Quæ totam Umbriam, & partem veteris Sabinæ, Aprutiique complectitur.

(b) Transeundi: Lege *tranſigendi*.

(c) Ministri: totius prædictæ Provinciæ.

(d) Custodum: In novem enim Cuſtodias dict. Provincia partitur ex veteri diſtributione Provinciarum Ordinis anno 1260. a S. Bonaventura in Comitiis Generalibus Narbonæ celebratis, & ex veteri alias citato *Provinciali* Ordinis

(e) Guardianorum Conventualium: Cum etiam id temporis extarent loca Conventualia, & non Conventualia ex Conſtitutionibus Narbonen. ann. 1260. a S. Bonaventura conditis cap. 8. & 9., aliiſque Benedicti XII. anno 1337. conſcriptis cap. 20., ſeu *Conventus*, & *Loca* Conventibus inferiora, uti & modo.

(f) Guardiani: Melius *Guardianorum* ut ſupra, cenſetur enim ſphalma ſcribarum.

(g) Similem Conſtitutionem Pontifex emiſit anno 1268. pro Mediolanenſi, & Argentinenſi Provinciis dieb. 9. & 16. Aprilis; Alexander vero IV. anno 1259. die 29. Septembr. alios conſtituerat per litteras incip. *Cum dilectos filios &c.* ſupra relatas.

(h) Filiabus ..: *B. Benedicta* Aſſiſiat., quæ poſt obitum S. Claræ conſtituta eſt hujus Monaſterii Abbatiſſa.

(i) Venit &c.: ut infra ad diem 20. Auguſti, & Bul. 30.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch. 1265.

XXVIII. Anno 1265. die ... Julii.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis .. Priori Provinciali Prædicatorum, *& Miniſtris* [a] *Fratrum* Minorum *Ordinum per Regnum Franciæ conſtitutis Sal.*, *& Ap. Bened.*

a Exordium a rei Chriſtianæ calamitate, qua Fideles commoveantur;

EXpansis in Cruce manibus clamat aſſidue in auribus fidelium Crucifixus; clamant livores, & vulnera; clamant ſpinæ, clavi, lancea; clamant ſputa; clamant opprobria, non tam articulatæ vocis exaltatione, quam evidenti oſtentatione paſſionis, Chriſti afflictiones immenſas, & diverſa teſtantia genera tormentorum; iis quippe noſtræ Redemptionis inſigniis, idem Redemptor omnium magnitudinis immenſa beneficia humano impenſa generi exprobrans, ſuo redemptos ſanguine ingratitudinis arguit; ſi pro tot, quæ impendit eiſdem, ipſi, ſaltem neceſſitatis tempore, aliquid non rependant; ſi adverſus nominis ſui blaſphemos, tam diræ paſſionis injurias iniquis labris, & deteſtandis operibus quotidie renovantes, & hæreditatis Dominicæ invaſores, eidem in auxilio non aſſurgunt; nunc præcipuè dum deteſtabilius ſolito blaſphematur in gentibus nomen Chriſti; cum jam non tam verbis, quam rebus ipſis, & factis Chriſtianis inſultetur ab infidelibus, & dicatur: *Ubi eſt Deus eorum?* Dum funiculus hæreditatis Domini *Terra Sancta* per nefandiſſimos *Saracenos* ſic audacter invaditur; ſic vaſtatur intrepidè; ſic in partibus illis Chriſtianus populus unanimiter trucidatur; quaſi non ſit illius adjutor; nec ſit, qui miſereri poſſit eorum. Sicut enim nuper rumoribus infauſtis accepimus; ſicut miſſi de partibus illis nuncii lacrymabiliter Nobis expoſuerunt, & literæ, puſillus grex fidelium tranſmarinus, qui Divina illum protegente gratia olim *Tartarici* gladii furorem evaſerat [b]; & *Babylonis* hactenus impetus ſuperarat, nunc Babylonicæ perſecutionis dolis involvitur, ejus opprimitur fraudibus, illius ſuccumbit inſultibus, & viribus conculcatur. Egreſſa eſt enim cruenta, & horribilis beſtia ex Ægypto nefandiſſimus ille *Soldanus Babiloniæ* [c] hoſtis Chriſtianitatis infeſtus populo Chriſtiano velut Urſus inſidians, & quaſi Leonis impetu deſæviens in eumdem, ut illum vel decipiat fraudis inſidiis, vel fortitudine perimat; & violentia pugnatorum extinguat; quorum gravi multitudine congregata in partes *Syriæ* inſidioſus, ac violentus his diebus inſiliit; & in *Cæſaream* nobilem Chriſtianorum Metropolim Palæſtinæ, demandatis eidem Nunciis, verba pacifica locutus, in dolo ſubito irruens eam, fugatis exinde incolis, & profligatis mœnibus, detinet miſerabiliter occupatam. Ex quo in ſuæ ſuperbiæ ſpiritu ſpem ad alia occupanda protendens, *Peregni* [d], & *Cayphæ* [e] Caſtrum violenter invaſit; ac eodem Caſtro Cayphæ omnino deſtructo, reliquum vexavit incendiis; & diverſis impugnationibus fatigavit: & tandem ſpe de illius occupatione concepta, ſola illius, qui bella conterit, virtute fruſtratus, Cæſaream rediit, & a conceptæ iniquitatis propoſito non deſiſtens conatus eſt *Aconenſem* Civitatem [f], præparato etiam ad hoc navali exercitu, obſidere; illamque jam, ſicut ex his, quæ iidem Nuncii, & literæ aſſeverabant, veriſimilius credimus, & procul dubio timemus, obſedit; ut ipſa, quæ in iiſdem partibus ſingulare quaſi robur Chriſtianitatis exiſtit, exterminata, pro libito cetera Chriſtianorum loca partium earumdem facile deleat; & inibi Chriſtianæ Religionis cultus totaliter deleatur. Sic ille Urſus exuriens; ſic idem Leo rugiens; & damnati generis beſtia ira plena iracundè ſævit in prædictum Domini populum, ſatagens illius omnino memoriam abolere. Sic ille impius, ſuique ſatellites Dominum irritantes indicant, ſe non vereri aliquatenus, quod requiret. Sic ipſum habentes oſtentui rurſus illum ſibimetipſis eo acerbius crucifigunt, quo gravius delinquitur in eum nunc

& nunc præcipue ob Saracenos.

Pſal.113.2.

Nuncii de clade Chriſtianis Terræ Sanctæ per Saracenos illata.

Soldanus Babyloniæ bello Chriſtianos Palæſtinæ exagitat.

Cæſaream Metropolim occupat.

Caſtra invadit, & deſtruit; reliquaque incendiis vexat.

Ptolemaidem obſidere tentat.

(a) Ministris: Anno enim 1260. diviſa eſt Provincia *Franciæ* in tres Provincias, ſi fides Waddingo ad ann. 1271. num. 17.

(b) Evaserat: Anno 1260. ex epiſt. apud Raynaldum ad eum annum num. 29.

(c) Soldanus Babyloniæ: Bendocdar nomine, qui plurima Chriſtianis abſtulit in Syria, ex Annal. Eccleſ., & hoc anno *Azotum* inter alia non pauca Chriſtianorum cæde.

(d) Peregni: Raynaldus *Peregrini* reponendum docet.

(e) Cayphæ: Caſtrum ad montis Carmeli radices, de quo alias eſt ſermo.

(f) Aconensem Civitatem: ſeu *Ptolemaidem*, quæ vulgo *Acon*, & hodie *Acri*, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tyri fuit, donec anno 1291. a Saracenis capta eſt, atque deſtructa; poſtmodum reſtaurata eſt.

Digitized by Google

Sermo Pontificis ad Principes Christianos.

nunc regnantem in cælis, quam dudum mortalem in terris. Oh ſi hæc Mundi Principes, & Magnates, ceterique Fidei christianæ cultores, qua decet, attentione conſiderarent! Oh ſi diligenter attendant, quibus pœnis humanæ leges eos afficiant, quos reos inflictæ cædis teſtatori inveniunt, vel in ferendo auxilium dominis aggreſſuram patientibus deſides depræhendunt! Profecto ad cædem Domini vindicandam, ad reſiſtendum aggredientibus ipſum, & occupantibus hæreditatem ipſius promptius exurgentes ſupremi judicii pœnas prudenter effugient; & diſpendium hæreditatis æternæ conſultius evitabunt. Exſurgant igitur viri ad bella doctiſſimi ſtrenui Regni *Franciæ* bellatores; accingantur viri fortes, nec ſub torporis ignominia mala videant gentis ſuæ.

Exhortatio ad eoſdem perurgens.

Prodeant in publicum eorum ſignia victricia, quorum potentiam ſpecialiter expectat, & expetit *terra* illa. Eis debetur hujus belli victoria; eis hæc proponitur ad gloriam; eis ad meritum reſervatur. Non deſit Domino virtus ſtrenuitatis ipſorum inter ceteras nationes eis ſpecialius ab ipſo conceſſa. Non patiantur æquanimiter æterni Regis injurias, qui cuivis eorum Domino injuriam, vel levem inferri procul dubio nequaquam cum patientia ſuſtinerent.

A minori ad majus eos premit.

Et quidem non paterentur ſibi, vel vile aliquid deripi; & tot Chriſtianos fratres ſuos numquid patientur occidi? non patientur ſine infidelitatis nota temporalis eorum domini vel vicum aliquem occupari; & occupatores totius hæreditatis Dominicæ non ſine quaſi extremæ confuſionis opprobrio patientur? Abſit, in hoc caſu ſolvatur militiæ cingulum Regni ejuſdem, milites glorioſi.

Et rationibus excitat.

Abſit, ut in bello Domini per deſidiam reddantur inglorii, qui per virtutis exercitium ſolent in bellis ceteris glorioſiores haberi. Cæterum licet veriſimiliter poſſit nec indigne ſperari, ſi ad perſecutionis acerbitatem, quam *terra* eadem conti-

A nuis laceſſita moleſtiis, & diuturnis vexationibus laſſata perpenditur, compaſſionis debitæ convertant affectum; diſcriminaque conſiderent, quæ per hoc Fidei orthodoxæ non eſt dubium imminere; ad reprimendum eorumdem Infidelium conatus adverſos ſe potius ingerent, quam invitari ad hoc commonitionis alicujus ſuffragio expectabunt; quorum tamen neceſſitas exigit, quæ cordi Nobis eſt in tanta periculorum inſtantia, B inſtanter accelerare remedia; quia nil ſatis ſitienti animo feſtinatur, ſed ei moram ipſa celeritas repræſentat. Nos de omnipotentia ſperantes illius, qui potens eſt de lapidibus Abrahæ filios ſuſcitare; qui vocem virtutis tribuit voci ſuæ, verbum *Crucis* in *terræ* memoratæ ſuccurſum fidelibus Regni prædicti decernimus proponendum. Ad quod, quia perſonas veſtras, de quarum zelo ad ea, quæ Dei ſunt, Fidei puritate, C virtutis conſtantia veſtræ Religionis, & famæ claritas pleniſſime Nos informat, duximus eligendos; vobiſque prædicationis officium in dicto Regno præſentium auctoritate committimus &c.[a]

Luc. 3. 8.
Pſal. 61. 34.

Pontifex Verbum Crucis pro ſuccurſu prædicandum proponit,

idque per prædictos Fratres, quos apprime commendat.

Ne quis prope Monaſterium S. Claræ Aſſiſii *infra ſpatium* 300. *cannarum ædificet locum ſacrum, aut Religioſum.* (Ex Autographo ſub plumbo in Aſſiſiati Archivo ejuſdem Monaſterii S. Claræ.)

D CLEMENS &c.

XXIX.

Anno 1265. die 5. Auguſti.

Dilectis in Chriſto Filiabus ... Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii S. *Claræ Aſſiſinat. Ordinis S. Claræ Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Pacis, & quietis cauſa

PAci & quieti veſtræ paterna volentes ſollicitudine præcavere auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, E ne aliquis Religioſus cujuſcunque Ordinis, vel alius aliquod Monaſterium, Eccleſiam, ſeu Oratorium, aut Clauſtrum Religioſarum, aut Regularium perſona-

concedit ut ſupra.

(a) Licet autem hæc epiſtola nulla temporis nota ſignata fuerit; tamen data videtur circa finem menſis Julii, vel paulopoſt: cum de eadem *Terra Sanctæ* deſolatione ſcripſerit Pontifex ad Prælatos, alioſque in Syria commorantes hoc anno *Dat. Peruſii* VIII. *Kal. Auguſti*, dieque ſequenti ad Armeniæ Regem ex Raynaldo ad hunc annum n. 37. & 40. Cæterum multa hic deſunt, quibus, Raynaldo teſte num. 46., ad illiciendos fideles ad auguſtum *Crucis* ſignum capeſſendum eorum criminum condonationem pollicetur, quorum labes aliqua poſt ſuſcepta exhomologeſeos ſacra conſcientiæ hæſerit: quibus præmiis potituri ſint, tam qui ſuis ſumptibus milites ſuſtentarent in ea expeditione obeunda, quam qui ſe periculis objecerint, Beati Petri clientelæ commendatum iri, *uſuras* ipſis relaxandas ſpondet; ac Judæos ad eas remittendas compellendos decernit. Præcipit etiam iiſdem Religioſis viris, ut luſtrent Oppida, & pagos; atque ad ipſorum conciones confluentibus certa *Indulgentiarum* præmia effundere poſſint, concedit.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch.1265.

rum de novo ædificare, vel conſtruere, vel jam conſtructum præſumat erigere infra ſpatium *Trecentarum cannarum* [a] ad cannam communis Aſiſinat. [b] circa omnes fines Monaſterio veſtro contiguos, & vicinos abſque ſpeciali mandato noſtro faciente plenam, & expreſſam de dicto Monaſterio Sanctæ Claræ, ac de inhibitione hujuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit &c.

Clauſula prohib. &c.

Datum Peruſii Nonis Auguſti, Pontificatus noſtri anno primo. [c]

Viſitantibus quotannis Eccleſiam Fratrum Minorum Veronen. *devotionis gratia in Feſto SS. MM. Firmi, & Ruſtici annum unum, & 40. dies de injuncta pœnitentia relaxat.* (Ex Autographo in Archivo dicti Conventus Veronen.)

XXX. Anno 1265. die 20. Auguſti.

CLEMENS &c.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes Litteras inſpecturis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium.

Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a fidelibus ſuis digne, ac laudabiliter ſerviatur; ex abundantia pietatis ſuæ, quæ merita ſupplicum excedit, & vota; beneſervientibus multo majora retribuat, quam valeant promereri: Nihilominus tamen deſiderantes Domino reddere populum acceptabilem; fideles Chriſti ad complacendum ei, quaſi in quibuſdam illectivis muneribus, Indulgentiis ſcilicet, & remiſſionibus invitamus. Cupientes igitur, ut Eccleſia Dilectorum Filiorum Fratrum Minorum *Veronen.* [d] congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui eamdem Eccleſiam in Feſto *Sanctorum Martyrum Firmi, & Ruſtici* [e], quorum in dicta Eccleſia Corpora, ut dicitur, requieſcunt, annis ſingulis cum devotione, & reverentia viſitarint; de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi *unum annum*, & *quadraginta dies* de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Eccleſiæ frequentandæ cauſa.

Viſitantibus devotionis erga eam Eccleſiam &c.

Indulgentia ſupradicta impertitur.

Datum Peruſii XIII. Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri anno primo.

Pro Dedicatione Eccleſiæ S. Claræ Aſſiſii *ab ſe facienda mandat neceſſaria præparari.* (Ex Autographo ſub plumbo in Archivo Aſſiſiati Monaſterii S. Claræ, & ex Indiculo Bullarii Seraph. Petri de Alva.)

XXXI. Anno 1265. die 21. Auguſti.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis Fratribus Eccleſiæ S. Claræ de Aſiſio [f] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Cum in ſeptimana ſequenti proximo venire Aſiſium, ibique Beatæ Claræ Eccleſiam in die *Dominico* videlicet III. Kal. Septembris [g] auctore Domino propo-

---

(a) Infra spatium 300. cannarum: Id quod paulopoſt nempe die 7. Octobris dedit & Eccleſiæ S. *Franciſci* ejuſdem Civitatis; & cum antea nonnullis locis Religioſis etiam conceſſum fuiſſet, tandem hoc anno pridie Kal. Decembris contulit Pontifex omnibus Cœnobiis Fratrum Mendicantium, & Clariſſarum Monaſteriis per Conſtitutionem incip. *Ad conſequendam gloriam &c.*, ſtatuens, ut quælibet *Canna* 8. palmos in longitudine contineat.

(b) Ad cannam communis Assisinat.: Civitates enim, & Oppida fere omnia variis utebantur menſuris, & nominibus, uti teſtatur Pontifex ſimili privilegio pro Monaſterio Montis Lucidi infra die 10. Octobris collato, ubi jubet ſingulam cannam 8. palmis computari.

(c) Tamen triennio poſt coactus eſt Pontifex has *Cannas* ad 140. dumtaxat retrahere per aliam Conſtitutionem: *Quia plerumque &c.* anno 1268. editam die 5. Junii.

(d) Fratrum Minorum Veronen.: De quibus ad *Bullam* Innocentii IV. *Cum ſicut ex parte &c.* anno 1249. die 10. Maji Epiſcopo Veronenſi data nonnulla diximus.

(e) Ecclesiam in Festo SS. MM. Firmi, et Rustici: Quam Fratres noſtri acceperunt anno 1257. per litteras Alexandri IV. *Sinceræ devotionis*, & *Sinceræ dilectionis &c.* die 27. Februarii Electo Veronen., & Electo Ravennati S. Rom. Eccleſiæ Legato datis; & quam huculque adminiſtrant.

(f) Fratribus Ecclesiæ S. Claræ de Assisio: Nempe Ordinis Minorum, qui Monialibus inſerviendi cauſa apud illarum Monaſterium morabantur; unde in veteri *Provinciali Ordinis* apud Polychronicon, & Piſanum Conform. XI. legitur *Conventus*, ſeu *locus S. Claræ* 3. Cuſtodiæ Aſſiſii, quem cit. Piſanus teſtatur eſſe locum *S. Georgii*, poſtea *S. Claræ* nuncupatum, & in Bulla Alexandri IV. *Cum a nobis petitur &c.* anno 1255. die 11. Martii pro commutatione Eccleſiæ & Hoſpitalis S. Georgii cum Monaſterio S. Damiani Aſſiſiat. edita habetur inter conventiones, & pacta, *ut certus dumtaxat Fratrum numerus apud præfatam S. Georgii Eccleſiam debeat pro tempore retineri.*

(g) III. Kal. Septembris: Nempe die 30. Auguſti, quo hoc anno dies *Dominica* fuit, currente lit. Dom. D., & *Paſcha* in diem 5. Aprilis incidit: non *prima die Septembris in die Dominico*, ut ait Waddingus ad hunc annum n. 21. deceptus ab atteſtationibus conſecrationis, quæ Mſs. & authenticæ in Archivo Monaſterii Aſſiſien. habent *die primo Dominico Septembris*; eſt autem ex ritu Eccleſiaſtico prima menſis *Dominica* ea, quæ proximior eſt kalendis menſis; at hoc anno 1265. die 30. Auguſti fuit dies *Dominica* proximior Kalendis Septembr., ideoque prima Septembris.

Digitized by Google

propoſuerimus conſecrare [a], diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnia diligenter, & ſollicitè præparetis, quæ ad hujuſmodi ſolemnitatis officium neceſſaria dinoſcuntur. [b]

Datum Perufii xiI. Kal. Septembris, Pontificatus noſtri anno primo. [c]

Varia notificat, quæ in Italia hoc tempore acciderant, & a ſe etiam facta fuerant. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 74. tom. 4. anno 1., teſte & Raynaldo ad hunc annum n.25., ubi fragmentum epiſtolæ refert.)

XXXII. Anno 1265. die 25. Auguſti.

CLEMENS &c.

Dilecto filio B. [d] *Sancti Adriani Diacono Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato* [e] *Salutem, & Apoſtol. Bened.*

De Eccleſiæ Aſſiſ. S. Claræ conſecratione.

IN confectione præſentium ſani eramus per Dei gratiam cum noſtris, ac tuis Fratribus ituri *Aſſiſium*, & conſecrata *Sanctæ Claræ* Eccleſia [f], Peruſium dante Domino redituri [g]; nec enim alibi poſſumus gradum figere; cum Terræ aliæ Patrimonii [h] guerris intendant; vel victualibus non abundent. Venerat *Manfredus* Eccleſiæ perſecutor uſque ad *Cellas* [i]; & aliquandiu fuit ibi cum exercitu copioſo ad Civitatem *Tiburtinam* [k] anelans, quam ſperabat ſibi proditorialiter reddi, in quo deficiens, inflexo per girum itinere, venit ad *Matricem* [l], & eam obtinuit; & proditores noſtri *Caſſiani* [m] ſe reddiderunt eidem: cumque *Ducatus* [n] planiciem ingredi minaretur, accepit de Regno Nuncium; & quicquid ipſe tulerit, quod neſcimus, in Regnum rediit feſtinanter, dimiſſa militia *Vicovari* [o]. Rex autem *Siciliæ* [p] moratur in Urbe [q]; cui neceſſitate cogente conceſſimus poſſeſſiones Eccleſiarum Urbis pro mutuo, ſi illud ibidem invenerit, obligare [r], Eccleſiis Sancti Petri, & Laterani, & Cardinalium, & Monialium, & Hoſpitalium pauperum, & Caſtrorum arcibus dumtaxat exceptis. Sed, an inveniat dictum mutuum, ignoramus. *Brixia* [ſ] reddi debuit Mediolanenſibus, ſed extitit per revelatores conſilii impeditum; unde ſuperveniens Pelavicinus cum paucis, & paulatim aggregans multitudinem copioſam quatuordecim de majoribus Cremonam duxit cum familiis eorumdem. *Senenſes* [t] abſtulerant Urbevetanis duo Caſtra; & per

De Manfredi excurſione, & auſis.

Clemens PP. IV. An.Ch. 1265.

ejuſque in Regnum reditu.

De Siciliæ Rege

de Brixia.

Senenſibus.

(a) Consecrare: Extat Aſſiſii in Archivo Monaſterii S. Claræ inſtrumentum autenticum hujus conſecrationis manu Thomæ Riccardi Notarii cum ſerie quamplurium Reliquiarum SS. ſub menſa *Altaris majoris* a Pontifice poſitarum: item conſecrationis eodem die *Altaris parvi* ibidem *juxta Clauſtrum* Monaſterii factæ ab Henrico Card. *Epiſcopo Oſtienſi* cum pluribus SS. Reliquiis; alterius *Altaris parvi* ibidem ea in Eccleſia verſus *Eccleſiam S. Rufini*, ſeu Cathedralem, & eodem die a Card. Stephano *Epiſcopo Praneſtino* habitæ cum ſerie *Cardinalium*, qui præſentes fuerunt; poſt quos habentur *Fr. Thomas Epiſcopus* Ord. Prædicat., quem dixerim *Agni de Lentino* Epiſcopum Bethelemicum, ſeu Aconen., poſtea Archiepiſcopum Coſentin., & Patriarcham Hieroſolym., atque *Fr. Laurentius Ordinis Minorum Archiepiſcopus* forſan Antibaren. anno 1255. aſſumptus.

(b) Dinoscuntur: Porro *Eccleſia* intus & foris per circuitum, ut habet cit. Waddingus, conſecrata fuit a Rodulpho Card. Epiſcopo *Albanen.*, *Altare majus* a Pontifice; & Altaria *S. Georgii* a Card. Epiſcopo Oſtien., Sanctorumque *Coſma & Damiani* a Card. Epiſcopo Præneſtino.

(c) De hujus Eccleſiæ conſecratione proxima agitur & in ſequenti epiſt. *In confectione &c.* quatriduo poſt O.S. Adriani Diacono Card. Apoſtolicæ Sedis Legato data.

(d) B.: non B., ſed *Ottobonus* erat hoc anno S. Adriani Diaconus Card., ut ex epiſt. *Cum te ad partes &c.* hoc anno 3. Junii eidem data.

(e) Legato: In Angliam hoc anno deſtinato ex epiſtola Pontif. apud Raynaldum ad hunc annum n.61., & ex ſupra citata.

(f) S. Claræ Ecclesia: Die 30. Auguſti Dominica conſecrata ex epiſt. *Cum in ſeptimana &c.* quatriduo ante ſcripta.

(g) Redituri: Et quidem eodem die conſecrationis, ut apparet ex Bulla *Ad audientiam &c.* eo die *Peruſii* datam, ut infra.

(h) Patrimonii: B. Petri in Tuſcia; cujus caput *Viterbium* aſſeritur, quo tamen Pontifex inſequenti anno menſe Majo ſe contulit.

(i) Ad Cellas: Diœceſis Sabinen., quas plures pronunciant eſſe antiquorum Carſeolos nunc *Carſoli* prope fluvium Anienem, nec longe a finibus Aprutii.

(k) Civitatem Tiburtinam: vulgo *Tivoli* 15. mill. paſ. circiter ab urbe Roma diſſitam: hinc Theodoricus Valliſcoloris cecinit: *Caſtrum de Cellis turbam juſſit adire ſuam. Hicque morata diu nequiens tranſire per urbem vi Tiburtinam cetera caſtra capit.*

(l) Matricem: Diœceſis Aſculanæ Oppidum ad fontes fluminis Truenti in Aprutio, ac finibus Sabinorum prope Civitatem Regalem ab Aquila 16. mill. paſ. & fere totidem ab Aſculo Piceni diſtans a nonnullis *Amantrica*, vulgo *Amatrice* vocatum, & *Principatus* titulo exornatum.

(m) Cassiani: Al. *Caſciani* vulgo *Caſcia* Oppidum Spoletinæ Diœceſis olim in Sabinis, nunc Umbriæ adjudicatum inter Nurſiam, & Montem Leonem poſitum.

(n) Ducatus: Nempe *Spoletani*.

(o) Vicovari: In Sabina Provincia ditionis Pontificiæ ad fluvium Anienem, vulgo *Teverone* in colle 5. mill. paſ. a Tibure in ortum, in cujus Diœceſi exiſtit, Oppidum *Principatus* Gentis Urſinæ titulo gaudens, nunc a familia Bolognetta poſſeſſum.

(p) Rex autem Siciliæ: Andegavenſis, & Provinciæ Comes in Italiam contra Manfredum vocatus hoc anno feria 4. ante Pentecoſtem Romam pervenit; & paucis poſt diebus a quatuor Cardinalibus Rex utriuſque Siciliæ in Lateranenſi Baſilica coronatur.

(q) In Urbe: *Roma* nimirum.

(r) Obligare: *uſque ad centum millia librarum proventuum*, inquit Pontifex in alia epiſt. apud Raynaldum ad hunc annum n. 22.

(ſ) Brixia: Anno 1258. ab Ezelino Tyranno occupata, cui anno ſequenti debellato ſucceſſit Marchio Pallavicinus al. Pelavicinus.

(t) Senenses: Conſulatur Urbani IV. epiſt. *Licet multa enormia &c.* anno ſuperiore nonis Junii data.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch. 1265.

Urbevetanis,

per biduum fuerunt ante *Radicoſanum*; A poſtea retroceſſerunt; & audito, quod Rex Siciliæ miſit Urbevetanis auxilium, receſſere confuſi; & *Urbevetani*, caſtis recuperatis, intraverunt Terram Senenſem uſque ad octo milliaria prope Civitatem, & magna præda adducta, & villis campanis conſumptis incendio redierunt. *Viterbienſes* [a] *Inquiſitionem* Hæreticæ pravitatis malè, ſeu peſſimè tolerantes ſeditionem fecerunt, Rectore præſente; & facto conflictu inter partes, duo interfecti fuerunt: tranſeuntem Regis [b] militiam juxta eos recipere noluerunt; & breviter, ſi opportunitatem haberent, mala facerent graviora. *Marchia* [c] ſatis volubilis nullum penitus habet ſtatum. Ad *Reatinam* Eccleſiam viduatam Epiſcopum tranſtulimus Tiburtinum [d]; Famaguſtanæ providimus de *Fratre Valaſco* [e]; *Faventinæ* de Priore Fratrum Prædicatorum Peruſii [f]; Eccleſiæ de Civitate *Caſtelli* [g] de Abbate Sancti Severi. Apud Nos alia non ſunt nova. Scribe Nobis omnia, quæ ſcire nos expedit, vel oportet.

a Viterbienſibus,

b

c & Marchianis.

Promotiones Epiſcoporum factæ.

d e f g

Datum Peruſii VIII. Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Electionem de Præpoſito Salisburgen. *Eccleſiæ, ſi juſtam repererit, confirmet; alias cum conſilio, & aſſenſu Prælatorum Ord. Prædicat. & Minor. dictæ Diœceſis ad aliam procedat.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 141. to. 3. anno I.)

XXXIII. Anno 1265. die 27. Augusti.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri [h] .. *Epiſcopo* Gurcen. [i] *Salutem, & Apoſtolicam Bened.*

h i

Exordium.

RECTÆ conſiderationis oculis intuentes commoda, quæ vacantibus locis dignitatibus & perſonatibus Eccleſiaſticis de ſalubri eorum proviſione proveniunt, reddimur corde ſolliciti, ut circa proviſionem hujuſmodi celeriter procurandam fructuoſæ attentionis ſtudium habeatur. Sane dilectorum Filiorum ... Decani & Capituli Eccleſiæ *Salzburgen.* [k] Ordinis Sancti Auguſtini Nobis inſinuatio patefecit, quod ipſius Eccleſiæ *Præpoſitura* vacante; iidem, prout eſt moris, convenientes in unum, Spiritus Sancti gratia invocata, dilectum Filium *Fredericum de Walhen*. Eccleſiæ prædictæ Canonicum in ſuum, B & ejuſdem Eccleſiæ *Præpoſitum* unanimiter & concorditer elegerunt, ſupplici a Nobis inſtantia poſtulantes, ut cum rectis diſpoſitionibus non ſit difficultatis aliquid afferendum, & [l] ... Salzburgen. Archiepiſcopus de confirmanda electione hujuſmodi ex eo ſe intromittere nequeat, quia ipſe auctoritate Sedis Apoſtolicæ vinculo eſt excommunicationis aſtrictus [m], electionem ipſam confirmare de benignitate Apoſtolica dignaremur. C Licet igitur, præſentato Nobis electionis præfato decreto, in ipſo, quod diligenter examinari fecimus, defectus aliquis videretur, qui dubium inducere videbatur, an foret ad confirmationem hujuſmodi procedendum; Nos tamen volentes obviare periculis, quæ *Præpoſitura* ipſa ex vacatione poſſet diutina ſpiritualiter & temporaliter ſuſtinere, Fraternitati tuæ, de qua fiduciam in Domino gerimus pleniorem, per Apoſtolica D ſcripta mandamus, quatenus de prædicti *Electi* meritis, de quibus non habemus notitiam, inquiras diligentius veritatem; & ſi compereris, quod eidem Electo æquanimiter toleranda litterarum ſcientia ſuffragetur; dummodo alias ad memoratæ Præpoſituræ regimen idoneus, ac ſufficiens habeatur; electionem ipſam ſtudeas confirmare, faciens ei a ſuis ſubditis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi. E Alioquin electione ipſa rite caſſata, una cum dilecto Filio

Vacante Salisburgen. Eccleſiæ Præpoſitura k

eligitur Fredericus de Valhen.

l

m

quem Pontifex mandat confirmari, ut ſupra.

(a) Viterbienses: Hæc abſunt ab Annal. Eccleſ.
(b) Regis: Siciliæ Caroli ſupradicti.
(c) Marchia: Anconitana.
(d) Tiburtinum; *Gotifredum* ex Ital. Sac. Ughelli tom. 1.
(e) Fr. Valasco: Hiſpano ex Ord. Min. ſub Innocentio, Alexandro, & Urbano IV. ob varias Legationes, & munia pro S. A. obita clariſſimo, & poſt biennium ad *Egitanien.* in Luſitania tranſlato.
(f) Fratrum Prædicatorum Perusii: Quem Theodoricum Scriptores illius Ordinis habent ad annum 1279., Tonduccius vero Hiſt. Favent. cenſuit aſſumptum anno 1274.
(g) De Civitate Castelli: Al. Tifernati Nicolaus ex Ital. Ughelli tom. 1. ſedebat anno 1270.
(h) Ven. fratri ..: N.
(i) Gurcen.: Olim in Norico, nunc in Carinthia ſub Archiepiſcopo Salisburgen. vulgo *Gurck*.
(k) Salzburgen.: In Norico inferiori nunc Bavaria ex præcipuis, & antiquioribus Germaniæ Metropolibus.
(l) Et ..: *Udalricus* e Secovienſi Sede ab Alexandro IV. Salsburgum tranſlatus.
(m) Excommunic. astrictus: Ab A. S. Legatis ſemel atque iterum ob non ſolutam vim auri S. A. promiſſam ex Raynaldo ad ann. 1261. n. 25.

Digitized by Google

Filio ... Priore *Prædicatorum* de Friſaco [a], & ... Guardiano *Minorum* Fratrum de Judemburch [b] Salzburgen. Diœceſis, quorum in hac parte conſilium & aſſenſum requiri ſpecialiter volumus, & haberi, aliquem idoneum de ipſius Eccleſiæ gremio, vel aliunde, ſi forſan ibi non reperiatur idoneus, eidem Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica in *Præpoſitum* præficere non omittas, faciens illi velut ipſius Eccleſiæ Præpoſito a ſuis ſubditis obediri, ac reverenter intendi; ſibique de memoratæ Præpoſituræ juribus, proventibus, redditibus, & obventionibus quibuſcumque plenarie reſponderi. Non obſtante, ſi aliquibus a Sede ſit prædicta indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de Indulto hujuſmodi mentionem; aut qualibet alia Sedis ipſius indulgentia, de qua in noſtris litteris ſpecialis mentio ſit habenda; ſive per quam effectus præſentium impediri poſſit; ſeu quomodolibet retardari. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Cum clauſula derogatoria.

Datum Peruſii VI. Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Mandat, ut aſſerentes ſine Parochorum aſſenſu non poſſe FF. Prædicatores, *&* Minores *confeſſiones audire, & populis prædicare, coerceantur; & Fratres defendantur.* (Ex AUTOGRAPHO Colonienſis Archivi noſtri Conventus S. Franciſci.)

XXXIV.

Anno 1265. die 30. Auguſti.

CLEMENS &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Alemaniam *conſtitutis Sal., & Apoſt. Bened.*

Cauſa hujus Conſtitutionis.

AD audientiam noſtram noveritis perveniſſe, quod quidam Religioſi, & alii maledici in Alemania de novo [c] auſu nephario prædicare publice præſumpſerint, quod dilecti Filii *Prædicatorum*, & *Minorum* Ordinum Fratres de licentia Summi Pontificis, ſeu Legatorum Apoſtolicæ Sedis, vel Diœceſanorum Epiſcoporum ſine aſſenſu Presbyterorum Parochialium non poſſunt, nec debent confeſſiones audire, nec populis prædicare. Cum autem hujuſmodi aſſertio tamquam veritate carens ſit merito reprobanda; dictique *Fratres* de licentia, vel commiſſione, ſeu conceſſione Romani Pontificis univerſis, vel eiſdem liberè prædicare poſſint; confeſſiones audire; abſolvere confitentes; ac pœnitentiam ſibi confitentibus injungere ſalutarem; ſi hæc committantur, vel concedantur eiſdem, aliorum inferiorum Prælatorum, & Rectorum Eccleſiarum, ac Sacerdotum Parochialium aſſenſu minime requiſito; Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus univerſi, & ſinguli veſtrum omnibus illis veſtrarum Civitatum, & Diœceſum, quos in prædicationibus præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum dicere attentaſſe inveneritis; vel in Cathedra docuiſſe, ex parte noſtra præcipiatis diſtricte, ut infra certum terminum, quem eis ad hoc duxeritis præfigendum, dictum ſuum in iis publice revocent, male ſe dixiſſe fatentes; illaque deteſtentur penitus, & retractent, aſſerendo conſtanter contrarium, & illud etiam fideliter prædicando. Quod ſi forte aliqui erroris hujuſmodi defenſores ipſi præceptis noſtris in hac parte acquieſcere non curaverint; ex tunc contra eos ad *ſuſpenſionis*, *excommunicationis*, & perpetuæ *privationis* beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum ſententias, ſublato cujuslibet appellationis obſtaculo, procedatis; ſæcularis brachii ad hoc, ſi neceſſe fuerit, auxilio invocato. Nos enim nihilominus auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne quiſquam præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum prædicare, docere, vel quomodolibet defenſare præſumat. Quicumque

Quorundam Alemanorum aſſertio in Fratres Ord. Prædicat. & Minorum, quæ falſa judicatur, & reprobanda.

Mandat Pontifex, id quod ſupra.

Inobedientes cenſuris Eccleſ. percellantur, & Beneficiis Eccl. priventur.

Inhibetur doceri, prædicari, atque defendi &c.

(a) FRISACO: In Carinthia Cœnobio a S. Hyacintho, ut volunt, erecto,

(b) JUDEMBURCH: In Stiria ſuperiori ad Muram fluvium, ob id *Murapontus* etiam appellatus, ubi Fratres noſtri locum habuerunt uſque ſub initium Ordinis, qui erat 2. Cuſtodiæ Stiriæ in Provincia *Auſtria* ex veteri *Provinciali* Ordinis noſtri tam apud Chronicon Jordani, quam apud Piſani Conform. XI. Waddingus ad ann. 1455. n. 107. oſtendit jam eo anno a Conventualibus ad Obſervantes opera Friderici III. Imp. tranſlatum fuiſſe: ſed Gonzaga par. 2. poſt Conv. 5. Provinciæ *Auſtriæ* hunc inter eos habet, qui Fratribus carebant; & nunc apud noſtros Conventuales extare legimus.

(c) DE NOVO: Nam paulo ante videlicet die 20. Junii Pontifex epiſtolam ſupra relatam hac de re dedit Fratribus univerſis Ordinis Minorum hoc initio: *Quidam temere ſentientes &c.*, & Alexander IV. per litteras *Plantatus olim &c.* anno 1256. die 28. Decembris datas univerſis Prælatis Eccleſ. Alemaniæ.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch. 1265.

cumque vero id præſumpſerit, tamquam Eccleſiæ Romanæ rebellis ab omnibus habeatur. Et ne aliquis ex ignorantia velamen excuſationis aſſumat; volumus, & tenore præſentium vobis diſtrictè præcipiendo mandamus, ut ad requiſitionem *Fratrum* eorumdem Ordinum in Civitatibus, & Diœceſibus veſtris morantium præſentes litteras, & earum tenorem in Eccleſiis Synodis veſtris publicetis, & faciatis ſolemniter publicari; Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; non obſtantibus aliquibus litteris, vel Indulgentiis alicui, vel aliquibus perſonis ab Apoſtolica Sede conceſſis, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra ſuas Civitates, & Diœceſes, ſeu loca in cauſam trahi non poſſint per litteras Apoſtolicas, quæ de Indulto hujuſmodi plenam, & expreſſam non fecerint mentionem: ſeu quibuſcumque aliis Indulgentiis, & litteris Sedis ipſius, per quas effectus præſentium impediri valeat, vel differri, & Conſtitutione de duabus Dietis edita in Concilio Generali [a]. Vos autem memoratos *Fratres* omni benevolentia, & gratia proſequentes, eos tamquam probatos, & acceptos Chriſti Miniſtros habeatis pro divina, & noſtra reverentia propenſius commendatos, ipſos ab injuriis, & moleſtiis opportunis præſidiis defendentes, ita quod ex hoc vobis reddantur ad veſtra, & Eccleſiarum veſtrarum commoda promptiores.

Hæ litteræ publicari jubentur.

Derogaturque indulgentiis Apoſtol.

a Fratres ſupradicti commendantur.

Datum Peruſii III. Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

A matrimonii impedimento ſolvat, ſi cauſa ſufficiens ſubſit. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 145. to.3. anno I.)

XXXV.

Anno 1265. die 1. Septembris.

CLEMENS &c.

Dilecto Filio ... Guardiano Fratrum Minorum Barchinonen. [b] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

b

Exordium.

Apoſtolicæ Sedis providentia circumſpecta rigorem nonnunquam manſuetudine temperans ſuper iis providè interdum diſpenſat, quæ Sacri Canones interdicunt; & quod negat juris ſeveritas, de gratia pietatis indulget; præſertim cum neceſſitas exigit, & cauſa rationabilis id expoſcit. Ex parte ſiquidem dilecti Filii Nobilis viri *Geraldi de Monte Syrico* Barchinonen. Diœceſis fuit propoſitum coram Nobis, quod ipſe cum *Laura* muliere nata Nobilis viri Bertrandi de *Villario*, quæ ipſum *quarto* conſanguinitatis gradu contingit, matrimonium per verba de præſenti contraxit; unde idem *Geraldus* a nobis ſuppliciter poſtulavit, ut cum ex hujuſmodi diviſione matrimonii, ſi eam fieri contigeret, graves poſſent inimicitiæ ac diſcordiæ inter utriuſque ipſorum parentes & conſanguineos ſuboriri; ſibi, ac dictæ mulieri providere de diſpenſationis gratia benignius dignaremur. Nos igitur de circumſpectione tua plenius confidentes præſentium tibi auctoritate mandamus, quatenus ſi circumſtantiis debitis intellectis cauſam inveneris, quæ merito tibi ſufficiens videatur, ut ex ea ſit dignè ad concedendam diſpenſationem hujuſmodi procedendum, cum Geraldo, ac muliere prædictis auctoritate noſtra diſpenſes, quod impedimento hujuſmodi non obſtante in contracto inter ſe prædicto matrimonio licite valeant remanere. Non obſtante indulgentia [c], qua Fratribus tui Ordinis a Sede Apoſtolica dicitur eſſe conceſſum, ut ſe inviti non teneantur intromittere de negotiis, quæ ipſis per ejuſdem Sedis litteras committuntur.

Expoſitio Geraldi de Monte Syrico.

Committit Pontifex ut ſupra,

c cum clauſula derogat.

Datum Aſſiſii Kalendis Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ampliſſimas facultates Inquiſitoribus Provinciæ Romanæ *contra hæreticos, & quæſtuarios prædicatores concedit; eiſque procedendi modum præſcribit*. (Ex Autographo Conventus Aracælitani num. 120. apud Waddingum in Annal.Min.num.3., alioque Conventus S. Franciſci Avenionen. urbis Min. Convent.)

CLE-

(a) In Concilio Generali: Lateranenſi IV. anno 1215. ab Innocentio III. celebrato cap.37.

(b) FF. Min. Barchinonen.: a S. P. Franciſco fundati Cœnobii, ut eſt apud Waddingum ad ann.1214. n. 29., unde caput erat Cuſtodiæ ſui nominis, & Provinciæ Aragoniæ ex antiquo *Provinciali* Ordinis noſtri apud Chronicon Jordani, & Piſanum Conform. XI.

(c) Indulgentia: Incip. *Quieti veſtræ &c.* a Gregorio IX. & Innocentio IV. conceſſa, ut alias dictum eſt.

Digitized by Google

XXXVI. Anno 1265. die 17. Septembr.

Clemens PP. IV. An. Ch. 1265.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquiſitoribus *hæreticæ pravitatis in adminiſtratione* Romana *deputatis auctoritate Apoſtolica, & in poſterum deputandis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Cur magis Italiæ conſulendum a Pontifice.

LICET ex omnibus Mundi Partibus, quæ Chriſtiana religione cenſentur, teneamur ex officii noſtri debito extirpare læthiferam peſtem hæreticæ pravitatis; in *Italia* tamen imminet nobis hæc ſollicitudo propenſius, ubi eamdem peſtem propter malitiam temporis, quæ in detrimentum fidei Catholicæ perverſa genimina germinavit, ex vicinitate perſenſimus abundantius ſuccreviſſe. Ut igitur Inquiſitionis officium contra hæreticos in URBE [a], *Campania* [b], *Maritima* [c], *Oſtien.*, *Vellitren.*, *Portuen.*, *Albanen.*, *Tuſculan.*, *Præneſtin.*, *Sabinen.*, *Tiburtin.*, *Nepeſin.*, *Sutrin.*, *Caſtellan.*, *Ortan.*, *Viterbien.*, *Tuſcanen.*, *Caſtren.*, *Balneoregen.*, *Urbevetan.*, *Soranen.* [d], *Reatin.*, (Terris *Machiloni*, & *Amiterni* [e] dumtaxat exceptis) & *Marſican.* [f] Civitatibus, & Diœceſibus ſuis auctoritate Apoſtolica poſſit efficacius adimpleri; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus in caritate Dei, hominum timore poſtpoſito, virtutem Spiritus induentes ex alto, prædictum officium, quod auctoritate Apoſtolica vobis committimus, ubique infra præfatos limites ſimul, vel ſeparatim, aut ſingulariter, prout negotii utilitas ſuadebit, ſub ſpe mercedis æternæ, ſic efficaciter proſequi, & exequi ſtudeatis; ut per ſollicitudinis veſtræ prudentiam de locis prædictis radix iniquitatis hæreticæ ſuccidatur; & vinea Domini exterminatis vulpeculis, quæ perverſis morſibus demoliuntur eamdem, fructus afferat catholicæ puritatis. Si quos autem

Civitates, & loca pro Inquiſitoribus Provinciæ Romanæ.

Mandat, ut officium Inquiſitionis efficaciter exequatur.

A de pravitate prædicta culpabiles inveneritis, vel infectos, ſeu infamatos, contra ipſos, niſi examinati abſolutè velint mandatis Eccleſiæ obedire; necnon & contra receptatores, defenſores, & fautores eorum juxta ſanctiones Canonicas, auctoritate Apoſtolica, hominum metu Divino timori poſtpoſito, procedatis. Non obſtantibus aliquibus litteris ad quoſcumque alios de locis prædictis; exceptis locorum Diœceſanis ſuper B hujuſmodi negotio ab Apoſtolica Sede directis, quorum deinceps ad inquiſitiones hujuſmodi faciendas noluimus auctoritate procedi; quinimo ne procedatur per illos diſtrictius inhibemus; nec prætextu commiſſionis ſpecialiter eiſdem Diœceſanis ſuper hoc factæ veſtros proceſſus in eorumdem Diœceſanorum Civitatibus, & Diœceſibus volumus impediri; nec per hoc quod *Fidei* negotium generaliter in ipſis locis vobis committimus, C commiſſiones a præfata Sede Diœceſanis eiſdem factas, ſi forſan illarum, ſeu etiam ordinaria velint auctoritate procedere, intendimus revocare. Verumtamen ſive auctoritate ordinaria, ſive ex delegatione prædictæ Sedis iidem Diœceſani in hujuſmodi negotio proceſſerint; nequaquam volumus, vel per concurſum proceſſuum, vel alias quomodolibet veſtros impediri proceſſus; D quin Diœceſanorum ipſorum proceſſibus non obſtantibus, in eodem negotio procedere libere valeatis. Si vero aliqui ex prædictis hæretica labe penitus abjurata redire voluerint ad Eccleſiaſticam unitatem, eis juxta formam Eccleſiæ abſolutionis beneficium impendatis; & injungatis eiſdem, quod injungi talibus conſuevit: *proviſo ſolerter, ne ſimulata converſione redeant fraudulenter, ut vos, imo potius ſeipſos fallentes ſub agni ſpecie gerant lupum.* Quod ſi aliqui fue- E rint judicandi hæretici; vel incarcerationis pœna perpetuæ alicui pro hujuſmodi crimine fuerit infligenda; ad id per

Derogando litteris Apoſtol.

cum exceptione Diœceſanorum.

Diœceſanorum proceſſus in hæreticos non impediunt proceſſus Inquiſitorum.

De hæreticis, qui ad unitatem Eccleſiæ redire voluerint.

Pœna hæreticis non ſine conſilio Diœceſanorum infligenda.

(a) IN URBE: nimirum Romæ.

(b) CAMPANIA: Ubi Anagnia, Alatrium, Ferentinum &c

(c) MARITIMA: In qua Terracina, Privernum, Setia &c.

(d) SORANEN.: Codex Avenionenſis ſupracitatus habet *Suanenſis*, & rectius.

(e) TERRIS MACHILONI, ET AMITERNI: Quæ contributæ ſunt Inquiſitoribus Provinciæ S. Franciſci, ut in ſequenti *Bulla* diei 24. pro dictis Inquiſitoribus. *Amiternum* enim dirutum hodie *S. Victorinus* Diœceſis eſt Aquilanæ in Aprutio: *Machilonum* vero, cujus deſtructionem ferunt prædictam a Patre S. Franciſco, erat Diœceſis Reatinæ, ejuſque in loco vel paulopoſt ann. 1300. excitatum fuit Oppidum vulgo *la Poſta* ad fluvium Raptum, qui paulo inferius intrat in Velinum.

(f) ET MARSICAN.: In Aprutio, quæ tamen ad Provinciam *S. Franciſci* neque ſpectabat, neque ſpectat; ſed ad Provinciam Pennenſem nunc *S. Bernardini* vulgariter nuncupatam.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1265.

per vos Diœceſanorum, vel Vicariorum ſuorum, ſi ipſis Diœceſanis abſentibus præſentes fuerint, conſilio procedatur; ut in tantæ animadverſionis judicio non poſtponenda Pontificum auctoritas intercedat. Verum quia in tam gravi crimine cum multa oporteat cautela procedi; ut in reos ſine ullo proferatur errore duræ, ac dignæ ſeveritas ultionis, volumus, & mandamus, ut vos, vel illi, quos ad hoc duxeritis deputandos in examinatione teſtium, quos recipi ſuper crimine prædicto, ipſumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religioſas, & diſcretas perſonas, in quarum præſentia per publicam, ſi commode poteſt haberi, perſonam, aut per duos viros idoneos fideliter eorumdem depoſitiones teſtium conſcribantur. Ad conſcribendas quoque hujuſmodi depoſitiones teſtium, & ad faciendum omnia, quæ in commiſſo vobis officio ad Scrivarii, ſeu *Tabellionis* officium pertinent, teneri diſtricte præcipimus, cum per vos, ſeu Fratres, quibus, dum eſſent in ſæculo, hujuſmodi Tabellionatus officium ratione præfati negotii *fidei* fuit a dicta Sede commiſſum [a]; & in poſterum committetur, concedentes hujuſmodi Fratribus, nec non & aliis Religioſis quibuslibet, qui humiliter, dum eſſent in ſæculo, dictum Tabellionatus officium habuerunt, & exercuerunt, quibuſcumque etiam Clericis ſæcularibus officium ipſum habentibus; etiamſi iidem Fratres Religioſi, & Clerici ſint in ſacris Ordinibus conſtituti, exercendi libere officium ipſum quoad præmiſſa, non obſtante aliquo contrario ſtatuto Canonis, vel Ordinis quocumque vallato munimine, plenariam facultatem. Quod ſi Teſtibus, quos a vobis recipi, vel ab alio vice veſtra ſuper eodem crimine examinari contigerit, ex publicatione nominum eorumdem videritis periculum imminere, ipſorum nomina non publice, ſed ſecrete coram aliquibus perſonis providis, & honeſtis, Religioſis, & aliis ad hoc vocatis, de quorum conſilio ad ſententiam, vel condemnationem procedi volumus, exprimantur; & ſic non obſtante, quod illis, contra quos hujuſmodi teſtes depoſuerint, eorum nomina non fuerint publicata, ad cognitionem Judicis inſtruendam adhibeatur plena fides Teſtium depoſitionibus eorumdem. Ut ergo commiſſi vobis officii debitum utilius, & liberius exequamini, committendi citationes, Teſtium examinationes, cum de hujuſmodi crimine, ac ipſius circumſtantiis duxeritis inquirendum, damus auctoritatem: ita tamen quod eidem examinationi duæ perſonæ religioſæ, ut dictum eſt, interſint; & denunciationes ſententiarum, quas in quoslibet tuleritis; accerſendi quoque prout expedierit, peritos quoslibet, ut vobis in ferendis hujuſmodi ſententiis præbeant conſilium opportunum, ac vobis aſſiſtant: convocandi etiam Clerum, & Populum Civitatum, Caſtrorum, aliorumque locorum, pro ut dicto negotio Fidei videritis expedire. Inſuper in dicto negotio de plano, & abſque Judiciorum, & Advocatorum ſtrepitu, ac contra illos, quos in prædictis locis in hæreſeos crimine commiſiſſe conſtiterit, licet ad alias partes ſe transferendos duxerint, procedendi; necnon faciendi vobis libros, ſeu quaternos, & alia ſcripta, in quibus inquiſitiones factæ, & proceſſus per quoſcumque auctoritate Sedis Apoſtolicæ, vel Legatorum ejus habiti contra hæreticos continentur, a quibuslibet aſſignari; & obſervari inviolabiliter omnes Conſtitutiones Apoſtolicas, & Leges Imperiales per quondam *Fridericum*, olim Romanorum Imperatorem, tunc in devotione Romanæ Eccleſiæ perſiſtentem Paduæ promulgatas adverſus hujuſmodi peſtem hæreticæ pravitatis: privandi præterea de Diœceſanorum, vel eis abſentibus, Vicariorum ſuorum conſilio hæreticos eoſdem, credentes, receptatores, & defenſores, eorumque filios, & nepotes perſonatibus, dignitatibus, ac beneficiis Eccleſiaſticis, officiis publicis, ac honoribus quibuſcumque; Necnon & largiendi viginti, vel quadraginta dierum *indulgentiam*, quoties opportunum videritis, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad veſtram convocationem propter hoc faciendam acceſſerint, plena ſit vobis, & ſingulis veſtrum præſentium tenore facultas.

In examine teſtium duæ adhibeantur perſonæ religioſæ,

& Fratres Tabellionatus officium exercentes,

derogando ſtatutis quibuſcumque Canon. &c.

Teſtium nomina quando non publicanda.

Facultates quæ Inquiſitoribus dantur.

Facultas Indulgentiæ tribuendæ.

(a) COMMISSUM: Per diploma Alexandri IV. *Cordi nobis eſt &c.* an. 1259. die 12. Junii editum, & ibi relatum.

Indulgentia Inquiſitoribus elargita,

cultas. Vobis autem pro hujuſmodi negotio laborantibus illam peccatorum veniam indulgemus, quæ ſuccurrentibus Terræ Sanctæ in generali Concilio eſt

coruṁque ſociis, ac aſſiſtentibus.

conceſſa; ſociis vero Fratribus veſtri Ordinis, & Notariis veſtris, qui una vobiſcum in proſecutione hujuſmodi negotii laborabunt, & omnibus, qui perſonaliter vobis aſtiterint in eodem negotio, & qui ad impugnandum hæreticos fautores, receptatores, & defenſores eorum vobis ex animo præſtiterint conſilium, auxilium, vel favorem, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, tres annos de injunctis ſibi pœnitentiis relaxamus. Et ſi qui ex iis in proſecutione hujuſmodi negotii fortè deceſſerint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, plenam veniam indulgemus. Compeſcendi præterea, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, prædi-

Contra quæſtuarios.

catores quæſtuarios, ubi contigerit pro Inquiſitionis, ſeu fidei negotio Congregationem fieri, vel alias eidem negotio quomodolibet ex hoc impedimentum afferri, a prædicationis officio, quod ad ipſos nullatenus pertinet, quorum intereſt tantum caritativa ſubſidia ſimpliciter petere, ac indulgentiam, ſi quam fortè habent, exponere, liberam vobis, & ſingulis veſtrum concedimus auctoritate præſentium facultatem. Cæterum ſi fortè, quod non credimus, aliqui cujuſcumque conditionis huic negotio vobis

Contra ſe opponentes, ac impedientes procedendum ac fautores hæret.

commiſſo ſe opponere, ſeu illud præſumpſerint aliquatenus impedire, ut non poſſit procedi libere in eodem, contra eos, tanquam contra fautores hæreticorum, & defenſores; contra illos vero, qui idem negotium requiſiti juxta officium, & poſſe ſuum non juverint, ſeu faverint ſtudioſè, freti eadem auctoritate intrepidè procedatis ſecundum Canonicas ſanctiones. Nos nihilominus ad

Contra quos & Pontifex proceſſurum ſe profitetur.

reprimendam tam ſuperbam, & pernicioſam audaciam, & omnimodè confundendam, in illos gladium Eccleſiaſticæ poteſtatis acriter exeremus, & Reges, & Principes, alioſque Chriſtifideles, ſive

A pro *Terræ Sanctæ* ſuccurſu, ſive alias pro Chriſti ſervitio *Crucis* charactere inſignitos, necnon & cæteros Catholicos, prout expedire viderimus, invocabimus contra eos, ut Cælum, & Terra adverſus deteſtabilem temeritatem ipſorum pariter moveantur. Denique ut circa præmiſſa plene vobis, & ſingulis veſtrum coerctionis expedita, & inviolabilis adſit auctoritas; volumus, ut ea omnia viriliter exequamini, invocato, ſi opus

B fuerit, auxilio brachii ſecularis: contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; Non obſtantibus aliquibus Privilegiis, vel indulgentiis quibuſcumque perſonis cujuſvis conditionis, dignitatis, vel gradus, Religionis, vel Ordinis, præſertim Ciſtercien., Prædicatorum, Minorum, ſeu Eremitarum, ſive Communitatibus, & Univerſitatibus Civitatum, & locorum ſpecialiter, vel generaliter

Derogatur privilegiis Apoſtol. quorumcumque.

C ſub quacumque verborum expreſſione, vel forma a memorata Sede conceſſis, vel in poſterum concedendis; etiamſi dicant in illis, quod eis per aliquas literas totum de verbo ad verbum tenorem non continentes privilegiorum, vel indulgentiarum ipſarum nequeat derogari, & illis maxime privilegiis & indulgentiis, quibus ab ipſa Sede conceſſum eſt aliquibus, ſeu concedetur deinceps, quod excommunicari, vel ipſorum Terræ ſuppo-

D ni non poſſint Eccleſiaſtico interdicto; aut quod prædictorum, aut aliorum quorumcumque Ordinum Fratres ad executiones negotiorum, aut ad citationes quorumlibet, ſeu ad denunciationes ſententiarum excommunicationis, ſuſpenſionis, vel Interdicti auctoritate litterarum Apoſtolicarum minime cogi poſſint, niſi de ipſorum ordinationibus, privilegiis, vel Indulgentiis eis ſuper hoc ab hac Sede conceſſis, eadem habeatur in

E eiſdem litteris mentio ſpecialis; cum ex hujuſmodi, vel aliis privilegiis, & indulgentiis nullum vobis in tantæ pietatis negotio velimus obſtaculum interponi; & Conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali [a] non obſtante. a

Datum Peruſii xv. Kalendas Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo. [b] b

(a) In Concilio Generali: Lateranenſi IV. anno 1215. coacto cap. 37.

(b) Dedit Pontifex etiam *Inquiſitoribus Provinciæ Tuſciæ* eandem Conſtitutionem, & facultatem contra hære-

Digitized by Google

Ne Monaſterium, ejuſque bonorum Coloni teneantur onera publica ſuſcipere, ac præſtationes exhibere. (Ex Indiculo Bullarii Seraph. Petri de Alva.)

XXXVII. Anno 1265. die 21. Septembr.

CLEMENS &c.

Dilectis in Christo filiabus... Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii S. Mariæ de Monte Lucido [a] *Peruſin. Ordinis Sancti Damiani Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium.

PERSONIS, quæ mundo relicto ad cæleſtia totis tendunt affectibus, benevolo Nos convenit adeſſe favore piis eorum votis, ut conſequi valeant tam ſalubris intentionis effectum, misericorditer annuendo; quatenus contra inquietantium defenſæ moleſtias pace quieta, & quiete pacifica pacis famulentur auctori. Hinc eſt, quod Nos tranquillitati veſtræ, ne aliqua ſecularium exactionum infeſtatione vexetur, Apoſtolica ſollicitudine providere volentes devotioni veſtræ, ut pro Molendinis, & aliis bonis veſtris, quæ Eccleſiaſtica debent immunitate defendi, vos, & Molendinarii, & Coloni veſtri ad ſubeundum aliqua onera publica, & præſtationes aliquas exhibendum minime teneamini, vel compelli poſſitis, auctoritate præſentium indulgemus, decernentes nihilominus irritum & inane, ſi quid ſuper his contra præſentis conceſſionis noſtræ tenorem a quocunque quavis auctoritate contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Conceſſionis occaſio. Clauſula prohib. &c.

Datum Peruſii xi. Kalend. [b] Octobris, Pontificatus noſtri anno Primo [c].

Accedentibus devotionis cauſa ad Monaſterium Clariſſarum Montis Lucidi *Peruſin. in vigilia, & Feſto Aſſumptionis B. M. Virginis de injuncta Sacramen. Pœnitentia unum annum, & xl. dies relaxat.* (Ex Autographo Archivi ejuſdem Monaſterii, teſte etiam Petro de Alva in Indic. Bull. Seraph.)

XXXVIII. Anno 1265. die 21. Septembr.

CLEMENS &c.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis Sal., & Apoſt. Ben.

Exordium.

SPLENDOR paternæ gloriæ, qui ſua Mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota Fidelium de clementiſſima ipſius majeſtate ſperantium tunc præcipue benigno favore proſequitur; cum humilis ipſorum devotio ſanctorum precibus, & meritis adjuvatur. Rogamus itaque Univerſitatem veſtram, & hortamur in Domino in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad Monaſterium dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & Conventus Monialium de *Monte Lucido* [d] Peruſin. Ordinis S. Claræ petituri a Domino veniam delictorum in humilitate ſpiritus accedatis. Nos enim, ut Chriſtifideles ſint promptiores ad merita, ſi fiduciam habeant conſequendi munera gratioſa, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui ad Monaſterium ipſum in *Vigilia*, & *Feſto Aſſumptionis Beatæ Virginis* cauſa devotionis acceſſerint, annuatim *unum annum*, & *quadraginta dies* de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Rogat Pontifex, & hortatur ad id, quod ſupra. Indulgentiam annuam pollicitus.

Datum Peruſii xi. Kalendas Octobris [e], Pontificatus noſtri anno Primo.

Contra Hæreticos pro inquiſitoribus Provinciæ S. Franciſci. (Ex Archivo Conventus Aracælitani num. 98. apud Waddingum ſupracitatum num. 4.)

CLE-

hæreticos, teſte Honorio IV. in litteris *Ad extirpandam ubilibet &c.* anno 1285. die 18. Octobris iiſdem Inquiſitoribus datis, & infra legendis. At Inquiſitoribus *Provinciæ S. Franciſci* hoc anno 1265. die 24. hujus menſis Septembris; illis vero *Marchiæ Anconitanæ* inſequenti anno die 28. Decembris.

(a) De Monte Lucido: De quo alias & ſæpe in I. & II. *Bullarii* tomis dictum eſt.

(b) xi. Kalend.: Apud cit. Petrum de Alva legimus 11. *Kalend.* num. Arabo pro Romano librarii, ut puto, imperita licentia.

(c) Idem privilegium huic Monaſterio contulerat jam Alexander IV. anno 1257. die 11. Januar., ut in tom. 2. hujus Operis, & renovavit Nicolaus IV. anno 1289.

(d) Conventus Monialium de Monte Lucido: De quo actum eſt ad Bullam Honorii III. *Sacroſancta Romana Eccleſia &c.* anno 1222. die 24. Septem. editam.

(e) xi. Kalend. Octobris: Al. legitur 11. *Kalend. Octobris*, ſed mendum librarii reputo apud cit. Petrum de Alva.

Digitized by Google

XXXIX.
Anno 1265. die 24. Septembr.

CLEMENS &c. A

a *Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum* Inquiſitoribus *hæreticæ pravitatis in adminiſtratione* Beati Franciſci[a] *deputatis auctoritate Apoſtol.*, *& in poſterum deputandis Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

LIcet ex omnibus Mundi partibus, quæ Chriſtiana Religione cenſentur, teneamur ex officii noſtri debito extirpare lethiferam peſtem hæreticæ pravitatis; in *Italia* imminet nobis hæc ſolicitudo propenſius, ubi eandem peſtem propter malitiam temporis, quæ in detrimentum Fidei Catholicæ perverſa genimina germinavit, ex vicinitate perſenſimus abundantius ſuccreviſſe. Ut igitur *Inquiſitionis* officium contra hæreticos in *Spoletan. Fulginat. Aſſiſinat. Nucerin.* uſque ad montes Apeninos dumtaxat, *Eugubin. Civitate Caſtelli*, *Peruſin. Tudertin. Amelien. Narnien.*, & *Interamnen.* Civitatibus, & Diœceſibus ſuis,
b necnon & terris *Machilon.*[b] & *Ami-*
c *terni*, dominorum de *Monticellis*[c], &
d *Sumatis*, ac etiam inde *Arquatæ*[d], & *Tuſi* Caſtris, & Arce de *Salli*, & eorum pertinentiis Reatin., & Aſculan. Diœceſ. auctoritate Apoſtolica poſſit efficacius adimpleri, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes,
e quatenus &c.[e]

Civitates, & loca pro Inquiſitoribus Provinciæ S. Franciſci.

Datum Peruſii VIII. Kalend. Octobris,
f Pontificatus noſtri Anno Primo.[f]

Poteſtatem ei tribuit conſtituendi duos Inquiſitores hæreticæ pravitatis in ſua Provincia S. Franciſci *cum pari auctoritate illos amovendi*, *cum opus fuerit*, *& alios ſubſtituendi*. (Ex Archivo Aſſiſiati Conventus S. Franciſci apud Pegnam in fine directorii Inquiſitorum, & Waddingum in Annal. Min. n.5., extat & autographum Peruſii in Archivo Conv. S. Franciſci.)

CLEMENS &c.

XL.
Anno 1265. die 29. Septembr.

B *Dilecto filio .... Miniſtro Provinciali Fratrum Ordinis Minorum in adminiſtratione* Beati Franciſci g *Sal.*, *& Ap. Benedict.* g

LIcet ex omnibus Mundi partibus &c.[h] h
Cupientes igitur in *Spoletana*, *Fulginate*, *Aſſiſinate*, *Nucerina* uſque ad Montes Apenninos dumtaxat, *Eugubina*, *Civitate Caſtell.*,[i] *Peruſina*, *Tu-* i
C *dertina*, *Amelienſi*, *Narnienſi*, & *Interamnenſi* Civitatibus, & Diœceſibus
ſuis, nec non & terris *Machilon.*[k], & k
Amiterni[l], & Dominorum de *Monti-* l
cellis[m], & *Sumatis*, ac etiam inde *Ar-* m
quatæ[n], & *Tuſi* Caſtris, & Arce de *Sal-* n
li, & eorum pertinentiis Reatin., &
Eſculan. Diœceſ.[o] per aliquos de Fra- o
tribus tui Ordinis partem ſuper hoc noſtræ ſollicitudinis adimpleri; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus de
D conſilio aliquorum diſcretorum Fratrum ipſius Ordinis eligas *duos* de Fratribus ejuſdem Ordinis tuæ adminiſtrationis, idoneos ad hujuſmodi opus Dominicum exe-

Civitates, & loca Inquiſitorum Provinciæ S. Franciſci.

Mandat, & præcipit quod ſupra.

(a) In administratione B. Francisci: Ideſt in Provincia B. Franciſci, quæ totam Umbriam, & non nihil Sabinæ, & Aprutii complectitur.

(b) Machilon.: Ubi antiquitus noſtri, & Clariſſæ locum habuerunt, quem corrupte *Mabilon.* appellat Waddingus ad ann. 1291. n. 60. & 93., quo caſtro funditus everſo, ſucceſſit Oppidum vulgo *la Poſta*, ut in not.(e) ad præmiſſam 36. Bullam dictum eſt.

(c) De Monticellis: Diœc. Reatinæ cum antiquo noſtrorum Fratrum Conventu ex veteri *Provinciali* Ordinis noſtri apud al. cit. Jordanem, & Piſanum uſque ad ann. 1652., quo cum pluribus aliis ſuppreſſus eſt; meminitque ejus Waddingus ad annum 1291. num. 60.

(d) Arquatæ: Diœceſis quidem Aſculanæ, ſed ad Provinciam S. Franciſci, Cuſtodiamque Regni ſpectantis Conventus noſter jam ab anno 1251., cujus mentio extat in veteri ſupra citato *Provinciali* Ordinis.

(e) Quatenus &c: Reliqua ut in præcedenti *Bulla* die 17. hujus menſis edita pro Inquiſitoribus *Romana Prov.*

(f) Waddingus ſupra citatus ait hanc *Bullam* tranſcriptam fuiſſe a Pegna ad calcem Directorii, ſed errat; non enim hanc, ſed inſequentem datam die 29. legimus apud laudatum Pegnam.

(g) In administratione B. Francisci: Nempe in Umbria, & ultra, quo Provincia S. Franciſci ſe extendebat.

(h) Mundi partibus &c:: Vide ſimilem *Bullam* hoc anno die 17. & 24. Septembr. Inquiſitoribus Provinciæ Romanæ, & hujus datam.

(i) Civitate Castell.: Sive *Civitate Caſtelli*, aut Tiferni; quæ enim hodie vocatur *Civitas Caſtellana*, ad Provinciam Romanam attinet, ut in cit. *Bulla* pro Inquiſitoribus Rom. Provinciæ.

(k) Machilon.: ut in præcedenti *Bulla* (b).

(l) Amiterni: Diœceſis Aquilanæ in Aprutio, hodie *S. Victorinus*.

(m) De Monticellis: In Aprutio ulteriori, & *Cuſtodia Regni*, ubi locum habuerunt Minoritæ ex veteri *Provinciali Ordinis* apud autorem Polychronici Jordanum, & Barthol. Piſanum Conform. XI. not. (c) ad præcedentem Bullam.

(n) Arquatæ: Diœceſis Aſculanæ, a qua Civitate 7.mill.paſ.diſtat, in Piceno ad radices montis Apennini juxta fluvium Truentum verſus limites Aprutii; quo in Oppido Minoritæ locum antiquum retinent ad *Cuſtodiam Regni* Prov. S. Franciſci pertinentem ex cit. Piſano; antea tamen ad *Cuſtodiam Montanorum*, cujus 3. locus erat ex allato Jordani Chronico.

(o) Esculan. Diœces.: Ideſt Aſculanæ in Piceno, aut Marchia Anconitana.

Digitized by Google

exequendum, eiſque in virtute obedientiæ diſtrictè Apoſtolica præcipere auctoritate procures, ut *Inquiſitionis* officium in locis prædictis contra hæreticos, credentes, fautores, defenſores, & receptatores eorum juxta formam in aliis litteris noſtris [a] expreſſam, quas Fratribus prædicti Ordinis *Inquiſitoribus* hujuſmodi pravitatis in eiſdem locis deputatis auctoritate Apoſtolica, & in poſterum deputandis, non expreſſis aliquorum nominibus, ſuper exequendo dicto *Inquiſitionis* officio deſtinamus; exequi ſtudeant diligenter. Nos enim prædictos *duos* Fratres, quos ad hoc elegeris, & utrumque ipſorum præfatum officium exequi juxta formam in litteris ipſis expreſſam, ac ipſos illam poteſtatem, & auctoritatem plenariè habere volumus, quæ in eiſdem litteris continetur [b]. Si vero tu, vel Vicarius tuus te abſente aliquem Inquiſitorum hujuſmodi, ex aliqua fortè cauſa non nunquam fore videritis amovendum, ipſum amoveatis; & ſubſtituatis loco ejus alium; quem ſimilem poteſtatem, & auctoritatem habere volumus; quoties vobis deliberatione cum aliquibus diſcretis Fratribus dicti Ordinis præhabita hoc fore videbitur faciendum; & ſi aliquem, vel aliquos *Inquiſitorum* ipſorum decedere fortè contigerit; Nos ſubſtituendi de conſilio aliquorum diſcretorum Fratrum ejuſdem Ordinis alium, vel alios loco illius, vel illorum, qui deceſſerint; ita quod hujuſmodi ſubſtituti eiſdem omnino auctoritate, ac poteſtate fungantur, tibi, dictoque Vicario, ſi tu abſens fueris, plenam & liberam concedimus tenore præſentium facultatem.

Inquiſitoribus ampla poteſtas cum privilegiis datur.

Miniſtro Provinciali facultas tribuitur amovendi, & ſubſtituendi Inquiſitores.

Datum Peruſii III. Kalendas Octobris, Pontificatus noſtri anno Primo.

Ut in partibus Provinciæ *Gallicæ*, *terriſque Caroli Regis Siciliæ*, *atque Civitate* Avenionenſi *duos conſtituat Inquiſitores contra hæreticam pravitatem cum facultatibus &c.*
(Ex Autographo in Archivo Conventus S.Franciſci Avenionen. lib. I. Bull. pag. 22.)

CLEMENS &c.

XLI.

Anno 1265. die 29. Septembr.

Dilecto filio . . . Miniſtro Provinciali [c] *Ordinis Minorum in adminiſtratione* Provinciæ [d] *Sal.*, *& Ap. Bened.*

PRÆ cunctis noſtræ mentis deſiderabilibus Catholicæ incrementum *Fidei* affectantes nimio utique dolore replemur, cum audimus aliquos, vel ſentimus, ad illius depreſſionem qualicumque malignitate ſatagere, vel damnabilibus ipſam depravando reprehenſionibus, aut detractionibus ei abrogabilibus derogando, ſeu commentis eamdem mendacibus pervertendo; ad quorum iniqua conſternenda molimina eò animoſius aſpiramus, quò in animarum ſtragem pernicioſius eos agnoſcimus conſpirare. Sane, ut accepimus, in aliquibus partibus Comitatuum *Provinciæ*, & *Forcalquerii*, & quibuſdam Civitatibus, & locis, ſive Terris Imperii [e] infra *Arel.*, *Aquen.*, & *Ebredunen.* [f] Provinciarum terminos coſtitutis chariſſimo in Chriſto filio noſtro K [g] Illuſtri Regi Siciliæ mediate, vel immediate ſubjectis; & etiam in Civitate *Avenionenſi* [h] adeo infedelitatis error invaluit, quod ibi quamplurimi a via veritatis prorſus averſi euntes per devium falſitatis peſtiferas ad concutiendum Orthodoxæ murum *Fidei* machinas conſtruant, molientes ipſum fallacium argumentationum impulſibus demoliri. Verum licet ubilibet Sedis Apoſtolicæ diligentia contra talium doloſam aſtutiam, ne diffuſius hujuſmodi ſerpat morbus, remedium libenter adhibeat opportunum; In prædictis tamen Comitatibus, Civitatibus,

Exordium a ſollicitudine peragendi contra Catholicæ fidei depreſſores, & animarum depravatores.

In Provincia, viciniſque Civitatibus, ac locis fides Catholica periclitatur,

& in his præcipua Pontificis cura,

(a) In aliis litteris noſtris: Quæ die 24. hoc menſe habentur vulgatæ ad Inquiſitores hujus Provinciæ; & ad Inquiſitores Provinciæ Romanæ paulo ante memoratæ; & plane ejuſdem tenoris.

(b) In eiſdem litteris continetur: Et in illis Inquiſitoribus Provinciæ Romanæ directis.

(c) Miniſtro Provinciali: Qui in epiſtola S.Bonaventuræ ad eum anno ſequenti data dicitur *B.Saucelis*, ſed in quodam actu ab Inquiſitore Guillelmo Bertrandi eodem anno Maſſiliæ cum Presbytero Durando m. Januario habito ex Archivo noſtri Conventus Avenionenſis *Taucelinus* appellatur.

(d) Provinciæ: Gallicæ vulgo *Provenza* pars olim Galliæ Narbonenſis, in qua Aquæ Sextiæ, Arelatum, & Avenio Metropoles, nunc autem caput Provinciæ Aquæ Sextiæ dicuntur.

(e) Terris Imperii: Nempe Regni Arelatenſis, quod olim Otho Imperator, Boſone Rege depoſito, dicionis Imperii conſtituit.

(f) Arel., Aquen., et Ebredun.: *Arles*, *Aix*, & *Ambrum* vulgo tres veteres Metropoles hujus Provinciæ, cujus nunc caput *Aquen.*

(g) Filio noſro K.: *Karolo* S.Ludovici IX. Franciæ Regis fratri, antea Andegaviæ, & Provinciæ Comiti, poſtea ab Urbano IV., & Clemente IV. ad Regnum Siciliæ provecto.

(h) In Civitate Avenionenſi: Tunc dictionis ejuſdem Comitis Andegaven., poſtea ſequenti ſeculo juris Rom. Pontificis facta, & etiam altero ſeculo in Metropolim erecta.

Digitized by Google

Carolo Rege promovente.

A tibus, & locis, ſive Terris cupientes anxiè, ut negotium *Fidei* jugi profectu, eliſis omnino quibuslibet erroribus, fortius convaleſcat, vigilare ad hoc per vos, & alios eò ſtudemus attentius, quò præfatum Regem prædictorum Comitatuum, Civitatum, & Locorum, ſive Terrarum Dominum ferventiſſimum utique ipſius Fidei Zelatorem [a] promptiorem ſentimus ad idem negotium efficaciter promovendum. Providimus igitur in prædictis Comitatibus, Civitatibus, & Locis, ſive Terris ad præſens Perſonas aliquas circumſpectas pro tanto negotio deputari, quarum honeſta converſatio exemplum tribuat puritatis, & doctrinam fundant erudita labia ſalutarem; ut ſacro ipſarum miniſterio præfati Comitatus, Civitates, & Loca, ſive Terræ ab hujuſmodi contagiis expurgentur. Verum quia de prudentiæ tuæ induſtria firmam in Domino fiduciam obtinemus, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus de conſilio aliquorum diſcretorum Fratrum tui Ordinis eligas *duos* de Fratribus ejuſdem Ordinis [b] tuæ adminiſtrationis idoneos ad hujuſmodi opus Dominicum exequendum, eiſque in virtute obedientiæ diſtricte Apoſtolica præcipere auctoritate procures, ut Inquiſitionis officium in ipſis Comitatibus, Civitatibus, & Locis, ſive Terris contra Hæreticos, Credentes [c], Fautores, Defenſores, & Receptatores eorum juxta formam in aliis noſtris litteris [d] expreſſam, quas Fratribus prædicti Ordinis *Inquiſitoribus* hujuſmodi pravitatis in eiſdem Comitatibus, Civitatibus, & Locis, ſive Terris deputatis auctoritate Apoſtolica, & inpoſterum deputandis non expreſſis aliquorum nominibus ſuper exequendo dicto Inquiſitionis officio deſtinamus, exequi ſtudeant diligenter.

Mandat duos contra hæreſes ibi eligi Inquiſitores,

quibus Pontifex formam agendi præſcribit,

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1265.

Nos enim prædictos duos Fratres, quos ad hoc elegeris, & utrumque ipſorum præfatum officium exequi juxta formam in litteris ipſis expreſſam, ac ipſos illam poteſtatem, & auctoritatem plenariè habere volumus, quæ in eiſdem litteris continetur. Si vero Tu, vel Vicarius tuus, te abſente, aliquem *Inquiſitorum* hujuſmodi ex aliqua fortè cauſa nonnumquam fore videbitis amovendum, ipſum amoveatis, & ſubſtituatis B loco ejus alium, quem ſimilem poteſtatem, & auctoritatem habere volumus, quoties vobis deliberatione cum aliquibus diſcretis Fratribus dicti Ordinis præhabita, hoc fore videbitur faciendum. Et ſi aliquem, vel aliquos *Inquiſitorum* ipſorum decedere fortè contigerit, Nos ſubſtituendi de Conſilio aliquorum diſcretorum Fratrum ejuſdem Ordinis alium, vel alios loco illius, vel illorum, qui deceſſerint, ita quod hujuſmodi ſubſtituti eiſdem omnino auctoritate, & poteſtate fungantur, Tibi, dictoque Vicario, ſi tu abſens fueris, plenam, & liberam concedimus tenore præſentium facultatem [e].

plenamque auctoritatem tribuit.

Miniſtro vero Provinciæ, ejuſque Vicario facultas datur illos, cum opus fuerit, amovendi, ac alios ſubſtituendi.

Datum, *ut ſupra*. [f]

Declarat eorum auctoritatem per obitum Rom. Pontificum, a quibus deputati ſunt Inquiſitores *contra hæret. pravit., non expirare, ſed ſub eorum ſucceſſoribus permanere.* (Ex REGES. VATIC. apud PETRUM de Alva in Indic. Bull. Seraph. ad annum 1265.)

CLEMENS &c. XLII.

Anno 1265. die ...

Dilectis Filiis Fratribus Ord. Minorum Inquiſitoribus *hæreticæ pravitatis auctoritate Sedis Apoſtolicæ deputatis, & in poſterum deputandis Sal., & Ap. Ben.*

Conſtitutionis cauſa.

NE aliqui dubitationem forſan ſolicitam excitantes in dubium revocent, an proceſſus per vos, ſeu alios Fratres

(a) FERVENTISSIMUM IPSIUS FIDEI ZELATOREM: Nec officioſè id dictum, fuit enim S. Ludovici Regis frater, pater vero S. Ludovici Epiſcopi.

(b) DUOS DE FRATRIBUS EJUSDEM ORDINIS: Jam duo in eadem Provincia Inquiſitores contra hæreſes videlicet Fr. Maurinus, & Fr. Guillelmus Bertrandi ex Ordine Minorum aſſumpti inveniuntur fuiſſe anno 1263. ex monumentis noſtris Conventus Avenionenſis, ut dicitur etiam ad litteras hujus Pontificis *Paupertatis altiſſima &c.* anno ſequenti Archiepiſcopo Aquenſi die 12. Junii directas; ſed minime fixos, ac perpetuò conſtitutos fuiſſe puto; hac vero Conſtitutione locis, & legibus conſtabilitos cenſendum; unum *Maſſiliæ* commoratum legimus in epiſt. 135. Urbani IV. anno præcedenti nonis Maji datam, alter forſan *Avenione*.

(c) CREDENTES: Quinam hi eſſent, jam alias non ſemel dictum eſt præſertim ad Innocentii IV. conſtitutionem *Inter alias deſiderabilia &c.* anno 1243. die 10. Julii editam.

(d) IN ALIIS NOSTRIS LITTERIS: Hoc eodem die datis, quæ aſſervantur in ſupra citato Archivo Avenionenſi lib. 2. Bull. pag. 23., & quas citat Nicolaus IV. in ſimili Conſtitutione edita anno 1288. Nonis Septembris apud Waddingum ad eum annum n. 15. legenda.

(e) Idem Pontifex anno 1267. die 20. Novembris litteris eodem exemplo datis eidem Miniſtro *Provinciæ* injunxit, ut unum contra hæreticam pravitatem Inquiſitorem ex ſuo Ordine conſtitueret pro nonnullis terris, & oppidis *Arauſien.*, *Avenionen.*, & *Vaſionen.* Diœceſum expurgandis, ut infra ſuo loco.

(f) Alias litteras hic Pontifex incerto tempore dedit Archiepiſcopis, Epiſcopis, & *Provinciali Provinciæ*, quas infra ad finem anni 1266. exhibemus.

Digitized by Google

A tres veſtri Ordinis, quibus officium contra reſperſos hæretica pravitate infra certos limites extitit ab Apoſtolica Sede commiſſum, in caſibus aliquibus habiti, qui poſt Romani Pontificis obitum, cujus auctoritate vobis idem eſt commiſſum, emerſerunt, & in nonnullis aliis, in quibus licet antea emerſiſſent, vivente tamen eodem Romano Pontifice per vos, vel alios *Inquiſitores* prædictos non fuerat aliquo modo proceſſum, robur obtineant firmitatis: tenore præſentium in
B favorem *Fidei* declaramus, decernimus, & etiam ſtatuimus, hujuſmodi proceſſibus per vos, & alios *Inquiſitores* prædictos taliter habitis nequaquam obſtare, quod tempore Romani Pontificis, cujus auctoritate hujuſmodi officii erat facta commiſſio, non fuerint inchoati; & ne de cetero ſimilem dubitationem moveri contingat, hoc idem in ſimilibus proceſſibus habendis in poſterum prætextu commiſſionum factarum hactenus, & facien-
C darum a Nobis, vel noſtris ſucceſſoribus decernimus, & ſtatuimus obſervari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, conſtitutionis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem &c.

Declarat, ut ſupra.

Clauſula prohib. &c.

Datum Peruſii .... Pontificatus Noſtri Anno Primo [a].

D *Indulget, ut nemo juxta Eccleſiam, & locum S. Franciſci Aſſiſii ad* 300. Cannas *Eccleſiam, aut Oratorium, vel Hoſpitale ædificare audeat* (Ex Autographo Aſſiſiatis noſtri Conv. S. Franciſci apud Autorem Collis Paradiſi lib. 2. pag. 29.)

XLIII.

Anno 1265. die 7. Octobris.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis ... Cuſtodi, *& Conventui Fratrum Minorum Eccleſiæ S. Franciſci de* Aſſiſio *Sal., & Apoſt. Benedict.*

Exordium a Privilegii hujus cauſa.

Clara merita Sanctitatis, quibus glorioſus Confeſſor Beatus Franciscus veſtri Ordinis Inſtitutor, & Eccleſia Dei fulſit, & conſpicua bonorum operum ſtudia, quibus Deo ex humili devotione continua redditis vos acceptos; meritò Nos inducunt; ut Eccleſiam veſtram, in qua Confeſſoris ejuſdem *corpus* venerabile requieſcit, & in cujus honore Eccleſia ipſa noſcitur *dedicata* [b], dignis favoribus attollamus. Hinc eſt, quod Nos tranquillitati veſtræ, ac pacifico ſtatui prædictæ Eccleſiæ præcavere volentes, veſtris ſupplicationibus inclinati, quod juxta dictam Eccleſiam Sancti Franciſci, vel aliquos loci veſtri limites ad *trecentas Cannas* [c] nulli Eccleſiam, vel Oratorium, aut Monaſterium quodlibet, ſive Hoſpitale cum Oratorio ædificare liceat; vel ſecularem Eccleſiam, vel Regularem, ſeu domum aliquam in Hoſpitale convertere abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, vobis, & eiſdem Eccleſiæ, ac loco auctoritate Apoſtolica præſentibus indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c. Si quis autem &c.

Fratrum ſupplicationibus annuens, Pontifex concedit ut ſupra.

Clauſula prohib. &c.

Datum Peruſii Nonis Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ut nulla Religio fabricam Monaſterii, Eccleſiæ, aut Oratorii ædificet intra ſpatium 300. cannarum *juxta earum Monaſterium*. (Ex Autographo Archivii Monialium S. Mariæ *Montis Lucidi* Peruſini.)

XLIV.

Anno 1265. die 10. Octobris.

CLEMENS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus ... Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii S. Mariæ de Monte Lucido [d] *Peruſin. Ordinis Sanctæ Claræ Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Cauſa conceſſionis pax, & tranquillitas.

Paci, & tranquillitati veſtræ providere volentes, ut nulli omnino liceat alicujus Religionis Monaſterium,
E ſeu Oratorium, vel Eccleſiam, aut Hoſpitale Oratorium habens Religioſarum, vel ſæcularium perſonarum ædificare, vel conſtruere, aut Eccleſiam, vel domum

(a) Hanc Conſtitutionem innovavit Nicolaus IV. anno 1270 Nonis Julii

(b) Noscitur dedicata: Duo fatetur Pontifex, & *Corpus* S.P.Franciſci, non cineres, in hac Aſſiſien. Eccleſia eſſe conditum; & Eccleſiam *Nomini* ejus Sancti eſſe dedicatam; ob quæ meruit *Primatum* ſuper omnes Ordinis Franciſcani Eccleſias.

(c) Ad trecentas cannas: Id poſtmodum extendit ad omnia Ordinis Regularium Mendicantium Cœnobia per Conſtitutionem *Ad conſequendam gloriam &c.* hoc anno die ultima Novembris editam; etſi triennio poſt ad 140. cannas ex alia Conſtitutione *Quia plerumque &c.* die 5. Junii divulgata reduxit: privilegium tamen 300. cannarum paulo ante, ſeu nonis Auguſti conceſſum fuerat Aſſiſiati Monaſterio S. Claræ.

(d) Monasterii S. Mariæ de Monte Lucido: De quo alias, & ſæpe actum eſt præſertim ad epiſtolam Gregorii IX. *Sicut manifeſtum eſt &c.* anno 1229. die 16. Junii ſcriptam, ut in primo hujus Operis tomo fol. 50. num. XXXVI.

Digitized by Google

mum transferre infra ſpatium *trecentarum cannarum* [a] juxta Monaſterium veſtrum, auctoritate præſentium inhibemus, & ſtatuimus; vobis etiam indulgemus nihilominus ſtatuentes, ut quidquid contra præſentis inhibitionis, conſtitutionis, & indulti tenorem ædificari contigerit, protinus diruatur. Ne verò circa menſuram prædictarum *cannarum*, quæ diverſimodè in diverſis partibus menſurantur, dubitatio forſitan oriatur, *octo* dumtaxat *palmos*, varia locorum conſuetudine non obſtante, computari pro *canna* qualibet; & hujuſmodi *trecentas cannas* a principalibus Eccleſiæ veſtræ Foribus volumus, & præcipimus menſurari; non obſtantibus aliquibus Privilegiis, Indulgentiis, ſive Literis quibuſcumque Ordinibus, aut perſonis eorum a Sede Apoſtolica ſub quacumque verborum forma conceſſis; etiamſi de ipſis plenam, & expreſſam, ſeu de verbo ad verbum opporteat fieri mentionem [b]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Inhibitionis, Conſtitutionis, & Indulti infringere, vel ei auſu &c. Si quis &c.

(a — Addita transgreſſoribus pœna. — Quomodo cannæ menſurandæ. — Derogando privilegiis, aliiſque quibuſcumque. — b — Clauſula prohib. &c.)

Datum Peruſii VI. Idus Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo [c].

Declaratio Pontificia de nonnullis Præbendis Eccleſ. Virdunen., *quarum collatio etiam* Guardiano *Fratrum Minorum illius urbis commiſſa fuerat*. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 168. to. 3. an. I.)

XLV. Anno 1265. die 10. Octobris.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri ... *Epiſcopo*, *&* *dilecto Filio* ... *Decano* Virdunen. [d] *Salutem*, *&* *Apoſt. Bened.*

(Epiſcopi, Decanique Virdunen. petitio, ac expoſitio)

EXHIBITA Nobis ex parte veſtra petitio continebat, quod felicis recordationis URBANUS PAPA [e] prædeceſſor noſter ... Præpoſito Eccleſiæ *Montis Falconis* ſuis dedit litteris in mandatis, ut Magiſtrum *Nicolaum de Duno* Canonicum ipſius Eccleſiæ Montisfalconis in *Virdunen.* Eccleſia recipi faciens per ſe, vel per alium in Canonicum & in Fratrem, ei de *Præbenda*, ſi qua in eadem *Virdunen.* Eccleſia tunc vacabat, vel quamprimum ad id ſe offerret oportunitas, provideret: Contradictores auctoritate Apoſtolica appellatione poſtpoſita compeſcendo. Decrevit etiam idem Prædeceſſor irritum & inane, ſiquid ſuper hoc contra mandatum hujuſmodi contingeret attentari; quarum auctoritate dictus Magiſter *Nicolaus* in eadem *Virdunen.* Eccleſia receptus extitit in Canonicum & in Fratrem. Poſtmodum vero dictus Prædeceſſor Canonicatum ejuſdem Eccleſiæ *Virdunen.* cum plenitudine juris Canonici, ac nihilominus *Præbendam* nulli alii de jure debitam, ſiqua in eadem *Virdunen.* Eccleſia tunc vacabat, *Jacobo* Clerico nato Ulrici dicti Advocati de *Bellejo* Militis Virdunen. Diœceſis auctoritate Apoſtolica contulit, inveſtiens Stephanum Decanum Tullenſem [f] ejuſdem Jacobi nomine de eiſdem. Alioquin *quintam Præbendam* in eadem Eccleſia proximo vacaturam conferendam dicto *Jacobo* donationi Apoſtolicæ reſervavit, decernens irritum & inane, ſi ſecus de *Præbenda* ipſa a quoquam exiſteret attentatum. Non obſtante, ſi aliqua auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ſeu Legatorum ipſius, vel motu proprio capituli ejuſdem *Virdunen.* Eccleſiæ in ea in Canonicos eſſent recepti, vel, ut reciperentur, inſtarent; aut ſi dictus Prædeceſſor pro aliis in dicta Eccleſia direxerat ſcripta ſua, quibus omnibus prædictus Prædeceſſor eumdem *Jacobum* in hujuſmodi *Quintæ* Præbendæ aſſecutione præferri voluit, ſed quoad alias præbendas per hoc nullum præjudicium generari. Demum autem dicto Magiſtro *Nicolao* intendente Canonicatum, quem in dicta *Virdunen.* Eccle-

(de collatione unius Præbendæ Virdunen. Eccl. — diſpoſitio de altera ibidem Præbenda, — atque collatio, — f — cum obſtantium derogatione.)

(a) INFRA SPATIUM 300. CANNARUM: Hoc idem privilegium dedit Pontifex anno iſto die 30. Novembris incip. *Ad conſequendam gloriam &c.* omnibus Monaſteriis, & Conventibus Ordinis.

(b) MENTIONEM: Idem Pontifex per alias litteras *Quia plerumque &c.* anno 1268. die 5. Junii quibuſdam de cauſis indultum de 300. cannis revocavit, & menſuram reduxit ad 140. cannas pro Ordine Fratrum Minorum, quod & pro Clariſſarum Monaſteriis cenſendum.

(c) Pro hoc Monaſterio Pontifex alias litteras ſcripſit Epiſcopis Peruſin. & Eugubin., aliiſque Prælatis Eccleſ. *Non abſque dolore &c.* anno 1268. die 9. Februarii: præſens vero diploma *Paci, & tranquillitati &c.* iteravit etiam anno ſequenti Nonis Martii ex Indiculo Bullarii Seraphici, teſte Petro de Alva.

(d) VIRDUNEN: Vulgo *Verdun* in Belgio ſub Archiepiſcopo Treviren. in finibus Lotharingiæ.

(e) URBANUS PAPA: hujus nominis *Quartus*.

(f) TULLEN.: De quo etiam in 137. epiſt. Urbani IV. *Nuper quondam &c.* anno præcedenti data mentio habetur, ut in ſecundo hujus Operis tomo fol. 551. die 28. Aprilis.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1265.

Eccleſia obtinebat, libere reſignare, dictus Prædeceſſor.. *Abbati* Sancti Pauli Virdunen. Præmonſtraten. Ordinis per ſuas mandavit litteras, ut ab eodem Nicolao libera prædicti Canonicatus reſignatione recepta, Canonicatum ipſum *Guillelmo* Rectori Eccleſiæ Sancti Andreæ prædictæ Diœceſis conferre, & aſſignare curaret, faciens nihilominus eum in locum ipſius Nicolai ibidem in Canonicum recipi, & in Fratrem, ac de *Præbenda*, quæ dicto Nicolao fuiſſet debita, ſi Canonicus in eadem *Virdunen.* Eccleſia remanſiſſet, ſi in eadem Eccleſia tunc vacabat, vel quamprimum ad id ſe offerret oportunitas, dicto *Guillelmo* per ſe, vel per alium provideret, ipſum in eorumdem Canonicatus, & *Præbendæ* poſſeſſionem inducens, vel induci faciens, & defendens inductum: Contradictores eâdem auctoritate appellatione poſtpoſita compeſcendo; ſicque dictus *Abbas* ab eodem Magiſtro Nicolao ejuſdem Canonicatus libera reſignatione recepta, ipſum dicto Guillelmo contulit; ipſumque in præfata *Virdunen.* Eccleſia recipi fecit in Canonicum, & in Fratrem auctoritate hujuſmodi litterarum. Denique *Nicolao de Abbatia* tunc Canonico præfatæ Eccleſiæ *Virdunen.* ſignificante dicto Prædeceſſori, quod ipſe locum, & *Præbendam*, quos in eâdem Eccleſia obtinebat, erat libere reſignare paratus; dictus Prædeceſſor Venerabili Fratri noſtro ... Epiſcopo *Autiſiodoren.* [a] ſuis dedit litteris in mandatis, ut ab eodem Nicolao de Abbatia ejuſdem loci, & *Præbendæ* reſignatione recepta, eos *Jacobo de Bormonte* Cappellano Nobilis Mulieris ... Comitiſſæ Barri Ducis [b] conferre, & aſſignare curaret, faciens ipſum in eâdem Eccleſia recipi in Canonicum, & in Fratrem; non obſtante, ſi aliqui ejuſdem Sedis, vel alia quavis auctoritate eſſent in prædicta *Virdunen.* Eccleſia recepti; vel, ut reciperentur, inſiſterent; quibus præfatus Prædeceſſor quoad alias *Præbendas* per hoc nullum voluit præjudicium generari: Contradictores præfata auctoritate appellatione poſtpoſita compeſcendo. Sicque dictus Epiſcopus ab eodem Nicolao de Abbatia prædictorum loci & *Præbendæ* libera reſignatione recepta, locum & *Præbendam* eoſdem præfato *Jacobo* de Bormonte contulit; ipſumque in præfata *Virdunen.* Eccleſia recipi fecit auctoritate hujuſmodi litterarum in Canonicum & in Fratrem. Ad hæc quondam *Juliano* Archidiacono *Meten.* [c] apud eamdem Sedem viam univerſæ carnis ingreſſo, ac per ejus mortem vacantibus Canonicatu & *Præbenda*, quos in prædicta *Virdunen.* Eccleſia, cujus erat Canonicus, dum viveret, obtinebat; dictus Prædeceſſor Canonicatum & *Præbendam* eoſdem Apoſtolicæ donationi reſervans decrevit irritum & inane, ſi ſecus de illis Apoſtolica quavis auctoritate a quoquam contingeret attentari, injuncto prædicto *Abbati*, ac tibi filii Decane, & .. *Guardiano* FF. Minorum Virdunen. [d] per ſuas litteras [e], ut prædictos Canonicatum & *Præbendam* *Jacobo de Clauſtro* [f] Presbytero per vos, vel per alium, aut alios conferre & aſſignare curaretis; ipſumque faceretis illorum pacifica poſſeſſione gaudere, facientes eum nihilominus in prælibata *Virdunen.* Eccleſia recipi in Canonicum, & in Fratrem admitti; non obſtante, ſi aliqui Apoſtolica, vel alia quavis auctoritate eſſent in Eccleſia prædicta *Virdunen.* recepti, vel ut reciperentur, inſtarent; ſeu ſi pro aliis ſub quacumque forma forent inibi Apoſtolica ſcripta directa, quibus dictus Prædeceſſor quoad alias *Præbendas* per hoc nullum voluit præjudicium generari: Contradictores auctoritate præfata appellatione poſtpoſita compeſcendo. Verum *Abbas*, & *Guardianus* prædicti, ac tu, fili Decane, Canonicatum & *Præbendam* eoſdem Jacobo de Clauſtro contuliſtis eidem, facientes eum in prædicta *Virdunen.* Eccleſia in Canonicum recipi & in Fratrem auctoritate hujuſmodi litterarum. Sanè poſt vacationem prædictarum duarum *Præbendarum*, quæ fuerunt ipſius Nicolai de Abbatia, & ejuſdem

Reſignatio, ſeu dimiſſio primæ Præbendæ,

ejuſdemque collatio.

Alterius Præbendæ Virdunen. renunciatio,

eiuſque alteri conceſſio,

cum clauſula derogatoria.

Alia Præbenda ibi vacans

reſervatur Apoſtolicæ Sedi,

alterique conferri mandatur,

quod & factum eſt.

(a) AUTISIODOREN.: al. Antiſſiodoren., vulgo *Auxerre* in Burgundia ſub Archiepiſcopo Senonen.

(b) BARRI DUCIS: vulgo *Barleduc* in Lotharingia.

(c) ARCHIDIACONO METEN.. Cujus eſt mentio in cit. epiſt. 137. Urbani IV.

(d) FF. MINORUM VIRDUNEN.: De quorum loco dictum eſt ad cit. epiſtolam.

(e) LITTERAS: Nempe cit. epiſtolam 137. Urbani IV. in 2. hujus *Bullarii* tomo vulgatam pag. 551.

(f) DE CLAUSTRO: *De Elaſto* dicitur in prædicta epiſtola Urbani Papæ.

Digitized by Google

dem Juliani Archidiaconi, vacaverunt tres aliæ *Præbendæ* in prædicta Eccleſia *Virdunen.*: Porro dictus Jacobus de Billejo aſſerens, quod idem Prædeceſſor *quintam Præbendam* in dicta *Virdunen.* Eccleſia vacaturam conferendam ſibi donationi Apoſtolicæ reſervarat, decernens irritum & inane, ſi ſecus de illa contigeret attentari; *Præbendam*, quæ per mortem Goberti Canonici dictæ *Virdunen.* Eccleſiæ in ea vacavit; quamque *Quintam* ſibi poſtulat aſſignari. Prædictus verò Guillelmus ex adverſo proponit, quod licet dictus Prædeceſſor hujuſmodi *Præbendam quintam* conferendam dicto Jacobo de Billejo donationi Apoſtolicæ reſervarit, prout ſuperius eſt expreſſum; tamen prædictæ *Præbendæ*, quarum altera per reſignationem dicti Nicolai de Abbatia, & alia per obitum dicti Juliani Archidiaconi in memorata *Virdunen.* Eccleſia vacaverunt; quaſque dictus Prædeceſſor aliis contulerat, non debeant aliquatenus in hujuſmodi Quinario numero computari; propter quod prædicta *Præbenda*, quæ fuit ipſius Goberti, non *quinta*, ſed tertia potius eſt cenſenda; & ſic *Præbenda* ipſa debebatur dicto Guillelmo, qui ad locum prædicti Nicolai de Duno, quem nullus de expectantibus in receptione, ac litterarum præſentatione præcedebat, receptus fuit in Eccleſia ſæpedicta. Quia vero Jacobus de Billejo, & Guillelmus prædicti, videlicet uterque ipſorum ad præfatam *Præbendam*, quæ fuit ipſius Goberti, ſe petunt admitti; Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut ad tollendam omnis quæſtionis materiam declararemus, ad quem ipſorum *Præbenda* pertineat ſupradicta. Nos itaque attendentes, quod prædictus Prædeceſſor *Quintam Præbendam* vacaturam in ſæpedicta Eccleſia conferendam dicto *Jacobo de Billejo*, prout continetur ſuperius, donationi Apoſtolicæ reſervavit; & ipſum cæteris præferri voluit in eadem; decrevitque irritum & inane, ſi ſecus de ipſa a quoquam contigeret attentari; decernimus, præmiſſis veris exiſtentibus, quod prædicta *Præbenda*, quæ fuit ipſius Goberti; quæque *Quinta* eſt, ſicut proponitur, dicto *Jacobo* debeatur de jure; cum præfatæ *Præbendæ*, quas prædictus Prædeceſſor aliis contulit, debeant in hujuſmodi Quinario numero computari.

Dubium de quinta Præbenda, & concertatio.

Supplicatur pro reſolutione quæſtionis, ac dubii.

Pontificis deciſio, ac decretum.

Datum Perusii VI. Idus Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Indulgentia unius anni, & 40. dier. conceditur quotannis viſitantibus devotionis cauſa Eccleſiam Aſſiſiaten. *S. Franciſci in die Feſti ejuſdem Sancti, & per ejus octavam.* (Ex Archivo noſtri ſac. Conventus S. Franciſci ejuſdem Civitatis apud Auctorem Collis Paradiſi lib. 2. pag. 29.)

CLEMENS &c. XLVI.

Anno 1265. die 11. Octobris.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUM ad promerenda ſempiterna gaudia Sanctorum ſuffragia ſint Nobis plurimum opportuna; loca Sanctorum omnium pia ſunt devotione Fidelium veneranda; ut dum Dei honoramus amicos, ipſi Nos amabiles Deo reddant; & illorum Nobis quodammodo vendicantes patrocinium apud ipſum, quod merita noſtra non obtinent, eorum mereamur interceſſionibus obtinere. Cupientes igitur, ut Eccleſia *Sancti Franciſci de Aſſiſio* [a], in qua Sanctiſſimum *Corpus* ejus venerabiliter requieſcit, congruis honoribus frequentetur; omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in ejuſdem Sancti Feſto, & uſque ad octo dies ſequentes devotè, ac venerabiliter viſitaverint annuatim, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi *unum annum*, & *quadraginta dies* [b] de injuncta eis pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Exordium a cauſa venerationis locorum Sanctorum.

a Corpus S. P. Franciſci ubi requieſcit.

Annuis ornatur Indulgentiis, ut ſupra.

b

Datum Perusii V. Idus Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

(a) Eccleſia S. Franciſci de Aſſiſio: De qua primum Gregorius IX. anno 1228. per litteras *Recolentes &c.* dieb. 29. Aprilis, & 22. Octobris; & *Is, qui Eccleſiam &c.* anno 1230.

(b) Unum annum, et XL. dies: Eamdem Indulgentiam conceſſerat & Innocentius IV. anno 1252. Idibus Februarii litteris *Licet is &c.*

Clemens PP. IV. An.Ch. 1265.

A

Eccleſiis Ordinis certis diebus quolibet anno Indulgentias *elargitur* c. *dierum*. (Ex Speculo Min. trac.2. §.121. Roderico in Bull. Regul. Bul.14. ex Autographo Conventus S. Franciſci Salmantic., & Waddingo in Regeſ. Pontif. num.8., Autographoque Ravennatis Archivi Conventus S.Franciſci, Florentiæ etiam, & Pariſiis, necnon Jaderæ ex Gonzaga par. 2. Conv.12. Prov. Dalmatiæ; inque Firmamentis trium Ordinum par.2.trac.1.f.29.)

XLVII.

Anno 1265. die 11. Octobris.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis ... *Generali, ac Provincialibus Miniſtris, & univerſis Fratribus* Ordinis Minorum *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Exordium a cauſa venerationis locorum Sanctorum.

Loca Sanctorum omnium pia, & prompta devotione ſunt a Chriſti fidelibus veneranda; ut dum Dei honoramus amicos, ipſi nos amabiles Deo reddant; & illorum Nobis vendicantes quodammodo patrocinium apud ipſum, quod merita noſtra non obtinent, eorum mereamur interceſſionibus obtinere. Cupientes igitur, ut *Eccleſiæ* locorum veſtrorum congruis honoribus frequententur, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui *Eccleſias* ipſas in *Dedicationibus* ipſarum, ac *Anniverſario* dedicationum earum die, ac uſque ad octo dies ſequentes; necnon in *Beatæ Mariæ Virginis*, *Sanctorum Franciſci*, *Antonii*, & *Claræ*, ac etiam aliorum *Sanctorum*, in quorum honore *Altaria majora* in Eccleſiis ipſis ſunt conſtructa, feſtivitatibus cauſa devotionis venerabiliter viſitaverint, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi *centum dies* de injunctis ſibi pœnitentiis annis ſingulis miſericorditer relaxamus.

Dies ſtatuti pro Indulgentia lucranda

etiam ad Altaria majora,

dierum centum annuatim.

Datum Peruſii v. Idus Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.[a]

a

Si expediens agnoverit, ceſſionem Abbatiſſæ Monaſterii S. Catharinæ Genuen. *ab officio recipiat, & aliam ejuſdem Monaſterii Præfectam eligi committat.* (Ex Reges. Vatic. epiſt.155. to.3. anno I.)

XLVIII.

Anno 1265. die 15. Octobris.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri[b] ... *Archiepiſcopo* Januen. *Sal., & Apoſt. Bened.*

b

Propter proprii debilitatem corporis, qua dilecta in Chriſto Filia *Agnes*[c] Abbatiſſa Monaſterii Sanctæ Caterinæ[d] Ordinis Sanctæ Claræ Soror Venerabilis Fratris noſtri[e] ... Patriarchæ *Antiochen.* plurimum aggravari, ac etiam alias ob incommoditates multiplices, quas eadem inibi ſuſtinere proponitur, in commiſſo ſibi Monaſterii prædicti regimine, ſe nequit utiliter, prout eſſet expediens, exercere. Hoc ſane Abbatiſſa eadem conſiderans hac de cauſa eximi ab ipſius Monaſterii ſollicitudinis cura, & in contemplativo quietis otio deſiderat collocari, ſupplici a Nobis depoſcens inſtantia, ut ceſſionem ipſius recipi; ſibique transferendi ſe ad Monaſterium de *Clavaro*[f] prædicti Ordinis[g] *Januen.* Diœceſis, ubi ſub habitu regulari diſponit, ut aſſerit, devotum Domino perpetuo impendere famulatum, concedi licentiam de benignitate ſolita faceremus. Volentes igitur ſic Abbatiſſæ prædictæ votis in hac parte annuere, quod per hoc præfato Sanctæ Caterinæ Monaſterio nullum damnum, vel præjudicium debeat imminere; Fraternitati tuæ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus conſideratis diligenter circumſtantiis univerſis, quæ circa hoc fuerint attendendæ; ſi hoc tam Abbatiſſæ, quam Monaſterio Sanctæ Caterinæ prædictis videris expedire; ab

c Abbatiſſa Clariſſarum Genuen. variis ex cauſis miſſionem ab officio petit,

d e

& ad Monaſterium Clavaren. transferri.

f

g

Pontifex injungit jam ſuperius indicata.

(a) Gonzaga par.1. de Orig. Seraph. Religionis Franciſ. in deſcriptione magni Conventus Pariſien. teſtatur extare ibi autographum præſens diploma; ſed & Viennæ Auſtriæ in Archivo noſtri Conventus S.Crucis, Sanctique Jacobi Pragæ ſub plumbo ex notitiis nuperrimè ad me inde tranſmiſſis. Hanc Indulgentiam porro iteravit etiam *Guido* Presbyter Cardinalis tit. S.Laurentii in Lucina Sedis Apoſtolicæ Legatus in Germaniam dat. Wratislaviæ Pontificatus Dom. Clementis IV. anno ſecundo ſive ſequenti, cujus autographum habetur Pragæ in Archivo noſtri Conv. S.Jacobi ſub n.56.

(b) Ven. fratri : *Valtero* de Vezzano, de quo Ughellus tom.4. Ital.Sac., & nos non ſemel egimus in not. ad alias epiſtolas.

(c) Agnes : De qua mox infra.

(d) Monasterii S.Catharinæ : *De Loculo* al. *de Loculis* Genuen. nuncupati, cujus pluries a nobis actum, & ultimò ſub ann. 1260. die 8. Febr. ad Alexandri IV. diploma *Juſtis petentium &c.*

(e) Fratris nostri .. : *Chriſtiani* ex Ord. Prædicat., de quo in epiſt.135. Urbani IV. *Tua pacis &c.* anno 1264. die 31. Martii data; hinc videtur patria Genuenſis.

(f) Monasterium de Clavaro : Pro quo conſulendum Alexandri IV. privilegium *Religioſam vitam &c.* anno 1258. die 31. Julii al. 12. Aug. editum ſub num. CDXXXVII. in 2. hujus Operis tomo fol.303.

(g) Prædicti Ordinis : Nimirum S. Claræ.

Digitized by Google

ab eadem Abbatiſſa præfati regiminis auctoritate noſtra ceſſionem recipias; ſibique nihilominus licentiam tribuas poſtulatam. Demum autem Conventui prædicti Monaſterii Sanctæ Caterinæ injungas, ut ſibi de perſona idonea in Abbatiſſam per electionem canonicam ſtudeat providere. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Datum Peruſii Idibus Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Concedit ei, ut Fratrum cujuslibet Ordinis opera uti valeat, non obſtante &c. (Ex Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 28. Clementis IV., & ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 164.)

XLIX.
Anno 1265. die 15. Octobris.

CLEMENS &c.

Dilecto filio Magiſtro Gaufrido de Bellomonte [a] *Cappellano noſtro Apoſtolicæ Sedis Legato Sal., & Ap. Ben.*

Cauſa conceſſionis

UT ea, quæ tibi commiſimus, quò plurium miniſterio uti poteris, eò melius exequaris; præſentium tibi auctoritate concedimus, ut *Prædicatorum*, & *Minorum*, ac aliorum Ordinum perſonas ad tuam convocare præſentiam, eiſque committere nunc his, nunc illis valeas, quæ utilitati, & promotioni negotiorum tibi commiſſorum videris expedire: non obſtante contraria eorumdem Ordinum conſuetudine, ſeu ſtatuto, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, & quacumque firmitate alia roboratis, & quavis ipſius Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam id impediri, vel differri valeat, & de qua, cujuſque toto tenore plenam, & expreſſam fieri oporteat in præſentibus mentionem: Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. (cum derogatione privileg. Apoſtol.)

Datum Peruſii Idibus Octobis, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

A *Duos Provinciæ* Tuſciæ *Fratres ex Ord. Minorum jubet eligi ad Inquiſitionem contra hæreticos in dicta Provincia exercendam.* (Ex Autographo ſub plumbo in Archivo noſtri Conventus S. Crucis Florentiæ.)

L.
Anno 1265. die 27. Octobris.

CLEMENS &c.

Dilecto filio [b] *.. Miniſtro Provinciali Fratrum Minorum in adminiſtratione* Tuſciæ [c] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

B

Exordium.

LIcet ex omnibus Mundi partibus, quæ Chriſtiana Religione cenſentur, teneamur ex officii noſtri debito extirpare læthiferam peſtem hæreticæ pravitatis; in Italia tamen imminet Nobis hæc ſolicitudo propenſius, ubi eamdem peſtem propter malitiam temporis, quæ in detrimentum Fidei Catholicæ perverſa genimina germinavit, ex vicinitate perſenſimus abundantius ſuccreviſſe. Cupientes igitur in *Piſana*, *Lunetana* [d], *Lucana*, *Piſtorienſi*, *Florentina*, *Feſulana*, *Aretina*, *Cluſina*, *Senenſi*, *Volterana*, *Groſſetana*, & *Maſſana* Civitatibus, & Diœceſibus per aliquos de Fratribus tui Ordinis partem ſuper hoc noſtræ ſolicitudinis adimpleri; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus de conſilio aliquorum diſcretorum Fratrum ipſius Ordinis eligas *duos* de Fratribus ejuſdem Ordinis tuæ adminiſtrationis idoneos ad hujuſmodi opus Dominicum exequendum, eiſque in virtute obedientiæ diſtrictè Apoſtolica præcipere auctoritate procures, ut *Inquiſitionis* officium in locis prædictis contra hæreticos, credentes, fautores, defenſores, & receptatores eorum juxta formam in aliis noſtris litteris [e] expreſſam, quas Fratribus prædicti Ordinis *Inquiſitoribus* hujuſmodi pravitatis in eiſdem locis deputatis auctoritate Apoſtolica, & in poſterum deputan-

(C Loca deſignat, D & mandat, ut ſupra. E)

(a) Gaufrido de Bellomonte: Cancellario Bajocenſi in Gallia, & S.A. Legato in Longobardia, ſeu Inſubria, ad quem ſunt aliæ hujus Pontificis litteræ anno ſequenti die 3. non. Januarii datæ, quibus eum ad ſe redire ſcribit ex epiſt. 213. apud Martene, & Durand. tom. 2. Theſau. Anecdot.

(b) Filio ..: *Thoma Papienſi*, de quo Waddingus ex Mariano ad ann. 1258. n. 9., ſed longe ante iſtos Fr. Salimbene Parmenſis illi ſynchronos in Chronico Mſ. p. 389. aſſerit fuiſſe *Lectorem Theologiæ Parmæ, Bononiæ, & Ferrariæ*, ac edidiſſe *Tractatum Sermonum, cum eſſet ſolemnis Concionator, Chronicon magnum, & magnum Opus in Theologia, multumque diffuſum.*

(c) Thusciæ: Nempe *Imperialis* ad diſcrimen *Tuſciæ Pontificiæ*, ſeu Romanæ, quæ & *Patrimonium B. Petri* nuncupatur.

(d) Lunetana: Hodie *Sarzanenſi*.

(e) Litteris: Quas memorat Honorius IV. ep. 16. incip. *Ad extirpanda &c.* ann. 1285. die 18. Oct. ſcripta; ſed ad nos litteræ illæ non pervenerunt; extant tamen ejuſdem exempli ac tenoris datæ ad Inquiſitores Provinciarum *S. Franciſci*, & *Romanæ* ſuis locis relatæ.

Digitized by Google

putandis, non expreſſis aliquorum nomi- A
nibus, ſuper exequendo dicto *Inquiſitionis* officio deſtinamus, exequi ſtudeant diligenter. Nos enim prædictos *duos* Fratres, quos ad hoc elegeris, & utrumque ipſorum præfatum officium exequi juxta formam in litteris ipſis expreſſam, ac ipſos illam poteſtatem, & auctoritatem plenariè habere volumus, quæ in eiſdem litteris continetur. Si vero tu, vel Vicarius tuus te abſente aliquem *Inquiſitorem* hujuſmodi ex aliqua fortè cauſa non- B
nunquam fore videris amovendum, ipſum amoveatis, & ſubſtituatis loco ejus alium, quem ſimilem poteſtatem, & auctoritatem habere volumus, quoties vobis deliberatione cum aliquibus diſcretis Fratribus dicti Ordinis præhabita hoc fore videbitur faciendum. Et ſi aliquos, vel aliquem *Inquiſitorum* ipſorum decedere fortè contigerit, Nos ſubſtituendi de conſilio aliquorum diſcretorum Fratrum C
ejuſdem Ordinis alium, vel alios loco illius, vel illorum, qui deceſſerunt, ita quod hujuſmodi ſubſtituti omnino eiſdem auctoritate, & poteſtate fungantur, tibi, dictoque Vicario, ſi tu abſens fueris, plenam & liberam concedimus tenore
a præſentium facultatem [a].

Cum facultate amovendi, & ſubſtituendi.

Datum Peruſii VI. Kal. Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Jubet Benedictinis Nurſiæ, *ut FF. Minores benigne recipiant, a quibus nihil ſibi timendum eſt.* (Ex Reges. Vatic. inter extravag. epiſtolas num. 100. tom. 4. apud Waddingum in Regeſ. Pontif. num. 10., & Martene, Durandumque tom. 2. Theſ. Anecdot. epiſt. 171. Clementis IV.)

LI.

Anno 1265. die 30. Octobris.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis .... Abbati Monaſterii S. Benedicti de Nurcia, *& Fratribus ejus Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Dilectos Filios Fratres Minores, quos trahebat devotio ad locum ſibi in *Nurcia* obtinendum [b], de quo b
vitæ vir venerabilis gratia Benedictus, & nomine, prout legitur, traxit origi-
nem [c]; non ex hoc vobis reputare debe- c
tis infeſtos, cum id ſine veſtra vellent injuria; nec erat veriſimile, quod qui pro Deo reliquerant voluntariè propria, contra Deum appeterent aliena. Quocirca vobis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſub noſtra protectione ſecuri eos ſolitæ caritatis dulcedine proſequentes diligatis, & honoretis eoſdem; nec ab eis quidquam timeatis adverſi; qui ſuæ contenti funiculis paupertatis, nec locum illum, nec alium ſibi vindicare
proponunt in juris præjudicium alieni [d]. d

Minoritæ apud Nurſiam quibuſdam ſuſpecti.

Mandat Pontifex, ut ſupra,

& ſuſpicionem diluit.

Datum Peruſii III. Kal. Novembris,
Pontificatus Noſtri Anno Primo [e]. e

Leges

(a) Facultatem: Hanc epiſtolam, ſeu ſimillimam jam ediderat Urbanus IV. anno 1262. die 23. Martii, quæ, quia ad nos tranſmiſſa eſt poſt editionem 2. hujus Operis tomi, dabitur in Appendice.

(b) In Nurcia obtinendum: Eſt autem hic locus caput *Cuſtodiæ Montanorum* in Provincia S. Franciſci, ſeu Umbriæ in veteri *Provinciali Ordinis* apud Barthol. Piſanum Conform. XI. olim extra Civitatem, poſtea ſub Clemente iſto intra ad Eccleſiam S. Bartholomæi recepti ſunt noſtri FF. Minores.

(c) Traxit originem: Ex S. Gregorio M., Joanne Diacono, aliiſque Scriptoribus Ord. S. Benedicti.

(d) Alieni: Idque exitus comprobavit, cum ibi floruerint BB. viri *Antonius*, & *Honuphrius*; regaturque adhuc a noſtris PP. Minoritis Conventual.

(e) Quia autem Waddingus in Annal. ad hunc annum n. 19. affirmat hujus Pontificis favore, ac protectione Fratres inchoaſſe ſuas ædes extra Civitatem, deinde receptos intra eamdem ſub Clemente V. conceſſam eis fuiſſe Eccleſiam S. Bartholomæi in commodo urbis ſitu; ad veteris facti cognitionem conſulto datur ex tabulario præfati Cœnobii, & generalis Archivi Ord. noſtri Romæ apud SS. XII. Apoſtolos p. 52. ſequens epiſtola.

Inſtrumentum conceſſionis novæ Eccleſiæ.

„ *Bartholomæus* Dei gratia *Spoletanus* Epiſcopus dilectis in Chriſto filiis Fratribus de Ordine Minorum habitantibus prope *Nurſiam* in Domino Jeſu Chriſto ſalutem. Viris religioſis ex debito ſuſcepti officii Nos convenit providere maxime, ut pacifice & quiete attendere valeant Divinis obſequiis, & ſuum Ordinem conſervare. Attendentes igitur, quod vos a tranſeuntibus, & viatoribus frequenter perturbamini; & locus veſter eſt in campo hominibus, qui timorè Dei poſtpoſito offendunt aliquando juxta poſſe (expoſitus); ad preces dilectorum noſtrorum Jo. Prioris, Jacobi S. Gregorii Prioris, Bartoletti, Doni Venturæ plebis Lupini, Mag. Raynaldi S. Felicis, Marci S. Sabini, & Lucæ S. Petri Priorum, Nicoliæ, & Jacobini Canon. Majoris Eccleſiæ Spoletanæ, & de conſenſu prædictorum Eccleſiam *S. Bartholomæi* deſtructam cum campanis, libris, paramentis, poſſeſſionibus, & omnibus ſuis pertinentiis vobis præſentibus, & futuris in perpetuum damus, & concedimus, & de ea *Fratrem Pacem* Cuſtodem in *Montan.* veſtro & aliorum nomine per noſtrum annulum inveſtimus credentes, quod liberius & quietius circa Divina obſequia ibidem vacabitis; & Nos quoque veſtrarum orationum ſuffragiis confidimus adiuvari. Datum apud Eccleſiam S. Johannis Spoleti anno Domini MCCLXVIII. tempore Domini Clementis PP. IV., & die VIII. Octobris indictione XI. præſentibus *Fratre Anglario Inquiſitore* hæreticæ pravitatis, Fr. Johanne Nigro, Fr. Luca, Fr. Raynerio, & Fr. Andrea de Nurſia, & Michaele & Thoma Presbyteris Capellanis Domini Epiſcopi aſtantibus teſtibus, & prædictis Fratribus jam dictam dationem, & conceſſionem præſentibus dictis teſtibus plenè, & liberè facimus nihil in eadem Eccleſia nobis & ſucceſſoribus noſtris temporale penitus reſervantes niſi unum *denarium* uſualis monetæ nomine *Cathedratici*. Ego Beſſanius Notarius de mandato Domini Epiſcopi ſupradicta &c: in cujus rei teſtimonium præſentem paginam noſtri ſigilli munimine juſſimus roborari.

Cuſtos Montan.

Anno 1268. die 8. Octobr.

Cenſus reſervatus.

Digitized by Google

Leges adverſus hæreticos a Friderico II. *Rom. Imp. latas*, *& ab* Innocentio, *atque* Alexandro IV. *promulgatas iterum inculcat recipi*, *& obſervari*. (Ex Archivo noſtri Conv. Aſſiſiatis S. Franciſci apud Pegnam ad calcem Directorii Inquiſitorum, & ex Archivo Aracælitani Conventus num. 71. teſte Waddingo in Annal. Min. ad hunc annum num. 6.)

LII.
Anno 1265. die 31. Octobris.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis Poteſtatibus, *ſive Rectoribus*, *Conſulibus*, *Capitaneis*, *Antianis*, *Conſiliis*, *& Communitatibus Civitatum*, *aliorumque locorum per* Italiam *conſtitutis Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

Friderici Imp. leges contra hæreticos

CUM adverſus hæreticam pravitatem quondam Fredericus olim Romanorum Imperator, & tunc in Eccleſiæ Romanæ devotione perſiſtens promulgaverit Paduæ quaſdam leges [a]; per quas ne pervagetur, compeſci poterit peſtis illa: Nos illas, quas fel. record. Innocentius IV. [b], & Alexander IV. [c] Romani Pontifices prædeceſſores noſtri voluerunt ad robur Fidei, ac ſalutem Fidelium obſervari; prout ipſius Alexandri Papæ litteris perſpeximus contineri; volentes in veſtris Capitularibus annotari, Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eas, quarum tenores vobis mittimus inſertos præſentibus, in veſtris conſcribi Capitularibus ſinguli faciatis, nullis inde temporibus abolendas; Civitates, vel loca, quibus præeſtis; diſtrictus quoque, ſeu terras veſtræ ditioni ſubjectas ſecundum eas ab hæretica fœditate ſolicitè purgaturi. Tenores autem legum ipſarum hi ſunt. *Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator &c.* [d]

obſervari mandat ut ſupra.

Datum Peruſii II. Kal. Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo [e].

Mandat contra Manfredum *olim Tarentin. Principem prædicari Crucem uti inimicum Eccleſiæ plures ob id facultates eis concedens*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 25. al. 239. apud Waddingum in Annal. Min. num. 2. & inde in Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 31. Clementis IV., atque apud Raynaldum ad hunc ann. n. 26.)

LIII.
Anno 1265. die 2. Novembr.

CLEMENS &c.

Venerabilibus Fratribus Bituricen., .. Narbonen., ... Senonen., & ... Rothomagen. [f] *Archiepiſcopis*, *& dilectis filiis* ... *Priori* Prædicatorum; *&* Miniſtro Minorum *Fratrum Provincialibus* Franciæ, *& Decano Remen. Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

DE venenoſo genere, velut de radice colubri virulenta progenies *Manfredus* quondam Princeps Tarentinus &c. [g]

Datum Peruſii IV. Nonas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo [h].

Conſtitutiones *contra hæreticos ab Innocentio IV. & Alexandro IV. editas confirmat*, *& nonnullis modificationibus mandat*, *ut obſerventur*. (Ex Archivo Aſſiſiati noſtri ſac. Conv. S. Franciſci apud Pegnam ad calcem directorii Inquiſitorum, & Bullarium Romanum tom. 1. Bul. 6. al. 10. tom. 3., Ordiniſque Prædicat. tom. 1. Bul. 23. extat Autographum etiam Arimini in Archivo noſtri Conventus S. Franciſci.)

CLE-

(a) Quasdam leges: Anno 1239., ut ſupra adnotavimus.
(b) Innocentius IV.: Anno 1254. die 22. Maji.
(c) Alexander IV.: Anno 1258. die 17. Novembris.
(d) Imperator &c.: Ut in ſupradictis Bullis Innocentii, & Alexandri IV.
(e) Pegna jam laudatus huic Bullæ iſta præmittit: *Eas leges in reſcripto Innocentii IV. inſertas ſupra curavimus imprimendas; ſed quoniam tunc defuerunt authentica, ſeu originalia exempla, in nonnullis variatum fuerat; & propterea conſulto ſublata omni lectionis varietate, & incertitudinis ſcrupulo alias duximus imprimendas.* Extat hæc *Bulla* etiam in *Bullario* Ord. Prædicator. tom. 1. Bul. 30. hujus Clementis *Kalendis Novembris* data forſan per errorem ſcribarum.

(f) Rothomagen.: *Oddoni Rigaldo* ex Ord. Min., de quo in 1. hujus Operis tomo egimus.
(g) Tarentinus &c.: Reliqua vide in ſimili *Bulla* data Fratribus prædictis Ord. Prædicat. & Minorum per Marchiam Anconitanam conſtitutis hoc ann. die 10. Julii.
(h) Hæc epiſtola etſi non integra refertur etiam a Raynaldo Annal. Eccleſ. ad hunc annum num. 26., ſed datam tantummodo *Bituricen.*, *Narbonen.*, & *Senonen. Archiepiſcopis Peruſii die* IV. *Nonas Septembris anno I.* ex epiſt. 25. lib. 1. Regeſ. Vaticani; reorque Waddingum plures Pontificis de hac re epiſtolas utpote eodem exemplo exaratas in unam diem collatas evulgaſſe; neque enim veriſimile videtur, eiſdem Archiepiſcopis idem ſemel, atque iterum ſcriptum eſſe a Pontifice paucis poſt diebus; niſi error irrepſerit in nomen menſis per librarios.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch. 1265.

LIV.

Anno 1265. die 3. Novembris.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis Poteſtatibus, ſive Rectoribus, Conſulibus, Capitaneis, Ancianis, Conſiliis, & Communitatibus Civitatum, aliorumque locorum per Italiam *conſtitutis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Hujus Conſtitutionis occaſio.

AD extirpanda de medio Populi Chriſtiani hæreticæ pravitatis Zizania, quæ abundantius ſolito ſuccreverunt, ſuperſeminante illa licentius his diebus homine inimico, tantò ſtudioſius juxta commiſſam a Deo ſolicitudinem inſudare proponimus, quantò perniciofius negligeremus eadem in necem Catholici ſeminis pervagari. Ut autem adverſus hujuſmodi nequitiæ operarios conſurgant, ſtentque firmiter Eccleſiæ filii, ac orthodoxæ Fidei Zelatores, Conſtitutiones quaſdam fel. record. Innocentius Papa IV. prædeceſſor noſter ad extirpationem hæreticæ peſtis edidit; & in Capitularibus veſtris tam ipſe, quam fel.me. Alexander Papa IV.[a] prædeceſſor noſter conſcribi, ac a vobis exacta diligentia obſervari mandarunt; quæ ſeriatim inferius continenter. Ideoque Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſinguli Conſtitutiones eaſdem cum quibuſdam adjectionibus, modificationibus, & declarationibus per dictum Alexandrum prædeceſſorem noſtrum, & etiam per Nos factis conſcribi in veſtris Capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas, ſecundum eas contra omnem hæreſim ſe adverſus hanc ſanctam Eccleſiam extollentem ſine omiſſione aliqua procedatis; alioquin dilectis filiis *Prædicatorum*, & *Minorum* Ordinum Fratribus *Inquiſitoribus* hæreticæ pravitatis, & eorum ſingulis per *Italiam* deputatis auctoritate Sedis Apoſtolicæ, & inpoſterum deputandis damus noſtris litteris [b] in mandatis, ut infra deſignatos eis limites ſingulos veſtrum ad id per *excommunicationem* in perſonas, & *Interdictum* in terram appellatione remota compellant.

Mandat Pontifex, ut ſupra, cum comminatione.

Conſtitutiones autem hæ ſunt.

1. §. Magiſtratus jurent, ſe leges in hæreticos latas obſervaturos.

Statuimus, ut Poteſtas, Capitaneus, ſeu Rector, ſeu Conſules, ſeu quivis alii, qui Civitati præſunt, vel loco alii ad præſens, aut pro tempore præfuerint in futurum in *Italia*, jurent præciſe, ac ſine tenore aliquo attendere inviolabiliter, & ſervare, & facere ab omnibus obſervari toto tempore ſui Regiminis tam in loco, vel Civitate ſui Regiminis, quam in Terris ſuæ jurifdictioni ſubjectis omnes, & ſingulas infraſcriptas Conſtitutiones; & ſuper his præciſe ſervandis recipiet a quibuslibet ſibi in Poteſtaria, vel Regimine ſuccedentibus juramenta; quæ qui præſtare noluerit, pro Poteſtate, Capitaneo, ſeu Conſule, vel Rectore nullatenus habeatur; & quæ ut Poteſtas, Capitaneus Conſul, vel Rector fecerit, nullam penitus habeant firmitatem; nec ullus teneatur, aut debeat ſequi eos, etiamſi de ſequela præſtanda eis exhibuerit juramentum. Quod ſi Poteſtas, Capitaneus, vel aliquis prædictorum Conſtitutiones ipſas, & ſingula in eis contenta ſervare noluerit, vel neglexerit, præter notam perjurii, & perpetuæ jacturam famæ *ducentarum* marcarum pœnam incurrat, quæ irremiſſibiliter exigantur ab eo, & in utilitatem Communis, cui præeſt integre convertantur; & nihilominus ut perjurius, & infamis, & tamquam hæreticorum fautor de Fide ſuſpectus officio, & honore ſui Regiminis ſpolietur: Nec ulterius Poteſtas, Capitaneus, Conſul, ſeu Rector habeatur in aliquo; aut de cetero ad aliquam dignitatem, vel officium publicum nullatenus aſſumatur.

Pœna Magiſtratuum leges contra hæreticos latas non ſervantium.

2. §. Iidem in principio regiminis hæreticos omnes proſcriptione multent.

Iidem quoque Poteſtas, Capitaneus, Conſules, Rector, vel quivis alii ad Regimen cujuslibet Civitatis, vel loci aſſumpti in principio ſui Regiminis in publica concione more ſolito congregata *banno* Civitatis, vel loci ſupponant tanquam pro maleficio omnes hæreticos utriuſque ſexus, quocumque nomine cenſeantur; & teneantur *bannum* hujuſmodi a ſuis prædeceſſoribus poſitum confirmare.

3. §. Eorundem præceptum contra hæreticos, ne morentur in locis ſuæ jurifdictionis, & ut illi a quocunque capi poſſint.

Præcipiant autem, quod nullus hæreticus, vel hæretica de cete-

(a) Has Conſtitutiones *Innocentius IV.* anno 1252. & 1254. condidit ad hæreſes in Italia potiſſimum gliſcentes extirpandas; quas anno 1259. die 30. Novembris non tam innovavit, quam quibuſdam adjectionibus, modificationibus, & declarationibus *Alexander IV.* illuſtravit, confirmavitque hoc anno Clemens IV.

(b) NOSTRIS LITTERIS: Die 18. Januarii ann. 1266., ut infra.

Digitized by Google

cetero habitet, vel moretur, aut ſubſiſtat in Civitate ſeu in aliquo juriſdictionis ſuæ loco, aut diſtrictus ejuſdem. Et quicumque ipſum, vel ipſam invenerit, liberè capiat, & capere poſſit impunè; & omnes res mobiles ipſius, vel ipſorum penes eos inventas eis libenter auferre, quæ ſint auferentium pleno jure, niſi auferentes hujuſmodi non ſint ad hoc officium ſpecialiter deputati.

4. §. Ab iiſdem eligantur Miniſtri ad capiendos hæreticos,

Iidem Poteſtas, Capitaneus, Conſules, vel Rector, vel quivis alii hujuſmodi infra octo dies [a] poſt introitum Regiminis ſui *duodecim* viros probos, & catholicos, ac duos notarios, & duos ſervitores, vel quotquot fuerint neceſſarii, inſtituere teneantur, quos Diœceſanus, ſi præſens extiterit, & intereſſe voluerit, & duo Fratres *Prædicatorum*, & duo *Minorum* Ordinum ad hoc a ſuis Prioribus, & Guardianis, ſi Conventus ibi fuerint eorumdem Ordinum, deputati, ſeu *Inquiſitores* hæreticæ pravitatis duxerint eligendos [b]. Inſtituti autem hujuſmodi, & electi poſſint, & debeant hæreticos, & hæreticas capere, & eorum bona eis auferre, & facere auferri per alios, & procurare hæc tam in Civitate, vel alio loco, quam in tota juriſdictione ejus, atque diſtrictu plenariè adimpleri; & eos ducere, vel duci facere in poteſtatem Diœceſani, vel ejus Vicarii, ſeu Inquiſitorum, vel *Inquiſitoris*.

5. §. qui expenſis Communitatis capti ducantur.

Teneantur autem Poteſtas, Capitaneus, Conſules, ſeu Rector, vel alii ad hujuſmodi Regimen deputati quilibet in expenſis Communis, cui præeſt, facere duci eoſdem hæreticos ita captos, quòcumque Diœceſanus, vel ejus Vicarius, ſeu *Inquiſitores*, vel *Inquiſitor* prædicti in juriſdictione, vel diſtrictu Diœceſani Epiſcopi, ſeu Civitatis, vel loci voluerint illos duci.

6. §. Officialibus electis plena fides adhibeatur.

Officialibus vero prædictis plena fides de his omnibus adhibeatur, quæ ad officium eorum pertinere noſcuntur, ſine aliquo ſpecialiter præſtito juramento, probatione aliqua in contrarium non admiſſa, ubi duo, vel tres, ſeu plures præſentes fuerint ex eiſdem.

7. §. Hi verò jurent ſe fideliter acturos,

Porrò cum Officiales hujuſmodi eliguntur, jurent hæc omnia exequi fideliter, & pro poſſe, ac ſuper his ſemper meram dicere veritatem, quibus ab omnibus in his, quæ ad eorum officium pertinent, plenius pareatur.

& qua poteſtate,

Et tam dicti *duodecim*, quam ſervitores, & notarii prætaxati ſimul, vel diviſim plenariam præcipiendi ſub pœnis, & bannis taxatis, & expreſſis in Conſtitutionibus infraſcriptis, quæ ad officium ſuum pertinent, habeant poteſtatem.

8. §. etiam præcipiendi Communitatibus.

Poſſint autem *Officiales* prædicti Communitati, Caſtro, Burgo, vel Villæ præcipere ſub pœna, & banno uſque ad *ducentas* Marcas argenti [c], & ultra, ad arbitrium Poteſtatis, ſeu Rectoris Civitatis, vel loci, in cujus diſtrictu, vel juriſdictione fuerint, quod Poteſtati, ſeu Rectori, vel Diœceſano, ſeu ejus Vicario, ſeu *Inquiſitoribus*, aut *Inquiſitori* hæreticorum præſentent infra præfigendum eis terminum competentem omnes hæreticos, & hæreticas, quos, & quas ſibi dicti Officiales duxerint aſſignandos; & Poteſtas, ſeu Rector a non ſervantibus præceptum pœnam, vel bannum hujuſmodi exigere teneantur.

9. §. Quæ vero egerint; firma, rataque habeantur a Magiſtratibus

Poteſtas autem, vel Capitaneus, Conſules, ſeu Rectores, vel alii hujuſmodi, quocumque vocabulo cenſeantur, teneantur habere firma, & rata omnia præcepta, quæ occaſione officii ſui fecerint duo ex ipſis, ſeu plures, & pœnas exigere non ſervantium.

10. §. ſerventurque indemne.

Quod ſi dictis Officialibus aliquo tempore aliquod damnum contigerit in perſonis, vel rebus pro ſuis officiis exequendis, a Communi Civitatis, vel loci per reſtitutionem plenariam ſerventur indemnes. Nec ipſi Officiales vel hæredes eorum poſſint aliquo tempore conveniri de his, quæ fecerunt, vel pertinent ad eorum officium, niſi ſecundum quod eiſdem Diœceſano, & *Inquiſitoribus*, vel *Inquiſitori* videbitur expedire.

Eorum officium ſemeſtre ſubrogationem admittit aliorum.

Ipſorum autem officium duret tantummodo per ſex menſes; quibus completis Poteſtas, vel quicumque ipſius Civitatis, vel loci regimini præfuerit, teneatur totidem ſubrogare Officiales ſecundum formam præſcriptam, qui prædictum officium ſecun-

(a) Infra octo dies; Innocentius, & Alexander IV. ajunt: *infra tertium diem*.

(b) Duxerint eligendos: Quod tamen Alexander IV. antea temperaverat per litteras *Cum ſecundum tenorem &c.* datas pridie Kalendas Maji anno 1255. apud citatum Pegnam.

(c) Usque ad ducentas marcas argenti: Alexander IV. ait: *uſque ad centum libras Provenien. Senatus*: quod idem videtur, cum *marca* ſit ſemilibra plerumque.

Digitized by Google

CLEMENS PP.IV. An.Ch.1265.

11. §. Unde ipſis ſatisfieri debeat.

A ſecundum formam eamdem in aliis ſex menſibus ſequentibus exequantur. Sane ipſis Officialibus dentur de Camera Communis prædicti, quando exiverint Civitatem, aut locum pro hoc officio exequendo, unicuique pro qualibet die, duo ſolidi *Provenien. Senatus*, *vel Imperialium* [a] in pecunia numerata; quos Poteſtas, Capitaneus, Conſules, vel Rector, vel alius hujuſmodi teneantur eis dare, vel dari facere infra diem tertium, poſtquam redierint ad eamdem B Civitatem, vel locum. Et inſuper habeant tertiam partem bonorum hæreticorum, & receptatorum, quæ occupaverint, & mulctarum, ad quas fuerint condemnati, ſecundum quod inferius continetur, & hoc ſalario ſint contenti.

Ad nullum aliud officium compellantur.

Sed ad nullum aliud, quod iſtud officium impediat, vel impedire poſſit ullo modo, officium, vel exercitium compellantur.

12. §.

Nullum etiam ſtatutum conditum, vel condendum eorum officium C nullo modo valeat impedire.

Quando, & per quos Officiales amovendi,

Si quis horum Officialium propter ineptitudinem, vel inertiam, ſeu occupationem aliquam, vel exceſſum Diœceſano, & Fratribus ſupradictis viſus fuerit amovendus, ad mandatum, vel dictum eorum teneatur eum amovere Poteſtas, Capitaneus, vel quivis alius hujuſmodi prædictorum; & alium ſecundum formam præſcriptam ſubſtituere loco ejus.

13. §. aut puniendi.

Quod D ſi quis eorum contra fidem, & ſinceritatem officii ſui in favorem hæreſis deprehenſus fuerit exceſſiſſe; præter notam infamiæ perpetuæ, quam tamquam fautor hæreticorum incurrat, per Poteſtatem, Capitaneum, Conſules, vel Rectorem, ſeu alium ſimilem ad Diœceſani, & dictorum Fratrum, vel *Inquiſitorum*, ſeu *Inquiſitoris* arbitrium puniatur.

14. §. Poteſtas Militem, vel Aſſeſſorem tribuat eis, cum opus fuerit;

Poteſtas vero militem ſuum, E vel alium Aſſeſſorem, ſi Diœceſanus, vel ejus Vicarius, aut *Inquiſitores*, vel *Inquiſitor* auctoritate Sedis Apoſtolicæ deputati, ſeu dicti Officiales petierint; cum ipſis Officialibus mittere teneatur; & cum ipſis eorum officium fideliter exercere.

aliique omnes ipſis præſtent auxilium ſub pœna &c.

Quilibet etiam, ſi præſens in terra, vel requiſitus fuerit, teneatur tam in Civitate, quam in juriſdictione, & diſtrictu quolibet dare ipſis Officialibus, & eorum ſociis conſilium, & juvamen; quando voluerint hæreticum, vel hæreticam capere, vel ſpoliare, aut inquirere; ſeu domum, vel locum, aut aditum aliquem intrare pro hæreticis capiendis ſub librarum viginti quinque *Provenien.*, vel *Imperialium* [b] pœna, vel banno. Univerſitas autem Caſtri, vel Burgi ſub pœna, & banno Librarum quinquaginta, Villæ vero viginti quinque *Provenien.*, vel *Imperialium* [c] pro qualibet vice ſolvenda in pecunia numerata.

15. §. Pœna prohibentium, ne hæretici capiantur.

Quicumque autem hæreticum, vel hæreticam captum, vel captam auferre de manibus capientium, vel capientis auſus fuerit, vel defendere, ne capiatur, ſeu prohibere aliquem intrare domum aliquam, vel curtem, ſeu locum aliquem, ne capiatur, & inquiratur ibidem; juxta *Legem Paduæ* promulgatam per quondam Federicum olim Romanorum Imperatorem, publicatis bonis omnibus in perpetuum relegetur; & domus illa, a qua prohibiti fuerint, ſine ſpe reædificandi funditus deſtruatur; niſi forte Diœceſano [d], vel in ejus abſentia ipſius Vicario una cum *Inquiſitoribus*, ſeu *Inquiſitore* hæreticorum, ſeu ſoli ipſi Diœceſano, quando *Inquiſitorum*, vel *Inquiſitoris* præſentia de facili haberi non poterit, legitimè conſtiterit, præfatæ domus Dominum in hoc caſu penitus innocentem, & prorſus inculpabilem extitiſſe, ac etiam eum non eſſe credentem, vel receptatorem, aut defenſorem, ſive fautorem hæreticorum, ſeu de hæretica labe ſuſpectum;

Bona hæreticorum in domibus reperta fiant capientium.

& bona, quæ ibi fuerint reperta, fiant capientium, vel inquirentium, ac ſi hæretici fuiſſent ibidem inventi; niſi forte prædictis, ut dictum eſt, legitime conſtiterit per teſtes fide dignos, & omni exceptione majores, ipſa bona eſſe aliarum perſonarum, quam Domini domus ejuſdem; & tunc propter hanc prohibitionem,

(a) DUO SOLIDI PROVENIEN. SENATUS, VEL IMPERIALIUM: Innocentius IV. habet XVIII. *Imperiales*, & Alexander IV. appellat XVIII. *provenien.* nempe denarios, quorum 12. conflabant ſolidum.

(b) LIBRARUM 25. PROVENIEN., VEL IMPERIALIUM: Innocentius IV. ſcripſit: 25. *Imperialium*; Alexander vero IV. 25. *Provenien.*

(c) VEL IMPERIALIUM: Innocentius ſtatuerat Burgo pœnam librarum C., & Villæ L. *Imperialium*, ſed Alexander retraxit ad L. & XXV. libras *Provenien.*, quam Clemens ſecutus eſt.

(d) NISI FORTE DIŒCESANO &c.: Hæc addita ſunt Conſtitutioni Innocentianæ uſque ad illa verba: *& bona, quæ &c.*, mitigata etiam Alexandri additione.

Digitized by Google

tionem, vel impeditionem ſpecialem Burgus, vel Caſtrum, componat Communi, in cujus diſtrictu eſt, libras ducentas, & villa libras centum, & vicinia tam Burgi, quam Caſtri, & Civitatis libras quinquaginta *Provenien.*, ſive
a *Imperialium*[a] in pecunia numerata; niſi infra quintum diem ipſos defenſores, vel defenſorem hæreticorum Poteſtati, vel Rectori captos duxerint perſonaliter
b præſentandos: vel niſi fortè[b] per legitimas probationes Diœceſano, vel in ejus abſentia ipſius Vicario una cum *Inquiſitoribus*, ſeu *Inquiſitore* hæreticorum, vel ſoli ipſi Diœceſano, quando *Inquiſitorum*, vel *Inquiſitoris* præſentia haberi non poterit, plenè, ac evidenter conſtiterit, quod ipſum, vel ipſos capere nullatenus potuiſſent, & eos ad captionem, & præſentationem hujuſmodi faciendas ſufficientem, & congruam adhibuiſſe ſolicitudinem, & cau-
16. § telam. Teneantur inſuper Poteſtas, Capitaneus, Conſules, ſeu Rector, vel alii

Hæretici ſeorſum ab aliis tuto carcere cuſtodiantur.

hujuſmodi omnes hæreticos, & hæreticas, qui capti amodo fuerint, cuſtodiri facere ſub expenſis Communis Civitatis, vel loci, cui præſunt, per viros Catholicos ad hoc electos a Diœceſano, ſi præſens fuerit, & Fratribus ſupradictis, vel ab *Inquiſitoribus*, ſeu *Inquiſitore*, in aliquo ſpeciali carcere tuto, & ſecuro, in quo ipſi ſoli teneantur ſeorſum a latronibus, & bannitis; donec de
17. § ipſis fuerit diffinitum. Si quando aliqui,

Pœna aſſignantium non hæreticos pro hæreticis.

vel aliquæ non hæretici pro captis hæreticis, ipſis non contradicentibus, fuerint aſſignati; vel ſe forſitan aſſignaverint, prædicti ſuppoſiti perpetuò carceri mancipentur; & hæretici nihilominus reddi, & aſſignari cogantur. Et qui hunc dolum fecerint, juxta legem prædictam, bonis omnibus publicatis, in perpetuum
18. § relegentur. Teneantur inſuper Poteſtas,

Capti hæretici judicibus Eccleſiaſticis præſententur.

Capitaneus, Conſules, vel Rector, ſeu quivis alii hujuſmodi cum bono, & ſecuro comitatu omnes hæreticos, quocumque nomine cenſeantur, infra dies quindecim, poſtquam capti fuerint, Diœceſano, vel ejus ſpeciali Vicario, ſeu hæreticorum *Inquiſitoribus*, vel *Inquiſitori*, præſentare pro examinatione de ipſis, & eorum hæreſi facienda. Damnatos vero de hæreſi per Diœceſanum, vel ejus Vicarium, ſeu *Inquiſitores*, vel *Inquiſitorem* prædictos Poteſtas, Capitaneus, vel alii eorum ſupradicti, vel ejus, ſeu eorum Nuncius ſpecialis animadverſione debita puniendos ſibi relictos ſtatim recipere teneantur[c]. Teneantur præterea Poteſtas, Capitaneus, Conſules, & Rector, vel alii hujuſmodi omnes hæreticos, quos captos habuerint, cogere circa membri diminutionem, & mortis periculum tamquam verè latrones, & homicidas animarum, & fures Sacramentorum Dei, & Fidei Chriſtianæ, errores ſuos expreſsè fateri, & accuſare alios hæreticos, quos ſciverint, & bona eorum; & credentes, & receptatores, & defenſores eorum, ſicut coguntur fures, & latrones rerum temporalium, accuſare ſuos complices, & fateri maleficia, quæ fecerunt. Domus autem, in qua repertus fuerit hæreticus, vel hæretica, ſine ulla ſpe reædificandi funditus deſtruatur; niſi Dominus domus eos ibidem procuraverit reperiri; & ſi Dominus illius domus habuerit cum ea alias domos appendices, cum una, eademque domus interdum diverſis, & coherentibus manſionibus diſtinguatur, omnes illæ domus appendices, ſive in domo illa, ſive in ejus appendicibus hæreticus, vel hæretica depræhenſus fuerit, ſimiliter deſtruantur: & bona, quæ fuerint in domo illa inventa, ipſiuſque appendicibus; niſi fortè legitimè[d] per teſtes fide dignos, & omni exceptione majores, ipſa bona aliarum eſſe perſonarum, quam Domini domuum earumdem conſtiterit, publicentur, & fiant auferentium; niſi auferentes fuerint in hujuſmodi officio conſtituti. Et inſuper Dominus domus illius præter notam infamiæ perpetuæ, quam incurrat, componat Communi Civitatis, vel loci quinquaginta libras *Provenien.*, vel *Imperialium*[e] in pecunia nume-

Clemens PP. IV. An.Ch. 1265.

Damnatos de hæreſi Magiſtratus recipiant puniendos;

c

19. §

eoſque cogant ad errores ſuos fatendos, & alios hæreticos, fautoreſque accuſandos.

20. §

Domus, in qua fuerit hæreticus, funditus deſtruatur.

Et bona illius domus publicentur.

d

21. §

Pœna Domini illius domus.

e

(a) Provenien., ſive Imperialium: Has nominavit Innocentius, illas Alexander; Clemens autem utraſque.
(b) Vel niſi forte &c.: Hæc eſt additio facta Conſtitutioni Innocentianæ, & Alexandrinæ uſque ad illa: *Teneantur inſuper &c.*

(c) Teneantur: Innocentius, & Alexander addiderant: *vel infra quinque dies ad minus &c.*
(d) Niſi forte legitime &c.: Explicatio Alexandri addita Conſtitutioni Innocentianæ.
(e) Provenien., vel Imperialium: Ut ſupra ad notam (c) pag. 50.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1265.

numerata; quam ſi non ſolverit, in perpetuo carcere detrudatur. Quæ autem de domorum [a], & appendicium deſtructione, bonorum publicatione, ac pœnarum impoſitione facienda Dominis domuum earumdem, præmiſſa ſunt, volumus obſervari; niſi fortè Diœceſano, vel in ejus abſentia, ipſius Vicario una cum *Inquiſitoribus*, vel *Inquiſitore* hæreticorum, vel ſoli ipſi Diœceſano, quando Inquiſitorum, vel Inquiſitoris præſentia de facili haberi non poterit, legitimè conſtiterit per teſtes fide dignos, & omni exceptione majores, præfatarum Domorum Dominos in hoc caſu penitùs innocentes, & prorſus inculpabiles extitiſſe, ac etiam eſſe, non eſſe credentes, vel receptatores, aut defenſores, ſive fautores hæreticorum, vel de hæretica labe ſuſpectos, quos nec in domibus, vel appendicibus, nec in bonis eiſdem, ſeu quovis modo puniri volumus, ſi, ut dictum eſt, apparuerint innocentes.

Pœna vicorum, locorumque, in quibus hæretici reperti fuerint, niſi &c.

Burgus autem ille, ſeu Caſtrum, in quo hæretici capti fuerint, vel inventi, componat Communi Civitatis, vel loci, in cujus diſtrictu eſt, centum libras, & Villa quinquaginta, viciniatam Burgi, quam Caſtri, & Civitatis libras viginti quinque *Provenien.*, vel *Imperialium* [b] in pecunia numerata; niſi infra quintum diem receptatores ipſorum captos præſentaverint Poteſtati, ſive cuivis alii Præſidenti ejuſdem regimini Civitatis; niſi fortè per legitimas probationes Diœceſano, vel in ejus abſentia ejus Vicario una cum *Inquiſitoribus*, ſeu *Inquiſitore* hæreticorum, vel ſoli ipſi *Diœceſano*; quando Inquiſitorum, vel Inquiſitoris præſentia de facili haberi non poterit, plenè, ac evidenter conſtiterit, quod ipſos capere nullatenus potuiſſent; ut eos ad captionem, & præſentationem hujuſmodi faciendas ſufficientem, & congruam adhibuiſſe ſolicitudinem, & cautelam.

22. §.

Pœna eorum, qui hæreticis auxilium præbent.

Quicumque verò depræhenſus fuerit dare alicui hæretico conſilium, & auxilium, ſeu favorem præter aliam pœnam ſuperius, & inferius prætaxatam ex tunc ipſo jure in perpetuum ſit factus infamis; nec ad pu- A blica officia, ſeu conſilia, vel ad eligendos alios ad hujuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, ut nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus prætereа ei ſuper quocumque negotio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur. Quod ſi fortè Judex extiterit, ejus ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad ejus audientiam perferantur; ſi fuerit Advo- B catus, ejus patrocinium nullatenus admittatur; Si Tabellio, Inſtrumenta confecta per ipſum nullius penitus ſint momenti.

Credentes ut hæretici puniantur.

Credentes quoque erroribus hæreticorum tamquam hæretici puniantur;

Hæreticorum teſtamenta nulla.

Teſtamenta eorum, qui hæretici deceſſerunt, nullius volumus eſſe momenti.

23. §.

Nomina damnatorum de hæreſi in quatuor libris annotentur, & publicentur.

Teneantur inſuper Poteſtas, ſive Capitaneus, Conſules, ſive Rector, vel quivis alius Præſidens regimini Civitatis, vel loci nomina virorum omnium, C qui de hæreſi fuerint infamati, vel banniti, in quatuor libellis unius tenoris facere annotari, quorum unum Commune Civitatis, vel loci habeat, & alium Diœceſanus, & tertium Fratres *Prædicatores*, & quartum Fratres *Minores*; & ipſorum nomina ter in anno in Concione publica ſolemniter faciat recitari.

24. §.

Filii, & nepotes eorundem damnatorum ad nullum officium admittantur.

Teneantur quoque Poteſtas, ſeu Rector, vel quicumque Regimini ſupradicto præ- D fuerit, filios, & nepotes hæreticorum, & receptatorum, defenſorum, & fautorum eorum, diligenter inveſtigare, eoſque ad aliquod officium publicum, ſeu conſilium nullatenus admittere in futurum.

De Aſſeſſore a Magiſtratu Inquiſitoribus aſſignando, cum opus fuerit,

Teneantur prætereа Poteſtas, ſeu Rector, vel quivis alius hujuſmodi Regimini præſidens unum de Aſſeſſoribus ſuis, quem elegerit Diœceſanus, ſi fuerit præſens, & *Inquiſitores*, ſeu *Inquiſitor* prædicti Sedis Apoſtolicæ auctorita- E te deputati, mittere cum eis, quandocumque voluerint, in juriſdictione Civitatis, vel loci, ac ejus diſtrictu; qui Aſſeſſor,

ejuſque munere.

ſecundum quod prædictis *Inquiſitoribus*, ſeu *Inquiſitori* viſum fuerit, ibi tres, aut plures boni teſtimonii viros, vel totam viciniam, ſi eis videbitur, jurare compellat: quod ſi quos ibidem hæreti-

(a) QUÆ AUTEM DE DOMORUM &c.: Hoc vero additamentum eſt Alexandri, quo caret Innocentii Conſtitutio, uſque ad illa: *Burgus autem ille &c.*

(b) PROVENSEN., VEL IMPERALIUM: Ut ſupra ad notam (c) p. 50., cum Innocentius habeat *Libras L. Imperialium*.

Digitized by Google

reticos ſciverint, vel bona eorum, vel alios occulta conventicula celebrantes, ſeu a communi converſatione Fidelium vita, & moribus diſſidentes, vel credentes, aut defenſores, ſeu receptatores, vel fautores hæreticorum, eos dictis *Inquiſitoribus*, ſive *Inquiſitori* ſtudeant indicare. Ipſi autem Poteſtas, Conſules, ſeu Rector, vel quivis alii regimini Præſidentes purgare teneantur ab hæretica fœditate Civitatem, locumque, cui præfuerint, totamque terram, vel diſtrictum ſuæ juriſdictionis ſecundum leges per quondam *Fredericum* olim Romanorum Imperatorem, tunc in devotione Eccleſiæ Romanæ perſiſtentem, Paduæ promulgatas contra hæreticam pravitatem; & earum tenores facere annotari in ſuis Capitularibus, nullis inde temporibus abolendas. Teneatur inſuper Poteſtas, ſeu quivis Rector Civitatis, vel loci, quocumque vocabulo nuncupetur, in deſtructione domorum, & condemnationibus faciendis, & in rebus inventis, vel occupatis conſignandis, & devidendis, de quibus ſuperius dicitur, infra viginti dies [a]; poſtquam accuſatio, ſive denunciatio facta fuerit, hæc omnia exequi cum effectu; & condemnationes omnes in pecunia numerata infra tres menſes exigere, & dividere illas; ſicut inferius continetur; & eos, qui ſolvere non poterint, banno maleficii ſupponere; & donec ſolvant, in carcere detinere; alioquin pro his omnibus, & ſingulis ſyndicetur, ſicut inferius continetur. Inſuper teneatur unum de Aſſeſſoribus ſuis, quemcumque Diœceſanus, vel ejus Vicarius, vel dicti *Inquiſitores*, ſeu *Inquiſitor* hæreticorum voluerit, ad hæc peragenda fideliter aſſignare, & mutare pro tempore, ſi eis viſum fuerit opportunum. Omnes autem condemnationes, vel pœnæ, quæ occaſione hæreſis factæ fuerint, neque per concionem, neque per conſilium, neque ad vocem populi ullo modo, aut ingenio aliquo tempore valeant relaxari. Teneantur inſuper Poteſtas, Capitaneus, Conſul, ſeu quivis alius Rector omnia bona hæreticorum, & receptatorum eorum, quæ per dictos Officiales fuerint occupata, ſeu inventa, & condemnationes pro his exactas; necnon & lignamina [b], lapides, & tegulas Domorum, & Turrium, quæ occaſione hæreſis, deſtruentur, & bona tam mobilia, quam immobilia, quæ eâdem occaſione confiſcabuntur, dividere tali modo: una pars remaneat in Commune Civitatis, ſeu loci: ſecunda pars in favorem, & expeditionem officii detur Officialibus, qui tunc negotia ipſa peregerint: tertia pars ponatur in aliquo tuto loco, ſecundum quod dictis Diœceſano, & *Inquiſitoribus*, vel *Inquiſitori* videbitur reſervanda, & expendenda per conſilium eorumdem in favorem Fidei, & ad hæreticos extirpandos [c]; non obſtante hujuſmodi diviſioni ſtatuto aliquo condito, vel condendo. Teneatur [d] præterea Poteſtas, vel Rector Civitatis, ſeu loci alterius, vendere bona fide cum conſilio, & aſſenſu *Inquiſitorum*, vel *Inquiſitoris* bona, quæ confiſcantur occaſione hæreticæ pravitatis, infra tres menſes poſt confiſcationem hujuſmodi; quod ſi non fecerit, præmiſſas pœnas eo ipſo incurrat, & nihilominus *Inquiſitores*, vel *Inquiſitor* libere ea vendere valeat, requiſito conſilio Diœceſani, vel ejus Vicarii, ſi præſens non fuerit, & duorum Fratrum *Prædicatorum*, & totidem *Minorum* Ordinum, quos Prior, & Guardianus, ſi Conventus ibidem fuerint eorumdem Ordinum, ad hoc duxerint eligendos. Et emptores bonorum hujuſmodi illa liberè, ac licitè habeant, & poſſideant; & verum ipſorum bonorum dominium per emptionem hujuſmodi transferatur ad ipſos. Si quis autem de cætero aliquod iſtorum ſtatutorum, ſeu Conſtitutionum attentaverit delere, minue-

25. §. Magiſtratus terras ab hæretica pravitate purgare tenentur ſecundum leges &c.

26. §. Condemnationum executio intra quod tempus fieri debeat;

27. §. eaque per Aſſeſſorem Magiſtratus.

Pœnæ autem nullo modo relaxentur.

28. §. Bona hæreticorum qualiter dividenda.

29. §. Eorundem bona confiſcata vendantur, & per quos.

30. §. Pœna non obſervantium has Conſtitutiones.

(a) INFRA VIGINTI DIES: Cum Innocentius, & Alexander ſtatuiſſet *infra decem dies*.

(b) NECNON ET LIGNAMINA &c.: Additamentum Clementis uſque ad illa: *dividere tali modo*.

(c) EXTIRPANDOS: Zanchinus, qui circa annum 1330. ſcripſit Tractatum *de Hæreticis*, cap. 26. ad hunc §. advertit: *Hodie tamen dicunt Inquiſitores, quod iſta conſuetudo eſt per deſuetudinem abrogata, & dicunt, quod per Apoſtolica reſcripta fiſcus in hoc caſu declaratur aliter &c.*: ad quæ legi poterit & Additio Camilli Campegii ad dictum cap. 26., ſubditque Zanchinus: *nam dicunt, quod Romana Eccleſia erit, & eſt fiſcus quantum ad iſta bona, & quod ipſa Rom. Eccleſia vult, quod dimidia dictorum bonorum deſignetur ſua Cameræ, & alia dimidia remaneat officio Inquiſitionis pro incumbentibus tolerandis; & ita de conſuetudine obſervatur*. Adeatur & epiſtola Alexandri IV. *Diſcretioni veſtra &c.* anno 1260. die 24. Septembris Inquiſitoribus Ord. Min. ſcripta.

(d) TENEATUR &c.: Totus hic §. uſque ad illa: quæ infra paulo ſequuntur *Si quis autem &c.* additus eſt a Clemente.

Digitized by Google

minuere, vel mutare ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, Poteſtas, Capitaneus, ſeu Conſul, vel alius quivis Rector, qui pro tempore fuerit in illa Civitate, vel Loco teneatur, eum tamquam defenſorem hæreticorum publicum, & fautorem ſecundum formam præſcriptam perpetuò publicè infamare; atque punire in libris quinquaginta *Provenientium*, vel *Imperialium* [a] in pecunia numerata; quam ſi exigere non poterit, eum maleficii banno ſupponat; de quo eximi non valeat, niſi ſolvat duplam dictæ pecuniæ quantitatem.

31. §. *Novus Magiſtratus præcedentem Magiſtratum ſyndicet, & per quos.*

Teneatur ſanè Poteſtas, Capitaneus, ſive Conſul, ſeu quivis Rector infra *duodecim* dies [b] ſui regiminis *ſyndicare* [c] præcedentem proxime Poteſtatem, Capitaneum, Conſulem, vel Rectorem, & ejus etiam Aſſeſſores per *tres* viros catholicos, & fideles, quos infra tres dies regiminis ſupradicti eligant una cum Diœceſano Fratres *Prædicatores*, & *Minores* a ſuis Priore, & Guardiano pariter aſſignati, ſeu *Inquiſitores*, vel *Inquiſitor* hæreticæ pravitatis, de omnibus his, quæ in ſtatutis iſtis, ſeu Conſtitutionibus, & Legibus antedictis contra hæreticos, & eorum complices editis continentur: & punire ipſos, ſi exceſſerint, in omnibus, & ſingulis, quæ omiſerint; & cogere reſtituere de propria facultate, non obſtante, ſi per aliquam licentiam conſilii, vel alterius cujuslibet a ſyndicatione fuerint abſoluti.

32. §. Jurabunt autem prædicti tres Miniſtri bona fide ſyndicare præfatos de omnibus ſupradictis.

33. §. *Statuta his Conſtitutionibus adverſa deleantur.*

Cæterum tenentur Poteſtas, ſeu Capitaneus, Conſul, aut quivis Rector cujuslibet Civitatis delere, ſeu abradere penitus de Statutis, & Capitularibus Communis quodcumque Statutum conditum, vel condendum, inveniatur contradicere iſtis Conſtitutionibus, ſeu Statutis, & Legibus memoratis, ſive quomodolibet obviare. Et in principio, & in medio ſui regiminis hæc Statuta, ſeu Conſtitutiones, & Leges ipſas in publica concione ſolemniter facere recitare, & etiam in aliis locis extra Civitatem ſuam, ſeu locum, ſicut Diœceſano, ſeu *Inquiſitoribus*, ſive *Inquiſitori* videbitur expedire. *Conſtitutiones vero publice recitentur.*

34. §. *& ſcribantur in quatuor libris cuſtodiendis.*

Porrò hæc omnia Statuta, ſeu Conſtitutiones, & Leges præfatæ, &, ſi quæ aliæ contra hæreticos, & eorum complices tempore aliquo auctoritate Sedis Apoſtolicæ condentur, in *quatuor* voluminibus unius tenoris debeant contineri, quorum unum ſit in Statuto Communis cujuslibet Civitatis, vel loci; ſecundum apud Diœceſanum, tertium apud Fratres *Prædicatores*, quartum apud Fratres *Minores* cum omni ſinceritate ſerventur; ne poſſint per falſarios in aliquo violari [d].

Datum Perusii III. Nonas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo. [e]

Epiſcopum Ruthenen. *O. M. in variis accuſatum abſolvit a proceſſu contra eum facto.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 202. to. 3. an. 1.)

LV. Anno 1265. die 13. Novembris.

CLEMENS &c.

Ad perpetuam rei memoriam.

Relatio factorum.

De Venerabili Fratre noſtro V. [f] Epiſcopo *Ruthenen.* [g] multis dudum, & gravibus, quæ Pontificalis honorem officii non decebant, ad Prædeceſſorum noſtrorum aures inculcata nuntiatione perlatis, videlicet quod excommunicatus, & irregularis Divina prophanabat offitia; pravitatem Symoniacam exercebat; vitio incontinentiæ eo præſertim, quod eſt magis abhominabile, laborabat; & aliis multis criminibus irretitus; fel. record. Alexander [h] primo per Nos tunc Narbonen. Eccleſiæ [i] preſidentes, & poſtmodum piæ memoriæ Urbanus [k] prædeceſſores noſtri Romani Pontifices, cum per Nos in commiſſo

Alexander, & Urbanus IV. committunt cauſam Epiſc. Ruthen.

(a) Proventientium, vel Imperialium: Ut ſupra ad notam (c) pag. 50.
(b) Infra duodecim dies: *Infra decem dies* decreverant Innocentius, & Alexander.
(c) Syndicare: ideſt diſcutere, & examini ſubjicere.
(d) Violari: Alias pro hac *Bulla* notas videre poteris apud præcitatas Innocentii, & Alexandri Conſtitutiones.
(e) Hanc Clementis Conſtitutionem iteravit Nicolaus IV. anno 1289. 22. Aprilis.

(f) V.: *Viviano* ex Ord. Min. invito, ac renitente a Capitulo delecto, & ab Innocentio IV. confirmato per litteras *Cum ex injuncto &c.* anno 1247. die 15. Martii datas, & in 1 hujus Operis tomo relatas n. 185.
(g) Ruthenen.: In Aquitania Orientali, vulgo *Rodez* ſub Archiepiſcopo Bituricen.
(h) Alexander: *Quartus* hujus nominis, cujus de hac re litteræ deſiderantur.
(i) Narbonen. Eccleſiæ: A qua ad Sabinen. Sedem ab Urbano IV. translatus eſt anno 1262
(k) Urbanus: Etiam IV. hujus nominis.

Digitized by Google

miſſo negotio non fuiſſet proceſſum, per Venerabilem Fratrem noſtrum O.[a] *Mimaten.* Epiſcopum[b] ſuper infamia ejuſdem *Ruthenen.* Epiſcopi; & ſi eam contingeret reperiri, ſuper ipſis criminibus veritatem diligenter mandavit inquiri, & remitti ſibi fideliter inquiſitam. Sane dictus *Mimaten.* Epiſcopus mandatum exequens Apoſtolicum, & appellationi non deferens ex parte ejuſdem *Ruthenen.* Epiſcopi interjectæ ad inquiſitionem proceſſit infamiæ ſuper expreſſis, & non expreſſis criminibus; & eidem prædeceſſori Urbano per ſuas remiſit litteras, quod invenit; cujus proceſſum cum idem *Ruthenen.* Epiſcopus in prædicti prædeceſſoris Urbani præſentia multipliciter impugnaſſet; tandem quaſi ſuæ ſibi conſcius innocentiæ ſe paratum aſſeruit, omiſſo proceſſu dicti Epiſcopi *Mimaten.*, ſubire ſuper præmiſſis inquiſitionis examen faciendæ per quoſcumque viros diſcretos, timentes Deum, ac juſtitiam diligentes. Porrò poſt hæc dictus prædeceſſor Urbanus nolens dimittere ceptum negotium incompletum eidem *Ruthenen.* Epiſcopo per duos ſuos Cappellanos fecit injungi[c], quod infra tres ſeptimanas poſt injunctionem hujuſmodi Romanam exiret Curiam infra quinque alias eaſdem tres immediate ſequentes ad *Ruthenen.* rediturus Eccleſiam; & inquiſitionis hujuſmodi ſubiturus examen; quod tamen idem Epiſcopus non implevit; cum nec tunc, nec poſtea ad Eccleſiam ſuam redierit in eadem Curia hucuſque continuè moram trahens. Verum poſt injunctionem hujuſmodi per Cappellanos prædictos factam eidem Epiſcopo *Ruthenen.* de dictis octo ſeptimanis, quatuor jam elapſis; idem prædeceſſor Urbanus Venerabili Fratri noſtro[d] .. *Biterren.* Epiſcopo[e], & dilectis filiis ... Cantori Nivernen., & Magiſtro Henrico de Verziliano Antiſiodoren. Canonico per ſuas dedit litteras[f] in mandatis narrationem prædictorum plenariè continentes, ut perſonaliter ad *Ruthenen.* accedentes Eccleſiam, ſi ejuſdem *Ruthenen.* Epiſcopi in ſua Diœceſi copia non poſſet haberi, eo publicè citato in Eccleſia *Ruthenen.* poſt octo ſeptimanas prædictas, ut infra certum terminum peremptorium, quem ei præfigerent, coram eis perſonaliter ſuper præmiſſis comparere curaret; ex tunc ſive citationi pareret idem *Ruthenen.* Epiſcopus, ſive non, nullis obſtantibus appellationibus, nulliſque proceſſibus per nos, vel prædictum *Mimaten.* Epiſcopum habitis ſuper antedictis articulis; & nihilominus ſuper quibuſdam aliis ſtatum ejuſdem *Ruthenen.* Epiſcopi; ſi tamen ſuper aliis per inquiſitionem prædictam apud bonos, & graves infamatum invenirent eumdem; inquirerent veritatem ſollicitè; & remitterent inquiſitam. Cæterum dicti *Biterren.* Epiſcopus, & collegæ poſt receptum mandatum hujuſmodi anni jam ſpatio revoluto per dilectum filium Berengarium de Barreria Archidiaconum de Amiliano[g], & B. Archipresbyterum de Conchis ejuſdem Diœceſis dictum Epiſcopum cujus copia in Eccleſia, vel Diœceſi *Ruthenen.* haberi non poterat, publicè & peremptoriè in ipſa Ruthenen. Eccleſia citari fecerunt ad certum terminum, in quo coram eis Ruthenæ perſonaliter compareret

Ruthenen. Epiſcopus proceſſum contra ſe factum impugnat;

qui jubetur Rom. Curiam exire,

& ad ſuam redire Eccleſiam.

Aliis demandatur inquiſitio apud ejus Eccleſiam,

ad quam ipſe non accedit,

(a) O.: *Odonem*:

(b) Mimaten. Episcopum; Vulgo *Mandè* in eadem Provincia, & ſub eodem Archiepiſcopo Bituricen., ad quem Epiſcopum tam Urbani, quam ad *Narbonen.* Archiepiſcopum Alexandri litteræ deſiderantur, ut dixi.

(c) Injungi: Hæc etiam commiſſio, & epiſtola non habetur.

(d) Fratri nostro: *Pontio* de S. Juſto, qui ab anno 1262. ad ann. uſque 1293. ſedit ex nova Gallia Chriſtiana tom. 5.

(e) Biterren. Episcopo: Vulgo *Beziers* in Occitania inferiori ſub Archiepiſcopo Narbonenſi.

(f) Litteras: Quæ non habentur etiam ex aliis, & incipiunt: *Olim inquiſitionis &c.* anno ſuperiore Kal. Julii datis, ut ſequitur: „ Urbanus Episcopus &c. „ Venerabili fratri .. Epiſcopo &c. Olim inquiſitionis „ negotium contra venerabilem fratrem noſtrum .. Ruthenen. Epiſcopum ſuper diverſis criminibus vobis ſub „ certa forma per noſtras litteras duximus committendum, compellendi perſonas religioſas cujuſcunque „ Ordinis, vel Religionis ad perhibendum teſtimonium veritati, non obſtantibus quibuſcumque indulgentia, vel privilegio ipſis, vel eorum Ordini conceſſis a Sede Apoſtol. ſub quacunque forma verborum, conceſſa vobis plena, & libera facultate. Verum quia creditur per *Fratres Minorum*, & *Prædicatorum* Ordinum hujuſmodi crimina poſſe probari, „ compellendi per cenſuram Eccleſiaſticam juxta tenorem prædictarum litterarum Fratres prædictorum „ *Minorum*, & *Prædicatorum* Ordinum ad perhibendum in eodem negotio teſtimonium veritati; non obſtante indulgentia Sedis ejuſdem, qua ipſis, vel eorum Ordini dicitur eſſe conceſſum, ut ad perhibendum teſtimonium in cauſis, vel negociis quibuſcunque compelli non poſſint per litteras Apoſtolicas, „ quæ de indulto hujuſmodi plenam & expreſſam non „ fecerint mentionem; ſive qualibet alia Sedis ipſius, „ per quam effectus litterarum noſtrarum impediri valeat, aut diferri, vobis auctoritate præſentium concedimus poteſtatem. Datum apud Urbem veterem „ Kalendis Julii Pontificatus noſtri anno tertio. „ Ex Regeſ. Vatic. Pontif. epiſt. 272. tom. 3. an. 3.

(g) Amiliano: Ruthenen. Diœceſis Oppido, ubi FF. Minores locum habebant, de quo in eorum Annal.

Digitized by Google

ret in inquiſitionis negotio proceſſurus. Ad quem diem & locum Inquiſitores prædicti perſonaliter venientes, & Epiſcopum prædictum non inventum ibidem diebus aliquot expectantes; B. & A., qui ſe dicebant Procuratores ejuſdem Epiſcopi, ejus abſentiam ex variis cauſis excuſantibus; & pro eodem ad impediendum inquiſitionis proceſſum exceptiones aliquas proponentibus, ac inſuper terminum poſtulantibus competentem, infra quem poſſent certificare ipſum tunc apud præfatam Sedem conſtitutum de mandato, & citatione prædictis excuſationes, & exemptiones hujuſmodi tanquam falſas evidenter & frivolas reprobantes, petito termino denegato ad inquiſitionem de veritate criminum in præfatis litteris Apoſtolicis expreſſorum, & infamia ſuper criminibus in eiſdem litteris non expreſſis, ſed generali clauſula comprehenſis; prout ſuo officio dicebant incumbere, proceſſerunt. Appellantibus tamen dictis Procuratoribus ad prædictam Sedem in ſcriptis, diverſiſque in appellatione ſua cauſis gravaminum aſſignatis; ſed iidem Inquiſitores dicti B., qui ſe procuratorem dicebat tamquam inſufficiente procuratorio reprobato, & prænominato A. velut excommunicato publicè non admiſſo; appellationum cauſas tanquam falſas & frivolas nihilominus reputantes, appellationibus eorum minimè detulerunt; conſumatumque tandem Inquiſitionis proceſſum ſæpedicto prædeceſſori Urbano, prout eis injunctum fuerat, remiſerunt; & demum eodem prædeceſſore Urbano viam univerſæ Carnis ingreſſo; Nos eidem pro voluntatis Divinæ beneplacito in Apoſtolatus officio ſubſtituti diù ſuſpenſis negotiis finem imponere cupientes dictum *Ruthenen.* Epiſcopum ſuper iis, quæ contra dictum proceſſum, & dilectum filium V. Archidiaconum Bituricen. Procuratorem Venerabilis Fratris noſtri [a] ... *Bituricen.* Archiepiſcopi [b] ſimiliter ſuper omnibus, quæ ad proceſſus defenſionem eiuſdem in noſtra, Fratrumque noſtrorum præſentia voluerunt proponere, audivimus diligenter. Cumque examinationi hujuſmodi quæſtiones nonnullæ viris ſapientibus dubitabiles incidiſſent; unam præ cæteris diſcuſſioni ſubjecimus acriori, an ſcilicet prædictus *Ruthenen.* Epiſcopus factæ ſibi, ut prædicitur, a prædicto prædeceſſore Urbano per duos Cappellanos præfatos injunctioni non parens, citatuſque poſtmodum peremptoriè in præfata Eccleſia, ut infra certum terminum coram dictis Inquiſitoribus perſonaliter compareret ibidem, cujus citationis notitia propter termini brevitatem infra eumdem terminum ad ipſum nullo modo potuit pervenire, juſtè potuerit contumax judicari; & per conſequens contra eum tanquam contra contumacem in inquiſitione procedi; quod utique dictus Procurator prælibati Archiepiſcopi aſſerebat. Cum enim idem Epiſcopus, prout receperat in mandatis, infra octo ſeptimanas in ſua Eccleſia ſui copiam facere debuiſſet; quod utique facere noluit, licet potuerit, videtur feciſſe per conſequens, quo minus ad eum perveniſſe citatio potuiſſet in eâdem Eccleſia juxta mandatum Apoſtolicum facienda; quo caſu ſuam non potuit contumaciam excuſare; ibi ſiquidem citatus extitit, ubi eum dictus prædeceſſor Urbanus citari mandavit; & hoc fine ei injunctum fuerat, quod infra octo ſeptimanas in ſua eſſet Eccleſia, ut ibidem inquiſitionis prædictæ ſubiret examen. Unde injunctioni Apoſtolicæ ſubjuncta pariter & conjuncta Inquiſitorum citatio interpretativam citati contumaciam infallibili ratione concludit. Alioquin ſequeretur abſurditas, ut ſcilicet idem prædeceſſor Urbanus, qui ſe velle accelerationem negotii, ſublatis impedimentis omnibus, in ſuis litteris fatebatur; eidem negotio cauſam ſuperfluæ dilationis dediſſet, octo ſeptimanis prædictis interpoſitis otioſè; quæ utique ſine fructu pertranſiſſe videntur, ſi poſt eas elapſas ita per omnia citari oportuit dictum Epiſcopum *Ruthenen.* in Curia contumaciter commorantem, ac ſi nulla præceſſiſſet injunctio de receſſu; quam abſurditatem comitaretur & alia, quod videlicet idem Epiſcopus ex ſua inobedientia commodum reportaret. Pro parte verò Epiſcopi dicebatur, quod facta ſibi injunctio, de qua agitur, cui,

Margin notes: ejuſque Procuratores abſentiam excuſant, — & contra inquirentes ad A. S. appellant. — Pontifex cauſam ad ſe delatam cognoſcit, — & an ille contumax dicendus, inquirit, — adverſariorum rationes adducens, — quibus Ruthen. Epiſcopus reſpondit,

(a) Fratris noſtri: B. *Philippi* Bervier à Sanmàrth. in Gallia Chriſtiana, & aliis celebrati.

(b) Archiepiſcopi: Et prædicti Ruthenen. Metropolitani.

Digitized by Google

cui, ut firmiter aſſerebat, parere non potuit morbo ſontico præpeditus, in nullo arctavit eumdem tum propter impedimentum Canonicum, tum quia etiam ſi in termino injunctionis prædictæ ad ſuam veniſſet Eccleſiam, Inquiſitores minimè reperiſſet, qui per annum & amplius ad locum accedere diſtulerunt; nec veriſimiliter dici poſſet, quod eos per tantum temporis ſpatium expectare teneretur ibidem, præſertim cum ipſorum nec vidiſſet, nec audiſſet ab aliis poteſtatem; ſed nec eorum citatio eum arctare potuit, quam penitus ignoravit, nec eadem ad ejus notitiam potuit pervenire. Ignorans igitur non deliquit, præſertim ſi ſcire non potuit; nec ignorantiam affectavit; nec dici poteſt, quod fecerit, quo minus ad eum perveniret citatio, quam neſcivit emiſſam. Iis igitur, & aliis, quæ fuerunt hinc inde propoſita coram nobis, & Fratribus noſtris, diligentius intellectis; attendendum in primis duximus, quod illa prædicti prædeceſſoris Urbani injunctio, qua mandavit eumdem Epiſcopum *Ruthenen.* infra ſtatutum tempus ad præfatam Eccleſiam Ruthenen. reverti ſubiturum inquiſitionis examen; citatio dici non potuit ad negotium, quod nulli fuerat tunc commiſſum; nec vim citationis obtinuit, ſed præcepti: quod licet futuri judicii præparatorium videretur, judicialibus tamen actibus commiſſionem factam poſtea contingentibus annumerari non potuit; cum etiam ſi idem prædeceſſor Urbanus poſt factam injunctionem hujuſmodi, & inquiſitionem commiſſam ſæpedictis Biterren. Epiſcopo & Collegis, nulla ab eis citatione emiſſa, diem forte clauſiſſet extremum, Inquiſitorum juriſdictio, ſeu officium expiraſſet. Quamobrem ipſe *Ruthenen.* Epiſcopus, etiamſi Canonico impedimento ceſſante, prædeceſſori eidem non paruit, ut eſt dictum, ei ſoli in hac parte peccavit, cujus fuit tranſgreſſus imperium; ſed Inquiſitores in hoc articulo non offendit, a quibus ex tranſgreſſione hujuſmodi nulla poſſet ratione puniri, niſi eſſet eis ſpecialiter demandatum; ſed nec in peremptorio, quod ei poſtmodum præfixerunt, contumax dici debuit, quod nec ſcivit, nec ſcire potuit emanaſſe propter termini brevitatem; cum terminum talem præfigere eidem Epiſcopo debuiſſent, quo & poſſet certiorari in Curia, & certioratus ad diem occurrere præfinitum; nec ex hoc ſequitur, quod lapſus octo ſeptimanarum, quas præfatus prædeceſſor Urbanus eidem Epiſcopo ad reditum ſuum præfixerat, fuerit otioſus, cum eumdem Epiſcopum ad pœnam aſtrinxerit, ſi inobediens extiterit; & perſonali citationi faciendæ in præfata Eccleſia Ruthenen. locum dederit; ſicut per eumdem prædeceſſorem Urbanum extitit ordinatum; quamquam & illud probabiliter dici poſſit, quod idem prædeceſſor eidem Epiſcopo morem gerens, ſcienſque non ſemper eſſe liberum Prælatis a Curia noſtra recedere, ad componendas ſarcinulas, & debita perſolvenda tempore non obtento, maluit ſibi tempus prefigere, quam præfigendum Inquiſitorum arbitrio reſervare. Quapropter proceſſum per eoſdem Inquiſitores habitum contra dictum *Ruthenen.* Epiſcopum in abſentia conſtitutum, & legitimè non citatum de Fratrum noſtrorum conſilio reprobamus, eum caſſum & irritum exigente juſtitia nuntiantes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reprobationis, & nuntiationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Peruſii Idibus Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo [a].

Marginalia: A; B; C; D; E — & Pontifex ei aſſentitur, — complura conſiderat juris conſultiſſimus, — ac demum proceſſum contra eundem reprobat. — Clauſula prohib. &c.

Ut contra hæreticam pravitatem duos Inquiſitores *inſtituat in* Venetis, *Marchia Tarviſina*, *aliiſque vicinis Civitatibus cum auctoritate &c.* (Ex Autographo in Archivo Conventus Sancti Firmi majoris Veronen.)

(a) In ſequenti anno per litteras *Cum dilecti &c.* 26. Julii eidem Epiſcopo ſcriptas agitur de reſumenda cauſa; & ex aliis eodem die Jo: S. Nicolai in Carcere Tul. Cardinali Diac. datis *aquanimiter morum &c.* Ceterum hic *Epiſcopus* anno 1263. præſens fuit ſententiæ ab Ja: S.Mariæ in Coſmedin Diac. Cardinali in cauſa vertente inter Leonardum Archiepiſcopum *Creten.*, & Commune Venetorum ſupèr nonnullis bonis, & juribus latæ apud Urbem veterem IX.Kalend. Aprilis indic.VI., & a Pontifice ibidem confirmatæ XIII.Kalend. Maji anno II. ex ejuſdem Pontificis Urb.IV.Regeſ.Vatic. epiſt. 96., in qua ſententia clare, & aperte dicitur *Frater Vivianus Ordinis Fratrum Minorum Ruthenenſis Epiſcopus*.

Clemens PP. IV. An.Ch. 1265.

LVI.

Anno 1265. die 20. Novembris.

CLEMENS &c.

Dilecto filio.. Miniſtro Provinciali Fratrum Ord. Minorum in adminiſtratione Marchiæ Tarviſinæ[a] *Sal., & Ap. Ben.*

Magis Italiæ contra hæreticam pravitatem conſulendum a Pontifice, & quare.

LICET ex omnibus Mundi partibus, quæ Chriſtiana Religione cenſentur, ex Officii noſtri debito extirpare lætiferam peſtem hæreticæ pravitatis; in *Italia* tamen imminet Nobis hæc ſollicitudo propenſius, ubi eamdem peſtem propter malitiam temporis, quæ in detrimentum Fidei Catholicæ perverſa genimina germinavit ex vicinitate perſenſimus abundantius ſucreviſſe. Cupientes igitur in *Venetiis*, *Marchia Tarviſina*, necnon *Forojulenſi*[b], *Feltrenſi*, & *Bellunenſi*[c], *Concordienſi*[d], *Cenetenſi*[e], *Civitatis Novæ*[f], *Torcellenſi*, *Caprulenſi*, *Clugienſi*, *Adrienſi*[g] Civitatibus, & Diœceſibus per aliquos de Fratribus tui Ordinis partem ſuper hoc noſtræ ſollicitudinis adimpleri. Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus de conſilio aliquorum diſcretorum Fratrum ipſius Ordinis eligas *duos* de Fratribus ejuſdem Ordinis tuæ adminiſtrationis idoneos ad hujuſmodi opus Dominicum exequendum; eiſque in virtute obedientiæ diſtrictè Apoſtolica auctoritate procures, ut *Inquiſitionis* Officium in locis prædictis contra hæreticos, credentes, fautores, defenſores, & receptatores eorum juxta formam in aliis noſtris litteris expreſſam, quas Fratribus prædicti Ordinis *Inquiſitoribus* hujuſmodi pravitatis in eiſdem locis deputatis auctoritate Apoſtolica, & in poſterum deputandis, non expreſſis aliquorum nominibus, ſuper exequendo dicto *Inquiſitionis* Officio deſtinamus[h], exequi ſtudeant diligenter. Nos enim prædictos duos Fratres, quos ad hoc elegeris; & utrumque ipſorum præfatum Officium exequi juxta formam in literis ipſis expreſſam, ac ipſos illam poteſtatem, & auctoritatem plenariè habere volumus, quæ in eiſdem literis continetur. Si verò tu, vel Vicarius tuus te abſente aliquem *Inquiſitorum* hujuſmodi ex aliqua fortè cauſa nonnunquam fortè videritis amovendum, ipſum amoveatis, & ſubſtituatis loco ejus alium, quem ſimilem poteſtatem, & auctoritatem habere volumus, quoties vobis deliberatione cum aliquibus diſcretis Fratribus dicti Ordinis præhabita, hoc fore videbitur faciendum. Etſi aliquem, vel aliquos Inquiſitorum ipſorum decedere fortè contigerit, Nos ſubſtituendi de conſilio aliquorum diſcretorum Fratrum ejuſdem Ordinis alium vel alios loco illius, vel illorum, qui deceſſerint, ita quod hujuſmodi ſubſtituti eiſdem omnino auctoritate, ac poteſtate fungantur, tibi dictoque Vicario, ſi tu abſens fueris, plenam, & liberam concedimus tenore præſentium facultatem.

Civitates Inquiſitoribus Provinciæ Venetæ, ac Marchiæ Tarviſinæ contra hæreticos aſſignatæ.

Mandat, ut binos conſtituat Inquiſitores.

Quibus plenam auctoritatem, & poteſtatem tribuit juxta litteras &c.

Facultas tribuitur Miniſtro Provinciæ, ejuſque Vicario amovendi Inquiſitores, aliosque ſubſtituendi, cum opus fuerit.

Datum Peruſii XII. Kalendas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ne ſubſidia, vel contributiones, ſubventioneſque, perſonis quibuſcunque ſolvere teneantur, niſi de Indulto Apoſtolico, ac earum Ordine facta mentione. (Ex AUTOGRAPHO Conventus S. Franciſci Salmanticen., & Monaſterii S. Claræ Ravennaten. apud RODERICUM in Bullario Regular. Bul. XI. Clementis IV., Speculum Min. tract. 1. fol. 12., atque FIRMAMEN. trium Ordinum par. 2. tract. 1. fol. 21., & WADDINGUM ad hunc annum in Regeſ. Pontif. num. XI.)

LVII.

Anno 1265. die 20. Novembris.

CLEMENS &c.

Dilectis in Chriſto filiabus univerſis Abbatiſſis, & Conventibus Sororum incluſarum Monaſteriorum Ordinis Sanctæ Claræ *Salutem, & Apoſt. Bened.*

Exordium.

QUANTO ſtudioſius devota mente, ac humili divinæ contemplationis vacatis obſequiis, tantò libentius veſtræ pacis procuramus commodum, & quie-

(a) MARCHIÆ TARVISINÆ: Pars nunc Provinciæ Venetæ, ſeu S. Antonii.

(b) FOROJULIENSI: Vulgo *Cividal del Friuli*, eoque nomine venit *Aquilejenſis*, quòd id temporis ibi Patriarcha Aquilejæ ſedem haberet, quam poſtea *Utinum* tranſtulit, ut in alio Opere fuſius oſtendetur.

(c) FELTRENSI, ET BELLUNENSI: Civitatibus tunc unitis.

(d) CONCORDIENSI: Jampridem dirutæ, cujus Epiſcopus, & Inquiſitor morantur apud Portum Gruarum al. Romatinum.

(e) CENETENSI: Cujus Epiſcopus partim Cenetæ, partim Coneglani, Inquiſitor vero Coneglani moratur.

(f) CIVITATIS NOVÆ: Al. Heracleæ in ora maris Veneti ſeculo XV. unitæ Patriarchatui Gradenſi nunc Veneto.

(g) ADRIENSI: *Patavien.*, *Veronen.*, & *Vicentin.* poſtea acceſſerunt, cujus Epiſcopus modo Adriæ, modo Rhodigii, Inquiſitor autem ſemper Rhodigii moram ducit.

(h) DESTINAMUS: Quæ litteræ tametſi non apparent, non dubitandum tamen, quin idem continerent, ac illæ hoc ipſo anno diebus 17. & 24. Septembris datæ Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis Provinciarum Romanæ, & S. Franciſci, ac inſequenti anno die 28. Decembris Inquiſitoribus Marchiæ Anconitanæ mutatis mutandis.

Digitized by Google

quietem. Attendentes igitur, quod licet quamplura Monaſteria veſtri Ordinis varias poſſeſſiones obtineant; idem tamen Ordo in paupertate fundatur; voſque voluntariè pauperes Chriſto pauperi deſervitis; veſtris ſupplicationibus inclinati, ut vos, vel veſtrum aliqua ad exhibendum procurationes aliquas Legatis, vel Nunciis Apoſtolicæ Sedis; ſive ad præſtandum ſubventionem quamcunque; vel ad contribuendum in exactionibus, vel collectis, ſeu ſubſidiis aliquibus per literas dictæ Sedis, aut Legatorum, vel Nunciorum ipſorum, ſeu Rectorum Terrarum, vel Regionum quarumcunque minime teneamini; nec ad id cogi poſſitis; etiamſi in hujuſmodi Sedis ejuſdem contineatur literis, quod ad quævis exempta, & non exempta loca, & Monaſteria ſe extendat; & aliqua eis cujuſcunque tenoris exiſtat ipſius Sedis indulgentia non obſiſtat: niſi forſitan literæ ipſæ dictæ Sedis de indulto hujuſmodi, & Ordine veſtro plenam, & expreſſam fecerint mentionem, auctoritate vobis præſentium indulgemus. Nos enim decernimus irritas, & inanes *interdicti*, *ſuſpenſionis*, & *excommunicationis* ſententias; ſi quas in vos, vel aliquam veſtrum, aut aliquod Monaſteriorum veſtrorum, ſeu quoſcunque alios occaſione veſtri præmiſſorum prætextu contra hujuſmodi conceſſionis noſtræ tenorem per quemcunque de cetero contigerit promulgari. Nulli ergo &c. Si quis &c.

Monialium ſupplicationibus annuit Pontifex, & indulget ut ſupra,

conditione adjecta.

Clauſula prohib. &c.

Datum Peruſii xiI. Kalend. [a] Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo [b].

a
b

Prohibet fundari Monaſteria Mendicantium *Religioſ. infra ſpatium* 300.cannarum, *ubi præextiterit Conventus FF.Minorum*. (Ex Reges. Vatic. epiſt.471., Speculo Min. tract.1. fol.13., Firmamen. 3.Ord. tract.1. fol. 21. par. 2., Roderico in Bull. Regul. Bul.7. apud Waddingum in Regeſ.Pontif. num.12., & Bullarium Rom. to.1.Bul.7., al. to.3. Bul.12., Autographoque Ravennatis Archivii noſtri Conv. S.Franciſci, ut & Pariſien., Brugen., & Zamoren.)

CLEMENS &c.

Dilectis filiis . . Generali, & Provincialibus Miniſtris, ac univerſis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

CLEMENS PP.IV. An.Ch. 1265.

LVIII.

Anno 1265. die 20. al. 30. Novembr.

Exordium ab encomio Religionis Ord. Min.

AD conſequendam gloriam Cæleſtis Patriæ ſic Divina pietas humilitatem veſtram per ſuam gratiam cernitur allexiſſe; quod ſemper ad hoc intenti eſtis, & vigiles, ut illam vobis, & proximis per innocentis vitæ ſtudium acquiratis: hæc enim, & alia ſancta pauperrimæ Religionis veſtræ merita Nos inducunt, quod ſumus ex intimo cordis affectu ſolliciti, ut in omnibus, quæ ad Dei laudem, & tranquillum ſtatum devotionis veſtræ cupitis, habeamus providentiæ ſtudium efficacis. Sanè non ſine quadam perturbatione animi frequenter audivimus, quod inter vos, & Religioſos aliquos illa de cauſa æmulationis, & diſſenſionis materia oriretur; quod ipſi Domos, & Eccleſias Regulares juxta loca veſtra non ſine veſtro gravi præjudicio, & diſpendio manifeſto quandoque conſtruere præſumebant. Cum itaque ad Apoſtolici ſpectet officii dignitatem de regno militantis Eccleſiæ cujuslibet ſcandali materiam abolere; Nos dignè volentes, quod hujuſmodi æmulationis, & diſſentionis occaſio per diligentiæ noſtræ ſtudium amputetur; auctoritate præſentium ordinamus, & diſtrictè inhibemus; quod nulli liceat amodo de *Prædicatorum*, *Pænitentiæ Jeſu Chriſti* [c], *Beatæ Mariæ de Monte Carmeli*, *Eremitarum S.Auguſtini*, *Sanctæ Claræ*, aliiſque Ordinibus in paupertate fundatis [d]; nullique mulierum de prædictis, ſeu quibuſcumque aliis Ordinibus aliquod Monaſterium, Eccleſiam, vel Oratorium ædificare, ſeu conſtruere; nulli quoque ſeculari, vel Religioſo cujuſcumque profeſſionis Eccleſiam, vel Monaſterium, ſeu Oratorium jam ædificatum in aliquem transferre de Ordi-

Cauſa hujus decretalis epiſt. diſſenſio,

cui Pontifex obviare ſtudet.

Ordines in paupertate fundati vetantur ædificare ut ſupra.

c

d

Ut & quæcumque Moniales.

(a) xiI. Kalend.: Ita Waddingus ex Speculo Min., & Firmam., ſed Rodericus cit. ex autographo Salmanticenſi habet x. *Kalend.*, illud vero Ravennat. Monaſterii exhibet tantummodo *Kalend.*, quæ librariorum errata credi poſſunt; nam & autographum Urbinat. Monaſterii S Luciæ xiI.*Kalend.Septembris* habet.

(b) Idem Indultum, ſed alio exemplo incip. *Paupertati veſtra &c.* contulerat antea Alexander IV. anno 1255. Idibus Aprilis.

(c) Pœnitentiæ Jesu Christi: Al. *de Sacco*, *de Saccis*, & *Saccitarum* Ord. Min. fundato anno 1251. juſſu Innocentii IV. ex Chronicis Bernardi Guidonis; & Jo:Iperii primum in Inſulis Stœchadibus vulgo *de Hyeres* non longe a Maſſilia, Telone, & Foro Julio ex Paulino Veneto Epiſcopo Puteolano Ms. ſub Joanne XXII. aſſerente, B.Hugonem de Digna O.M. inſtituiſſe, illuique ſuppreſſionem poſtea prænunciaſſe, mox & *Maſſilia* anno 1260. ex Chronico Ms. Lemovicen. Joannis de Nigella: exinde per fere totam Europam citiſſime diffuſum; & ex Salimbene Parmen in Chron. Ms. pag. 316.

(d) Aliisque Ordinibus in paupertate fundatis: Ut ille Ord. *Servorum* B. Mariæ Virginis.

Digitized by Google

Ordinibus memoratis infra ſpatium ccc. A *cannarum* a veſtris Eccleſiis menſurandarum per aerem, etiam ubi alias recte menſurari loci diſpoſitio non permittit. Præterea ſtatuimus, ut quid quid contra hujuſmodi ordinationis, & inhibitionis noſtræ tenorem ex nunc in antea ædificatum fuerit, diruatur [a]. Et ne de notitia Ordinum, & quantitate cannarum hujuſmodi aliqua poſſit dubitatio exoriri; illos Ordines intelligi volumus in paupertate fundatos, qui ex *Regula* [b], vel *Conſtitutionibus* [c] ſuis extra ſepta Eccleſiarum, Monaſteriorum ſuorum, vel officinarum earum, & clauſurum ipſorum nullas debent poſſeſſiones habere. Quod ſi aliquis de Ordinibus ipſius poſſeſſiones in aliquibus membris ſuis habere, in aliis verò non habere noſcatur [d]; eum quoad ordinationem, inhibitionem, & ſtatutum hujuſmodi prædictis Ordinibus in paupertate fundatis annumerari volumus; & quamlibet *cannarum* ipſarum octo palmarum longitudinem continere, non obſtantibus varia locorum conſuetudine; ſive privilegiis, indulgentiis, ſeu litteris quibuſcumque tam ſupradictis Ordinibus, quam mulieribus, vel eorum alicui ab Apoſtolica Sede ſub quacumque forma conceſſis, ſeu etiam concedendis, quæ de præſentibus ſpecialem, & expreſſam non fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ordinationis, inhibitionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem &c.

Quinam Ordines in paupertate fundati dicantur.

etiam ex illis poſſidentes in parte.

Cannarum menſura.

Obſtantium derogatio.

Clauſula prohib. &c.

Datum Peruſii II. Kalendas Decembris [e], Pontificatus Noſtri Anno Primo [f].

B

Promotio S. Bonaventuræ *ad Archiepiſcopatum* Eboracen. *in Anglia*. (Ex Reges. Vatic. ep. 170. apud Waddingum in Annal. Min. num. 14.)

CLEMENS &c. LIX.

Anno 1265. die 24. Novembris.

Dilecto Filio Fratri Bonaventuræ *Miniſtro Generali* [g] *Ordinis Fratrum Minorum Electo* Eboracen. [h] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

SUmmo Paſtori Jesu Christi Vicario generali ſollicitudine ſuper omnes Eccleſias incumbente, in eo præcipuè Nos, qui ad ferendum tanti onus officii licet indigni dignatione Divina ſumus aſſumpti, teneri cognoſcimus; ut circa proviſionem Eccleſiarum ipſarum, cum fuerint de Paſtoribus ordinandæ, maximo vigilemus; & noſtro attento ſtudio perſonæ idoneæ, ac utiles animarum C regimini præponantur, quæ meritorum claritate Deo amabiles, & acceptæ, proficientes ſibi per vitæ honeſtatem; & ſubditis per exempla ſalubria procurent omnimoda diligentia commiſſarum ſibi Eccleſiarum in ſpiritualibus, & temporalibus incrementa. Vacante igitur *Eboracen*. Eccleſia per mortem bonæ memoriæ.. [i] Eboracen. Archiepiſcopi; & electione, quæ de dilecto Filio ejuſdem Eccleſiæ D Decano in ipſa celebrata extitit, juſtitia per Nos exigente caſſata; Nobiſque hac vice ipſius Eccleſiæ proviſione retenta, diù ſuper eam vigilavimus; diù ſuper eam ſedulis, & profundis cogitationibus defiximus mentem noſtram; diù ob ipſam noſtrum ſpiritum proſpectus varii diſtraxerunt. Nam pro tam magna,

Summi Pontificis generalis ſuper omnes Eccleſias ſollicitudo.

Electio Decani in Archiepiſcopum a Pontifice rejicitur.

(a) Diruatur: Cui tamen legi ipſemet Pontifex derogavit paulo poſt, diſpenſavitque pro PP. Dominicanis Capuæ, & Sulmonæ anno 1267. contra Franciſcanos in gratiam Regis Siciliæ ex ejus Bulla 106. *Graves admodum noſtris &c.* infra relata, & poſtea numerum Cannarum reduxit ad 140. per litteras: *Quia plerumque &c.* datas anno 1268. die 3. Junii ut infra; & hoc modo diploma præſens Bonifacius VIII. contulit Ordini *Eremitarum S. Auguſtini* anno 1295. prid. Kal. Martii.

(b) Ex Regula: Uti Minoritæ, & Clariſſæ Aſſiſiates.

(c) Vel Constitutionibus: Ut Dominicani, aliique.

(d) Non habere noscatur: Tales erant nonnullæ *Clariſſa* ob varias *Regulas*, quas ſupra edidimus; & ex Bulla *Quanto ſtudioſius &c.* ipſis miſſa hoc anno die 20. Novembris, ut ſupra fol. 58.

(e) II. Kal. Decembris: Gonzaga par. 2. Conv. 7. Prov. Calabriæ ait autographum hujus diplomatis haberi Conſentiæ in Archivo Conventus S. Franciſci, ſed dat. 21. *Decembris Pontif. anno I.*, erroremque puto pro XII. *Kal. Decembr.*, quo datum ait Waddingus ad hunc annum n. 22. Annal.

(f) Eadem Conſtitutio prodiit hoc anno pro Ordine FF. Prædicatorum data XII. *Kalend. Decembr.*, & a Roderico relata in Bullario Regul. Bul. 7. ex autographo Conventus S. Franciſci Salmanticen., extat & in Bullario ejuſdem Ordinis Prædicat. to. 1. Bul. 34., XII. *Kal. Decembris* habet & cit. autographum Ravennaten, atque ita legendum etiam hic exiſtimo, X. per incuriam omiſſa.

(g) Ministro Generali: Ineunte anno 1257. Romæ aſſumpto, ut alias contra Waddingum oſtenderur, & alibi dictum eſt, atque probatum.

(h) Eboracen.: Vulgo *Yorch* urbs eſt ampla Angliæ Septentrionalis totius Regni ſecunda, Archiepiſcopalis, & *Ducatus* dignitate fulgens.

(i) Bonæ memoriæ: Gotfridi de Kinton, teſte Matthæo Paris, & Nicolao Triveto.

Digitized by Google

Ejuſdem magna cura de bene providenda hac Eccleſia,

gna, & honorabili Eccleſia, pro tam nobili, & devota Sedis Apoſtolicæ filia, & pro inclyto, & Catholico Regno *Angliæ* ipſi Sedi cariſſimo, ubi eadem Eccleſia opibus amplis prædita refulget *Archiepiſcopalis* eminentia dignitatis, ampliori ſollicitudine urgebamur. Exacuerunt hæc in Nobis curam, accenderunt vigilantiam, cogitatum auxerunt, ut meditaremur vehementius, & diligentius attenderemus, quid ipſi Eccleſiæ, quid dictæ Sedi, quid eidem Regno in facienda proviſione hujuſmodi potius expediret, aſpirantes totis affectibus, &

& de Paſtoris qualitatibus,

ſollicitis ſtudiis intendentes ad virum dilectum, & devotum Sedis ejuſdem, Eccleſiæ præfatæ utilem, & ipſius Regni pacis, & concordiæ amatorem; ad virum vita conſpicuum, inſignem ſcientia, providentia ſpectabilem, quem diligeret Dominus, & in cujus requieſceret bonitate; ad virum pro ſuis claris operibus digna imitatione ſequendum; per quem Grex Catholicus tamquam per lucis ſpeculum convenienter poſſet dirigi ad ſalutem. Unde noſtra in his deſideria totaliter convertentes ad Dominum, & hujuſmodi proviſionis negotium ejus beneplacito committentes, ac ſub ſpe ſolius ſuæ gratiæ fidenter procedentes, de illo habito tractatu ſuper hoc cum Fratribus noſtris, de ipſorum con-

cum Bonaventura confert,

ſilio ad te direximus noſtræ conſiderationis intuitum; in te vita noſtra firmavimus; in te noſter ſpiritus plena deliberatione quievit. Attendentes itaque in

quem & ſummopere laudat in multis.

te Religionis aſperitatem, nitorem vitæ, converſationis munditiam, eminentiam ſcientiæ, providentiæ circumſpectionem, & compoſitionem gravitatis, & quod tam diù [a], tam laudabiliter toti tuo præfuiſti Ordini ſuſceptum generale miniſterium ſuper illum gerendo fideliter, & prudenter, & ſalubriter exequendo ad magnum honorem ipſius Ordinis, & profectum; quodque ſic innocenter converſari aſſiduè ſtuduiſti ſub obſervantia regulari; quod Divina te ſemper gratia proſequente reddidiſti te placidum, & amabilem quaſi omnibus, & ubique [b]; ac propter hoc ſperantes firmiter, quod pleno in te proſequemur affectu, id quod circa prætactam Eccleſiam, Sedem eamdem, & ipſum Regnum in hac ejuſdem Eccleſiæ ordinatione avidè affectamus; de perſona tua ipſi Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica providemus, & te illi præficimus in Archiepiſcopum, & Paſtorem, abſolventes te a vinculo Miniſterii Generalis præfati Ordinis, & ad dictam Eccleſiam transferentes liberam tibi tranſeundi ad illam licentiam concedendo. Ideoque pruden-

Hortatur, unaque præcipit, ut dignitatem admittat.

tiam tuam monemus, & hortamur attentè, & affectuosè rogamus, tibique in virtute obedientiæ diſtrictè præcipimus, & in remiſſionem injungimus peccatorum, quatenus ejuſdem Eccleſiæ neceſſitatem, honorem, & commodum dictæ

Angliæ Regnum id temporis turbatum.

Sedis, & ſtatum præfati Regni validè his diebus tempeſtate turbatum [c], & inteſtina vexatione divulſum; propter quod proborum virorum potentia indiget, quorum diligentia, & ſtudio reparetur, ſolidè, ac integre reformetur; ſolerter conſiderans, & ſapienter advertens Divinis in hoc beneplacitis aliquatenus non repugnes; noſtriſque juſſionibus difficultatis, ſeu tarditatis obſtaculum penitus non opponas; ſed vocationi cæleſti humiliter acquieſcas; & de ſuperno, ac noſtro cofiſus auxilio reverenter, & devotè ſuſcipias impoſitum a Domino tibi onus regendo, & dirigendo juxta datam tibi ab ipſo gratiam prædictam Eccleſiam, & in ſpiritualibus, & temporalibus ampliando; ita quod exindè grande præmium apud Deum, & penes nos uberioris favoris beneficia merearis [d].

Datum Peruſii VIII. Kalendas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo [e].

Ut

(a) TAM DIU: Nempe novennio ſere.

(b) AMABILEM QUASI OMNIBUS, ET UBIQUE: Nam & in ejus *Vita* legimus, quod quicunque eum videbant, ſtatim ipſius amore capiebantur.

(c) TEMPESTATE TURBATUM: Qua de re conſuli poſſunt Annales Eccleſ. Raynaldi, ubi videre eſt, Pontificem conſtum fuiſſe in Angliam mittere S. R. E. Cardinalem ad res componendas.

(d) MEREARIS: Sed non prius has litteras accepit vir Sanctus, quam concito greſſu ad Pontificem abierit oraturus, ne tantum ſibi indigno onus imponeret, aut ſublimem conferret dignitatem: atque adeo efficacter, & conſtanter oravit, ut tandem etſi ægre hæc audientem evicerit Pontificem: qui ejus animi integritatem, & dignitatum nobilem contemtum admiratus ſubjunxit illud Eccleſiaſtici: *Sta in teſtamento tuo, & in illo colloquere; & in opere mandatorum tuorum veteraſce*: inquit Waddingus laudatus num. 15., & ante eum Autor XV. Generalium Miniſtrorum.

(e) Dedit etiam Pontifex litteras ad Decanum, & Capitulum *Eboracenſe*, ad univerſum Clerum Civitatis, Diœceſiſque, atque ad univerſos eidem Eccleſiæ ſubjectos pro electi Bonaventuræ commendatione ex cit. Waddingo num. 14.

Digitized by Google

Ut corpus Roſtagni militis Galli apud eos ſepulti reddant alibi tumulandum. (Ex ep. 193. Clementis IV. apud MARTENE & DURAND. tom.2. Theſaur. Anecdot., & ex INDIC. Bullarii Seraph. Petri de Alva, ac VATIC. REGES. epiſt. 116.)

LX.
Anno 1265. die 7. Decembris.
a

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis ... Guardiano, & Fratribus Minoribus Montis Flaſconis [a] *Salutem, & Apoſtol. Bened.*

Poſtulanti Militi H. Sageto

DEVOTIONEM dilecti Filii *Hugonis Sageti* Militis Arelaten., & aliorum ſuæ cognationis militum annuentes, qui debito humanitatis affectu propinqui ſui *Roſtagni* de Alvernico commilitis in Eccleſiæ Romanæ obſequio mortui corpus apud vos tumulatum ad majorum ſuorum ſepulcra transferre deſiderant, vobis per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus; quatenus eidem Militi in cariſſimi in Chriſto noſtri C. illuſtris Regis Siciliæ [b] exercitu militanti dictum corpus ſine difficultate reddatis ad partes ſuas libere transferendum.

annuens Pontifex mandat ut ſupra.
b

Datum Peruſii VII. Idus Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ut moneat, & inducat nonnulla Monaſteria ſuæ viſitationis ad Regulam Urbani IV. *ſuſcipiendam; alioquin ad Cardinalem Ordinis Protectorem mittant, & exponant, cur accipere eam nolint.* (Ex AUTOGRAPHO in Archivo Monaſterii olim *Montis Sancti*, nunc *S. Franciſci* Tudertini ſub plumbo.)

LXI.
Anno 1265. die 11. Decembris.
c

CLEMENS &c.

Dilecto Filio ... de Ordine Minorum Viſitatori *Monaſteriorum Ordinis S. Claræ infra limites adminiſtrationis* Beati Franciſci [c] *Salut., & Apoſt. Bened.*

Exordium ab ordinatione Urbani IV.

UT Ordo *Beatæ Claræ* tantò conſpectiori claritate fulgeret, quantò in ſexu fragiliori fundatus ordinatioris A Religionis ſoliditate amplius formaretur; fel. record. URBANUS PP. [d] prædeceſſor noſter attentè conſiderans, & prudenter attendens, quod mandatum lucerna eſt, & lex lux; & quod quælibet Religio certis debet regulis, conſtitutionibus, & diſciplinæ legibus ſtabiliri; dictum Ordinem, qui prius diverſis nominabatur vocabulis [e]; nec in habitu erat, nec in obſervantiis uniformis; ſed ſub diverſitate nominum diverſa privilegia, varias B indulgentias, & litteras a Sede Apoſtolica obtinebat; & perſonæ ipſius diverſas hactenus profitebantur *Regulas*, formaſque vivendi [f]; *Ordinem Beatæ Claræ*, ut ipſa, quæ quaſi primarius ejuſdem Ordinis lapis ei præſtitiſſe videbatur, initium, & clari nominis ornamentum præſtaret inſigne; decrevit uniformiter nominandum; & perſonis ejuſdem Ordinis certam ſub ipſius *B. Claræ* nomine concedens *Regulam* [g], & confir- C mans ab ipſis perpetuis temporibus obſervandam; illas, quæ *Regulam* profitentur eandem, ab omnibus aliis *Regulis*, & vivendi formis, ac votis ſuper eas emiſſis abſolvit; ſtatuens ut omnes immunitates, libertates, indulgentias, ac privilegia quæcumque ipſis, vel earum Ordini a prædicta Sede ſub quacumque nominatione conceſſa ſuum robur firmitatis haberent; & perſonæ prædictæ illis D per omnia liberè uti poſſent, ac ſi a principio ſub hoc titulo, & ſub hac nominatione conceſſa fuiſſent. Porrò quamplures Abbatiſſæ dicti Ordinis, & Sorores tanquam benedictionis & obedientiæ filiæ prædictam *Regulam* a memorato, ut prædicitur, prædeceſſore conceſſam recipientes humiliter, & devotè ipſam cum debita reverentia ſunt profeſſæ, ac eam ſtudent laudabiliter obſervare; quibus per laudabilis obedientiæ promptitudinem

d
e
f
Ordinem S. Damiani *Ordinem S. Claræ* denominantis,
& Regulam ſub Sanctæ Claræ nomine concedentis.
g
Quam complura Monaſteria acceptarunt

(a) MONTIS FLASCONIS: Quem plures etiam Geographi *Montem Phiſconem* inſulsè antea nuncupatum eſſe ſcripſerunt; tunc Caſtrum, poſtea ab Urbano V. *Epiſcopali* dignitate donatum Lacui Volſinio imminens eſt in Provincia Patrimonii B. Petri, ac ditione Pontificia a Viterbio 8. mill. paſſ., 20. vero a Corneto, cui Sede Epiſcodali unitum, & vino quoque a multis celebratum habetur. Locus *Fratrum* quando ſit receptus, ignotum; de eo Waddingus primum agit ad ann. 1291. num. 35., quo narrat ei a Nicolao IV. Idibus Januarii conceſſum eſſe *hortum* Romanæ Eccleſiæ loco vicinum: & ad num. 67. refert extaſſe extra muros Oppidi, ſed ſub Benedicto XII. obtinuiſſe anno 1336. locum alium intra muros; eſtque 5. *Cuſtodia* Viterbienſis in Provincia Romana apud Polychronicon, & Bartholomæum Piſanum Conform. XI. Plura de eo habet Theulus in Appar. Minor. lib. 2. cap. 3.

(b) C. ILLUSTRIS REGIS SICILIÆ: Nimirum Caroli Ducis Andegaven. fratris S. Ludovici Regis contra Manfredum Siciliæ Regni uſurpatorem bellum in Italia gerentis ab Urbano IV. ad Regnum Siciliæ evecti.

(c) ADMINISTRATIONIS B. FRANCISCI: Sive Provinciæ Umbriæ; nam cuilibet Provinciæ Ordinis Monialibus Clariſſis *Viſitator* præficiebatur.

(d) URBANUS PP.: Hujus nominis IV.

(e) VOCABULIS: *S. Damiani* videlicet, poſtea *S. Claræ*, *Sororum Minorum incluſarum*, *Minorum Sororum &c.*

(f) DIVERSAS HACTENUS PROFITEBANTUR REGULAS: S. P. Franciſci, Hugolini Card. Epiſcopi Oſtienſis, Innocentii PP. IV., & Alexandri IV., quas ſuis locis editas in 1. hujus Bullarii tomo quiſque legere poterit.

(g) CONCEDENS REGULAM: Anno 1263. die 18. Octobris incip. *Beata Clara virtute clarens &c.*

Digitized by Google

nem noſtram gratiam non indignè promeritis tanquam prædilectis in Domino Filiabus noſtram, & Apoſtolicam Benedictionem affectu benevolo elargimur. Et quidem ſi ceteræ Abbatiſſæ, ac Sorores dicti Ordinis prudenter adverterent, ut deberent, quod prædicta *Regula* cum multa providentia, ſano, maturoque conſilio, ac deliberatione perpenſa eſt utiliter ad ſalutem animarum & corporum edita; quodque *Formula* per fel. record. Gregorium PP.[a] prædeceſſorem noſtrum edita, quam profitebantur una cum *Beati Benedicti* Regula, quæ quidem Regula ab earum aliquibus nec habebatur, nec obſervabatur; nec ipſæ intendebant ſe ad ipſius obſervantiam obligare; graves adeo aſperitates, atque importabiles indicebat, quod vix, aut nunquam poſſent etiam a junioribus & robuſtioribus obſervari[b]; eandem a dicto prædeceſſore noſtro Urbano datam *Regulam* confidenter ſuſciperent, & libenter; nec earum mentes in ſuſceptione ipſius alicujus dubitationis ſcrupulo titubarent; ad quam cum proculdubio prædictæ *Formulæ*, prout convenit, ſit conformis, eo excepto, quod illius, prout ipſarum imbecillitati competit, debilitati congruit corporum, & ſaluti expedit animarum, aſperitates temperat, & rigores, promptis debent deſideriis aſpirare; per ipſam namque præfati noſtri prædeceſſoris Urbani *Regulam* animarum ſaluti conſulitur; honeſtas indicitur, & docetur; perpetuus eis *Protector* conceditur, & Defenſor videlicet *Cardinalis*, qui pro tempore fuerit Ordinis Fratrum Minorum regimini deputatus[c]; cujus præſidio ipſarum Ordo non ſolum in Romana Curia, ſed ubique poteſt favorabiliter defenſari; & per eum etiam Fratres Minores, quorum conſilio & auxilio eædem Abbatiſſæ & Sorores plurimum indigent, eis libentius opportuna obſequia exhibebunt, ac ipſis magis propitii, promptiores, & favorabiliores exiſtent; dum tam prædictorum Fratrum, quam earundem Sororum Ordines, & perſonæ ipſarum ejuſdem Cardinalis patrocinio fovebuntur; nec iidem Fratres habebunt materiam ſe ab ipſarum obſequiis ſubtrahendi; ſicut ſe olim propter diverſitatem capitum ſubtraxerunt[d]. Per hanc utique *Regulam* omnium Monaſteriorum ipſius Ordinis, cujuſcumque ſtatus vel conditionis exiſtant, viſitatio, Abbatiſſarum confirmatio, vel infirmatio; nec non & omnium perſonarum degentium in eiſdem, ſive intrinſecus, ſive extrinſecus commorentur; ſollicitudo non quorumlibet Prælatorum, ſed *Cardinalis* prædicti circumſpectioni ſic plenariè committuntur; quod exinde tam Monaſteriorum ipſorum, quam perſonarum paci proſpicitur, & quieti; honeſtati conſulitur & ſaluti; libertati, & ſecuritati ſalubriter providetur. Illud etiam debent Abbatiſſæ, & Sorores prædictæ præ oculis ſuæ conſiderationis habere, quod ſi quæ ipſarum deſpectis ſanitatis conſiliis propriæ prudentiæ innitentes *Regulam* non receperint antedictam, ad quam tot & tantis utilitatibus, & neceſſitatibus invitantur, dilecti Filii noſtri J.[e] Sancti Nicolai in carcere Tulliano Diaconi Cardinalis ejuſdem ad præſens Ordinis *Protectoris*, qui Ordinem ipſum tam ferventi caritate zelatur, & ad profectus ipſius inſpirante Domino tam ardenter aſpirat; forſitan deſtituentur auxilio & favore. Profectò ſi eædem Abbatiſſæ ac Sorores præfati *Cardinalis* deſtituantur auxilio, per conſequens Fratrum Minorum, qui ejuſdem Cardinalis ſubſunt regimini, forſitan tam oportunis obſequiis, & tam neceſſariis auxiliis, & conſiliis privabuntur. Et ne ſine Paſtoris cura remaneant, oportebit, quod vel Diœceſanis Epiſcopis,

utpote perutilem.

Formula autem Gregorii IX. gravis & peraſpera ab aliquibus non obſervatur, nec habetur.

De utilitate Regulæ Urbani PP.

præſertim ex Cardinalis protectione.

Damna, quæ nolentibus dictam Regulam evenient.

(a) Gregorium PP.: Subde IX., cum Epiſcopus Oſtien. eſſet, & Ordinis Protector.

(b) Observari: Attamen Gregorius IX. in 264. epiſtola *Angelis gaudium &c.* anno 1238. die 11. Martii B. Agneti Bohemæ de hac ſua *Formula* ſcripſit, eam *ſtudio compoſitam vigilanti, & acceptatam a prædicto Sancto* (Franciſco), *necnon per fel. recordat. Honorium Papam prædeceſſorem noſtrum poſtmodum confirmatam dicta Clara, & Sorores ſolemniter ſunt profeſſa; & ipſa eamdem Regulam a profeſſionis tempore uſque nunc laudabiliter obſervarunt*: nempe Aſſiſiates.

(c) Deputatus: Id etiam ſtatuerat S. P. *Franciſcus* in ſua ipſis Monialibus Clariſſis præſcripta *Regula* c.12., & ſervabatur etiam poſt illam ab *Innocentio IV.* traditam, ut ex pluribus ipſius *Innocentii*, ejuſque ſucceſſoris *Alexandri* epiſtolis elicitur.

(d) Subtraxerunt: Ut liquet ex epiſtola Urbani IV. *Inter perſonas &c.* anno 1264. die 19. Auguſti data, ibique relata; ex cujus lectione palam fit, cur Fratres nonnulli tamen ſe ſe a regimine Monialium ſubtraxerint, diverſitatemque *Capitum*, nempe *Protectorem* Fratrum, & Monalium ab ipſo Urbano IV. introductum fuiſſe, non a Regula Monialium.

(e) Filii nostri J.: Joannis Cajetani Urſini anno 1263. petiti, & obtenti ex Annal. Minor. ad cum annum n. 16.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1265.

pis, vel aliis regimen committatur ipſarum, qui curam gerentes earum per alium modum, quam per illum, quem hactenus habuerunt, & per alias perſonas earum procurent commoda & ſalutem: ſicque Ordine ipſarum, quæ dictam *Regulam* non tenebunt, ab eodem Ordine S. Claræ diviſo, ipſæ tanquam omnino diſcretæ, ac effectæ ab eodem Ordine alienæ non denominabuntur ab Ordine antedicto; & ipſius immunitatibus, & conceſſis ei privilegiis, ac indulgentiis non gaudebunt. Cum igitur, ſicut accepimus, quorumdam Monaſteriorum, quæ infra fines viſitationis tuæ ſunt ſita, Abbatiſſæ & Sorores dictam *Regulam* adhuc recipere non curaverint [a]; volumus, ut eas omnes auctoritate noſtra efficaciter moneas, & inducas, ut ſicut noſtram, & Apoſtolicæ Sedis gratiam caram habent; & Divinam, ac noſtram Benedictionem deſiderant, dictaque commoda conſequi, ac incommoda evitare; infra octo dies poſt monitionem tuam præfatam prædicti Prædeceſſoris URBANI *Regulam* ſuſcipere, ac profiteri procurent; alioquin ex parte noſtra peremptoriè cites eaſdem, ut infra decem dies immediatè ſequentes, non Sorores incluſas, aut ſervitiales Sorores, ſed Procuratorem idoneum cum ſuæ profeſſionis *Regula*, modo, formaque vivendi, quæ ſervare diſponunt, ſufficienter inſtructum rationibus eas ad non profitendum *Regulam* antedictam moventibus ad prædictum Cardinalem deſtinare procurent, qui Cardinalem eundem plenè inſtruat ſuper illis; & Nos poſtmodum de ipſis per Cardinalem ipſum edocti de eis, prout animarum earumdem profectui expedire viderimus, diſponamus, committendo eas Diœceſanorum cuſtodiæ, aut etiam aliorum, qui gerant ex tunc curam, & ſollicitudinem earumdem, cum dictus Cardinalis nequaquam, ut creditur, velit intromittere ſe de illis, quæ ſe dictam *Regulam*, aut aliam, quæ ſaluti earum congruat, non promiſerint ſervaturas [b]. Ceterum ex parte noſtra omnibus illis, quas præ-

Quædam vero Monaſteria Umbriæ illam admittere non curarunt.

Quocirca Pontifex mandat ut ſupra.

Suam determinationem enunciari.

A, B, C

(a) RECIPERE NON CURAVERINT: Ut Aſſiſiates, quarum maxima *S. Clara* paulo ante mortem ab Innocentio IV. obtinuerat ſibi confirmari *Regulam* a S. Patre Franciſco acceptam; eique Pontifex etiam conceſſerat, ut a nemine ſui Monaſterii Sorores cogi poſſent a prima illa S. Franciſci inſtitutione ad alterius obſervantiam; quod & legere eſt in tomo primo hujus Operis p 678. (b); & a Gregorio IX. antea impetrarat, *ut recipere poſſeſſiones a nullo compelli poſſent*, quod & Monialibus Montis Lucii Peruſ conceſſum eſt ex litteris *Sicut manifeſtum eſt &c.* in 1. tomo relatis.

(b) SERVATURAS: In epiſtola *De ſtatu tuo &c.* Jo: Card. Protectori anno ſequenti die 31. Maji infra legenda ſcripſit Pontifex: *Sorores Ordinis S. Claræ venerunt Viterbium pro multarum terrarum Sororibus ... ſunt omnes in hoc propoſito, quod tuam Regulam non recipiant; ſed vel ſtatum obſervent priſtinum; vel ſi ille videbitur dubius, vivendi formam, quam habet Soror Regis Franciæ, acceptabant*: ideſt B. *Iſabella* Monaſterii *Humilitatis* B.V.M. prope Pariſios fundatrix; hinc lucet *B. Iſabellam* fuiſſe Clariſſam contra nonnullos, cujus Regula uſque modo inedita hic ſubditur ex Authographo in noſtro Conventus S. Crucis Florentiæ Archivo ſub plumbo:

Anno 1259. die 2. Februarii. Exordium.

,, ALEXANDER Epiſcopus Servus Servorum Dei ad
,, perpetuam rei memoriam. Sol ille verus perpetuo
,, fulgore coruſcans, lux quidem clariſſima ſummæ
,, lucis, & fons luminis defectum, vel immutationem
,, penitus neſcientis Fidelium corda in hac ima & cali-
,, ginoſa valle ſub carnis mole degentium infuſione in-
,, viſibili ſuæ admirabilis claritatis illuſtrat; & ſæpe
,, Reges & Principes micantioribus contingens radiis
,, in eorum mentes lucem ingerit potiorem; per quam
,, iidem intuitu perſpicaciori ſublimius contemplantes
,, altiora liberius comprehendunt; & celſiora etiam de
,, iis ſubtilius eligunt, & ardentius amplectuntur, adeo
,, quod & ad ſuavem guſtum, & amorem cæleſtium
,, alios ſuo ſalutari exemplo vehementer animant, &
,, inducunt. Hac ſiquidem luce perfuſi Princeps ille
,, Chriſtianiſſimus *Ludovicus* cariſſimus in Chriſto filius
,, noſter Rex Francorum illuſtris, & dilecta in Chriſto
,, filia nobilis mulier *Iſabella* ſoror ejus, quæ virgina-
,, lis pudicitiæ candore nitida, & pollens aliarum cla-
,, ritate virtutum ſpatioſo temporalis Regni Palatio
,, ſpreto in otio dulcis contemplationis Divinis perſeve-
,, rantes vacare laudibus ferventi ſpiritu appetit; No-
,, bis devote ac humiliter ſupplicarunt, ut eidem J.,
,, ac omnibus Chriſti ancillis inclitum Chriſto cum ipſa
,, cupientibus impendere famulatum aliquam certam *Re-*
,, *gulam*, ſeu vivendi regulariter formulam ſpecialem,
,, ſub cujus ſalubri obſervantia ipſi Domino magis pla-
,, cere valeant, ſtatuere, ac concedere curaremus.
,, Nos autem licet inhibitum fuerit in *Concilio* generali,
,, ne quis novam Religionem inveniat; ſed quicunque
,, ad Religionem converti voluerit, unam de approba-
,, tis aſſumat: ſimiliter qui voluerit religioſam domum
,, de novo fundare, *Regulam*, & inſtitutionem acci-
,, piat de Religionibus approbatis: volentes tamen
,, Regis, & *Iſabellæ* prædictorum votis annuere favora-
,, biliter in hac parte infraſcriptam *Regulam* eidem Iſa-
,, bellæ, ac omnibus mulieribus de ſeculo fugere, il-
,, lamque in Monaſterio *Humilitatis* Beatæ Mariæ Vir-
,, ginis Pariſien. Diœceſis volentibus profiteri, & ſub
,, ipſa Divinis ſe beneplacitis dedicare tradimus in eo-
,, dem ſolummodo Monaſterio perpetuis temporibus ob-
,, ſervandam, prohibitioni ejuſdem Concilii Generalis
,, obtentu eorumdem Regis & Iſabellæ in hoc ſpeciali-
,, ter detrahentes. Quam utique *Regulam* a prædicto
,, loco volumus ſortiri vocabulum, ut quæ ipſam pro-
,, feſſæ fuerint, nuncupentur *Sorores Ordinis humilium*
,, *ancillarum Beatiſſimæ Mariæ Virginis* glorioſæ. ,, RE-
,, GULA vero talis eſt. ,,
,, Quælibet inſpirata Divino flamine Ordinem hunc
,, aſſumens Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ejus Sacratiſ-
,, ſimæ Matris veſtigiis inhærendo juxta Evangelicæ
,, perfectionis conſilium ſemper vivat in *obedientia*, in
,, *caſtitate*, *ſine proprio*, & velut theſaurus occultus
,, incliti Regis *incluſa* moretur toto tempore vitæ ſuæ.
,, Omnes vero, quæ ſeculi vanitate relicta hanc Reli-
,, gionem aſſumere voluerint, diligenter obſervabunt
,, hujuſmodi vitæ legem: Omni namque tempore vitæ
,, ſuæ, poſtquam profeſſæ fuerint, clauſæ manere infra
,, *Clauſuram* Monaſterii in virtute obedientiæ tenean-
,, tur, niſi de licentia Generalis Miniſtri Ordinis Fra-
,, trum Minorum, ſeu Provincialis illius Provinciæ,
,, in qua Monaſterium dicti Ordinis ſitum fuerit, ali-
,, quando cauſa plantandi eandem Religionem, ſeu
,, cauſa regiminis aſſumendi ad aliquem locum aliquæ
,, tranſmittantur. Si vero contingeret ex inſultu hoſtilis
,, incurſus, aut ex aquarum inundantium impetu Mo-
,, naſterii

Regulæ poſtulatores

Pontifex exaudit.

Incipit Regula Sororum Humil. B.M.V.

Tria Vota Relig.

Clauſura perpetua

quando relaxanda.

Digitized by Google

præſentis mandati noſtri auctoritate citandas duxeris, apertè prædicas, quod

ſive ad eundem *Cardinalem*, ut dictum eſt, Procuratorem ſuum miſerint; ſive non;

nasterii muros dirui, aut ipſum Monaſterium incendio concremari, vel ex aliqua hujuſmodi cauſa taliter diſſipari, vel deſtrui, ſeu domibus ejus ruinam minantibus, aut terrore hoſtium irruentium locum tali diſpoſitione conſtitui, quod ſine manifeſto & gravi periculo perſonæ ibidem manere nequeant; nec ſuprascripti Miniſtri licentiam & conſilium expectare; de conſilio, & conſenſu totius Conventus, & Abbatiſſæ mandato ad alium locum tutum ſe transferant Sorores, in quo, ſi poſſint, clauſæ morentur, donec plena deliberatione præhabita, quid agere debeant, decernatur. Si autem Conventus vellet ex alia cauſa evidenti totum earum Monaſterium alibi ædificare; Sorores tunc de Generalis Miniſtri licentia poſſint ad alium locum ſe transferre. Morientes vero tam Profeſſæ, quam Novitiæ, ſive Servientes Sorores infra clauſuram Monaſterii tumulentur. Omnibus autem hanc Religionem accipere cupientibus, priuſquam habitum mutent, & Religionem aſſumant, prædicentur eis dura & aſpera, per quæ ad Patriam itur; & quæ ſecundum hanc Religionem neceſſe habuerint obſervare. Non recipiatur aliqua, quæ vel ſenili ætate, vel infirmitate aliqua, ſeu fatua ſimplicitate ad hujus vitæ obſervantiam inſufficiens, & non idonea cenſeatur, niſi forte cum aliqua interdum cauſa valde rationabili exigente alicubi fuerit de conſilio Diſcretarum Sororum loci per prædictos Miniſtros, vel ipſorum aliquem diſpenſandum.

De recipiendis ad Ordinem, ac Novitiis

Omnes verò volentes hanc ſacram Religionem aſſumere, abjectis vanitatum faſtigiis momentaneæ vitæ hujus, quam cito infra clauſuram receptæ fuerint, ſi intelligibilis ætatis exiſtant, tonſis crinibus mox deponant habitum ſecularem. Tunc etiam prudens Magiſtra concedatur eiſdem ex devotioribus Sororibus una, quæ ipſas ſeorſum in ſanctis moribus inſtruat, & in fervore devotionis inflammet; ac ea, quæ ſunt ſecundum hanc ſacram Religionem ſerenda, in ſuavitate caritatis ferre doceat; & in corrigendis corrigat diligenter... Verumtamen Capitulum niſi cauſa exhortationis ſeu correctionis eis intrare non liceat infra annum: ſed completo unius anni ſpatio profeſſionem faciant in manu Abbatiſſæ coram Conventu videlicet in hunc modum:

Formula Profeſſionis.

Ego talis Soror promitto Deo, & Beata Maria ſemper Virgini, & omnibus Sanctis in manibus veſtris Mater vivere ſub Regula a Domino Alexandro Papa IV. Ordini noſtro conceſſa toto tempore vita mea in Obedientia, Caſtitate, ac ſine Proprio, & etiam ſub Clauſura, ſecundum quod per eandem Regulam ordinatur. Jam ſimiliter profitendi modus de *Servientibus* obſervetur.

De Servientibus.

Si vero aliquod Monaſterium fuerit, ad quod propter aliquam cauſam juſtam, & neceſſariam cogatur *Servientes* emittere; de licentia Generalis Miniſtri emittant eaſdem honeſtas tamen, & maturas moribus & ætate, quæ cum Clauſtrum exierint, calceatæ incedant; *Soleas* autem nunquam deferant, neque *chordam*.

De Veſtibus.

Unaquæque Soror præter ſtamineam vel cilicium, ſi voluerint duas *Tunicas*, aut tres, vel etiam quatuor, ſecundum quod Abbatiſſæ viſum fuerit, habere poſſit. De exceſſu tamen pannorum omnes caveant, quantum poſſunt. *Mantellum* quoque unum, aut duo habeant longitudinis, & latitudinis congruentis. Hæc ſiquidem indumenta ſint de panno vili tam pretio, quam colore. Ab aliquibus autem omnino albæ, vel etiam nigræ ſuperiores *Tunica* non ferantur: habere tamen poſſint *Scapularia* de levi & religioſo panno, quibus induantur: cum aliquod opus agant, ſic honeſtiores appareant, quando Pallea congrue geſtare non poſſunt. Pro cingulo quoque *chordam* Sorores tantummodo, poſtquam fuerint profeſſæ, habeant nullatenus curioſam. Vittis autem, aut peplis omnino albis non tamen pretioſis capita ſua cooperiant uniformiter, & honeſte, ita quod frons, genæ, & collum ſint, ſicut convenit, cooperta; nec aliter coram perſonis extraneis audeant apparere: non enim decet ſponſam Regis æterni alicui alteri ſe exponere, nec etiam in aliquo alio delectari. Habeant & nigrum *velum* extenſum ſuper capita ita amplum & longum, quod ex utraque parte deſcendat uſque ad ſcapulas, & retro ultra Caputium protendatur, ſine quo poſſunt eſſe de nocte, & aliquando de die de licentia Abbatiſſæ. Sorores Servientes, & Novitiæ *cingulo* laneo præcingantur: Abbatiſſa vero de calceamentis Sororum, & Servientium infra Clauſtra diſponat, ſecundum quod exiget neceſſitas earumdem.

De communi Dormitorio.

Omnes Sorores ſanæ tam Abbatiſſa, quam aliæ in communi *Dormitorio* jaceant; & quælibet per ſe lectum habeat ab aliis ſeparatum. Lectus tamen Abbatiſſæ in tali loco Dormitorii diſponatur, quod inde Dormitorii lectos ſine obſtaculo, ſi fieri commode poterit, valeat intueri. In Dormitorio autem ſemper de nocte clara luminaria ſint accenſa. A Reſurrectione Domini uſque ad feſtum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis poſt prandium uſque ad horam nonam Sorores dormiant, quæ voluerint, quæ vero noluerint, oratione, & meditatione Divina in certo loco ad hoc aſſignato, ſeu aliis quietis piis laboribus occupentur. Liceat autem unicuique *Sacconem* plenum habere de palea, vel de fœno, vel ſtramine, aut ſaltem fœnum vel ſtipulam pro ſaccone, & pannum rudem laneum extenſum deſuper, necnon *cervical* panno lineo coopertum, quod de fœno, aut de palea, ſeu lana, vel etiam de pluma eſſe poterit, juxta quod Abbatiſſa duxerit diſponendum; nunquam tamen Sorores, ſeu Servientes aliis lineis uti poſſint. Opertoria ſine pellibus, quibus operiantur, habeant, ſed de Abbatiſſæ licentia infirmæ pelles habere valeant ſub mantellis. *Capillos* ſuos uſque ad aures certis temporibus omnes Sorores communiter tondeant in rotundum.

De Divino Officio.

Circa Divinum *Officium* tam in die, quam in nocte ad laudem Dei, & gloriam celebrandum obſervantia talis fiat: ut Sorores, quæ legere ſcient & canere, Officium ſecundum conſuetudinem *Fratrum Minorum* cum gravitate tamen & modeſtia celebrent reverenter: aliæ vero dicant *viginti quatuor Pater noſter* pro Matutino, *quinque* pro Laudibus; pro Prima, Tertia, Sexta, & Nona, & Completorio *ſeptem*; pro Veſperis autem *duodecim* dicant. Hic idem tamen modus per omnia in *Officio* Beatiſs. Virginis Mariæ obſervetur: orent etiam ſingulæ diebus ſingulis pro Defunctis. Si vero Sorores aliquæ aptæ & capacis ingenii fuerint; Abbatiſſa, ſi ſibi videbitur, eas inſtrui faciat Magiſtram eis deputans idoneam & honeſtam, per quam illæ in cantu, & in Divinis Officiis inſtruantur. Sorores vero horis & locis ſtatutis, prout ordinatum fuerit, utilibus & honeſtis laboribus ſub illa providentia occupentur, quod excluſo otio animæ inimico ſanctæ orationis, & devotionis ſpiritum non extinguant, cui debent cetera temporalia deſervire; & cui ſe debet ſponſa Chriſti mancipare totaliter: ut ibi Sponſi ſui colloquiis & conſolationibus perfruatur.

De Sacra Communione.

Sacratiſſimum autem *Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti* Sorores Confeſſione præmiſſa, cum fuerit neceſſe, cum reverentia & devotione duabus vicibus quolibet menſe recipiant. In Quadrageſima vero, & in Adventu Domini, ſi eis expedire videbitur, omni die Dominico; niſi ex cauſa rationabili aliqua ipſarum de Abbatiſſæ licentia prætermittat.

De jejunio, & ciborum qualitate

Sorores ſiquidem & Servientes jejunent a feſto *Beati Franciſci* uſque ad feſtum Dominicæ Reſurrectionis, & ab Aſcenſione Domini uſque ad Pentecoſten; ut earum pectora Sancti Spiritus chariſmatibus fœcundentur: diebus tamen Dominicis, ſolemnitatibus omnium Sanctorum, Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evangeliſtæ, Circumciſionis, Epiphaniæ, & Purjficationis exceptis. Verum a Reſurrectione Dominijca uſque ad Aſcenſionem Domini, & a Pentecoſte uſque ad feſtum *B. Franciſci* non teneantur niſi ſexta feria, & jejuniis ſtatutis generaliter ab Eccleſia jejunare, vino quoque, piſcibus, ovis, caſeo, & lacticiniis licite poſſint uti. In prædicto vero tempore, ac etiam a Nativitate Domini uſque ad Septuageſimam, exceptis ſexta feria, & die Sabbati, cibaria cum ſagimine condiant, quando volent. A feſto tamen omnium Sanctorum uſque ad Nativitatem Domini, majori Quadrageſima, necnon & ſexta feria, & jejuniis generaliter ab Eccleſia inſtitutis ovis, caſeo, ceteriſque lacticiniis non utantur. Sororibus vero ſanis nullo unquam tempore liceat *carnibus* veſci: in ſexta vero feria ſanæ omni tempore jejunent abſque *piſcibus*,

non; ex tunc ad requiſitionem Cardinalis ejuſdem ad diſponendum de ipſis, prout ſecundum Deum earum ſaluti expedire viderimus, auctore Domino procede-

,, *bus*, niſi ex cauſa cum Conventu ab Abbatiſſa fuerit
,, diſpenſatum; utpote cum aliqua ſolemnis feſtivitas
,, die *Veneris* celebratur. Præfatam autem jejunii &

a quo quæ diſpenſentur.

,, abſtinentiæ legem adoleſcentulæ infra xv. annum,
,, vel ſenes, ſeu manifeſte debiles, vel infirmæ obſer-
,, vare minime teneantur; quibus ſecundum earum
,, imbecillitatem tam in carnibus, quam in aliis neceſ-
,, ſariis poſſit per Abbatiſſam miſericorditer, & ſem-
,, per communiter, & æqualiter provideri. Cum Ser-
,, vientibus tamen Sororibus & adoleſcentibus infra
,, XVIII. annum circa jejunium, præterquam in Ad-
,, ventu Domini, Quadrageſima majori, ſexta feria,
,, ac jejuniis ab Eccleſia inſtitutis poſſit Abbatiſſa, ſe-
,, cundum quod viderit, diſpenſare. Sanæ quoque
,, Sorores *minutionis* ſuæ tempore, quod in triduo
,, terminetur, jejunare non teneantur extra majorem
,, Quadrageſimam, & ſextam feriam, Adventum Do-
,, mini, & tempus infra Aſcenſionem, & Pentecoſten,
,, ac jejunia ab Eccleſia generaliter inſtituta. Caveat
,, autem Abbatiſſa, ne ultra quam ſex vicibus in anno
,, *minutionem* communiter fieri permittat, niſi certa
,, neceſſitas plus requirat; nec a perſona extranea ma-
,, xime viro minutionem recipiant aliqua ratione.

De infirmis.

,, De *infirmis* verò maxima cura, ac diligentia ha-
,, beatur; & ſecundum quod poſſibile fuerit, & de-
,, cuerit, tam in cibariis, quæ ipſarum requirit infir-
,, mitas, quam in aliis neceſſariis ex fervore caritatis
,, benigne, communiter, & ſollicite illis per omnia
,, ſerviatur. Quæ vero ſunt infirmæ proprium habeant
,, locum, ubi a ſanis maneant ſeparatæ, ne Conven-
,, tus quies, & ordinatio in aliquo perturbetur. *Ab-*

De Abbatiſſa.

,, *batiſſa* vero, quantum poteſt, ſtudeat continuare
,, Conventum, & vitam communem ducere; cum de-
,, beat eſſe ſpeculum claritatis ceteris, & omnibus ſuis
,, Sororibus in exemplum. *Abbatiſſa* tamen, quæ com-
,, munem vitam ducere non potuerit, vel noluerit,
,, ſine more diſpendio a ſuo regimine per Miniſtrum,
,, ſeu per Viſitatores Ordinis abſolvatur; niſi de ſua
,, mora in officio nullum diſpendium domus eſſet, ſed
,, grandis valde neceſſitas, & evidens utilitas appare-
,, ret. *Silentium* continuum ſit continue ab omnibus,

De continuo ſilentio.

,, ut eis nec ſibi invicem, nec alicui alii ſine licentia
,, liceat unquam loqui. Attendat tamen Abbatiſſa ſol-
,, licitè, ubi, quando, & qualiter Sororibus loquen-
,, di licentiam largiatur. Omnes uti ſignis religioſis
,, ſtudeant & honeſtis: in duplicibus autem feſtis, ac
,, Apoſtolorum ſolemnitatibus, & ſi Abbatiſſæ vide-
,, bitur, infra octavas ſolemnitatum, quarum octavæ
,, ab Ordine celebrantur, in certo loco ad hoc aſſi-
,, gnato ab hora nona uſque ad veſperam loqui poſſint
,, de Domino Jeſu Chriſto, ac piis Sanctorum exemplis
,, ſolemnitate inſtanti, & de aliis licitis & honeſtis.

De Locutorio, ſeu colloquendi loco.

,, Quando vero aliquis alicui de Sororibus loqui pe-
,, tierit, hoc Abbatiſſæ, vel Præſidenti primitus nun-
,, cietur; & ſi ipſa conceſſerit, tunc illa Soror acce-
,, dens ad *Locutorium* duas ſemper Sorores ad minus
,, habeat ſecum, quæ loquentem Sororem videant,
,, & audiant, quæ ex utraque parte dicuntur: omni
,, tamen diligentia caveant ſibi Sorores, quæ cum Deo
,, loqui deſiderant, ne per verba inutilia inaniter ſe
,, effundant; nec etiam trahant ibi moram in locutio-
,, nibus nimis longam. Verum cum aliqua Soror con-
,, fiteri voluerit, per Locutorium ſola ſoli confeſſio-
,, nem faciat Sacerdoti; Confeſſores vero ipſarum eis
,, per Miniſtrum Generalem, ſeu Provincialem illius
,, Provinciæ aſſignati ſolummodo, ſecundum quod
,, ipſi, vel ipſorum alter duxerit ordinandum, eas a
,, peccatis omnibus abſolvant. Per cratem autem fer-
,, ream, per quam *Communionem* accipiunt, & Officium
,, audiunt, & ſermonem, nemo loquatur; niſi forte
,, aliquando cauſa rationabili & neceſſaria exigente;
,, & tunc cum ſocietate, ſicut de Locutorio eſt ſtatu-
,, tum, quod tamen rariſſime fiat. Hujuſmodi ſiqui-
,, dem cratibus ferreis niger pannus interius apponatur
,, ita, quod nulla ratione aliqua Sororum perinde vi-
,, deri valeat; nec aliquid inde exterius intueri: ſimili
,, modo niger pannus in Locutorio teneatur. Habeant

De Cratibus.

,, etiam *crates* ad oſtia lignea cum ſeris, & clavibus,
,, ut maneant ſemper clauſa, niſi pro cauſis ſuperius
,, nominatis. *Locutorium* vero ſit ex una tantum tabu-
,, la ferrea pluribus in tantum parvis foraminibus per-
,, forata, ut nullus poſſit ea mediante videri: Cratis
,, autem ſit ex crebris, & ſpiſſis lineis ferreis diligenti
,, & forti opere fabricata; & tam Cratis, quam Lo-
,, cutorium ſint clavis ferreis in longum protenſis ex-
,, terius fortiter communita: in uno tamen præfatæ
,, Cratis latere ſit una parva feneſtra cum oſtiolo fer-
,, reo, per quam Sacerdos manum porrigens Sororibus
,, poſſit *Corpus Dominicum* impertiri; per nullam
,, aliam Cratis partem poſſit aliquis manum mittere
,, infra Cratem. Prædictum vero hoſtiolum, niſi cum
,, Sorores Corpus Dominicum recipere debent, & ſer-
,, monem audire per perſonam idoneam, & honeſtam,
,, duabus clavibus ſit ſeratum. Sine Miniſtri licentia

De unica Rota.

,, non habeatur niſi una *Rota* conveniens in Conventu,
,, per quam neceſſaria Sororibus concedantur, & auſe-
,, rantur etiam auferenda: hæc ſiquidem taliter ordi-
,, netur, ut nihil poſſit ea mediante videri. Per ipſam
,, vero nulla Soror poſſit loqui alicui duabus tantum
,, exceptis, a quibus cuſtodiatur diligenti cuſtodia ve-
,, lut porta. *Silentii* vero legem præſentis Regulæ

De ſilentio.

,, omnino Abbatiſſa faciat cuſtodiri, & in ſe obſer-
,, vet diligenter, ut penitus omnis oblocutionis mate-
,, ria omnibus auferatur, excepto quod ipſa cum So-
,, roribus ſuis horis, & locis competentibus loqui po-
,, teſt, ſicut ei ſecundum Deum videbitur expedire.
,, Sorores vero infirmæ, ac Servientes eiſdem juxta
,, diſpoſitionem Abbatiſſæ infirmitatis ſuæ tempore in
,, Infirmaria, ac etiam ſanæ, ſi cauſa viſitationis cari-
,, tativæ de Abbatiſſæ licentia ingreſſæ fuerint Infirma-
,, riam, vel cum infirmis Sororibus loqui poſſint. Ce-

De ingreſſu in Monaſterium.

,, terum in virtute obedientiæ diſtrictæ præcipimus, ut
,, nulla unquam Abbatiſſa, nullæque ejus Sorores ali-
,, quam Religioſam perſonam, vel ſecularem, cujuſ-
,, cumque dignitatis exiſtat, infra Monaſterium, ſive
,, Clauſtrum, ideſt ad locum aliquem, ad quem Soro-
,, res accedere poſſint, intrare permittant ſine Sedis
,, Apoſtolicæ licentia ſpeciali; & ſimili modo ingreſ-
,, ſum omnibus aliis inhibemus, exceptis Generali &
,, Provinciali Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum, &
,, illis, quos de Abbatiſſæ mandato, conſilio, & con-
,, ſenſu Conventus pro aliquo opere valdè neceſſario
,, faciendo evidens neceſſitas exegerit introire, qui cum
,, multi fuerint, ſimul plures ordinentur ad opus, & eo
,, completo exeant feſtinanter. Super hoc etiam Pro-
,, vincialis Miniſtri requiratur aſſenſus, quando fie-
,, ri poterit congruenter, ut in omnibus famæ cla-
,, ritas conſervetur. Ipſe autem Miniſter Provincia-
,, lis ipſius Provinciæ Monaſterium præfatum cum
,, duobus ſociis honeſtis cauſa neceſſariæ viſitationis,
,, ſive reformationis Conventus, cum ſine ingreſſu hæc
,, exequi non valebit, aliis autem utilibus & neceſſariis
,, emergentibus cauſis intrare valeat, ſecundum quod
,, Generalis Miniſter de conſilio Diſcretorum ejus du-
,, xerit concedendum. Si forte aliquis Cardinalium ad
,, aliquod Monaſterium hujus Religionis aliquando ve-
,, nerit, & in illud ingredi voluerit; cum reverentia
,, quidem & devote ſuſcipiatur, ſed ſecum non ducat
,, ſocios aliquos ultra ſeptem. Alius autem Prælatus,
,, cui forte aliquando intrare a Summo Pontifice ſit con-
,, ceſſum; duobus honeſtis ſociis ſit contentus. Quod
,, ſi forte pro benedictione Abbatiſſæ, vel pro aliqua
,, Sorore conſecranda in Monialem, vel alio etiam
,, modo alicui Epiſcopo conceſſum fuerit Miſſam inte-
,, rius celebrare aliquando, tribus aut quatuor Sociis
,, ſit contentus, aut Miniſtris. Cum vero aliquis homo
,, intraverit intra portam, ei Abbatiſſa loqui valeat
,, cum duabus ſemper ex diſcretioribus, & maturiori-
,, bus Sororibus de Conventu: Si autem, ut dictum
,, eſt, alicui mulieri Monaſterium intrare licuerit, ei
,, Sorores de Abbatiſſæ licentia loqui poſſint. Inhibe-
,, mus autem, ut nulla loquatur ex certa ſcientia cum
,, aliquo homine, qui ingreſſus fuerit, niſi modo ſu-
,, perius annunciato: Nec poſſit Abbatiſſa, ſeu Viſi-
,, tator, aut Miniſter ſuper hoc alicui de Sororibus li-
,, centiam impertiri. Ut itaque Sorores quietius ac li-
,, berius poſſint Divinis laudibus inſiſtere, & ſibi vaca-
,, re honeſtius; omnes, qui in aliquod Monaſterium
,, hujus Religionis ex certa ſcientia contra præfatam
,, formam intrare præſumpſerit, *excommunicationis*
,, ſententia innodamus. Si vero alicui a Sede Apoſtoli-
,, ca ingredi in Monaſterium ſolummodo licentia con-
,, cedatur; non propter hoc permittatur Monaſterium
,, introire, niſi ſit talis, de cujus vita, moribus, &

pœna transgreſſorum.

,, fama

& rei exitum ſibi nunciari jubet.

cedemus. Diem vero citationis, & for- A mam, & quidquid exinde duxeris faciendum,

,, ſama intuentes ædificari valeant, & de cujus ingreſſu
,, materia ſcandali nequeat generari. Omnes autem,
,, qui a Summo Pontifice obtenta licentia intrare vo-
,, luerint, conceſſionis litteras ſuper hoc oſtendant
,, primo Abbatiſſæ, & aliis diſcretis Sororibus de Con-
,, ventu; Ubi autem proprius Capellanus fuerit, ha-
,, bitu & vita religioſus, ac bonæ famæ, nec juvenis,
,, ſed provectæ ætatis exiſtat. Cum ergo aliqua Soro-
,, rum gravi fuerit infirmitate corporis detenta, ita quod
,, ad Locutorium commode venire non valeat, & ne-
,, ceſſe habeat confiteri, & Dominici Corporis, ſeu alia
,, Sacramenta Eccleſiaſtica recipere: Confeſſor ipſa-
,, rum Sacerdotalibus indumentis præter caſulam in-
,, grediatur indutus, ſocius etiam ejus accedat ſimiliter
,, ſemper in albis, & tum confiteatur Soror infirma
,, tribus Sororibus non longe exiſtentibus, quæ confi-
,, tentem, & Confeſſorem videant, & videri poſſint
,, ab eiſdem; & confeſſione audita, vel alio tradito
,, Sacramento, ſicut ingreſſi fuerint, ſic egrediantur
,, induti; nec aliquam moram ibi facere præſumant,
,, nec cum aliqua alia Sorore niſi prædicto modo lo-
,, quantur. Sic enim ſe habeant in animæ commen-
,, datione Sororum. Porro ad exequias circa ſepulturas

De ſepultura.

,, agendas Capellanus non ingrediatur in Clauſtrum,
,, ſed exterius in Eccleſia indutus Sacerdotalibus ante
,, Altare maneat, & quod ad illud officium pertinet,
,, cum Sociis exequatur. Si autem neceſſe fuerit, ut in-
,, grediantur aliqui ad fodiendam, vel aperiendam ſe-
,, pulturam, ſeu terram poſtmodum coaptandam; &
,, Abbatiſſæ & Conventui viſum fuerit hoc expediens
,, propter imbecillitatem Sororum; ſit eidem Capella-
,, no & Socio cum aliquibus duobus aliis ad hoc idoneis
,, & honeſtis licitum introire, qui ſimul ſtent, quamdiu
,, morabuntur, & completo opere exeant ſine mora.
,, Attendat autem diligenter Miniſter, & qui fuerit pro
,, tempore Viſitator, & qui pro operibus ingredi de-
,, beant Monaſterium, ſi neceſſaria ſunt hujuſmodi
,, opera; & quando, aut quomodo illi ingrediantur,
,, & qualiter ſe habere debeant infra portam; ac ſuper
,, his ordinent; & diſponant, ſecundum quod ſaluti &
,, integritati famæ Sororum viderint expedire. Ad *por-*

De cuſtodia portæ, & Oſtiaria.

,, *tam* cuſtodiendam aliqua talis ex Sororibus conſtitua-
,, tur, quæ omnino Deum diligat; ſit diligens & diſcre-
,, ta, ac moribus & ætate matura, quæ clavem portæ
,, prædictæ ſic diligenter cuſtodiat & conſervet, ut
,, nunquam ſine ea, vel ipſa neſcia oſtium portæ ali-
,, quando valeat aperiri. Reliquam vero clavem di-
,, verſam ab illa cuſtodiat Abbatiſſa. Sit & alia æque
,, idonea ei Socia deputata, quæ ejus vicem in omni-
,, bus exequatur, quando ipſa aliqua rationabili &
,, neceſſaria cauſa fuerit occupata. Caveant autem ſtu-
,, dioſiſſimæ hujuſmodi *Oſtiariæ*, & procurent, ne un-
,, quam Oſtium ſtet apertum, niſi quantum minus fieri
,, poterit congruenter. Sit autem *Oſtium* ſeris ferreis
,, cum oſtiolo, & vectibus diligenter munitum, & ſine
,, alicujus prædictarum cuſtodia nullatenus dimittatur,
,, duabus tamen clavibus de die ac nocte ſit firmiter ob-
,, ſeratum; nec omni pulſanti aperiatur ſtatim, niſi
,, prius Oſtiaria viderit per feneſtram parvulam, quæ
,, debet eſſe in porta, & indubitanter pulſantem cogno-
,, verit, quod talis ſit, cui ſine dubitatione aliqua ſe-
,, cundum mandatum, quod in eadem forma de ingreſ-
,, ſuris ſuperius continetur, debeat aperiri. Volumus
,, prorſus, ut *Porta* in excelſo exiſtat, ad quam per ſca-
,, lam ligneam aſcendatur, quæ catena ferrea elevetur
,, in ſero, & cum clavi firmetur, & mane de die lu-
,, ceſcente tribus præſentibus deponatur. Et ſi aliquan-
,, do intra Monaſterium aliquod opus fuerit faciendum,
,, ad quod agendum ſeculares aliquos, vel quaſcunque
,, perſonas alias oporteat introire; provideat Abbatiſſa
,, ſollicite; & tunc, dum opus exercetur, ſtatuantur
,, ad oſtium cuſtodiendum tres Sorores, vel Servientes
,, de maturioribus & diſcretioribus de Conventu, quæ
,, ſemper in ſilentio ſic perſonis ad opus deputatis ape-
,, riant, quod alias perſonas intrare penitus non per-
,, mittant. Ubi vero eſſet nimia multitudo, & grandis
,, preſſura, ſtatuantur ad cuſtodiam aliæ perſonæ, quàm
,, Sorores incluſæ. Sorores nempe omnes tunc, & ſem-
,, per, quantumcumque rationabiliter poterunt, ſtudio-
,, ſiſſime caveant, ne a Secularibus, vel Religioſis aliis
,, videantur. Nullum animal infra Clauſtrum exce-
,, ptis murilegis teneatur. Ordinetur aliqua domus in-
,, terius juxta portam, ad quam poſſit Nutrix accede-
,, re, ac etiam inciſor Cyrurgicus de conſilio, & con-
,, ſenſu Conventus, cum fuerit alicujus Sororum ne-
,, ceſſitas manifeſta. De *Viſitatione* hujus Religionis
,, itaque illud eſt ſollicite providendum, ut quicunque

De Viſitatione, ac Viſitatore.

,, ſive Generalis, ſive alicubi aliquando ſpecialis con-
,, ſtituendus fuerit *Viſitator*, talis debeat conſtitui, de
,, cujus religioſa vita, & moribus notitia plena, &
,, ſecuritas habeatur; qui cum ad Monaſterium aliquod
,, ipſius Religionis veniens fuerit ingreſſus, ibidem ſic
,, ſe in omnibus habeat, & oſtendat, ut omnes de bo-
,, no ad melius provocet, & ad Divinum amorem ac-
,, cendat, ac inter Sorores mutuam ſemper caritatem
,, inflammet; & quando Monaſterii clauſtra cauſa viſi-
,, tationis intraverit, duos Religioſos ſocios & idoneos
,, ſecum ducat: iidem vero ſocii, quamdiu fuerint in-
,, tra clauſtrum, nullatenus ab invicem ſeparentur.
,, Omnia Monaſteria hujus Ordinis viſitentur quolibet
,, anno, aut prorſus in biennio ſaltem ſemel. Viſitator
,, ſit ſemper ex Ordine Fratrum Minorum, & per Mi-
,, niſtrum Generalem Ordinis tranſmittatur. Omni au-
,, tem anno, quo per Viſitatorem a Generali tranſmiſ-
,, ſum viſitari non poterit, ſi neceſſe fuerit, per Mini-
,, ſtrum illius Provinciæ ſecundum formam viſitationis
,, præſentis Regulæ viſitentur. *Viſitator*, Regula primo

Viſitationis norma,

,, lecta, ad viſitationem procedens de Sororum ſtatu, &
,, obſervantia ſuæ Religionis per obedientiam ab omni-
,, bus generaliter, & ſpecialiter a ſingulis inquirat ſtu-
,, dioſius veritatem. Et ubi aliquid corrigendum, ſeu
,, etiam reformandum invenerit, zelo caritatis, &
,, amore juſtitiæ cum diſcretione corrigat, & reformet
,, tam in capite, quam in membris. Cum autem viſi-
,, tatur aliqua ex Sororibus, vel etiam Abbatiſſa, ſuæ
,, viſitationi non interſit, ſed tunc extra Capitulum
,, commoretur; contra quam nihil in publico ab aliqua
,, proponatur omnino, quod non poſſit probari factum
,, fuiſſe, vel per publicam famam. Caveant autem
,, omnes Sorores, & conſiderent diligenter præcipue
,, in viſitatione Sororum, ut nihil aliud, quam amor
,, Divinus, & ſuarum Sororum correctio eas moveat ad
,, loquendum. Illis autem, quæ noluerint recognoſce-
,, re culpam, quæ ipſis impingitur, ſi excuſare ſe vo-
,, luerint, præſertim ſi gravia fuerint, audientia non
,, negetur: accuſantes autem in gravibus, ſi in proba-
,, tione defecerint, pro culpæ impoſitæ modo legitime
,, puniatur. Exceſſus, qui fuerit ſufficienter correctus
,, a *Viſitatore*, iterum nullatenus corrigatur. Modum
,, autem ſupraſcriptum loquendi cuſtodiat *Viſitator*, vi-
,, delicet ut cum omnibus, aut cum duabus ad mi-
,, nus in aſpectu etiam plurium non exiſtentium longe
,, loquatur, niſi cum extra locum fuerit; & ad Locu-
,, torium cum una ſola, vel cum pluribus loqui volue-
,, rit de iis, quæ ad officium ipſum pertinere noſcun-
,, tur. Volumus omnino, quod *Viſitatores* de viſita-

& terminus.

,, tione celeriter ſe expediant, & ſine onere domus,
,, ita quod ſi Conventus in Sororibus quinquagenarium
,, non excedit, infra quinque dierum ſpatium penitus
,, viſitationem compleant tam publicam, quam priva-
,, tam. Si vero Conventus quinquagintarum incluſa-
,, rum Sororum erit & ultra, infra octo vel novem
,, dies ad plus omnino viſitatio terminetur; nec poſt-
,, modum Monaſterium ingrediendi habeant facultatem.
,, Tempus viſitationis prædictum ex aliqua cauſa proro-
,, gari non poterit ſine Generalis Miniſtri licentia ſpe-
,, ciali: nec volumus, quod Generalis Miniſter præ-
,, dictum tempus mutare valeat niſi in aliquo certo lo-
,, co, & ex aliqua certa cauſa. Ab occaſu tamen So-
,, lis uſque ad ortum ipſius *Viſitatoribus*, & omnibus
,, aliis quacunque auctoritate munitis, excepta cauſa
,, Confeſſionis alicujus Sororis nimium ægrotantis, vel
,, alicujus alterius imminentis periculi manifeſti, mo-
,, ram & ingreſſum diſtricte per obediendiam inhibe-
,, mus. Ad hæc autem volumus, & attente monemus,
,, ut ea quæ ſecundum vitæ ſuæ formam, & regularem
,, obſervantiam ſtatuenda fuerint & emendanda, pu-
,, blice ac privatim Sorores, ſicut melius videbitur fa-
,, ciendum, *Viſitatori* diligenter ſuggerant & propo-
,, nant, cui per obedientiam teneantur in iis, quæ ad
,, officium ſuum pertinent, infra prædictum tempus fir-
,, miter obedire. Quæ autem aliter fecerit, a Viſitatore
,, debito modo, prout convenit, puniatur. *Abbatiſſa*
,, quoque ab eodem, ſi ejus defectus, aut merita exi-
,, gant, ab officio abſolvatur. Similiter *Capellanus*,
,, & *Converſi*, ac alii etiam familiares, ſi in aliquo
,, repre-

Digitized by Google

dum, Nobis per tuas litteras harum ſeriem continentes ſtudeas fideliter intimare.

Datum Perusii III. Idus Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

LXII.

Anno 1266. die 11. Januarii.

Pluribus Regem *inſtruit documentis, & ut a conſiliis viris probis, ac prudentibus utatur, admonet, nuncioſque fratris ſuæ benigne recipiat, & exaudiat.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 136. tom. 4., & 138. tom. 5. anno I.)

A

CLEMENS &c.

Cariſſimo in Chriſto filio noſtro C.[a] Regi Siciliæ *illuſtri Sal., & Ap. Bened.*

a

PRofectURUM ad bella Principem[b] pacem decet in domo propria ſolidare, ne dum pugna domeſtica laceſcente diſtrahitur, minus ab exteris timeatur. Inter omnia ſanè prælia illud magis eſt intimum, idem rectius dici inteſtinum, quod ſub Dei ſolius oculis in conſcientiæ ſecre-

b

Rectum Pontificis conſilium.

„ reprehenſibiles fuerint, corrigantur: Si vero noluerint, vel contempſerint emendari, a Monaſterio removeantur omnino: & ſi Fratres aliquando ibidem ſteterint, vel etiam ſi non ibidem morantes audierint Confeſſiones earum, & Viſitator contra ipſos aliquid notabile invenerit; teneatur illud Miniſtro Provinciæ nunciare, qui ipſos mox corrigere debeat, vel etiam de loco amovere. *Viſitatori* vero diſtrictè injungimus, ut celanda, quæ in ſua viſitatione invenerit, nulli aliquo modo ſcienter revelet; ſed lectis exceſſibus, & injunctis pœnitentiis omnia ſcripta coram Conventu comburat, niſi eſſent talia, quæ ex conſilio diſcretarum Sororum Conventus omnino eſſent Miniſtro Generali referenda. Si vero *Provincialis* Miniſter aliquid notabile contra Viſitatorem, aut ſocios ſuos poſt viſitationem invenerit, id teneatur Miniſtro Generali Ordinis indicare: Viſitatorum vero ſocii viſitationibus non interſint. Electio autem *Abbatiſſæ* liberè pertineat ad Conventum; confirmatio vero, & infirmatio, ſeu ipſius amotio fiat per Generalem Miniſtrum Ordinis *Fratrum Minorum*, ſi aderit in Provincia; & in ejus abſentia per Provincialem illius Provinciæ, in qua Monaſterium fuerit conſtitutum, ad quos ordinatio ſpectat hujus Ordinis, regimen, cura, & viſitatio, correctio, nec non reformatio tam per ſe ipſos, quam per Viſitatores, quibus prædicta fuerint pro loco & tempore imponenda: unde in virtute obedientiæ firmiter præcipimus, & injungimus Abbatiſſis, ac ceteris Sororibus hujus Religionis, quatenus Miniſtro Generali, ac Provinciali illius Provinciæ, in qua Monaſterium ſitum fuerit, obediant in omnibus, quæ non ſunt contra ſuam animam, & præſentem Regulam, cum velimus eas ſemper eorum regiminai ſubjacere. Similiter per obedientiam injungimus omnibus Sororibus Religionis ejuſdem, ut Abbatiſſæ, poſtquam confirmationem de officio receperit, quamdiu in ipſo permanſerit, pareant diligenter. Sed cum Conventus cauſa infirmitatis, vel quocunque alio caſu regimine Abbatiſſæ carebit; poſſint Sorores ſibi eligere *Præſidentem*, cui obedire teneantur uſque ad tempus, quo de ſuo officio ſe intromiſerit Abbatiſſa. Præſidens vero prædicta, quæ ad Abbatiſſæ officium pertinent, interim exequatur. De cura vero, diſpoſitione, ac diſpenſatione *Poſſeſſionum*, & rerum temporalium Generalis vel Provincialis Miniſter, aut alii Fratres Ordinis ſe nullatenus intromittant. Miniſter autem, & Viſitator in temporalibus & ſpiritualibus ſemper habent deformia reformare, & corrigere corrigenda. Ad hæc propter diſcurſum indecentem prætextu temporalium evitandum, & ut quietius poſſint Sorores prædictæ Domino deſervire; liceat eis in communi redditus & *poſſeſſiones* recipere, ac eas liberè retinere; pro quibus poſſeſſionibus modo debito pertractandis *Procurator* unus prudens & fidelis in ſingulis hujus Ordinis Monaſteriis habeatur, qui per Abbatiſſam de conſilio, & conſenſu Conventus conſtitui debeat, & etiam quandocunque eis videbitur, amoveri; ac de omnibus ſibi commiſſis tam receptis, quam etiam expenſis Abbatiſſæ, & aliis quibuſdam Sororibus ex parte Conventus ad hoc ſpecialiter aſſignatis, & Viſitatori etiam, cum hoc voluerit audire, rationem reddere teneatur; & nihil omnino de rebus Monaſterii vendere, obligare, commutare, vel alienare valeat quoquomodo: & quidquid contra hoc fuerit attentatum, decernimus irritum & inane. Cum igitur ſit alibi illa perennis habitatio patriæ hujus Religionis Sororum, curioſitatem, quæ Deo eſt in

Electio Abbatiſſæ

ac Præſidentis.

Poſſeſſionum in communi conceſſio.

„ omnibus odibilis, ac valde pietati contraria, & ædificiorum ſuperfluitatis exceſſum modis omnibus eas volumus evitare: inter ornamenta Eccleſiaſtica *Clerici*, qui cum ipſis pro tempore commorantur, Stolas, Manipulos, & paraturas pannorum habere de ſerico poſſint; Caſulis tamen, & aliis pannis ſericis non utantur. *Sigillum* vero Conventus cuſtodiatur, & conſervetur ſecundum ordinationem Conventus ejuſdem. Omnis litera, quæ ex parte Conventus dirigitur, primo in Capitulo legatur. Nulla Soror aliquas litteras dirigat, ſeu recipiat, niſi primo eas Abbatiſſa legat, vel niſi ab alia ad hoc ſtatuta coram Abbatiſſa legantur. Abbatiſſa autem de correctione, monitione, ac ordinatione Sororum *Capitulum* teneat qualibet hebdomada ſemel. Inſuper Abbatiſſæ & ceteris Sororibus diſtrictius inhibemus, ut nullam auctoritatem, ſeu laxationem directè vel indirectè contra præſentem Regulam per ſe, vel per alium ab Apoſtolica Sede obtinere procuret ſine licentia Generalis Miniſtri, ac etiam conſilio & conſenſu totius Conventus: quin ſi forte aliquando fuerit per aliquem aliquid huiuſmodi procuratum, vel ſine procuratione conceſſum; decernimus illud nihil valoris, vel roboris obtinere. Denique huiuſmodi prædilectas filias, ac ſponſas magnifici Regis monemus, & hortamur attentè in Domino Jeſu obſecrantes, ut cum ſint hujus eccelſæ Religionis, & clariſſimæ vitæ Sorores, conſiderent ſolertia vigili, ac diligentia vigilanti ſe jam pompa præſentis inopiæ ſpreta, jam floridi ſeculi vanitate contempta, jam gaudiis vilibus plenis mœrore deſpectis, abnegando propriam voluntatem ſuper ſeipſas evolaſſe ſublimius, ut ad horam corpore in antro ſalutis conſtricto, valeant mentes in ſereniſſimis ſplendoribus dilatare. Nihil igitur ex nunc terrenitatis eis ſapiat, nihilque delectet, ſed mortalibus omnibus ſpretis ſolummodo Sponſum integræ puritatis amplectentes ex animo ei ardenter ex amoris incendio uniri nitantur. Omni namque hora cor earum ſuſpiret ad ipſum, ac pro univerſali Eccleſia ex intimo mentis clangore ad Altiſſimum valida voce clament. Nos vero cunctis hanc ſacratiſſimam *Regulam* profitentibus de omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnium peccatorum, de quibus corde contritæ, & ore confeſſæ fuerint, plenam veniam indulgemus; & minora *Vota*, quæ unquam in hoc ſeculo emiſerunt, in hoc perfectionis *Votum* celebre ſalubriter commutamus; & benedictionem eis addicimus ſalutarem, ut ſic nitore ſublimi clarificatæ incedant, quouſque perveniant ad thalamum claritatis. Decernimus ergo, ut nulli Eccleſiaſticæ, Sæcularive perſonæ liceat præſentem *Regulam* infringere, aut aliquatenus immutare, quæ continentur in ea, vel ipſis auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

De Sigillo, & litteris Sororum.

De Capitulo tenendo.

Exhortatio ad Sorores.

Indulgentia elargitur eiſdem plena.

Clauſula prohib. &c.

„ Datum Anagniæ IV. Idus Februarii Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

„ Explicit Regula humilium ancillarum Glorioſiſſimæ Mariæ Virginis Matris Dei, quam *Fr. Manſuetus* de Ord. FF. Min. de mandato Summi Pontificis, & Cardinalium quorundam diligenti conſilio compoſuit, & dictavit „ ita additum legitur in cit. Cod. Floren. Hæc porro *Regula* interpolata fuit, & correcta ab Urbano IV. anno 1263. *Bulla* 77. incip. *Religionis argumentum &c.* in 2. hujus Operis tomo relata p. 477.

(a) C.: *Carolo*: De quo non ſemel, & pauloante.

(b) Principem: Contra Manfredum pugnaturus Carolus in Italiam deſcenderat.

Digitized by Google

ſecretiſſimo ſinu geritur; quæ nunc rodit, nunc lacerat; nunc concutit; nunc proſternit, & alternis vicibus nunc ſuperior, nunc inferior quietem animi vel prorſus disjicit, vel perturbat. Ergo Filii Cariſſime, cum jam manum mittas ad fortia contra fortem fortis, & fortiter pugnaturus, vide prius, quid domi agitur; & ſi forſan tumultum faciunt; ſi tibi movent prælium in eadem non paucæ numero, ſed nec leves injuriæ, quas Eccleſiis, quas Baronibus, quas militibus, quas plebeis terris tuis feciſſe diceris; & uſque ad *Italiam* perduxiſſe; prius conſule te, & tibi; & ne tuæ prudentiæ contra ſapientis conſilium initaris; viris fidelibus, & prudentibus, & audacibus aperi veritatem; qui profectò velint, & valeant, ſciant, & audeant ſanum tibi dare conſilium; & cum magna ſit differentia mentalis examinis, ad forenſe judicium Advocatorum diffugiis non utaris, quibus tuæ ſalutis negocium nullo credideris tempore committendum. Offert tibi Dominus in hoc tempore viros multa peritia præditos, multa fide pollentes, & ſpecialiter inter illos Venerabilem Fratrem noſtrum [a] ... *Altiſiodoren.* Epiſcopum [b], & dilectum filium P. Cambellanum Militiæ [c], qui te nunquam decipient; nec ad tuum diſpendium tuam faciem verebuntur; quorum conſilio ſi te rexeris, nihil Regiæ magnitudini deperibit; nam te regens, & alios, & rectitudinis regulæ te ſubjiciens Regis nomen & meritum rectius obtinebis. Verum inter cætera ad id tibi in memoriam duximus reducendum, quod ſæpe ac ſæpius tuis auribus inculcavimus, de quærela Cariſſimi in Chriſto filii noſtri L. [d] Regis *Franciæ* illuſtris, quod *Gabella* [e], quam percipis, de *Sale* Terræ ipſius graviter ſcandalizat; Serenitatem tuam rogantes & hortantes attente, quatenus ſpecialiter ſuper illa ad tuam præſentiam accedentibus dilectis filiis P. Cambellano prædicto, & *Fratre Johanne de Manſo* [f] Ordinis Fratrum Minorum benignam præbeas audientiam, & ad ea, quæ propoſuerint, verbo taliter factoque reſpondeas; ut & tuam liberes animam; & Fratris [g] animum paratum reddas pariter & placatum.

Proverb. 31. 19.

Paterna ejuſdem admonitio ad Regem.

Proverb. 3. 5.

Viros a conſiliis eidem proponit.

Ne fratris vectigal ſalis percipiat, adhortatur.

Datum Peruſii III. Idus Januarii, Pontificatus Noſtri Anno primo [h].

Leges contra hæreticos ab Innocentio, *&* Alexandro IV. *latæ*, *& abs ſe declarationibus temperatæ jubet, agant, ut recipiantur, & obſerventur*. (Ex ARCHIVO Aſſiſiati Conventus S. Franciſci apud PEGNAM ad calcem Directorii Inquiſitorum, & ex ARCHIVO Aracælitano num. 110. apud WADDINGUM in Annal. Min. ad hunc annum n. 1. & in Bullario Romano tom. 1. al. 3. Bul. 8. al. 15. Ordiniſque Prædic. tom. 1. Bul. 38.)

CLEMENS &c. LXIII.

Anno 1266. die 18. Januarii.

Dilectis filiis Fratribus Prædicatorum & Minorum Ordinum Inquiſitoribus *hæreticæ pravitatis per* Italiam *auctoritate Sedis Apoſtolicæ deputatis, & in poſterum deputandis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

AD extirpanda de medio Populi Chriſtiani hæreticæ pravitatis zizania, quæ abundantius ſolito ſuccreverunt ſic perſeminante illa licentius his diebus homine inimico, tantò ſtudioſius juxta commiſſam nobis ſolicitudinem inſudare proponimus, quantò pernicioſius negligeremus, eadem in necem Catholici ſeminis pervagari. Ut autem adverſus hujuſmodi nequitiæ operarios conſurgant, ſtentque firmiter Eccleſiæ filii, & orthodoxæ fidei Zelatores; Conſtitutiones quaſdam [i] fel. record. INNOCENTIUS PAPA IV. prædeceſſor noſter ad extirpationem hæreticæ Peſtis edidit [k], & tam ipſe, quam fel. memoriæ ALEXANDER PP. prædeceſſor noſter [l] dilectis filiis Poteſtatibus, Rectoribus, Conſulibus,

Mittendarum legum ſuorum prædeceſſorum cauſa.

Matth. 13. 25.

(a) FRATREM NOSTRUM: N.

(b) ALTISIODOREN. EPISCOPUM: Al. Antiſſiodoren. vulgo *Auxerre* in Burgundiæ Ducatu ſub Archiepiſcopo Senonenſi.

(c) CAMBELLANUM MILITIÆ: Vulgo *Ciamberlano*, ſine adjecto *Cubicularius* Latinis, Italis vero *Cameriere*.

(d) L.: *Ludovici IX.* poſtea Cælitibus adnumerati.

(e) GABELLA: Vectigal, ſeu exactio publica a Principe impoſita ſubditis.

(f) FR. JOHANNE DE MANSO: Quem S. Rex iterum anno 1268. legavit ad Pontificem, ex epiſt. *Venientes ad &c.* eo anno die 15. April. data.

(g) FRATRIS: Nempe S. Ludovici prædicti.

(h) Partem hujus epiſtolæ retulit etiam Raynaldus ad hunc annum n. 7.

(i) CONSTITUTIONES QUASDAM: Incipientes eodem exemplo: *Ad extirpanda de medio &c.*

(k) EDIDIT: Anno 1252., iterumque anno 1254. diebus 15. & 20. Maji.

(l) ALEXANDER PP. PRÆDECESSOR NOSTER: IV. anno 1259. die 30. Novembris.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1266.

libus, Capitaneis, Ancianis, Conſiliis, & Communitatibus Civitatum, Caſtrorum, aliorumque locorum per *Italiam* conſtitutis mandarunt, ut Conſtitutiones ipſas in ſuis conſcribi Capitularibus [a] facerent, & exacta diligentia obſervarent. Unde prædictis Poteſtatibus, ſive Rectoribus, Conſulibus, Capitaneis, Ancianis, Conſiliis, & Communitatibus damus noſtris litteris [b] in mandatis; ut ipſi, & ſinguli eorum Conſtitutiones eaſdem cum quibuſdam adjectionibus, modificationibus, & declarationibus per dictum ALEXANDRUM prædeceſſorem noſtrum, & etiam per Nos factis conſcribi in ſuis Capitularibus facientes, nullis indè temporibus abolendas, ſecundum eas contra omnem hæreſim ſe adverſus hanc ſanctam Eccleſiam extollentem, ſine aliqua omiſſione procedant. Quocirca ſi dicti Poteſtates, ſive Rectores, Conſules, Capitanei, Anciani, Conſilia, & Communitates mandatum noſtrum ſuper hoc neglexerint adimplere, vos, & ſinguli veſtrum illos, & ſingulos eorum infra deſignatos vobis limites per excommunicationem in perſonas, & interdictum in terras eorum monitione præmiſſa, appellatione remota, cogatis, non obſtante, ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, vel in poſterum indulgeri contingat, quod perſonæ *excommunicari*, ac Civitates, Caſtra, Terræ, & loca ipſorum *interdici* non poſſint; ſive qualibet alia Indulgentia Sedis ejuſdem, per quam effectus præſentium impediri valeat, vel differri; & de qua, cujuſque toto tenore de verbo ad verbum ſpecialem, & expreſſam in noſtris litteris oporteat fieri mentionem; & Conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali [c].

& quibus tranſmiſſæ, quave juſſione. — *Cum adjectionibus, modificationibus, & declarationibus.* — *Non obtemperantes Eccleſ. cenſuris cogantur.* — *Derogando privilegiis Apoſtol.*

Datum Peruſii xv. Kalend. Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ut Epiſcopalem Sedem e Sidonien. *ad Inſulam* Gadicen. *transferat, & Diæceſim ei limitare procuret.* (Ex REGES. VATIC. ep. 203. tom. 3. ann. 1. teſte etiam RAYNALDO ad hunc ann. num. 34.)

LXIV.

Anno 1266. die 2. Februarii.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri [d] .. *Epiſcopo* Abulen. [e] *Sal., & Apoſt. Benedict.*

CUM tibi ad ſupplicationem Cariſſimi in Chriſto filii noſtri [f] .. Regis Caſtellæ ac Legionis Illuſtris in Romanorum Regem Electi fel. record. URBANUS PAPA [g] prædeceſſor noſter ſuis ſub certa forma dederit litteris [h] in mandatis, ut Epiſcopalem Sedem, quæ apud Civitatem *Sydonam* [i] ſita in Regno Iſpalen. quam idem Rex tunc noviter Divina propitiante clementia de Sarracenorum eripuerat [k] manibus, & ad cultum nominis Chriſtiani reduxerat, fuit antiquitus, antequam partes illæ occuparentur ab inimicis hujuſmodi nominis Chriſtiani; transferens ad Inſulam *Gadicen.* [l], ad locum *Galiz* dictæ Civitati vicinum, videlicet apud Eccleſiam *Sanctæ Crucis* loci ejuſdem, ac Eccleſiam ipſam in Cathedralem erigere, & locum eumdem Civitatem conſtituere, ac prædictæ Eccleſiæ perſonam idoneam, eidemque Regi acceptam in Epiſcopum & Paſtorem, poſtquam idem Rex, prout in propoſito gerere dicitur, honorificè prædictam Eccleſiam Regia liberalitate dotaſſet, præficere procurares: quia per eaſdem litteras ante ipſius prædeceſſoris obitum nullus, ut dicitur, habitus eſt proceſſus [m]; Nos ad ejuſdem *Regis* inſtantiam Fraternitati Tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præmiſſa executioni debitæ demandare procures juxta formam tibi traditam per ipſius prædeceſſoris litteras ſupradictas; ac poſtmodum vocatis, qui fuerint evocandi, Diœceſim, quam per te in hujuſmodi litteris prædictæ Eccleſiæ idem prædeceſſor

Prædeceſſoris ſui litteras ad Abulen. Epiſcopum commemorat — *de Sede Epiſcopali Sidoniæ* — *ad Gadicen. Inſulam transferenda;* — *ſub quo tamen eum nihil effectum fuerit,* — *Pontifex innovat juſſionem, de qua ſupra*

(a) CAPITULARIBUS: Ideſt Statutorum libris.
(b) DAMUS NOSTRIS LITTERIS: Quæ vulgatæ habentur ſupra ſub diem 3. Novembris anno 1265.
(c) IN CONCILIO GENERALI: Lateranenſi IV. anno 1215. acto cap. 37.
(d) VEN. FRATRI ..: *Dominico* ex Ord. Min. anno 1263. ab Urbano IV. promoto per litteras *Cunctarum Eccleſiarum &c.* die 30. Julii emiſſas.
(e) ABULEN.: In Hiſpania, veterique Caſtella, ut in prædictis litteris.
(f) FILII NOSTRI ..: *Alphonſi* X. dicti Sapientis.
(g) URBANUS PAPA: *Quartus* hujus nominis.
(h) LITTERIS; Quæ non extare creduntur.
(i) SYDONAM: Conſule not. (h) ad epiſt. *Olim fel. record. &c.* anno ſequenti die 27. Maji datam.
(k) ERIPUERAT: Circa annum 1263.
(l) GADICEN.: A Sidonia 4. leucis diſtantem in occaſum.
(m) PROCESSUS. Ob oppoſitionem Eccleſiæ Hiſpalen., uti teſtatur Pontifex in cit. ep. *Olim fel. record. &c.*

Digitized by Google

CLEMENS PP.IV. An.Ch.1266.

deceſſor aſſignari mandavit, adhibito ad hoc Prælatorum & Virorum Religioſorum illarum partium conſilio, ſecundum Chronica, & Hiſtorias veteres, ac libros antiquos, & alias; prout expedire videris, Deum habendo præ oculis limitare procures. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo juxta litterarum continentiam earumdem. Non obſtante ſi eſt aliquibus ab Apoſtolica Sede indultum, quod *interdici*, *ſuſpendi*, vel *excommunicari* non poſſint per litteras Apoſtolicas, quæ de Indulto hujuſmodi plenam & expreſſam non fecerint mentionem; ſive qualibet alia Indulgentia Sedis ejuſdem, de qua cujuſque toto tenore de verbo ad verbum oporteat in noſtris litteris plenam & expreſſam mentionem fieri; & per quam effectus præſentium impediri valeat, vel differri.

[Margin: cum inſtructione. — Obſtantibus derogando.]

Datum Peruſii IV. Nonas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.[a]

a

Declarat, eos in bonis, in quibus in ſeculo ſuccederent exiſtentes, licite poſſe ſuccedere. (Ex AUTOGRAPHO Aſſiſiati noſtri Conventus S. Franciſci, FIRMAM. 3. Ord., MONUMEN. Ord. Min., SPECULO Min. trac. 2., & WADDINGO in Regeſ. Pontif. ad annum 1265. num. 1. Romanoque Bullario CHERUB. tom. 1. Bul. 1., atque CONFETIO pag. 15.)

LXV.

Anno 1266. die 12. Februarii.

CLEMENS &c.

b c

Dilectis Filiis ... Magiſtro, & Fratribus Prædicatorum[b], *necnon ... Miniſtro Generali Ordinis Fratrum* Minorum[c] *Sal., & Apoſt. Benedict.*

d

Exordium.

OBTENTU[d] Divini nominis, cujus cultui ſub ſacræ veſtræ religionis obſervantia ſtudetis mente devotiſſima deſervire, votis veſtris libenter annuimus; & petitiones veſtras in his, quæ dignè depoſcitis, favorabiliter exaudimus. Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum coram Nobis, quod nonnulli Prælati, Clerici, & laici in diverſis mundi partibus conſtituti, aſſerentes vos mundo fore mortuos, nec valentes proprium poſſidere; vos occaſione hujuſmodi a quibuslibet ſucceſſionibus excludere moliuntur. Quare pro parte veſtra fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut ne contingat vos propter hujuſmodi præſumptionem talium aliquod incurrere nocumentum, congruum remedium adhibere paterna diligentia curaremus. Nos itaque veſtris petitionibus benignius attendentes auctoritate Apoſtolica declaramus, quod vos in temporalibus bonis, in quibus ſuccederetis in ſæculo exiſtentes, licitè poſſitis ſuccedere; & bonorum ipſorum poſſeſſiones apprehendere, ac vendere liberè; bona ipſa, eorumque pretium in utilitatem veſtram convertere, prout vobis melius videbitur expedire. Univerſas autem *interdicti*, *ſuſpenſionis*, & *excommunicationis* ſententias, quas contra præſentis declarationis tenorem per quemcumque fieri contigerit, decernimus irritas, & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, ac conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

[Margin: Cauſa hujus decretalis epiſtolæ. — Fratrum ſupplicationes — Pontifex excipit, & declarans concedit, ut ſupra. — Clauſula prohib. &c.]

Datum Peruſii II. Idus Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo[e].

e

Ut

(a) Epiſcopus Abulen. Pontificis juſſionem exequutus eſt, elegitque *Fr. Joannem Martini* Ord. Min. prædicto Regi acceptum Gadicen. Eccleſiæ præficiens; ſed electioni opponente Archiepiſcopo Hiſpalen., & illius Eccleſiæ Capitulo, rem Pontifex decidendam Conchen. & Corduben. Epiſcopis ex cit. epiſt. *Olim fel. record. &c.* relata commiſit.

(b) MAGISTRO, ET FRATRIBUS PRÆDICATORUM: *Joanni Vercellenſi* ſui Ordinis Magiſtro Generali, Legatione Pontificia, & Patriarchatu Hieroſolymitano condecorato, de quo Scriptores Dominicani, & Waddingus in Annal. Minor. ad ann. 1277. & 1278.

(c) MINISTRO GENERALI ORDINIS FRATRUM MINORUM: S. Bonaventuræ anno 1256. aſſumpto ex Waddingo ad eum annum num. 3., vel potius anno 1257., ut alio loco fuſius demonſtrabitur.

(d) OBTENTU: Ideſt intuitu, & conſideratione.

(e) Bullam hanc una cum aliis plurimis ad Franciſcanos Ordines ſpectantibus approbatam, ac Proceſſu deſuper confecto ſolemniter recognitam a Rmo D. Antonio de Monte Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditore, nunc quidem ad inſtantiam F. Jos del Rio Fratrum Minorum de Obſervantia in Provincia S. Jacobi Vicarii Provincialis, nunc vero Fr. Claudii Hugonis Reformationis Obſervantiæ Provinciarum Franciæ, & S. Bonaventuræ Miniſtri, ac Procuratoris; Necnon Fr. Antonii del Rincon ejuſdem pariter Ordinis Obſervantini Profeſſoris, teſtantur pluries impreſſa per eoſdem Fratres Minores de Obſervantia *Firmamenta* Trium Ordinum par. 2. fol. 23. Pariſiis 1512. & anno ſequenti Venetiis. Monumenta Ordinis tract. 2. fol. 64. Typis dat. in Civitate Salmantina impenſis Joannis de Porras ſtudio & induſtria Fratrum Minorum de Obſervantia 1511., & *Speculum Minorum* tract. 1. fol. 49. & tract. 2. fol. 11. Impreſs. Pariſiis an. 1509. *per mandatum* R. P. F. Gerardi Zoethelme ſuper Fratres de Obſervantia vulgariter nuncupatos Provinciæ Franciæ Vicarii Provincialis.

Verum ſpecialiſſima hujus Bullæ recognitio, & approbatio ea eſt quam anno 1728., ut modernorum Obſervantium dubitationibus fieret ſatis, inſtante Fratre Cajetano Lamberti noſtri Ordinis Minorum Conventua-

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An.Ch.1266.

Ut in ſuæ legationis officio uti poſſit ope FF. Ord. Prædicat., *&* Minorum, *aliorumve Ordinum non obſtantibus &c.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. ep.28. to.3.an.2.)

LXVI. Anno 1266. die 18. Februarii.

CLEMENS &c.

a *Venerabili Fratri* [a] .. *Epiſcopo* Albanen. *in Regno Siciliæ Apoſtolicæ Sedis Legato Sal.*, *& Apoſt. Ben.*

b Conceſſionis occaſio.

DESIDERANTES, ut negotium Cariſſimi in Chriſto filii noſtri C. [b] Regis Siciliæ illuſtris felicem auctore Domino conſequatur effectum, tibi, cui in Regno Siciliæ plenæ Legationis officium eſt commiſſum, injungendi dilectis filiis Fratribus *Prædicatorum*, & *Minorum*, A ac aliorum *Ordinum* ubilibet conſtitutis quæcumque proſecutioni dicti Officii, ſeu negotii ejuſdem utilitati videris expedire; ac contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendi; non obſtantibus aliquibus indulgentiis eis, quibus hæc injungenda duxeris ſpecialiter, aut perſonis eorumdem Ordinum generaliter ab Apoſtolica Sede ſub quacumque verborum forma conceſſis, per quas in aliquo B ſuper hoc ſe tueri valeant, & de quibus oporteat in noſtris litteris plenam & expreſſam, ſeu de verbo ad verbum fieri mentionem, plenam & liberam, concedimus auctoritate præſentium facultatem. Cum obſtantium derogatione.

Datum Peruſii XII. Kalend. Martii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Ut

ventualium in Romana Curia Procuratore Generali, & mandante SSmo Dño Benedicto Papa XIII. perfecerunt tres eximii ab eodem Summo Pontifice Deputati Doctiſſimi, a Peritiſſimi Viri, nempe Rmus D. Juſtus de Fontaninis Archiepiſc. Ancyran. S. Palatii Apoſtolici Abbreviator, Rmus D.Dominicus Riviera Protonotarius Apoſtolicus, & Archiviorum Arcis S.Angeli Præfectus, Rmus D. Jos Vignoli a Cubiculo SSmi, & Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtos, qui nempe Clementinæ hujus Bullæ authographum, ex Archivo noſtro Aſſiſienſi Romam allatum, ac ſedulo perpenſum omni prorſus fide digniſſimum, ac nullo penitus falſitatis vitio laborans pleniſſimeque concordans cum Exemplari impreſſo inter alias hujus Pontificis Bullas in Bullario Romano integerrime conteſtati ſunt, ut videre eſt in Libro *Ragioni Storiche* a Rmo D. Antonio Lucci Epiſcopo Bovinenſi cap. 6., ubi plura congerit Doctiſſimus Præſul ad hujus Bullæ germanitatem ſartam tectam, firmandam, vindicandamque; Et illius recognitionis acta in authenticam formam redegit Dñus Abbatonius Curiæ Capitolinæ Notarius die 7. Maii ejuſdem anni 1728.

Quid verò nuperrimo Bullarum Collectori Romano Carolo Coquelines ſubreptum ſit, aut quid ei actum, ut hance Clementis Conſtitutionem in ſua editione præteriret, noſtra non eſt in præſentiarum aut divinare, aut recenſere. Profectò non una eſt Flavii Cherubini quamvis probè ſufficiens authoritas, neque unum Aſſiſienſe Authographum, quo hujus Bullæ veritas conſtat. Aliud quoque Authographum oſtendunt Fratres noſtri in Panormitano, aliud in Peruſino, in Albæ Pompejano aliud ſervatum Cœnobio; Exempla deinde authentica Cremonæ anni 1468., SS. XII. Apoſtolorum Urbis 1470., Roccæ Contratæ in Piceno 1493., & alibi; ac præſertim in Archivo Ordinis Prædicatorum, de quo Cl. V. Bremondus in notis ad hanc Bullam, quæ 39. eſt Clementis IV. tom. 1. Bullar. ejuſdem Ordinis pag. 470. num. 3.

Et mirum ſi vel hæc documenta apud noſtrates non perierint, cum modiciſſimam ipſorum curam habere tenerentur, poſteaquam Clementini hujus Privilegii recordatio fieret tum in Alexandrinis anni 1500., tum in Pianis an.1565. totius Ordinis Conſtitutionibus, ubi de Paupertate, & forma profitendi agitur: Atque ipſius Religionis uſu, poſſeſſioneque prædiorum ad hæc uſque Clementis tempora innumeris prope certiſque documentis (quod alterius erit otii) referenda nemini jam non conſtaret.

Sed nec illud mirum, ut Conſtitutio hæc a quibuſdam licet exteris ignorata, a cunctis tamen Minoritici Ordinis etiam Obſervantinis Profeſſoribus, elapſis retro temporibus indubitanter admiſſa, recentioribus hiſce in dubium vocata, animosèque pernegata ſit. Nempe ſuperioribus ſeculis uſque ad Petri Marchantii ævum de antiquioritate non diſputabatur.

Nec ullius momenti eſt, quod opponunt præfati Diplomatis Oſores in Regeſto Vat. reperiri datum Prædicatorum non Minorum Ordini: etiam ejuſdem Clementis Bulla *Providentia laudabilis &c.* an.1268. apud Wadd. data dicitur Ordini *Prædicatorum* & *Minorum*, quæ in Bullario Dominicano, & alibi uni Prædicatorum Ordini conceſſa legitur; & alia Alexandri IV. *Exhibita nobis &c.* an. 1257. Non. Januar. apud Dominicanos Authores ſolis *Prioribus Ordinis Prædicatorum* apud Franciſcanos vero, alioſve, & illis, & *Guardianis Fratrum Minorum* data reperitur. Item alia ejuſdem Alexandri in 6. Decr. tit. de Regul., & transl. ad Relig. c. 2. *Non ſolum &c.* data dicitur *Fratribus Prædicat. & Minor.*; at in Tabulario Cœnobii Claramontani Ord. Prædicat. miſſa legitur *Generali Miniſtro & Fratribus Ordinis Minorum* tantum teſte Martene tom.1. Anecdot. col.1067. ut plures alias conſimiles ommittam: Cum addunt in memorato Diplomate Minoritarum legi ſcriptum *Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prædicat., necnon Miniſtro Generali Fratrum Minorum*; cum ſcribi debuiſſet: *Miniſtro Generali, & Fratribus Ordinis Minorum*: idipſum ſciant inveniri apud Philippum Cagliolam Hiſt. Prov. Siculæ Ord. Min. Conv. pag.59. in epiſtola Alex. IV. ann. 1255. data *Dilectis Filiis Miniſtro Provinciali Ordinis Minorum Meſſanæ*: ubi deeſt *& Fratribus*, & apud Wadd. in Bulla 31. Alex. IV. miſſa *F. Ruffino, & Pœnitentiario noſtro*, omiſſum eſt enim *Cappellano*, ut in 29. ejuſdem Bulla.

Attamen caſſa omnis vitilitigatio hæc mihi ſolido prorſus argumento probatur, quod eadem altiſſimæ paupertatis profeſſio utrumque Clementis tempore teneret Ordinem Prædicatorum æque ac Minorum. *Eſt verò alia paupertas*, inquiunt Conſtitutiones hujus Ordinis Summarii par.1. cap.2. cum S.Thoma 2.2.quæſt.188. art.7., *tertii gradus, quæ nec in particulari, nec in communi poſſeſſiones habet .... talis autem eſt paupertas Ordinis Prædicatorum*: Nemoque ignorat in primo Capitulo Generali Bononiæ celebrato 1220. totum Prædicatorum Ordinem poſſeſſionibus, redditibuſque renunciaſſe, quod in Pariſino poſtea Capitulo Generaliſſimo an.1228. firmiſſimè ſtatutum & immutabiliter in perpetuum obſervari præceptum eſt (Eædem Conſtit. part.1. cap.18. part.3. cap.32.) Et conſonant Clementis ejuſdem Conſtitutiones *Quæris* a nobis 3.Cal. Maji, & *Paupertatis altiſſimæ Profeſſoribus* 3. Idus Junii infra, in quibus par paupertatis Profeſſio Ordinis utriuſque declaratur, ut proinde ſi variata temporum conditione rerumque circumſtantiis haud incongruum viſum eſt ſanctiſſimis Ordinis Prædicatorum Patribus Clementinam hanc diſpenſationem petere, ac obtinere, ſobrioque uſui demandare, nullius pariter ſanctitati, ac zelo repugnare exiſtimem in Ordine Minorum paris Privilegii aſſecutionem. Sed de his alias.

(a) VENERABILI FRATRI ..: Rodulpho Gallo, de quo in Annalibus Eccleſiaſticis, & apud Auctores Vitarum S. R. E. Cardinalium.

(b) FILII NOSTRI C.: *Caroli* prius Andegaviæ Comitis, ut ſuperius nunciatum eſt ad Bullam XII. die 29. menſis Septembris præteriti anni datam nota (g) fol. 38.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch.1266.

Ut ſtatuta Cleri Senogallien. privilegiis FF. Minorum Roccæcontradæ *contraria declaret irrita; inhibeatque, ne de cætero fiant.* (Ex Autographo noſtri Conv. S. Franciſci dicti Oppidi Roccæcontradæ.)

LXVII. Anno 1266. die 24. Februarii.

CLEMENS &c.

a *Venerabili Fratri...* Epiſcopo Eſino [a] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Fratrum expoſitio apud Sedem Apoſt.

b PERTULERUNT ad audientiam noſtram dilecti filii.. Guardianus, & Fratres Ordinis Minorum *Roccæcontratæ* [b] Senogallienſis Diœceſis, quod licet ipſi ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ liberam

c habeant *Sepulturam* [c], quædam tamen Capitula, necnon & Clerici alii Eccleſiarum prædictæ Civitatis, & Diœceſis ad dictos Guardianum, & Fratres debitam propter Deum compaſſionem non habentes, ſed affligentes eos gravibus

Cleri Senogallien. ſtatuta contra eoſdem.

moleſtiis, & præſſuris, motu proprio, vel potius temerario ſtatuerunt, ſeu ordinaverunt, ut omnibus de juriſdictione, & Parochiis eorum apud Eccleſiam dictorum Fratrum eligentibus *Sepulturam* a propriis Sacerdotibus Eccleſiaſtica Sacramenta denegetur; ad funus quoque illorum nulla Campana pulſetur; nulluſque Clericus corpus ſepulturam taliter eligentis, cum deceſſerit, ad Eccleſiam ipſorum Guardiani, & Fratrum audeat comitari; cum tamen ipſi funera comitentur illorum, qui apud alias Eccleſias eligunt ſepeliri; nec his contenti ordinationes alias, & ſtatuta prædictis ſimilia, & etiam graviora edidiſſe noſcuntur, per quæ devotio Fidelium ad dictos Guardianum, & *Fratres* habita minuitur; & ipſis Guardiano, & Fratribus ſcandalum non modicum generatur. Cum autem pro parte dictorum Guardiani, & Fratrum ad noſtram providentiam ſuper hoc habitus ſit recurſus; Nos temeritates hujuſmodi nolentes, ſicut nec debemus, æquanimiter tolerare, Fra-

A ternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prædictas, & quaſcumque alias ordinationes, vel ſtatuta hujuſmodi contra prædictæ Sedis conceſſionem ſuper iis in eorumdem Guardiani, & Fratrum præjudicium attentata per te, aut alium auctoritate noſtra pœnitus ſtudeas irritare: Et ne ſimilia de cætero fiant, diſtrictius inhibere procures. Decernendo irritum, & inane, ſi ſecus contra inhibitionem hujuſ-

Pontifex mandat id, quod ſupra.

B modi a quoquam fuerit attentatum; & contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtante, quod aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod ſuſpendi, vel interdici, aut excommunicari non poſſint per litteras Sedis ejuſdem, quæ de Indulto hujuſmodi ſpecialem, & expreſſam non fecerint mentionem; ſeu Conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali [d], ita quod

Clauſula derogatoria.

d

C ultra tertiam, vel quartam extra ſuam Diœceſim aliqua auctoritate præſentium ad judicium non trahatur.

Datum Peruſii VI. Kalend. Martii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Ut poſt mortem Epiſcoporum Sedibus vacantibus uti poſſint facultate ab iiſdem accepta. (Ex Speculo Min.trac.2., Roderico in Bull. Regul. Bull.4. ex Autographo Conventus S.Franciſci Salmanticen., & Waddingo in

D Regeſ. Pontif. n.13., extat aliud Autographum in Archivo noſtri Conv. S. Franciſci Conſtantiæ in Svevia, & Avenione in Archivo Conventus itidem S. Franciſci lib.1. Bull.pag.25.)

LXVIII. Anno 1266. die 27. Februarii.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis... Miniſtro Generali, & Fratribus Ordinis Minorum *Sal.*, *& Apoſtol. Benedictionem.*

E EXIGENTIBUS veſtræ devotionis meritis, votis veſtris libenter annuimus; & petitiones veſtras &c. [e] e

Datum Peruſii III. Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Tempo-

(a) Episcopo Æsino: *Bonajunta* al. *Bonovita* Fabrianen. Ord.Minorum ex Epiſcopatu *Recanaten.* anno 1263 ad Æſinam Sedem in Piceno translato ex Ughello Ital. Sacr. tom.1. in Æſin. Epiſc. num.13., & Salimbene in Chron. MS.

(b) Roccæ contratæ: Qui locus 4. al. 5. eſt *Cuſtodiæ* Æſinæ apud Autorem Polychronici, & Barthol. Piſanum; de eoque agit Waddingus in Annal. Min. ad hunc annum num. 19., & ad ann.1292. n.33.

(c) Sepulturam: Ex cap. *Nimis iniqua* tit. De exceſſ. Prælat.

(d) In Concilio Generali: Anno 1215. coacto Lateranenſi IV. ab Innocentio III. cap. 37.

(e) Et petitiones vestras &c.: Vide *Bullam* eodem modo, & argumento datam die 15. Junii anno præterito, ut ſupra fol.13.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch. 1266.

A

Tempore generalis Interdicti *Eccleſia* Aſſiſias *S. Franciſci exempta ſit pro omnibus, demptis excommunicatis, in die S. Franciſci, & in anniverſario Dedicationis ejuſdem Eccleſiæ, diebuſque octo ſequentibus*. (Ex Archivo Aſſiſiati Conventus S. Franciſci apud Autorem Collis Paradiſi lib.2.p.30.)

LXIX. Anno 1266. die 18. Februarii.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis ... Miniſtro Provinciali, Cuſtodi, & Conventui Eccleſiæ Sancti Franciſci Aſſiſiat., *ac Fratribus univerſis adminiſtrationis ipſius Ordinis Minorum Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

B

a DEsideriis veſtris affectu benevolo debemus annuere &c. [a]

Datum Peruſii II. Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

C

Statuta quædam Cleri Firmani contra privilegia Fratrum Minorum Montis Sancti *mandat irrita declarari; & ne de cetero fiant*. (Ex Archivo ejuſdem noſtri Conv. S. Franciſci de Monte Sancto.)

LXX. Anno 1266. die 7. Martii.

CLEMENS &c.

b *Venerabili Fratri* [b] .. *Epiſcopo* Anconitano *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

D

PErtulerunt ad audientiam noſtram dilecti filii .. Guardianus, & Fratres Ordinis Minorum *de Monte Sancto* [c] Firmanæ Diœceſis, quod licet ipſi ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ liberam habeant *Sepulturam* &c. [d]

Datum Peruſii Nonis Martii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Ne conveniri poſſint coram ſæculari judice, neve quibuſdam coactionibus gravari. (Ex tom. I. Bullarii Ord. Prædicat. Bul. XLV. pag. 473.)

LXXI. Anno 1266. die 13. Martii.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis .. Majori [e], *& Fratribus Ordinis* Militiæ S. Mariæ Virginis glorioſæ [f] *Sal., & Ap. Bened.*

Exordium.

DEsideriis veſtris in his affectu benevolo debemus annuere, quæ vos & Ordinem veſtrum dignè poſſint a diſpendiis præſervare. Hinc eſt, quod Nos veſtris ſupplicationibus inclinati auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut vos, vel aliqui de Ordine veſtro coram ſæculari judice contra Sanctiones Canonicas [g] conveniri minime valeatis, & quibuſcunque angariis [h], & pangariis [i] quarumcunque ſecularium perſonarum exempti ſitis penitus, & immunes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere &c.

Conceſſio ſupradicta. Clauſula prohib. &c.

Datum Peruſii III. Idus Martii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Confirmatio immunitatum, exemptionum, & privilegiorum Monaſterio Ravennat. S.Claræ conceſſorum. (Ex Autographo ejuſdem Monaſterii.)

LXXII. Anno 1266. die 17. Martii.

CLEMENS &c.

Dilectis in Chriſto filiabus .. Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii S. Franciſci Ravennat. [k] *Ordinis S. Claræ Sal., & Ap. Ben.*

Exordium.

CUM a nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſolicitu-

(a) Debemus annuere &c.: Vide *Bullam* Alexandri IV. anno 1259. die 22. Septembris editam.

(b) Fratri ..: *Joanni Bono*, quem certò conſtat ſediſſe ab anno 1244. uſque ad ann. 1256., eique ſucceſſiſſe anno incerto Petrum Capoccium uſque ad annum 1286. ex Ughello Ital. Sacr. tom.1.

(c) De Monte Sancto: De quo loco alias actum eſt ad annum 1258. die 19. Februarii, quo data eſt Alexandri IV. Bulla *Cum a nobis petitur &c.*

(d) Sepulturam &c.: Adeatur *Bulla* hujus Pontificis edita hoc anno die 24. Februarii pro Conventu S. Franciſci Roccæ Contradæ.

(e) Majori: Qui in aliis Ordinibus appellatur *Prior*, & *Magiſter*, aut *Miniſter*, vel *Præpoſitus Generalis*, in iſto *Majoris* titulo exornabatur; eratque *Loderengus de Andalo* Bononien.

(f) Militiæ S.Mariæ Virginis Glorioſæ: V. *Bulla* 16. Urbani IV. in 2. hujus Operis tom. pag. 432. (c): neve verum eſt, idcirco *Fratres Gaudentes* a ruſticis vocatos, quod ſuis quiſque in ædibus cum uxoribus, & filiis vitam agerent; cum hoc ipſum facerent, faciantque Fratres *de Pœnitentia Tertii Ordinis S. Franciſci*, & tamen nuſquam hoc titulo irriſos fuiſſe comperimus: ſed quia bona eis relicta, & collata pro debellandis Eccleſiæ hoſtibus, & defendendis viduis, pupilliſque, in proprios uſus convertiſſe ferebatur.

(g) Sanctiones Canonicas: Quæ Ordines Regulares exemptos volunt.

(h) Angariis: Ideſt exactionibus, quæ angunt, & vexant.

(i) Pangariis: Al. parangariis, ſeu perangariis, ideſt magnis angariis, patrimoniorumque exactionibus, V. Bulla *Sol ille verus &c.*

(k) Monasterii S. Francisci Ravennat.: Anno 1250., ut volunt, fundati, pro quo Pontifex alias litteras emiſit biennio poſt incipientes *Devotionis veſtræ precibus &c.* Kalendis Junii omnia ejus privilegia confirmans, ut infra: titulum autem *S. Franciſci* Monaſterium tulit, quod ſacra Fratrum noſtrorum ædes ibi primitus vocaretur *S. Mercurialis*, & paulopoſt *S. Petrus major*: etſi decurſu temporis & Moniales *Sanctæ Claræ*, & Fratres *S. Franciſci* nuncupari cœperint.

Digitized by Google

licitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates, & immunitates a prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus ſive per privilegia, ſeu alias indulgentias vobis, vel Monaſterio veſtro conceſſas; necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus, & Principibus, vel aliis Chriſti fidelibus vobis, ſeu Monaſterio prædicto indultas, ſicut eas juſtè, & pacificè obtinetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

Juſtis Monialium poſtulationibus annuit Pontifex, & confirmat, ut ſupra.

Clauſula prohib. &c.

Datum Peruſii XVI. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [a].

Monaſterium Montis Lucii *privilegio ornat, & munit; atque* Peruſini Epiſcopi *exemptionem confirmat*. (Ex Autographo in Archivo ejuſdem Monaſterii aſſervato.)

LXXIII. *Anno 1266. die 23. Martii.*

CLEMENS &c.

Dilectis in Chriſto filiabus ... Abbatiſſæ Monaſterii Montis Lucii Peruſinen., *ejuſque Sororibus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Exordium.

Religiosam vitam eligentibus &c. [b] In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo *Sanctæ Claræ*, qui ſecundum Deum, & Regulam a fel. record. Urbano Papa IV. [c] prædeceſſore noſtro ejuſdem Ordinis Sororibus traditam in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Propterea quaſcumque poſſeſſiones &c. [d] Eccleſiam S. Mariæ *de Preſſo* [e] cum Terris, Vineis, Olivetis, & aliis pertinentiis ſuis; Terras, Vineas, Sylvas, Domos, Molendina, & poſſeſſiones, quæ habetis in *Caſtellione de Valle*; Molendinum, quod habetis in Flumine *Tyberis* in loco, qui *Peretula* vulgariter nuncupatur, cum omnibus pertinentiis ſuis. Terras, Vineas, Domos, Caſalina, & poſſeſſiones, quæ habetis ibidem. Vineam, quam habetis in loco, qui *Fons Rubeus* [f] nominatur. Vineam, & Terram, quas habetis in loco, qui *Paſtina* nuncupatur. Terras & poſſeſſiones, quas habetis in loco, qui dicitur *Corcianum*, Terras, & poſſeſſiones ſitas in *Pitignano*; fundum unum, quod habetis in *Colle*: Terras, & poſſeſſiones cum pertinentiis ſuis, quas in *Monte Cilio* poſſidetis, cum Terris, Vineis, Pratis, Nemoribus, Uſuagiis, & Paſcuis in Boſco, & Plano, in Aquis, & Molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Liceat quoque vobis &c. [g]

Ordo præſcribitur.

Subſcriptiones Romanæ Eccleſiæ.

Ego Clemens *Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi*.

Signum Pontificium *Oculi mei ſemper ad Dominum*.

Ego Odo Tuſculanus Epiſcopus ſs.

Ego Stephanus Prænestinus Epiſcopus ſs.

Ego Fr. Joannes Portuenſis Epiſcopus ſs.

Ego Henricus Oſtienſis, & Velletrenſis Epiſcopus ſs.

Ego Guillelmus Tituli Sancti Marci Presbyter Cardinalis ſs.

Ego Frater Anibaldus Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum Presbyter Card. ſs.

Ego Octavianus S. Mariæ in Vialata Diaconus Card. ſs.

Ego Joannes S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Card. ſs.

Ego Jacobus S. Mariæ in Coſmedin Diaconus Card. ſs.

(a) De hoc Monaſterio extat alìud privilegium incip. *Devotionis veſtra precibus &c.* infra ſub an. 1268. Kalendis Junii relatum.

(b) Eligentibus &c. Vide *Bullam* 445. ac privilegium Innocentii IV. huic Monaſterio anno 1252. die 28. Octobris datum uſque *communimus*.

(c) Urbano Papa IV.: Anno 1263. die 18. Octobris incipien. *B. Clara virtute clarens &c.*

(d) Possessiones &c.: Ut in dicta Innocentii IV. Bulla uſque *vulgariter appellantur*.

(e) S. Mariæ de Presso: De qua *Capella*, ſeu Eccleſia tractatus extitit olim cum Monaſterio S. Pauli *de Valle Pontis* Ordinis S. Benedicti pro quodam Molendino &c., ut ex litteris Alexandri IV. *Sicut accepimus &c.* anno 1257. die 9. Januarii, *Ex parte dilectarum &c.* anno 1258. die 31. Julii, & *Dilectus filius Magiſter &c.* eodem tempore datis, ibique relatis: ſed ut videtur, effectum minime ſortitus eſt.

(f) Qui fons Rubeus: Hæc Vinea cum ſequentibus bonis ſtabilibus non habentur in *Bulla* ſupra dicta Innocentii IV., forſan ſupervenerunt poſt illam.

(g) Liceat quoque vobis &c.: Ut in cit. Innocentii IV. *Bulla* uſque ad ſubſcriptiones Rom. Eccleſiæ, & *Amen*.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch. 1266.

Ego Gottifridus S. Georgii ad Velum Aureum Diaconus Card. ſs.

Ego Ubertus S. Euſtachii Diaconus Cardinalis ſs.

Datum Peruſii per manum Magiſtri Michaelis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-Cancellarii x. Kalendas Aprilis, Indictione ix. Incarnationis Dominicæ Anno MCCLXVI. Pontificatus vero D. Clementis Papæ IV. Anno Secundo [a].

Eximit eos a ſolutione Collectarum, *præſtationum, aut ſubſidiorum quorumcumque etiam Sedis Apoſtol. Legatorum, aut Nunciorum*. (Ex Archivo noſtri Conventus S. Franciſci apud Nurſiam.)

LXXIV. Anno 1266. die 28. Martii.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis . . . Cuſtodi, & Fratribus Hoſpitalis Leproſorum Sancti Lazari de Valle Collis [b] *Ordinis Fratrum Minorum Spoletanæ Diœceſis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Paupertatis, & quietis cauſa exemptionem ſupradictam tribuit.

Paupertati veſtræ, quam propter Deum voluntariè ſuſtinetis, & quieti paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes ad inſtar fel. record. Urbani Papæ [c] prædeceſſoris noſtri auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut vos ad præſtationem procurationum Legatorum Sedis Apoſtolicæ, vel Nunciorum ipſius, aut exactionum, vel collectarum, ſeu ſubſidiorum quorumcumque minimè teneamini; nec ad ea ſolvendo per litteras dictæ Sedis Legatorum, Rectorum, vel Nunciorum ejuſdem, cujuſcumque tenoris exiſtant, aut cujuſcumque auctoritate in perpetuum compelli minimè valeatis. Nos enim decernimus irritas, & inanes *Interdicti*, *Suſpenſionis*, & *Excommunicationis* ſententias; ſi quis propter hoc in vos, vel in veſtrum aliquos, aut Hoſpitale veſtrum in poſterum contigerit promulgari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel &c. Si quis autem &c.

Clauſula prohib. &c.

Datum Peruſii v. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Innocentii IV. *conceſſionem de oblationibus in pecunia Altari S. Franciſci in* Aſſiſiati *Eccleſia recipiendis ad tempus ampliat*. (Ex Autographo Aſſiſiati in Archivo noſtri Conventus S. Franciſci.)

LXXV. Anno 1266. die 28. Martii.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis . . . Magiſtro [d], *& Præpoſito operis Eccleſiæ* Sancti Franciſci Aſſiſinat. *Ordinis Fratrum Minorum Sal., & Ap. Ben.*

Exordium a decentia, & utilitate ædificandi Baſilicas Sanctis.

Decet, & expedit honorificas illis ædificare *Baſilicas*, qui ſuis meritis glorioſis præcelſum Aulæ cæleſtis habitaculum ſunt adepti; ut qui digni habiti ſunt honore in Regione ſuperna perpetuò ſublimari, omnimodâ in terris devotione a Chriſti Fidelibus meritò venerentur; fiantque ſibi ab illis Eccleſiæ celebres, in quibus convenienter adoretur Omnipotens; & eorum memoria ſolemniter percolatur; ut dum ſic decor Domus Dei diligitur, & Tabernaculum ſtudioſè componitur ſuæ laudis; ejus propitiatio Sanctorum ipſorum interceſſionibus faciliùs, & uberiùs impetretur. Sanè fel. record. Innocentius Papa [e] prædeceſſor noſter, viſo, quod venerabilis Eccleſia *Sancti Franciſci Aſſiſinat.* ſpecialis quidem Apoſtolicæ Sedis [f], & ad eam nullo pertinens mediante nondum erat decenti, prout convenit, opera conſummata; ac piè cupiens ob reverentiam Sancti ejuſdem ſeduli apud Deum pro Populo Chriſtiano Patroni dictam Eccleſiam & nobili complere ſtructura, & inſignis præeminentiâ operis decorari; ut oblationes in *pecunia* vos, & alii, qui Magiſtri, & Præpoſiti operis ejuſdem Eccle-

Conceſſionis Innocentianæ narratio.

(a) Alias litteras hic Pontifex ſcripſit pro iſto Monaſterio incip. *Non abſque dolore &c.* anno 1268. die 9. Februarii Peruſino, & Eugubino Epiſcopis, ut infra: ac iſtud privilegium renovavit Nicolaus IV. anno 1289. die 3. Octobris.

(b) De Vallecollis: Al. *De Valencellis*, ut in *Bulla* Nicolai IV. anno 1290. Idibus Novembris eiſdem verbis hanc Clementis IV. confirmantis; at in illa Urbani IV., ut & in iſta dicitur *de Vallemcollis*, lego tamen *de Vallecollis*.

(c) Urbani Papæ: Nempe IV. anno 1262. die 23. Maji per litteras, quæ quidem deſunt, habentur tamen aliæ incip. *Cum a nobis petitur &c.* eodem die & anno datæ, quas iteravit, confirmavitque *Nicolaus IV.* eodem anno, ac die, quibus præſentes, ut infra ſuo loco: forſan & ab hoc Clemente confirmatæ, ut veriſimile, etſi non apparent.

(d) Magistro: *Philippo* de Campello Ordinis Minorum ex cit. Innocentii IV. conceſſionis *Bulla*; ibi certe dicitur Fr. Philippus Magiſter & Præpoſitus Operis S. F., hic autem Magiſter, & Præpoſitus videntur duo.

(e) Innocentius Papa: Hujus nominis IV.

(f) Specialis Apostolicæ Sedis: Ex privilegiis Gregorii IX., & Innocentii IV. ſuperius relatis.

Digitized by Google

Eccleſiæ pro tempore fuerint, ad Altaria ipſius Eccleſiæ, ac alias etiam pro eodem opere recipere valeatis in idem opus totaliter, & fideliter expendendas; prout Cardinalis, qui Ordinis Fratrum Minorum *Protector* extiterit, ordinandum, vel diſponendum duxerit;contrariis ejuſdem Ordinis ſtatutis, & inhibitionibus *Generalis*, ſeu *Provincialis* Miniſtrorum, aut *Cuſtodis*, vel *Guardiani* loci, ſeu aliorum Fratrum ipſius Ordinis nequaquam obſtantibus, duxerit ex tunc uſque ad *Vigeſimum quintum* annum per ſuas litteras concedendum [a]. Nos itaque volentes hujuſmodi gratiam ampliare, ut completis hujuſmodi *viginti quinque* annis, per *tres* alios annos [b] immediatè proximos oblationes eaſdem juxta formam in dictis litteris ipſius Prædeceſſoris noſtri expreſſam recipere valeatis, vobis auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Cum derogatione ſtatutorum Ordinis.

a Innocentii conceſſio ampliatur.

b

Clauſula prohib. &c.

Datum Peruſii v. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Aſſiſiatem *S. Franciſci Eccleſiam Caput*, *&* *Matrem Ordinis declarat*, *aliiſque privilegiis exornat*.(Ex Autographo noſtriConv. S. Franciſci Aſſiſiat. apud Autorem Collis Paradiſi lib.2. pag.31.)

LXXVI.

Anno 1266. die 15. Aprilis.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis... *Miniſtro Ordinis* Fratrum Minorum, *&* *cæteris Fratribus morantibus apud Eccleſiam B. Franciſci in loco*, *qui dicitur* Collis Paradiſi, *tam præſentibus*, *quam futuris in perpetuum Sal.*, *&* *Apoſt. Bened.*

Exordium a laudibus B. Franciſci.

IS, qui Eccleſiam ſuam nova ſemper prole fæcundat, dignatus hæc moderna tempora prioribus conformare, Beati Confeſſoris Francisci ſpiritum in Charitatis amore per inſpirantem gratiam excitavit, ut Apoſtolorum veſtigia

A imitatus in paupertate, in qua plus Charitas proficit, relictis omnibus ſolum ſequutus fuerit æternæ beatitudinis largitorem; & velut fidelis ſervus, & prudens laudabiliter operatus in talentis ei creditis fructum in Eccleſia Dei attulit copioſum: ab ipſo enim Ordinis veſtri ſancta plantatio, cooperante Divina gratia, proceſſum habuit, & profectum, quæ palmites honeſtatis longè, latèque producens flores protulit, & odores ef-

Matth.25.21.&23.

B fudit ad reſecanda nociva, & ſalubria inſerenda. Cum igitur apud *Aſſiſium* in fundo vobis, & Eccleſiæ Romanæ oblato, in loco, qui dicitur *Collis Paradiſi*, in ejuſdem Confeſſoris honore conſtructa ſit *Eccleſia*, in qua reconditus eſt tam pretioſus theſaurus, *Sanctum* videlicet *Corpus* ipſius, qui *in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio*;ut pro peccatis populorum fieret interceſſor. Nos, cum dignum ſit, & conveniens, ut eadem

Eccleſia Aſſiſii S.Franciſco ædificatur pro ejus Sancto Corpore.

Eccleſ.44.17.

C *Eccleſia* prærogativâ libertatis gaudeat, & honoris propter eum, quem in Cœlis Dominus exaltavit; pro ejus reverentia *Eccleſiam* ipſam ſub Beati Petri, & Noſtra protectione ſuſcipimus; & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Eccleſia ipſa nulli niſi *Romano Pontifici* ſit ſubjecta; & veſtri Ordinis, cujus inſtitutor, & Pater extitit confeſſor prædictus, *Caput* habeatur, & *Mater*; ac in ea *per Fratres*

Sub Apoſt.Sedis protectione ſuſcipitur,

& ſoli Romano Pontifici ſubjecta declaratur.

D *ejuſdem Ordinis perpetuò ſerviatur*. Prohibemus inſuper, ne quis audeat in eamdem Eccleſiam *excommunicationis*, vel *interdicti* ſententiam promulgare; quam ſi proferre contingeret, tamquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam, decernimus non tenere. Pro conſecrationibus verò Altarium, ſive pro Oleo Sancto, vel quolibet alio Eccleſiaſtico Sacramento nullus ab eâdem Eccleſiâ ſub obtentu conſuetudinis, vel alio

A Cenſuris Eccleſ. liberatur.

Eccleſ. Sacramenta gratis a Diœceſano Epiſcopo ſumenda,

E modo quidquam audeat extorquere; ſed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus Diœceſanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis Catholicum adire Antiſtitem gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habentem, qui noſtra fretus auctoritate vobis, quod poſtulatur, impendat. Quod ſi Sedes Diœceſani

(a) Per suas litteras concedendum. An.1253. die 10. Julii ſupra vulgatas; & illas quidem B. Joanne Parmenſi Miniſtro Generali; has verò ſub S. Bonavent.

(b) Tres alios annos: Nempe uſque ad an.1281.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch. 1266.

ſani Epiſcopi fortè vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta a vicinis Epiſcopis accipere liberè, & abſque contradictione poſſitis ſic tamen, ut ex hoc in poſterum nullum proprio Epiſcopo præjudicium generetur. Quia verò interdum eadem Eccleſia non habet loci Diœceſani copiam; ſi quem Epiſcopum Romanæ Sedis, ut diximus, gratiam, & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones Vaſorum, & Veſtium, conſecrationes Altarium, ordinationes Fratrum Clericorum auctoritate Apoſtolicæ Sedis recipere valeatis. Cum autem generale *Interdictum* Terræ fuerit, liceat vobis clauſis Janius, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, & ſuppreſſa voce Divina Officia celebrare. Paci quoque, & tranquillitati veſtræ paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut infra Clauſuras locorum veſtrorum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Ad indicium autem hujus libertatis ab Apoſtolica Sede perceptæ *Unius Libræ Ceræ* Cenſum Nobis, & ſucceſſoribus Noſtris annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam *Eccleſiam* temerè perturbare, aut ejus bona auferre, vel ablata retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integrè conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalvâ Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat; & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus in hoc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen Amen.

Alias ab aliis Antiſtitibus Catholicis.
Ab Interdicto generali eximitur.
Intra Clauſtra damna, malaque prohibentur.
Annuus cenſus Romanæ Eccleſiæ perſolvendus.
Clauſula prohibens mala &c.
Contravenientes ultimo devovens excidio.
& jura ſervantibus bona deprecans.
Subſcriptiones Eccleſiæ Romanæ.

Ego Clemens *Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſs.*
Signum Pontificium *Oculi mei ſemper ad Dominum.*
Ego Stephanus Prænestinus Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Frater Jo. Portuen. & Sanctæ Rufinæ Epiſcopus ſs.
Ego Enricus Oſtien. & Velletren. Epiſcopus ſs.
Ego Ancherus tit. Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis ſs.
Ego Gulielmus tit. Sancti Marci Presbyter Cardinalis ſs.
Ego Frater Anibaldus Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum Presbyter Cardinalis ſs.
Ego Riccardus Sancti Angeli Diaconus Cardinalis ſs.
Ego Jacobus Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis ſs.
Ego Guttifredus S. Gregorii ad Velum aureum Diaconus Card. ſs.
Ego Hubertus Sancti Euſtachii Diaconus Cardinalis ſs.
Ego Jordanus SS. Coſmæ, & Damiani Diaconus Card. ſs.
Ego Matthæus Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis ſs.

Datum Peruſii per manum Magiſtri Michaelis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-Cancellarii xvii. Kalendas Maij Indictione ix. Incarnationis Dominicæ Anno mcclxvi. Pontificatus verò Domini Clementis Papæ IV. Anno Secundo [a].

Sciſcitanti reſpondet de FF. Prædicatorum, & Minorum *Ordinibus judicium ferens.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 176. tom. 4., & ex tom. 2. Anecdot. Martene, ac Durand epiſt. 269., Mariano Florent. cap. 26. Rodulphio lib. 2. fol. 215. Waddingo ad hunc annum num. 3. Annal., & ex eo in tom. 1. Bullarii Ord. Prædicat. pag. 474. Bull. 47.)

CLE-

(a) Hoc privilegium omnium primus ediderat Gregorius IX. anno 1230. die 22. Aprilis, deinde Innocentius IV. anno 1245. die 6. Martii, confirmavitque præter alios noſtris diebus Benedictus XIV. Pont. Max.

Digitized by Google

LXXVII.
Anno 1266. die 19. Aprilis.

CLEMENS &c.

Dilecto filio Ermergano [a] de Melgorio [b] *Militi* [c] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

1. Quæſitum. QUæris a Nobis conſilium [d], quod apud te rectiùs poteris invenire: ſi enim tibi Dominus inſpiravit relicto ſeculo vitæ frugem appetere melioris; Dei ſpiritum, ſicut non poſſumus, ſic nec volumus prohibere; præſertim cum filium habeas bene diſciplinatum, ut credimus, qui tuæ ſciet domui providere. 2. Quæſitum. Quod ſi propoſito non mutato ſciſcitaris ulteriùs, quem tibi ex Fratrum *Prædicatorum*, & *Minorum* Ordinibus præeligendum credimus; id præcipuè conſcientiæ tuæ relinquimus. Magis tu ſcire potes [e], utriuſque Ordinis obſervantias, quæ non ſunt pares in omnibus, ſed in diverſis articulis excedentes ſunt [f], & exceſſæ: (Ordinum Prædicat. & Minorum diſcrepantia.) alteri [g] quidem iſtorum Ordinum lectus eſt durior; nuditas gravior; & ut nonnulli judicant, paupertas profundior: & alteri [h] cibus parcior, longiora jejunia, & ut quamplures affirmant [i], ſeverior [k] diſciplina. (& convenientia.) Neutrum ergo neutri præferimus, ſed in unâ, & illâ [l] arctiſſimâ paupertate fundatos ad unum tendere credimus ſalutem ſcilicet animarum: & ideo ſive hunc, ſive illum elegeris, arctam viam [m] aggredieris; (Pontificis conſilium.) & per portam intrabis anguſtam ad terram mellifluam; & præ ceteris ſpatioſam. Unde apud te hoc pondera, hoc diligenter adverte, quis magis animo tuo placeat; quem te [n] ſperes melius portaturum: (ac monitum.) & ſic uni converſatione adhæreas, ut amore ab altero non recedas: Frater enim *Prædicator* eſt reprobus [o], qui *Minores* non diligit; & execrabilis Frater *Minor*, qui vel odit *Prædicatorum* Ordinem, vel contemnit.

Datum Peruſii XIII. Kalendas Maij, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [p].

Triventin. *Epiſcopum O.M. expulſum, boniſque omnibus ſpoliatum, alio intruſo, mandat reſtitui, omnia bona ei reddi, & intruſum promotoribus plexis expelli.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 62. tom. 3. anni 2.)

LXXVIII.
Anno 1266. die 20. Maji.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri noſtro [q].. *Epiſcopo* Albanen. *Sedis Apoſtolicæ Legato Sal., & Apoſt. Bened.*

(Trivent. Epiſcopi expoſitio.) VEnerabilis Frater noſter Lucas *Treventin.* Epiſcopus [r] profeſſor Ordinis Fratrum Minorum [ſ] in noſtra propoſuit præſentia conſtitutus, quod licet ipſe coronationi, vel potius maledictioni olim *Manfredi* [t] quondam Principis Tarentin. minimè interfuerit [u]; (de Manfredo Princ. Tarent. pro Rege a ſe non agnito.) ejuſque pedi non dederit oſculum; nec ſuum appoſuerit litteris confectis ſuper hujuſmodi coronatione ſigillum; neque ſibi fidelitatis præſtiterit juramentum [x]; ad

(a) Ermengano: *Ermengaudo* legitur apud citat. Martene &c., Rodulphus & Waddingus habent Pontificem ſcripſiſſe N. *Militi*; ſed Fr. Diagus lib. 1. Hiſt. Prov. Aragon. cap. 17. ad *Armenzandum* epiſtolam datam eſſe teſtatur: porro *Ermengaudo de Melgorio Militi* etiam ſuperiore anno die Kalen. Novembris litteras Pontifex dederat, nimirum epiſt. 178. apud laudatum Martene &c. col. 239., ei ſtatum viduitatis ſuadens.

(b) De Melgorio: In Occitania *Comitatus* titulo inſigni tunc Magalonenſis, nunc vero Montis Peſſulani Diœceſis, ſuper cujus dominio lis erat hoc anno inter Regem Franciæ, & Epiſcopum Mogalonenſem, ut habet Raynaldus ad eumdem annum n. 37.

(c) Militi: Viro nobili, Equeſtriſque Ordinis, ut alias ſcriptum eſt.

(d) Consilium: De ſtatu Religioſo amplectendo.

(e) Potes: *poteris* legit Rodulphus, & ex eo Waddingus.

(f) Excedentes sunt: Mendosè in Bullario Ord. Prædic. extat *excedentibus*.

(g) Alteri: *Alterius* habet cit. Rodulphius, & Waddingus; utrumque ſtare poteſt.

(h) Alteri: *Alterius* itidem apud eoſdem Scriptores.

(i) Affirmant: *autumant* legunt præfati Autores; al. *aſſerunt*.

(k) Severior: Ita & apud Martene &c. legimus; at Rodulphius, & Waddingus ſcripſerunt *ſanctior* ex pravo ſcriptionis intellectu.

(l) Illa: Deeſt hæc vox apud alios ſupra relatos: *arctiſſimâ* al. *altiſſimâ*.

(m) Viam: Al. *vitam*.

(n) Quem te: *quemque* legimus apud alios ſupracitatos.

(o) Prædicator est reprobus. Cum Vatic. Codice convenit & ille Marteni, Durandique; ſed Rodulphius a Waddingo exſcriptus habet: *Prædicator, qui Minores non diligit, eſt execrabilis; Frater Minor, qui vel odit Prædicatorum Ordinem, vel contemnit, eſt execrabiles, & damnandus.*

(p) Omnium primus, quod ſciam, hanc epiſtolam memoravit S. Antoninus Chron-par. 3. tit. 20. cap. 1. non integram afferendo, ſed ejus ſenſum recitando.

(q) Fratri nostro: *Rodulpho* Gallo in Annal. Eccleſ., & aliàs ſatis noto ob varias S. A. Legationes; ac in primis ob iſtam in Regno utriuſque Siciliæ.

(r) Treventin. Episcopus: Olim in Samnio, nunc in Comitatu Moliſii, finibuſque Aprutii ſub Archiepiſcopo alias Beneventano, modo autem uni Rom. Pontifici ſubjectus.

(s) Ordinis FF. Minorum: Non autem *Ordinis Prædicat.*, ut nonnulli illius Ordinis comminiſcuntur.

(t) Olim Manfredi: Hoc anno menſe Februario exeunte in acie victi, atque necati.

(u) Interfuerit: Anno 1258., quo die 11. Auguſti Panormi Manfredrus coronatus fuit Rex Siciliæ, igitur ante hoc tempus *Fr. Lucas* ad Triventinam Eccleſiam evectus fuerat.

(x) Juramentum: Ritus, & mos in Regum coronatione ab Epiſcopis ſubditis adhiberi ſolitus.

ad præſentiam tamen tuam pro reverentia, quam gerit ad Sedem Apoſtolicam, devotè ſe contulit; & a te abſolutionem ab *excommunicatione*, ſiquam propter favorem in genere cum aliis de Regno Siciliæ *Manfredo* impenſum eidem incurrit; nec non ab *irregularitate*, ſiquam interim celebrando Divina, vel immiſcendo ſe ipſis fortè contraxit; abſolutionis, & diſpenſationis beneficium meruit obtinere; commiſſa ſibi abſolutione ſuorum per tuas litteras [a] ſubditorum.

niſi in genere cum aliis, ab A. S. Legato tamen a cenſ. Eccl. abſoluto.

Verum dum apud te propter hoc dictus Epiſcopus moraretur: *Oderiſius* de Celano [b] Camerarius nobilis Viri Comitis Celanen., in cujus exiſtit Comitatu Eccleſia Treventin., propria temeritate Capitulo Eccleſiæ memoratæ præcepit, ut ſibi, & eidem Eccleſiæ, quam dictus Camerarius cum nonnullis aliis æmulis *Epiſcopi* prædicti vacare falsò confixit, per electionem conſulerent de Paſtore; ſicque Canonici ejuſdem Eccleſiæ deferentes homini contra Deum ad mandatum præfati Camerarii *Pacem* Fratrem [c] Ordinis ſupradicti in ſuum Paſtorem execrabiliter eligere præſumentes, tandem Epiſcopum ipſum à facie tua cum benedictionis tuæ gratia redeuntem admittere in ſuum Epiſcopum damnabiliter denegarunt; præfato Camerario eum faciente ſpoliari nihilominus omnibus bonis ſuis; & quod eſt gravius, procuratores, qui nomine ipſius Comitis proventus Epiſcopales ibidem colligerent, ordinavit in Apoſtolicæ Sedis obbrobrium, & libertatis Eccleſiaſticæ non modicum detrimentum. Quare ſæpedictus Epiſcopus mœſtus, & flebilis ad noſtram recurrere providentiam eſt coactus, ſuppliciter a nobis poſtulans, ut providere ſuper hoc ſibi paterna diligentia curaremus. Cum itaque noſtri debitum depoſcat officii, ut libertatem Eccleſiaſticam non permittamus ab aliquibus conculcari; mandamus, quatenus inquiſita ſuper præmiſſis de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii per te, vel per alium veritate; ſi rem inveneris ita eſſe, hujuſmodi electione penitus irritâ nuntiatâ; & memorato *Pace*, ſeu quolibet alio intruſo in præfatâ Eccleſiâ per ipſius Camerarii, vel alterius potentiæ ſæcularis abuſum exinde prorſus amoto, & carceri mancipato; nec non hujuſmodi Procuratoribus ab Eccleſiâ ipsâ ejectis: facias dicto Epiſcopo a prædictis Canonicis, ſuiſque ſubditis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi; nec non ſatisfieri plenariè de proventibus Epiſcopalibus medio tempore indè perceptis; ac etiam integrè bona præmiſſa reſtitui, quibus dictus Epiſcopus ſe aſſerit fuiſſe taliter ſpoliatum [d]. Canonicos autem prædictos, qui hujuſmodi electionem nefariam præſumpſerunt taliter celebrare, ab officio & beneficio ad tempus ſuſpendere, prout expedire videris, non omittas; acturus tandem cum eis miſericorditer, prout contrictionis eorum merita poſtulabunt. Contradictores autem, ſiqui fuerint, vel Rebelles per *excommunicationis* in perſonas, & terras eorum *interdicti* ſententias appellatione remotâ compeſcas.

Opera Cubicularii Comitis Celani

ob id contra eum intruditur Fr.Pax Ordinis Min.

& omnibus bonis Epiſcopus ſpoliatur.

Mandat Pontifex inquiri veritatem,

qua comperta, fieri jubet ea, quæ ſupra.

Pœna eorum, qui intruſum elegerunt,

& contradictorum.

Datum Viterbii XIII. Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Ut Angliæ Regem *ad ſolvendum Eccleſiæ Romanæ cenſum diſponat*, *& Nuncio Sedis Apoſtolicæ in hoc*, *& aliis negotiis requiſitus aſſiſtat*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 13. tom. 2. anni 2.)

LXXIX.

Anno 1266. die 23. Maji.

CLEMENS &c.

Dilecto Filio Fratri Johanni de Cantia [e] *Ordinis FF. Minorum Cappellano noſtro Sal.*, *& Apoſt. Bened.*

Exordium.

LAUDABILIS honeſtatis, & Religionis tuæ teſtimonium, ac fidei tuæ virtus, quam in agendis Apoſtolicæ Sedis exper-

(a) Tuas litteras: Quæ fruſtrà inquiruntur.

(b) De Celano: Oppido Aprutii ulterioris prope lacum Fucinum, qui modò ab eo *lacus Celani* dicitur.

(c) Pacem fratrem: Noſtris Annal. una cum prædicto *Fr. Luca* ignotum, Ughellus, qui tom. 1. Ital. Sac. citat hanc ex Regeſ. Vatic. epiſtolam 62., præſefert ſe eam non inſpexiſſe; nam neque hujus *Pacis* intruſi mentionem facit; neque *Luca* regul. Inſtitutum agnovit; ſed ante eum ponit quemdam *Odorium*, quem ait anno 1265. interfuiſſe conſecrationi Eccleſiæ S. Mariæ Vallis viridis; ſuſpicàturque intruſum a Manfredo; & ſanè non alius videtur, niſi *Oderiſius Camerarius* Comi. Celani, qui alium intrudi curàvit anno ſuperiori; quando forſan, renuente *Fr. Pace* falſam dignitatem accipere, non ſe intruſerit uti adminiſtrator.

(d) Spoliatum: Narrat Ughellus tom. 1. Ital. Sac. in Triventin. Epiſc., *Fr. Luca* ab Eccleſia ſua exulanti anno 1266. Pontificem commiſiſſe curam & miniſtrationem Eccleſiæ *Albanenſis*, abſente Card. *Rodulpho* Epiſcopo ſupra memorato in Legationibus, annoque 1270. defuncto; cujus Eccléſia uſque ad ann. 1273. vacavit.

(e) Fr. Jo: de Cantia: Videatur epiſt. 105. Urbani IV. *Venerabili Fratri &c.* anno 1263. die 8. Novembris ſcripta, in 2. hujus Operis to. fol. 525. appoſita.

Digitized by Google

A expertam intelleximus, Nos hortantur, ut perſonam tuam ſincerâ complectentes in Domino charitate, ſollicitudinem tuam in Noſtris, & prædictæ Sedis oportunitatibus fiducialiter requiramus. Cum igitur a chariſſimo in Chriſto Filio noſtro . . [a] *Rege* Anglorum illuſtri Cenſus annuus mille marcharum *Sterlingorum*, ſicut noſti [b], Sedi Apoſtolicæ debeatur; & jam in ipſius per quinque annos ſit ſolutione ceſſatum; Noſque præfato Regi ſuper ſolutione Cenſus hujuſmodi pro præteritis quinque annis, & iſto præſenti dilecto Filio Magiſtro *Sinicio* Cameræ noſtræ Clerico, Noſtro & ipſius Eccleſiæ nomine faciendâ, quem propter hoc & alia prædictæ Sedis negotia ad partes *Angliæ* duximus deſtinandum, preces noſtras & litteras dirigamus; devotioni tuæ, de qua fiduciam in Domino gerimus pleniorem, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus apud magnitudinem Regiam, ut ſuper ſolutione prædictâ ſe liberalem exhibeat, & nullius difficultatis, vel dilationis opponat obicem, interponas devotè ac humiliter partes tuas; dictoque Clerico in hoc, & in aliis commiſſis ſibi Apoſtolicæ Sedis negociis pro Noſtrâ, & ejuſdem Sedis reverentiâ favorabiliter, efficaciterque aſſiſtens impendas ſuper iis eidem conſilium & auxilium oportunum, quotiens ab ipſo fueris requiſitus: ita quod Nos ſtudium & affectum tuum in hac parte per operis ſentientes effectum ſinceritatem tuam debeamus exinde meritò commendare.

Datum Viterbii x. Kal. Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [c].

a Annuus Angliæ cenſus toties expoſitus.
b

Denuo commendatur ejuſdem exactio,

& collectori, nunciique aſſiſtentia.

c

Epiſcopum Abulen. *O. M. pecuniam Cameræ Apoſtolicæ promiſſam ad ſolvendam inducat, atque cogat ſub pœnis cenſur.* (Ex Reges. Vatic. epiſt.43. to.2. anni 2.)

Clemens PP.IV. An.Ch.1266.

LXXX.

Anno 1266. die 29. Maji.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri . . . . [d] *Archiepiſcopo* Compoſtellano *Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

OLim Venerabilis Frater noſter . . [e] Epiſcopus *Abulen.* apud Sedem Apoſtolicam conſtitutus centum marchas Sterlingorum [f] Cameræ fel.record. Urbani Papæ [g] prædeceſſoris noſtri exhibere promiſit [h]; B & ad eas ſolvendas dilecto filio Franciſco Guidi, & ejus Sociis Civibus & Mercatoribus Senen. certis loco, & termino ſe principaliter obligavit. Sed de iis ſatisfacere non curavit eiſdem; quanquam ſolutionis terminus ſit elapſus. Ideoque Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ præcipiendo mandamus, quatenus eumdem Epiſcopum per te, vel per alium C ex parte noſtrâ moneas efficaciter, & inducas, ut infra viginti dies poſt monitionem tuam prædictas centum marchas eidem Mercatori, vel ejus Procuratori ſuo nomine juxta obligationem hujuſmodi cum integritate perſolvat; alioquin ex tunc in eum *excommunicationis* proferre ſententiam, ſublato cujuslibet appellationis obſtaculo non omittas. Quod ſi per unum menſem dictam ſententiam animo ſuſtinuerit indurato; ex tunc ipſum D a ſpiritualium, & temporalium adminiſtratione *ſuſpendas*, faciens ſententiam, & ſuſpenſionem hujuſmodi, ubi, & quando expedire videris, ſolemniter publicari; Contradictores &c. Non obſtante &c.

Datum Viterbii iv. Kal. Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

d e. Epiſcopus Abulen. 100. march. Sterlingorum pollicetur Urbano IV.,
f
g
h

quos ſolvere moratur.

Pontifex mandat moneri, & induci

ſub pœnis ut ſupra,

ſolitiſque clauſulis.

E *Gratulatur de recuperata ſanitate; conſuliteque eum de Regula* Sororibus S. Claræ *danda*. (Ex epiſt.296. apud Martene & Durand. tom.2. Theſaur. Anecdot., & ex Reges. Vatic. epiſt.194. to.4. anno 2.)

(a) Filio nostro: Henrico III.
(b) Sicut nosti: Pluries enim de hac re Urbanus ſupradictus ei ſcripſit, & exactionem dicti cenſus commiſit, uti ſupra relatæ epiſtolæ teſtantur.
(c) Paulo poſt ſcripſit Pontifex O. S.A. Legato in eo Regno, ut præfatus cenſus ſolveretur ex *Decima* in ipſo Regno pro Rege impoſita ex 79. epiſt. *Per varias noſtras &c.* infra legenda.
(d) Ven. fratri . . : N.
(e) Frater noster . .: *Dominicus* O. M., ut in *Bulla* paulo ante vulgata ſub diem 2.Febr. *Cum tibi &c.*
(f) Marchas Sterlingorum: De quibus conſuli poſſunt litteræ Urbani IV. *Intellecto quod &c.* an.1262. die 18. Martii, & *Super exigenda &c.* anno 1263. die 23. Octobris conſcriptæ.
(g) Urbani Papæ: Hujus nominis *Quarti* prædicti Epiſcopi promotoris.
(h) Promisit: Tempore ſcilicet ſuæ promotionis.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An.Ch. 1266.

LXXXI.

Anno 1266. die 31. Maji.

CLEMENS &c.

Dilecto filio J. *Sancti Nicolai*[a] *in Carcere Tullianen. Diacono Cardinali Sal.*, *& Apoſtol. Benedictionem.*

Jo: Cajetanus Urſinus Diac. Cardinalis ab infirmitate convaleſcit.

DE ſtatu tuo audivimus proſpera, expectantes quotidie meliora, de illius miſericordia confidentes, qui opus imperfectionis non novit; & quoniam in ſui diſpoſitione non fallitur, ſicut mortificat, ſic vivificat; & ſicut percutit, ſic & medetur. Tu ergo a Domino ad ſalutem, non ad exitum verberatus noſti, ut credimus, ſugere mel de petra, immenſam colligens ex pœnarum acerbitate dulcedinem, quibus affatus egiſti gratias, contra Deum nec murmure, nec quærimonia reſonante. Sane in ipſa tuæ convaleſcentiæ novitate, ne membra tenera laboribus repentinis expoſita relabantur, cavendum eſt tibi plus ſolito; & quieti, ut credimus, opportunè propenſius indulgere te convenit; cum ſit melius vires laſſati corporis in domo propriâ cum domeſticis experiri, quam itineris laborioſi diſcrimini ſe committere; donec corporis partes omnes illæ tamen præcipuè, quæ gravius paſſæ fuerant, plenè fuerint ſolidatæ. Verum *Sorores Ordinis S.Claræ* venerunt Viterbium[b] pro multarum terrarum Sororibus[c]; quarum mora in Curia nec olim tibi placuit, nec hodie Nobis placet. Sunt omnes in hoc propoſito, quod tuam *Regulam* non recipiant[d]; ſed vel ſtatum obſervent priſtinum; vel ſi ille videtur dubius, vivendi formam, quam habet dilecta in Chriſto filia *Soror Regis Franciæ*[e], acceptabunt[f]. Super quo intentionem tuam ad plenum Nobis per tuas intimes litteras; aut ſi mavis, ad tuam eas mittemus præſentiam, ut celeriter eas expedias, tuâ ipſis ſaltem per alium expoſitâ voluntate; ſuper quorum alterutra tuam ſcire volumus voluntatem[g].

Moniales S. Claræ ad Curiam Pontificis ſe conferunt pro Regula.

Datum Viterbii II. Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Ut in quadam cauſa Fratrum Minorum Inquiſit. Maſſiliæ *a nonnullis alterius Ordinis injuria affectorum Maſſiliam adeat; & illis ſatisfieri procuret; inhibeatque, ne utriuſque Ordinis* Inquiſitores *in poſterum alter in alterum procedat &c.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 199. apud Waddingum in Annal. ad annum 1266 num. 7., & inde in Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 48. Clementis IV., ac epiſt. 307. ejuſdem in tom. 2. Theſauri Anecdot. Martene, & Durand.)

LXXXII.

Anno 1266. die 11. al. 12. Junii.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri[h] ... *Archiepiſcopo* Aquenſi[i] *Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium a Dæmonis inſidiis Religioſis viris ſanctioribus paratis.

PAupertatis altiſſimæ profeſſoribus, ac Divinæ præconibus voluntatis eò parat ſubtiliores inſidias humani generis inimicus, quò eoſdem conſpicit ceteris animoſius ſpiritualis ingredi campum certaminis, a rerum temporalium ſarcinis expeditos, ſcuto protectos Fidei, & Evangelicæ gladio prædicationis accinctos, & non ſuæ tantummodo proſequentes ſalutis negotium, quin etiam molas iniqui conterere, & de faucibus ejus prædam eripere ſatagentes. Hoc autem ſtudium

(a) J. Sancti Nicolai. *Joanni*, de quo dictum eſt ad *Bullam* Urbani IV. incip. *Beata Clara virtute &c.* dat. 18. Octob. an. 1263. to. 2. hujus Op. fol. 520. not. (a) hoc autem ann. 1266. morabatur *Peruſii* ex epiſt. *Æquanimiter moram &c.* die 26. Julii data, ut infra.

(b) Venerunt Viterbium: Sed unde venerint, non exponit; eſt enim hoc in loco epiſtola mutilata, ut ex initio hujus §. palam eruitur. Legenda tamen eſt epiſt. *Ut Ordo B. Claræ &c.* anno ſuperiori die 11. Decembris ſcripta ut ſupra fol. 62.

(c) Pro multarum terrarum Sororibus: Ideſt miſſæ a Monaſteriis diverſorum locorum, & Civitatum.

(d) Tuam Regulam non recipiant: Nimirum illam juſſu Urbani IV. editam, & ab eo correctam anno 1263. die 18. Octobris, miſſamque omnibus Clariſſarum Monaſteriis inſequenti anno die 7. Maji, ut notavimus ad dictam *Regul.* not. (a) fol. 520. Ex hac autem epiſtola intelligimus id, quod Pontifex anno ſuperiore die 11. Decembris ſcripſit Viſitatori Monaſteriorum Ordinis S. Claræ Provinciæ S. Franciſci, ſeu Umbriæ: *Ut Ordo B. Claræ &c.*

(e) Soror Regis Franciæ: Nempe B. *Iſabella* in Monaſterio *Humilitatis B. Mariæ* prope Pariſios ab ea fundato; & quam ei Alexander IV., deinde Urbanus IV. confirmaverat anno 1263. die 27. Julii incip. *Religionis augmentum &c.* ſupra relatam in 2. tomo fol. 477., ex quibus erroris arguuntur illi, qui aut negarunt, aut in dubium vocarunt, *B. Iſabellam* S. Claræ Regulam eſſe profeſſam.

(f) Acceptabunt: Etiam Urbanus IV. litteris *Cariſſimi in Chriſto filii &c.* dat. Monaſterio S. Catharinæ Pruvinen. anno 1264. die 22. Junii optionem dedit Sanctimonialibus illius Monaſterii obſervandi Regulam vel Monaſterio *Humilitatis B. Mariæ* datam, vel aliam a Jo: S. Nicolai in carcere Tulliano Diacono Cardinale correctam parum diſcrepantes.

(g) Tuam scire volumus voluntatem: Quæ nihilominus adhuc nos latet.

(h) Venerabili fratri ..: *Villelmo Vicedomino* Placentino B. Gregorii X. ex ſorore nepoti poſtea S. R. E. Cardinali, & Epiſcopo Præneſtino &c., qui ab anno 1257. hanc Aquenſem Eccleſiam adminiſtrabat ex nova Gallia Chriſtiana P. Dionyſii Sanmarthani tom. 1. & ante obitum Ordinem *Fratrum Minorum* amplexus eſt.

(i) Aquensi: Vulgo *Aix* antiquis Aquæ ſextiæ in Gallia Narbonenſi, & nunc Provinciæ Gallicæ vulgo *Provenza* Metropoli.

Digitized by Google

dium ſibi elegiſſe noſcuntur dilecti filii *Minorum*, & *Prædicatorum* Ordinum Fratres, quos licet ab invicem diſcernant habitus, & diſtinguat profeſſio Regularis; voto tamen conſimili [a], pari curſu finem iſtum ſibi præſtituunt, ut tam Clerum, quam populum verbis ædificent, & exemplis: & evulſis in agro Domini &c.[b] ut ſe laceſſentes injuriis invicem ſe mordére, invicem diffamare præſumant, eò uſque prolapsâ tantâ temeritatis audaciâ, ut dilectum Filium Fratrem *Maurinum* Ordinis Fratrum Minorum *Inquiſitorem* in illis partibus [c] Fratres aliqui *Prædicatores*, ut fertur, *Maſſiliæ* publicè diffamaverint in multorum præſentiâ Prælatorum, & Fidelium multitudine inibi congregatâ, eidem *Fratri* tanquam excommunicato perſuaſerint non parendum. Sed & alii ejuſdem Ordinis ſubſequenter Subprior [d] ſcilicet Domus prædictæ *Maſſiliæ*, & Frater Johannes Guidonis de Conventu ejuſdem contra eundem Inquiſitorem tunc apud Sedem Apoſtolicam conſtitutum coram non ſuo Judice &c.[e]; ad perſecutorem Eccleſiæ *Manfredum* olim Principem Tarentin. &c. Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus perſonaliter ad Civitatem *Maſſiliam* te conferas in die feſtivo, Clero, & populo convocatis, coram omnibus auctoritate noſtrâ decernere, omnibuſque denunciare cures &c.: in hoc ipſis iniquis teſtibus nocere nolumus, niſi quod beneficiis, ſi quæ habent, auctoritate noſtrâ prives eoſdem &c.[f]: vel ſi affectaverit ignorantiam, pœnâ ſimili teneatur. Volumus etiam, & mandamus, quatenus ad tuum præceptum Frater *Benedictus* ejuſdem *Prædicatorum* Ordinis, qui publicè os ſuum aperuit in prædicti Fratris *Maurini* non modicam contumeliam, quem ab objectis immunem in omnibus, & per omnia reputamus, publicè coram Cleri, & populi multitudine convocatâ *Maſſiliæ* proſtratus petat veniam ab eodem: & ſi idem Frater *Maurinus* abſens fuerit, a dicto Fratre *G. Bertrandi* [g] Coinquiſitore ipſius, vel a te noſtro nomine; ſi contigerit hos abeſſe: & petitam veniam aſſequatur confeſſione prius ibidem emiſsâ, quod in ipſum peccavit graviter: & quod eum pœnitet eorum, quæ dixit; & quod quidquid aliquando inconſultè crediderit de eodem, nunc credit eum ab objectis fuiſſe, & eſſe innoxium, & immunem; cum hoc a Nobis audierit; & ad noſtram ſuam velit, & debeat conſcientiam informare. His autem ſatisfactionibus, quas dictis *Inquiſitoribus* ratione officii fieri voluimus, ſic expletis, nihilominus dictis Fratribus Subpriori videlicet, & Johanni, ac Benedicto præcipias, quod ad domum Fratrum Minorum accedant, & in Capitulo proſtrati petant veniam, in quantum Ordinem in ipſis Fratribus offenderunt; & hæc omnia in tua præſentia compleantur: quod ſi quis ex dictis Fratribus tibi parere contempſerit in prædictis, ſtatim eum *excommunicationis* mucrone percellas. Quibus ſic ritè peractis, utriuſque Ordinis Fratribus conſtitutis ibidem in &c.[h] ſe noſtro conſpectui recepturus pro meritis repræſentet.

Datum Viterbii II. Idus Junii [i], Pontificatus Noſtri Anno Secundo [k].

[Left margin: [illegible] — Mandat id, quod ſupra dictum eſt. Right margin: Alia delicti ſatisfactio.]

Ut Maſſiliam ſe conferant, & Fratribus Minoribus Inquiſitor. *a FF. Prædicatoribus injuria affectis ſatisfactionem fieri procurent; prohibetque, ne in poſterum alter in alterum procedat.* (Ex Actis Capitul. General. O. P. in tom. I. Bullarii ejuſdem Ordinis Bul. 49. Clem. IV., habetur & in Ms. Codice Tholoſano prædicti Ordinis Prædicat. teſte Martene in tom. 2. Theſ. Anecdot. poſt epiſt. 307. Clementis IV.)

(a) Voto tamen consimili: Ut & in paulo ante relata epiſt. *Quæris a nobis &c.* hoc anno die 19. April.

(b) In agro Domini &c.: Ut in ſequenti epiſtola ad Epiſcopos Avenionen. & Carpentoracen. data uſque ad illa *deveniſſe diſſidium*, mutatis interdum mutandis; quam Waddingus non vidit; & hanc integram unus Martene cum Socio publicavit.

(c) Inquisitorem in illis partibus: In *Provincia*, totaque fere Gallia Narbonenſi jam ab anno 1263., & antea ex Mſs. monumentis Conventus S. Franciſci Avenion. tom I. Bull. pag. 24., etſi Conſtitutio hujus Pontificis. *Præ cunctis noſtræ mentis &c.* anno ſuperiori die 29. Septembris jubeat *duos* conſtitui Inquiſitores contra hæreſes in hac Provincia; ſed eo, quo ad illam adnotavi, modo; Fr. enim *Maurinus* degebat *Maſſiliæ* ex 137. Urbani IV. anno 1264. Nonis Maji data.

(d) Subprior: *Fr. Jacobus* de Vitrola ex cit. monumentis Avenionen.

(e) Non suo judice &c.: Ut in ſequenti epiſtola proxime citata.

(f) Prives eosdem &c.: Ut ibidem.

(g) G. Bertrandi: Maſſiliæ Inquiſitore ex epiſt. 9. hujus Pontificis ſupra relata.

(h) Ibidem in &c.: Reliqua ut in cit. epiſtola uſque ad illa: *ſe noſtro conſpectui &c.*

(i) II. Idus Junii: Ita apud Martene, apud Waddingum vero III Idus Junii.

(k) In eundem fere modum dedit ſequentem epiſtolam ad Epiſcopos Avenionen. & Carpentoraten., & paulo poſt etiam ad Priorem Provinciæ Ord. Prædicat. *Graves Fratrum tuorum &c.*, nec non aliam ad alios *Ægre ferimus &c.*, quæ infra dabuntur.

Digitized by Google

Clemens Pp. IV. An.Ch. 1266.

LXXXIII.

Anno 1266. die 12. Junii.

CLEMENS &c.

Venerabilibus Fratribus ... Avenionen.[a] *&* Carpentoracen.[b] *Epiſcopis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium ab inſidiis, quas Dæmon viris pauperrimis, & religioſis parat.

A PAUPERTATIS altiſſimæ Profeſſoribus, & Divinæ præconibus voluntatis eò parat ſubtiliores inſidias humani generis inimicus, quò eoſdem conſpicit ceteris animoſius ſpiritualis ingredi campum certaminis a rerum temporalium ſarcinis expeditos, ſcuto protectos Fidei, & Evangelicæ gladio prædicationis accinctos; & non ſuæ tantummodo proſequentes ſalutis negotium; quin etiam molas iniqui conterere, & de faucibus ejus prædam eripere ſatagentes. Hoc autem ſtudium ſibi elegiſſe noſcuntur dilecti Filii *Minorum*, & *Prædicatorum* Ordinum Fratres; quos licet ad invicem diſcernat habitus, & diſtinguat profeſſio regularis; voto tamen conſimili [c], pari curſu finem iſtum ſibi præſtituunt, ut tam Clerum, quam populum verbis ædificent, & exemplis; & evulſis in agro Domini urticæ ſentibus pravitatis, pro tam piæ ſervitutis obſequio grande fœnus in prœmium præſtolantes carnis demum ſolutis vinculis, onereque depoſito, juſtum, & equum judicem, & propitium ſibi ſentiant, & inveniant liberalem: Quantam ſanè concordiam, quantam pacem, quam fundatæ, quam ſolidæ vinculum caritatis eſſe deceat inter ipſos, & perfectio ſtatus indicat; & ſalubris propoſiti ſancta conceptio, ejus denique ſedula proſecutio; labor inſuper, & finis operis manifeſtant; quo fit, ut inter eos, ſeminante diſcordiam hoſte publico, colubro tortuoſo, miſerabili ſe committant diſcrimini; qui procul dubio Dæmonum adjutores accenſum ignem eorum ſtudio, tamquam ignis nutrientes injectis, inter eos exorta ſcandala verbo, vel facto ſolidant illi præcipuè, qui ex altero dictorum Ordinum, vel utroque, quod extinguere deberent, accendunt; & magis incendere temerè non verentur. Hinc eſt, quod dolentes accepimus, in *Provinciæ* partibus [d] dictos Ordines ad id deveniſſe diſſidium, ut ſe laceſſitis injuriis invicem mordere, invicem ſe diffamare præſumant; eò uſque prolapſa tantæ diſſenſionis infamia, ut duo Fratres alterius Ordinis, Subprior ſcilicet domus Prædicatorum *Maſſiliæ* [e], & F. Johannes Guidonis de Conventu ejuſdem contra Fratrem *Maurinum* de Ordine Minorum, *Inquiſitorem* in illis partibus pravitatis hæreticæ tunc apud Sedem Apoſtolicam conſtitutum coram non ſuo judice apud Maſſiliam; &, quod eſt durius, coram laico teſtes duos iniquos Presbyteros recipi procurarunt, qui deponere præſumpſerunt aliqua contra eum ſuper turbatione communi Civitatis ejuſdem; imo potius averſione ipſorum a fide debitâ cariſſimo Filio Carolo Regi Siciliæ illuſtri, & converſione damnabili apud perſecutorem Eccleſiæ *Manfredum* olim Principem Tarentinum [f] ab eodem Inquiſitore, prædictis Civibus perſuaſis; quæ ſi forent veritate ſubnixa, dictus *Fr. Maurinus* non excommunicatus dumtaxat, ſed etiam Dei, & Noſtri proditor meritò cenſeretur. Ad hæc verò dilectus Filius *F. Guillelmus Bertrandi* ejuſdem Minorum Ordinis, & Conquiſitor *Fr. Maurini* prædicti [g] ex fraternâ, ut dicitur, provocatus injuriâ dictos cœpit Presbyteros; qui publicè ſunt confeſſi, ſe falſa teſtimonia protuliſſe a dictis Fratribus invitatos; & ideo Fratres ipſos, qui teſtes hujuſmodi recipi procuraverant, ſui reputans perturbatores officii, & ad præſentiam ſuam evocatos, ac juramento de veritate dicendâ, prout credidit juſtum, aſtringens, ſuper prædictis requiſivit eoſdem;

Joh. 19. 17.

Fratrum Minorum, & Prædicatorum cognatio, atque differentia.

Dæmon inter eos diſcordiam ſerit.

Narratio facti.

Nonnulli Maſſiliæ traducunt Inquiſitorem hæret. pravit.

Contra quem falſi teſtes adhibentur.

Conquiſitor falſos teſtes comprehendi, capique jubet.

(a) AVENIONEN.: *Bertrando II.*, qui ab an. 1264. ſedit uſque ad annum 1267., quo die Nonis Julii tranſlatus eſt ad *Valentinen.* Cathedram ex tom. 1. Galliæ Chriſtianæ Dionyſii Sanmarthani.

(b) CARPENTORACEN.: *Raimundo* de Barjolis ab anno 1263. ſedem hanc moderanti uſque ad annum 1273. ex eadem Gallia Chriſtiana tom. 1.

(c) VOTO TAMEN CONSIMILI: Quod habet & ſupra relata epiſtola hujus Pontificis *Quaris a nobis &c.* N. Militi ſcripta hoc anno die 19. Aprilis.

(d) IN PROVINCIÆ PARTIBUS: Vulgo *Provenza*, quæ pars eſt Galliæ Narbonenſis antiquorum.

(e) MASSILIÆ: Clariſſimæ urbis Galliæ Narbonenſis nunc Provinciæ in ora Maris Mediterranei Epiſcopalis ſub Arelaten. Archiepiſcopo, ubi Subprior FF. Prædicatorum erat Fr. Jacobus de Vitrolà ex Proceſſu hujus cauſæ Avenione in Archivo FF. Minorum Convent. tom. 1. Bull. extante.

(f) MANFREDUM OLIM PRINCIPEM TARENTINUM: Hoc anno die 26. Febr. a Rege Carolo in acie cœſum.

(g) CONQUISITOR FR. MAURINI PRÆDICTI: Qui videtur officium Inquiſ. exercuiſſe, vel ſedem poſuiſſe *Maſſiliæ*, & Fr. Maurinus forſan *Avenione*, vel ambo ſimul incerto loco, & ubi opus erat, de quo in epiſt. anno præcedenti die 12. Maji data eidem, & aliis incip. *Circa perſonam dilecti &c.*

Digitized by Google

Falſorum teſtium inſtigatores citantur ad verum dicendum;

dem; & cum ad quaſdam interrogationes ipſum negotium ſuo judicio contingentes interrogati ſæpius ab eodem nullum vellent dare reſponſum, eas dicentes eſſe impertinentes ad dictum officium; ſicut de peritorum conſilio ſe habuiſſe dicebant; ipſe *Fr. Guillelmus Bertrandi* ex hoc eos judicans eſſe contumaces, *excommunicationis* ſententiam in eos protulit ſapientium communicatis conſiliis; prout aſſerit; & eamdem fecit Maſſiliæ publicari; quam iidem Fratres *Prædicatores*, ut aſſerunt, appellatione prævenerunt legitima, propter quod ad Sedem Apoſtolicam venire compulſi ſunt; ſibique a Nobis provideri inſtanter, & humiliter petierunt.

appellant hi Sedem Apoſtolicam.

Pontificis judicium.

Nos igitur attendentes, quod licet dicti Fratres Supprior, & Johannes Guidonis graviter exceſſiſſent; appellationi tamen eorum, ſi legitima extiterit, idem *F. G. Bertrandi* deferre debuit, ſuadente juſtitiâ; etiamſi non fuerit legitima; & contra Fratres dicti Ordinis non tam cito procedere; ſed Nos potius, aut dilectum Filium noſtrum *Johannem* Tituli Sancti Nicolai in Carcere Tulliano *Diaconum Cardinalem* conſulere debuiſſet [a]; dictos ergo Fratres Subpriorem, & Johannem ad cautelam abſolvi fecimus.

præcipiens, mandatque quod ſupra.

Porrò tot malorum materiam a radice proſcindere penitus cupientes Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quod ad Civitatem *Maſſiliæ* perſonaliter accedentes Clero, & Fratribus dictorum Ordinum inibi commorantibus convocatis coram omnibus auctoritate noſtrâ decernere, omnibuſque denuntiare curetis; receptionem dictorum teſtium iniquorum contra Fratrem *Maurinum* non ſine notabili pariter, & damnabili temeritate præſumptam nullius penitus extitiſſe momenti; ſed & ſequenti depoſitioni teſtium eorumdem contra dictos Fratres Prædicatores, vel alios, quos ſui ſceleris aſſerunt conſcios, vel auctores, quorum dicta non decuit publicari, nullam penitus fidem adhibendam; cum appareat, eos eſſe perjurios, qui ſuam turpitudinem propalantes duo prorſus opA poſita depoſuere jurati; ſed quoad ſe in hoc ipſis iniquis teſtibus nolumus nocere, quod fatentur; ut beneficiis, ſi quæ habent, privatos, & ad habenda prorſus redditos inhabiles, & perpetuò Sacrorum Ordinum ab omni executione ſuſpenſos in aliquo Monaſterio acturos pœnitentiam detrudatis; vel, ſi melius viſum fuerit, ſuo Ordinario tradatis; qui eiſdem pœnam carceris decernat, eam, niſi cum eis per Sedem Apoſtolicam miſericorditer actum fuerit, portaturos.

Sententia, & pœna in falſos teſtes.

B Dictos autem Fratres *Subpriorem* ſcilicet, & *Johannem*, quibus pro ſuarum qualitate culparum injungi pœnitentiam ſalutarem fecimus; faciatis nihilominus vobis præſentibus, & aliis, quos vocandos duxeritis, in Capitulo Fratrum Minorum *Maſſiliæ* ad pedes eorumdem *Inquiſitorum*, vel alterius, qui præſens fuerit, vel eiſdem abſentibus, Guardiani, ſeu locum tenentis ipſius, C cum humilitate proſterni, & veniam petere de exceſſu.

& in Fratres Maſſilienſes.

Ceterum ne ſimilia præſumantur in poſterum; & ſciſſura prædictorum Ordinum augeatur; prohibemus omninò, ne Frater Prædicator contra Fratrem Minorem, vel Fr. Minor contra Fratrem Prædicatorem ex commiſſo, vel committendo in poſterum *Inquiſitionis* officio hujuſmodi; quantumcumque ſciat, aut æſtimet eum reum, aliquâ ratione procedat; ſed vel D eumdem Superiori denuntiet; quando crediderit corrigendum; vel ad Sedem Apoſtolicam referat, ſi maluerit, & viderit expedire. Et ſi ſecus fuerit attentatum, proceſſum hujuſmodi declaramus, & decernimus non tenere.

Pontificis proviſio ſuper his in poſterum a Sixto IV., Innocentio VIII., & Leone X. confirmata per epiſt. *Solet Romanus Pontifex &c.*

Ne tamen ex hoc malis detur audacia clam, vel palam officium *Inquiſitionis* perturbandi; omnes Fratres utriuſque Ordinis, qui ſcienter hoc fecerint, ab omni ſacrorum Ordinum executione ſuſpendi E mus; & immediatus Prælatus eorum ſimiliter, ſi hoc ſciens punire neglexerit, vel ſi affectaverit ignorantiam, pœna ſimili teneatur [b]: quam *ſuſpenſionem* durare volumus, donec is, qui in ipſam inciderit, Apoſtolicæ Sedis gratiam mereatur; aut *Inquiſitoris*, cujus officium

Cautio, ne ex ea officii perturbatio exoriatur.

(a) CONSULERE DEBUISSET: Uti Præfectum *Inquiſitionis* hæret. pravit. ex Urbani IV. Bulla 43. *Cupientes ut negotium &c.* in 2. hujus Operis to. fol. 452.

(b) TENEATUR: Hanc Conſtitutionem cum ſimili Sixti IV. confirmavit Innocentius VIII. diplomate *Ex debito ſollicitudinis &c.* anno 1486. 6. Idus Martii edito, & in Speculo Minorum tract. 1. fol. 35., non in Annal. Min. Waddingi, vulgato.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1266.

cium impediverit, confitens eam ab A eo obtinuerit relaxari; cui relaxandi eamdem tenore præſentium plenam concedimus auctoritatem. Quod ſi alter, vel ambo dicti Fratres [a] vobis parere contempſerint in prædictis, eum, vel eos ſtatim *excommunicationis* gladio percellatis. Quibus ſic ritè peractis, utriuſque Ordinis Fratribus conſtitutis ibidem, in ſuorum remiſſionem peccatorum ſuadére, & injungere procuretis, quod ad ſolitam redeant unitatem; & tam ibi, B quam alibi ſuis viribus reſtaurationem ejuſdem præbeant *Inquiſitionis*; ſcituri, quod ſi, quod abſit, ad Nos pervenerit iteratò querela, ferent, qui rei fuerint, onus ſententiæ gravioris. Sed nec id relinqui volumus impunitum; ſi tamen dicto veritas ſuffragetur; quod ſcilicet *Officialis* [b] Venerabilis Fratris noſtri ... *Maſſilienſis* Epiſcopi [c] receptionem teſtium prædictorum per laicos contra ſæpedictum Fratrem *Maurinum* dicitur C commiſiſſe; quod ex modo inquirentis officio verum inveneritis; ſuſpenſum ab Officio, & Beneficio, ſi quod habet, ab Officialatu per eumdem Epiſcopum jubeatis amoveri protinus; Quod ſi Epiſcopus noluerit facere requiſitus; vos auctoritate Noſtra Officialem amoveatis eundem, præfixo ei termino temporis peremptorio competenti, quo ſe noſtro conſpectui recepturus pœnitentiam pro meritis repræſentet. Quicquid autem D feceritis ſuper his, Nobis reſcribere non tardetis: quod ſi ambo his exequendis non poteritis intereſſe, alter veſtrum exequatur nihilominus.

Pœna non obtemperantium.

Pœna Officiali Epiſcopi Maſſilien. irroganda.

Diſcreta commiſſio, ac temperata.

Datum Viterbii II. Idus Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Significat quamplures populos ad Eccleſiæ gremium rediiſſe, & humaniter a ſe receptos; plura tamen Chriſtianorum Regna in diſcrimen adducta. (Ex epiſt. 202. lib. 2. REGES. VATIC. apud RAYNALDUM Annal. Eccleſ. ad hunc annum num. 23.)

CLEMENS &c. LXXXIV.

Anno 1266. die 14. Junii.

Chariſſimo in Chriſto Filio LUDOVICO *Regi* Franciæ *illuſtri Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

ECCE per Dei gratiam Regnum *Siciliæ* redivivum nuper a mortuis reſurrexit [d]: Ecce *Tuſcia*; ecce *Palavicinus* Marchio [e] cum *Cremonenſibus*, & *Placentinis*, & aliis partis ſuæ nobilibus ad Eccleſiæ rediere mandata: de quorum conſtantia licet tenuam afferat confidentiam ſtatus præteritus eorumdem [f]; quia tamen non eſt noſtrum judicare de occultis, aperuimus cum gaudio gremium redeuntibus; & gaudentibus Angelis de unius pœnitentia peccatoris, in tot millium congaudemus. Verum in hanc quantumlibet magnam lætitiam interrumpit periculoſus ſtatus *Angliæ*, periculoſus *Hiſpaniæ*, periculoſus *Germaniæ*, periculoſior *Terræ Sanctæ* [g]; ſicque riſus dolore miſcetur; ſic extrema gaudii luctus occupat, ut flere libeat, gaudere vix liceat: quamquam alternis vicibus tam lacrymis, quam lætitiæ contingat, & oporteat Nos vacare. Cæterum ſcire volumus tuam Magnitudinem, quod quamvis Regnum nobile plenum divitiis, ac delitiis acquiſierit Frater tuus [h]; timemus plurimum, ne ſegnius, quam oporteat, terram cuſtodiat acquiſitam: Multos enim abire permiſit, quos fuiſſet expediens tenuiſſe: qui ſicut teneri non poterant ſine dominiis, ſic libenter

Recenſio quorumdam ad Eccleſiam reverſorum.

& dubium de eorumdem conſtantia.

Luc. 15. 10.

aliunde rerum ſtatus periculoſus.

Prov. 14. 13.

Timor de regimine Caroli Regis, & unde.

(a) AMBO DICTI FRATRES: Nempe Subprior, & Joannes Guidonis ejus ſocius.

(b) OFFICIALIS: Videlicet Vicarius Generalis Epiſcopi, aut ei affinis, nimirum qui præeſt juriſdictioni contentioſæ.

(c) MASSILIENSIS EPISCOPI: Cujuſdam *Roberti*, ut videtur, fere ignoti ex tom. 1. Galliæ Chriſtianæ P. Dion. Sanmarth. num. 35.

(d) RESURREXIT: Victo Manfredo Friderici II. Imper. filio hoc anno die 26. Februarii, atque in acie cæſo a militibus Regis Caroli.

(e) PALAVICINUS MARCHIO: *Ubertus* Gibelinæ factionis in Longobardia Dux poſt tyrannum Ezelinum de Rómano, qui anno 1257. die 18. Martii in Cœna Domini una cum *Placentinis* ab Alexandro IV. anathemati ſubjectus fuerat ex Petro M. Campo Hiſt. Placent.; *Marchianos*, *Florentinos*, *Piſtorienſes*, *Senenſes*, & *Piſanos* ad Eccleſiam Rom. reverſos memorat Pontifex in epiſt. ad O. S. Adriani Card. apud cit. Raynaldum.

(f) STATUS PRÆTERITUS EORUNDEM: Nec vanum fuit Pontificis præſagium; nam advenienti in Italiam Conradino Friderici II. Imp. Nepoti poſt obitum Manfredi occurrerunt, ejuſque partes ſecuti ſunt uſque ad ejus mortem anno 1268. ſecutam, & ultra per nonnullos; unde judicium extat vulgo *Proceſſo* a B. Gregorio X. Laterani in die Cœnæ Domini Pontif. anno I. nempe anno 1272. actum contra *Senenſes*, qui nondum ad Eccleſiæ Rom. obedientiam e Conradini ſequela redierant.

(g) PERICULOSIOR TERRÆ SANCTÆ: Horum Regnórum ſtatus turbatus, & diſcrimina legi poterunt in Annal. Eccleſ. Raynaldi.

(h) FRATER TUUS: Nempe *Carolus* Dux Andegavenſis ad Regnum Siciliæ promotus.

Digitized by Google

benter aſtitiſſent eidem feudis decentibus honorati. Nec credas, quod noſtra defuerit admonitio, quam utique, & plorans miſimus, & in ore poſuimus magnorum, & fidelium Nunciorum &c.[a]

Datum Viterbii xviiI. Kalendas Junii[b], Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Ob exceſſus quorundam ex ſuis in Inquiſitorem *hæret. pravit. ex Ordine Minorum mandat, ut eos in alias Provincias transferat; & inobedientes excommunicatione percelli.* (Ex Reges. Vatic. epiſt.203. teſte Waddingo in Annal. ad hunc annum num.6., & epiſt.301. in tom.2. Thesaur. Anecdot. Martene, & Durand.)

LXXXV. Anno 1266. die 16. Junii.

CLEMENS &c.

Dilecto Filio... Priori Provinciali Fratrum Prædicatorum Provinciæ[c], *vel ejus locum tenenti Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

Graves Fratrum tuorum exceſſus Benedicti[d] ſcilicet, & Subprioris domus Ordinis tui *Maſſilienſis*, ac Johannis Guidonis[e] de Conventu ejuſdem in Fratrem *Maurinum* de Ordine Fratrum Minorum *Inquiſitorem* hæreticæ pravitatis in certis Regionibus[f] diligenter, & attentè diſcuſſimus: eòque gravius tulimus, quò plurimam miniſtrarent materiam ſcandalorum. (Pontificis conqueſtio.) Quis enim admirari ſufficiat, Benedictum prædictum in tam illicitam prorupiſſe licentiam, ut coram populo *Maſſilienſi* publicè convocato ſub Prælatorum, ac Clericorum præſentiâ dictum Fratrem *M.* diverſis affecerit contumeliis; nec Religioni deferens, nec officio, nec proprii etiam Ordinis honeſtati? Quis poſtremo non ſtupeat, prædictos alios duos Fratres tam inſolitæ præſumptionis audacia contra *Fratrem* eumdem abſentem, & a nullo citatum judice teſtes procuraſſe produci ſuper non levi crimine, ſed graviſſimo coram laico, nullamque penitus poteſtatem habente? Sane quantò ſincerius Ordinem tuum diligimus, tantò durius perturbamur, cum ab illis polluitur, qui profitentur eumdem. (Ejuſdem increpatio.) Quod ſi tu, ſicut debueras, inter ipſa temeritatis initia correxiſſes; profecto ex perdito nomine Babylonis nec germen, nec progenies, nec reliquiæ tam damnabiliter proceſſiſſent: non Fratres in Fratres exacuiſſent ut gladios linguas ſuas verſi in Cleri fabulam, deriſum populi, & contemptum. Unde licet tribus prædictis Fratribus tui Ordinis injungi pœnitentiam ſalutarem fecerimus[g]; volumus, & tibi in virtute obedientiæ firmiter præcipiendo mandamus, (Mandat ut ſupra.) quatenus dictum Fratrem Benedictum in Provinciam *Franciæ*, & duos alios in Provinciam *Narbonenſem* mittere non poſtponas; poſtquam illa compleverint, quæ eiſdem per Venerabilem Fratrem noſtrum *Aquenſem* Archiepiſcopum injungentur[h]; dictoque Fratri Benedicto inhibeas, ne in partem aliquam tuæ Provinciæ infra triennium veniat; dictiſque duobus aliis Fratribus ne Narbonenſem Provinciam exeant infra eumdem terminum auctoritate diſtrictius interdicas. (Pœna non obtemperantium.) Quod ſi tuum, imo noſtrum *interdictum* hujuſmodi violaverint; in eos ex nunc *excommunicationis* ſententiam promulgamus, quam tu eis cum exhibitione præſentium coram Fratribus tuis decem ad minus inſinues; ſic ſingula, quæ præmiſimus peracturus, ne quod abſit, te hactenus a negligentia non immunem de inobedientia quantò juſtius, tantò ſeverius arguamus.

Datum Viterbii xvi. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo[i].

Horta-

(a) Fidelium Nunciorum &c.: S.R.E. Cardinalium, de quibus in Annal. Eccleſ.

(b) xviiI. Kalend. Iunii: Legendum *Julii*, nimirum die 14. Junii, neque enim tot Kalendarum dies habet menſis Junius; & *Julium* menſem habent aliæ Pontificis epiſtolæ ad Balduinum Imp. CP., & ad *Simonem* S. R. E. Cardinalem Legatum xvi., & xviI. *Kalend. Julii* datæ apud cit. Raynaldum num.13. & 14. de hac ipſa re.

(c) Provinciæ: Vulgò *Provenza*, cujus una ex præcipuis urbibus Maſſilia agnoſcitur; ubi FF. Prædicatorum Prior erat Fr. Petrus de Baregiis, qui hoc eodem anno abſolutus fuit ab officio in Comitiis ſui Ordinis ex Proceſſu hujus cauſæ Avenione in Archivo noſtri Conventus Fratrum Minorum aſſervato.

(d) Benedicti: Hujus non fit mentio in alia de hac re epiſtola ad Epiſcopos Avenionen., atque Carpentoracen. quatriduo ante ſcripta, quare creditur detruncata.

(e) Johannis Guidonis: Al. *Gardonis*, ſed mendosè, ejuſdem Subprioris ſocii.

(f) In certis Regionibus: Nempe Galliæ Narbonenſis, ac Provinciæ.

(g) Tribus prædictis Fratribus &c. pœnitentiam salutarem fecerimus: In prædicta epiſtola ad Epiſcopos *duo* ſolummodo ſalutari pœnitentiæ ſubjiciuntur; unde colligimus illas litteras a Pontifice ſuper hac cauſa datas fuiſſe vitiatas; cum *tertius* memoretur in epiſt. ad Archiepiſc. Aquen.

(h) Aquen. Archiepiscopum injungentur: Quæ leguntur in epiſtola ipſi Archiepiſcopo *Paupertatis altiſſima &c.* data die 12. hujus menſis; ut in alia ad ſupradictos Epiſcopos eodem tempore.

(i) Nec multo poſt, nempe die 24. hujus menſis Pontifex litteras incip. *Ægrè ferimus &c.* coactus eſt dare Superioribus, & Lectoribus utriuſque Ordinis in *Monte Peſſulano* contra quoſdam invicem ſibi detrahentes illis in partibus.

Digitized by Google

Hortatur, unaque præcipit, ut a conſtruendo ſibi locum intra ſpatium 300. *Cannarum a ſe vetitum a loco Fratrum Minorum deſiſtant ſub pœna &c.* (Ex Apographo Archivi noſtri Conventus S. Franciſci apud Montem Rubianum.)

LXXXVI.

Anno 1266. die 20. Junii.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis ... Priori, & Fratribus Hæremitis de Monte Rubiano *Ordinis Sancti Auguſtini Firmanæ Diœceſis Sal., & Apoſt. Ben.*

Juſta Pontificis admonitio, atque reprehenſio.

VEſtram, & veſtri Ordinis condecet honeſtatem, ut ordinatæ charitatis ſtudio deſudantes ſuper hiis, quæ tamquam ingrata vobis, & inimica refugitis, neminem offendere præſumatis. Intellecto ſiquidem olim, quod inter dilectos filios .... *Generalem*, & Provinciales Miniſtros, ac univerſos Fratres *Ordinis Minorum*, & Religioſos aliquos illa de cauſa æmulationis, & diſſenſionis oriebatur materia; quia iidem Religioſi Domos, & Eccleſias Regulares juxta locum eorumdem Miniſtrorum, & Fratrum non ſine gravi eorum præjudicio, & diſpendio manifeſto quandoque conſtruere præſumebant; Nos digne volentes, quod hujuſmodi æmulationis, & diſſenſionis occaſio per diligentiæ noſtræ amputaretur ſtudium; auctoritate Apoſtolica ordinavimus [a], & diſtrictius inhibuimus, quod nulli liceret de *Prædicatorum*, *Pœnitentiæ Jeſu Chriſti*, Beatæ Mariæ de *Monte Carmelo Hæremitarum Sancti Auguſtini*, *Sanctæ Claræ*, aliiſque Ordinibus in Paupertate fundatis; nullique mulierum de prædictis, ſeu quibuſcumque aliis Ordinibus aliquod Monaſterium, Eccleſiam, vel Oratorium ædificare, ſeu conſtruere; nulli quoque Sæculari, vel Religioſo cujuſcumque Profeſſionis Eccleſiam, vel Monaſterium, ſeu Oratorium nuper ædificatum in aliquem transferre de Ordinibus memoratis infra ſpatium *trecentarum cannarum* ab Eccleſiis eorumdem Miniſtrorum, & Fratrum menſurandum

Expoſitio cauſæ.

Suam ordinationem commemorat.

A per aerem etiam, ubi alias recta menſurari loci diſpoſitio non permittit. Ad hæc duximus ſtatuendum, ut quidquid contra hujuſmodi ordinationis, & inhibitionis noſtræ tenorem ex tunc in antea ædificatum fuerit, diruatur: non obſtantibus varia locorum conſuetudine, ſive Privilegiis, Indulgentiis, aut litteris quibuſcumque tam ſupradictis Ordinibus, quam mulieribus, vel eorum alicui ab Apoſtolicâ Sede ſub quacumque forma conceſſis, ſeu etiam concedendis, quæ de ordinatione, inhibitione, & Conſtitutione præmiſſis ſpecialem, & expreſſam non facerent mentionem. Sanè, ſicut referentibus dilectis filiis Guardiano, & Fratribus ipſius Ordinis Minorum de *Monte Rubiano* [b] mirantes accepimus; licet credere jure poſſimus, vos poſt ordinationem, inhibitionem, & Conſtitutionem eaſdem, nec non contra ipſarum tenorem ad quemdam locum infra ſpatium *trecentarum cannarum* ab Eccleſia eorumdem Guardiani, & Fratrum ... proprio arbitrio tranſtuliſtis, ibidem locum Conventualem veſtri Ordinis conſtruere intendentes in eluſionem ordinationis, inhibitionis, & Conſtitutionis earumdem ad dictorum Guardiani, & Fratrum ſcandalum, & præjudicium manifeſtum. Cum autem pro eorum parte propter hoc ad noſtram providentiam habitus ſit recurſus; Univerſitatem veſtram attentè rogandam duximus, & monendam, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus conſiderantes providè, quod vobis non expedit taliter ordinationem, inhibitionem, & Conſtitutionem eaſdem, quæ de ſpeciali noſtrâ emanarùnt conſcientiâ, contraire, a gravamine prædictorum Guardiani, & Fratrum ſuper præmiſſis pro Divinâ, & Noſtrâ reverentiâ penitus deſiſtatis. Ita quod inter vos, & ipſos optatæ proſperitatis, & pacis poſſit abundare gaudium; Noſque nihilominus devotionem veſtram exindè commendare poſſimus. Alioquin Venerabili Fratri noſtro .... Epiſcopo Eſino [c] damus noſtris litteris [d] in mandatis;

Ejuſdem ordinationis pœna,

ac derogatio privilegiorum Apoſtol.

Fratrum Min. de Monte Rubiano delatio, & recurſus ad Pontificem.

Mandat Pontifex ut ſupra.

Comminaturque non obtemperantes.

(a) Ordinavimus: Per Conſtitutionem incip. *Ad conſequendam gloriam &c.* anno ſuperiori die 20. Novembris editam; etſi triennio tranſacto ad 140. cannas retraxerit per aliam incip. *Quia plerumque in futurorum &c.*

(b) De Monte Rubiano: De quo loco diximus ad *Bullam* Innocentii IV. *Quoniam ut ait Apoſtolus &c.* anno 1247. die 22. Junii vulgatam in primo hujus Operis tomo fol. 466.

(c) Episcopo Æsino: *Bonajuncta* al. Bonavitæ O.M., qui ab anno 1263. uſque ad 1268. ſedit ex Ughello tom. 1. Ital. Sac. n. 13. al. 15.

(d) Damus nostis litteris: Quæ nobis non innotuerunt,

Digitized by Google

datis; ut vos ad id monitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remotâ, cognitâ, & compertâ de plano, & ſine ſtrepitu, ac figurâ judicii veritate compellat.

Datum Viterbii xiI. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Jubet, ut quoddam ejus Opus ad ſe mittat quam citius; declaretque per litteras, quæ remedia ſint circa nonnulla diſcrimina. (Ex REGES. VATIC. epiſt.210. apud WADDINGUM in Annal. Min. num.14., & MARTENE tom.2. THESAURI Anecdot. epiſt.317. Clementis IV.)

LXXXVII.
Anno 1266. die 22. Junii.

CLEMENS &c.

Dilecto filio Fratri Rogerio *dicto* Baccon [a] *Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apoſt. Bened.*

Litteras Bacconi memorat,

TUÆ devotionis litteras gratanter recepimus; ſed & verba notavimus diligenter, quæ ad explanationem earum dilectus filius G. dictus *Bonecor Miles* [b] viva voce nobis propoſuit tam fideliter, quam prudenter. Sanè ut melius nobis liqueat, quid intendas, volumus, & tibi, per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus non obſtante præcepto Prælati cujuſcumque contrario, vel tui Ordinis Conſtitutione quacumque, *Opus* illud [c], quod te dilecto filio Raymundo de *Lauduno* [d] communicare rogavimus in minori officio conſtituti, ſcriptum de bona littera nobis mittere, quam citius poteris, non omittas; & per tuas nobis declares litteras, quæ tibi videntur adhibenda remedia circa illa, quæ nuper eſſe tanti diſcriminis intimaſti [e], & hoc quanto ſecretius poteris facias indilate.

& ejus opus expoſcit.

Datum Viterbii x. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Tom.III.

Cenſus Regis Angliæ Rom. Eccleſiæ debitus perſolvatur ex Decima in eo Regno omnibus Eccleſiis, nonnullis tamen exceptis, indicta. (Ex REGES. VATIC. epiſt. 177. tom.3. anni 2.)

LXXXVIII.
Anno 1266. die 22. Junii.

CLEMENS &c.

Dilecto filio O. [f] *Sancti Adriani Diacono Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato* [g] *Sal., & Apoſt. Bened.*

PER varias noſtras ſub certis tenoribus injungimus tibi litteras [h], ut *Decimam* partem omnium Eccleſiaſticorum redditruum, & proventuum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, aliorumque Prælatorum, nec non Eccleſiarum Cathedralium, & aliarum, Monaſteriorum, Domorum, Prioratuum, cæterorumque locorum Eccleſiaſticorum Regularium, & Sæcularium, exemptorum, & non exemptorum *Regni Angliæ*, cujuſcumque ſint Religionis, vel Ordinis (Militiæ *Templi Hoſpitalis* Sancti Johannis Jeroſolimitani, Sanctæ Mariæ *Theutonicorum*, *Ciſtercien.*, *Cartuſien.*; & Ordinis *Santæ Claræ* [i] domibus dumtaxat exceptis;) quam uſque ad triennium ad ſubventionem Cariſſimi in Chriſto filii noſtri... Regis Anglorum illuſtris de Fratrum noſtrorum conſilio deputandam duximus per te, vel per alium, aut alios viros providos, & fideles, quos ad hoc videris deputandos, per totum prædictum tempus in ſupradicto Regno colligi facias diligenter in utilitates ipſius *Angliæ Regis* ſecundum formam, quam per alias noſtras tibi exprimimus litteras, diſpenſandam. Quia verò, ſicut tua diſcretio non ignorat, idem Rex Anglorum in annuo *Cenſu* [k] Eccleſiæ Romanæ tenetur; in cujus ſolutione aliquandiu noſcitur ceſſaviſſe [l]; Nos volentes ipſi Eccleſiæ debitam ſuper hoc ſatisfactionem

Alias ſuas de Anglica Decima litteras commemorat,

a qua quinam excepti.

Annuus cenſus Regum Angliæ

M

(a) FRATRI ROGERIO DICTO BACCON: De quo fusè Waddingus ad hunc annum num.13., & in Libro de Scriptor. Ord. Min., aliique Scriptores multi præſertim Angli, fuit enim vir proſapia, atque doctrina clariſſimus.

(b) BONECOR MILES: Ideſt Eques nobilis vir more illorum temporum.

(c) OPUS ILLUD: Nimirum, ut conjicitur, *Opus majus ad Clementem IV. Pont. Max.*, quod primum vulgavit typis Londin. anno 1732. Samuel Jebb Anglus, recuſumque poſtea fuit Venetiis anno 1750.

(d) DE LAUDUNO: Vulgo *Laon* in Gallia, Inſulaque Franciæ in confinio Piccardiæ Epiſcop. ſub Remen Archiepiſcopo.

(e) TANTI DISCRIMINIS INTIMASTI: Nempe *De emendatione Kalendarii* ob celebrationem *Paſchatis*, quod demum ſub Gregorio XIII. peractum eſt.

(f) O.: *Ottobono* Fliſco Genuen. paulò ante in aliis litteris memorato.

(g) A. S. LEGATO: In *Angliam* ex dictis litteris, & ex præſentibus.

(h) LITTERAS: Quæ ab Annalibus Eccleſ. abſunt.

(i) ORD. S. CLARÆ: Unde liquet jam hoc tempore in Anglia extaſſe Monaſteria S. Claræ; quæ Waddingus dumtaxat ad ann.1296. n. 20. agnovit.

(k) ANNUO CENSU: De quo in epiſt. *Laudabilis honeſtatis &c.* hoc anno die 23. Maji data, ut ſuperius.

(l) CESSAVISSE: Nempe per 5. annos præter præſentem ex cit. epiſtola; quamquam obſtaculis intervenientibus ea ſolutio diu dilata fuit tandem & deleta.

nem celeriter provenire, volumus, & diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de *Decima* ipſa, quæ in dicto Regno collecta fuerit; inter cætera ipſi Eccleſiæ de ſubtracto cenſu ſatisfieri memorato; ac ejuſdem *decimæ* reſiduum in utilitates memorati Regis Anglorum, ſecundum litterarum, quas tibi ſuper hoc dirigimus, continentiam facias diſpenſari.

per ipſam Decimam ſolvendus.

Datum Viterbii x. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Ut ex eorum Ordinibus detrahentes alteri, vel ſibi invicem ad ſatisfaciendum læſis etiam per Eccleſ. cenſuram inducant. (Ex Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 50. Clementis IV., & ex Reges. Vatic. epiſt. 212. teſte Waddingo in Annal. Min. num. 6., ac Petro de Alva in Indic. Bull. Seraph. nec non in tom. 2. Theſ. Anecdot. Martene, & Durand pag. 359.)

LXXXIX.

Anno 1266. die 24. Junii.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis .... Priori, & Lectori Fratrum Prædicatorum, ... *Guardiano, & ... Lectori Fratrum* Minorum *in* Monte Peſſulano [a] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Facti narratio, atque deteſtatio.

Ægre ferimus, & amaro mærentium animo vobis admodum recenſemus, quod a multis nuper accepimus, quoſdam ſcilicet ex veſtris Fratribus in tam illicitam prorupiſſe licentiam, ut invicem ſe occultè mordére; &, quod eſt gravius, etiam in ſermonibus ad Clerum habitis, vel ad plebem verba effundere præſumpſerint detractoria in alterutrius veſtrorum Ordinum non levem infamiam, & certarum nihilominus perſonarum [b]. Ut igitur extinguatur in poſte- A rum ſeminarium tanti ſcandali, & inter vos fraterna caritas, prout decet, conſervetur, & maneat illibata; devotioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta firmiter præcipiendo mandamus, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes; quatenus, ſi quos ex utroque, vel altero veſtrorum Ordinum Fratres in Carcaſſonen. [c], & Bellicardii [d] Seneſcaliis [e], vel Provinciæ [f], & Folcalquerii [g] Comitatibus, *Arelaten.*, & *Avenionen.* Civitatibus, B & alibi in *Arelaten.* Provincia reos eſſe noveritis; prædictis eos ad ſatisfaciendum perſonis & Ordini, quos verbo ſcandalizarunt, vel facto, eo modo, quam honeſtiorem eſſe videritis, efficaciter inducatis: & ſi quis ex eis ordinationi veſtræ pertinaciter oppoſuerit, exercendi in eos cenſuram Eccleſiaſticam; ipſorum Ordinum, vel alterius ipſorum privilegiis non obſtantibus; tenore præſentium vobis concedimus fa- C cultatem.

Præcipit Pontifex ut ſupra.

Derogando privilegiis Ordinum.

Datum Viterbii VIII. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [h].

De Fr. Theobaldi O. M. poſtulatione in Epiſ. Cannen. *cognoſcat; & ſi dignum repererit, promoveat, aliàs ad alterius promotionem procedat.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 87. tom. 3. anni 2.)

XC.

Anno 1266. die 27. Junii.

CLEMENS &c.

D *Venerabili Fratri* [i] .. *Epiſcopo* Albanen. *Apoſtolicæ Sedis Legato* [k] *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

Dilecti filii ... Archidiaconus, & Capitulum Eccleſiæ *Cannen.* [l] humiliter petiverunt a Nobis, ut cum Eccleſia ipſa dudum fuerit paſtoris ſolatio deſtituta; & ipſi propter inhibitionem, quam

Eccleſia Cannen. Paſtore deſtituta,

(a) In Monte Pessulano: Vulgo *Montpellier* urbe Galliæ Narbonenſis in inferiori Occitania, Epiſcopali ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, & Academia præſertim Medicinæ ſtudio clara.

(b) Personarum: Quod paulo ante Maſſiliæ quoque contigiſſe, teſtantur Pontificiæ litteræ *Paupertatis altiſſima &c.* die 12. Junii, & *Graves Fratrum tuorum &c.* die 16. eodem menſe ſcriptæ, & ſupra relatæ.

(c) In Carcasson.: Urbe Galliæ Narbonen. & Occitaniæ Provinciæ Epiſcopali ſub Narbonenſi Archiepiſcopo media inter Perpinianum, & Toloſam.

(d) Et Bellicardii: Al. Belloquadræ vulgo *Beaucaire* Oppidi Galliæ in inferiori Occitania ad Rhodanum ſiti, e regione Taraſconis 4. leucis ab Avenione in meridiem, & tribus ab Arelate in Boream diſtantis.

(e) Senescaliis: Dignitas, & Præiectura, uti *Comitatus*, de qua videſis Gloſſarium Freſnen. ſeu *Du-Change* mediæ, & infimæ latinitatis.

(f) Provinciæ: Vulgo *Provenza* in veteri Gallia Narbonenſi.

(g) Folcalquerii: Quod nonnullis eſt *Forum Neronis*, Oppidum Provinciæ cis Druentiam fluvium in colle, medium inter Seguſteronem vulgo *Siſteron* ad Cæciam, & Aptam Juliam ad Africum juxta rivum Laye.

(h) Litteras alias in ſimili cauſa paulo ante datas *Paupertatis altiſſima &c.* die 12., & *Graves Fratrum tuorum &c.* die 16. hujus menſis videre poteris ſupra relatas.

(i) Ven. Ftatri ..: Rodulpho, de quo alias.

(k) Legato: In Regno Siciliæ cis, & ultra Pharum.

(l) Ecclesiæ Cannen.: In Apulia Peucetia, agroque Bariano prope fluvium Aufidum, nec longe ab Oppido Canuſii, ejuſque Epiſcopatus unitus fuit Nazaræno Archiepiſcopatui Baroli poſito, jam Cannis deſtructis.

Digitized by Google

quam olim Sedes Apoſtolica [a], ne Capitula Eccleſiarum Cathedralium, & Conventualium vacantium Regni Siciliæ [b] per electionem, poſtulationem, aut nominationem aliquam ſibi, & eiſdem Eccleſiis de Prælatis providere præſumerent, edidit; nequiverint ſibi & prædictæ Eccleſiæ per electionem Canonicam more ſolito conſulere de Paſtore; dilectum filium *Fratrem Theobaldum* dictum *Sarracenum* [c] Ordinis Minorum, Virum, ut aſſerunt, in ſpiritualibus providum, & temporalibus circumſpectum, morum honeſtate decorum, & litterarum ſcientia præditum, quem propter ſuæ probitatis merita Univerſi Eccleſiæ prædictæ Canonici in eorum Prælatum unanimiter habere deſiderant; ipſis, & eidem Eccleſiæ, ne propter vacationem diutinam deformationis perferat detrimenta, in Epiſcopum & Paſtorem de ſolitâ Sedis prædictæ clementiâ præficere curaremus. Sanè debitâ meditatione penſantes, quod cum de proviſionibus Eccleſiarum vacantium, & ſpecialiter Cathedralium agitur, adhiberi debet attentionis maturæ ſtudium; ut eædem Eccleſiæ votivæ conſequantur conſolationis effectum; illorum votis de dicto *Fratre Theobaldo* annuere conſcientia ſalva nequivimus; cum de ipſo nullam notitiam habeamus. Quia verò ſuper proviſione ipſius Eccleſiæ ſecurius & utilius procedere poteris pro eo, quod tibi utpote in vicino poſito plenius conſtare poterit de præfati *Fratris Theobaldi*, ſeu aliarum perſonarum tantæ dignitati congruentium meritis, & omnibus circumſtantiis opportunis; Fraternitati tuæ, de cujus induſtriâ probatâ plene confidimus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præfatum *Fratrem Theobaldum*, ſi ei ad hoc propria merita ſuffragantur; alioquin aliam perſonam idoneam, de qua expedire cognoveris, præficias auctoritate Noſtrâ eidem Eccleſiæ in Epiſcopum, & Paſtorem, faciens ab Archidiacono, & Capitulo prædictis, ac Clero Civitatis & Diœceſis *Cannen.* obedientiam & reverentiam debitam exhiberi. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo [d].

Electores omnes in Fr. Theobaldum O. M. conſpirant, & avent, collaudantque.

Pontifex pro rectâ dictæ Eccleſiæ proviſione

committit cognitionem, & promotionem, ut ſupra.

Datum Viterbii v. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Epiſcopum Ruthenen. *apud Cardinalem S. Nicolai in Carc. Tull. commorantem evocat ad ſe pro ipſius proceſſus proſecutione.* (Ex Regest. Vatic. epiſt. 230. tom. 4. anno 2. & 231. tom. 6.)

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1266.

XCI.

Anno 1266. die 26. Julii.

CLEMENS &c.

Dilecto filio J. [e] *Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Cardinali Salutem, & Apoſtol. Bened.*

ÆQUANIMITER moram tulimus, quam traxiſſe *Peruſii* noſcitur Venerabilis Frater noſter [f] . . . *Ruthen.* Epiſcopus ſub tuæ, prout creditur, expectatione ſalutis; qua ex cauſa proceſſum ſuſpendimus [g] contra ipſum incohatum ibidem non ſine Eccleſiæ ſibi creditæ diſcrimine pariter, & jacturâ, & continuâ oblocutione multorum. Sanè jam tibi redditâ Divinæ providentiæ munere ſanitate [h], creſcit contra Nos obloquentium murmur; imo verius inſultantium objurgatio manifeſta illâ ratione præſertim, quia contra [i] . . *Tholoſan.* Epiſcopum procedi facimus inceſſanter [k]; & contra iſtum, quem deteſtabilis turpitudinis urgent inditia, non procedimus, tanquam ſit apud Nos perſonarum acceptio, quam in aliis reprobamus. Quocirca nolentes imperfectum relinquere, quod incœpimus, ad Noſtram præſentiam eum duximus

Ruthenen. Epiſcopi mora Peruſii a Pontifice tolerata

non ſine diſcrimine,

& qua ratione.

Significat ſe eum evocare, ut compareat, ut ſupra,

(a) Sedes Apostolica: Per Alexandrum IV. ob auſus Manfredi illius Regni uſurpatoris.

(b) Regni Siciliæ: Etiam cis Pharum, in quo erat Cannenſis Eccleſia.

(c) Dictum Sarracenum: Nunc primum ad noſtram, aliorumque notitiam deductum; & forſan conſanguineum *Fr. Joannis Saraceni* O. M. Archiepiſcopi Baren. anno 1259. aſſumti, de quo ibi egimus.

(d) Compescendo: Confirmatus eſt autem *Fr. Theobaldus*, ſedebatque adhuc anno 1295. ex tom. 7. Ital. Sac. Ughelli, qui promotionis annum, agnomen, & inſtitutum ignoravit; de eoque iterum ad annum 1276. die 17. Aprilis agetur.

(e) J.: Joanni Cajetano Urſino Romano, & Ordinis FF. Min. Protectori hoc tempore Peruſii degenti.

(f) Frater noster . .: *Vivianus*, ut in Bulla *De venerabili &c.* anno ſuperiore Idibus Novembris edita.

(g) Suspendimus: Immo reprobavit per dictam Bullam *De venerabili &c.*

(h) Sanitate: De qua & in epiſt. *De ſtatu tuo &c.* hoc anno die ultima Maji ſcripta.

(i) Contra: *Raymundum* de Falgario ex Ord. Prædicat. a Gregorio IX. anno 1232. aſſumptum, & anno 1270. defunctum ex Gallia Chriſtiana, & ſui Ordinis Scriptoribus.

(k) Incessanter: Qua de cauſa conſuli poſſunt citati Autores, eſtque epiſt. 135. Regeſt. Vatic. ex Raynaldo ad hunc annum n. 37., quos tamen Autores de eo valde laudabiliter ſcripſiſſe legimus.

Digitized by Google

a

mus per latorem præſentium evocandum [a]; & præfigere ei terminum, quo coram examinatoribus Teſtium, ſeu Inquiſitoribus, quos in partibus ſuis dedimus, perſonaliter, vel per Procuratorem ſufficienter inſtructum compareat; prout magis negotio crediderimus expedire. In hoc tamen gerimus tibi morem, quod ſi lectis præſentibus litteris deferri aliquantulum tibi placuerit, citationem ejuſdem, quod conſcientia tibi dictaverit in hac parte, ſuſtinebimus patienter; nam latorem iſtarum inſtruximus, quod litteras noſtras alias dicto non reddat Epiſcopo, donec tuam ſuper hoc ſentiat voluntatem. Tu vero, filii prædilecte, conſidera, quid Deo gratius, quid tuæ convenientius æſtimes honeſtati [b].

deferens tamen nonnihil Cardinali,

cui quid convenientius conſiderandum proponit.

b

Datum Viterbii VII. Kalend. Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [c].

c

Mandat ei, ut ad ſe veniat pro inquiſitionis contra eum incboatæ finitione. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 231. tom. 4. anno 2.)

XCII.

Anno 1266. die 26. Julii.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri [d].. *Epiſcopo* Ruthenen. *Sal.*, *& Apoſt. Bened.*

d

CUM dilecti filii noſtri *J.* [e] Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi Cardinalis diu *Peruſii* [f] moram trahens deſideratam a Nobis expectaveris ſanitatem, & jam Deus ipſum reſpiciens, & optatæ ſaluti reſtituens Nos, ac Fratres noſtros reddiderit lætiores; tempus eſſe credimus, ut ad nos venias, & propoſitum noſtrum intelligas, & de inquiſitionis proceſſu contra te inchoatæ [g], quam ad finem, quem Deus dederit, cupimus conſummari; ideoque Fraternitati tuæ in virtute obedientiæ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus infra dies octo poſt receptionem præſentium perſonaliter coram Nobis compareas noſtrum ſuper iis beneplacitum auditurus.

e

Expleta moræ cauſa,

f

adeſſe tempus ait recedendi.

g

Præcipit, ut ſupra.

Datum Viterbii VII. Kalend. Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [h].

h

Conſtituit eum Epiſcopi Eugubini *morbo Paralytico gravati coadjutorem, amoto Epiſcopo* Averſano *altero coadjutore.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 107. apud Waddingum in Annal. num. 17.)

XCIII.

Anno 1266. die 26. Julii.

CLEMENS &c.

Dilecto filio Fratri Leonardo de Eſculo [i], *Ordinis Minorum Sal., & Apoſt. Benedictionem.*

i

SICUT noſtris auribus eſt relatum, Venerabilis Frater noſter *Epiſcopus Eugubin.* [k] adeo morbo Paralytico eſt gravatus; ut membrorum ſuorum deſtitutus officio ſibimet gravis, & Eccleſiæ Eugubinæ ad exequendum paſtorale officium ferè inutilis ſit effectus. Et licet propter hoc olim Sedes Apoſtolica venerabilem Fratrem noſtrum Epiſcopum *Averſan.* [l] tunc propter malitiam temporis reſidere in ſua Eccleſia nequeuntem in Coadjutorem dicto *Eugubino* Epiſcopo deputaſſet; quia tamen idem *Averſan.* Epiſcopus reſtituta pace in Regno *Siciliæ* ad præfatam Eccleſiam ſuam eſt reverſus [m]; idem Epiſcopus *Eugubinus* abſque Coadjutore remanſit. Hinc eſt, quod Nos te, de cujus circumſpectione, & induſtriâ, & converſatione honeſtâ nobis laudabile teſtimonium fuit perhibitum, eidem *Eugubino* Epiſcopo, reſervatâ ſibi collatione beneficiorum liberâ,

Narratio facti, cauſaque providendi.

k

Primus Coadjutor Epiſcopi.

l

m

Alter Coadjutor ex Ord. Minor.,

(a) Evocandum: Litteris ſubſequentibus *Cum dilecti &c.*

(b) Honestati: Card. Protector Pontifici obſecutus eſt, & Epiſcopus Ruthen. ſe Pontifici præſentavit ex ſequentibus epiſtolis.

(c) Eodem die ad ipſum Epiſcopum litteras dedit incip. *Cum dilecti filii &c.*, quæ in Tabul. Vatic. ſunt n. 232. Regeſ. Pontif., ut *infra dies octo* ad Curiam Pontificiam accedat pro eadem re; ſed nonniſi prope finem hujus anni ejus cauſa reſumpta eſt per litteras *Cum olim venerabilis &c.* die 26. Novembris exaratas, ut infra.

(d) Ven. fratri..: *Viviano*, ut in præcedenti epiſtola.

(e) J.: *Joanni* Cajetano Urſino, ut in dicta epiſt.

(f) Perusii: Ubi prædictus Cardinalis ægritudine detentus remanſit, cum Pontifex cum aliis Cardinalibus ſub initium menſis Maji Peruſio Viterbium ſe contulerit.

(g) Inchoatæ: De quà in epiſt. *De venerabili &c.* anno ſuperiore Idibus Novembris data.

(h) Die 26. Novembris nondum ad Pontificem acceſſerat, ſed ſub initium menſis Decembris ex epiſt. 147. & 148. Regeſ. Vatic. tom. 3. anno 2. infra etiam citandis.

(i) Fr. Leonardo de Esculo: Piceno, vel Apulo incompertum; Picenatem nihilominus crediderim.

(k) Episcopus Eugubinus: *Jacobus* anno 1258. promotus ab Alexandro IV., & anno 1276. vita functus ex Ughello tom. 1. Ital. Sac.

(l) Episcopum Aversanum: *Fidentium* an. 1263. ab Urbano IV. coadiutorem Jacobi Epiſcopi conſtitutum ex cit. Ughello.

(m) Est reversus: Anno 1266. poſt menſem Februarium, quo victus eſt, & in bello contra Carolum Andegaven. occiſus *Manfredus* Regni Neapolitani invaſor, & Epiſcoporum, qui pro Eccleſia Romana ſtabant, exturbator.

Digitized by Google

berâ, in coadjutorem duximus deputandum; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ipſius Eccleſiæ Eugubinæ curam tamquam ejuſdem Eugubini Epiſcopi coadjutor in ſpiritualibus, & temporalibus ita geras ſollicitè, ac prudenter; quod dignam Deo poſſis exindè rationem reddere; Noſque diligentiæ tuæ ſtudium poſſimus merito commendare [a].

cui Pontifex committit dictæ Eccleſiæ curam.

Datum Viterbii vII. Kalend. Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

XCIV. In eumdem modum litteras dedit Pontifex ad prædictum *Epiſcopum*, *Capitulum*, & *Clerum* Civitatis, Diœceſiſque Eugubinæ, mutatis competenter verbis ex cit. Reges. Vatic. teſte laudato Waddingo num. 17.

Ut Joanni de Cruſol, *qui vix puber Religionem O. M. ingredi promiſerat, ſi quibuſdam examinatis non plane conſtiterit, facultatem tribuat contrahendi Matrimonium*. (Ex epiſt. 370. tom. 2. Theſ. Anecdot. Martene, & Durandi, & ex Reges. Vatic. epiſt. 240. tom. 4.)

XCV. CLEMENS &c.

Anno 1266. die 13. Auguſti.

Dilecto filio Fratri Raymundo *dicto* Acbran [b] *Ordinis Fratrum Minorum Sal., & Apoſt. Bened.*

Facti narratio, eamque ſcribendi.

SUA nobis dilectus filius *Jo. de Cruſol* Civis Montis Peſſulani [b] inſinuatione monſtravit, quod cum tertium decimum annum circiter ageret, quarto decimo non expleto, in duorum tui *Ordinis Fratrum* manibus ſine voto promiſit, quod eorum Religionem intraret, ad quem animum non applicans eam poſtmodum non intravit; nunc aſpirans ad copulam conjugalem; ſed ne dubius ſe exponat diſcrimini, petit a nobis humiliter ab hujus laqueis ambiguitatis abſolvi. Sanè licet vix ſit intelligibile, quod promiſſionem hujuſmodi fecerit ſine voto; niſi forſitan aut præcipiti mentis impetu, aut jocosè hujuſmodi verba protulerit, quæ ex certâ, & provida intentione prolatâ proferentem efficaciter obligarent. Quia tamen ætatis legitimæ ad vovendum minime videbatur; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus conſcientiam ejus diligenter examinans, ſi narratis veritas ſuffragatur, ſalutaribus monitis, non ſermonibus illectivis inducas eundem, ut intret *Ordinem* memoratum, vel alium; ſi ad hoc ſuum potes animum imformare. Alioquin cum ſuæ libertati committens des ei in foro pœnitentiæ, nullis ſuper hoc litteris dandis, licentiam Matrimonium licitè contrahendi; niſi forſan ex ejuſdem confeſſione tibi conſtiterit, quod poſt xiv. annos in propoſito adeo ſe firmaverit, ut quod primæ promiſſioni deerat, ratihabitio ſolidaverit ſubſequuta.

Mandat id, quod ſupra

conditione adjecta.

Datum Viterbii Idibus Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Pecuniam, inſtrumenta, & libros Epiſcopi Marochien. *defuncti mandat aſſignari Epiſcopo Cæſarauguſtano, & de his ſibi ejus litteras accepti traſmitti*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 68. tom. 2. anni 2.)

XCVI. CLEMENS &c.

Anno 1266. die 18. Auguſti.

Dilectis in Chriſto Filiabus . . . Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii Monialium Cæſarauguſtan. [c] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

CUM nuper bonæ memoriæ [d] . . . Epiſcopus *Marrochitanus* [e] apud Sedem Apoſtolicam deceſſerit inteſtatus; volumus, & præſentium vobis auctoritate in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſexcentas *duplas auri* [f] minus quinque duplis; & ſexdecim, vel decem & ſeptem *anulos aureos*; ac quædam *Inſtrumenta* ſuper iis

Marochien. Epiſcopus moritur inteſtatus,

cujus nummos, & alia Pontifex recenſet,

(a) Hujus novi coadiutoris non meminit Ughellus; nec Waddingus agnovit, an uſque ad obitum *Jacobi* Epiſcopi munus coadjutoris Fr. Leonardus obiverit.

(b) Acbran: Al. *Achen*, ut videtur, Gallus, & apud Montem Peſſulanum vulgo *Monpellier* in Occitania inferiori degens.

(c) Monialium Cæsaraugustan.: Supple *S. Catharinæ Ordinis S. Claræ*, ut ex ſequenti epiſtola, in qua dicitur *Ordinis S. Damiani*, quod idem eſt, de quo Monaſterio extat Bulla 152. Innocentii IV. *Religioſam vitam &c.* anno 1246. die 4. Octobris edita.

(d) Bonæ memoriæ: *Fr. Blaucus* Ord. Minor., cujus eſt mentio in 1. hujus Operis tomo pag. 418. & 519. & in epiſt. Nicolai IV. *Illius licet immeriti &c.* an. 1290. die 15. Febr. miſſa dicitur prædeceſſor *Roderici* Epiſcopi Marochien. anno præcedenti promoti.

(e) Episcopus Marochit.: Anno 1257. vel paulopoſt ab Alexandro IV. evectus cum plenæ Legationis S. A. officio per totam Africam ex cit. Nicolai IV. epiſtola.

(f) Duplas auri: Nempe monetas, quæ ex auro *Floreni* plerumque vocabantur.

Digitized by Google

a b — & jubet Epiſcopo Cæſarauguſtæ tradi, ut ſupra.

iis confecta; & quoſdam *libros*; quæ omnia penes vos [a] ab eodem Epiſcopo, ut dicitur, fuere depoſita; cum hæc ad Romanam Eccleſiam pertinere noſcantur, Venerabili Fratri noſtro [b]... Epiſcopo *Cæſarauguſtan.* Noſtro, & Eccleſiæ prædictæ nomine, ſeu ejus certo Nuncio, quem ad hoc deſtinaverit, ſine difficultate qualibet integraliter aſſignetis. Recipientes ab eodem Epiſcopo patentes ejus litteras de iis, quæ ſibi duxeritis aſſignanda, illas Nobis quantocius per fidelem Nuncium tranſmiſſuræ.

Datum Viterbii xv. Kalendas [c] Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

XCVII.

In eumdem modum dilectis Filiis... Præceptori, & Fratribus Domus *Templariorum* [d] Cæſarauguſtan. *incip.* Cum nuper &c. (*uſque*) mandamus, quatenus ducentas *duplas auri*, ac quædam *Inſtrumenta* ſuper hoc confecta, & quoſdam *Libros*, quæ penes vos &c. (*ſicut in ſuperiore epiſtola.*)

De iiſdem Epiſcopi Maroch. *rebus a Monialibus, & Templariis recipiendis, & quomodo diſponendis.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 66. tom. 2. anni 2.)

XCVIII.

Anno 1266. die 21. Auguſti.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri [e] ... *Epiſcopo* Cæſarauguſtan. [f] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Epiſcopi Marochien. defuncti res penes Clariſſas Cæſarauguſt.,

CUM nuper bonæ memoriæ [g] ... Epiſcopus *Marrochitan.* apud Sedem Apoſtolicam deceſſerit inteſtatus; Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ab... Abbatiſſa & Conventu Monialium Monaſterii Cæſarauguſtani Ordinis Sancti Damiani [h] ſexcentas *duplas auri* minus quinque duplis, & ſexdecim, vel decem & ſeptem *anulos* aureos; nec non quædam *Inſtrumenta* ſuper iis confecta; & quoſdam *libros*: a... Præceptore verò, & Fratribus Domus *Templariorum* Cæſarauguſtan. ducentas *duplas auri*, *libros*; ac quædam *Inſtrumenta* ſimiliter; quæ omnia penes ipſos ab eodem Epiſcopo, ſicut firmiter intelleximus, fuére depoſita; cum hæc ad Eccleſiam Romanam pertinere noſcantur; prout eis ſuper iis ſcripta noſtra dirigimus [i]; tibi Noſtro, & Eccleſiæ prædictæ nomine facias exhiberi. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante, ſi aliquibus generaliter, vel ſpecialiter, ſeu cuicumque Ordini a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari, vel interdici nequeant, vel ſuſpendi per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem. Illa verò, quæ receperis de prædictis Sociis Rolandi Bonſignoris Civis & Mercatoris Senen. apud Montempeſſulan. morantibus pro Nobis & Eccleſia prædicta facias aſſignari. Recepturus ab eis patentes eorum litteras de iis, quæ ſibi extiterunt aſſignata; & illas Nobis celeriter per fidelem Nuncium tranſmiſſurus. Prædictos autem *libros*, & *Inſtrumenta*, quæ ad opus prædictorum *Ordinum Monialium* S. Damiani, & Fratrum *Templariorum* Cæſarauguſtan. volumus conſervari; cuſtodiri facias diligenter; donec ſuper iis aliud a Nobis receperis in mandatis.

& aliæ apud Templarios ejuſdem Urbis depoſitæ

jubentur accipi.

Obſtantibus derogando,

& nummos aliis aſſignari;

Librorum verò, & Inſtrumenta cuſtodiri.

Datum Viterbii xiI. Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Alios nummos, & libros prædicti Epiſcopi Maroch. *jubet Epiſcopo Ulyſſiponenſi tradi cum accepti ratione ſibi tranſmittenda.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 67. tom. 2. anni 2.)

CLE-

(a) Penes vos: Ex quibus etiam elicimus, Monaſterium iſtud Clariſſarum extitiſſe; & *Fr. Blancum* forſan ex urbe Cæſarauguſtana, vel illis in partibus ortum habuiſſe.

(b) Fratri nostro: N.

(c) xv. Kalendas: Sed forſan legendum xiI. *Kalendas*, uti ſequentes epiſtolæ habent; ſæpe ſæpius enim ii. in v., & e converſo per librarios.

(d) Templariorum: Militiæ equeſtris notiſſimæ, & jam pridem in Con. Viennen. ſuppreſſæ; de quibus etiam in ſubſequenti epiſtola.

(e) Ven. fratri: N.

(f) Episcopo Cæsaraugust.: Civitatis Aragoniæ primariæ; & Regum olim ſedis inſequenti ſeculo dignitate Archiepiſcopatus decoratæ.

(g) Bon. mem.: *Fr. Blancus* Ord. Min., ut in ſuperiori epiſtola.

(h) Ordinis S. Damiani: Quæ verba deſunt in prædicta epiſtola.

(i) Scripta nostra dirigimus: Nempe præcedentes litteras nimirum tam Sanctimonialibus Cæſarauguſt., quam prædictis Templariis datas.

Digitized by Google

XCIX.
Anno 1266. die 21. Auguſti.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis ... Guardiano & Fratribus de Ordine Minorum Ulixbonen. [a] *Sal., & Apoſt. Benedict.*

Nummi, & Libri alii Epiſcopi Maroch. recenſentur.

CUM nuper bonæ memoriæ &c. [b] quatenus quadraginta & tres *marchas argenti* [c]; treſdecim *Bizantios* [d], & tres obolos; unam *marcham* de *Naquis* [e]; & unam unciam, ac duos denarios, alias etiam treſdecim *marchas*, & dimidiam minus octava parte unius marchæ; ac quoſdam *libros* &c. [f].

Datum Viterbii xiI. Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Aliam pecuniam, & libros præfati Epiſcopi Marochien. a Fratribus O. M. Ulyſſiponen. exigat; & pecuniam certis Mercatoribus tradi curet; Libros vero conſervet, & cuſtodiat. (Ex Reges. Vatic. epiſt.65. to.2. anni 2.)

C.
Anno 1266. die 21. Auguſti.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri [g] ... *Epiſcopo* Ulixbonen. *Sal., & Apoſt. Benedict.*

Epiſcopi Maroch. defuncti

CUM nuper bonæ memoriæ [h] ... Epiſcopus *Marrochitan.* apud Sedem Apoſtolicam deceſſerit inteſtatus; Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus a ... Guardiano & Fratribus Ordinis Minorum *Ulixbonen.* quadraginta, & tres marchas argenti; treſdecim Bizantios & tres obolos; unam marcham de *Naquis*; unam unciam & duos denarios; alias etiam treſdecim marchas, & dimidiam minus octava parte unius marchæ, ac quoſdam *libros*, quæ omnia &c. [i] Prædictos autem *libros*, quos ad opus prædicti Ordinis *Fratrum Minorum* volumus conſervari, cuſtodiri facias diligenter, donec ſuper iis aliud a Nobis receperis in mandatis.

ejus pecunia, & Libri exigendi.

Datum Viterbii xiI. Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Confirmat Legatum Bertoldi Aquilejen. Patriarchæ *pro ejus anniverſario, & feſtivitate* S. Eliſabethæ *ejuſdem conſanguineæ celebranda factum Aquilejenſi Eccleſiæ ex ejuſdem Eccleſiæ monum.* (Apud Ughellum tom.5. Ital. Sac. in Aquilejen. Patr. num.64. al.65.)

CI.
Anno 1266. die 17. Septembr.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis ... Decano, & Capitulo Aquilejen. *Sal., & Apoſt. Bened.*

Exordium.

CUM a Nobis petitur &c. [k] Exhibita ſiquidem Nobis veſtra petitio continebat, quod bonæ memoriæ *Bertoldus Aquilejen.* Patriarcha [l] volens magnificare veſtram Eccleſiam, pro ſua ſepultura, quam ibidem elégit, annuum redditum undecim marcharum Aquilejen. monetæ [m], decem videlicet pro ſuo *anniverſario* ſingulis annis in eâdem Eccleſiâ faciendo; & unam pro Feſtivitate *Beatæ Eliſabeth* ſuæ conſanguineæ [n] inibi celebrandâ, percipiendas a vobis in *muta* Aquilejen. [o] liberalitate conceſſit; idque

Bertholdi Patriarchæ legatum.

(a) Ulixbonen.: Al. *Ulyſſiponen.* vulgo *Lisbona*, ubi Fratres Minores anno 1217. locum obtinuerunt ex Waddingo ad eum annum n. 23., qui erat caput *Cuſtodia* ſui nominis ex veteri *Provinciali* Ordinis tàm apud Jordani Chronicon Ms. Vatic., quàm apud Barthol. Piſanum Conform. xi., mirorque Waddingum ad annum 1400. n. 12. aſſerere in Cod. Vatic. nihil haberi hujus *Cuſtodia*; cum ego illum inſpexerim referentem ſecundam Provinciæ S. Jacobi *Cuſtodiam Ulisbonenſem* cum tribus Conventibus *Bezia* (leg. *Beja*), *Tauri* (leg. *Tavira*), & *Lanle*, *Lanſarien.* Piſano, ſed leg. *Alanquer*, diverſis ab illis cit. Piſani.

(b) Bonæ memoriæ &c.: Ut in ſuperiori epiſtola data Monialibus Cæſarauguſtæ die 18. hujus menſis uſque ad *mandamus*.

(c) Argenti: De quibus dictum eſt in 1. tomo.

(d) Bizantios: De his etiam conſuli poterit prædictus tomus.

(e) De Naquis: Hujus *Marcha* nemò quem legerim meminit; creditur vox Arabica valoris *Mancuſi*, de quo Du Cange, & Diction. 3. voc. to. 4. l. *Mancuſa*.

(f) Libros &c. Ut in cit. epiſtola uſque *tranſmiſſuri*, ac *datum*, mutato ſolum nomine Epiſcopi *Cæſarauguſtani* in *Ulyſſiponen.*

(g) Ven. fratri ..: N.

(h) Bonæ memoriæ ..: *Fr. Blancus* Ord. Minor., ut in præcedentibus litteris.

(i) Quæ omnia &c.: Ut in epiſtola Cæſarauguſtano Epiſcopo proximè relata uſque ad *tranſmiſſurus*.

(k) Petitur &c.: Ut in *Bulla* 72. hoc ann. die 17. Martii edita.

(l) Bertoldus Aquilejen. Patriarcha: Anno 1208. conſtitutus obiit circa annum 1251., cum antea fuiſſet Archiepiſcopus *Colocenſis* in Hungaria.

(m) Marcharum Aquilejensis monetæ: De quibus conſule Diſſert. *De Nummis Patriarch. Aquilejen.* P. Bernardi M. de Rubeis O.P. cap.6., ubi docet extitiſſe Marcham *denariorum*; & Marcham *Solidorum*, illam 160. denariis conſtitiſſe; iſtam vero 20. ſolidis, & 8. denariis.

(n) B. Elisabeth suæ consanguineæ: Nempe ſuæ neptis ex ſorore: fuit enim Bertoldus filius Principis Meraniæ, & Comitis Tiroli; habuitque fratres tres, & quatuor Sorores; ex fratribus Elebertus factus eſt Epiſcopus *Bambergenſis*; alii duo militiæ dediti ſucceſſerunt patri in *Principatu*: ex ſororibus una Philippo Regi *Franciæ* nupſit, altera Andreæ *Hungariæ* Regi, & *S. Eliſabethæ* patri: tertia *Poloniæ* Ducis uxor *S. Hedwigis*; quarta vero *Abbatiſſa* Zutzingen. in Franconia Ordinis S. Benedicti extiterunt.

(o) In muta Aquilejense: Ideſt in menſa communi, veluti telonio vulgo *Banco*, ubi pecunia ſervatur pro expenſis; de qua voce varia agit & Carolus Freſnenſis vulgo *Du-Change* in Gloſſario mediæ, & infimæ latinitatis.

Digitized by Google

a G. ejus ſucceſſore confirmatum. a b

A idque venerabilis Frater noſter G.[a] *Aquilejen.* Patriarcha ſucceſſor illius poſtmodum confirmavit; prout in litteris inde confectis [b] plenius dicitur contineri. Quare Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut cum redditus hujuſmodi centeſimam bonorum Patriarchalium non excedant, providere ſuper hoc paternâ ſollicitudine curaremus. *Petitionibus annuens Pontifex confirmat, ut ſupra.* Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc ab eodem B. Patriarcha piè, ac providè factum eſt, ratum, & firmum habentes id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. *Clauſula prohib. &c.* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei &c. Si quis autem &c.

Datum Viterbii xv. Kalendas Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Ei committit cauſæ Epiſcopi Quinquecclesien. *inquiſitionem, Epiſcopi ad comparendum citationem, & de repertis relationem ſibi tranſmittendam.* (Ex Reges. Vatic. ep. 124. tom.3. anni 2., teſtibus etiam Waddingo ad hunc annum n.16., & Raynaldo n.37.)

CII. *Anno 1266. die 24. Septembr.*

CLEMENS &c.

Dilecto Filio Fratri Eneco [c] *de Ordine Minorum Cappellano & Pœnitentiario noſtro Sal., & Apoſt. Benedict.*

Olim fel. record. Alexandri [d] primò, & poſtmodum Urbani [e] Romanorum Pontificum prædeceſſorum Noſtrorum crebris clamoribus, & clamoſis inſinuationibus frequenter auribus inculcatis de Job *Quinquecclesien.* [f] Epiſcopo ſuper eo, quod ipſe famam ſuam diverſis ſceleribus commaculare non metuens notabiliter laborabat incontinentiæ vitio; ſeque nexibus nimiæ cupiditatis involvens non vitabat labe pollui ſymoniæ Ordines & beneficia ſymoniacè conferendo; ac variis ligatus majorum excommunicationum ſententiis tam canonum, quàm ab homine promulgatis, quantum in eo erat, præſumebat prophanare Divina; & quod dilectum inſuper Filium ... Abbatem Monaſterii Simigien.[g] Veſprimien. Diœceſis [h] capi fecerat, ac eum manibus poſt tergum, & pedibus ſub equi ventre ligatis, & ori ejus freno impoſito ignominioſè tractari, & carceri mancipari: quodque ipſe ſuper homicidiis, & aliis maleficiis, quæ *plerumque* perpetraverat, coram cariſſimo in Chriſto Filio noſtro [i] ... illuſtri Rege Ungariæ ſæpius accuſatus per duellum interdum oblatum ab eo, & aliquando ſuſpectum ſe purgare præſumpſerat contra Canonicas ſanctiones [k], & ſæpius in hujuſmodi purgatione defecit; ac diverſis perjuriis, & aliis criminibus irretitus, quæ Divinam majeſtatem offendunt; & homines ſcandalizant; bona *Quinquecclesien.* Eccleſiæ dilapidabat enormiter, ac etiam conſumebat; inquiſitionem faciendam contra eumdem Epiſcopum ſuper hujuſmodi criminibus primò idem prædeceſſor Alexander bonæ memoriæ [l] Strigonien. Archiepiſcopo, ejuſque Collegis; & poſtmodum dictus prædeceſſor Urbanus ... Abbati Monaſterii de Pelis [m] Ciſtercien. Ordinis, & ... Cuſtodi Eccleſiæ Albenſis ejuſdem Veſprimien. Diœceſis, ac ... Priori Provinciali [n] Fratrum Prædicatorum Ungariæ per ſuas ſub certa forma litteras commiſerunt. Iidem vero Abbas, & Prior, dicto Cuſtode ſe per ſuas litteras excuſante, in negotio inquiſitionis hujuſmodi, prout ex forma litterarum ipſarum ejuſ-

Relatio de Epiſcopo Quinqueccleſ. reo, ejuſque facinoribus, de quibus Alexander & Urbanus IV. inquiſitionem injungunt diverſis.

(a) Frater noster G.: *Gregorius de Montelongo* antea Legatus Pontificius in Gallia Ciſalpina hodie *Lombardia* anno 1251. Bertholdo ſucceſſit.

(b) In litteris inde confectis: Quas apud ſupra relatum Ughellum non legimus, apud quem tamen legitur charta legati a Bertholdo facti anno 1245. pro ſua ſepultura.

(c) Eneco: Forſan illo, qui dicitur *Fr. Ecce* in epiſt. 577. Innocentii IV. anno 1254. die 13. Julii ſcripta, & in 1. hujus *Bullarii* tomo relata; quique cum Epiſcopo *Zagabrien.* fuit Nuncius Regis *Hungariæ* ad Pontificem eo anno, res tamen mihi dubia.

(d) Alexandri: Hujus nominis IV.

(e) Urbani: *Quarti* etiam hujus nominis.

(f) Quinquecclesien.: In Hungaria ſub Archiepiſcopo Strigonienſi non longe a Dravo fluvio in Tolnen. Comitatu.

(g) Simigien.: Eſt autem *Simigienſis* Comitatus vulgo etiam *Zegzard* in Hungaria inferiori inter Tolnenſem Comitatum ad ortum, Albenſem ad Boream, Poſegenſem ad Auſtrum, & Volceam paludem ad Occaſum ex Baudrando.

(h) Vesprimien. Diœcesis: Ibidem ſub eodem Archiepiſcopo Strigonienſi vulgo *Veſprim*, Germanis vero *Weisbrun*.

(i) Filio nostro ..: *Bela IV.*

(k) Canonicas sanctiones: Concilii Lateranenſis IV. cap.18. præter Rom. Pontificum Alexandri III., & Innocentii IV. inhibitiones.

(l) Bon. memoriæ ..: *Philippo*.

(m) Monast. de Pelis: Cujus eſt mentio apud Manrique in Annal. Ciſtercien. ad annum 1232. cap. 7. n. 5., & dicit Agrienſis Diœceſis.

(n) Priori Provinciali: Quæ commiſſio, ac delegatio latet hujus Ordinis Scriptores, ſi bene mihi cuncta cognita nunc fuerint.

Digitized by Google

ejuſdem prædeceſſoris Urbani eis, & præfato Cuſtodi directarum poterant, procedentes illud demum juxta tenorem earumdem litterarum ad Apoſtolicum remiſerunt examen. Procuratoribus itaque ejuſdem Epiſcopi, ac Venerabilis Fratris noſtri [a] ... Strigonien. Archiepiſcopi, & quibuſdam Canonicis ejuſdem *Quinquecclesien.* Eccleſiæ, qui una cum eodem Archiepiſcopo prædictum proſequuntur negotium, comparentibus coram Nobis, Nos in negotio ipſo Venerabilem Fratrem noſtrum [b] ... Oſtien. Epiſcopum dedimus Auditorem. Demum verò attendentes, quod prædictum negotium propter diverſos, & varios proceſſus in eo habitos, & plura emergentia eſt adeo intricatum, quod non poteſt ſalubriter expediri; ac nolentes exceſſus ipſius Epiſcopi totiens per crebros, & validos clamores, & clamoſas inſinuationes ad providentiam Apoſtolicæ Sedis delatos ſub diſſimulatione tranſire; ne fortè, ſi remaneant incorrecti, ſibi præbeant audaciam committendi pejora; & aliis tranſeant in exemplum; Noſque culpas prædicti Epiſcopi per diſſimulationem odibilem noſtras quodammodo, quod abſit, efficere videamur; providimus, omiſſis hujuſmodi proceſſibus, de novo ex officio noſtro procedere ad inquiſitionem contra prædictum Epiſcopum ſuper eiſdem criminibus, ſuper quibus idem Epiſcopus eſt multipliciter diffamatus; & ut negotium inquiſitionis hujuſmodi celerem & felicem conſequatur effectum; te, de cujus providâ circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinemus, propter hoc ad partes illas ſpecialiter duximus deſtinandum. Quocirca mandamus, quatenus ad prædictam Eccleſiam *Quinquecclesien.*, vel ad alia loca congrua, & ſecura, de quibus videris expedire, te perſonaliter conferens, & habens præ oculis ſolum Deum ex officio, & auctoritate noſtrâ ſuper prædictis criminibus, & exceſſibus inquiras diligentius veritatem, proceſſurus nihilominus ad inquiſitionem contra dictum *Epiſcopum* ſuper aliis etiam criminibus & exceſſibus, quæ poſt inchoatum hujuſmodi negotium dicitur perpetraſſe; ſi ſuper illis, quæ poſtmodum commiſiſſe dicitur, famam ejus apud bonos & graves inveneris eſſe læſam. Si verò præfatus *Epiſcopus* teſtes, quos in eodem negotio receperis, aliquid canonicum in eorum perſonis objiciens reprobare voluerit; ſuper reprobatione teſtium hujuſmodi teſtes infra tres menſes, poſtquam alii examinati fuerint, ante tamen publicationem ipſorum, ad quam te nolumus procedere, prudenter recipere, ac diligenter examinare procures; depoſitiones omnium prædictorum teſtium, & quæcumque ſuper iis inveneris fideliter in ſcriptis redacta ad noſtram præſentiam delaturus; vel ſub ſigillo tuo per fidelem Nuntium tranſmiſſurus. Præfixo eidem Epiſcopo termino peremptorio competenti, quo perſonaliter Noſtro ſe conſpectui repræſentet, facturus ſuper iis, quod juſtitia ſuadebit. Cæterum, ſi dictus Epiſcopus fuerit inventus de dilapidatione ſuſpectus; omne genus alienationis, & mutui penitus interdicas eidem. Et ſi ipſe in aliquos ſuos ſubditos *excommunicationis* ſententiam promulgaverit, ut per hoc fortè reddat eos inhabiles ad ferendum in inquiſitione hujuſmodi teſtimonium veritati, vel proſequendum prædictum negotium; ſeu aliqua juramenta recepit ab eis de veritate tacendâ; primitus juxta formam Eccleſiæ a ſententiâ hujuſmodi abſolvas eoſdem, & relaxes hujuſmodi juramenta; Contradictores &c. [c] Teſtes autem, quos ad hoc crederis neceſſarios, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere; Non obſtante &c.

Pontifex verò partibus Auditorem tribuit.

Demum Fr. Eneco mandat id, quod ſupra,

cum inſtructione de aliis,

& clauſulis conſuetis,

& obſtantium derogatione.

Datum Viterbii VIII. Kalen. Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Spoliatos beneficiis Eccleſ. ab Epiſcopo Quinquecclesien., *ſi verum eſt, mandat redintegrari, & neminem prætextu inquiſitionis contra eumdem Epiſcopum moleſtari.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 128. tom. 3. an. 2., teſtibus etiam Waddingo ad hunc ann. n. 16., & Raynaldo n. 37.)

(a) Fratris noſtri ..: *Philippi*, ut ſupra.
(b) Fratrem noſtrum ..: *Henricum* Seguſianum.
(c) Contradictores &c.: Ut in ſolitis formulis alibi, & ſæpe relatis.

CLEMENS PP. IV. An.Ch. 1266.

CIII.

Anno 1266. die 13. Octobris.

De Quinquecclef. Epiſcopi actuum inquiſitione a b c d

CLEMENS &c.

Eidem. [a]

OLim fel. record. Alexander [b] primò, & poſtmodum Urbanus [c] Romani Pontifices prædeceſſores Noſtri contra *Job Quinquecclefien.* Epiſcopum [d] inquiſitionem ſuper diverſis criminibus, ſuper quibus dicebatur fore publicè diffamatus, diverſis Inquiſitoribus per ſuas ſub certa forma litteras commiſerunt; Noſque demum te, de cujus provida circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinemus, commiſſo tibi per noſtras litteras [e] ſub certa forma negotio inquiſitionis hujuſmodi ad partes illas ſpecialiter duximus deſtinandum [f]. Sane idem *Epiſcopus*, prout aſſeritur, Andream Præpoſitum Sancti Johannis, Triſtanum Cantorem, Buzam Archidiaconum de Oſceng, Magiſtrum Georgium Salomonem Presbyterum, & alias perſonas Quinquecclefienſis Eccleſiæ, ac Diœceſis Quinquecclef. beneficiis ſuis Eccleſiaſticis occaſione hujuſmodi negotii contra juſtitiam ſpoliavit. Quia verò indignum exiſtit, ut Præpoſitus, Cantor, Archidiaconus, & alii prædicti tali prætextu ſuis beneficiis ſpolientur; mandamus, quatenus auctoritate noſtrâ ex officio tuo deſpoliationes hujuſmodi, & ejus cauſas diligentius inquiras; & ſi inveneris ita eſſe, ipſis beneficia ipſa reſtituas, nec permittas eos, vel alios Canonicos, & perſonas prædictæ Eccleſiæ, pendente dicto inquiſitionis negotio, ipſius occaſione negotii ab eodem Epiſcopo in perſonis, vel bonis ſuis aliquatenus moleſtari; contradictores & moleſtatores hujuſmodi auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo: Invocato ad hoc, ſi neceſſe fuerit, auxilio brachii ſecularis. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, vel odio ſubtraxerint, per cenſuram conſimilem appellatione poſtpoſita compellas veritati teſtimonium perhibere. Non obſtante Conſtitutione de duabus Dietis edita in Concilio generali [g]; aut ſi eidem Epiſcopo, vel aliquibus aliis a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod *interdici*, *ſuſpendi*, vel *excommunicari* non poſſint per litteras Apoſtolicas, quæ de Indulto hujuſmodi plenam, & expreſſam non fecerint mentionem; ſive qualibet alia indulgentia Sedis ejuſdem, de qua, cujuſque toto tenore de verbo ad verbum oporteat in noſtris litteris plenam & expreſſam mentionem fieri, & per quam id impediri valeat, vel differri.

[Margin: diverſis commiſſa, & demum Fr. Eneco O. M. — Alii exceſſus prædicti Epiſcopi, de quibus mandat Pontifex, ut ſupra. — Cum ſolitis clauſulis, etiam derogatoriis.]

Datum Viterbii III. Idus Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [h].

Gratias ei agit de beneficiis in Fratres Ord. Min. collatis; hortaturque ad perſeverandum, etiam & ad augendum, eoſque a quorumcunque moleſtiis ad defendendum. (Ex Monumentis Eccleſ. Juſtinopolitanæ apud Ughellum tom. 5. Ital. Sac. in Epiſc. Juſtinopolit. num. 8. edit. Venetæ.)

CIV.

Anno 1266. die 13. Octobris. i k

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri [i] ... *Epiſcopo* Juſtinopolitano [k] *Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem.*

EXultante ſpiritu de tua ſinceritate percepimus, quod ipſa piis operibus diligenter intendit; & perſonas Divinis inſiſtentes obſequiis libenter recreat dulcedine charitatis; prout ex eo patenter agnoſcitur; quod, ſicut dilecti Filii ... Guardianus, & Fratres *Juſtinopolitan.* Ordinis Minorum Nobis ſignificare curarunt, tu piè conſiderans, quod ipſi in loco, in quo hactenus permanebant [l], non poterant commodè commorari, eis transferendi ſe ad locum alium eis congruum *Caprile* vulgariter appellatum, quem cives Juſtinopolitani contulerunt eiſdem; intuitu pietatis liberaliter conceſſiſti licentiam, & primarium

[Margin: Exultatio de Epiſcopo piis operibus intento — ex relatione Fratrum Juſtinopolit. — Epiſcopus permittit Fratribus mutationem loci.]

(a) Eidem: *Eneco*, de quo in epiſt. præcedente.
(b) Alexander: Hujus nominis *Quartus*.
(c) Urbanus: Etiam *Quartus* hujus nominis.
(d) Quinqueccles. Episcopum: Ut in citata epiſt. ſuperiore, quem Waddingus cit. *Jacobum appellat*.
(e) Nostras litteras: Prædictam videlicet epiſtolam.
(f) Destinandum. Hoc anno die 8. Kalend. Octobris ex cit. epiſtola.
(g) In Concilio generali: Lateranenſi IV. anni 1215. cap. 37.
(h) Alias litteras huic Eneco pro hac re dedit Pontifex die 21. Octobris, ut infra.
(i) Fratri: *Conrado* anno 1245. ab Innocent. IV. aſſumpto.
(k) Episcopo Justinopolitano: In Hiſtria primariæ civitatis, quæ proinde vulgò dicitur *Capo d'Iſtria* ſub Patriarcha tunc Aquilejenſi, & Venetorum dominio.
(l) Hactenus permanebant: Ante annum 1260. in parva æde ab ipſo Epiſcopo Conrado eis conceſſa, ſed quo anno ignotum; eſt autem hic Fratrum locus 3. al. 4. Cuſtodiæ Hiſtriæ in Provincia Dalmatiæ ex veteri *Provinciali Ordinis* apud Autorem Polychronici, & Barthol. Piſanum Conform. XI.

Digitized by Google

a rium ad hoc lapidem tribuiſti [a]. De his ſiquidem, & quam pluribus aliis charitativis beneficiis eiſdem Guardiano, & Fratribus, ut aſſerunt, a te pia benignitate collatis, tibi condignas in Domino gratias referentes, Fraternitatem tuam attentius rogandam duximus, & monendam, per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus hujuſmodi tuum pium affectum circa dictum Guardianum, & Fratres non ſolum continuans, ſed augmentans eos per Apoſtolicæ Sedis, & Noſtram reverentiam propenſius habeas commendatos; teque ipſis exhibeas in opportuno favore munificum, ac ſuis opportunitatibus gratioſum, non permittas eos ab aliquibus tibi ſubditis, quantum in te fuerit, indebitè moleſtari; ita quod ipſis de hujuſmodi Noſtris precibus, & mandato ſe optatum commodum reportaſſe gaudentibus, Nos tuam ſinceritatem exinde dignis in Domino laudibus commendemus.

Pontifex gratias agit,

& hortatur ad continuandum, augendumque,

commendans eidem Fratres.

Datum Viterbii III. Idus Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Reſpondet, quid de ejus libello *ad ſe miſſo videtur; ac de nonnullis eum admonet.* (Ex Reges. Vatic. epiſt.268. inter extravag. apud Waddingum in Annal.Min. num.9., & in Bullario Ord. Prædicat. tom.1. Bul. 53., atque Boulæo in Hiſt. Univerſ. Pariſien. tom.3.).

CV. CLEMENS &c.

Anno 1266. die 18. Octobris.

b c *Dilecto Filio* [b] *Magiſtro Guillelmo de* Sancto Amore [c] *Sal., & Ap.Ben.*

SI circa veritatis indaginem elaboras; ſi cautelas Eccleſiæ colligis ex ſcripturis; dum tamen ſobrius inquiſitor

A exiſtas, & activum evites ſcandalum, non te credimus arguendum: ſed cavendum eſt tibi, ne vel præteritorum tuorum tuo hæreat animo nimis tenax memoria; & ſub doctrinæ ſpecie detractionis colores inſidias; vel illam objurgationem merearis audire, qua Paulum tetigit Feſtus dicens: *Te multæ litteræ faciunt inſanire.* Sanè libellum novum [d] evolvere cœpimus, quem miſiſti, qui licet interdum alias auras circinet, B veterem tamen multum ſapit; & cum excuſſus, & diſcuſſus, licet colorationem in aliquo videatur habere; totam primi ſubſtantiam comprobatur retinere. Verum dum totum non legimus, nihil tibi poſſumus reſpondere; niſi quod provida diligentia cor tuum munias; ne ſub boni ſpecie ille te ſeducat, qui ſe, ut lateat, *in lucis Angelum* transfigurat. Nos autem cum legerimus hoc Opuſculum; & aliis amatoribus veritatis [e]; & eamdem C intelligentibus communicaverimus; tunc quod Nobis videtur, tibi dabimus intimare. Sed quia res forſitan abibit in longum propter negotiorum inſtantiam, quæ de Mundi diverſis partibus Nos ſolito acrius inquietant; dilectum Filium Magiſtrum Thomam ſupradicti præſentatorem operis ultra noluimus detinere.

Admonet, quid ei cavendum ſit.

Act.26.24.

d *Novus libellus ab eo Pontifici porrigitur*

ejuſdem furfuris ac primus De periculis noviſſimorum temporum.

2.Corinth.11.14.

e *Scribit Pontifex, lecto abs ſe, & aliis libello reſponſum ſe ei daturum.*

Datum Viterbii xv. Kalendas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

D

De teſtibus in cauſa Quinqueccleſien. *Epiſcopi adhibitis, & ab ipſo Epiſcopo reprobatis, aliiſve ab eo productis commiſſio, & ſucceſſus expetita relatio.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt.140. tom.3. ann.2. teſte pariter Waddingo ad hunc ann. num.16.)

BIBLIOTH. DE LA VILLE DE LYON

(a) Lapidem tribuiſti: Anno enim 1263. ab Aurelia *Faleria* S.Jacobi Murani Abbatiſſa Fratres obtinuerunt amplum hortum in loco *Caprilis*, & inſequenti anno longam plateam a Gregorio Montelungo *Patriarcha* Aquilejenſi horto memorato contiguam; exin anno 1265. cœperunt ædificare cum conſenſu ejuſdem Epiſcopi novum Cœnobium cum Eccleſia primum Epiſcopo jacente lapidem; quæ tertium poſt annum terminata fuit, teſte D.Naldino Epiſcopo in Chorographia Juſtinopolitana: qui ex Archivo ejuſdem Cœnobii refert chartam conceſſionis Epiſcopalis die 30. Decemb. ann.1265. factæ, & inde in Veneta edit. Italiæ Sacræ Ughelli tom. 5. relatæ num. VIII. in Epiſc. Juſtinopolit.

(b) Dilecto filio &c.: Cum Alexander IV. anno 1257. die 9. Auguſti litteras dederit *Guillelmo de S. Amore: in bonum dirigere greſſus ſuos:* nunc vero *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem* tribuat ei Pontifex, videtur tandem reſipuiſſe, & gratiam Sedis Apoſtolicæ promeruiſſe forſan ab Urbano IV. Pontifice Gallo, vel ab ipſo Clemente.

(c) Guillelmo de Sancto Amore: Tantarum turbarum Pariſiis ſub Innocentio, & Alexandro IV., quas ſupra pluribus annis retulimus, autor, & motor, cum jam fuiſſet exilio multatus, tanquam ſubdolus operarius, miſſo Opuſculo ad Clementem, in ſuam eum partem trahere tentavit, ut in priſtinum gradum reſtitueretur. At Pontifex ex temerariis auſibus hominem jam noverat; quare veritus, ne lateret anguis in herba, cenſuit libellum a ſe, & ab aliis examinatum iri; etſi fateretur in epiſtola, *veterem ſapere; & totam primi ſubſtantiam retinere.*

(d) Libellum novum: Hoc titulo: *Collectio Catholica, & Canonica Scriptura ad defenſionem Eccleſiaſtica Hierarchia contra Pſeudoprædicatores &c.*, qui teſte Jacobo Echardo tom.1.de Scriptor. Ord.Prædicat. ad annum 1274. p. 335. a Pontifice Clemente porrectus fuit Joanni Vercellenſi ejuſdem Ordinis Magiſtro Generali, & ab illo S.Thomæ Aquinati; hic vero ei reſpondit Opuſc. 34. al. 19. *Contra impugnantès Dei cultum, & Religionem.*

(e) Aliis amatoribus veritatis: Fr. Joanni Vercellenſi, ut ſupra, inquit cit. Echard, forſan & aliis, qui nos latent, veriſimile enim eſt, & alicui ex *Ordine Minorum*, qui impetebatur, datum eſſe Libellum.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch.1266.

CVI.

Anno 1266. die 21. Octobris.

CLEMENS &c.

Dilecto filio Fratri Eneco [a] *de Ordine Minorum Cappellano, & Pœnitentiario noſtro Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Rom. Pontif. in cauſa Epiſcopi Quinqueccleſ. commiſſiones,

OLim felicis recordationis Alexandri [b], & poſtmodum Urbani [c] Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum crebris clamoribus, & clamoſis inſinuationibus frequenter auribus inculcatis de Venerabili Fratri noſtro Job *Quinqueccleſien.* Epiſcopo [d] ſuper eo, quod ipſe famam ſuam diverſis ſceleribus commaculare non metuens notabiliter laborabat incontinentiæ vitio; & diverſis erat criminibus irretitus, inquiſitionem faciendam contra eumdem Epiſcopum ſuper hujuſmodi criminibus primò idem Prædeceſſor Alexander, ac demum dictus Prædeceſſor Urbanus diverſis Inquiſitoribus ſub certis formis per ſuas litteras commiſerunt. Noſque denique, ut negotium Inquiſitionis hujuſmodi celerem & felicem conſequatur effectum, te, de cujus provida circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinemus, propter hoc ad partes illas ſpecialiter duximus deſtinandum, injuncto tibi per noſtras litteras [e], ut ad Eccleſiam *Quinqueccleſien.*, vel ad alia loca congrua & ſecura, de quibus videris expedire, te perſonaliter conferens, & habens præ oculis ſolum Deum ex officio, & auctoritate Noſtra ſuper prædictis criminibus, & exceſſibus inquiras diligentius veritatem, proceſſurus nihilominus ad inquiſitionem contra dictum Epiſcopum ſuper aliis etiam criminibus & exceſſibus, quæ poſt incohatum hujuſmodi negotium dicitur perpetraſſe; ſi ſuper illis, quæ poſtmodum commiſiſſe dicitur, famam ejus apud bonos, & graves inveneris eſſe læſam. Si verò præfatus Epiſcopus teſtes, quos tu in negotio prædicto receperis, aliquod canonicum in perſonas objiciens reprobare voluerit; ſuper reprobatione teſtium hujuſmodi teſtes infra tres menſes, poſtquam alii examinati fuerint, ante publicationem, ad quam tè procedere nolumus, prudenter recipere, ac diligenter examinare procures. Quia verò in deſideriis noſtris geritur, ut hujuſmodi negotium ad felicem perducatur effectum, mandamus, quatenus ſi prædictus Epiſcopus ad reprobationem teſtium contra ſe productorum teſtes fortè produxerit; tu, ſi eidem negotio videris expedire, ex officio, & auctoritate Noſtra unum fide dignum, & idoneum virum de Ungaria eligas, & conſtituas, qui ſi contra teſtes, quos præfatus Epiſcopus duxerit producendos, aliqua ſcire poterit; per quæ ipſorum teſtium detrahitur fidei, vel ipſorum dictis, nulla debeat fides haberi, ſuper illis reprobatorios teſtes producat, quos intra alios tres menſes prædictos, tres immediatè ſequentes recipere, & examinare ſtudeas ſapienter, depoſitiones omnium prædictorum teſtium, & quæcumque ſuper iis inveneris, fideliter in ſcriptis redacta ad noſtram præſentiam delaturus, vel ſub ſigillo tuo per fidelem Nuncium tranſmiſſurus. Non obſtante conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali; aut ſi eſt aliquibus ab eâdem Sede indultum &c. [f]

poſtremòque ſuam commemorat,

de præteritis, ac inquiſitis criminibus,

aliiſque poſt aliorum inquiſitiones perpetratis.

De teſtibus ab Epiſcopo reprobatis, aliiſve ab eo productis.

Clauſula derogat.

Datum Viterbii xII. Kalend. Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Indulgentias 100. *dierum elargitur iis, qui fabricæ Eccleſiæ San. Franciſci* Meſſanen. *Eleemoſynis ſubvenerint.* (Ex Autographo Archivi Conventus Meſſanen. apud Cagliolam Hiſt. Provinciæ Siciliæ Ord. Minor. Convent. explor. 3. manif. 1. p. 60.)

CVII.

Anno 1266. die 5. Novembris.

CLEMENS &c.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium.

Rom. 14. 10. 2. Corinth. 5. 10.

QUoniam, ut ait Apoſtolus, *omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti* recepturi, prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum: oportet nos diem meſſionis extremæ miſeri-

(a) Eneco: Ad quem ſunt etiam hujus Pontificis litteræ dieb. 24. Septembris, & 13. Octobris datæ, & paulo ante relatæ in hac eadem cauſa.
(b) Alexandri: *Quarti* hujus nominis.
(c) Urbani: Etiam hoc modo *Quarti*.
(d) Quinqueccleſien. Epiſcopo: De quo in prædictis litteris actum eſt.
(e) Noſtras litteras: Proximè memoratas.
(f) Indultum &c.: Ut in fine dictarum litterarum uſque *Datum &c.*

Digitized by Google

ſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recoligere debemus in Cælis; firmam ſpem; fiduciamque tenentes, quoniam *qui parce ſeminat, parce, & metet; & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet* vitam æternam. Sanè dilecti filii Fratres Ordinis Minorum *Meſſanæ* [a] ibidem; ſicut accepimus, Eccleſiam cæperunt conſtruere, in qua Divinis laudibus cæperunt [b] deſervire; cum itaque ipſis propter Chriſtum extremam ferentibus ſarcinam paupertatis ad hoc fidelium ſubſidium ſit plurimum opportunum; Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus de bonis vobis collatis a Deo pias eis Eleemoſynas, & grata charitatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram memorata Eccleſia valeat conſummari; & vos per hæc, & alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æterna poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli auctoritate confiſi omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui Fratribus Ordinis ejuſdem pro dicta Eccleſia conſumanda manum porrexerint adjutricem, *centum dies* de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus; Præſentibus poſt ſeptennium minimè valituris.

2. Corinth. 9. 6.

a

Eccleſia Meſſanen. jam incœpta ſed nondum terminata.

b

Rogat Pontifex, & hortatur Chriſtifideles pro illius ſubſidio

ſubvenientibus Indulgentias elargiendo.

Conceſſio limitata.

Datum Viterbii Nonis Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Injungit iterari inquiſitionem de factis, & exceſſibus Epiſcopo Ruthenen. O. M. *imputatis, eique diem indici*. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 147. tom. 3. ann. 2.)

A

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1266.

CVIII.

Anno 1266. die 26. Novembris.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis ... de Bellicadro, & ... de Gordanicis Ordinis Sancti Benedicti Arelaten., & Uticen. [c] *Diœceſum Prioribus, & ... Sacriſtæ Minori Sæcularis Eccleſiæ Sancti Pauli Narbonen. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

c

CUM olim Venerabilis Frater Noſter.. [d] Epiſcopus *Ruthenen.* apud Sedem Apoſtolicam delatus ſuper certis exceſſibus, & criminibus extitiſſet; tandem per Venerabilem Fratrem noſtrum [e]... Epiſcopum *Biterren.* [f] ac dilectos filios... Cantorem *Nivernen.*, & Magiſtrum Henricum de Virziliaco Canonicum Antiſiodoren. auctoritate litterarum [g] felicis recordationis Urbani Papæ [h] prædeceſſoris Noſtri ad hoc ſpecialiter deputatos inquiſitione habitâ contra eum, & ipsâ eidem Prædeceſſori noſtro & Fratribus præſentatâ; poſtmodum Nos ad apicem Apoſtolatus aſſumpti attendentes, quod in præmiſſis non, ut decuit, extitit juris ſervata ſolemnitas, proceſſum eorumdem Inquiſitorum in hac parte duximus de prædictorum Fratrum conſilio irritandum [i]. Verum nihilominus intendentes ſuper aliquibus de eiſdem exceſſibus, & criminibus, in quibus famam ejuſdem Epiſcopi læſam invenimus, de ipſorum criminum, & exceſſuum veritate habere notitiam pleniorem mandamus, quatenus vos, vel duo veſtrum ſuper *articulis* negotium inquiſitionis hujuſmodi contingentibus, quos vobis ſub *Bulla* noſtrâ mittimus interclusos, ſecundum interrogatoria, quæ vobis ſub eâdem *Bulla* tranſmittimus [k], per teſtes aliàs ſuper eis receptos, & alios, ſicut expedire videritis; quos omnes, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cujuſcumque dignitatis, gradus exiſtant, vel Ordinis, etiamſi de *Ciſtercien.*, *Cluniacen.*, Fratrum *Prædica-*

B C D E

Ruthenen. Epiſcopus O. M. in multis traductus

d

e f

quorundam cognitioni demandatur ab Urbano PP.

g

h

quorum in eum inquiſitio irrita a Clemente pronunciatur;

i

qui novam de illo inquiſitionem aliis injungit.

k

(a) FF. Ordinis Minorum Messanæ: De quorum loco dictum eſt ad litteras Gregorii IX. *Exhibita nobis &c.* anno 1240. die Kalend. Aprilis datas, & Alexandri IV. *Petitionis veſtræ &c.* anno 1255. die 3. Januarii ſcriptas.

(b) Cœperunt: Leg. *poſſint*.

(c) Uticen.: Al. *Ucetien.*

(d) Frater noster..: *Vivianus*, de quo in epiſt. hujus Pontificis 55. *De Venerabili Fr. &c.* Idibus Novembris anno præcedenti.

(e) Fratrem nostrum..: *Pontium* de S. Juſto, ut in not. (d) ad prædictam epiſtolam fol. 55.

(f) Biterren.: Ut in cit. epiſtola.

(g) Litterarum: Nempe memoratam epiſtolam *Olim Inquiſitionis &c.* vulgatam in nota (f) ad ſupradictam epiſt. hujus Pontificis 55. *De Venerabili Fr. &c.*

(h) Urbani Papæ: Hujus nominis *Quarti*.

(i) Irritandum: Per prædictam epiſtolam incip. *De Venerabili Fr. &c.*

(k) Transmittimus: Hæc autem Scriba nobis non exſcripſit, non articulos, non interrogatoria, non Bullam ut ſæpe contingit.

Digitized by Google

dicatorum, ſeu *Minorum*, ſive quibuſcumque aliis Ordinibus fuerint; non obſtantibus quibuslibet privilegiis, vel indulgentiis Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, aut perſonis ipſorum ſub quavis forma conceſſis, quæ illis in hac parte nullatenus ſuffragari volumus, veritati perhibere teſtimonium per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compelli volumus, inquiratis ſollicitè veritatem. Quod ſi eiſdem receptis Teſtibus dictus Epiſcopus *Ruthenenſis* illos forſan voluerit reprobare; vos Teſtes, qui fuerint ſuper hujuſmodi reprobatione producti, & quos recipiendos videritis, recipere, ac examinare infra duos menſes diligentius ſtudeatis, dicta Teſtium eorumdem, quæ per vos nolumus aliquatenus publicari; & omnia, quæ circa negotium ipſum inveneritis, fideliter per manum publicam in ſcriptis redacta [a], cum articulis, & interrogatoriis ſupradictis ſub veſtris ſigillis incluſa, quantocius ad noſtram præſentiam tranſmiſſuri; præfixo eidem Epiſcopo *Ruthenen.* termino peremptorio competenti, quo perſonaliter compareat coram Nobis recepturus, quod juſtitia ſuadebit. Diem autem præfixionis hujuſmodi, & quicquid ſuper hoc duxeritis faciendum, Nobis per veſtras clauſas litteras harum ſeriem continentes fideliter intimetis: Contradictores, ſi qui ſuper iis fuerint, vel Rebelles, ac eos, qui ſuper ipſis ſe opponere, aut ea quoquomodo præſumpſerint impedire, per cenſuram eamdem appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Cum clauſula derogatoria.

De teſtibus ab Epiſcopo traducto ſuperinductis,

eorumque dictis in acta publica redigendis,

& ad Sedem Apoſtol. tranſmittendis:

Datum Viterbii vi. Kal. Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [b].

Epiſcopo Ruthenen. *peremptorio termino aſſignato, mandat Inquiſitoribus, ut ſe conferant ad cauſæ ipſius proſecutionem.* (Ex Regest. Vatic. Pontif. ep. 148. to. 3. an. 2.)

CLEMENS &c.

CIX.

Anno 1266. die 3. Decembris.

Dilectis filiis ... de Bellicadro, & ... de Gordanicis Ordinis Sancti Benedicti Prioribus Arelaten., & Uticen. Diœceſis, & ... Sacriſtæ Minori Sæcularis Eccleſiæ Sancti Pauli Narbonen. [c] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Ad notitiam veſtram perferimus, quod Venerabili Fratri noſtro ... *Ruthenen.* Epiſcopo in noſtra conſtituto præſentia feſtum *Purificationis* Beatæ Mariæ Virginis proximò venturum [d] terminum peremptorium aſſignavimus, quo coram vobis, quibus ſuper inquiſitione, quam vobis contra ipſum ſub certa forma commiſimus faciendum, per ſe, vel per Procuratorem idoneum ſe veſtro debeat præſentare conſpectui viſurus jurare Teſtes, quos recipiendos duxeritis; & acturus ſuper iis & aliis, quæ veſtro incumbunt officio in omnibus terminis, & diebus, quos in dicti proſecutione negotii continuandos duxeritis, ſeu etiam præfigendos, quod facti qualitas poſtulabit, vel vos ei duxeritis injungendum. Quare cum inquiſitionis hujuſmodi negotium non expediat retardari; volumus, ac diſcretioni veſtræ præſentium tenore mandamus; quatenus præſcriptum prævenientes terminum ad *Ruthenen.* Eccleſiam, vel locum alium opportunum pro dicti proſecutione negotii moræ ſublato diſpendio, quod in hoc poſſet afferre periculum, accedatis; & ſive idem *Epiſcopus* per ſe, vel per Procuratorem idoneum in termino ipſo comparuerit, ſive non; vos nihilominus in dicto negotio poſt lapſum termini procedatis juxta traditam per alias Noſtras litteras [e] vobis formam ad id, quod ſcribitur, adimplendum, eam appoſituri diligentiam, quod de ſolicitudinis intentæ ſtudio veſtra reddatur devota ſinceritas merito commendanda.

Terminum peremptorium Epiſcopo Ruthen. ſe aſſignaſſe ſignificat.

Et mandat id, quod ſupra.

Datum Viterbii iii. Nonas Decemb., Pontificatus Noſtri Anno Secundo [f].

Ut

(a) In scriptis redacta. Juxtà cap. 38. Concilii Generalis ſeu Lateranenſis iv. anno 1215.

(b) Alias litteras eiſdem dedit Pontifex in hac cauſa dieb. 3. & 23. Decembris incip. *Ad notitiam &c.* & *Nuper vobis &c.* ut infra.

(c) Narbonen.: Ad quos jam ſcripſerat Pontifex die 26. Novembris *Cum olim Venerabilis &c.* pro hac cauſa reſumenda, ac ventilanda.

(d) Proximo venturum: Sc. die 2. Februarii anno 1267.

(e) Nostras litteras: Nempe memoratas *Cum olim Venerabilis &c.*

(f) Iterum ſcribitur iſtis de hac ipſa re die 23. Decembris *Nuper vobis &c.*

Digitized by Google

Ut coram Inquiſitoribus a ſe deſtinatis compareat in tempore ad ſuæ cauſæ proſecutionem. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 150. tom. 3. anno 2.)

CX.
Anno 1266. die 11. Decembris.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri ... *Epiſcopo* Ruthenen. [a] *Sal.*, *& Apoſt. Bened.*

Suas litteras cauſæ cognitoribus datas commemorat,

DILECTIS filiis ... de Bellicadro [b], & .. de Gordanicis Prioribus Ordinis Sancti Benedicti *Arelaten.*, & *Uticen.* [c] Diœceſum, ac .. Sacriſtæ Minori Sæcularis Eccleſiæ Sancti Pauli *Narbonen.*, quibus per Nos inquiſitionis negotium contra te ſuper certis articulis eſt commiſſum, per noſtras notificamus litteras [d], quod tibi in Noſtra conſtituto præſentiâ feſtum *Purificationis* Beatæ Mariæ Virginis proximo venturum [e] terminum peremptorium aſſignavimus, quo prælibati prætextu negotii illorum conſpectui per te, vel per Procuratorem idoneum te debeas præſentare, viſurus jurare Teſtes, quos Inquiſitores ipſi recipiendos decreverint; & acturus ſuper iis, & aliis, quæ Inquiſitorum eorumdem incumbunt officio in omnibus terminis, & diebus, quos in dicti proſecutione negotii continuandos duxerint, ſeu etiam præfigendos, quod facti qualitas poſtulabit; vel ipſi tibi, vel Procuratori tuo providerint injungendum; per prædictas inſuper litteras Inquiſitoribus injungimus memoratis, ut præſcriptum prævenientes terminum ad *Ruthenen.* Eccleſiam, vel alium locum opportunum pro dicti accedant proſecutione negotii ſine mora; & ſive per te, ſive per Procuratorem idoneum in termino ipſo comparueris, ſive non, ipſi nihilominus poſt lapſum termini ejuſdem in dicto procedant negotio juxta formam per alias noſtras litteras [f] illis datam. Quocirca mandamus, quatenus noſtris in hoc beneplacitis te conformans, ſtatuto ad hoc tibi prædicto termino in dictorum Inquiſitorum præſentiâ per te, vel per ſufficientem Procuratorem ac idoneum prælibati occaſione negotii comparere non differas aliquatenus, vel omittas, ne de inobedientia notari valeas, vel contemptu; ſed de promptæ potius obedientiæ ſtudio commendari.

Et quid in illis injungatur,

Mandat id, quod ſupra.

Datum Viterbii III. Idus Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [g].

Ut in cauſa Ruthenen. *Epiſcopi contra eum inquirendo procedatur juxta poſteriores litteras*. (Ex Regest. Vatic. Pontif. ep. 149. tom. 3. anno 2.)

CXI.
Anno 1266. die 23. Decembris.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis ... *de Bellicadro*, *&* ... *de Gordanicis Ordinis Sancti Benedicti Prioribus* Arelaten., *&* Uticen. *Diœceſum*, *&* .. *Sacriſtæ Minori Sæcularis Eccleſiæ Sancti Pauli* Narbonen. [h] *Salutem*, *& Apoſtol. Bened.*

Litteras ſuas commemorat

NUPER vobis per Noſtras litteras [i] intimavimus, quod Venerabili Fratri Noſtro .. *Ruthenen.* Epiſcopo coram Nobis perſonaliter conſtituto inſtans feſtum *Purificationis* Beatæ Mariæ Virginis peremptorium aſſignaveramus terminum, quo in Civitate, vel Burgo *Ruthenen.*, vel alibi, ſi locum alium præfixeritis, in veſtra præſentia ſuper inquiſitione, quam vobis contra ipſum ſub certa forma commiſimus faciendam, per ſe, vel per Procuratorem idoneum debeat comparere, viſurus jurare Teſtes, quos recipiendos duxeritis, & acturus ſuper iis, & aliis, quæ veſtro incumbunt officio in omnibus terminis, & diebus, quos in

de termino peremptorio Epiſc. Ruthen. aſſignato,

(a) Ruthenen.: Ut in epiſt. die 26. Julii datâ hoc anno incip. *Æquanimiter moram &c.*

(b) Bellicadro: Al. Belloquadra Gallic. *Beaucaire* urbecula Galliæ in Occitania inferiori ad Rhodanum ſita e regione Taraſconis, 4. leucis ab Avenione in meridiem, & 3. ab Arelate in Septentr. diſtans nundinis ſuis nominata.

(c) Uticen.: At. *Ucetien.*, & melius vulgo *Uzes* in eadem Occitania Epiſc. ſub Archiepiſcopo Narbonen. 6. fere leucis ab Avenione in occaſum diſſita.

(d) Litteras: Incip. *Ad notitiam veſtram &c.* die 3. Decembris hoc anno emiſſas, ſuntque n. 148. Regeſ. Vatic. tom. 3. an. 2., ex quibus liquet, tunc tandem Epiſcopum Ruthen. *Viterbium* acceſſiſſe, quas citat & Raynaldus ad hunc annum n. 37.

(e) Venturum: Nempe die 2. Febr. anno 1267.

(f) Litteras: Incip. *Cum olim Venerab. &c.* die 28. Novembr. dat. num. 147. in Regeſ. Vatic. tom. 3. anno 2. etiam ex Raynaldo cit.

(g) Exitum cauſæ ignoramus, ſilente prorſus de hac re P. Dionyſio Sanmarth. in tom. 2. Galliæ Chriſtianæ, & aſſerente obiiſſe illum in ſuo Epiſcopatu an. 1274. & apud ſuos Fratres Minores humatum fuiſſe, cujus *Eccleſia in medio pravæ, ac perverſæ Nationis poſita, & valde collapſa in temporalibus* aſſeritur ab Innocen. IV. in epiſt. *Olim Ruthenen. Eccleſia &c.* anno 1246. pridie idus Decembris Archiepiſcopo Bituricen. ſcripta.

(h) Narbonen.: Ut in litteris dieb. 26. Novembris, & 3. Decembris ſupra relatis.

(i) Nostras litteras: Incipientes: *Ad notitiam veſtram &c.* 3. nonas Decembris datas, & paulo ſuperius hoc loco publicatas.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An. Ch. 1266.

in hujuſmodi proceſſu negotii continuandos duxeritis, aut etiam præfigendos, quod facti poſtulabit qualitas; vel vos ei duxeritis injungendum; per prædictas inſuper vobis mandantes litteras, ut præſcriptum prævenientes terminum ad *Ruthenenſem* Eccleſiam, ſeu locum alium opportunum pro dicti proſecutione negotii ſine moræ diſpendio accedatis; & ſive idem Epiſcopus per ſe, vel Procuratorem idoneum in termino ipſo comparuerit, ſive non, vos nihilominus in dicto negotio poſt lapſum terminum procedatis juxta traditam per alias Noſtras litteras [a] vobis formam. Quia igitur materiam ſummoveri quamlibet volumus, atque cauſam, ex quibus prælibati expeditioni negotii, quod accelerationem requirit, impedimentum poſſet aliquod præparari; tenore præſentium, quas vobis mittendas in hujuſmodi rei teſtimonium fieri fecimus; declaramus, quod noſtræ intentionis exiſtit, ac etiam voluntatis, quod ad ea, quæ diſcretioni veſtræ per poſteriores præfatas noſtras litteras [b] committuntur, vos, vel duo veſtrum juxta formam, quæ per illas vobis traditur, procedatis; quamvis hoc omiſſum fuerit ponere in eiſdem.

ſuoque inquiſitoribus mandato. — a *Expeditionis negotii cauſa* — *declarat, ut ſupra.* — b

Datum Viterbii x. Kal. Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Mandat, ut officium contra hæreticam pravitatem ſibi commiſſum ſtrenue peragant; amplis facultatibus eos inſtruit, & procedendi modum etiam præſcribit. (Ex Autographo Conventus Anconitani S. Franciſci vulgo *ad Scalas*, & Conventus Sancti Franc. Montis Ulmi Firmanæ Diœceſ.)

CXII.
Anno 1266. die 28. Decembris.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquiſitoribus *hæreticæ pravitatis in Adminiſtratione* Marchiæ Anconitanæ *deputatis auctoritate Apoſtolica, & in poſterum deputandis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Cauſa majoris ſollicitudinis Pontificiæ circa res Fidei Catholicæ in Italia.

LICET ex omnibus Mundi partibus, quæ Chriſtianâ Religione cenſen- A tur, teneamur ex officii Noſtri debito extirpare læthiferam peſtem hæreticæ pravitatis; in Italia tamen imminet Nobis hæc ſollicitudo propenſius, ubi eamdem peſtem propter malitiam temporis, quæ in detrimentum Fidei Catholicæ perverſa genimina germinavit, ex vicinitate perſenſimus abundantius ſuccreviſſe. Ut igitur Inquiſitionis officium contra hæreticos in *Eſculana*, *Firmana*, *Camerinen.*, *Auximanen.*, *Humanen.*, *Anconitana.*, B *Æſina*, *Senogallien.*, *Fanen.*, *Piſaurien.*, *Foroſempronien.*, *Callien.*, *Urbinen.*, & *Feretrana* Civitatibus, & Diœceſibus ſuis auctoritate Apoſtolica poſſit efficacius adimpleri, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus &c. [c]

Civitates pro Inquiſitoribus hær. prav. — *Mandat Pontifex, ut ſupra.* — c

Datum Viterbii v. Kalendas Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

C

In iis, quæ ad hæret. pravit. inquiſitionem pertinent, Ordinis ſui Præpoſitis Inquiſitores obtemperare non tenentur. (Ex Director. Inquisit. par. 2. q. 21., & Campegio in Addit. ad cap. 31. Tractatus Zanchini *de Hæreticis*, atque Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. Bull. 96.)

CXIII.
Anno 126... die ...

CLEMENS &c.

D *Dilectis filiis Fratribus tam Prædicatorum, quam Minorum Ordinum* Inquiſitoribus *hæreticæ pravitatis Sal., & Apoſt. Bened.*

CATHOLICÆ Fidei negotium, quod plurimum inſidet cordi noſtro &c. [d] Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam &c. [e]

d — *Clauſula prohib. &c.* — e

E

Condemnationes, quæ fiunt per Inquiſitores hæreticæ pravitatis, conſerventur pro officii ſuſtentatione. (Ex Cam. Campegio in Addit. ad cap. XXVI. Zanchini Ugol. Tract. *de Hæreticis* §. *Fiſcus*.)

CLE-

(a) Alias nostras litteras: Incip. *Cum olim Venerabilis &c.* die 6. Kal. Decembris emiſſas.
(b) Nostras litteras: Nempe incip. *Ad notitiam veſtram &c.*
(c) Mandamus &c.: Reliqua vide in ſimili *Bulla* pro Inquiſitoribus Provinciæ *Romana* anno 1265. die 17. Septembris edita.
(d) Nostro &c.: Videatur *Bulla* ſimilis Urbani IV. anno 1262. 28. Octobris.
(e) Paginam &c.: Hæc clauſula abeſt a Conſtitutionibus Alexandri, & Urbani IV., & tam apud autorem Directorii Inquiſit., quam apud cit. Campegium & Bullar. Ord. Prædic. deſunt locus, annus, & dies, quibus data fuit epiſtola.

Digitized by Google

CXIV. Anno 126... die...

CLEMENS &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis, ac dilecto filio.. Miniſtro Provinciæ &c. [a] *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

a

b NOS felicis record. GREGORII PAPÆ [b] prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes volumus, ut bona mobilia, & domus incarcerandorum pro hæreſi, quæ abſque ſuorum præjudicio Dominorum gravi ſcandalo vendi poterunt; ac pœnæ pecuniariæ, quas per dictos *Fratres Inquiſitores* [c], quibuſcunque pro hæretica pravitate, pro dicti utilitate negotii, & qualitate perſonarum, ac culparum quantitate penſatis, imponi contigerit, integræ conſerventur pro carceribus ſeparatis, & tolerabilibus faciendis, & miniſtrandis neceſſariis expenſis incarcerandis, & eiſdem Fratribus, & perſonis aliis [d], quas ad præfatum negotium promovendum aſſumere ipſos oportet &c. [e]

c

d e

Mandat, ut Epiſcopum Apten., *alioſque Fratrum Minorum perſecutores inducat ad ſatisfaciendum de injuriis eiſdem Fratribus illatis, & ſe ſe ab illis temperandum; alioquin Eccleſ. cenſuris non obtemperantes percellat.* (Ex AUTOGRAPHO Archivi noſtri Conventus S. Franciſci Civitatis Aptenſis Min. Convent.)

CXV. Anno 1266. die 30. Decembris.

CLEMENS &c.

Dilecto Filio... Abbati [f] Pſalmod. *Ordinis S. Benedicti Magalonen. Diœceſis* [g] *Sal., & Apoſt. Bened.*

f g

Exordium ab encomio Fratrum Minorum.

INTER quoslibet pauperes alios, in quibus Dei Filius JESUS CHRISTUS ſe honorari, ac ſperni aſſerit, Religioſi humiles *Minorum* Sacri Ordinis Profeſſores dignè debent charitativis ſolatiis confoveri, qui Mundi blanditiis libello dato repudii, ſub extremæ ſarcina paupertatis, cui ſe voluntariè pro Divini amore nominis indiſſolubili aſtrinxere vinculo, elegerunt Domino famulari; & quamvis hujuſmodi opus circa illos a cunctis deceat Chriſtifidelibus laudabiliter exerceri; a Miniſtris tamen Eccleſiarum, ac Pontificali dignitate præditis illud convenit eò adimpleri perfectius, quò dicti *Fratres* pro animarum procurando commodo efficacius probantur aſſiduè, ac utilius laborare; ad quorum curam, & regimen ipſi Miniſtri ſpecialiter ſunt aſſumpti. Hoc ſanè, ut accepimus, Venerabilis Frater Noſter [h]... *Aptenſis* Epiſcopus [i] non attendens dilectos Filios... Guardianum, & Fratres Domus *Apten.* [k] Ordinis prælibati contra illam, quam Epiſcopalis requirit modeſtia, temperantiam multiplici vexatione perſequitur; ipſoſque, ac benefactores eorum gravibus, ac variis impetere injuriis non deſiſtit. Licet autem perſonis ejuſdem Ordinis a Sede Apoſtolicâ ſit indultum, ut de iis, quæ pro fabricis Eccleſiarum, victu, & aliis neceſſitatibus relinquuntur, nulli *portionem* ſolvere *canonicam* teneantur [l]; tamen Epiſcopus memoratus Guardianum, & Fratres prædictos Indulti hujuſmodi beneficio moliens pro viribus defraudare, de bonis, quæ ipſis a perſonis *Aptenſis* Civitatis legantur interdum intuitu pietatis, *portionem* hujuſmodi contra idem indultum, de quo certam habet notitiam, exigit, & extorquet; exequutores teſtamentorum, lega-

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1266.

Narratio gravaminum Fratribus illatorum.

h i

k

contra privilegia Ordinis de portione Canonica.

l

(a) PROVINCIÆ &c.: Gallicæ vulgo *Provenza*, ubi Officium S. Inquiſitionis contra hæreticam pravitatem FF. Ord. Min. aſſignatum fuerat, ut habetur ex hujus Pontii. Bul. *Præ cunctis &c.* 1265. die 29. Sept. emiſſa.

(b) GREGORII PAPÆ: Hujus nominis IX., cujus de hac re Conſtitutio non habetur neque in Directorio Inquiſit., aut Collect. litter. Apoſtol. Pegnæ, neque in Bullariis Romano, & Ord. Prædicat., noſtrique, aut quocunque alio loco ſaltem vulgata.

(c) DICTOS FRATRES INQUISITORES: Nempe Ord. Min., hinc autem elicitur, hanc Conſtitutionem eſſe ſine principio, cum horum Inquiſitorum hic nulla mentio præceſſerit.

(d) PERSONIS ALIIS: Nempe *Officialibus*, ſine quibus munus illud obiri facile non poteſt.

(e) OPORTET &c.: Utinam Campegius integram nobis edidiſſet, aut locum, ubi eam excripſit, vel hoc ejus fragmentum indicaſſet, vel tempus, & alia.

(f) ABBATI PSALMOD.: De qua Abbatia S. Petri in Inſula *Pſalmodia* prope Aquas mortuas, Stagnumque Magalonenſe ſita ſcribit Mabillon. in Annal. Benedict. ad annum 875. num. 23., 791. n. 15., & 1004. n. 59., & Martinerius in magno Gallico Diction. Geograph.

(g) MAGAL. DIŒCESIS: Cujus Civitatis dirutæ dignitas Epiſcopalis tranſlata eſt ad Montem Peſſulanum vulgo *Monpelier* parum Magalona diſtantem; laudatus tamen Mabillonius ad annum 1004. tradit extitiſſe in Diœceſi Nemauſenſi, quæ Magalonenſi propinqua eſt, & finitima, prædictam Abbatiam, uti & Martinerius in cit. magno Dictionario Geographico.

(h) FRATER NOSTER: *Petrus Bajulus*, qui ab anno 1256. uſque ad ann. 1268. ſedit ex nova Gallia Chriſtiana P. Dion. Sanmarthani tom. I. n. 43. Epiſc. Apten.

(i) APTENSIS EPISCOPUS: Civitatis Provinciæ, Galliæque Narbonenſis ſub Archiepiſcopo Aquenſi, ubi ferunt ſervari corpus *S. Annæ*.

(k) FRATRES DOMUS APTEN.: Quæ ſextum locum, ultimumque tenet in *Cuſtodia Avenionenſi* ſub Provincia Provinciæ apud *Provinciale* vetus Ordinis Polychronici, & Piſani Conſorm. XI.

(l) NULLI PORTIONEM SOLVERE CANONICAM TENEANTUR: Ex pluribus Rom. Pontificum conceſſionibus, & præſertim Alexandri IV. *Pium eſt, & conſonum &c.* dat. anno 1259. die 20. Januarii.

Digitized by Google

legatorum hujuſmodi ad exhibendum ſibi *portionem* ipſam diverſis modis indebitè compellendo: Idem etiam Epiſcopus exequutoribus teſtamentorum eorum, qui in Civitate prædicta decedunt, interdum injungit, ne dictis Guardiano, & Fratribus illa præſumant ſolvere, quæ ipſis in teſtamentis hujuſmodi ſunt relicta; niſi prius ſibi de hujuſmodi *portione canonica* fuerit ſatisfactum. Inſuper quoque aliquando impedit Epiſcopus antedictus, ne *Legata* hujuſmodi fiant eis; & (de legatis,) B ſi facta fuerint eis, diminui pro ſua voluntate procurat. Idem præterea Epiſcopus quamdam pecuniæ ſummam, quam ad ſe ſpectantem quidam Ordini prædicto devotus eiſdem Guardiano, & Fratribus in elemoſynam donaverat inter vivos, inhibuit penitus eis reddi. Si quando verò accidit, quod Fideles aliqui apud nominatos Guardianum, & Fratres devotionis obtentu velint eligere ſepeliri, (de ſepultura,) C Epiſcopus ipſe illos ab hujuſmodi ſalubri propoſito ſuis perſuaſionibus retrahit; quibus ſuper hoc revocari fecit aliquando, & mutari morientium voluntatem, poſtquam ibidem etiam elegerant ſepulturam. Hiis inſuper ſæpefatus Epiſcopus non contentus eos quibuslibet conſolationis privare auxiliis, ac per conſequens, ut videtur, ipſos, & illorum Ordinem de Civitate præfata totaliter extirpare intendens, aliquibus Eccleſiarum Diœceſis ſuæ Rectoribus, ne D in ſuis Domibus *Fratres* ipſos hoſpitalitatis cauſa recipiant, apertè prohibuit, (de hoſpitalitate,) ut quoſdam etiam pro ipſorum Fratrum receptione benignâ duriùs increpavit pro ſuæ libito voluntatis. Habet etiam, ſicut pro parte ipſorum Fratrum aſſeritur, ejuſdem Epiſcopi dura perſecutio contra ipſos, quod dictus Epiſcopus famam eorum impiis detractionibus ſatagens exhaurire tam per ſe, quam per (famæ detractio,) E quoſdam apoſtatas, quos ſecum tenet, & ſuos etiam Clericos, laudabiles eorum actus, & Ordinem quandoque publicè, quandoque occultè diffamationis morſu dilaceret; eorum facta reprobans, quos vitæ puritas manifeſta commendat; Ex hiis autem populus a devotione, quam in eos, & Ordinem ipſum habet, quandoque retrahitur; ac nonnulli ejuſdem (ac perſecutio.) Epiſcopi ſubditi malignandi materiam

A aſſumentes quoſdam ex eiſdem *Fratribus* ſæpedictis foras Civitatem eamdem habentes obviam, Divino timore, ac amore poſtpoſitis, percuſſerunt; eorum aliqui arreptis gladiis mortem inferre quibuſdam ex ipſis *Fratribus* minabantur; eos viros utique perfectæ adeo humilitatis, & vitæ, *Fratres* ardentiſſimos Fidei Catholicæ zelatores hæreticos pollutis appellare labiis non verentes. Non intendentes igitur prætermittere, quin hæc, ſi veræ ſunt, quæ non ſine multæ temeritatis audacia, & Dei, ac Noſtri offenſâ non modicâ in prædicti ſcandalum Ordinis, ac opprobrium, quem una cum ſuis profeſſoribus affectione paternâ proſequimur; videatur proculdubio attentari; ſalubri falce correctionis debitè recidantur; Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Epiſcopum, (Mandat Pontifex, ut ſupra.) & alios prædictos ex parte Noſtra moneas, & inducas, ut infra quindecim dies poſt monitionem tuam eidem Guardiano, & Fratribus de damnis, & injuriis hujuſmodi eis illatis plenam ſatisfactionem impendant; & ea, quæ in ſcandalum, & detractionem ipſorum publicè coram populo dixerunt, ſtudeant publicè retractare; quod ſi monitis tuis infra præſcriptum tempus acquieſcere fortè non curaverint in hac parte; tu inquiſitâ ex tunc ſuper his de plano, & ſine ſtrepitu, ac figura Judicii diligentius veritate; ſi tibi conſtiterit ita eſſe, Epiſcopum, & alios prædictos ad id, monitione præmiſſâ auctoritate Noſtra, appellatione remotâ, compellas, eiſdem diſtrictius inhibens, ne ſimilia in poſterum attentare præſumant; non obſtante, (Clauſula derogatoria.) ſi dictis Epiſcopo, & Clericis a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem; ſive qualibet alia Indulgentia, per quam effectus præſentium impediri valeat, vel differri; & Conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali [a], dummodo ultra tertiam, vel quartam aliquis extra ſuam Diœceſim auctoritate præſentium ad judicium non trahatur.

Datum Viterbii II. Kalendas Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Confir-

(a) In Concilio generali Lateranenſi IV, ſub Innocentio III. anno 1215. celebrato cap. 37.

Digitized by Google

A

Confirmatio Regulæ a S.P. Franciſco Clariſſis *Monialibus Aſſiſii traditæ, & ab Innocentio IV. approbatæ.* (Ex AUTOGRAPHO ſub plumbo in Archivo Aſſiſiat. dicti Monaſterii S. Claræ.)

CXVI. Anno 1266. die 31. Decembr.

CLEMENS &c.

a *Dilectis in Chriſto Filiabus* [a] ... *Abbatiſſæ, aliiſque Sororibus Monaſterii* Sanctæ Claræ Aſſiſinat. *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium. SOLET annuere Sedes Apoſtolica piis votis, & honeſtis petentium precibus favorem benevolum impertiri. Ex parte ſiquidem veſtra Nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut cum vitæ *Formulam* [b], juxta quam communiter in ſpirituum unitate, ac voto altiſſimæ paupertatis vivere deberetis, vobis a *Beato Franciſco* traditam [c], & a vobis ſpontè ſuſceptam fel. record. ALEXANDER Papa prædeceſſor noſter tunc Oſtien. & Velletren. Epiſcopus duxerit approbandam; ſecundum quod in ipſius Epiſcopi litteris [d] confectis exinde plenius continetur; Nos id curaremus Apoſtolico munimine roborare: Devotionis igitur veſtræ precibus inclinati, quod ab eodem Epiſcopo ſuper hoc factum eſt, ratum habentes, & gratum, illud ad inſtar fel. record. INNOCENTII Papæ [e] prædeceſſoris noſtri authoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; tenorem litterarum ipſarum de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt. " Raynaldus miſeratione divina Oſtien. & Velletren. " Epiſcopus chariſſimæ ſibi in Chriſto " Matri, & Filiæ Dominæ *Claræ Abbatiſſæ* S. Damiani Aſſiſinat., ejuſque " Sororibus tam præſentibus, quam futuris Salutem, & benedictionem paternam. Quia vos dilectæ in Chriſto " Filiæ mundi pompas, & delicias contempſiſtis &c. [f] " Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ confirmationis infringere; vel ei &c. Si quis autem &c.

(Sanctimonialium precibus — b — c — d — annuit Pontifex, & eis confirmat Regulam ſupradictam. — e — Epiſtola Card. Epiſcopi Oſtien. cum Regula. — f Clauſula Pontif. prohib.)

Datum Viterbii II. Kalend. Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

B

Ut ſi expedire cognoverint, Caſtrum Soriæ *in Civitatem erigant, &* Oxomenſi *Eccleſiæ uniant.* (Ex REGES. VATIC. ep.163. WADDINGO in Annal.Min. ad annum 1266. n.15. & in Bullario Ord. Prædicat. to.1. Bul.56. Clem. IV.)

CXVII. Anno 1267. die 9. Januarii.

CLEMENS &c.

C *Dilectis Filiis .... Priori Provinciali* Prædicatorum *in Hiſpania, & .... Miniſtro* Minorum *Fratrum in Regno* Caſtellæ [g] *Sal., & Apoſt. Bened.*

Encomium Caſtri Soriani. CASTRUM de *Soria* [h] Oxomenſis Diœceſis [i], prout accepimus, ſicut *ager, cui benedixit Dominus*, famoſum inter alia loca illarum partium, & fœcundum in populis tales producit alumnos tam Clericos, quam laicos, per quos non ſolum Regalis Curia, verum etiam tam propinquæ, quam remotæ partes Hiſpaniæ honorantur. D Proinde ſiquidem cariſſimus Filius Noſter ..... *Rex Caſtellæ*, & Legionis [k], ac venerabilis Frater noſter ... Epiſcopus *Oxomenſis*; nec non Prior, & Conventus Eccleſiæ Sancti Petri [l], ac univerſitas hominum ipſius Caſtri Nobis humilitèr ſupplicarunt, ut prædictum Caſtrum *Civitatis* vocabulo inſignire; ita quod nomen,

(g — Encomium Caſtri Soriani. — h i — Geneſ.27.27. — k — l — Supplicationes variorum pro erectione, ac unione &c.)

(a) FILIABUS: Forſan B. *Benedicta* primæ poſt obitum S. Claræ Monaſterii S. Damiani Abbatiſſæ: de qua diximus ad XI. epiſtolam Gregorii IX. (a), & alibi.

(b) FORMULAM: Ideſt *Regulam* inſtar illius Fratrum Minorum; & fere ejuſdem tenoris.

(c) TRADITAM: Anno 1224. una cum Hugolino Card. Protectore poſtea Gregorio IX., ut eſt apud Waddingum ad eum annum n.1.

(d) LITTERIS: Anno 1252. die 16. Septembris Peruſii dat., & etiam in *Bulla* Innocentiana relatis.

(e) INNOCENTII PP.: Hujus nominis IV.

(f) CONTEMPSISTIS &c.: Adeatur *Bulla* 496. præfati Innocentii anno 1253. die 9. Auguſti edita in 1. tomo hujus Operis p. 671.

(g) IN REGNO CASTELLÆ: Non ait in *Hiſpania*, ut de *Priori* Provinciali Prædicatorum; quia Ordini illi tota *Hiſpania* una Provincia erat; Ordo autem FF. Minorum in tres Provincias diviſerat Hiſpaniam, in illam S. *Jacobi* Compoſtellanam, *Caſtellæ*, & *Aragoniæ*; porro *Soria* ad Provinciam *Caſtellæ* pertinebat.

(h) CASTRUM DE SORIA: In Caſtella veteri propè fontes fluminis Durii vix una leuca infra rudera *Numantiæ* antiquæ civitatis ſub Toletano Archiepiſcopo, & 8. a Turiaſone diſtans; ubi Fratres Minores ſub initium Ordinis locum obtinuerant, eratque caput *Cuſtodiæ* ſui nominis; & ibi anno 1233. habita ſunt Comitia generalia, in quibus iterum fuit electus in Miniſtrum Generalem *Fr. Elias* juxta noſtram, verioremque ſententiam, de qua alias dictum eſt.

(i) OXOMENSIS DIŒCESIS: Al. Uxamen. vulgo *Oſma* urbs exciſa in veteri Caſtella ſub Archiepiſcopo Toletano apud Durium flumen media inter Bilbilim, & Pintiam, a Seguntia 9. leucis, & a diruta *Numantia* circiter 11. diſtans: ex ejus ruinis crevit oppidum vicinum dictum *Burgum Oxomi*, ubi reſidet plerumque Epiſcopus.

(k) REX CASTELLÆ, ET LEGIONIS: Alphonſus X. electus Rom. Rex, ut alias dictum eſt.

(l) CONVENTUS ECCLESIÆ S. PETRI: Ordinis Sancti Auguſtini.

Digitized by Google

men, & Omen Civitatis gerat; & ipſam Eccleſiam Ordinis Sancti Auguſtini in *Cathedralem* erigere, ac eam Eccleſiæ *Oxomenſis* ejuſdem Ordinis counire, ita quod de cetero ſit unus *Epiſcopus* utriuſque, paternâ ſolicitudine curaremus. Nos itaque ipſorum deſideria in hac parte proſequi favore benevolo intendentes diſcretioni veſtræ, de qua plenam fiduciam in Domino obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi conſideratis diligenter circumſtantiis univerſis, videritis expedire eiſdem Eccleſiis, unionem hujuſmodi auctoritate Apoſtolicâ faciatis. Non obſtante indulgentiâ Sedis Apoſtolicæ [a], qua Fratribus veſtrorum Ordinum dicitur eſſe conceſſum, quod non teneantur ſe intromittere inviti de quibuſcumque negotiis, quæ ipſis per litteras Apoſtolicas committuntur, niſi in eis de Indulto hujuſmodi, & Ordine veſtro plena, & expreſſa mentio habeatur.

Injungit Pontifex ut ſupra.

derogando indulgentiis Apoſtol. a

Datum Viterbii v. Idus Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [b].

b

Aſſiſiat. S. Claræ Monaſterium ſub S.A. protectione ſuſcipit, & a cujuſcunque juriſdictione exemptum declarat. (Ex Autographo in Archivo dicti Monaſterii ſub plumbo aſſervato.)

CXVIII.

Anno 1267. die 13. Januarii. c

CLEMENS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus ... Abbatiſſæ Monaſterii Sanctæ Claræ Aſſiſinatis [c], *ejuſque Sororibus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.*

Exordium.

ETsi univerſæ Orbis Eccleſiæ Apoſtolicæ Sedi, quæ diſponente Domino ſuper illas ordinariæ poteſtatis obtinet Principatum, ſubeſſe noſcantur; aliquas tamen interdum, de ſuæ auctoritatis plenitudine ſpecialius ſibi ſubdit, ſic eas a cujuslibet juriſdictione prorſus eripiens, ut nullum niſi ſolum Romanum Pontificem Superiorem & Dominum recognoſcant conſtituendo ipſas quidem ſingulari privilegio liberas penitus, & exemptas. Eapropter, dilectæ in Domino Filiæ, veſtris poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu Monaſterium veſtrum, in quo devotum impenditis Domino famulatum, cum Eccleſiâ, ortis, aliiſque poſſeſſionibus, ac juribus, & pertinentiis ſuis, a fel. record. Alexandro Papâ [d] prædeceſſore Noſtro de Fratrum ſuorum conſilio in jus, & proprietatem Beati Petri, & prædictæ Sedis aſſumptum [e], ab omni juriſdictione, poteſtate, ac dominio tam Aſſiſinatis Epiſcopi, qui pro tempore fuerit, quam cujuslibet alterius Prælati, ſeu Eccleſiaſticæ perſonæ, ad inſtar prædeceſſoris ejuſdem totaliter & perpetuo eximimus; ita quod nec idem Epiſcopus, nec quævis alia perſona Eccleſiaſtica illud utpote prorſus exemptum, vel vos, aut perſonas futuris temporibus inibi ſervituras interdicere, ſuſpendere, vel excommunicare valeat; aut quocumque modo alias in prædictum Monaſterium, & perſonas ipſius poteſtatem, vel juriſdictionem aliquam exercere. Et ſi contra præſumptum fuerit, ſit vacuum, irritum, & inane. Ad indicium autem hujus perceptæ a prædictâ Sede libertatis memoratum Monaſterium *unam libram ceræ* in feſto *Beati Franciſci* perſolvat Nobis, Noſtriſque Succeſſoribus annuatim. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnino integra conſerventur earum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalvâ Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ exemptionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundò, tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat

Petitionibus Monialium annuit, & eximit, ut ſupra.

d

e

Annuus cenſus Rom. Eccleſiæ debitus.

Clauſula prohib. &c.

(a) Indulgentia Sedis Apostolicæ: Nempe *Quieti veſtræ &c.*, & *Qui poſtpoſita vanitate &c.* a Gregorio IX. & Innocentio IV. utrique Ordini conceſſa.

(b) Hujus in Epiſcopatum *Soriana* erectionis Alphonſi Regis precibus ob rem feliciter in Mauros geſtam flagitatæ meminit Raynaldus in Annal. Eccleſ. ad annum 1266 n. 34., additque Regem eam Eccleſiam ingentibus opibus auxiſſe; meminit & Bzovius commiſſionis Pontificiæ ad eundem annum n. 15.

(c) S. Claræ Assisinatis: Monaſterium, quod antea dicebatur *S. Damiani*, ſed permutatione facta cum Eccleſia *S. Georgii*, ibique ædificata Eccleſia, & Monaſterio *S. Claræ* dedicatis, titulum *S. Claræ* ſuſcepit; itaque dici cœpit.

(d) Alexandro Papa: Hujus nominis IV.

(e) Assumptum: At hoc Alexandri diplomate caremus.

Digitized by Google

reat dignitate, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat; & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat; atque in extremo examine diſtrictè ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant; & apud diſtrictum judicem prœmia æternæ pacis inveniant. Amen Amen Amen.

Ego Clemens *Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſs.*

Signum Pontificium *Oculi mei ſemper ad Dominum.*

Ego Odo Tuſculanus Epiſcopus ſs.

Ego Stephanus Præneſtinus Epiſcopus ſs.

Ego Frater Johannes Portuenſis, & Sanctæ Rufinæ Epiſcopus ſs.

Ego Henricus Oſtienſis & Velletrenſis Epiſcopus ſs.

Ego Ancherus Tituli Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis ſs.

Ego Guillelmus Tituli Sancti Marci Presbyter Cardinalis ſs.

Ego Frater Anibaldus Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum Presbyter Cardinalis ſs.

Ego Octavianus Sanctæ Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis ſs.

Ego Jacobus Sanctæ Mariæ in Coſmydin Diaconus Cardinalis ſs.

Ego Gottifridus Sancti Georgii ad velum Aureum Diaconus Cardinalis ſs.

Ego Ubertus Sancti Euſtachii Diaconus Cardinalis ſs.

Ego Jordanus Sanctorum Coſmæ & Damiani Diaconus Cardinalis ſs.

Ego Mathæus Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis ſs.

Datum Viterbii per manum Magiſtri Michaelis de Tholoſa Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii Idibus Januarii Indictione x. Incarnationis Dominicæ Anno MCCLXVII.[a] Pontificatus verò Domini Clementis Papæ IIII. Anno Secundo[b].

Clemens PP. IV. An.Ch. 1267.

a b

CXIX.

Anno 1267. die 2. Februarii.

Card. Legatus Apoſtolicus facultatem tribuit Fratribus Fabrianen. *Ord. Min. Cœnobium transferendi, & novum conſtruendi.* (Ex Monum. Fabrian. apud Waddingum ad hunc annum num. 15. Regeſti Pontif.)

SIMON[c] *Miſerat. Divina Tit. Sancti Martini Presbyter Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legatus Religioſis viris ... Guardiano & Fratribus Minoribus loci* Fabriani[d] *Camerin. Diœceſis Salutem in Domino.*

Fratrum Fabrian. petitio,

EXhibita Nobis veſtra petitio continebat, quod vos propter incommoda multa, & pericula, quæ imminere poterant, perterriti locum[e], in quo trahebatis moram, univerſaliter dimittentes mutare ſtatuiſtis[f]: propter quod nobis ſupplicaſtis humiliter, ut mutationem ipſam ratam habentes utendi privilegiis, & indulgentiis vobis ab Apoſtolica Sede conceſſis tam ſuper ædificationem Eccleſiæ, vel Oratorii, quam conſtructionem domorum libere ſine contradictione & impeditione aliquorum indebitâ concederemus vobis licentiam, & plenariam facultatem. Nos igitur veſtris precibus annuentes, ac conſiderantes ſuper hoc ſtatum veſtrum in melius reformari, mutationem eamdem, ſicut provide facta eſt, & ratam habentes & gratam utendi privilegiis, & indultis vobis, & Ordini veſtro conceſſis tàm ſuper ædificationem Eccleſiæ, vel Oratorii, quàm conſtructionem domorum abſque contradictione, & aliquorum impeditione, ſeu moleſtatione indebitâ liberè vobis tenore præſentium auctoritate, qua fungimur,

& ſupplicatio admittitur, & conceditur ut ſupra.

(a) Mcclxvii.: Ex more Curiæ Romanæ in Bullis annum Incarnationis Dominicæ a die 25. Martii inchoantis ſcribendum erat mcclxvi., aut igitur error hic eſt ſcriptoris, aut verum, quod ait Cl. Mabillonius de Re diplomat. lib. 2. cap. 25. n. 8. *In vetuſtis Bullis Incarnationis annum ſæpius deſumi a* Kalendis *Januarii, nonnumquam ab Annunciatione*, ideſt die 25. Martii: ſed a tempore, quo noſtrum hoc Opus incœpit, & excurrit; ſæpiſſime, ac ferè ſemper in Bullis Pontificiis annus Incarnationis ſumitur, uti verè deſumi debet, a die 25. Martii.

(b) Habet hanc *Bullam*, ac privilegium autor Supplementi ad Annales Minor. Waddingi ſub annum 1266. num. 1. ex Indiculo Bull. Seraph.

(c) Simon: *Paltinerius* e Monteſilice anno 1261. ex Canonico Patavino inter Purpuratos collocatus, & anno 1264. Legatus Apoſtolicus in Picenum contra *Manfredum* Tyrannum ex Annal. Eccleſ. Raynaldi.

(d) Fabriani: De quo loco dictum eſt ad Alexandri IV. epiſtolam 253. *Implacida de veſtris &c.* an. 1256. die 12. Decembris datam, illumque illuſtravit præ ceteris etiam *Fr. Bonajunta* unus e ſociis B. Joannis Parmenſis Miniſtri Generalis poſtea Epiſcopus *Recanaten.*, & *Æſinus* ex Salimbene Parmenſi in Chron. Ms. p. 439.

(e) Locum: Cantiæ a Fabriano ſupra duo mill. paſs. diſtantem.

(f) Mutare statuistis: Ad portam *Cervariam* Oppidi, ne in aperto campo pateret incurſibus hoſtium, obſtrepente tunc undique bello ex cit. Waddingo num. 10. Annal. Minor.

Clemens PP. IV. An.Ch.1267.

mur, licentiam damus; & concedimus facultatem, omnibus & ſingulis diſtrictius inhibendo, ut vos in his non præſumant in aliquo moleſtare; & concedendo vobis eamdem auctoritatem utendi prædictis, & faciendi, ut alibi Fratres, & Ordo veſter utuntur, & faciunt, temerariorum contradictione remota. In cujus rei teſtimonium has litteras fieri fecimus, & Noſtro ſigillo muniri [a].

Datum Piſauri iv. Nonas Februarii, Pontificatus Domini Clementis IV. Anno Secundo.

Ut vel quadriennales inducias inter Piſanos, *&* Lucanos *firmari curet; & a Piſanis triremes ſaltem x. exigat*. (Ex epiſt.430. in tom.2. Theſau. Anecdot. Martene, & Durand.)

CXX. Anno 1267. die 3. Februarii.

CLEMENS &c.

Dilecto filio M. [b] *Ordinis Minorum Cappellano noſtro Sal., & Apoſtol. Benedictionem.*

Sua Piſanis juſſa ſignificat.

MANDATUM *Piſanis* dedimus de captivis *Lucanis* [c], quos detinent, pace inter eos, vel ſaltem treuga [d] ad quadriennium firmata, reddendis. Quod ſi neutrum procedere contingat; præcipimus eiſdem, ut illos reſtituant, quos extra ſuum diſtrictum [e], Lucanis exiſtentibus in Eccleſiæ Romanæ devotione, cœperunt. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi inter ipſos plenam pacem fieri non contigerit; interponas ſollicitudinis tuæ partes ad treugam ſaltem firmandam ad quadriennium inter eos. Speramus enim in Domino, quod per hanc viam inter partes pax perpetua reformetur. Quia verò iidem *Piſani* Romanam Eccleſiam multipliciter offenderunt [f], volumus quod ex parte noſtra injungas, ut eiſdem certum galearum [g] numerum x. ad minus bene paratas mittant inſtanti menſe Martii in ſubſidium *Terræ Sanctæ*; nec ullam in hoc difficultatem ingerant; cum ſit hujuſmodi ſatisfactio modica conſideratis eorum exceſſibus, quos in Romanam Eccleſiam commiſerunt. Ex parte etiam Noſtra eiſdem præcipias, quod pro Noſtra, & Apoſtolicæ Sedis reverentia nullum onus datæ, ſeu collectæ captivis dictis imponant; quod ſi fecerint, pro certo teneant, quod de pignoribus, quæ ab eis recepimus, conſervabimus omnes [h] captivos indemnes.

Mandat id, quod ſupra. — *Onus Piſanis injunctum.* — *Cura de captivis.*

Datum Viterbii iiI. Nonas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Abbatis S. Thomæ Cremonen. *ceſſione, ſi expedierit, admiſſa, ad electionem alterius cum conſilio, & aſſenſu Prioris Prædicat., & Guardiani Minor. FF. Cremonen. procedant*. (Ex Regesto Vatic. epiſt.165. tom.3. anni 2.)

CXXI. Anno 1267. die 4. Februarii.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis Magiſtro Bernardo de Caſtaneto *Canonico Aurelianen.* [i], *&* *Bartholomeo Abbati Sæcularis Eccleſiæ de* Trebis *Cappellanis, & Nuntiis noſtris Salutem, & Apoſt. Bened.*

DILECTUS Filius *Tancredus* Abbas Monaſterii *Sancti Thomæ Cremonen.* [k] Ordinis Sancti Benedicti ad Romanam Eccleſiam, ut dicitur, nullo medio pertinentis tranſmiſſa nobis petitione

Abbas S. Thomæ Cremonen. regimini cedere cupit.

(a) Muniri: Etiam Epiſcopus Camerinen. *Guido* licentiam dedit; dedit & primum lapidem benedictum pro Eccleſiæ fundamento ex monumentis Fabrian. apud laudatum Waddingum n. 10. Annal., & n. 14. Regeſti Pontif. in hunc modum:

„ Guido Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Camerinen. Epiſcopus licet indignus dilectis in Chriſto ſibi Guardiano, & Fratribus Minoribus de Fabriano ſalutem in Domino.

„ Juſtis petentium deſideriis dignum eſt Nos facile præbere conſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequentes complere. Eapropter, dilecti in Chriſto, juſtis veſtris poſtulationibus inclinati mutationem loci veſtri, quam nuper feciſtis infra circulos *Fabriani*, ratam habemus, & gratam præcipientes nihilominus, quod nullus vos indebitè moleſtare debeat; & damus vobis licentiam ædificandi Domos, Eccleſiam, & Oratorium in territorio, quod ibi habetis, ſine juris præjudicio alieni. Datum apud Campum Rotundum tertia die intrante menſe.. tempore Clementis Papæ IV. x. indictione.

(b) M.: Nempe *Fr. Manſueto*, ad quem ſunt litteræ Urbani IV. anno 1263. Idibus Julii datæ, & pridie Idus eodem menſe, dieque 30. eodem itidem menſe.

(c) Captivis Lucanis: De bello Piſanorum cum Lucanis, & Legationibus Pontificis ad eos pacificandos vidimus ſupra in litteris Urbani IV. anno 1263. diebus 30. & 31. Julii.

(d) Treuga: Vox Francorum inducias ſignificans.

(e) Districtum: Al. *territorium*, quo ager, atque ditio indicatur.

(f) Offenderunt: Diu etiam Piſani ab Romana Eccleſia alienati adhæſerunt Friderico II., ejuſque filiis Conrado, & Manfredo; damnaque haud pauca Rom. Pontificibus intulerunt, ut legimus in Annal. Eccleſ.

(g) Galearum: Notiſſima ſpecies eſt navigii inſtar galeæ efformati.

(h) Omnes: Al. *ipſos*.

(i) Aurelianen.: Vulgo *Orleans* in Gallia olim ſub Senonenſi, modò ſub Pariſien. Archiepiſcopo.

(k) S. Thomæ Cremonen.: Cuius Monaſterii nulla fit mentio in Annal. Benedict. Mabillon.

Digitized by Google

ne monſtravit; quod ipſe intendit regimini cedere Monaſterii memorati. Quare idem Abbas nobis humiliter ſupplicavit, ut ceſſionem ipſius recipi; ac dicto Monaſterio, cujus Conventui eligendi, ſeu poſtulandi ſibi Abbatem per inhibitionem Apoſtolicæ Sedis eſt ad præſens adepta poteſtas, provideri de perſona idonea faceremus. Nos igitur gerentes de circumſpectione veſtra fiduciam in Domino ſpecialem, mandamus; quatenus ab eodem Abbate, ſi expedire videritis, Abbatiæ prædicti Monaſterii liberâ reſignatione receptâ, eidem Monaſterio de conſilio, & conſenſu dilectorum filiorum... Prioris *Prædicatorum* &.. Guardiani Fratrum *Minorum* Cremonen.[a] præficiatis perſonam idoneam in Abbatem; ſibiquè faciatis a ſuis ſubditis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi. Contradictores &c.

& pro ſucceſſore ſupplicat.

Pontifex mandat, ut ſupra.

Datum Viterbii II. Nonas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Mittit ad Græcos *ſchiſmaticos expreſſam Fidei Catholicæ profeſſionem; rogatque Palæologum, det operam, ut unio utriuſque Eccleſiæ tandem perficiatur.* (Ex Reges. Vatic. in epiſt. ſecretis num. 1. al. 154. apud Waddingum in Annal. Min. ſub annum 1267. num. 2., & Raynaldum Annal. Eccleſ. ſub eundem annum n. 72. & ſeqq., in quo ampliſs. Collect. Veter. Script. & Monum. Martene, & Durand. to. 7. ep. 2. col. 200.)

CXXII.

Anno 1267. die 4. Martii.

CLEMENS &c.

Palæologo Illuſtri Imperatori Græcorum *gratiam, per quam gloriam obtineat in futuro.*

Magnitudinis tuæ litteras, ac viros providos, & diſcretos latores earum Apocriſarios tui culminis ad noſtram venientes præſentiam ſerena facie, ſed & animo læto recepimus; & eis ſuper omnibus, quæ proponere voluerunt coram Nobis, & Fratribus noſtris audientiâ benignâ conceſſa fideles adhibuimus Interpretes, qui noſtrum eis, & ſuum Nobis in omnibus, & per omnia panderunt intellectum. Ipſum quoque litterarum veſtrarum initium, quod ex Pſalmis aſſumpſeras ſpiritualis, & nobilis Citharædi, cordis tui gaudium manifeſtans, ex eo juſta ratione conceptum, quod in *domum Domini* ſperabas iturum, illuc etiam *tribus*, *tribus Domini* Latinorum videlicèt, & Græcorum pariter aſcenſuras, acceptum Nobis plurimum cum gaudio accepimus exultationis ingentis. Hoc eſt enim, quod & Nos totis viſceribus concupiſcimus; quod & in ipſis Miſſarum ſolemniis a Domino petimus inceſſantèr, ut ſuam videlicet Eccleſiam toto Orbe terrarum adunare dignetur. Hoc eſt, quod videre ſummopere cupimus, ut ipſius ruinas impleat, ſciſſuras reparet, muros ædificet, & Sanctorum cuſtodia muniat Angelorum. Non ſunt enim Nobis incognita damna populi Chriſtiani, quæ jam dudum *Latinorum*, & *Græcorum* diſſenſio peperit annoſa pariter & damnoſa, dum diviſos inter ſe populos, & in ſua ſe adverſis mutuo debilitando conatibus converſos viſcera frequentius, & liberius furor hoſtilis invaſit, qui eiſdem glutino veræ caritatis unitis obeſſe minimè potuiſſet. Sanè olim ad fel. record. Urbanum Papam prædeceſſorem noſtrum cum tuis litteris[b] ſolemnes Nuncios deſtinans tuum modo conſimili per eoſdem Nuncios, & litteras pium deſiderium explicando, inter cetera poſtulaſti, ut ad tuam præſentiam *Apocriſarios* ſuos mitteret, ſeu legatos pacis homines, & pacificos Chriſti diſcipulos, non gaudentes in vanitate verborum, neque bono pacis mundanam ſapientiam præponentes. Qui tuis votis annuens in hac parte viros electos de *Fratrum Minorum* Ordine, viros utique pauperes in hoc mundo, in fide divites, in lege Domini plenius eruditos, Fratres ſcilicèt *Simonem de Alvernia*, *Petrum de Moras*, *Petrum de Criſta*, & *Bonifacium de Yporegia*[c] cum ſuis ſub certa forma litteris ad te miſit. Licet autem idem prædeceſſor noſter Celſitudinis tuæ litteras ſupradictas cum magno gaudio recepiſſet; & in ipſis contenta litteris ſigillatim inſpecta pietatis perpen-

Apocriſarios Imp. cum litteris ſe recepiſſe reſcribit.

Pſal. 121. n. 1. & 4.

Ingens Pontificis de unione Eccleſiarum deſiderium.

Imp. litteras, & Nuncios ad Urbanum IV. commemorat.

& Pontificios ad eum Legatos cum reſponſo.

(a) Minor. Cremonen.: De quorum Cœnobio ad multos annos utriuſque Ordinis Fratribus Prædic. & Minor. communi legi poſſunt Annales eorumdem ad annum 1220. Prædicat. n. 41., Minorum verò n. 6.

(b) Cum tuis litteris: Anno 1263. datis.

(c) De Yporegia: Ut in litteris, reſcriptoque Urbani IV. *Imperialis excellentia nuncios &c.* an. 1263. die 28. Julii edito in 2. hujus Op. to. fol. 488.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1267.

perpenderet ſpeciem obtinere; ad contentum tamen in eis ordinem, ſicut non debuit, ſic nec voluit ſe arctare. Tu quidem eorumdem *Latinorum*, & *Græcorum* concordiam diſſolutis inimicitiis in caritate mutua prius decreveras ſolidandam; & tunc demum videbatur tibi commodior de dogmatibus *Fidei*, & rituum diverſitate tractatus: Et ad hujuſmodi probationem ordinis ex ſcripturis authenticis argumenta multa compegeras ad probandum, quod bonorum ſit omnium *Caritas* fundamentum. Ipſe verò tuis non obvians argumentis, nec præconia Caritatis attenuans, quam Sedes Apoſtolica illibatam ſervat ad filios etiam indevotos, ſed *Fidei* primum, & ſolidum fundamentum attendens, ſine qua Deo eſt impoſſibile placere, non injuſtè de conſonantia *Fidei* tractatum cenſuit præmittendum. Abſit enim, ut Romanam Eccleſiam, quæ nec rugam habens, nec maculam, illam tenet hodie, quam ſemper hactenus tenuit, *Fidei* veritatem; filios etiam ſe avertentes ab ea odio proſequi fateamur; cum proculdubio eadem mater Eccleſia juſtis, & peccatoribus obedientibus, & rebellibus exhibens piæ caritatis affectum, ad ſalutem omnium, quibus modis poteſt, intendat; nec ideo minus diligere ſit cenſenda, quod interdum, exigente juſtitia, peccatorum confringit cornua, qui ſalutaribus monitis obtemperare contemnunt. Sicut nec recto judicio dici poteſt medicus odioſus, qui curandis vulneribus ferrum, & ignem adhiberet, quæ lenioris antitodi medicamine non curantur. Stetit itaque cum *Fide* Caritas apud ipſum: Sed qui *Fidem* contaminant, neceſſario deſerunt *Caritatem*, ad quam nullus eſt eis reditus, niſi prius quam non receperant, vel receptam abjecerant, *Fidei* veritatem agnoſcant; cum ſit illa fons vivus *Caritatis*, cui nullus communicat alienus. Ut igitur rectus eſſet ad pacis optatæ colloquium, & tractatum ingreſſus, miſſi ſunt ad tuam Magnitudinem dicti *Fratres* de *dogmatibus Fidei*, & Eccleſiaſticis ritibus tractaturi; ac inſuper de *concordia* ſuper aliis inter prædeceſſorem ipſum, & te, tuumque populum reformanda. In ejuſdem prædeceſſoris litteris hoc expreſſo, quod ſi ex hujuſmodi tractatu tibi, & ipſis *Fra-*

Legationis prædictæ ſeries.

Hebr. 11. 6.

Epheſ. 5. 27.

Mater Eccleſia diligit filios ſuos etiam diſcolos.

Pſal. 74. 11.

Abſque Fide Charitas nulla eſt.

Cauſa legationis Pontificiæ ad Palæologum.

A *tribus* videretur, quod tam pium, tamque ſalubre negotium progreſſum laudabilem, & egreſſum deberet habere felicem, per te ordinari poſſet, & eos, quod pro ejuſdem conſumatione negotii ſolemnes *Nuncii* cum auctoritate, & poteſtate plenaria, & ſufficienti mandato ad Sedem Apoſtolicam ex parte tuæ Celſitudinis mitterentur; vel alia inveniretur via conveniens, per quam promptius ad negotii conſumationem ipſius Deo B procederetur auctore. Cæterum *Fratres* ipſi aliquandiu in tua Curia commorati, cum non poſſent ad plenum aſſequi, quod volebant, volentes tandem obtinere quod poterant, in quamdam tecum, ut dicitur, convenére ſcripturam certos articulos continentem, Magnitudini tuæ bona fide ſpondentes, ſe apud dictam Sedem inſtituros, quantum eſſet in eis; ut ſcripturam hujuſmodi Sedes eadem acceptaret. Nuper autem tuis *Apo-* C *criſariis* ſupradictis ad Noſtram præſentiam accedentibus; & a Nobis priùs ſecreto, ut eis placuit, ac in Fratrum Noſtrorum præſentia ſubſequenter auditis; ſuper *Fidei* veræ dogmatibus cum eiſdem conferre voluimus non contentioſæ diſputationis certamine, ſed verbis ſimplicibus, & Evangelicæ conſonis veritati. Quod recuſantibus ipſis admittere, tractatores eis obtulimus de dictorum Fratrum Noſtrorum Collegio, qui D colloquio familiari diſcuterent cum eiſdem, quibus modis, quibuſve gradibus tam ſalubre poſſet negotium conſummari. Sed ipſi nec iſtud recipere voluerunt, proponentes finaliter, quod nec ad diſputandum, nec ad tractandum venerant, ſed per Nos roborari petebant, quæ a prædictis *Fratribus*, *Simone* ſcilicet, & *Collegis* ipſius in tuâ, ut dicebant, præſentiâ fuerant acceptata; quæ E cujuſdam ſcripturæ ſeries, quam in Noſtra protulerunt præſentia, continebat; de qua tamen pro te, tuiſque ſubditis roboranda, etiam ſi Nos acceptare vellemus eamdem, nullam ſe recepiſſe penitus poteſtatem coram Nobis, & eiſdem Fratribus Noſtris iidem tui *Apocriſarii* ſunt confeſſi. Quibus auditis, mirati ſumus tanti *Apocriſarios* Principis, qui, ſi ea, quæ in ejuſdem prædeceſſoris litteris expreſſa ſupra meminimus, adeò proceſſiſſent, quod juxta ſeriem exiſtimares

Clauſula litterarum Urbani IV.

geſta, & conventio Legatorum cum Palæologo.

Apocriſarii Imp. recuſant diſceptare de Fide coram Pontifice, aliiſve.

ſed petunt roborari conventionem Nunciorum Sedis Apoſtolicæ.

Digitized by Google

mares non immeritò Nuncios deſtinan-
dos, mitti a te debuerant, ut præmit-
titur, cum auctoritate, & poteſtate
plenariâ, & ſufficienti mandato; ſic in-
ſtarent ſuper ejuſdem corroboratione *ſcri-
pturæ*; cum tamen ad hoc petendum nec
in ſcriptis, nec alias mandatum aliquod
exhiberent, immò nec prædictæ tuæ Cel-
ſitudinis litteræ Nobis præſentatæ per
ipſos de petitione hujuſmodi, vel præ-
fata *ſcriptura*, ſeu etiam de prædictis
Sedis ejuſdem Apocriſariis aliquam face-
rent mentionem; aut quod ipſis tuis Apo-
criſariis fides a Nobis deberet ſuper iis,
quæ pro parte tuâ proponerent, adhibe-
ri; ſed ne ipſos contemnere videremur,

Pontifex non approbat quandam ſuorum Nunciorum ſcripturam, & quare;

benignè ipſis oſtendimus, quod præfata
ſcriptura Nobis per ipſos exhibita non
potuit a ſæpedictis *Fratribus* dictæ Sedis
Apocriſariis ejuſdem Sedis nomine appro-
bari; cum ad id ab eâ non habuerint
poteſtatem: Tractatores ſiquidem miſſi
fuerant, non negotiis perfectores; ſic-
que per conſequens illorum incumbebat
officio tractatus ſui ſummam ipſi Sedi re-
ferre; illiuſque approbationem ejuſdem
Sedis judicio reſervare. Quod & ipſimet
conſultius attendentes circa finem præ-
fatæ *ſcripturæ* fatentur ex injuncti mini-
ſterii debito dictæ Sedi inventa renuncia-
re debere. Nec approbationis ſibi uſur-

eos tamen purgare videtur.

parunt officium, ſed inſtantiæ ſuæ mini-
ſterium promiſerunt, ſpondentes, ut
prædiximus, ſe inſtituros apud dictam
Sedem, quantum in eis erat, ut *ſcriptu-
ram* approbaret eamdem. Videat itaque
tua Sublimitas, quàm purè, quàm liqui-
dè dicti *Fratres* Apocriſarii Sedis ejuſ-
dem ſuæ poteſtatis, & miniſterii reſer-
varunt ſeriem, & fines, ſeu terminos
expreſſerunt; quàm clarè, quàm apertè
ſuæ intentionis aperuere propoſitum.
Quid enim clarius dici, vel ſcribi po-
tuit; ut nondum actum quis diceret,
quod adhuc omninò ex alterius approba-
tione pendebat? *Fratres* igitur memo-
rati Apocriſarii dictæ Sedis nec robora-
verunt, nec intenderunt; ſicut nec etiam

A potuerunt prædictam ſine Sedis ejuſ-
dem conſcientia roborare *ſcripturam*.
Nos quoque petitionem a præfatis tuis
Apocriſariis ſuper ipſius *ſcripturæ*, inſpe-
cto tenore, cum nonnulla, quæ conti-
nentur in ea, nec accomoda, nec utilia,
immò diſpendioſa [a], & damnoſa potius
tanto, & tali negotio reputemus, de

Quædam in ea ſcriptura continebantur diſpendioſa, & damnoſa, a

prædictorum Fratrum Noſtrorum conſi-
lio, ejuſdem negotii qualitate penſatâ,
non duximus admittendam; præſertim
B cum ipſi tui *Apocriſarii* ad roborandam
eamdem pro te, tuique Imperii Clero,
vel populo nullum, ut præmiſimus,
mandatum, vel poteſtatem haberent;
nec tu de petitione præmiſsâ tuis aliquid
litteris duxeris inſerendum; immò ab
eâdem *ſcriptura*, utpote de cujus cor-
roboratione jam elapſo ferè triennio [b]

cui nec ipſe Græcus Imp. multum detuliſſe videtur. b

non curaſti; nec per Noſtros Apocriſa-
rios poſt ſuperius nominatos noviſſimè ad
te miſſos [c], qui apud te moram diutius c
C contraxerunt, Nobis miſiſti aliquid ver-
bo, vel ſcripto, receſſiſſe veriſimiliter
credi poſſes; quamquam & alias non
fuiſſet a Nobis eadem petitio admitten-
da. In eis etenim, quæ ſunt *Fidei*, &

Quæ ſunt Fidei, clare, non ſub involucro ſunt exponenda.

veritatem reſpiciunt, ſine qua ſalus eſſe
non poteſt; explicitè, non ſub involu-
cro eſt agendum; ideoque ut in lucem
omnia veniant, nec verborum ambagi-
bus intentionis noſtræ puritas involva-
tur; tenore præſentium duximus decla-
D randum, quid tibi a Prælatis, & cæte-
ris ſub tuâ ditione degentibus faciendum
incumbat; ut ad ſinum ejuſdem Sacro-
ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Matris tuæ ſano
fretus conſilio redeas reverenter. Quod
ſi faciendum Domino decreveris inſpi-
rante; ipſa Mater piiſſima Filio redeunti
ſinum largiſſimæ pietatis aperiens in tuos
læta properabit amplexus. Ecce ergo
quod corde firmiter credimus, & quod
ore ſimpliciter profitemur, tibi planè
E proponimus, & exponimus; nec in ve-
lamentis ænigmatum Dogmata noſtra te-
gimus, ſed omnino verbis explicitis, &
apertis notam eſſe volumus univerſis pro-

(a) DISPENDIOSA: Nam Græci petebant res Fidei; & ritus Eccleſiaſticos diſcuti in œcumenico Concilio, quod poſtea tandem factum ſcimus, ſed & in vanum.

(b) JAM ELAPSO FERE TRIENNIO: Cum anno 1264. menſe Junio Urbanus IV. alios Nuncios prioribus addidiſſet videlicet Nicolaum *Epiſcopum Crotonien.*, & *Fr. Gerardum* Pratenſem O. M. ex ſupra relatis litteris ejuſdem Urbani.

(c) NOVISSIME AD TE MISSOS: Videtur loqui de Epiſcopo Crotonienſi, & Fr. Gerardo Pratenſi ſupra memoratis, cum ſubdat: *qui apud te moram diutius contraxerunt*: & ſi *noſtros Apocriſarios* appellat, intelligi poteſt *noſtræ Sedis Apoſtolicæ*; nam ante hoc tempus Clementem miſiſſe Nuncios ad Palæologum non legitur in Annal. Eccleſ.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1267.

Romanæ Eccleſiæ Primatus primò inducitur.

A feſſionem *Fidei*, quam tenemus. Quod a te, Clero, & Populo prædictis exigimus, ut eamdem tu, & ipſi profiteamini, ſi ad Noſtram, ut deſideramus, volueris redire unitatem. Ea inſuper, quæ circa ejuſdem Eccleſiæ Romanæ *Primatum*, de cujus veritate nonnulla præfatæ *Scripturæ* ſeries continebat, a te, ac ipſis Clero, & Populo recipi, ac acceptari volumus plenius, & apertius explicantes.

1. §. Expreſſa Fidei profeſſio mittitur ad Græcos.

" Et quidem credimus San-
B ,, ctam Trinitatem, Patrem, & Filium,
,, & Spiritum Sanctum; unum Deum
,, Omnipotentem, totamque Deitatem
,, coeſſentialem, conſubſtantialem, co-
,, æternam, & coomnipotentem, unius
,, voluntatis, poteſtatis, & majeſtatis,
,, creatorem omnium creaturarum, a
,, quo omnia, & per quem omnia, in
,, quo omnia, quæ ſunt in cælo, & in
,, terrâ, viſibilia, & inviſibilia, cor-
2. §. ,, poralia, & ſpiritualia. Credimus ſin-
C ,, gulam quamque in Sancta Trinitate
,, perſonam unum verum Deum, ple-
3. §. ,, num, & perfectum. Credimus ipſum
,, Filium Dei, Verbum Dei æternali-
,, ter natum de Patre conſubſtantialem,
,, coomnipotentem, & æqualem per
,, omnia Patri in Divinitate, tempora-
,, liter natum de Spiritu Sancto ex Ma-
,, ria Virgine cum animâ rationali, duas
,, habentem nativitates, unam ex Patre
,, æternam, alteram ex Matre tempo-
D ,, ralem, Deum verum, & hominem
,, verum proprium in utraque natura,
,, atque perfectum, non adoptivum,
,, neque fantaſmaticum, ſed unum, &
,, unicum Filium Dei in duabus, & ex
,, duabus, Divina ſcilicet, & humana
,, naturis; ſed in unius perſonæ ſingu-
,, laritate impaſſibilem, & immorta-
,, lem divinitate, ſed in humanitate
,, pro nobis, & pro ſalute noſtra paſ-
E ,, ſum, verâ carnis paſſione mortuum,
,, & ſepultum, & deſcendiſſe ad inferos,
,, ac tertio die reſurrexiſſe a mortuis
,, verâ carnis reſurrectione; die quadra-
,, geſimo poſt reſurrectionem cum car-
,, ne, in quâ reſurrexit, & animâ aſcen-
,, diſſe in cælum, & ſedere ad dextram
,, Patris; indè venturum judicare vivos,
,, & mortuos; & redditurum unicuique
,, ſecundum opera ſua, ſive bona fuerint,
,, ſive mala. Credimus etiam Spiritum 4. §.
,, Sanctum, plenum, & perfectum,
,, verumque Deum ex Patre, & Filio
,, procedentem, coæqualem, & coeſ-
,, ſentialem, & coomnipotentem, &
,, coæternum per omnia Patri, & Filio.
,, Credimus hanc Sanctam Trinitatem 5. §.
,, non tres Deos, ſed unum Deum om-
,, nipotentem, æternum, inviſibilem;
,, & incommutabilem. Credimus San- 6. §.
,, ctam Catholicam, & Apoſtolicam,
,, unam eſſe veram Eccleſiam, in qua
,, unum datur *Baptiſma*, & vera om-
,, nium remiſſio peccatorum. Credimus 7. §.
,, etiam veram reſurrectionem ejuſdem
,, carnis, quam nunc geſtamus, & vi-
,, tam æternam. Credimus etiam novi, 8. §.
,, & veteris Teſtamenti, Legis ac Pro-
,, phetarum, & Apoſtolorum unum eſſe
,, auctorem Deum, ac Dominum omni-
,, potentem. Hæc eſt vera *Fides* Catho- Vera Fides Catholica, & Romanæ Eccleſiæ.
,, lica; & hanc ſuper dictis articulis te-
,, net, & prædicat Sacroſancta Romana
,, Eccleſia. Sed & propter diverſos er- 9. §.
,, rores a quibuſdam ex ignorantiâ, Alii articuli credendi.
,, & ab aliis ex malitiâ introductos di-
,, cit, & prædicat eos, qui poſt baptiſ-
,, mum in peccata labuntur, non reba-
,, ptizandos [a], ſed per veram *pœniten-* a
,, *tiam* ſuorum poſſe conſequi veniam De Pœnitentia.
,, peccatorum [b]. Quod ſi verè pœniten- b
,, tes in caritate deceſſerint, antequam 10. §.
,, dignæ pœnitentiæ fructibus de com-
,, miſſis ſatisfecerint, & omiſſis, eo-
,, rum animas pœnis *Purgatoriis* [c] poſt c
,, mortem purgari; & ad pœnas hujuſ- De Purgatorio.
,, modi relevandas prodeſſe eis Fide-
,, lium vivorum ſuffragia Miſſarum ſci-
,, licet ſacrificia, orationes, & eleemo-
,, ſynas, & alia pietatis officia, quæ a
,, Fidelibus pro aliis Fidelibus fieri con-
,, ſueverint ſecundum Eccleſiæ inſtituta.
,, Illorum igitur animas, qui poſt ſa- 11. §.
,, crum baptiſma ſuſceptum nullam om-
,, nino peccati maculam incurrerunt;
,, illas etiam, quæ poſt peccati contra- De Paradiſo, in quem animæ immaculatæ, vel purgatæ poſt mortem recipiuntur.
,, ctam maculam, vel in ſuis manentes
,, corpo-

(a) Rebaptizandos: Quæ fuit hæreſis *Marcionis* ex S. Epiphanio hær. 42.

(b) Veniam peccatorum: Contra Catharos, ſeu Novatianos, ſeu Novatianenſes a S. Cypriano duriſſimos hæreticos appellatos.

(c) Pœnis Purgatoriis: Quod eſt contra Græcos verbis potius juxta quoſdam, quam rebus a Latinis diſſidentes.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An.Ch. 1267.

,, corporibus, vel eiſdem exutæ, prout A
,, ſuperius dictum eſt, ſunt purgatæ; in
a ,, Cœlum mox recipi [a]. Illorum autem
12. §. ,, animas, qui in mortali peccato, vel
,, cum ſolo originali decedunt, mox in
De Inferno. ,, *Infernum* deſcendere, pœnis tamen
,, diſparibus puniendas; eadem Sancta
,, Romana Eccleſia credit, & firmiter
De extremo Judicio. ,, aſſeverat. Et quod nihilominus in die
,, *Judicii* omnes homines ante Tribunal
,, Chriſti cum ſuis corporibus compare-
,, bunt reddituri de factis propriis ratio- B
13. §. ,, nem. Tenet etiam, & docet eadem
De VII. Sacramentis. ,, Romana Eccleſia ſeptem eſſe eccleſia-
,, ſtica Sacramenta: Unum ſcilicet *Ba-*
,, *ptiſma*, de quo dictum eſt ſupra;
,, Aliud eſt Sacramentum *Confirmatio-*
,, *nis*, quod per manus impoſitionem
,, Epiſcopi conferunt chriſmando rena-
,, tos; Aliud eſt *Pœnitentia*; Aliud eſt
,, *Euchariſtia*; Aliud eſt Sacramentum
,, *Ordinis*; Aliud eſt *Matrimonium*;
,, Aliud eſt *Extrema Unctio*, quæ ſe- C
,, cundum doctrinam Beati Jacobi infir-
14. §. ,, mantibus exhibetur. Sacramentum
De Azymo Euchariſtiæ. ,, Euchariſtiæ ex *azymo* conficit [b] ea-
b ,, dem Romana Eccleſia tenens, & do-
,, cens, quod in ipſo Sacramento panis
,, verè tranſubſtantiatur in corpus, &
,, vinum in ſanguinem Domini noſtri
15. §. ,, Jeſu Chriſti. De *Matrimonio* tenet,
De pluribus nuptiis. ,, quod nec unus vir ſimul plures uxo-
,, res, nec una mulier ſimul habere per- D
,, mittitur plures viros; ſoluta verò lege
,, matrimonii per mortem alterutrius
,, conjugum, ſecundas, & tertias, &
,, deinceps nuptias ſucceſſivè licitas eſſe
c ,, dicit [c]; ſi impedimentum canonicum
16. §. ,, ex cauſa alia non obſiſtat. Ipſa quo-
De Romanæ Eccleſiæ Primatu, ,, que Sacroſancta Romana Eccleſia ſum-
d ,, mum, & plenum *Primatum* [d], &
,, Principatum ſuper univerſam Catho-
,, licam Eccleſiam obtinens, quem ſe
,, ab ipſo Domino in Beato Petro Apo- E
,, ſtolorum Principe ſeu vertice, cujus
,, Romanus Pontifex eſt Succeſſor, cum
,, poteſtatis plenitudine recepiſſe vera-
,, citer, & humiliter recognoſcit; ſicut
,, præ ceteris tenetur *Fidei* veritatem
,, defendere, ſic etſi quæ de *Fide* ſubor-
,, tæ fuerint quæſtiones, ſuo debet ju-
,, dicio definire. Ad quam poteſt gra-
,, vatus quilibet in negotiis ad forum & Appellationibus ad eam.
,, Eccleſiaſticum pertinentibus appella- 17. §.
,, re; ſed & in omnibus cauſis ad exa-
,, men Eccleſiaſticum ſpectantibus, ad
,, ipſius poteſt recurri judicium, & ei-
,, dem omnes Eccleſiæ ſunt ſubjectæ;
,, ipſarumque Prælati & obedientiam,
,, & reverentiam ſibi debent; apud quam
,, ſic poteſtatis plenitudo conſiſtit, quod
,, Eccleſias ceteras ad ſollicitudinis par-
,, tem admittit. Quarum multas, &
,, *Patriarchales* præcipuè diverſis privi-
,, legiis eadem Romana Eccleſia hono-
,, ravit; ſuâ tamen prærogativâ tam in
,, generalibus Conciliis, quam in qui-
,, buſcumque aliis ſemper ſalvâ." Por- 18. §.

rò præſcriptam puriſſimam, certiſſimam, & ſolidiſſimam Orthodoxæ *Fidei* veritatem Evangelicæ doctrinæ conſonam, a Sanctis Patribus traditam, & Romanorum Pontificum in ſuis Synodis definitione firmatam ſicut nec decet, ſic nec volumus novæ diſcuſſioni, ac definitioni ſubjacere, ipſam quaſi per hoc quomodolibet contra fas, & licitum in dubium revocando. [Hæc doctrina non eſt diſcuſſioni, ac definitioni ſubjicienda.] Ideoque licèt in præfata *ſcriptura* de convocatione *Concilii* [e] ageretur; & licèt tu per tuas præfatas litteras Concilium in terrâ tuâ convocari petieris; Nos tamen nullo modo proponimus Concilium ad diſcuſſionem, ſeu definitionem hujuſmodi convocare: non quod cujuſquam faciem vereamur, vel eamdem Sacroſanctam Romanam Eccleſiam *Græcorum* ſuperari prudentiâ timeamus; ſed quia prorſus indecens foret, immò nec licet, nec expedit in dubium revocari præmiſſam veræ *Fidei* puritatem, tot ſacræ paginæ auctoritatibus, tot Sanctorum roboratam ſententiis, tot Romanorum Pontificum ſtabili definitione firmatam, pro cujus defenſione, ſi neceſſe foret, parati eſſemus ſubire martyrium, & morti etiam exponere corpus Noſtrum. Quam ideo ad præſens nequaquam auctoritatibus, quarum tamen ſa-

Margin: 19. § — e — Concilium Græcus petebat, & quidem in Græcia, quod Pontifex negat dandum; idque qua de cauſa.

(a) IN CŒLUM MOX RECIPI: Contra Millenarios.
(b) EX AZIMO CONFICIT: Græci verò in *fermentato* ab Eccleſia Latina ritu diverſo, & tolerato.
(c) LICITAS ESSE DICIT: Illicitas autem Eccleſia Græca.
(d) PRIMATUM: Id etiam impugnant Græci.
(e) DE CONVOCATIONE CONCILII: Et quidem in Græcia; hinc paulo ſupra Pontifex ait, in dicta ſuorum Nunciorum cum Græcis *ſcriptura* extare quædam *diſpendioſa*.

tis Nobis copia pro voto ſuppeteret, munire curavimus; ſed in ſimplicitate veridicâ ſic purè, ſic explicitè tam prædictis tuis adhibendam Nunciis, quam tibi decrevimus deſtinandam; quia vel notam prolixitatis nimiæ diffuſus epiſtolæ textus incurreret; ſi authoritatum multitudinem, quibus eadem roboratur veritas, contineret; vel ſi notam vitare volens hujuſmodi tam prolixam, tot articulorum materiam brevi ſermone perſtringeret; de defectu forſitan, qui proculdubio nimis foret in tanto notabilis, & periculoſus negotio, notaretur. Et quia providâ deliberatione concepimus *Apocriſarios* aliquos [a] in lege Dei peritos ad tuam præſentiam deſtinare; cum quibus tu ac prædicti Clerus, & Populus ſuper præmiſſis conferre poteritis; & ſicut ſperamus, ipſi vobis ſufficienter Divinâ eis id donante clementiâ reſpondebunt. Sed nihilominus, ſi quid tuum, tuorumve animos concutit; ſi quid turbat, ut eorum aliquid, quæ ſupraſcripſimus, veremini, ut petimus, profiteri; aliquos de peritioribus, quos in prædictis repereris Clero, vel Populo, ad Noſtram mitte præſentiam; Noſque, qui juxta ejuſdem Principis Apoſtolorum ſententiam parati ſumus omni præſenti Nos, de ea, quæ in Nobis eſt, *Fide*, & Spe reddere rationem; illos, quos miſeris, caritativè tractabimus; & patienter quidquid proponere voluerint, audiemus; & tam plenè donante Domino ſatisfaciemus eiſdem, quod amoto cujuslibet dubitationis ſcrupolo, *Fidei* veritatem agnoſcentes, & in agnita ſalubriter gloriantes ad te cum gloriâ remeabunt. Ipſis quoque Apocriſariis tuis, cum de præmiſsâ profeſſione *Fidei* eis, ut præmittitur, copiam fecimus: clementer obtulimus benignè ipſis ſatisfacere, ſi ſuper ea in aliquo dubitarent. Ideoque Excellentiam tuam monemus, rogamus, & hortamur in Domino Jeſu Chriſto, per aſperſionem ſui pretioſi ſanguinis obſecrantes, quatenus diligenter attendens quantum tibi accreſcet ad meritum, quantum accedet ad gloriam, & exaltationem tui nominis ampliandam; ſi datum tibi deſuper fuerit, ut oves, quæ perierunt, tuæ diligentiæ ſtudio ad caulam Domini reducantur; ſi tuis fiat laboribus, ut unum ſit ovile, unuſque Paſtor Latinorum, & Græcorum populis tuis temporibus in unitate præmiſſæ Orthodoxæ *Fidei* adunatis; ſic ſtudeas habilitare materiam; ſic animos tuum, tuorumque diſponere, quod in prædictorum *Apocriſariorum* Noſtrorum adventu te, ac præmiſſis Clero, & Populo præſcriptam humiliter ſuſcipientibus, & fideliter profitentibus *Fidei* veritatem, facilis ſit ad reliqua Domino faciente proceſſus. Quod ſi poſtquam taliter ſuprapoſitum, tu iidemque Clerus, & Populus veritatem *Fidei* ſuſceperitis, & profeſſi fueritis; & ad obedientiam, ut præmiſimus, ejuſdem veneritis Matris Noſtræ, Concilium per Sedem ipſam ad locum, qui ad hoc eidem Sedi videatur idoneus, convocari petieritis ad caritatis vinculum inter *Latinos*, & *Græcos* fœdere perpetuo roborandum: Legatos ſuper hoc ad Nos poteris deſtinare; quibus, faciente Domino, reſponſum dabitur, quo tuum deſiderium ſatiari poterit, & debebit. Ad præmiſſæ igitur tam ſalutiferæ unionis ſalutare commercium efficaciter ſollicitudo tuæ Sublimitatis intendat: Et ut animarum, & corporum diſcrimina, quæ ingerit inveterata diſſenſio, præcidantur; præmiſſa, quæ paternâ monitione requirimus, implere feſtinet: ſcitura, quod occaſione tractatus hujuſmodi, nec iis, qui a tuâ Magnificentiâ ſe gravatos eſſe queruntur, ſicut nec debemus, in ſua juſtitia deeſſe proponimus; nec a proſecutione tanti negotii per alias vias, quas ad animarum ſalutem Dominus miniſtraverit, deſtinemus.

Datum Viterbii IV. Nonas Martii, Pontificatus Noſtri Anno IV. [b]

Alii Nuncii ad Palæologum deſtinantur.

& alios inde poſcuntur.

1. Pet. 3. 15.

Hortatur Pontifex Imp. Græcum, ut operam det omnem pro hac Eccleſ. unione.

Quid de Concilio convocando.

Iterum ſollicitatur Græcus ad opus adimplendum.

Confir-

(a) Apocrisarios aliquos &c.: Qui cenſentur illi tres ex Ordine Prædicatorum, quos Magiſtro Generali illius Ordinis ut eligeret, indixit per litteras *Quantum, & quoties &c.* datas anno 1267. die 9. Junii apud Bullarium ejuſdem Ordinis tom. 1. Bul. 66. Clementis IV., ſed illos numquam miſſos fuiſſe conſtat ex epiſt. 3. B. Gregorii X. *Qui miſeratione &c.* ann. 1272. die 24. Octobr. miſſa, & infra legenda.

(b) Anno IV.: Ita legimus apud cit. Waddingum, ſed apud Raynaldum extat ſine anno, & minime integra; reponendum tamen *Anno III.* ex aliis Pontificis litteris Patriarchæ Græcorum eodem die tranſmiſſis apud cit. Waddingum n.8. & Raynaldum n.80., & cum paulo ſuperius Pontifex ſcribat: *De cujus corroboratione* (unionis Eccleſiarum) *jam elapſo fere triennio non curaſti*: ut ſupra not. (b) p. 113.

Digitized by Google

Confirmat reſtitutionem loci Capuæ, *& donationem in* Sulmona *a Rege Fratribus Prædicatorum Ordinis factas contra FF. Minorum poſtulationes*. (Ex Thesauro novo Anecdot. PP. Martene et Durand. tom.2. epiſt.443. col.451., & ex Regeſt. Vatic. epiſt.309. tom.6.)

CXXIII. Anno 1267. die 10. Martii.

CLEMENS &c.

a *Cariſſimo in Chriſto Filio* ... *Regi* Siciliæ [a] *illuſtri Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

b GRaves admodum noſtris omnibus [b]. nec minus animo tua credat Sere-
c nitas oneroſas Religionum pauperum [c]
Conqueritur de contentione inter Ordines Mendicantium contentiones, & lites, quæ nonnullis ſuſpicionem ingerunt, quod de multis multum contenderent, ſi multa licitè
d poſſiderent [d]. Quæ quantum licuit circumciſe in illo modico, quod eiſdem auferri fragilitatis humanæ neceſſitas non
C permiſit, minus pacifice, quam vellemus,
ſuis temporibus exorta. ſe ſe compati noſtris temporibus, prout dicitur, incœperunt: quamquam in omni ſtatu eas tenerrimè dilexerimus, & tandem ad majora provecti eis Nos reddiderimus favorabiles, & benignos. Sanè Nobis per tuas litteras intimaſti, quòd cum
Contentionis cauſa exponitur. Capuæ dilectis filiis Fratribus *Prædicatoribus* locum quemdam reſtituendum
e duxeris, quem M[e] quondam Eccleſiæ perſecutor eis abſtulerat; dilecti filii
D *Fratres Minores* in tuâ propoſuerunt præſentiâ, quod locum eumdem dictis Fratribus *Prædicatoribus* non licebat ha-
f bere juxta Noſtræ proviſionis indultum [f],
g cum ab Eccleſiâ eorumdem [g] *trecentarum cannarum* ſpatio non diſtaret: nec obſta-

A bat, ſi forſan diceretur, quòd locum ipſum, quem reſtitueras, ante Noſtrum indultum Fratres *Prædicatores* poſſederant, cum ab illo eum habuerint, qui nullum jus habuit conferendi [h]. Adjeci- h
ſti inſuper in tuis litteris, quod cum in *Sulmona* [i] eiſdem *Fratribus Prædicatori*- i
bus locum, qui *Capella*, & *Palatium* Regis dicitur ab ipſorum *Fratrum Minorum* Eccleſia [k] dicto ſpatio non diſtan- k
tem Regia liberalitate contuleris; dicti
B *Fratres* Minores poſtulant, ut revoces quod feciſti. Quia verò tua prudentia circumſpecta Nos ſuper his duxit, ut debuit, conſulendos; conſultationi tuæ Pontifex decernit pro Rege,
breviter reſpondemus, quod donationem, quam Fratribus Prædicatoribus in *Sulmona* feciſti de rebus ad te jure Regio pertinentibus, ratam volumus permanere, indulto hujuſmodi non obſtante. De his autem, quæ *Capuæ* Fratribus Prædicatoribus reddidiſti, conqueri, & contendere ad Fratres Minores non pertinet, ſed arbitrio tuo committimus; vel ſi tuæ placeat Magnitudini, ibidem remaneant dicti Fratres [l]: alioquin, quod a præ- l
donibus habuerunt [m], tibi remaneat: m
ita tamen quod ſi ſemel ſacer extitit dictus locus, nullatenus profanetur; ſed condiʼtione adjecta.
Divinis ſemper obſequiis maneat mancipatus,

Datum Viterbii VI. Idus Martii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Ut Raynerii Abbatis Luxovien. *ceſſionem ſui miniſterii acceptent*, *ſi ita eſſe*, *ut exponebatur*, *ipſis conſtiterit*. (Ex Bullario Ord. Prædicat. tom.1. Bull.61. Clementis IV., & Reges.Vatic. epiſt.7. Pontif.)

CLE-

(a) Regi Siciliæ: *Carolo* Andegavenſi initio ſuperioris anni Romæ in Regem utriuſquæ Siciliæ coronato.

(b) Admodum noſtris omnibus.: lege *noſtris auribus*.

(c) Religionum pauperum: Nempe *Mendicantium* ut Prædicatorum, & Minorum.

(d) Si multa licite poſſiderent; Nec prorſus temerè, cum ageretur de *Privilegiorum* Pontificum tuitione.

(e) M.: *Manfredus* tyrannus olim Tarentinus Princeps anno ſuperiore 4. Kal. Martii prope Beneventum a memorato Rege Carolo, ejuſque exercitu cæſus, & debellatus.

(f) Juxta noſtræ proviſionis indultum: Nempe Conſtitutionem *Ad conſequendam gloriam &c.* anno 1265. die 30. Novembris editam de diſtantia 300. cannarum ab uno loco ad alium Ordinum Mendicantium requiſita.

(g) Ab Eccleſia eorumdem: Uſque ab ann.1222. a S. P. Franciſco obtenta; ſi fides eſt præſtanda Waddingo ad eum annum num.12.

(h) Qui nullum jus habuit conferendi: Quis autem fuerit ille, inquirant alii; infra quidem dicitur *prædo*.

(i) In Sulmona: Urbe Pelignorum nunc Aprutii citerioris Ovidii Poetæ patria, ideoque notiſſima.

(k) Fratrum Minorum Eccleſia. Quotum locus *Sulmonæ* 5. eſt, al. 6 *Cuſtodiæ* Aquilanæ in Provincia Pennenſi nunc *S. Bernardini* ex veteri *Provinciali* Ordinis apud Autorem Polychronici, & Piſanum, ſed ejus origo in Annal. Waddingianis fruſtra inquiritur, cum illius mentio dumtaxat ad annum 1399. n.41. fiat, dicaturque hoc unum, in eo vixiſſe *Petrum e Coniano* Generalem Ordinis Miniſtrum anno 1387. aſſumtum.

(l) Dicti Fratres: Videlicet Ordinis Prædicat.

(m) Quod a prædonibus habuerunt: Ab illis forſan, qui ſub Frederico, vel ejus filiis Conrado, Manfredoque contra Eccleſiam pugnantes Regnum Siciliæ cis Pharum uſurparunt.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch.1267.

CXXIV.

Anno 1267. die 14. Martii.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis . . . Priori Prædicatorum, & . . Guardiano Minorum Fratrum Biſuntin. [a] *Sal., & Ap. Ben.*

a b

Relatio rei exequendæ.

EX parte dilecti filii *Raynerii* Abbatis Monaſterii *Luxovien.* [b] ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti *Biſuntin.* Diœceſis fuit Propoſitum coram Nobis, quod ipſe, prout regimini ipſius Monaſterii Abbatiæ convenit, non eſt in ſpiritualibus, & temporalibus ciſcumſpectus, & nimiâ corporis infirmitate, ac debilitate gravatur; ita quod propter hoc, & propter malitiam ſubditorum Monaſterium ipſum per eum non poteſt ſalubriter gubernari; ſicque dictus Abbas dubitans, ne ſub umbrâ nominis ſui dictum Monaſterium incurrat irreparabile detrimentum, intendit, ſicut aſſerit, cedere Abbatiæ Monaſterii ſupradicti, Nobis per ſuas litteras humiliter ſupplicans, ut ceſſionem ipſius admittere curaremus. Nos itaque ipſius ſupplicationibus inclinati mandamus, quatenus, ſi vobis conſtiterit ita eſſe; ac ſibi, & dicto monaſterio videritis expedire, ab eodem *Raynerio* accipiatis ceſſionem hujuſmodi vice Noſtrâ.

Mandatum pro executione.

Datum Viterbii II. Idus Martii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio [c].

c

Ut liceat eis loca ante ordinationem ſuam de diſtantia locorum Mendicantium incepta perficere, & eis adjicere, non obſtante Fratrum O.M. oppoſitione. (Ex Reg. Vatic. epiſt. 54. tom. 3. anni 3., & in Bullario Ord. Carmel. tom. 1. pag. 33. Bul. 8.)

CXXV.

Anno 1267. die 3. Aprilis.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis . . . [d] *Generali, ac cæteris tam Provincialibus, quam Conventualibus Prioribus, & Fratribus univerſis Ordinis Beatæ Mariæ de* Monte Carmeli *Sal., & Apoſtol. Bened.*

d

Exordium.

e

CUM a nobis petitur &c. [e] Exhibita ſiquidem Nobis veſtra petitio

A continebat, quod Nos dudum per Noſtras litteras [f] ordinavimus, ac diſtrictius duximus inhibendum, quod nulli de *Prædicatorum*, *Pœnitentiæ Jeſu Chriſti*, ac *veſtro*, *Heremitarum* Sancti Auguſtini, *Sanctæ Claræ*, aliiſque Ordinibus in paupertate fundatis; nullique mulierum etiam de prædictis, ſeu quibuſcumque aliis Ordinibus liceat aliquod Monaſterium, Eccleſiam, vel Oratorium ædificare, ſeu conſtruere; nulli quoque ſæ-

f

Carmelitarum expoſitio de ordinatione Pontificia.

B culari; vel Religioſo cujuſcumque profeſſionis Eccleſiam, vel Monaſterium, ſeu Oratorium jam ædificatum in aliquem transferre de Ordinibus memoratis infra ſpatium *trecentarum Cannarum* ab Eccleſiis *Fratrum Minorum* menſurandarum per aerem etiam, ubi alias rectè menſurari loci diſpoſitio non permittit. Statuimus etiam, ut quicquid contra hujuſmodi ordinationis, & inhibitionis noſtræ tenorem ædificatum fuerit, diruatur. Simi-

ac inhibitione.

C lem quoque ordinationem, & inhibitionem Fratribus ipſius Ordinis *Prædicatorum* per Noſtras litteras duximus concedendas. Porrò prædicti *Fratres Minorum* Ordinis ſtatutum, & inhibitionem hujuſmodi pro viribus ampliantes vos Priores & Fratres Sanctæ Mariæ de *Monte Carmeli*; ne incœpta ante conceſſionem prædictam ædificia perficere, vel alia inchoare, ſeu Oratoria locorum hujuſmodi, in quibus veſtri Ordinis Colle-

quam Fratres O. M. ampliantes opponunt.

D gium habebatis, in Eccleſias commutare, ſeu ipſorum loca ampliare valeatis, impediunt minus juſtè; prætendentes, quod id liceat eis inhibitionis, ordinationis, & ſtatuti præmiſſorum prætextu, & ſi vos Priores & Fratres in iis acquieſcere non curatis; prout etiam de jure nequaquam tenemini: vos coram Conſervatoribus privilegiorum ſuorum eis a Sede Apoſtolicâ deputatis, ac etiam delegatis Sedis ejuſdem, ſeu locorum Ordi-

E nariis in cauſam trahere non verentur. Quare Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut providere ſuper hoc paternâ diligentiâ curaremus. Nos igitur veſtris ſupplicationi-

Pontifex autem declarat ut ſupra.

(a) Bisuntin.: Al. Viſuntin. vulgò *Beſanzon* Galliæ Lugdunen. Archiepiſcopatus in Burgundiæ Comitatu; & Minoritis *Cuſtodia Biſuntina* legitur in diſtributione Provinciarum Ordinis anno 1260. a S. Bonaventura peracta uti *tertia* Provinciæ Burgundiæ nunc S. Bonaventuræ.

(b) Luxovien.: Vulgò *Luxevil* oppidulum eſt Comitatus Burgundiæ 13. leucis a Veſuntione in Boream, & 6. ab Alſatia in occaſum.

(c) Memorat hanc epiſtolam Autor Supplementi ad Annales Waddingi ſub hunc annum n.1., aitque datam VI. *Idus Martii*.

(d) Filiis . .: B. Nicolao Gallo Toloſano an. 1265. Toloſæ electo, & in Eremo Alnevicenſi 1270. defuncto.

(e) Petitur &c.: Ut in *Bulla* anni ſuperioris die 17. Martii edita.

(f) Litteras: Incip. *Ad conſequendam &c.* anno 1265. die 30. Novembris emiſſas.

Digitized by Google

tionibus benignum impertientes aſſenſum, ut vos in locis hujuſmodi, quæ ante ordinationem, inhibitionem, & ſtatutum hujuſmodi habuiſtis, & in eis habentes Collegium, ut dictum eſt, habitaſtis, ac etiam habitatis; Oratoria, & Eccleſias conſtruere, ac in eis Divina Officia celebrare, & ipſa ampliare, & ædificia incepta perficere, & alia ædificia Ordini veſtro neceſſaria prædictis dumtaxat vicina conſtruere liberè valeatis; inhibitione, ordinatione, & ſtatuto prædictis, ſeu proceſſibus per ea habitis nequaquam obſtantibus, auctoritate præſentium declaramus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere &c.

Clauſula prohib. &c.

Datum Viterbii II. Nonas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Diem Dedicationis Eccleſiæ FF. Ordinis Minorum Civitatis Novæ *in* Auſtria *transfert, & indulgentias pro eadem die, ejuſque octava confert.* (Ex Autographo in Archivo noſtri Conventus S.Franciſci Caſtillionis Florentini extante.)

CXXVI. *Anno 1267. die 4. Aprilis.*

CLEMENS &c.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium ab Eccleſiarum cultu.

VItæ perennis gloria, qua mira benignitas Conditoris omnium beatam coronat aciem civium ſupernorum, a redemptis pretio ſanguinis fuſi de pretioſo Corpore Redemptoris meritorum debet acquiri virtute; inter quæ illud eſſe prægrande dignoſcitur, quod ubique, ſed præcipuè in Sanctorum Eccleſiis majeſtas Altiſſimi collaudetur. Cum itaque Eccleſia Ordinis Minorum *Civitatis Novæ* [a] Saleſburgen. Diœceſis, ſicut dilecti filii ... Guardianus, & Fratres illius aſſerunt, infra octavas Feſtivitatis *Beati Franciſci* fuerit dedicata [b]. Nos ad ſupplicem eorum inſtantiam hujuſmodi *dedicationem* in præſentem diem Dominicum poſt Aſcenſionem Domini [c] transferentes Univerſitatem veſtram, rogamus, & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad dictam Eccleſiam imploraturi a Domino veniam delictorum in humilitate ſpiritus accedatis. Nos enim, ut Chriſtifideles quaſi per præmia ſalubriter ad merita invitemus, de Omnipotentis Dei miſericordiâ, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui ad dictam Eccleſiam in præfato die Dominico, & octavo die ipſius causâ devotionis acceſſerint, annuatim *centum dies* de injunctâ ſibi pœnitentiâ miſericorditer relaxamus.

Eccleſia Civitatis Novæ O. M. dedicata aſſeritur. a

Supplicationes Fratrum Pontifex exaudit, b c

& Chriſtifideles exorat, ut ad orandum adeant Eccleſiam &c.

Annuas Indulgentias C. dierum elargiens,

Datum Viterbii II. Nonas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Ne impuberes ad habitum Religionis admittant ſine Parentum, & Tutorum ſuorum voluntate. (Ex Epiſt.452. Clemen.IV. in tom.2. Theſaur. Anecdot. Martene, & Durand.)

CXXVII. *Anno 1267. die 27. Aprilis.*

CLEMENS &c.

Dilectis filiis univerſis Abbatibus, nec non Prioribus, & Guardianis, ceteriſque Fratribus Prædicatorum, *&* Minorum [d], *& Conventibus Monaſteriorum, & aliorum locorum Religioſorum de* Montepeſſulano [e], *& ejuſdem ſuburbiis, Ciſtercienſis, Præmonſtratenſis, ſeu cujuſcunque alterius Ordinis Magalonenſis Diœceſis Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

d

e

Exordium a conſideratione ſalutis animarum.

IN ſuperni Patris obſequio conſtituti devotam habere tenemini conſiderationem ad ipſum, ut animarum ſalutem potius quàm temporalia commoda quærere

(a) Civitatis Novæ: al.Neoſtadium vulgo *Neuſtat* urbs eſt in Auſtriæ Provincia ſub Archiepiſcopo Saliſburgen. dignitate Epiſcopali ornata ab anno 1468., ad amnem Biſcaw ſita 6. leucis circiter diſtat ab urbe Vienna in Auſtrum.

Quo tempore, & a quibus fundatus fuerit Conventus Minoritis, ignotum; eſt, tamen 2. locus Cuſtodiæ Viennenſis apud Autorem Polychronici, & Barthol. Piſanum Conform. XI.

(b) Dedicata: Forſan anno præcedenti, ideoque die 10. Octobris, quæ dies erat *Dominica*, currente lit. Dom.C eo anno 1266., & Paſcha in diem 28. Martii incidit; ſiquidem Eccleſiarum *Dedicationes* plerumque fieri conſueverant diebus feſtis, & Dominicis.

(c) Post Ascensionem Domini: Quæ hoc anno 1267.fuit die 26.Maji, Dominica verò ſequens die 29. currente lit. Dom. B, & Paſcha in diem 17. Aprilis incidit.

(d) Guardianis, .. Minorum: Quibus jam ab anno 1220. Jacobus Majoricarum, ſeu Balearidum Rex jecerat fundamenta Cœnobii, perfecitque anno 1230. ex Waddingo ad hunc annum 1230. n. 22.

(e) De Montepessulano: Vulgo *Mompellier* in Occitania, quò Sedes Epiſcopalis Magalonenſis tranſlata eſt, nobilique Academia in primis Medicinæ floret.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch. 1267.

Juſta Pontificis expoſtulatio,

rere veſtra devotio dignoſcatur. Sanè miramur & merito, quod ſicut ad Noſtrum pervenit auditum, nonnunquam *Pueros*, & *Puellas* impuberes conſideratione bonorum, quæ habituræ eſſent, ſi in ſeculo remanerent, trahitis ad ſuſcipiendum habitum regularem, quod non omnino cenſetur honeſtum; ſed videtur potius quædam ſimulata ſpecies honeſtatis. Ne igitur in his Deum contingat offendi, aut famæ veſtræ Religionis in aliquo derogari, nolumus, & auctoritate vobis præſentium inhibemus, ne aliquorum filios familias, vel alios impuberes tutores habentes abſque voluntate parentum, & tutorum ſuorum ad ſuſcipiendum prædictum habitum in Monaſteriis veſtris admittatis; ita quod exinde nequeatis rationabiliter ulterius reprehendi.

atque inhibitio.

Datum Viterbii v. Kalendas Maij, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Indulgentias elargitur earum Eccleſiam in feſto S. Damiani, & tota ejus octava viſitantibus. (Ex Epiſt. 454. Clemen. IV. in tom. 2. Thesau. Anecdot. Martene, & Durand.)

CXXVIII.

Anno 1267. die 29. Aprilis.

CLEMENS &c.

Dilectis in Chriſto filiabus.. Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii S. Damiani de Montepeſſulano [a] *Ordinis S. Claræ Magalonen. Diœceſis* [b] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium.

Licet is, de cujus munere venit &c. [c] Cupientes igitur, ut Eccleſia Monaſterii veſtri in honorem *S. Damiani* conſtructa congruis honoribus frequentetur, omnibus Chriſtifidelibus verè Pœnitentibus, & confeſſis, qui eamdem Eccleſiam per octo dies poſt ejuſdem *Sancti* feſtum [d] immediate ſequentes annis ſingulis viſitaverint reverenter, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi *quadraginta dies* de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Frequentandæ Eccleſiæ cauſa confertur Indulgentia.

Datum Viterbii III. Kalendas Maij, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Gratulatur S. Regi; ejuſque zelum de inſtauranda re Chriſtiana in Palæſtina *laudibus extollit.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 33. apud Raynaldum Annal. Eccleſ. ad hunc annum num. 49., teſte & Petro de Alva in Indic. Bull. Seraph.)

CXXIX.

Anno 1267. die 5. Maji.

CLEMENS &c.

Cariſſimo in Chriſto filio [e] ... Regi Francorum *Illuſtri Sal., & Apoſt. Ben.*

Encomium S. Ludovici Regis Franc.

In ſpiritu pietatis mentem tuam ad Chriſtum, Fili chariſſime, conſcendiſſe percepimus: nam dum in Terris corpore militas, cæleſtem militiam, ad quam ſuſpiras, animo contemplaris. Hic profectò labores complecteris, ut ibi quietis perpetuitate læteris. Hic etiam indefeſſum te pugilem exhibes, ut ibi percepto gloriæ præmio veluti magnificus triumphator exultes. Tu quidem olim *Terræ Sanctæ* preſſuras oculo clementis propitiationis advertens illam *Crucis* aſſumpto ſignaculo perſonaliter viſitaſti; & inibi tàm in te, quàm tuis graviſſima perſonarum, & rerum diſpendia pertuliſti [f]. Nunc autem ipſam ſolito durius affligi conſpiciens, quàm manus Agarenorum impia uſque ad intima lacerat, & enervat [g], motus erga ipſam internæ compaſſionis affectu; & ad vindicandam Redemptoris injuriam, qui *Terram* eamdem in proprium ſibi patrimonium prælegit; tamquam Princeps victorioſus exurgens, ut miſerearis illius Regionis oppreſſæ, cujus miſerendi tempus adveniſſe ſperatur, hujuſmodi *Crucis* ſignaculum cum tribus liberis tuis, & copioſa tuorum Fidelium tàm Baronum [h], quàm Militum, & aliorum multitudine re

ejus pro Terra Sancta prima expeditio.

Terra Sancta a Saracenis lacerata

a S. Rege proponitur ſubveniri.

(a) De Montepessulano: De quo Monaſterio actum eſt ſupra ad *Bullam* incipientem: *Sacroſancta Romana Eccleſia &c.* CCCLX. Innocentii IV. in primo hujus Operis tomo fol. 567. die 9. Februarii 1251. editam, & vulgo dicitur *Mompellier* Epiſcopalis urbs in Occitania ſub Narbonenſi Archiepiſcopo.

(b) Magalon. Diœcesis: Poſtea temporis Magalona decreſcente Sedes Epiſcopalis ad *Montempeſſulanum* translata fuit duabus leucis ab ea diſſitum.

(c) Venit &c.: Ut in *Bulla* anno 1265. die 24. Auguſti data.

(d) Post ejusdem Sancti festum: Nempe diem 27. Septembris.

(e) Filio..: *Ludovico IX.*

(f) Pertulisti: Anno 1250. in prima expeditione, in qua victus, & captus eſt a Saracenis.

(g) Enervat: Capta *Antiochia* anno 1268., quæ præcedenti anno cœperat oppugnari, reliqua *Terra Sancta* loca Saraceni ſubjicere laborabant; quod paulo poſt nemine ſubveniente effecerunt.

(h) Baronum: Quorum nomina recitat Raynaldus num. 50.

Digitized by Google

reſumpſiſti perſonaliter illuc in brevi, dante Domino, profecturus [a]. Super quo laudes, & gratias Altiſſimo, qui hoc tibi dignoſcitur inſpiraſſe, referimus; ejuſque Clementiam, ut votum tuum pio dignetur favore proſequi, ſuppliciter exoramus.

a — Pontifex gratias agit Deo, oratque, ut pio propoſito faveat.

Datum Viterbii III. Nonas Maij, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Injungit eis cognitionem translationis Sedis Sidonen. *ad* Gadicenſem; *& ut uni earum præficiatur Epiſcopus Fr.* Joannes Martini *O. M.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 26. apud Waddingum in Regeſto Pontif. num. 17. Teſtante etiam Raynaldo Annal. Eccleſ. ad hunc annum num. 32.)

CXXX. — Anno 1267. die 25. Maji.

CLEMENS &c.

Venerabilibus Fratribus .. Concen. [b], *&* .. Corduben. [c] *Epiſcopis Sal.*, *& Apoſt. Benedictionem.*

OLim fel. record. Urbanus Papa [d] prædeceſſor Noſter ad inſtantiam cariſſimi in Chriſto Filii noſtri ... Regis Caſtellæ, & Legionis [e] Illuſtris in Romanorum Regem electi [f] Venerabili Fratri Noſtro .. Epiſcopo *Abulen.* [g] ſuis ſub certâ formâ dediſſe dicitur litteris [h] in mandatis, ut Sedem Epiſcopalem, quæ fuit antiquitus apud Civitatem *Sidonam* [i] ſitam in Regno Iſpalen., quam de novo idem Rex Divinâ propitiante Clementiâ de ſarracenorum eripuerat manibus, & ad cultum reduxerat nominis Chriſtiani, ad Inſulam *Gadicen.* [k] ad locum *Galiz* [l] dictæ Civitati vicinum, videlicet apud A Eccleſiam Sanctæ Crucis loci ejuſdem, quam idem Rex intendebat honorificè regiâ liberalitate dotare, transferre; ac Eccleſiam ipſam in *Cathedralem* erigere, & eumdem locum Civitatem conſtituere; & prædictæ Eccleſiæ perſonam idoneam, dictoque Regi acceptam in Epiſcopum, & Paſtorem præficere; poſtquam dictus Rex Eccleſiam ipſam dotaſſet; prout in propoſito dicebatur gerere, procuraret. Et quia per litteras ipſas B ante præfati prædeceſſoris obitum proceſſum non fuerat [m]; Nos ad petitionem ejuſdem Regis dicto Epiſcopo per Noſtras litteras [n] ſub certâ formâ injunximus, ut præmiſſa executioni debitæ juxta formam ſibi traditam per prædictas ipſius prædeceſſoris litteras demandaret. Idemque Epiſcopus prætacta diligenter juxta mandatum Apoſtolicum, ſicut intelleximus, exequutus eſt dilectum Filium *Fratrem Joannem Martini* [o] de C Ordine Minorum Electum Gadicen., qui dicto Regi ſuis exigentibus meritis acceptus eſſe dicitur, præficiens ipſi Eccleſiæ in Epiſcopum, & Paſtorem. Sed Venerabilis Frater Noſter .. Archiepiſcopus & dilecti Filii Capitulum *Hiſpalen.* aſſerentes, quod ea, quæ ſuper hoc per prætactum Epiſcopum, ut prædicitur, facta fuerant, in eorum redundabant præjudicium, & gravamen, propter quod ad Sedem Apoſtolicam appellarunt. Noſque D Venerabilem Fratrem Noſtrum .... *Tuſculan.* Epiſcopum [p] in præmiſſis ad inſtantiam Procuratoris dictorum Archiepiſcopi, & Capituli dedimus Auditorem; coram quo prædictus *Electus* qui-

Urbani IV. diſpoſitio. — De translatione Sedis Sidonen. — Jubet Pontifex Urbani ſancita exequi. — Fr. Joannes Martini O. M. eligitur Gadicen. Epiſcopus. — Archiepiſcopus, & Capitulum Hiſpalen. opponunt, & S. A. appellant. — Pontifex dat Auditorem cauſæ.

(a) Profecturus: *Audiens Rex Sanctus*, inquit Gaufridus de Belloloco cap. 37. Vitæ S. Ludovici, *quod penitus eſſet fraudatus a ſpe intranda Religionis; audiens nihilominus tot calamitates, tot deſolationes, & tot crebra pericula Terra Sancta, aſpiravit aggredi circa finem dierum ſuorum aliquid arduum propter Deum*, nempe *propoſitum transfretandi contra periculum Terra Sancta, quod proximum videbatur &c.*

(b) Concen.: Concha vulgò *Cuenca* urbs eſt Hiſpaniæ Tarracon. in montana regione vulgo *La Sierra* ſub Archiepiſcopo Toletano verſus confines Aragoniæ.

(c) Corduben.: Urbs Hiſpaniæ Bæticæ clariſſima ad fluvium Bætim ſub Archiepiſcopo Toletano media ferè inter Hiſpalim, & Granatam.

(d) Urbanus Papa: Hujus nominis IV. an. 1263.

(e) Regis Castellæ, et Legionis: Alphonſi X.

(f) Electi: Anno 1256. in contentione.

(g) Episcopo Abulen.: *Dominico* Ord. Min. ſub Archiepiscopo Compoſtellano. de quo in præmiſſis epiſtolis n. 64. & 80. extat autem Abula vulgo *Avila* in Caſtella veteri media ferè inter Madritum, & Valliſoletum S. *Tereſia* natalibus clara.

(h) Litteris: Quæ non habentur.

(i) Sidonam: Al. *Aſidoniam*, & Aſindum vulgo *Medina Sidonia* oppidum nunc Andaluſiæ Ducatus titulo clarum e gente Guzmanorum ſub Regis Hiſpaniæ dominio in colle ſedens inter Gades, & Mundam 17. leucis ab Hiſpali in meridiem diſtans.

(k) Insulam Gadicen.: Vulgo *Cadiz* in ora Provinciæ Andaluſiæ 19. leucis ab Hiſpali in auſtrum, 7. ab oſtio Bætis fluminis, & 15. a Calpe vulgo *Gibalter* in circium; jungiturque continenti ponte.

(l) Galiz: Al. *Cadiz* nempe ad Civitatem Inſulæ cognominem a nonnullis etiam *Calis* nominatam; cujus Ædes primaria *S. Cruci* dicata erat.

(m) Processum non fuerat: Obſtantibus Archiepiſcopo, & Capitulo Hiſpalenſi.

(n) Per nostras litteras: Anno 1266. die 2. Febr. ſcriptas, quas memorat etiam Raynaldus Annal. Eccleſ. ad annum 1266. num. 34.

(o) Fr. Joannem Martini: Ad quem ſunt litteræ hujus Pontificis *Circa tutelam Terra &c.* ann. 1265. die 22. Junii pro prædicatione verbi Crucis contra Saracenos datæ ſupra fol. 14.

(p) Tusculan. Episcopum: *Othonem* de Caſtro Rodulphi Gallum anno 1244. promotum, & poſt varias pro Sede Apoſtol. Legationes habitas vita functum anno 1273. ex Ciacconio, & Ughello tom. 1. Ital. Sac

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An. Ch. 1267.

quibuſdam negotiis cum conſtitutus eſ- A ſet, in itinere veniendi ad Sedem Apoſtolicam præpeditus nequivit ad hoc ſtatuto termino comparere; ſicque pro parte præfati Archiepiſcopi, & P. Roderici quondam, qui ſe pro Archidiacono *Gadicen.* gerebat, fuerunt ſuper hoc a Nobis diverſæ litteræ[a] ad dilectum Filium Magiſtrum Scholarum Silven. Eccleſiæ[b] impetratæ. Sanè prænominato Rege per ſuos Nuncios, ac litteras Nobis poſtmodum cum inſtantiâ ſupplicante, ut prædicto *Electo* conſecrationis munus impendere curaremus; Procurator dictorum Archiepiſcopi, & Capituli propoſuit ex adverſo, quod hujuſmodi negotium prælibato Magiſtro ſcholarum per prædictas Noſtras ad eum directas duxeramus litteras committendum; quodque cauſâ ipsâ in illis durante partibus, non erat dicto *Electo* apud eamdem Sedem munus hujuſmodi impendendum. Nos itaque nolentes propterea hujuſmodi negotium impediri; ſed cupientes potius ipſum fine ſalubri, ac celeri terminari; illud veſtræ circumſpectioni, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, fore providimus committendum. Quocirca mandamus, quatenus partes ad veſtram præſentiam advocantes infra duorum menſium ſpatium poſt receptionem præſentium Archiepiſcopum, & Capitulum prælibatos ad coaptandum ſe Noſtris beneplacitis, & votis Regis ejuſdem circa ipſius *Electi* promotionem per vos, vel per alios efficaciter, & fideliter inducere ſtudeatis; & ſi inveneritis eorum in hoc vota concordia; vel ea veſtrâ ſic poteritis diligentiâ concordare; quòd per hujuſmodi concordiam præfati Archiepiſcopus, & Capitulum a ſua contradictione deſiſtant; Advocatis duobus Epiſcopis vicinioribus, dicto *Electo* auctoritate noſtrâ conſecrationis munus impendi per dictum Archiepiſcopum juxta morem Eccleſiaſticum faciatis. Quòd ſi forſitan id infra præſcriptum tempus nequiverit provenire; prædictis litteris

Inſtat Rex Caſtellæ pro Electo.

Pontifex negotium ſupradictis Epiſcopis committit.

ut Archiepiſcopum, & Capitulum Hiſpalen. diſponant, inducantque;

& dicto Electo conſecrationis munus impendi curent,

ad eumdem Magiſtrum ſcolarum obtentis, & proceſſu per eas habito nequaquam obſtantibus, in prædicto negotio de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii procedentes, niſi infra unum alium menſem prædictos duos menſes immediatè ſequentem vobis conſtiterit per teſtes fide dignos, & ſcripturas antiquas prædictam *Gadicen. Inſulam* infra limites Iſpalen. Diœceſis contineri[c]; vel per conceſſionem Apoſtolicam, ſeu Regiam Hiſpalen. B Eccleſiæ ſine præjudicio *Sidonen.* Eccleſiæ, ad quam ſpectare dicitur, de Inſula ipſa factam; aut aliàs ipſi Eccleſiæ legitimè acquiſitam; memorato *Electo* præſcriptum munus faciatis modo ſimili impertiri, inducentes eumdem in Epiſcopatus ipſius poſſeſſionem; ac mandantes Fidelibus loci ejuſdem incolis, quod ipſum recipiant auctoritate noſtrâ in ſuum Epiſcopum, & Paſtorem; ac eidem ut paſtori animarum ſuarum humiliter C obediant, & intendant. Quod ſi fortaſſis prædicto modo eamdem *Inſulam* inveneritis ad Hiſpalen. Diœceſim ſine *Sidonen.* præjudicio pertinere; & Archiepiſcopus, & Capitulum noluerint a ſua contradictione ceſſare; ne per hoc divini cultus augmentum, & univerſalis Eccleſiæ commodum, quæ idem Rex piè circa præmiſſa deſiderat, impediri contingat: ſi dictus Rex *Sinoden.* Eccleſiam, a qua Sedes Epiſcopalis ad eamdem In- D ſulam auctoritate Noſtrâ per Venerabilem Fratrem Noſtrum .... Epiſcopum *Abulen.*[d] prædictum dicitur eſſe tranſlata, dotare voluerit; ſicut fecerat *Gadicen.*, & congruit Eccleſiæ Cathedrali; memorato *Electo* ad titulum *Sidonen.* Eccleſiæ ſimul cum *Malacitana*[e], quæ jam auctoritate Apoſtolicâ conjunctæ ſunt, ſicut dicitur, in unitate; ipſum munus conſecrationis per præfatum Archiepiſcopum, ſi voluerit, alioquin il- E lud per vos, vel alios, ſine alicujus contradictionis obſtaculo impendere ſtudeatis. Contradictores auctoritate Noſtrâ, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, non

attenta circumſtantia de Gadicen. Inſula.

Variante dicta circumſtantia, & Hiſpalen. Archiepiſcopo, Capituloque non cedentibus,

Electus ad titulum Sidonen. & Malacitan. unitarum Eccleſiarum conſecretur Epiſcopus.

(a) Diversæ litteræ: Quæ nondum nobis innotuerunt.

(b) Silven. Ecclesiæ: In Algarbiis olim ſub Hiſpalenſi, nunc ſub Eborenſi Archiepiſcopo ſub nomine *Pharen*, vel *Algarbiæ*.

(c) Contineri: *Sidonienſis* quidem Eccleſia antiquitus ſuberat Metropoli Hiſpalen. ex actis veterum Conciliorum Hiſpaniæ; unde & *Gadicenſis* eidem Metropoli contributa fuit.

(d) Episcopum Abulen.: Fr. *Dominicum* ex Ord. Min. anno 1263. die 30. Julii aſſumtum, ut ſupra, ſed litteræ Pontif. ad eum pro conjunctione Eccl. Sidonien. cum Malacen. non habentur.

(e) Malacitana: Vulgo *Malaga* urbs Hiſpaniæ Bæticæ in ora maris mediterranei, & ad oſtium fluvii Malacæ vulgo *Guadalquivirejo* Epiſcopalis olim ſub Hiſpalenſi, nunc ſub Granatenſi Archiepiſcopo emporium nobile.

Digitized by Google

Clemens PP.IV. An.Ch.1267.

Derogando indultis Apoſtol.

Notitiam executionis negotii ſibi mitti poſtulat.

Diſcreta commiſſio. a

non obſtante, ſi dictis Archiepiſcopo, & A Capitulo, ſeu quibuſcumque aliis a Sede Apoſtolicâ ſit indultum &c. Alioquin ex tunc hujuſmodi negotium in eo ſtatu, quo fuerit, ejuſque circumſtantias univerſas, & præſertim cauſas, propter quas dictæ partes concordare non poſſint, Nobis per veſtras litteras tenorem præſentium continentes ſeriatim, & fideliter exponere ſtudeatis; ut exinde per vos ſufficienter inſtructi poſſimus ſuper hoc adhibere conſilium, quod fuerit opportunum [a]. Quod ſi non ambo &c.

Datum Viterbii VIII. Kalendas Iunii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Epiſcopo Camerinen. *poteſtatem faciant ſe componendi cum quibuſdam laicis ſuæ Civitatis, & Diœceſis ſuper bonis Epiſcopatus ab illis occupatis, & devaſtatis ſub nonnullis tamen conditionibus.* (Reges. Vatic. epiſt.40. to.3. anni 3.)

CXXXI. Anno 1267. die 22. Junii.

CLEMENS &c.

b c

Venerabilibus Fratribus ...[b] Aſſiſinat. *&* ...[c] Nucerin. *Epiſcopis Sal., & Apoſt. Bened.*

Epiſcopi Camerin. expoſitio

d e f g

SIGNIFICAVIT Nobis Venerabilis Frater Noſter [d]... Epiſcopus *Camerinen.*[e], quod *Camerinen.*, *Sancti Severini*[f], *Tolentin.*[g], & quædam alia Communia, ac nonnulli laici Civitatis, & Diœceſis *Camerinen.* ad cor reverſi de quibuſdam locis, & diverſis bonis mobilibus, & immobilibus ad Epiſcopalem menſam ſuam pertinentibus occupatis, ſeu devaſtatis per ipſos volunt amicabiliter componere cum eodem. Quare pro parte ipſius Epiſcopi ſuppliciter petebatur a Nobis, ut faciendi cum illis compoſitionem hujuſmodi ſuper præmiſſis ſibi licentiam largiremur; maximè cum pro expenſarum defectu ei nimis eſſet difficile, quotiens immineret neceſſitas, adire Sedem Apoſtolicam; ac etiam cum illis ſub judiciorum eventu dubio litigare. Et licet fel. record. Alexander Papa [h] prædeceſſor Noſter vobis per litteras ſuas [i] ſub certâ formâ commiſerit, ut conſideratis diligentius circumſtantiis univerſis; ſi id ad profectum & meliorationem ipſius menſæ ſecundum Deum videritis efficere; præfato Epiſcopo concederetis licentiam poſtulatam: quia B tamen per hujuſmodi litteras ſuper iis nullus habitus eſt proceſſus; Epiſcopus ipſe humiliter petebat a Nobis, ut providere ſibi ſuper hoc paternâ diligentiâ curaremus. Nos itaque ipſius ſupplicationibus inclinati mandamus, quatenus, ſi eſt ita, ſuper hoc procedatis juxta dictarum continentiam litterarum; ita tamen, quòd per hoc nihil de bonis immobilibus alienari, vel diſtrahi valeat, quæ ad menſam ipſam pertinere noſcuntur.

de ſuis ſubditis nonnullis ſecum componere volentibus,

ejuſque pro facultate ad id petitio.

h i

Alexandri IV. de ea re diſpoſitio

executioni minime mandata.

Pontifex injungit id, quod ſupra.

C Datum Viterbii x. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Rogat, ut Liber Talmud, *& alii* Hæbreorum *capiantur a FF. Prædicatoribus, & Minoribus, aliiſque cognoſcendi, ac cuſtodiantur ad Sedis Apoſtolicæ determinationem.* (Ex Bullario Ord. Prædicat. to. 1. Bul.69.)

CLEMENS &c.

CXXXII. Anno 1267. die 15. Julii.

D *Cariſſimo in Chriſto Filio* ... *Illuſtri Regi* Aragonum [k] *Sal., & Apoſt. Bened.*

k

Exordium a perfidorum Judæorum ingratitudine, & reprobatione.

Thre. 1. 8.

Gen. 4. 12. 13.

DAMNABILI perfidia *Judæorum* propter ingratitudinis ſuæ vitium olim meritò reprobata; & Synagogæ dato libello repudii, ſuæ viſitationis tempus agnoſcere contemnenti; cœcus ille populus, qui peccatum peccavit juxta Jeremiæ vaticinium, inſtabilis eſt effectus; immò vagus, & profugus ſuper terram, velut fratricida Cayn, qui eje-

(a) Opportunum: At Gadicen. Sedem demum collatam fuiſſe Fr. Joanni Martini teſtatur epiſtola Nicolai III. *In diſpenſatione miniſteriorum &c*, data anno 1277. die 24. Decembris, qua eum de Gadicen. ad *Egitanien.* Eccleſiam transfert.

(b) Fratribus ..: *Nicolao* ex Ord. Min. aſſumto, ut alias.

(c) Et ..: *Philippo* Ord. S. Bened. ex Ughello tom. 1. Ital. Sac.

(d) Frater Noster ..: *Guido*, de quo Ughellus tom. 1. Ital. Sac. & nuperrimus Autor *Camerini Sacri* lib.4. cap. 6. quos tamen hoc monumentum latuit.

(e) Camerinen.: Olim Umbriæ, nunc Marchiæ Anconitanæ uni Romano Pontifici ſubjectus.

(f) S. Severini: Olim Oppidum Diœceſis Camerinen., nunc Epiſcopatus ſub Archiepiſcopo Firmano.

(g) Tolentin.: Tunc quidem Oppidum ejuſdem Diœceſis Camerinæ, ſed poſtea Civitatis titulo donatum, & Maceraten. Epiſcopatui unitum ſub præfato Archiepiſcopo Firmano a Sixto V. anno 1587.

(h) Alexander Papa: Hujus nominis IV.

(i) Litteras suas: Fruſtra deſideratas circa ann. 1261. emiſſas.

(k) Regi Aragonum: *Jacobo* Petri, & Theraſiæ al. Violantis ſororis S. *Eliſabethæ* Hungaræ filio cognomento *Victori*, quod Saracenos perſæpe profligaverit, eiſque quamplura abſtulerit; & de quo non ſemel actum eſt ſuperius, utpote ad quem plurimæ datæ fuerunt Rom. Pontificum epiſtolæ.

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1267.

ejectus fuit a facie Domini; quaſi major A eſſet ejus iniquitas, quàm ut poſſet veniam promereri. Hujuſmodi namque miſerabilis populus Patris æterni Filium Dominum Jesum Christum, qui ſecundum carnem factus eſt ex ſemine David; prout ante in Scripturis ſanctis promiſerat per Prophetas, frater ipſorum erat, & ad participium hæreditatis æternæ illos vocare venerat, tanquam ad oves, quæ perierant domus Iſrael; non ſolum

Quam impii,

nequiter negaverunt dicentes in ſua de- B ſipientia, *non eſt Deus*; verùm etiam

Pſal. 13. 1.

Matth. 27. 15.

cæſum, flagellatum, & crucifixum impiè occiderunt, ejus ſanguinem ſuper ſe, ac filios ſuos, deteſtabiliter imprecantes. Verùm cum diſperſiones Judæorum ipſorum adhuc nolint intelligere, ut benè faciant, cum ipſis ſatis humaniter agitur, quod inter Fideles abſque gravibus contumeliis vivere permittuntur. Sed ecce prava iſta generatio; dum cohabitationem ejus ſuſtinet pietas Chri- C ſtiana;

& ingrati cum Chriſtianis.

dum ipſam ex quadam benignitate receptat; ſe ingratam inde conſtituit, & nocivam; reddens pro gratia contumeliam, pro familiaritate contemptum, & pro beneficiis illa ſtipendia, quæ mus in pera, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu, ſuis hoſpitibus juxta vulgare proverbium, largiuntur. Dolentes quidem audivimus, & narramus, quod *Judæi* de Regno *Aragoniæ*; D

Judæi Aragoniæ Talmudiſtæ.

lege veteri prætermiſſâ, quam per Moyſen ſervum ſuum contulit Majeſtas omnium conditoris; quamdam legem aliam, ſeu traditionem, quam *Talamud* vocant [a],

a

falsò Dominum tradidiſſe confingunt; in cujus amplo volumine per Orbis latitudinem deſtinato, quod textum novi, & veteris Teſtamenti excedere dicitur, abuſiones ferè innumerabiles, ac deteſtabiles blaſphemiæ contra eumdem Dominum Jesum Christum, & Genitricem E ejus Beatiſſimam, continentur;

blaſphemi in Ieſum Chriſtum, ejuſque Virginem Matrem.

quorum relatio, vel auditus ſine interventu pudoris, & horroris graviſſimi vix poteſt ab aliquo ſuſtineri. Maledictiones quoque graviſſimæ, ac imprecationes horribiles, quæ ab eiſdem Judæis ingratis, & perfidis contra Chriſtianos committuntur quotidiè in dicta lege, ſeu traditione damnabili ſunt adſcriptæ.

In Chriſtianos maledici.

Quid plura? hujuſmodi, & alia deteſtanda, quæ in dictâ lege, & traditione prophanâ ſunt damnabiliter annotata, præcipua eſſe cenſentur, & cauſa propter quæ prædictus fatuus, & infidelis populus diu in ſuâ ſtetit perfidiâ obſtinatus.

Eorum perfidiæ, & obſtinationis cauſa.

Quia verò iis, & aliis eorum abuſionibus, quæ, ut accepimus, nimis excreſcunt non ſine detrimento Catholicæ Fidei, quoſque Fideles, ſed Nos præcipuè, qui conſtituti ſumus in ſpecula, ut reſiſtamus aſcendentibus ex adverſo; decet tam congruis, quam feſtinis remediis refragari: Venerabilibus Fratribus Noſtris [b]... b

Archiepiſcopo Tarraconen., & Suffraganeis ejus, Noſtris in virtute obedientiæ damus litteris [c] in mandatis, quod c

Pontifex eis obviare ſatagit,

adverſus prædictos Judæos ſuper præmiſſis prudenter, & viriliter inſurgentes, te cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum, & omnes Barones, Nobiles, & Balivos [d] d

Regni, & Terrarum tuarum moneant, & inducant attentè, Barones, Nobiles, & Balivos eoſdem ad hoc per cenſuram Eccleſiaſticam, ſi neceſsè fuerit, appellatione poſtpoſita compellendo; ut a Judæis tibi, & eis ſubditis totum *Talamud* cum ſuis additionibus, & expoſitionibus, & omnes eorum libros ipſis faciatis liberaliter exhiberi;

mandans ut Talmud, aliique eorum libri eis eripiantur,

quibus exhibitis, illos ex eis, qui de textu *Bibliæ* fuerint, & alios, de quibus nulla ſit dubitatio, quod blaſphemias, & errores contineant, ſeu etiam falſitatem, Judæis reſtituant ſupradictis. Ceteros verò ſigillis eorum, ut expedit, conſignatos, in aliquibus tutis locis, in quibus ipſis videbitur, deponant cuſtodiendos fideliter;

& cuſtodiantur

donec ſuper hiis conſulta Sedes Apoſtolica ordinet in poſterum, quid de ipſis ſit fieri opportunum. Volumus autem, quod tam examinationem librorum, quam hujuſmodi reſtitutionem, conſignationem, & depoſitionem ceterorum in præſentiâ, & de conſilio *Fratrum Prædicatorum*, & *Minorum*, aliarumque perſonarum faciant, quæ provi-

examinandi per viros litteratos, etiam Ord. Prædic. & Min.

dæ

(a) Talamud vocant: A Gregorio IX., & Innocentio IV. in Gallia, atque Honorio IV. in Anglia proſcriptum, flammiſque addictum ex Annal. Eccleſ. Raynaldi ad annum 1244. num. 40. & 41., & ad annum 1286. num. 25.

(b) Fratribus Nostris..: Jacobo &c.

(c) Damus litteris: Quæ mox ſubduntur.

(d) Balivos: Qui & Bajuli vulgo *Balì*, al. *Bailo* dicuntur; de quo titulo, ac dignitate conſulere poteris Freſnen. Gloſſarium mediæ, & infimæ latinitatis.

dæ ſint, & jam litteratæ; Proviſo attentius, ut condicto conſilio tecum, & cum aliis perſonis idoneis, prout fuerit opportunum, commiſſum eis tam pium, & ſalubre negotium taliter ordinent; ac ita prudenter, & cautè procedant in ipſo, quod id, ubicumque contingat fieri, ſimul, & eodem tempore fiat; ne Judæorum ipſorum fallacia dictos libros quomodolibet valeat occultare; ſed Noſtrum potius in hac parte mandatum, executionis votivæ plenitudinem conſequatur. Ad hoc autem dilectus Filius Frater *Paulus* dictus *Chriſtianus* [a] de Ordine Fratrum Prædicatorum lator præſentium creditur non modicum profuturus, tum quia ex Judæis trahens originem, & inter eos litteris hebraicis competenter inſtructus linguam novit, & legem antiquam; ac iſtorum errores; tum etiam quia de ſacro fonte renatus zelum habet Fidei Catholicæ; ac eruditus occurrit laudabiliter in Theologicâ facultate. Licet igitur ſuper hiis, quæ faciunt ad gloriam Divini nominis, Serenitatem tuam non credamus indigere precaminum lenimentis; eam tamen pro hujuſmodi negotio, menti Noſtræ firmiter alligato, ex intimo cordis affectu rogamus, & obſecramus in Domino Jeſu Chriſto, in remiſſionem tibi peccaminum injungentes; quatenus totum prædictum Talamud cum additionibus, & expoſitionibus ejus, ac omnes libros Judæorum ipſorum ubique per tuum Regnum, & Dominium capias, & capi facias, ac eiſdem Archiepiſcopo, & Suffraganeis adhiberi; alias in hiis, quæ ipſis circa Judæorum præſumptiones committimus, impendendo eis neceſſarium auxilium, conſilium, & favorem; itaquòd ipſi tuâ fulti potentiâ commiſſum ſibi miniſterium ad Divinæ Majeſtatis honorem exequi valeant juxta votum; ac tibi exindè felicitatis æternæ præmia, laudiſque humanæ prœconium, & favoris Apoſtolici proveniat incrementum.

Idque fiat ubicunque ſimul, & eodem tempore, & quare.

Fr. Paulus Chriſtianus O. P. commendatur.

Rogat Regem Pontifex de re ſupra dicta.

Et ut executoribus auxilium, & favorem præſtet.

Datum Viterbii Idibus Junii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

A

De eadem re. (Ex cit. BULLARIO Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 70.)

CLEMENS PP. IV. An.Ch. 1267.

CXXXIII. Anno 1267. die 15. Julii.

CLEMENS &c.

Venerabilibus Fratribus [b] ... *Archiepiſcopo* Tarraconen. [c], *&* *Suffraganeis ejus* [d] *Sal.*, *&* *Apoſt. Bened.*

DAMNABILI perfidia *Judæorum* &c. [e] decet tam congruis, quam feſtinis B remediis refragari. Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus adverſus prædictos *Judæos* ſuper præmiſſis prudenter, & viriliter inſurgentes Cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum [f] ... *Aragonum* Regem Illuſtrem, & omnes Barones, Nobiles, & Balivos Regni, & Terrarum ipſius moneatis, & inducatis attentè, Barones, Nobiles, & Balivos eoſdem ad hoc C per cenſuram Eccleſiaſticam, ſi neceſſe fuerit, appellatione poſtpoſita compellendo; ut a Judæis ſibi ſubditis totum *Talamud* cum ſuis additionibus, & expoſitionibus, & omnes eorum libros vobis faciant exhiberi; quibus exhibitis, illos ex eis, qui de textu *Bibliæ* fuerint, & alios, de quibus nulla ſit dubitatio, quod blaſphemias, vel errores contineant, ſeu etiam falſitatem; Judæis reſtituatis eiſdem: Ceteros verò ſigillis ve- D ſtris, ut expedit, conſignatos, in aliquibus tutis locis, in quibus vobis videbitur, deponatis cuſtodiendos fideliter; donec ſuper his conſulta Sedes Apoſtolica ordinet in poſterum, quid de ipſis ſit fieri opportunum. Volumus autem, quòd tàm examinationem librorum, quàm hujuſmodi reſtitutionem, conſignationem, & depoſitionem ceterorum, in præſentiâ, & de conſilio *Fratrum Prædicatorum*, & *Minorum*, aliarumque perſo- E narum, quæ litteratæ ſint, & providæ, faciatis, proviſo attentius, ut condicto conſilio cum prædicto Rege, & cum aliis perſonis idoneis, prout fuerit opportunum, commiſſum vobis tam pium, & ſalu-

(a) PAULUS DICTUS CHRISTIANUS: Catalanus, de quo Jac. Echard tom. 1. de Scriptor. Ordinis Prædicat. ad annum 1265. p. 246.

(b) FRATRIBUS ..: *Benedicto*.

(c) ARCHIEPISCOPO TARRACONEN.: In Catalaunia, Aragoniæ Regno.

(d) SUFFRAGANEIS EJUS: Tunc Barcinonen., Majoricen., Gerunden., Vicen., Hilerden., Oſcen., Tiraſonen., Calaguritan., Urgellen., Cæſarauguſt., Dertuſen., Valentin., & Pampilonem.

(e) JUDÆORUM &c.: Ut in præcedenti *Bulla* uſque ad illa verba: *Decet tam congruis, quam feſtinis remediis refragari*.

(f) FILIUM NOSTRUM ..; *Jacobum*.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1267.

ſalubre negotium, & eodem tempore fiat, ne Judæorum ipſorum fallacia dictos libros quomodolibet valeat occultare. Sed &c. [a] eruditus occurrit laudabiliter in Theologicâ facultate. Præceptum igitur Noſtrum in hac parte implere taliter ſtudeatis; ut exinde digna laudibus, & favoris argumento veſtra ſinceritas habeatur.

Datum Viterbii Idibus Julii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio [b].

Ut Electum Belvacen. *ab excommunicationis ſententia ad cautelam abſolvant*. (Ex Bullario Ordinis Prædicat. tom. 1. Bul. 71., & ex epiſt. 506. Clementis IV. in tom. 2. Theſ. Anecdot. Martene, & Durand., atque ex Reges. Vatic. epiſt. 353. to. 4.)

CXXXIV. Anno 1267. die 20. Julii.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis ... Priori Prædicatorum, & Guardiano Fratrum Minorum Beluacen. [c] *Sal., & Ap. Ben.*

Cum Electus Bellovacenſis diceretur excommunicationis ſententiæ involutus.

CUM Eccleſiæ *Beluacen.* [d] dilectum Filium R.... [e] Decanum ejuſdem juxta votum Capituli conceſſimus in Epiſcopum, & Paſtorem; quem, prout Nobis aliqui poſtea nunciarunt, quidam Conſervatores cariſſimi [f] in Chriſto Filii Noſtri C... [g] Regis Illuſtris *Siciliæ*, & ſuorum, qui ſæpe ſuo abutuntur officio, ſicut dicitur, vel excommunicaverunt; vel in Noſtram incidiſſe ſententiam publicaverunt; Nos nolentes eidem Clero ex hoc aliquod impedimentum afferri, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum eundem *Clericum* [h] tam a Noſtrâ, ſi, quod non credimus, in cauſam incidit; quam ab illorum ad cautelam abſolvatis ſententiâ. Nos autem, ſi quod electioni de ipſo factæ, vel confirmationi Noſtræ, ſeu proviſioni ſecutæ ex hac causâ parabatur obſtaculum, illud tollimus, & penitus abolemus de Noſtræ plenitudine poteſtatis.

Pontifex injungit, ut ad cautelam abſolvatur.

tollens ſi quod inſuit obſtaculum.

Datum Viterbii XIII. Kalend. Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Sodalitium S. Mariæ Confalonis *nuncupatum in urbe Roma a S. Bonaventura promotum confirmat, præmiaque Indulgentiarum cunctis Sodalibus proponit*. (Ex Autographo apud cit. Sodalitium, & inde apud Raynaldum ad hunc ann. 1267. n. 83.)

CXXXV. Anno 1267. die ...

CLEMENS &c.

SEDIS Apoſtolicæ filios laudavimus, quod ſicut nuper accepimus, nonnulli Romanorum eorundem [i] devotis animis ordinarunt [k], ut ter in anno ſuis debeant Sacerdotibus confiteri, & totidem vicibus ſumere Corpus Domini reverenter. Talis itaque diſpoſitio digno meruit patrocinio, digniſque ſuſtentari ſuffragiis, ut eò plurimorum cordibus applicetur, quò fructus inde præſumitur majoris gratiæ provenire. O beata confeſſio mater veniæ poſt naufragium tabula ſalutaris, quæ cadentem reſurgere facit, & ducit ad portum de ipſis fluctibus delictorum! O guſtus ſuaviſſimus ſpiritualium epularum, quibus nullus ſatiari potuit, nec pati de ſatietate faſtidium! ſed eorum exiſtit unuſquiſque tantò capacior, quantò ex his fecundius deguſtabit. Hæc quidem ſumuntur, & ſumen-

(a) Sed &c.: Ut in præcedenti *Bulla* uſque ad illa: *eruditus occurrit laudabiliter in Theologica facultate*.

(b) Hanc Conſtitutionem attulit, & confirmavit Joannes XXII. anno 1320. alia Conſtitutione incip. *Dudum fel. record. Clemens IV. &c.* apud tom. 2. Bullarii Ord. Prædic. n. 28. p. 149. ex Raynaldo ad eum ann. n. 24.

(c) Fratrum Minorum Beluacen.: Ubi locum habebant Minoritæ, eſtque 5. *Cuſtodia* Viromandiæ in Provincia *Franciæ* apud Autorem Polychronici, & Barthol. Piſanum Conform. XI.

(d) Eccleſiæ Beluacen.: Al. Bellovacen. vulgo *Beauvais* in Inſula Franciæ ſub Archiepiſcopo Remenſi.

(e) R...: *Reginaldum de Nantolio*, de quo Jacobus a Vitriaco lib. 3. Hiſt. Occident., Matthæus Pariſ. Hiſt. Anglic., & Sanmarthani in Gallia Chriſtiana tom. 10.

(f) Cariſſimi: Ita Codex Martene, & recte; *Reverendiſſimi* habet alter Bullarii Ord. Prædicat., & perperam.

(g) C..: Nempe *Caroli* Andegavenſis utriuſque Siciliæ Regis.

(h) Eundem Clericum: Nempe Electum Bellovacen. Antiſtitem.

(i) Romanorum eorumdem: Ex his liquet huic epiſtolæ deeſſe principium, cum de *Romanis* ſermo nullus præceſſerit; neque clarè patet, cui directa fuerit hæc Conſtitutio.

(k) Ordinarunt: Fatetur Raynaldus cit. præſens diploma ſervari apud Sodales *S. Mariæ Confalonis* nuncupatos, quibus anno 1264. *S. Bonaventuram* non Inquiſitorem Generalem S. Officii, ſed Miniſtrum Generalem Ordinis Minor. leges dediſſe, & habitum ſcribit Octavius Panciroli Canon. in *Theſauris reconditis urbis Romæ* Regione VI. Pontis Eccl. XIV. *SS. Petri & Pauli Confalonis*; eiſque nomen *Commendatorum S. Mariæ* indidiſſe, qui poſtea curſu temporis vulgo dicti fuerunt *Confalonis* a vexillo, ut ibi narratur. Etiam Thomas Bozius lib. 9. de Sign. Eccl. cap. 5. tradit, *S. Doctorem* Seraphicum primum fuiſſe, qui inſtituerit e laicis Sodalitates, ut ad opera pia ſtatis diebus convenirent ſimul certaſque preces recitarent, ac Præfectos perpetuo ſucceſſionis tenore deligendos haberent; & primò Romæ hanc *Confalonis Archiconfraternitatem* circiter annum prope MCCLXX.

Digitized by Google

A mentem poſſident, & aſſumunt; pellunt formidinem, ſecuritatem adjiciunt, & extinctis vitiis Divina munera largiuntur. Intendentes igitur, ut prædicti Chriſtifideles ad eumdem vivendi modum eò ferventius accendantur, quò ſenſerint & hæc dona ſuſcipere potiora: Univerſis Civibus Romanis, & in Urbis diſtrictu ſpecialiter conſtitutis, & pœnitentibus, ac modo prædicto confeſſis, ac dignè recipientibus Dominicum Sacramentum ſingulis vicibus, quibus illud B acceperint tàm præſentibus, quàm futuris de Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi *centum dies* de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

a Datum Viterbii ... [a], Pontificatus
b Noſtri Anno Secundo [b].

Ut Chriſtiani apoſtatæ, & ad ritum Judaicum *ſe transferentes puniantur*. (Ex Bullario Romano tom. 1. Bul. 14. al. tom. 3. Bul. 23., & Ordinis Prædic. to. 1. Bul. 73. Clem. IV., atque ex Campegio Addit. ad cap. 36., Tractatus Zanchini *de Hæreticis*.)

CXXXVI. Anno 1267. die 27. Jul.

CLEMENS &c.

Dilectis filiis Fratribus Prædicatorum, *&* Minorum *Ordinum* Inquiſitoribus *hæreticæ pravitatis auctoritate Sedis Apoſtolicæ deputatis, aut in poſterum deputandis Sal., & Apoſt. Bened.*

Narratio facti, cauſaque ſcribendi, atque mandandi.

TURBATO corde audivimus, & narramus, quòd quamplurimi reprobi *Chriſtiani* veritatem Catholicæ Fidei abnegantes ſe ad ritum *Judaicum* damnabiliter tranſtulerunt; quod tantò magis reprobum fore dignoſcitur, quantò ex hoc nomen Christi ſanctiſſimum quadam familiari hoſtilitate ſecuriùs blaſphematur. Cum autem huic peſti damnabili, quæ, ſicut accepimus, non ſine ſubverſione prædictæ Fidei nimis excreſcit, congruis, & feſtinis deceat remediis obviari: Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus infra terminos vobis ad inquirendum contra hæreticos auctoritate Sedis Apoſtolicæ deſignatos [c] ſuper præmiſſis tàm per Chriſtianos, quàm etiam per Judæos inquiſitâ diligenter, & ſolicitè veritate, contra *Chriſtianos*, quos talia inveneritis commiſiſſe, tanquam contra hæreticos procedatis [d]; *Judæos* autem, qui Chriſtianos utriuſque ſexus ad eorum ritum execrabilem hactenus induxerunt, aut inveneritis de cætero inducentes pœnâ debitâ puniatis: Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo; invocato ad C hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii Secularis.

Mandat Pontifex, ut ſupra.

Judæi etiam puniendi.

e Datum Viterbii vi. Kalendas [e] Au-
f guſti, Pontificatus Noſtri Anno Tertio. [f]

Ut Novitii *ad ſeculum revertentes, & varios vitæ ſtatus amplectentes, aut redire, aut ad alium Ordinem ſe transferre cogantur*. (Ex Firmamentis trium Ordinum par. 2. tract. 2. fol. 6., & ex Speculo Minorum tract. 2. fol. 59.)

CXXXVII. Anno 1267. die 31. Auguſti.

CLEMENS &c.

D *Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis Sal., & Apoſt. Ben.*

EX parte dilectorum Filiorum Miniſtrorum Ordinis *Fratrum Minorum* fuit propoſitum coram Nobis &c. [g]

g

h Datum Viterbii II. Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio. [h]

Tranſ-

(a) Viterbii: Apud cit. Raynaldum non habetur dies, nec menſis, quibus ſit emiſſum diploma; tamen nonniſi poſt diem 22. Februarii editum fuit, quo annus tertius Pontificatus Clementis IV. incœpit.

(b) Cum autem ajunt, hoc primum laicorum *Sodalitium* fuiſſe, cui vulgo *Confraternitas* nomen eſt; itaque piorum opera effloruiſſe, ut hujus exemplo condita alia pia *Sodalitia*, & a Summis Pontificibus accendendæ pietatis ergo approbata, ac propagata eſſe, quæ recenſet laudatus Pancirolus: aut loquuntur de Romanis Confraternitatibus; aut de eorum propriis ſtatutis, aliiſque rationibus; nam edidimus diplomata Alexandri IV. ſub num. 380. 381. & 382. ac 410. de *Confraternitatibus* B. Mariæ, Beatique Franciſci *Balneoregii*, *Auximi*, & *Recineti* ante diem 8. Novembris anni 1257., & ante diem 9. Martii anni 1258. *Tuſcana* erectis; ſed & in novo Ord. Prædicat. Bullario tom. 1. legimus diplomata ejuſdem Alexandri IV. eodem an. 1258. die 26. Junii, & 1259. die 23. Januar. data *Confraternitatibus Patavii*, & *Placentiæ* in Italia conſtitutis.

(c) Designatos: Ab Innocentio IV. ex ejus epiſtola 560. *Cum ſuper Inquiſitione &c.* anno 1254. die 2. Junii ſcripta, aliiſque pluribus in primo hujus Bullarii tomo relatis.

(d) Procedatis: Juxta id, quod habet Eymericus in Directorio Inquiſitorum par. 2. qu. 44.

(e) vi. Kalend.: vII. *Calen.* habet cit. Campegius.

(f) Meminit hujus Conſtitutionis Spondanus in Continuat. Annal. Eccleſ. ad hunc annum n. 12., eamque confirmavit B. Gregorius X. Kal. Martii ann. 1274., addita Judæorum apoſtaſia; & Nicolaus IV. ann. 1288. die Nonis Septembris.

(g) Coram Nobis &c.: Ut in Conſtitutione anno ſequenti die 31. Januarii edita.

(h) Hæc Conſtitutio data eſt *Archiepiſcopis*, & *Epiſcopis* indiſcriminatim; altera vero memorata diei 31. Januarii *Archiepiſcopis*, *& Epiſcopis per Italiam conſtitutis*. Porrò Conſtitutionis hujus meminit Petrus de Alva in Indic. Bull. Seraph., ſed non recte ait incipere *Venerabilibus*.

Digitized by Google

CLEMENS PP.IV. An.Ch. 1267.

CXXXVIII.
Anno 1267. die 17. Septembris.

Transfertur e Famauguſtana ad Ægitanien. *Eccleſiam*. (Ex Reges. Vatic. epiſt.98. apud Waddingum in Regeſ.Pontif. n.18.)

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri Valaſco [a] *Epiſcopo Famaguſtan.* [b] *in Epiſcopum* Egitanien. [c] *Electo Sal., & Apoſt. Benedictionem.*

Exordium a Miniſtrorum Eccleſiarum diſpenſationis conſideratione,

IN diſpenſatione Miniſtrorum [d] Eccleſiæ Dei nobis creditâ potiſſimum Nos conſiderare expedit tempus, cauſam, perſonam, & locum, ſecundum quæ pro emergentibus negotiis interdum nova ſunt conſilia capienda, & prout ipſis [e] neceſſitas, vel cauſæ poſcit utilitas, nunc per aſſumptionem, nunc per translationem providam a Sede Apoſtolicâ locorum ſollicitudines ſunt impendendæ perſonis; & locis perſonarum miniſteria providenda; ut ex perſonarum induſtriâ locorum creſcat utilitas; & ex opportunitate locorum fructificatio perſonarum.

Egitanien. Eccleſia vacat,

Sanè *Egitanien.* Eccleſia per mortem bonæ memoriæ [f] Egitanien. Epiſcopi, qui nuper apud Apoſtolicam Sedem viam extitit univerſæ carnis ingreſſus, paſtoris ſolatio deſtituta; Nos de ipſius Eccleſiæ ordinatione ſollicitè cogitantes; ac talem illi cupientes præeſſe Pontificem, de quo certam habeamus notitiam, quòd ipſum clara meritorum ſuorum inſignia redimerent; nec dubia eſſet ipſius caritas erga plebem ſuo regimini commendandam; & in cujus Fide fida recumberet ſecuritas ſubdictorum; in te direximus oculos noſtræ mentis quem Nobis, & Fratribus noſtris de litterarum ſcientiâ, morum maturitate, prudentiâ, ſpiritualium, & temporalium providentiâ familiaris experientia noſcitur approbaſſe.

confertur Fr. Valaſco, quem & valde commendat,

Quapropter de perſona tua volentes eidem Eccleſiæ ſpeciali diligentiâ providere, ſperando te proviſioni hujuſmodi conſentire; ac Eccleſiam ipſam perpetuæ circumſpectionis induſtria præſervari a noxiis, & in proſperis ſalubriter augmentari; te de prædictorum Fratrum Noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis a vinculo, quo tenebaris, *Famaguſtanæ* Eccleſiæ; cujus laudabiliter praes regimini, abſolventes; ac ad predictam *Egitanien.* transferentes Eccleſiam; te ipſi Egitanien. Eccleſiæ in Epiſcopum concedimus & Paſtorem, liberam tibi dantes licentiam ad eamdem Egitanien. Eccleſiam tranſeundi.

a Famauguſtanæ Eccleſiæ vinculo abſolvit,

Volentes ut tunc demum, & in eo caſu dumtaxat hæc omnia robur obtineant firmitatis; cum ut abſolutionem, translationem, & conceſſionem hujuſmodi acceptans, & tuum ipſis præbueris expreſſè conſenſum. Quocirca Fraternitatem tuam rogamus, monemus, & hortamur attentè mandantes, quatenus præmiſſa omnia providâ meditatione conſiderans, & acceptans eis præbeas tuum expreſsè conſenſum; & humiliter ſuſcipiens impoſitum a Domino tibi onus; ac ad prædictam Eccleſiam *Egitanien.* accedens ejus ſollicitam curam geras, gregem Dominicum in illâ tibi commiſſum doctrinâ verbi, & operis informando, ita quòd dicta *Egitanien.* Eccleſia ſub tuæ diligentiæ ſtudio laudabilius auctore Domino ſpiritualiter, & temporaliter proficiat incrementis.

& hortatur, ut Egitanien. regimen acceptet.

Ceterum, ſi acceptaveris ſupradicta, ipſiſque conſenſeris, dilectis Filiis Capitulo ipſius *Famaguſtan.* Eccleſiæ ex parte Noſtrâ diſtrictius inhibere procures; ne ipſi ad electionem, vel nominationem, ſeu poſtulationem Paſtoris eidem *Famaguſtan.* Eccleſiæ præficiendi quoquo modo procedant. Nos enim, ſi te acceptare præmiſſa, eiſque conſentire contigerit; ex tunc ordinationem ipſius *Famaguſtan.* Eccleſiæ Sedi reſervamus prædictæ; ac irritum, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper hoc fuerit attentatum.

Commiſſio de Famauguſtana Sede, quam ſibi Pontifex reſervat.

Quid quid autem ſuper his duxeris faciendum, Nobis per tuas litteras

Et feſtinum reſponſum expoſcit.

(a) Fratri Valasco: Quem præter alias ad varios Principes Legationes pro Sede Apoſtolica obitas ultimo Urbanus Papa IV. miſit ad *Manfredum* Principem Tarentinum ex ejuſdem Pontificis epiſtola *Olim in die Cœna Domini &c.* anno 1262. die 3. Idus Novembris data.

(b) Episcopo Famaugustano: In Regno Cypri ſub Archiepiſcopo Nicoſienſi anno 1570. a Turcis expugnata; ſed huic Sedi Valaſcus fuit promotus ann.1265. ex epiſt. *In confectione &c.* anno eo die 25. Auguſti data.

(c) Egitanien.: Al. *Igaditanien.* vulgo *Edania* al. *Edania*, & *Idanha*, quæ modo vicus eſt obſcurus in feraciſſima regione Luſitaniæ in confinio Extremaduræ tunc autem erat Epiſcopali dignitate ſub Archiepiſcopo Bracarenſi fulgens, cujus Sedes ad urbem *Guardia* translata fuit ad 6. leucas.

(d) Ministorum: Al. *Miniſteriorum*.

(e) Ipsis: Al. legitur *temporis*, & melius.

(f) Bonæ memoriæ: R. forſan *Raymundus* ex litteris B.Gregorii X. *De Regno Portugallia &c.* apud Raynaldum ad annum 1275. n.21. a nobis infra ſuo loco dandis, in quibus & præſens Epiſcopus inter alios Antiſtites illius Regni oppreſſos memoratur; ut & in litteris *Scire debes &c.* anno 1273. apud cit. Raynaldum n. 25.

Digitized by Google

a

teras harum ſeriem continentes ſtudeas celeriter intimare; ut ſuper hoc quod expedire viderimus utiliter diſponamus [a]. A

Datum Viterbii xv. Kalend. Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

De promovendis ad Epiſcopatum commendatis ſibi a Rege binis Fratribus Ord. Minorum; & de rebus ad Regem, & Conradinum attinentibus. (Ex MARTENE, ET DURAND. in tom. 2. Theſau. novi Anecdot. epiſt. 548. Clementis IV. col. 536., & ex REGES. VATIC. epiſt. 390. tom. 4.) B

CXXXIX. Anno 1267. die 26. Octobris.

CLEMENS &c.

b

Venerabili Fratri [b] . . . *Epiſcopo* Albanenſi *Apoſtolicæ Sedis Legato Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Regis Siciliæ ſollicitatio pro Fratribus ad Infulas promovendis.

c d e

INQUIETAMUR inceſſanter a Rege [c] pro Fratre P. de *Corneliaco* [d], & *Olivario* [e] Minorum Ordinis Cathedrandis; & inculcanter nuncii, & ſupplicationes exaggerantur in menſem; nec reciperent qualeſcunque Eccleſias, ſed opulentas expectant. Reſcribat Nobis tua Fraternitas, ubi eos collocare poſſemus. C

f g

Rex [f] adhuc eſt in Tuſcia; *Corradinus* [g] Tridenti, ubi creſcit ejus ſocietas; & timemus, ne creſcat amplius, quia ejus avunculi Duces Bavariæ cum Rege Bohemiæ [h] pacem habent; ſicut Rex ipſemet Nobis ſcripſit. Mediolanenſes autem cum parte ſuâ veniunt Brixiam in manu validâ, qui ad certamen ſe offerunt D

Corradini in Italiam deſcenſus.

h

cum eodem; nec creditur, quòd invitis eiſdem intrare valeat Lombardiam [i].

Datum Viterbii vII. Kalendas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio [k].

i k

Jubet, ut in Arauſicen. Avenion., & Vaſionen. *Diœceſibus* Inquiſitorem *contra hæreticam pravitatem conſtituat cum facultatibus &c.* (Ex AUTOGRAPHO Archivi Conventus S. Franciſci Avenionen.)

CXL. Anno 1267. die 20. Novembris.

CLEMENS &c.

Dilecto Filio .. Miniſtro Provinciali Fratrum Ordinis Minorum in adminiſtratione Provinciæ [l] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

l

Exordium.

PRÆ cunctis Noſtræ mentis deſiderabilibus Catholicæ incrementum *Fidei* affectantes &c. [m] Sanè, licet ubilibet Sedis Apoſtolicæ diligentia contra talium doloſam aſtutiam, ne diffuſius hujuſmodi ſerpat morbus, remedium libenter adhibeat opportunum, in *Auraſica* [n] tamen dilectorum Filiorum R. Principis ejuſdem, & Commendatoris Jeroſolymitani dominio ſubjectâ, & Inquenarum, Cammareti, Travellan. Serignan., Curtodenis, Gigundatii, Deteolleta, Cartris, & eorum Confinibus *Arauſicen.*, *Avenionen.* [o] & *Vaſionen.* [p] Diœceſum dicti Principis dominio ſubjectis cupientes anxiè, ut negotium *Fidei* jugi profectu, eliſis omnino quibuslibet erroribus, fortius convaleſcat; ad hoc per vos & alios ſtudemus attentius vigilare.

m

n

In Principatu Auraſicen., ejuſque finibus graſſatur hæreſis.

o p

 Provi-

(a) DISPONAMUS: Acceptavit *Valaſcus* Egitanien. Eccleſiam inter alias oppreſſam, eamque rexit uſque ad annum 1277., quo apud Sedem Apoſtolicam Viterbii, aut Romæ ex hac vita migravit ex epiſtola Nicolai III. eo anno die 24. Decembr. data; qui *Joannem Martini* ejuſdem Ordinis e Gadicen. ad *Ægitanien.* ſedem tranſtulit.

(b) FRATRI: *Rodulpho* Gallo pluribus pro Sede Apoſtolica Legationibus egregiè functo ex Ciacconio, & Ughello tom 1. Ital. Sac.

(c) A REGE: *Carolo* Andegavenſium Duce S. Ludovici Francorum Regis fratre germano, & ab Urbano IV. anno 1264. nominato Siciliæ, & Hieruſalem Rege, annoque 1266. a Clemente IV. Romæ coronato per quoſdam Cardinales.

(d) P. DE CORNELIACO: qui ineunte anno ſequenti nondum promotus fuerat ex litteris *Licet de quibuſdam &c.* eo anno die 14. Januarii eidem S. A. Legato datis.

(e) ET OLIVARIO: Forſan ad Epiſcopatum *Aſculen.* in Apulia Daunia a ſupradicto Epiſcopo Albanenſi evecto; ut in ſupra citatis litteris *Licet Noſtris tibi &c.* innuitur, in quibus tamen nomen Epiſcopi reticetur; conjicimus tamen, utrumque Gallum fuiſſe, ac illuſtri familia.

(f) REX: Carolus ſupra commemoratus in Tuſcia *pacis ſervator* conſtitutus a Pontifice, ùt apud Raynaldum ad hunc annum num. 7. & 9.

(g) CORRADINUS: Nepos Friderici II. olim Imp., & filius Conradi ejuſdem Imp. filii, anno ſequenti a Carolo victus, belloque profligatus.

(h) REGE BOHEMIÆ: Othachero Premislao, quòd ex hac epiſtola refert & Raynaldus ad hunc ann. n. 4.

(i) LOMBARDIAM. Quam tamen ingreſſus eſt anno ſequenti Verona Papiam ſe conferens ex ipſius Pontificis epiſt. ad Regem Bohemiæ.

(k) Hujus epiſtolæ ex Regeſto Vaticano meminit Petrus de Alva, & Aſtorga in *Indiculo* Bullarii Seraphici ſub ann. 1266., ſed valde mendoſe; atque hic etiam ſine principio, & ſine fine videtur.

(l) PROVINCIÆ: Vulgò *Provenza*, cujus Miniſtro idem Pontifex jam anno 1265. die 29. Septembris ſimile munus injunxit binos contra hæreſes Inquiſitores inſtituendi in hac Gallica Provincia, Terriſve Caroli Regis Siciliæ, ut ſupra ad eum annum & diem apparet, & videre eſt fol. 38.

(m) AFFECTANTES &c.: Ut in ſupradicta *Bulla* anno 1265. die 29. Septembris emiſſa uſque *cognoſcimus conſpirare*.

(n) IN AURASICA: Al. in *Arauſica* Diœceſi vulgò *Oranges* ſub Archiepiſcopo Arelatenſi olim *Principatus* gentis Noſſoviæ ex Baudrando, nunc Regiæ ditionis.

(o) AVENIONEN.: Ubi ſedem poſuerunt Inquiſitores hæreſum.

(p) VASIONEN.: Vulgò *Vaiſon* Epiſcopatus nunc ſub Avenionenſi Archiepiſcopo.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch.1267.

Pontificis proviſio,

Providimus igitur in eiſdem locis ad præſens perſonam aliquam circumſpectam pro tanto negotio deputari cujus honeſta converſatio exemplum tribuat puritatis; & doctrinam fundant labia erudita ſalutarem; ut ſacro ipſius miniſterio præfata loca prorſus ab hujuſmodi contagiis expurgentur.

mandans, ut ſupra.

a Verùm &c.[a] Eligas unum de Fratribus ejuſdem Ordinis tuæ Provinciæ idoneum ad hujuſmodi opus Dominicum exequendum, eique &c. Ut Inquiſitionis officium in locis prædictis contra hæreticos, credentes, fautores, defenſores, & receptatores eorum juxta formam in aliis litteris expreſſam, quas Fratri prædicti Ordinis Inquiſitori hujuſmodi pravitatis in eiſdem locis deputato authoritate Apoſtolicâ, & in poſterum deputando, non expreſſo alicujus nomine ſuper exequendo dicto Inquiſitionis officio

b deſtinamus[b], ſtudeat exequi diligenter. Nos enim prædictum *Fratrem*, quem ad hoc elegeris, præfatum officium exequi juxta formam in litteris ipſis ex-

c preſſam &c.[c]

Datum Viterbii xI. Kalend. Decemb. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Bona quædam ſtabilia Girardini Candelerii *Vulſinien. defuncti relicta, & inculta eis concedit*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 139. tom. 3. anni 3.)

CXLI.

Anno 1267. die 9. Decembris.

CLEMENS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii Sancti Laurentii[d] Urbevetan.[e] *Ordinis Sanctæ Claræ Sal., & Apoſtol. Bened.*

d e

Exordium.

Speciali gratiâ, & favore vos illâ de causâ dignas potiſſimè reputamus, quia in paupertatis habitu elegiſtis pauperem Chriſtum ſequi.

Sanctimonialium Clariſſ. Urbevet. relatio

Ex parte ſiquidem veſtrâ fuit propoſitum coram Nobis, quòd quondam Girardinus Huguitionis

A *Candelerii* de *Bulſeno*[f] Laicus Urbevetan. Diœceſis de bonis ſuis in voluntate ultimâ condidit teſtamentum, in quo duos filios ſuos pupillos ſibi hæredes inſtituit; & ſi contingeret filios ipſos ſine liberis decedere, omnia bona ſua indiſtinctè, non expreſſis aliquibus perſonis vel locis, mandavit pauperibus erogari.

f

de Girardini Candelerii teſtamento,

Verùm extante conditione hujuſmodi, *Conſtantia* relicta ipſius Girardini Mater pupillorum ipſorum nupſit nobili viro

deque prava ejus Uxoris de illo diſpoſitione;

B *Jordano* de *Civitella* Balneoregen. Diœceſis[g], cui de facto in dotem omnia bona tradidit ſupradicta.

g

Porrò Venerabilis Frater Noſter[h].. *Urbevetan.* Epiſcopus loci Diœceſanus tanquam Procurator pauperum ſuper bonis prædictis movit nobili, & relictæ præfatis[i] apud Sedem Apoſtolicam quæſtionem, & contra eos obtinuit diffinitivam ſententiam promulgari.

h

contra quam egit, & obtinuit Epiſcopus Urbevet.

i

Sanè quædam Domus poſitæ in *Bulſeno* inhabitatæ, & poſſeſſio-

Earum Clariſſ. ſupplicatio pro nonnullis bonis ejuſdem teſtatoris;

C nes, hortus, & pratum ſita in pertinentiis ejus, quæ ſunt de bonis ejuſdem, inculta remanent; cum non ſit aliquis, qui domos ipſas inhabitare; ac poſſeſſiones, hortum, & pratum hujuſmodi colere audeat propter potentiam nobilis ſupradicti. Quare Nobis humiliter ſupplicaſtis; ut cum domus, poſſeſſiones, hortus, & pratum prædicta in Noſtra diſpoſitione conſiſtant; ea vobis ad relevandam veſtram inopiam conferre de be-

D nignitate Apoſtolicâ curaremus.

cui Pontifex annuens concedit ut ſupra.

Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, præmiſſis veris exiſtentibus, domos, poſſeſſiones, hortum, & pratum prædicta vobis auctoritate præſentium conferimus, & donamus.

Addita conditione.

Nolumus tamen per hoc alicui, qui ſe in prædictis bonis jus habere contendat, in jure ſuo præjudicium generari.

Clauſula prohib. &c.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ col-

E lationis, & donationis infringere &c.

Datum Viterbii v. Idus Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Ut

(a) Verum &c.: Ut in ſupradicta *Bulla* ann. 1265. uſque *tui Ordinis*.

(b) Destinamus: Quæ tamen ad nos non pervenerunt.

(c) Expressam &c.: Ut ſupra uſque ad finem, ſeu *Datum &c.* mutatis mutandis.

(d) Monasterii S. Laurentii: *Inter Vineas* nuncupati in diplomate 177. Gregorii IX. *Religioſam vitam &c.* anno 1235. die 23. Julii edito; & de quo in epiſt. 39. Urbani IV. *Olim felicis recordationis &c.* anno 1262. 24. Julii data.

(e) Urbevetan.: Vulgo *Orvieto* in colle Hetruriæ, ditioniſque Pontificiæ in finibus ditionis Magni Ducis Hetruriæ.

(f) Bulseno: Al. *Volſinio*, ac *Vulſino* Tuſciæ oppido in Patrimonio S. Petri, & limite agri Urbevetani, nec longe a Monte Flaſcone.

(g) Balneoregen. Diœcesis: In Tuſcia, & S. Petri Patrimonio vulgo *Bagnarea* inter Urbem veterem, & Montem Flaſconem.

(h) Frater noster..: *Conſtantinus* Medices Florent. O. P. ex Ughello tom. 1. Ital. Sac.

(i) Nobili, et relictæ præfatis: Nempe Jordano, & Conſtantiæ.

Digitized by Google

Ut ſecum deliberent, quid magis ſibi expediat, an Fratres Minores benevolè admittere, an Sedis Apoſtolicæ præſtolari cenſuram. (Ex REGES. VATIC. epiſt.406. to.4. inter litteras extravag. apud WADDINGUM in Regeſto Pontif. num.20., & MARTENE tom.2. Theſau. Anecdot. epiſt.564. Clementis IV.)

CXLII. Anno 1267. die 11. Decembris.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis... Abbati, & Conventui Monaſterii[a] *.. Sal., & Apoſt. Ben.*

a

Expoſitio facti.

ORTA dudum inter vos, & dilectos Filios,... Priorem, & Conventum *Cariloci*[b] ex parte unâ, & dilectos Filios... Miniſtrum, & *Fratres Minores* Burgundiæ ex alterâ occaſione domus cujuſdam, quam in villa *Cariloci* acquiſiverant[c]; in qua ſibi manſionem elegerant pro ſalute Fidelium, quibus inibi poſſe multum proficere ſe credebant, vobis, & dilectis Monachis *Cariloci* verbis, & factis ſimiliter opponentibus vos eiſdem, gravis materia quæſtionis; pro hujuſmodi tollendâ diſcordiâ olim multa a.fel. record. ALEXANDRO, & URBANO[d] Romanis Pontificibus prædeceſſoribus Noſtris, diverſa, & ſub diverſis formis noſcuntur emanaſſe reſcripta[e]. Sed & cariſſimus in Chriſto Filius Noſter *Ludovicus Rex* Francorum Illuſtris, & plures alii magni viri plurimum laborarunt. Nos inſuper, cum minori fungeremur officio, ad hoc dedimus opem & operam, quas potuimus, ſed pax hactenus nulla potuit inveniri. Sanè nuper dilecto Filio N.[f], &... Fratrum Minorum Burgundiæ Procuratoribus in Noſtrâ præſentiâ conſtitutis, ſuſtinere noluimus inter eos ordinari judicium; ſed ex Noſtro dumtaxat officio indulgentias, & reſcripta, quibus poterant ſe juvare, Nobis fecimus exhiberi; quibus diligenter inſpectis, quamvis magnum favorem exprimerent, quem ad Fratrum Minorum Ordinem Apoſtolica Sedes habuit, cujus judicio ſpecialiter regitur totus Ordo, Nos

b

c

Inter Monachos Cariloccn. & Fratres Minores controverſia.

d

Intermedii quinam ad quæſtionem terminandam.

e

f

Judicium Pontifex vetat.

Fratribus Minoribus favet Sedes Apoſtol.

Clemens PP. IV. An.Ch.1267.

A nihilominus advertentes, quòd & vos eſtis Romanæ Eccleſiæ filii ſpeciales, procedendum non duximus ad contentionem hujuſmodi finaliter dirimendam, ſed volumus, quod ſuperſedeant dilecti *Fratres*[g] a prædicti proſecutione negotii; donec illud Nobis placuerit ordinare. Cum igitur iidem *Fratres* Noſtris per omnia beneplacitis æquanimiter ſe coaptent; devotioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus & vos,

B & eos de charitatis viſceribus affluentes, deliberetis vobiſcum, quid magis vobis deceat, quid & magis vobis expediat; an benevolè *Fratres* admittere certis pactis adhibitis; an Sedis Apoſtolicæ præſtolari cenſuram; quæ peculiari gregi ſuo compatiens multo forſan tempore ſuſtinere non poterit ſuorum ſcandala puſillorum.

g

Pontificis in hac re diſpoſitio.

& parti adverſæ ſuaſio.

Datum Viterbii II. Idus Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

C *Ut denuncient publicè excommunicatos, qui retinent apud ſe* Apoſtatas *Ordinis, aut illis favent.* (Ex RODERICO in Bullario Regul. Bull.15., & apud WADDINGUM in Regeſto Pontif. num.19., Firmamentiſque trium Ordinum par.2. tract.2. fol.58. ex Apographo Pariſien.)

CLEMENS &c.

CXLIII. Anno 1267. die 15. Decembris.

Venerabilibus Fratribus univerſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis Filiis Abbatibus, Prioribus, Archipresbyteris, Decanis, Archidiaconis, Plebanis, & aliis Eccleſiarum Rectoribus, ad quos iſtæ litteræ pervenerint Sal., & Apoſt. Bened.

D

CUM, ſicut ex parte dilectorum Filiorum.. Generalis, & Provincialium Miniſtrorum Ordinis *Fratrum Minorum* fuit propoſitum coram Nobis, quòd nonnullæ perſonæ Eccleſiaſticæ Seculares, & Regulares *Apoſtatas* ejuſdem

E Ordinis, qui poſt profeſſionem in ipſo Ordine factam ad ſeculum revertuntur, quoſdam videlicet in Religionis habitu,

Fratrum expoſitio, atque poſtulatio.

(a) MONASTERII.. : *Cluniacenſis* habet epiſtola apud ſupraælatum Martene, Abbatiæ celebris Diœceſis Matiſconen., a qua Civitate 4. leucis diſtat.

(b) CARILOCI : In Burgundia, Provinciaque Lugdunenſi a *Cluniaco* Monaſterio 6. leucis diſtantis in Diœceſi Matiſconen. vulgo *Charolles* al. *Carlocè*.

(c) ACQUISIVERANT : Quo anno, & a quibus locus *Cariloci* datus ſit Fratribus Minoritis, incompertum; eſt autem 3. locus *Cuſtodiæ Lugdunen.* in Provincia Burgundiæ apud veterem Autorem Polychronici, & Barthol. Piſanum Conform. XI., & veriſimile putatur, ſub Alexandro IV. Ordini perveniſſe.

(d) ALEXANDRO, ET URBANO : IV. hujus nominis.

(e) RESCRIPTA : Quæ tamen deſiderantur, ſed memorantur in epiſt. Nicolai III. *Olim ex relatione &c.* anno 1280. Idibus Febr. ſcripta.

(f) N. : *Abbate Cluniacenſi* habet cit. epiſtola apud Martene.

(g) DILECTI FRATRES : Nempe Ord. Minorum.

Digitized by Google

CLEMENS PP.IV. An.Ch. 1267.

aliquos verò in ſeculari ſecum, aut in ſuis obſequiis, vel Eccleſiis, ſeu Monaſteriis detinere præſumunt in animarum ſuarum diſpendium, in injuriam prædicti Ordinis, & ſcandalum plurimorum. Nos volentes ſuper his paternâ ſollicitudine providere, Univeſitati veſtræ ad inſtar fel. record. ALEXANDRI PAPÆ prædeceſſoris Noſtri [a] per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus ſinguli Veſtrum cum a Fratribus requiſiti fueritis, omnes illos cujuſcumque conditionis exiſtant, qui hujuſmodi Apoſtatas, poſtquam per Miniſtros, Cuſtodes, ſeu Guardianos prædicti Ordinis, quorum ſunt curæ commiſſi, excommunicati publicè fuerint, a ſe non rejecerint, ſed ſcienter eos ſecum, aut in ſuis obſequiis, vel Eccleſiis, vel Monaſteriis retinuerint, vel eis in hoc auxilium præſtiterint, vel favorem, cum ipſis communicando taliter in crimine hujuſmodi criminoſos poſt latam in eos *excommunicationis* ſententiam ſimili ſententiâ involvantur; denuncietis *excommunicationis* vinculo innodatos. Contradictores &c. (*uſque*) compeſcendo: Non obſtante, ſi a Sede Apoſtolicâ ſit indultum, quod interdici &c. (*uſque*) mentionem.

a Pontifex conſulit, & mandat ut ſupra.

Clauſula derogatoria.

Datum Viterbii XVIII. Kal. Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Electi Treviren. *crimina recenſet, reſponſiones excutit, eumque* ſuſpenſione *mulctat officii, ac beneficii*. (Ex VATIC. REGESTO PONTIF. epiſt. 134. to. 3. anno 3., & apud AUTOREM de Geſtis Archiepiſcoporum Treviren. n. 253.)

CXLIV.
Anno 1267. die 19. Decembris.

CLEMENS &c.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a Prælatorum malitia.

A Via rectitudinis plures ducit in devium; plures a Patrum terminis trahit in exterminium effrons malitia Prælatorum, qui de ſuâ præſumentes potentiâ, dum peccandi ſibi pro libito vendicant libertatem, a ſubditorum animis Dei prorſus timorem abigunt, qui non eſſe timendum exiſtimant, quod a ſuis vident Paſtoribus non timeri. Verus ergo Vicarius JESU CHRISTI, cui cura debet eſſe de omnibus, cum ſit datus a Domino ſuper omnes Eccleſias ſpeculator; licet in tantâ nequeat multitudine populi Chriſtiani ſingulorum vultus agnoſcere; debet ſaltem diligenter attendere, & fideliter indagare Præſidentium famam, & vitam; ne cum tandem ad manum venerit numerantis, ab eodem grex perditus requiratur, tanquam gregem ipſe perdiderit; dum ab ejus cuſtodiâ furem, vel mercenarium non amovit. Hinc eſt, quòd felicis memoriæ URBANUS PAPA [b] prædeceſſor Noſter, cum ad ejus perveniſſet auditum, quòd *Henricus* [c] *Treviren.* Electus Palleo non obtento, *Archiepiſcopum* in ſuis litteris ſe nominare præſumens in Reni flumine *theloneum*, ſive pedagium motu proprio inſtituerat; & hoc ipſo ligatus *excommunicationis* ſententiâ Divina celebrabat officia; immò quantum erat in ipſo potius prophanabat; erat inſuper ſymoniâ, perjurio, ſacrilegio, homicidio, & criminibus aliis irretitus; bona *Treviren.* Eccleſiæ dilapidans, & conſumens; inquiſitionem ſuper præmiſſis omnibus primò Venerabilibus Fratribus Noſtris... *Warmacien.*, &... *Spiren.* Epiſcopis [d], & dilecto Filio... Abbati de *Rodequirlee* [e] Præmonſtraten. Ordinis ſub certâ formâ commiſit; quorum proceſſus ſibi exhibitos prædeceſſor idem reputans defectivos, idem negotium Fratribus *Wilhelmo*, & *Rorico* [f] de Ordine Fratrum Minorum iteratò commiſit [g]; qui licet diu juxta datam ſibi peritiam magis fortè fideliter, quam prudenter in negotio laboraſ-

Urbanus IV. de Treviren. Electo multis criminibus irretito inquiri mandat. b c

primo duobus Epiſcopis, & Abbati, d e

poſtea duobus Fratribus O. M. f g

(a) ALEXANDRI PAPÆ PRÆDECESSORIS NOSTRI: Hujus nominis IV., cujus quidem extant litteræ *Devotionis veſtra &c.* anno 1255. die 15. Julii, ſed ad Fratres Minores datæ, uti & aliæ *Proviſionis noſtra &c.* anno 1259. die 17. Septembris, non ad Eccleſiarum Prælatos, ut hic Pontifex velle videtur, forſan illæ non extant: utriuſque tamen Pontificis Conſtitutionem memorat vetuſtus autor Bartholomæus Piſanus in Conform. XI. caput 2. Regulæ Fratrum Minor. exponens, & ait etiam diploma Alexandri incipere *Cum ſicut ex parte &c.*, & ante eum *Nicolaus IV.* utriuſque Pontificis diplomatis mentionem egit, & iteravit, confirmavitque eodem exemplo *Cum ſicut ex parte &c.* ann. 1290. Kalendis Novembris, quod in IV. hujus Bullarii tomo publicabitur.

(b) URBANUS PAPA: Hujus nominis *Quartus*.

(c) HENRICUS: De Fiſtinga, de quo in epiſt. 21. præſati Urbani Papæ *Intellecto quod &c.* anno 1262. die 18. Martii, pluribuſque aliis ejuſdem Papæ in 2. tomo hujus Bullarii relatis.

(d) EPISCOPIS: Ut in 24. epiſt. prædicti Urbani *Venerabilibus Fratribus &c.* 1262. die 6. April. data.

(e) RODEQUIRLEE: *Radinkirchen* dicitur in cit. 24. epiſtola.

(f) WILLHELMO, ET RORICO: Quibus data eſt memorata 24. epiſtola, ut & 46. 52. & 57. ejuſmet Urbani Papæ in tom. 2. hujus Operis vulgatæ.

(g) ITERATO COMMISIT: Primum ann. 1262. die 6. Aprilis, & 30. Novembris; deinde anno 1263. die 29. Martii, & 17. Aprilis ex prædictis epiſtolis.

Digitized by Google

boraſſent, quia tamen juris apices in omnibus non attenderant; Nos eorumdem proceſſum Nobis exhibitum de Fratrum Noſtrorum conſilio juſtitiâ caſſavimus exigente; prædicentes eidem *Electo* tunc in Noſtrâ præſentiâ conſtituto, quòd inquiſitionem contra ipſum ab eodem prædeceſſore commiſſam per Nos, vel alios, prout videremus expediens, proſequi volebamus. Cumque poſtmodum ſuper certis articulis ſibi traditis reſpondiſſet nunc a Nobis, nunc ab aliis, quibus hoc interdum commiſimus, requiſitus; a nonnullis Eccleſiæ *Treviren.* Canonicis ſæpè fuimus excitati, ut reſponſiones ipſius diſcuteremus [a] ad plenum; cum per eas ut firmiter aſſerebant, ab ejuſdem jugo peſtifero dicta poſſet Eccleſia liberari. Sanè licet id diſtulerimus multo tempore negotiorum undique confluentium impediti concurſu; reſponſiones tandem colligentes eaſdem; & quaſdam excuſationes ab eodem oblatas, tàm ſuper articulis in reſcripto dicti Prædeceſſoris Noſtri contentis, quàm ſuper aliis, quæ Noſtro tempore poſtmodum emerſerunt, collationem cum Fratribus Noſtris habuimus diligentem. Et quidem, ut, omiſſo quòd ſe non habens Palleum *Archiepiſcopum* nominaverat; quod, licet eſſet erroneum, ſimplicitati, vel errori ſcriptoris poterat imputari; a *theloneo* [b], quod impoſuiſſe dicitur, ſumamus initium: ex confeſſione liquet ipſius, quòd uno anno illud vendiderat, & magnum pretium inde perceperat; quod utique novum eſſe videtur non poſſe ambigi, niſi conceſſione, ſeu privilegio Principis, aut continuatâ perceptione a tempore, cujus non extet memoria, valeat excuſari. Quòd ſi novi *pedagii* fuit impoſitor; latas dudum contra tales a Romanis Pontificibus, & annis ſingulis innovatas ſententias [c] non evaſit. Nec juvare ſe poterat, ut videtur, litteris bonæ memoriæ *H.* [d] Tituli Sanctæ Sabinæ Presbyteri Cardinalis, a quo, vel cujus auctoritate fuerat abſolutus; qui licet Sedis Apoſtolicæ *Pœnitentiarius* generalis exiſteret, & a ſententiis poſſet abſolvere generalibus, ſi aliud non obſtaret; ab hac tamen nequivit abſolvere; cum ſuper ea facta eſſet per Noſtrum prædeceſſorem, ut diximus, certis perſonis commiſſio ſpecialis; pro qua etiam mandabatur citari, ut veniret ad Curiam pro meritis recepturus; cum nec generalis Legatus in cauſis commiſſis alii ſpecialiter quicquam poſſit; & regulariter in omni jure generi per ſpeciem derogetur. Sed nec abſolutio *Fratris Martini* [e] *Pœnitentiarii* Minoris eidem utilis videbatur ratione conſimili; non obſtante quòd ejus littera continebat ſe de dicti prædeceſſoris Noſtri ſpeciali mandato ab omni eum *excommunicationis* ſententiâ abſolviſſe; cum de mandato non conſtet; & etiamſi conſtaret, hujuſmodi generalitas illam ſpecialem ſententiam non includeret, de qua non extitit cogitatum; niſi de ſpeciali commiſſione prædictâ facta fuiſſet mentio in mandato. Sed non ad iſtam ſententiam, de qua agimus, abſolutio poteſt extendi, ſuper quam abſolventis intentio minimè ferebatur; cum prorſus incredibile, quin etiam deteſtabile videatur, ut ligatus pro certâ pecuniæ quantitate, quam Papali debebat Cameræ [f], a tali ſententiâ abſolutus, ſi prædictam pecuniam certâ die non ſolveret; non in illam ſolummodo, ſed in alias relaberetur ſententias; ſicut habet ſeries litteræ *Fratris Martini* prædicti. Unde rectus non patitur intellectus, quod de aliis ſententiis ſenſerit, quàm de illis, quæ in eum fortaſſe pluries ob dictam pecuniam, quam ſe ſoluturum juraverat, prout dicitur, fuerant promulgatæ; ex quo videtur poſſe concludi ulterius, quod nec ab illis efficaciter extitit abſolutus; ſi de aliis tacuit; cum talis abſolutio prodeſſe nequeat; cum obreptitia ſit cenſenda; quam etiam veritatem intelligens nullatenus exhibere deberet. Quòd verò ad defenſionem dicebatur ipſius, latam contra Impoſitores

Marginal notes: quorum actus Pontifex nullos eſſe edixit, — qui excitatur, ut illius reſponſiones diſcutiat. — 1. Et primo de theloneo ad Rheni flumen inſtituto. — Defenſio — impugnatur. — Electi in hoc defenſio

(a) Discuteremus: Erat enim hic Pontifex in utroque jure peritiſſimus, ut dictus ſit *Lumen Juris*, & *Summus Juriſta*.

(b) Theloneo. De quo etiam in cit. 24. epiſtola *Venerabilibus Fratribus &c.*, al. & melius *Telonio*. *Pedagium* vero de quo infra dicitur, quod datur a tranſeuntibus in locis conſtitutis a Principe, inquit Gloſſa ad c.26. *Super quibuſdam* lib.5. tit.40. de verb. ſignific. ubi & notatur dici etiam *Portorium*.

(c) Sententias: Eſt enim contra 5. caſum in *Bulla Cœna Domini* reſervatum *Imponentes nova pedagia, & gabellas, vel eas augentes &c.*

(d) H.: *Hugo* de S. Charo Ord. Prædicat.

(e) Fr. Martini: Poloni etiam Ord. Prædicator. autoris *Chronici* multum citati, qui poſtea factus eſt Archiepiſcopus *Gneſnenſis*.

(f) Cameræ: De qua pecunia ſit mentio in citata 21. epiſtola Urbani IV. *Intellecto quod &c.*

Digitized by Google

res ſententiam eum non tangere, cum deceſſor ipſius dictum *pedagium* percepiſſet; & ſic non iſte impoſitor dici poterat, ſed impoſitoris ſucceſſor; ſatis validum, & ad ejus defenſionem ſufficiens aliqui reputabant; cum nec nominis dicatur impoſitor, quicumque nominat alium ſuo nomine; ſed qui primus impoſuit ipſum nomen. Ad quod poterat reſponderi, quod de factis licitis & illicitis non eſt dandum judicium uniforme, quæ enim licitè prædeceſſor obtinuit, quodam jure continuo ad ejus tranſeunt ſucceſſorem: undè & una perſona in talibus æſtimatur. Ubi verò de illicitis agitur, ſeu delictis; deceſſorem cum ſucceſſore non unam perſonam dicimus, ſed capita potius ſingulorum inſpicimus, qui delinquunt; & idcirco promiſſoris, qui vim promiſit non facere, vis alia dicitur, quam hæredis, nec eſt propriè continuitas in illicitis: Undè vitioſa poſſeſſio alteri, vel ei altera non accedit. Sanè quotquot primo ſuccedant novum ponentes *pedagium*, cum ſcelus proprium proſequantur, impoſitores ubique ſunt cenſendi. Nam & in Machabeorum hiſtoriâ de pueris legimus Alexandri, quod *impoſuerunt ſibi diademata* ipſi, *& Filii eorumdem, poſt ipſos*; quod profectò ſic debet intelligi, quòd cum in Regnis per violentiam occupatis jus aliquod non haberent; novam ſinguli committebant injuriam; & ideo ſinguli ſibi diademata imponebant: hoc etiam ſatis approbat *Canon* antiquus [a], qui Epiſcopis prohibet ex uſu etiam gravamen, ſeu ſervile officium imponere ſubditis, evidenter inſinuans, quod præcedens uſus illicitus proſequentem uſum hujuſmodi impoſitorem non prohibet nominari. Civili rurſum cautum eſt ſanctione, quòd licèt exercitor pro Magiſtri delicto, *quem* non ipſe, ſed alius propoſuerat, teneatur interdum ignorans; ſi tamen ſcit, & patitur; ipſe adeo eum impoſuiſſe videtur; ut ſecundum communem & celebrem intellectum non quaſi pro impoſito ab alio teneatur, ſed potius a ſe ipſo. Si ergo, ut dicit, percipiebat novum *pedagium* prædeceſſor; ſucceſſor utique, qui ſcivit, & paſſus eſt percipi, impoſuiſſe dicendus eſt verius, quam impoſitum percepiſſe.

Confutatur.

Machab. 1. 1b.

Exponitur.

a

2. De negligentia non petendi Pallium.

Secundò videbatur idem *Electus* pernitiosè fuiſſe negligens, cum per ſex annos & amplius in *Pallei*, quod inſtanter petere debuiſſet, petitione ceſſaſſet: & hoc ipſo juxta Sacrorum *Canonum* ſanctiones dignitate commiſsâ carere debebat [b]; qui licet fel. record. Alexandri, & Urbani temporibus prædeceſſorum Noſtrorum ſe id per ſuos petiſſe Nuntios ſpeciales aſſereret, addens quod etiam vacante Eccleſiâ, idem petierat a Collegio Cardinalium; confeſſus eſt tamen, quod noſtro tempore non petierat; quia a Fratribus Noſtris aliquibus ei dictum extiterat, ut dicebat, quod contra ipſum inquiſitione pendente nullo modo daretur eidem.

b

3. De Metenſi Epiſcopo indigne ab eo conſecrationi admiſſo.

Tertiò videbatur inexcuſabilis, qui, prout confeſſus eſt coram Nobis, *Philippum* quondam *Meten.* Epiſcopum confirmavit, & conſecrari mandavit; quem negare non poterat pati intolerabilem in litteratura defectum; cum id eſſet in partibus illis notorium; nec eum latére poterat, qui Decanus *Meten.* Eccleſiæ fuerat multo tempore; in qua idem *Philippus* erat Canonicus cum eodem; nec ſufficere videbatur ad excuſationem ipſius, quod non ipſe examinaverat, ſed examinandum commiſerat perſonis providis & diſcretis; cum patenter indigni examinandi non ſint, ſed a limine potius repellendi; nec excuſat negotiorum inſtantia, quam allegat; cum ipſius defectum tam patulum, quamvis plenariè ſibi notum, deprehendere facilè in tranſcurſu etiam potuiſſet, & aliis in judicio publicare.

Excuſationis impugnatio.

Quanti ſimiliter reatus exiſtat indignos Eccleſiis *Collegiatis* præficere, ſatis indicat Generale *Concilium* [c]; dum teſtatur nihil magis Eccleſiis Dei officere; ex quo ſequitur nihil ſuperioribus arctius evitandum; nihil in tranſgreſſoribus arctius puniendum.

c

4. De Miſſa per plures annos non celebrata.

Quartò verò reperiebatur culpabilis, quia cum per ſex annos & amplius Sacerdos fuerit, nec unam Miſſam, prout habet ejus confeſſio, celebravit, quod quàm gravis ſit culpæ, ſatis indicat generale *Con-*

(a) Canon antiquus: C. 23. *Si quis Romipetas* cau. 24. q. 5. qui *mercatores novis teloneorum, aut pedagiorum exactionibus moleſtare tentaverit, communione careat Chriſtiana, donec ſatisfecerit.*

(b) Carere debebat: Ex c. 1. *Quoniam quidem* diſt. 100. ubi præcipitur, ut intra tres menſes *Pallium* petatur, ac recipiatur.

(c) Concilium: Lateran. IV. an. 1215. coact. c. 17.

Digitized by Google

a *Concilium* [a], quod tam graviter illos arguit, ac etiam puniendos oſtendit, qui vix celebrant ter, vel quater in anno; & quod dixit ab initio ſe excuſans, quod non celebraverat, quia *Palleum* non habuerat; frivolum eſſe liquet; cum ante receptum Palleum licet quædam Pontificalia non debuerit exercere; bene tamen & liberè poterat celebrare. Sed non prodeſt, quod addidit, quod habebat conſcientiam aliquantulum ſcrupuloſam; quia eò peccavit gravius, quod ſibi ſalutari remedio non providit. Quintò conſtabat per confeſſionem ipſius, quod memorato URBANO prædeceſſore Noſtro *Altare* quoddam in Urbeveteri conſecrante, ipſe inter Epiſcopos alios aſſiſtentes eidem una cum eis conſecrationis peregit officium, quod ſibi videbatur inhibitum Palleo nondum habito; cum non ſit ratio, cur cum alio debeat alibi conſecrare, qui in ſua exiſtens Diœceſi, vel Provincia præſumere talia non deberet. Sextò reus *perjurii* videbatur, quia per publicum inſtrumentum ſigillo roboratum ejuſdem evidenter apparebat, quod certam quantitatem argenti in tranſacto jamdudum termino quibuſdam *Senenſibus* Mercatoribus ſolvere debuiſſet; quibus adeo ſatisfacere non curavit, quod etiam eiſdem conquerentibus coram Nobis contendere, quam cedere maluit cum eis litem in judicio conteſtatus. Sed ad ſui defenſionem propoſuit, quòd contractus hujuſmodi extitit ſimulatus, conditionalis etiam, & non purus, facti proceſſum in hunc modum proponens. Dixit ſiquidem, quod licet dictum contineat inſtrumentum ſe fuiſſe confeſſum, quòd
b *ſexcentas marchas* [b] receperat a Mercatoribus antedictis, nullam prorſus receperat; nec ſpe futuræ numerationis ſibi faciendæ iſtud confeſſus fuerat; immò cum alio tractatum habuerat, quod a
c *Rege Riccardo* [c] dari ſibi duodecim milia marcarum argenti efficaciter procuraret; quæ prædeceſſori ſuo idem *Rex* dare voluerat; etſi hoc, ut prædictum eſt, ille, cum quo tractaverat, procuraret, tunc idem *Electus* ſexcentas marchas dare debebat eidem per manus Mercatorum dictorum; & ideo ſe dictis Mercatoribus obligavit in *ſexcentis marchis* prædictis; quas tamen nec ipſi Mercatores dare illi tertio, nec ipſe *Electus* Mercatoribus tenebantur, donec eſſent præmiſſa per illum tertium efficaciter procurata. Verùm continetur in Inſtrumento prædicto, quòd ſi *marchas* prædictas in termino præfixo non ſolveret; nec *Palleum*, nec conſecrationem peteret, nec reciperet, donec eſſet prædicta quantitas perſoluta; & ad omnia ſupradicta complenda juramento proprio ſe aſtrinxit. Ex iis autem grandis objectio contra eum videbatur inſurgere; nam ſi quæ aſſerit, non probaverit; cum ſtare oporteat inſtrumento; convincitur de *perjurio* manifeſtè: Si verò probaverit, quod proponit, commiſiſſe videtur evidentiſſimè *ſimoniam*, quam committi teſtantur Canones, ſive detur, ſeu permittatur, vel recipiatur pecunia, ut ſpirituale quod fiat; ſive etiam, ut non fiat. Cum igitur iſte contraxerit mutuum ſub conditione ſaltem, ut dicit, & donec ſolviſſet, ad non recipiendam conſecrationem, & *Palleum* non petendum ſe juramento aſtrinxerit; cenſendus eſt ſimoniacus, ut videtur; nec proderit, ſi dicatur, quod defecit condicio; & idcirco contractus habendus eſt pro infecto. Nam in contractibus conditionalibus, & poteſt ſuſpendi obligatio, & purè ſymonia committi; ſicut in uſurariis judicamus. Nam & qui promittit pecuniam, ſi Eccleſia ſibi detur; & qui ſtipulatur uſuram, ſi ſors ſoluta ſibi non fuerit certa die; reus eſt criminis; etiamſi conditio non exiſtat; nec eſt in caſu hujuſmodi ſymonia ſolius intentionis, quæ deletur per pœnitentiam; cum ſit hæc intentio non occulta, ſed certis pactionibus denudata. Septimò dicebatur, quod *excommunicationem* incurrerat, quia ... *Abbatem Sancti Mathiæ* [d], & duos ejus Monachos Sacerdotes

5\. De aſſiſtentia conſecrationi Altaris inter Epiſcopos Pallio non obtento.

6\. De perjurio, atque ſimonia.

Electi defenſio

rejicitur.

Et perjurii convincitur,

vel ſimoniæ.

Occurritur reſponſioni.

7\. De excommunicatione incurſa.

(a) GENERALE CONCILIUM: Lateranenſe prædictum cap. 26.

(b) SEXCENTAS MARCHAS: In 21.epiſt.Urbani IV. ſupra citata *Intellecto quod &c.* legitur ejuſdem *Electi* Treviren. obligatio ſolutionis cujuſdam ſummæ monetæ Marcatoribus Florent., & Senen., ſeu alia videtur ab iſta.

(c) REGE RICCARDO: Henrici Angliæ Regis fratre in Regem Romanorum electo anno 1257.

(d) ABBATEM S.MATHIÆ: Conſanguineum alterius duorum *Fratrum Ord. Minor.* ſupra memoratorum ex Urbani IV. epiſt. *Dilecti Filii Theodoricus &c.* in hac cauſa dat. 14.Kalend.Julii anno 3., ut in Geſtis Archiepiſcoporum Treviren. n.250. Porro Monaſterium *Sancti Matthiæ* Treviris antea *S.Eucharii* ob corpus hujus S.Apoſtoli in eo circa annum 1053. repertum, illius nomine deinceps Monaſterium inſignitum eſt, ut ex Brovero in Annal. Trevirenſibus ſcribit Cl. Mabillon. Annal. Benedict. lib. 59. ad ann. 1050. n. 198.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch. 1267.

Cujus reſponſio

tes in Caſtro ejus captivos nec liberave- A
rat; nec procuraverat liberari. Ad quod
reſponderat, ſe feciſſe quod poterat;
quia... Officiali *Treviren.*, &... Priori
Fratrum *Prædicatorum*, ac... Guardia-
a no Fratrum *Minorum* in Confluentia [a]
mandaverat, quod monérent eum, qui
Caſtrum tenebat, ut eos redderet; alio-
quin denuntiarent excommunicatum
eumdem; & comminarentur eidem, quod
Feudis, quæ a *Treviren.* tenet Eccle-
ſia, privaretur. Ex iis verò ſuam mali-

confutatur.

tiam ſatis detegere videbatur; nec enim
fideliter fecerat, quæ facere debuiſſet;
nam licet habeat communis opinio, quòd
dictus *Abbas*; quem ipſe reputat inimi-
cum, captus fuit ſaltem in favorem
ipſius; & ipſe *Electus* plus non fecerit,
cum tamen & comminationem exequi
per alium potuiſſet; & excommunicaſ-
b ſe [b], & excommunicationis aggravaſse
ſententiam multis modis non caret ſcru-
pulo ſocietatis occultæ tam manifeſto
facinori deſinens obviare. Iis igitur, &
aliis, quæ ad præſens diſcuti poterant
diligenter inſpectis; licet multis pru-
dentibus videretur, quod Nos contra
memoratum *Electum* procedere gravius
valeremus; quia tamen aliqua de facto
propoſuit, quæ eum in aliquo forſitan
relevarent; ut eò juſtius, quò & certius
in negotio procedamus, ad aliqua infra
certum probanda terminum eum admit-
tere proponentes, prout requiret juſti-
tia, & equitas ſuadebit; ne in ipſius ma-

Interim eum ſuſpendit ab officio, & beneficio, ut ſupra.

nibus *Treviren.* Eccleſia interim naufra-
getur, ab officio, & beneficio eum ſu-
ſpendimus ſummam aliquam taxaturi,
quæ eidem ad proſecutionem negotii de
redditibus ſæpefatæ *Treviren.* Eccleſiæ
miniſtretur per eos, quibus adminiſtra-
tionem ejuſdem Eccleſiæ in ſpiritualibus
& temporalibus committemus. Poteſta-
tem Nobis plenam & integram reſervan-
tes ex iis, de quibus jam liquet contra
eumdem *Electum* nullis aliis probationi-
bus, aut proceſſibus expectatis, quando
& quoties Nobis expedire videbitur, ad
alia procedendi etiam graviora: In alle-
gationibus juris eidem juxta factum, de
quo conſtiterit, audientia minimè de-
neganda.

Datum Viterbii xiv. Kalendas Janua-
rii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

B *Ne recipiant Ordini* Prædicatorum *adſtrictos ſine ſuorum Prælatorum licentia ſub pœna excommunicationis*. (Ex Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 77.)

CXLV. Anno 1267. die 22. Decembris.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis.. [c] *Miniſtro, & Fratri-* c
bus Ordinis Fratrum Minorum
Sal., & Apoſt. Bened.

QUO vos in Chriſto ſinceriori cari- d
ritate diligimus &c. [d]
C Datum Viterbii xi. Kal. Januarii,
Pontificatus Noſtri Anno Tertio [e]. e

Ne Fratres Ordinis Prædicatorum *Fratres noſtros in Ordinem ſuum aſcribant ſine Miniſtri eorumdem licentia*. (Ex Autographo in Archiv. Aracæl. Romæ num. 18., Venetiis in illo Magnæ Domus PP. Convent., & Leodii in Belgio apud eoſdem Conv., extat verò excuſum apud Waddingum ad hunc ann. in Regesto. Pontif. D n. 21., & in Bullario Ord. Prædic. tom. 1. Bull. 78.)

CXLVI. Anno 1268. die 3. Januarii.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis [f] ... *Magiſtro, & Fra-* f
tribus Ordinis Prædicatorum. *Sa-*
lutem, & Apoſt. Bened.

QUO vos in Chriſto ſinceriori cari-
tate diligimus &c. [g] g
E Datum Viterbii iiI. Nonas Jan-
nuarii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Confir-

(a) FF. Minorum in Confluentia: De quo loco & FF. Conventu dictum eſt ad diploma 392. Alexan. IV. in tom. 2. hujus Operis relatum *Quoniam ut ait &c.* pag. 266.

(b) Excommunicasse: Teſtatur memoratus Urbanus IV. cit. epiſt. *Dilecti Filii Theodoricus &c.* Electum Treviren. in Abbates S. Mariæ ad Martyres, & S. Matthiæ ſententiam *excommunicationis* tuliſſe.

(c) Filiis..: *S. Bonaventura* anno 1257., ut alias diximus, promoto.

(d) Diligimus &c.: Vide *Bullam* Innocentii IV. anno 1244. die 21. Aprilis editam uſque in finem, ac *Datum &c.*

(e) Ordini verò *Prædicatorum* eamdem epiſtolam dedit Pontifex, quæ ſequitur. Sed in ſtatutis *Capituli* Generalis Ordinis Ciſtercien. anno iſto celebrati ex tomo 4. Anecd. Martene, & Durand col. 1428. num. 11. habetur: *Petitio Fratris Bonaventuræ de Ordine Minorum, qui petit, quod in Ordine noſtro non recipiantur eorum fugitivi ſine litteris commendatitiis, exauditur; & orationibus Ordinis ipſum Ordinem ſuum aſſociat Capitulum Generale.*

(f) Filiis..: *Joanni Vercellenſi* anno 1264. in Capitulo Gen. die 7. Junii renunciato Pariſiis.

(g) Diligimus &c.: Ut in præcedenti epiſtola, mutato tantum nomine *Prioris* in Miniſtrum,

Digitized by Google

Confirmat electionem trium Minoritarum ad Epiſcopatus *a ſuo Legato factam contra Sedis Apoſtol. Conſtitutionem.* (Ex Reges. Vatic. epiſt.407. tom.4. in epiſt. ſecretis, apud Waddingum in Regeſ. Pontif. n.22., & Martene in tom.2. Theſau. Anecdot. epiſt.565. Clementis IV.)

CXLVII.
Anno 1268. die 14. Januarii.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri.. Epiſcopo Albanen.[a] *Apoſtolicæ Sedis Legato Salutem, & Apoſt. Bened.*

Sedis Apoſtolicæ Decretalem commemorat

de Fratribus O. M. ad dignitates Eccleſ. ſine licentia promotis,

contra quam Legatus Ap. Sedis agit;

Licet noſtris tibi dederimus litteris[b] in mandatis, ut *Fratres Minores*, qui poſt Conſtitutionem ab Apoſtolicâ Sede ſuper hoc editam[c], eſſent ad Archiepiſcopatus, vel Epiſcopatus, aut alias dignitates abſque Generalis Miniſtri Ordinis eorum, vel Provincialium, qui fuerint pro tempore, licentiâ, & conſenſu, aut prædictæ Sedis ſpeciali mandato in tuâ legatione[d] promoti, ad nos ab officio, & beneficio mittere procurares ſuſpenſos, quia tamen Venerabilem Fratrem Noſtrum *Marcum*[e] Epiſcopum *Caſſanen.*[f] abſque Miniſtri ſui licentiâ, & mandato tibi conſenſerat, confirmaſti; & tàm ipſum, quàm Venerabiles Fratres Noſtros *Philippum Caſertan.*[g], & ... *Eſculan.*[h] Epiſcopos, de quibus *Caſſanen.*[i], & *Eſculan.*[k] Eccleſiis provideras, feciſti in Epiſcopos conſecrari, Fraternitati tuæ in hac parte deferre, & eorum Eccleſiis providere volentes, quod per te actum eſt ſuper his circa illos, ratum habemus, & firmum, & robur firmitatis volumus obtinere; defectum, ſi quis in præmiſſis extitit, ſupplentes de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis. Conſtitutione prædictâ[l] quantum ad Fratres illos[m] in ſuo robore duraturâ.

Clemens PP. IV. An.Ch.1268.

& Pontifex relaxat, & confirmat, ſalva inpoſterum Decretali.

Datum Viterbii xix. Kalend. Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

De valore quorundam Epiſcopatuum *Regni, & de* Abbatiis *regendis diſſerit; commendatque* Fr. Philippum *Ord. Min.*, *& de P. Corneliaco.* (Ex Reges. Vatic. ep.411. tom.4. anni 3.)

CXLVIII.
Anno 1268. die 14. Januarii.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri R.[n] *Epiſcopo* Albanen. *Apoſtolicæ Sedis Legato Salut. & Apoſtolicam Benedict.*

De quorundam Epiſcopatuum valore.

Fr. Philippus O. M. laudatur, & commendatur.

Licet de quibuſdam *Epiſcopatibus* Nobis ſcripſeris, quod valorem triginta unciarum auri[o] excedunt; quantum verò plus valeant non ſcripſiſti, & idcirco, quæ perſonæ quærendæ ſunt ad earum regimen, ignoramus. Si ergo modicus eſt exceſſus, provideat eis tua Fraternitas, prout viderit expedire; ſciaſque, quod Nobis frequenter extitit ſupplicatum pro *Fratre Philippo*[p] Minore[q], qui diu Lector fuit in Ordine; & Miniſter, ut dicitur, Provincialis in *Regno*[r], & in Prædicationibus plurimum gra-

(a) Episcopo Albanen.: *Rodulpho* Gallo, de quo dictum eſt paulo ante.

(b) Nostris tibi dederimus litteris: Quæ tamen deſiderantur: habentur tamen illæ de hac re ad *Magiſtrum Generalem* Ord. Prædicat. datæ hoc anno die 21. Junii incip. *Significavit nobis &c.* Bul. 85. Clementis IV. in tom.1. Bullarii ejuſdem Ordinis.

(c) Super hoc editam: Ab Innocentio IV. anno 1252. die 22. Aprilis, & Alexandro IV. ann. 1256. die 9. Junii, & 1257. die 28. Maji.

(d) In tua Legatione: Regni Neapolitani, Siciliæque.

(e) Marcum: Aſſiſiatem ex Bulla *Significavit Nobis &c.* edita hoc anno die 20. Aprilis, aſſumtum per obitum Joannis Fortebrachii Patritii Romani ex Ughello tom. 1. Ital. Sac.

(f) Cassanen.: In Calabria a juriſdictione Archiepiſcopi Rheginen., cui tunc ſuberat, exemptæ urbis prope fines Lucaniæ poſitæ.

(g) Philippum Casertan.: Quem Ughellus memorat tom. 6. Ital. Sac., ſed Inſtitutum ignoravit. Porro Caſerta urbs eſt parva Campaniæ felicis ſub Archiepiſcopo Capuano, a qua Metropoli 6. mill. diſtat in ortum, & paulo minus a Calatia in auſtrum ad Vulturnum flumen, & ad radices montis Tifatæ jam Principatus titulo gentis *Gaetanorum* Roman., nunc vero Regiæ Majeſtatis Neapol., ubi ſuperbum, propriéque Regium Palatium ædificatur.

(h) Et... Esculan.: Crediderim *Olivarium* a Carolo Siciliæ Rege Pontifici pro aliqua dignitate Epiſcopali commendatum èx ſuprà relata èpiſt. *Inquietamur inceſſanter &c.* anno ſuperiori die 26. Octobr., in qua duo commendantur *P. De Corneliaco*, & *Olivarius*; at in ſequenti epiſtola *P. De Carneliaco* memoratur, non autem *Olivarius*, & quidem *Aſculen.* Epiſcopum in Apulia, non in Piceno, eo quod R. Epiſcopus Albanus Legatus erat in Regnum *Siciliæ*, ad quod Apulia, non Picenum pertinebat. Deinde *Aſculum* Piceni hoc tempore Paſtorem habebat & Epiſcopum *Fr. Raynaldum* Ord Min., de quo ſuperius actum eſt. *Aſculum* autem Apulum dictum & Satrianum.

(i) Cassanen.: Leg. *Caſertan.*

(k) Esculan.: Subeſt Archiepiſcopo Beneventano in Capitanata Provincia, ac finibus Principatus Ultra non longe ab Apennino inter Venuſiam, & Compſam, a quibus 16. mill. paſſ. circiter diſtat *Principatus* titulo decoratum.

(l) Constitutione prædicta: Superius not. (c) commemorata.

(m) Fratres illos: Nempe Ordinis Minorum.

(n) R.: *Rodulpho*, ut in præcedentibus litteris.

(o) Unciarum auri: Quarum valorem ſequenti ſeculo retuli ad *Bullam* 98. Alexandri IV.

(p) Fr. Philippo: cujus loci, aut Provinciæ hactenus ignoto.

(q) Minore: Nempe Ordinis Minorum, ut ſequentia verba præſeferunt.

(r) In Regno: Videlicet *Siciliæ* utriuſque, in quo Minorum FF. Ordo ſex Provincias habebat, & habet; cujus itaque Provinciæ *Miniſter* fuerit, incompertum.

De Fr. P. Corneliacen.

graticſus; da ei locum, ſi potes; & Nos interim inſtrue, quid de Fratre *P. de Corneliaco* [a] facere debeamus. Ad *Abbatias*, de quibus Nobis ſcripſiſti, regendas bonos quæremus Monachos, ſi eos poſſumus invenire.

a de Abbatis.

Datum Viterbii XIX. Kalend. Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Ut Fratres Minores Anconitanæ *Provinciæ a nonnullorum moleſtiis defendat, eorumque bona tueatur cum conditione &c.* (Ex Autographo in Archivo Conventus S. Franciſci Min. Convent. Maceraten. Provinciæ Marchiæ Anconitanæ.)

CXLIX. Anno 1268. die 27. Januarii.

CLEMENS &c.

Dilecto Filio Manfredo Veronen. *Electo* [b] *Marchiæ Anconitanæ, & Ducatus Spoletan.* Rectori *Salutem, & Apoſt. Benedict.*

b

Exordium a Religioſorum virorum inſectatoribus.

C INUNDANS Malitia perverſorum viris ſacræ Religioni deditis adeo frequenter exhibet ſe infeſtam, quòd ipſi divino cultui, ut deberent, vacare non poſſunt; dum illorum malitiis agitantur. Cum igitur, ſicut dilecti Filii.. Miniſter, & Fratres Ordinis Minorum adminiſtrationis *Marchiæ Anconitanæ* Nobis ſignificare curarunt; nonnulli, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, ipſos graviter moleſtare præſumant. Nos & præſumptorum hujuſmodi refragare conatibus, & dictorum Miniſtri, & Fratrum gravaminibus volentes congruis remediis obviare; Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſos in perſonis, vel rebus eorum non permittas contra Indulta Privilegiorum, & Indulgentiarum Sedis Apoſtolicæ ab aliquibus indebitè moleſtari; Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo. Attentius proviſurus, ut de hiis quæ cauſæ cognitionem exigunt, vel quæ

Fratrum expoſitio.

Mandat id, quod ſupra &c.

conditione adjecta.

A Indulta hujuſmodi non contingunt, te aliquatenus intromittere non præſumas. Nos enim, ſi ſecus præſumpſeris, tàm præſentes litteras, quàm etiam Proceſſum, quem per te illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere viribus, ac nullius fore decernimus firmitatis. Hujuſmodi ergo mandatum Noſtrum ſic prudenter, & fideliter exequi ſtudeas, ut ejus fines ullatenus non excedas: Præſentibus poſt *quinquennium* B minimè valituris.

Conceſſio ad tempus limitata.

Datum Piſauri VI. Kalend. Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Ut Novitii *recedentes ab Ordine Minorum ad ſeculum compellantur redire, aut alium Ordinem ingredi.* (Ex Archivo Conventus Aracælit. num. 60., & Speculo Minor. trac. 2. fol. 58. apud Waddingum in Regeſ. Pontif. num. 23. atque ex Autographo in Archivo Florentino noſtri Conventus S. Crucis.)

CL. Anno 1268. die 31. Januarii.

CLEMENS &c.

Venerabilibus Fratribus univerſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Italiam *conſtitutis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Fratrum expoſitio de nonnullis Novitiis.

EX parte dilectorum Filiorum Miniſtrorum Fratrum Ordinis Minorum in *Italia* exiſtentium fuit propoſitum D coram nobis, quod nonnulli *Novitii* [c] domorum ejuſdem Ordinis, procurante humani generis inimico, ad ſeculum ſunt reverſi; quorum quidam matrimonia contrahunt, quidam verò ad Eccleſias, & beneficia Eccleſiaſtica, quæ prius habuerant, reſtitui ſe procurant; ſeu aliàs in ſeculo damnabiliter evagantur in animarum ſuarum periculum, & ſcandalum plurimorum, quamvis per habitum ejuſdem Ordinis, qui dari *profitentibus* conſuevit, quem ipſi ſponte, ac voluntate E receperunt [d]; & aliàs apparuerit evidenter,

c

d

(a) P. de Corneliaco: De quo in epiſt. *Inquietamur &c.* anno ſuperiore die 26. Octobris ſcripta.

(b) Manfredo Veronensi electo: De quo dictum eſt jam ad epiſtolam *Urbani IV.* ad Manfredum olim Tarent. Principem *Licet enormes injuſtitias &c.* anno 1264. datam, & in tom. 2. hujus Operis relatam; quemque Ughellus tom. 5. Ital. Sac. mortuum dicit hoc anno, ideoque nondum forſan conſecratum.

(c) Novitii: Sive Tirones, qui in loco probationis per annum poſiti ſunt.

(d) Profitentibus... receperunt: Cum enim Gregorius IX., Innocentius IV., & Alexander IV. Conſtitutione Non *ſolum &c.* ſuperius relata decreverint, ne Fratres *ad ſuſceptionem ſui Ordinis ante profeſſionem aliquem obligare, vel infra probationis ſpatium quamquam facto, vel verbo ad profitendum, ſeu ad renunciandum de neceſſitate ſeculo inducere* præſumerent; videri poſſet, hæc epiſtola illis opponi; verum cum in hac præmittatur: *quamvis per habitum, qui dari profitentibus conſuevit, quem ipſi ſponte, ac voluntate receperunt, & alias apparuerit evidenter &c.* facile oppoſitio diluitur: cum etiam in dicta Conſtitutione Non *ſolum &c.* dicatur: *Poſiti in probatione Novitii ante ſuſceptum Religionis habitum, qui dari profi-*

Digitized by Google

ter, quod voluerint hujuſmodi Religionis vitam imitari; & ſub Religione Domino perpetuò deſervire. Quare dicti Miniſtri de ipſorum ſalute ſolliciti Nobis humiliter ſupplicarunt, ut providére ſuper hoc miſericorditer curaremus. De veſtrâ igitur diſcretione plenam in Domino fiduciam obtinentes, vobis per Apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipiendo mandamus; quatenus, ſi eſt ita, dictos *Novitios*, ut ad eumdem Ordinem redeant vel ad alium debeant ſe transferre monitione præmiſſâ, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remotâ, cogatis; cum a prædictis Miniſtris, vel Fratribus ſui Ordinis fueritis requiſiti [a].

atque ſupplicatio.

Mandat Pontifex, quod ſupra.

a

Datum Viterbii II. Kalend. Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio [b].

b

Jubet, ut pro defenſione, & recuperatione bonorum Monaſterii S. Mariæ Montis Lucidi *Peruſin. Apoſtolicam interponat auctoritatem; & invaſores, detentoreſque cenſuris Eccleſ. aliiſque coerceat pœnis.* (Ex Autographo Archivi prædicti Monaſterii.)

CLI.

Anno 1268. die 9. Februarii.

CLEMENS &c.

c d

Venerabilibus Fratribus ... Peruſin. [c], & ... Eugubin. [d] *Epiſcopis, & dilectis Filiis Abbatibus, & Prioribus, Decanis, Archidiaconis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per* Peruſii, *&* Eugubii *Civitates, & Diœceſes conſtitutis, ad quos litteræ iſtæ pervenerint Sal., & Apoſt. Bened.*

Pontificis turbatio ex Eccleſ. cenſuræ diſſolutione.

NON abſque dolore cordis, & plurimâ animi turbatione didicimus quod ita in pleriſque partibus Eccleſiaſtica cenſura diſſolvitur, & Canonicæ ſententiæ ſeveritas enervatur, ut viri Religioſi, & hi maximè, qui per Sedis Apoſtolicæ privilegia majori donati ſunt libertate paſſim a malefactoribus ſuis in-

A

jurias ſuſtineant, & rapinas; dum vix invenitur, qui congruâ illis protectione ſubveniat, & pro fovendâ Pauperum innocentiâ ſe murum defenſionis apponat; ſpecialiter autem dilectæ in Chriſto Filiæ Abbatiſſa, & Sorores Monaſterii Sanctæ Mariæ *de Monte Lucido* [e] de Peruſio Ordinis *Sanctæ Claræ* tàm de frequentibus injuriis, quàm de ipſo quotidiano defectu, juſtitiæ conquerentes, Univerſitatem veſtram Noſtris litteris petierunt

Monaſterium Montis Lucidi variè afflictum.

c

B

Apoſtolicis excitari, ut ita videlicet eis in tribulationibus ſuis contra malefactores earum promptâ debeatis magnanimitate conſurgere, quòd ab anguſtiis, quas ſuſtinent, & preſſuris veſtro poſſint præſidio reſpirare. Ideoque Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, atque præcipimus, quatenus illos, qui poſſeſſiones, vel res, ſeu domos prædictarum irreverenter invaſerunt, aut ea

Mandat Pontifex, ut ſupra,

C

injuſtè detinuerint, quæ præfatis Sororibus ex teſtamento decedentium relinquuntur; ſeu in Sorores ipſas, vel ipſarum aliquam contra Apoſtolicæ Sedis Indulta ſententiam *excommunicationis*, aut *interdicti* præſumpſerint promulgare, vel *Decimas* de nutrimentis animalium ſuorum, ſpretis Apoſtolicæ Sedis privilegiis, extorquere, ſi de iis Vobis manifeſtè conſtiterit, canonicâ monitione præmiſſâ, ſi Laici fuerint, publicè Candelis accenſis ſinguli veſtrum in Diœceſi-

D

bus, & Eccleſiis veſtris *excommunicationis* ſententiâ percellatis; ſi verò Clerici, vel Canonici regulares, ſeu Monachi extiterint, eos appellatione remotâ ab officio, & beneficio ſuſpendatis neutram relaxaturi ſententiam, donec prædictis Sororibus plenariè ſatisfaciant; & tàm Laici, quàm Clerici ſeculares, qui pro violentâ manuum injectione in Sorores ipſas, vel ipſarum aliquam *ana-*

pœna moleſtantium.

profitentibus conſuevit; ſeu ante profeſſionem emiſſam ad ſtatum priſtinum redire poſſint libere infra annum: Hinc etiam Innocentius IV. in 6. c. 1. *Is, qui Monaſterium* tit. 14. de Regul. & tranſ. ad Relig. lib. 3. cenſuit, *Novitium*, qui habitum Religionis petiit, induitque, anno probationis non completo Religioni adjudicari, nec reſilire poſſe. Unde temporibus illis apud plures habitus Novitiorum ab illo Profeſſorum ſecernebatur; & apud noſtros notum eſt ex cap. 2. Regulæ Novitios tunica *ſine caputio cum caparone* a Profeſſis fuiſſe diſtinctos; quod poſtea curſu temporis variatum eſt.

(a) Aliam hujus tenoris Conſtitutionem ediderat Pontifex ſuperiori anno die 31. Auguſti Archiepiſcopis, & Epiſcopis generatim miſſam: ſed hujus Antiſtitibus Eccleſ. *Italiæ* datæ meminit vetus autor Barthol. Piſanus Conform. IX. par. 2. in expoſitione capitis 2. *Regulæ* Fratrum Minorum; aitque privilegium Clementis loqui de habitus Profeſſorum portatu, & apparentia mutationis vitæ.

(b) Pragæ in Archivo noſtri Conventus S. Jacobi extat hoc diploma Archiepiſcopis, & Epiſcopis in *Regno Bohemiæ* conſtitutis datum *Viterbii IV. idus Februarii Pontif. anno tertio*.

(c) Ven. Fratribus Peruſin.: *Bernardo* Cario ab anno 1254. aſſumto, qui uſque ad annum 1284. pervenit ex tom. 1. Ital. Sac. Ughelli num. 38.

(d) Et Eugubin. Episc.: *Jacobo*, qui ab anno circiter 1263. uſque ad annum 1276. ſedit ex cit. Ughello num. 44.

(e) Monaſterii S. Mariæ de Monte Lucido: Pro quo Pontifex alias litteras dederat an. 1265. die 10. Octobris incip. *Paci & tranquillitati &c.*, & an. 1266. die 23. Martii incip. *Religioſam vitam eligentibus &c.* ut ſupra fol. 40. & 71.

Digitized by Google

Limitata conceſſio.

thematis vinculo fuerint innodati cum Diœceſani Epiſcopi litteris ad Sedem Apoſtolicam venientes ab eodem vinculo mereantur abſolvi præſentibus poſt triennium minimè valituris.

Datum Viterbii v. Idus Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio [a].

Jubet, ut Fr. Henricum *de S. Germano Ordinis Min. Electum, ſi idoneum repererit*, Æſernienſi *Eccleſiæ præficiat*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 6. apud Waddingum in Regeſ. Pontif. num. 16.)

CLII. Anno 1268. die 18. Februarii.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri Rodulpho Epiſcopo Albanen. *Apoſtolicæ Sedis Legato Sal., & Apoſt. Bened.*

Capituli Eſernien. Eccleſiæ expoſitio [b]

EX parte dilectorum Filiorum Capituli Eccleſiæ *Iſernien.* [b] fuit propoſitum coram Nobis, quòd Eccleſiâ ipsâ Paſtore vacante, iidem pro futuri ſubſtitutione Pontificis, vocatis omnibus, qui voluerunt, potuerunt, & debuerunt commodè intereſſe, ſicut moris eſt, convenientes in unum, in dilectum Filium *Henricum de Sancto Germano* [c] de Ordine Minorum, quem aſſerunt virum induſtrium, honeſtæ converſationis, & vitæ, litteraturæ ſufficientis, & ſollicitudinis circumſpectæ, vota ſua unanimiter, & concorditer direxerunt, ſperantes quod per ejus induſtriam eadem Eccleſia Deo propitio relevari poſſit a noxiis, & in ſpiritualibus, & temporalibus ſpiritualiter gubernari. Quare duxerunt Nobis humiliter ſupplicandum, ut eumdem *Fratrem* regimini ejuſdem Eccleſiæ præficere curaremus. Nos itaque nolentes, quod prædicta Eccleſia prolixioris diſpendia vacationis incurrat,

[c] de electione eorum Paſtoris.

Mandat Pontifex id, quod ſupra.

mandamus quatenus, ſi prædicti Capitulum in memoratum *Fratrem* unanimiter, ſicut aſſerunt, concordarunt; & eum ad ipſius Eccleſiæ regimen idoneum eſſe repereris, ac utilitati ejuſdem Eccleſiæ credideris expedire; ipſum eidem Eccleſiæ auctoritate Noſtrâ in Epiſcopum præficias, & Paſtorem, faciens ei a ſubditis ſuis obedientiam, & reverentiam debitam exiberi; ſibique per aliquos vicinos Epiſcopos communionem, & gratiam Apoſtolicæ Sedis habentes munus conſecrationis impendi. Alioquin de aliâ perſonâ idoneâ eidem Eccleſiæ de gremio, vel extra gremium ipſius; ſicut de tuâ voluntate proceſſerit; ſtudeas providere: Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo [d].

Ulterior commiſſio.

Datum Viterbii XII. Kalend. Martii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Ut alium locum intra Caſtrum Montis Politiani *Fratribus O. M. aſſignare velit, exuſto primo bellorum ardoribus*. (Ex Autographo Conventus S. Franciſci ejuſdem Civitatis Montis Politiani.)

CLIII. Anno 1268. die 28. Februarii.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri ... Epiſcopo Aretino [e] *Salutem, & Apoſtol. Benedict.*

Exordium a cauſa conceſſionis.

VACANTIBUS amori cæleſtium, & contemptui terrenorum in his benigni libenter occurrimus, per quæ ab hominum liberati calumniis, & quietâ contemplatione proficiant; & vitæ bravium curſu libero apprehendant. Cum igitur, ſicut dilecti Filii ... Guardianus, & Fratres Ordinis Minorum *de Monte Pulciano* [f] tuæ Diœceſis Nobis ſignificare curarunt, ipſi in loco ſuo ſito extra Caſtrum Montis Pulciani [g] propter Florenti-

Fratrum relatio ad Pontificem.

(a) Huic Monaſterio anno 1430. unitum fuit alterum *S. Mariæ de Angelis* in agro Peruſino ſitum, & paulo ante flammis conflagratum ex epiſt. Martini V. apud Waddingum ad eum annum num. 54.

(b) Eccleſiæ Iſernien.: Al. Æſernia vulgo *Sergnia* in Samnio ad radices Appennini montis 4. mil. paſ. a fluvio Vulturno Epiſcopalis urbs ſub Capuano Archiepiſcopo.

(c) De Sancto Germano: Oppido ad radices Montis Caſini ex hujus ruinis extructo in Provincia Terræ Laboris; de quo Antiſtite agit, & Ughellus tom. 6. Ital. Sac., ſed ex Waddingo.

(d) Porro Fr. Henricum conſecratum fuiſſe colligimus ex Catalogo Epiſcoporum illius Eccleſiæ.

(e) Episcopo Aretino: *Villelmo* Ubaldini, al. de Pazzis Florentino, qui anno 1289. occubuit in bello Pupienſi inter Florentinos, & Aretinos geſto ex Ughello tom. 1. Ital. Sac., aliiſque Scriptoribus.

(f) Ordinis Minorum de Monte Pulciano: Qui locus dicebatur de *Piſinano* a vico parum e Caſtro diſtante; & incolarum traditio fert, locum hunc Beato Franciſco pro ſuis Fratribus conceſſum fuiſſe an. 1218. a loci Univerſitate: eoque in loco anno 1252. die 23. Decembris *Ternuſque* Bartholemæi *Branduli* Politianenſis nomen dedit Ordini FF. Minorum conditis prius codicillis teſtament. *Actum in clauſtro Fratrum Minorum de Piſinano tempore Fr. Bartholomæi loci Fratrum Guardiani*; ut me per litteras edocuit in his eruditus vir Doctor Aloyſius Ant. Paulocci Clancianènſis.

(g) Extra Castrum Montis Pulciani: Quod nunc Epiſcopali dignitate fulget urbs nulli Archiepiſcopo ſubjecta ſub Magni Ducis Hetruriæ dominio in finibus ditionis Pontificiæ juxta Clanim paludem inter Senas, & Peruſium media, & ab urbe Cluſii mill. paſ. 12. diſtans in colle aſpero, & quidem modica, ſed vino valde celebrata, de qua Ughellus tom. 1. Ital. Sac.

Digitized by Google

rentinorum diſcrimina, & Senenſium Civium Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum perſecutorum incurſus; qui aliàs locum combuſſerunt [a]; & in eodem ſecurè nequeant commorari; Fraternitatem tuam rogamus, & hortamur attentè per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, ut quàm citius eiſdem Guardiano, & Fratribus de aliquo loco idoneo infra Caſtrum ipſum, in quo Eccleſiam, & domos eis neceſſarias conſtruere poſſint, & valeant [b]; prout expedire videris, providere procures ſine juris præjudicio alieni; preces, & mandatum Noſtrum in hac parte celeriter impleturus, quòd exindè omnium conditori complaceas; Noſque devotionem tuam dignis exindè poſſimus in Domino laudibus meritò commendare.

a — Locus primus, & antiquus Fratrum a militibus combuſtus.

Pontifex rogat pro alio tradori.

b

Datum Viterbii III. Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto [c].

c

A annuamus. Hinc eſt, quod Nos veſtris ſupplicationibus inclinati præſentium vobis auctoritate concedimus, ut cum generale *Interdictum* terræ fuerit, poſſitis vobis, Converſis, & Familiis veſtris in Monaſteriis veſtris per Sacerdotes, & Clericos ad hoc vobis ſpecialiter deputatos janois clauſis, excommunicatis, & interdictis, ac quibuslibet aliis prorſus excluſis, non pulſatis campanis, & voce ſubmiſſa Divina Officia facere celebrari, B & Eccleſiaſtica recipere Sacramenta; dummodo vos, Converſi, Familiares, Sacerdotes, & Clerici prædicti cauſam non dederitis *Interdicto*; nec id vobis contingat ſpecialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei &c. Si quis autem &c.

Ad Monialium ſupplicationes concedit ut ſupra,

conditione appoſita.

Clauſula prohib. &c.

Datum Viterbii Idibus Martii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto [d].

d

Tempore generalis Interdicti *Clariſſæ omnes, earumque Converſi, & Familiares gaudeant privilegio*. (Ex Autographo in Aſſiſiati Archivo Monaſterii S. Claræ ſub plumbo; & in Urbinati S. Luciæ.)

CLIV. Anno 1268. die 15. Martii.

CLEMENS &c.

Dilectis in Christo Filiabus univerſis Abbatiſſis, & Sororibus Monaſteriorum Ordinis S. Claræ *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Exordium.

INDUCUNT Nos devotionis veſtræ merita, ut petitionibus veſtris, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter

C

Ut bona Paphen. Epiſcopi *defuncti in certis* Aſſiſiat. *locis depoſita inquirat, eaque in ſequeſtro cuſtodiri faciat uſque ad mandatum ſuum*. (Ex Archivi Aſſiſiaten. Conventus S. Franciſci Autographo.)

CLV. Anno 1268. die 24. Martii.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri ... Epiſcopo Aſſiſinat. [e] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

e

D CUM bonæ memoriæ *Paſſen.* Epiſcopus [f] apud Sedem Apoſtolicam nuper ſit viam univerſæ carnis ingreſſus; & in

f

(a) Combusserunt: Nempe Gibellini Manfredi Tyranni ſeguaces. Anno enim 1259. fuit atrox prælium inter Florentinos Lucenſibus unitos, & Senenſes, qui illos vicerunt; eodemque anno fuit magna hominum mortalitas ex Synchrono autore Fr. Salibene Parmenſi Ord. Min. in Chron. Ms. ad eum annum pag. 403., alii tamen in annum ſequentem bellum rejiciunt, ac in diem 4. Septembr., quod renovatum fuit anno 1266. ex Spinello Bencio in Hiſt. Civitatis Politianæ par. 2. c. 33. & 36., quo anno crediderim exuſtum fuiſſe Conventum.

(b) Construere possint, et valeant: Quod factum eſt inſequenti anno, donata ædicula *S. Margarita infra Saxum* dicta ab Archipresbytero S. Mariæ Ventura, *Gulielmo* memorato Epiſcopo intercedente, ex Rodulphio, & Waddingo: deeſt tamen in veteri *Provinciali* Ordinis apud Barthol. Piſanum Ms. Aracœlit., ſed extat Ms. Ferrarien., & in excuſis Piſani eſt ultimus locus *Cuſtodia Cluſina*, cujus ex Rodulphio lib. 2. fol. 265. meminit Waddingus ad ann. 1269. n. 15. in dicto tamen *Provinciali* Ordinis apud Chronicon Jordani Ms. Vatic. eſt 2. locus Cuſtodiæ Cluſinæ ſub nomine *Montis* . . . a Waddingo prætermiſſi.

(c) Conceſſa igitur Eccleſia *S. Margarita* an. 1269. die 11. Decembris cum domo, platea, cœmeterio, biduo poſt confirmata fuit a *Guillelmo* Epiſcopo Aretino his litteris: „ Oſtenſa Nobis a Fratre *Ugolino* de „ Cetona de Ordine Minorum *Inquiſitore* hæreticæ „ pravitatis, & a Fratre Ubaldo *Cuſtode* Cluſino ſuo „ conſortio dicti Ordinis conceſſione facta Angelo q. „ Danienſis de Monte Puliziano Procuratori Eccleſiæ „ Romanæ accipienti proprio nomine pro ipſa Eccle- „ ſia Romana ad uſum Fratrum Minorum de Tuſcia a „ Ventura Archipresbytero Plebis Sanctæ Mariæ de „ Monte Puliziano de Eccleſia *S. Margarita* poſita infra „ Saxum &c. ipſorum igitur precibus inclinati ad re- „ verentiam Dei, & B. Mariæ Virginis, & S. Fran- „ ciſci per ea, quæ vidimus, & cognovimus, aucto- „ ritate, qua fungimur, prædicta omnia, & ſingula „ confirmamus, ratificamus, approbamus, & roboramus: nec non contradictores, & rebelles hujus „ Noſtræ confirmationis excommunicationis pœnæ decernimus ſubjacere, cujuſcunque conditionis fuerint. „ Actum Civitellæ in Curia prædicti Domini Epiſcopi „ Anno MCCLXIX. die XIII. Decembris.

Poſtea poſſeſſio capta eſt a *Fr. Manſueto* de Caſtellione Aretino Pœnitentiario, & Capellano Papæ, ut ex inſtrumento immiſſionis in poſſeſſionem loci apparet.

(d) Hujus privilegii mentionem agit Autor Supplementi ad Annales Waddingi ſub hunc annum num. 1. ex Indiculo Bull. Seraph.

(e) Episcopo Assisinat.: *Fr. Nicolao* ex Ord. Minorum, atque Pœnitentiario Apoſtolico ann. 1248., vel circiter ad hanc Eccleſiam Aſſiſiaten., ut volunt, promoto.

(f) Passen. Episcopus: In Inſula, Regnoque Cypri, qui qualis fuerit, adhuc non innotuit.

Digitized by Google

a b Epiſcopus Paphenſis in morte nonnulla ſua bona deponit apud Aſſiſium. Mandat Pontifex, ut ſupra.

in certis locis Aſſiſinat. Civitatis [a] quàm plura de bonis ſuis diſpoſuiſſe [b] dicatur; volumus, & Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus de hiis diligenter inquirens bona prædicta, quæcumque fuerint, facias in ſequeſtro cum diligentiâ cuſtodiri; nec permittas, quod dematur aliquid de præmiſſis, donec ſuper hoc receperis a Nobis aliud in mandatis. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo: Reſcripturus Nobis celeriter quidquid de præfatis bonis inveneris; & quidquid exinde duxeris faciendum [c].

Et relationem de dictis bonis exquirit. c

Datum Viterbii IX. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Monaſterium S. Angeli de Claſerna *ſe a juriſdictione Epiſcopi Eugubini ſubtrahens, Eremoque S. Crucis Fontis Avellani ſubmittens revocat, & ad priſtinum ſtatum reducit.* (Ex Reges. Vatic. ep. 8. to. 3. anni 4.)

CLVI. Anno 1268. die 30 Martii.

CLEMENS &c.

d e

Venerabili Fratri [d] ... *Epiſcopo* Eugubino, *& dilecto Filio Fratri Leonardo* [e] *Ordinis Fratrum Minorum* Coadjutori *ejuſdem Epiſcopi Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Olim intellecto, ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram Nobis, quòd ... Prior Heremi Sanctæ Crucis *Fontis Avellan.* [f] Ordinis Sancti Benedicti Eugubin. Diœceſis poſt commiſſum tibi, Fili *Frater Leonarde*, ab Apoſtolicâ Sede Coadjutoris officium ad Monaſterium Sancti Angeli *de Claſerna* [g] dicti Ordinis ejuſdem Diœceſis tibi, Frater Epiſcope, immediatè ſubjectum accedens ab ... Abbate & Monachis ipſius Monaſterii promiſſionem de exhibendâ ſibi obedientiâ & reverentiâ pro libito ſuæ voluntatis extorſerat; quodque dicti Abbas & Monachi ſe, ac præfatum Monaſterium cum membris & pertinentiis ſuis, quantum in eis extitit, propriâ temeritate ſummiſerant, in tuum, & Eugubinæ Sedis præjudicium & gravamen. Demum ad ſupplicationem veſtram memorato Priori Noſtris dedimus litteris [h] in mandatis, ut hujuſmodi promiſſionis, & ſummiſſionis prætextu nihil juriſdictionis in eiſdem Monaſterio, membris, & pertinentiis ſibi vendicare præſumeret; nec vos ſuper iis in aliquo moleſtaret. Verum quia ipſe Apoſtolico in hac parte, ut dicebatur, mandato contempto, a veſtris perturbationibus, & moleſtiis deſiſtere non curabat; Nos de ipſius qualitate negotii volentes pleniorem habere notitiam, te, Frater Epiſcope, ac eoſdem Priorem & Abbatem fecimus litterarum Noſtrarum [i] auctoritate citari, ut compareretis certo termino coram Nobis; quòd poſſemus per vos inſtrui plenius de præmiſſis. Te verò per Procuratorem idoneum, dictiſque Priore, ac Abbate perſonaliter juxta mandati Noſtri formam Apoſtolico ſe conſpectui præſentantibus, extitit ex ejuſdem Prioris confeſſione repertum, quòd ab eiſdem Abbate, ac Monachis ad eorum petitionis inſtantiam hujuſmodi ſummiſſionem receperat; quòdque Procurator ipſorum ad hoc ſpecialiter conſtitutus in animabus eorumdem, quòd ſummiſſionem ipſam perpetuo ſervarent, & contra eam aliquatenus non venire ſub certâ pœnâ promiſit, & corporali juramento firmavit, confectis exinde autenticis litteris, ſeu publicis inſtrumentis. Nolentes igitur, quòd vos, vel Eugubina Eccleſia patiamini per hoc aliquam læſionem, aut injuriam, vel jacturam; ſeu quòd idem Monaſterium in præjudicium

f

Monaſterium S. Angeli de Claſerna Epiſcopo Eugubii ſubjectum. g

ſubmittit ſe Eremo Fontis Avellanæ.

h Pontifex id prohibet,

& non obtemperantem Abbatem cum Epiſcopo vocat ad ſuam præſentiam. i

(a) Assisinat. Civitatis: Ex quibus videtur elici fuiſſe eum patria Aſſiſiatem, vel ex circumvicinis locis; forſan eſt *Andreas Spoletinus*, qui anno 1262. erat Archidiaconus *Paphenſis*, & Capellanus Pontificius ab Urbano IV. Legatus ad S. Ludovicum Franciæ Regem pro auxilio contra Palæologum Balduini Imper. Conſtantinopolitani expulſi cauſa obtinendo ex litteris ejuſdem Pontificis apud Raynaldum Annal. Eccleſ. ad eum annum num. 39.

(b) Disposuisse; Legendum videtur *depoſuiſſe*.

(c) Faciendum: Quid poſtea de his factum fuerit, incertum deſunt enim reliquæ ex utraque parte epiſtolæ.

(d) Ven. Fratri ..: *Jacobo* ex Ital. Sac. Ughelli tom. 1.

(e) Fr. Leonardo: Aſculano ex epiſt. *Sicut noſtris auribus &c.* anno 1266. die 26. Julii data, qua Pontifex eum præfati Jacobi coadjutorem conſtituit.

(f) Fontis Avellan.: Anno 1019. a B. Ludolfo Epiſcopo Eugubino fundati, cujus initium, & exitum legimus apud Cl. Mabillon. lib. 58. Annal. Benedict. ad annum 1040. num. 14. & 15.

(g) S. Angeli de Claserna: In cit. Annal. Benedict. minime commemoratum.

(h) Litteris: Quæ non apparent forſan non extantes.

(i) Litterarum Nostrarum: Nec iſtæ nobis innoteſcunt niſi per hanc epiſtolam.

Digitized by Google

eaſque perſpecta, revocat, ut ſupra dictum eſt.

cium veſtrum tali ſubjaceat ſervituti; promiſſionem & ſummiſſionem eaſdem, nec non litteras, & inſtrumenta prædicta, & quicquid ob id ſecutum extitit, auctoritate Apoſtolicâ penitus revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus; caſſum, irritum, & nullum penitùs nuntiamus; ac decernimus nullius prorſus exiſtere firmitatis; Abbatem & Conventum eoſdem, ac ipſum Monaſterium in eum omnimodè ſtatum, in quo erat ante promiſſionem & ſummiſſionem eaſdem, de Noſtræ poteſtatis plenitudine reducentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ revocationis, caſſationis, irritationis, annullationis, conſtitutionis, & reductionis infringere, vel ei &c. Si quis autem &c.

Clauſula prohib. &c.

Datum Viterbii III. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Commendat pietati Fidelium fabricam Eccleſiæ Fratrum Minorum Alexandrinæ *Civitatis Indulgentias* 100. *dierum ſubvenientibus elargiens*. (Ex Archivo Conventus S. Franciſci dictæ Civitatis Alexandrinæ Montis Ferrati.)

CLVII.
Anno 1268. die 30. Martii.

CLEMENS &c.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Rom. 14. 10.

QUONIAM, ut ait Apoſtolus, *omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti* &c.[a] Sanè dilecti Filii Fratres Ordinis Minorum *Alexandrin.*[b] ibidem, ſicut accepimus, Eccleſiam incœperunt conſtruere, in qua divinis poſſint laudibus deſervire. Cum itaque ipſis propter Chriſtum extremæ ferentibus ſarcinam paupertatis, ad hoc Fidelium ſubſidium ſit plurimum opportunum; Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes; quatenus de bonis a vobis collatis a Deo pias eis ad hoc eleemoſinas, & grata charitatis ſubſidia erogetis; ut per ſubventionem veſtram memorata Eccleſia valeat confirmari; & vos per hæc, & alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æternæ poſſitis fælicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordiâ, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui Fratribus eiſdem pro dictâ Eccleſiâ confirmandâ manum porrexerint adjutricem, *centum dies* de injunctâ ſibi pœnitentiâ miſericorditer relaxamus: Præſentibus poſt quinquennium minimè valituris.

Eccleſia Alexandrina FF. Minorum ædificari cœpta.

Hortantur Chriſtifideles ad ſubveniendum.

Pontifex indulgentias elargitur auxilium præbentibus.

conceſſio limitata.

Datum Viterbii III. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Venditionem Caſalis Florani a Monachis Sancti Pauli de Urbe *cum conſenſu* Fr. Floraſii *O. M. Fratribus S. Balbinæ factam confirmat, ut tamen certa pecuniæ pars aſſervanda detur Priori Prædicatorum, & Guardiano Minorum Fratrum de dicta Urbe.* (Ex Regesto Vatic. ep. 10. to. 3. anni 4.)

CLVIII.
Anno 1268. die 31. Martii.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis ... Priori, & Fratribus Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ[c] *de Urbe Ordinis S. Guillelmi*[d] *Salutem, & Apoſtolicam Benedict.*

Exordium.

CUM a Nobis petitur &c.[e] Sanè petitio veſtra Nobis exhibita continebat, quod dudum dilecti Filii[f] ... Abbas, & Conventus Monaſterii *Sancti Pauli* de Urbe quamdam partem Caſtri *Raiani* a quondam Petro Johannis Piczuti, & Jacobo de Capite, ac aliis de domo *Veczoſorum* civibus Romanis, quam iidem in ipſo Caſtro obtinebant, emerunt pro certâ pecuniæ quantitate. Verùm iidem pro ſolutione faciendâ dictis Civibus hujuſmodi pecuniam non habentes de licentiâ fel. record. Alexandri Papæ[g] prædeceſſoris Noſtri Caſale de *Flora-*

Monachi S. Pauli emunt partem Caſtri Rajani.

& Caſale Florani pro ſolutione obligant cum pacto.

(a) Tribunal Christi &c.: Vide *Bullam* 107. hujus Pontificis ſupra relatam ad an. 1266. 5. Novemb.

(b) Fratres Ordinis Minorum Alexandrin.: Staticellorum vulgo *Della Paglia* in Liguria nunc in Monte Ferrato ad fluvium Tanarum, fere media inter Genuam, & Taurinum Epiſcopalis urbs ſub Mediolani Archiepiſcopo; qua in civitate quandonam Minoritæ locum obtinuerint, ignotum; illud conſtat, caput eſſe horum *Cuſtodia Montis Ferrati* Provinciæ Genuæ in veteri *Provinciali Ordinis* tam apud Jordanum autorem Polychronici, quam apud Barthol. Piſanum Conform. XI., ejuſque meminit Waddingus in Annal. Min. dumtaxat ad annum 1289. num. 49.

(c) S. Balbinæ: In IX. Urbis Romæ regione Ripæ extremaque Montis Aventini parte.

(d) Ordinis S. Guillelmi: Erem. S. Auguſtini, nunc Piorum Operar., ſed juris Baſilicæ Vaticanæ, ipſiuſque Capituli, cui quotannis canon perſolvitur.

(e) Petitur &c.: Ut in *Bulla* anno 1266. die 17. Martii edita.

(f) Filii..: *Fridericus*, ut infra in inſtrumento.

(g) Alexandri Papæ: *Quarti* hujus nominis.

CLEMENS PP. IV. An.Ch. 1268.

Florano ad Monaſterium ipſum pertinens pro duobus milibus & quingentis libris *Provenien.* [a] Civibus obligarunt eiſdem, ab eis eâ conditione adjectâ, quòd niſi Caſale ipſum infra certum terminum iidem Abbas, & Conventus redimere procurarent, extunc liceret dictis Civibus dictum Caſale vendere pro ſuæ libito voluntatis. Porrò præfati ... Abbas & Conventus, adveniente hujuſmodi termino, prædictis Civibus de præmiſsâ quantitate pecuniæ ſatisfacere nequeuntes piæ memoriæ URBANO PAPÆ [b] prædeceſſori Noſtro humiliter ſupplicarunt, ut vendendi vobis præfatum Caſale pro quatuor milibus libris *Provenien.* ſub certis pactis, & conditionibus eis concedere licentiam dignaretur. Dictus autem URBANUS prædeceſſor eorumdem Abbatis & Conventus precibus condeſcendens hujuſmodi licentiam ſub certâ formâ per ſuas ejus duxit litteras [c] concedendam; quarum auctoritate [d] ... Decanus dicti Monaſterii, & memorati Conventus tàm ſuo, quàm ejuſdem Abbatis, qui eis ſuper iis totaliter commiſerat vices ſuas, ac ejuſdem Monaſterii nomine ſæpedictum Caſale cum juribus, & pertinentiis ſuis vobis pro quatuor milibus libris *Provenien.* vendiderunt, quibuſdam conditionibus interjectis; prout in inſtrumento publico inde confecto plenius continetur. Nos itaque veſtris, & Venerabilis Fratris Noſtri [e] ... Epiſcopi *Præneſtini* pro vobis in hac parte Apoſtolicæ Sedis gratiam implorantis ſupplicationibus inclinati venditionem hujuſmodi ratam, & gratam habentes eam de certâ ſcientiâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem autem prædicti inſtrumenti de verbo ad verbum præſentibus fecimus annotari, qui talis eſt.

cujus cauſa petunt a S. A facultatem vendendi dictum Caſale,

eamque obtinent;

& Pontifex confirmat, ut ſupra.

Inſtrumentum venditionis Caſalis Florani. Anno 1264. die 1. Octobris.

„ In nomine Domini Amen. Anno „ Dominicæ Incarnationis M. CC. LXIV. „ Indictione VIII., menſe Octobris die „ prima. Cum [f] ... Abbas & Conven„ tus Monaſterii *Sancti Pauli* de Urbe [g] „ obligaverint Jacobo Capiti de *Veczo*„ *ſis* pro tertia parte, Johanni, Petro, „ Angelo, & Jacobino Fratribus filiis „ quondam Johannis Peccuti de *Veczo*„ *ſis* pro alia tertia parte, Petro An„ dreæ, & Jannuctio Fratribus filiis „ olim Semii de *Veczoſis*, & legitimæ „ perſonæ ipſius Jannuctii pro eo, pro „ aliâ tertiâ parte ex auctoritate eiſdem „ Abbati & Conventui conceſsâ a San„ ctiſſimo Patre Domino ALEXANDRO „ olim Quarto Papâ, totum, & inte„ grum Caſale de *Florano* cum Teni„ mento ſuo & omnibus ſuis pertinentiis „ & utilitatibus pro duobus milibus li„ brarum, & quingentis libris *Proven.* „ ſub eâ ab eis videlicet conditione ad„ jectâ, quod niſi hinc ad certum termi„ num in ipſo inſtrumento expreſſum „ dictis creditoribus ab ipſis Abbate & „ Conventu prædicta pecunia ſoluta „ non eſſet; extunc liceret ipſis credi„ toribus Caſale ipſum vendere pro ſuo „ libito voluntatis; ut in inſtrumento „ exinde confecto per Matthæum de „ Concha Scriniarium plenius contine„ tur: Et cum in feſto omnium Sancto„ rum, vel circuitu proximo venturo „ hujuſmodi terminus compleretur; di„ ctumque Caſale ferè ſeptem milia li„ brarum valeat; nec habeant unde „ illud poſſent redimere, ſeu luere infra „ tam modici temporis brevitatem; „ volentes ipſius Monaſterii utilitatibus „ providere, & futurum timentes pe„ riculum; ideoque in præſentiâ M. Jo„ hannis eorum Notarii, & teſtium „ ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vo„ catorum, & rogatorum Domnus „ Theodinus Decanus & Monachus Ve„ nerabilis Monaſterii *Sancti Pauli* de „ Urbe, Domnus Johannes Romæ Ca„ merarius, Domnus Albinus, Dom„ nus Petrus, Domnus Franzonus In„ firmarius, Domnus Theobaldus, Dom„ nus Nicolaus, Domnus Egidius, Dom„ nus Roffridus, Domnus Barnabas, „ Domnus Accurſius, Domnus Petrus „ Caſtelle, Domnus Petrus Tyburti„ nus, Domnus Jacobus de Prungia, Do-

Pretium Caſalis prædicti in venditione,

cum pacto,

pretium verum dicti Caſalis.

Nomina Monachorum S. Pauli de Urbe,

(a) PROVENIEN: De quibus dictum eſt in 1. hujus Operis tomo pag. 313. not. (c).
(b) URBANO PAPÆ: Hujus nominis *Quarto*.
(c) LITTERAS: Quæ infra exhibentur.
(d) AUCTORITATE: *Theodinus*, ut infra in inſtrumento legitur.
(e) FRATRIS NOSTRI ..: *Stephani Hungari*, quem male quidam vita functum volunt anno 1266.
(f) CUM ..: *Fridericus*, ut ſupra.
(g) S. PAULI DE URBE: De quo verba fecimus ad epiſt. *Cum nuper &c.* anno 1264. die 17. Julii ſcriptam.

Digitized by Google

,, Domnus Johannes Sanctæ Mariæ, A
,, Domnus Bartholomeus de Scarpa,
,, Domnus Paulus, Domnus Symeon
,, Johannis, Domnus Raynaldus Bub-
,, kimmani, Domnus Taddeus, Dom-
,, nus Franciſcus, Domnus Johannes
,, Paccus, Conventus, & Monachi di-
,, cti Monaſterii pro ipſo Monaſterio &
,, ejus nomine, & nomine Venerabilis
,, Patris Domini *Frederici* Abbatis præ-
,, fati Monaſterii, qui vices ſuas com-
,, miſit Decano & Conventui præfatis B
,, ipſius Monaſterii, ſuper venditione
,, Caſalis de *Florano* faciendâ ... Priori
,, & Conventui *Sanctæ Balbinæ*; ac
,, etiam obligandi bona ipſius Monaſte-
,, rii *Sancti Pauli*; ut de ipſa commiſ-
,, ſione factâ a dicto Domino Abbate
,, prædictis Conventui & Decano appa-
,, ret publicum inſtrumentum ſcriptum
,, per Guidonem Raynerii Tudini Nota-
,, rium, de quo viſo, & lecto mihi No-
,, tario conſtitit; promittentes dicti De- C
,, canus, Monachi, & Conventus Dom-
,, no *Bartholomeo* Priori *Sanctæ Balbi-*
,, *næ* de Urbe Ordinis Sancti Guillelmi
,, nomine ipſius Eccleſiæ Sanctæ Balbi-
,, næ, & pro eâ ſe facturos & curaturos,
,, quòd dictus Domnus Abbas nomine
,, ipſius Monaſterii hunc contractum, &
,, omnia & ſingula infraſcripta ratifica-
,, bit, acceptabit, & confirmabit cum
,, omnibus ſuis tenoribus; & cuncta fa-
,, ciet ſufficienter de jure ad ſenſum ſa- D
,, pientis dicti Prioris, ex poteſtate, &
,, licentiâ ipſis Abbati, & Conventui
,, conceſſis a Sanctiſſimo Patre Domino
,, Urbano Papa Quarto ſuper venditio-
,, ne infraſcriptarum rerum faciendâ;
,, ſicut in litteris ipſius Sanctiſſimi Pa-
,, tris Domini Urbani Papæ Quarti
,, Bullâ ejus plumbeâ munitis plenius
,, continetur; quarum litterarum tenor
,, inferius continetur; præſente quoque E
,, *Fratre Floraſio* de Ordine Minorum
,, Domini Papæ Cappellano, cui ad-
,, miniſtratio, & cura ipſius Monaſterii
,, gerenda tam in ſpiritualibus, quam
,, in temporalibus ab ipſo Domino Papa
,, eſt commiſſa [a]; & præſtante etiam
,, ipſo *Fratre Floraſio* ſuum aſſenſum in
,, omnibus infraſcriptis & ſingulis; &
,, de ipſius *Fratris Floraſii* licentiâ,
,, atque verbo, quarum litterarum ab
,, ipſo Domino Papâ dicto *Fratri Flo-*
,, *raſio* directarum tenor inferius deſi-
,, gnatur, eorum bonâ voluntate, &
,, ex certâ ſcientiâ vendiderunt, & ven-
,, ditionis titulo dederunt, & conceſſe-
,, runt prænominato Domno Bartholo-
,, meo Priori *Sanctæ Balbinæ* de Urbe
,, Ordinis Sancti Guillelmi nomine
,, ipſius Sanctæ Balbinæ, & ad ejus opus
,, & utilitatem, videlicet unum Caſale,
,, quod vocatur *Floranum*, cum Ca-
,, ſtello, Turri, Palatio, Domibus,
,, Caſis, Ædificiis, Caſalinis, Caſſa-
,, ro, & quibuſcumque aliis ædificiis
,, ibidem poſitis, & ejus circuitu, &
,, & cum toto & integro ſuo tenimento
,, adjacenti, ſeu pertinenti dicto Caſa-
,, li, cum loco, ſeu Caſali, quod di-
,, citur *Caſtelion*; & cum omnibus Ter-
,, ris ſpectantibus ad ipſum Caſtellion.,
,, & cum Terris cultis & incultis, ſyl-
,, vis, ſodis, pratis, pratarin., paſcuis,
,, aquis, aquarum decurſibus, cum ar-
,, boribus fructiferis, & infructiferis,
,, & introitibus, & exitibus eorum, &
,, omnibus ſuis uſibus, utilitatibus, &
,, pertinentiis ad prædicta. Quæ omnia
,, poſita ſunt extra portam *Sancti Pauli*,
,, ſive portam *Appiam* [b], inter hos fines:
,, A primo latere eſt tenimentum, quod
,, fuit Sancti Clementis, & tenimen-
,, tum Hoſpitalis Lateranen., & Eccle-
,, ſiæ Sanctæ Mariæ Novæ [c], & Palom-
,, barium Sancti Gregorii med. ſtrad.;
,, A ſecundo Eccleſia Sanctæ Mariæ Ma-
,, joris, & filii Petri Batholomæi, &
,, Eccleſia Sancti Thomæ de Formis [d];
,, A tertio eſt poſſeſſio Sancti Filiari,
,, & Eccleſia Sanctæ Priſcæ, Foſſato
,, de filiari medio, & dicta Eccleſia
,, Sancti Thomæ. A Quarto Domnus
,, Johannes Caſtellanus, & Eccleſia
,, Sancti Laurentii Paniſpernæ med.
,, ſtrad., & tenimentum Palumbariæ;
,, vel ſi alii ſunt fines: & per Magiſtrum
,, Johannem Romanucci ſubſcriptum
,, teſtem,

nomen Abbatis S. Pauli,

& Prioris S. Balbinæ.

Fr. Floraſius O. M. adminiſtrator Monaſterii S. Pauli.

Confines Caſalis venditi.

(a) Commissa: Litteris, ut infra, anno 1264. die 17. Julii eidem datis *Cum nuper &c.* fol. 149.

(b) Portam Appiam: Al. Capenam nunc *S. Sebaſtiani*.

(c) S. Mariæ novæ: Nunc *S. Franciſca Romana* Monachorum Congregationis Montis Oliveti in extrema parte fori Boarii vulgo *Campo Vaccino*.

(d) S. Thomæ de Formis: Al. ad Naviculam vulgo *alla Navicella* in 2. regione *Montium*, nunc juris Baſilicæ Vaticanæ.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An.Ch. 1268.

„ teſtem, & dictum Domnum Johannem Romæ Camerarium, & per alterum eorum, ſive alio, quos & quemlibet eorum in ſolidum ad hæc ſpecialiter Procuratores conſtituerunt dictum Fratrem Bartholomeum Priorem nomine Eccleſiæ prælibatæ Sanctæ Balbinæ inveſtiri, & in corporalem poſſeſſionem induci juſſerunt de rebus prædictis venditis; & donec idem Prior nomine ipſius Eccleſiæ *Sanctæ Balbinæ*, & Fratres ejuſdem Eccleſię pro ea dictarum rerum venditarum corporalem poſſeſſionem adepti fuerint, conſtituerunt ſe iidem Monachi, & Conventus nomine dicti Prioris & Fratrum Sanctæ Balbinæ pro ipſâ Eccleſiâ, & ipſius Eccleſiæ nomine tenére, & poſſidere; quarum rerum poſſeſſionem apprehendendi auctoritate propriâ eidem Priori pro dictâ Eccleſiâ Sanctæ Balbinæ liberam poteſtatem conceſſerunt; ſalvis pactis, tenoribus, & conditionibus infraſcriptis: Et dederunt, conceſſerunt, ceſſerunt, & mandaverunt prædicti Decanus, & Conventus nomine dicti Monaſterii *Sancti Pauli* prædicto Priori nomine dictæ Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ omne jus, omnemque actionem, quod, & quam prædictum Monaſterium Sancti Pauli, & ipſi nomine ipſius Monaſterii habent, vel habere poſſent in prædictis, & pro prædictis rebus venditis, & earum occaſione contra quamcumque perſonam & locum, quocumque modo, jure, & causâ, ſalvis tamen pactis, tenore, & conditionibus infraſcriptis.

Pacta pro re vendita. 1.

Et promiſerunt dicti Monachi & Conventus nomine dicti Monaſterii, & pro eo Priori jamdicto nomine dictæ Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ, quod dictæ res vendere nulli alii perſonæ, univerſitati, vel loco ſunt datæ, conceſſæ aliquo modo, vel alienatæ; nec aliquis contractus, vel quaſi contractus de eis factus eſt in totum, vel in partem, niſi obligatio facta *Veczoſis*, ut ſuperius eſt narratum. Qui ſi apparuerint, & propterea vel etiam propter dictam obligationem, vel ejus occaſione, vel quocumque alio modo de jure in damnum; idem Prior pro dictâ Eccleſiâ, & ipſa Eccleſia Sanctæ Balbinæ venerint, vel expenſas fecerint, ſeu dictæ res venditæ in totum vel in partem evictæ fuerint, ſecundum quod in jure verbum evictionis ſonat; omne damnum eidem Priori pro dictâ Eccleſiâ Sanctæ Balbinæ reddere, & reſtituere, & omnes expenſas reſarcire, & reddere promiſerunt etiam in ipſo litis initio, & ante cauſam inceptam, ſeu ſententiam latam, vel poſt ipſum judicium finitum, & in qualibet parte ipſius judicii, & ipſum Priorem pro ipſâ Eccleſiâ Sanctæ Balbinæ indemnem conſervare; de quibus damnis, & expenſis fuit actum, & conventum inter partes ipſas, quod ſtari, & credi debet ſimplici verbo Prioris, & Fratrum dictæ Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ, qui per tempora ibi erunt, ſine Sacramento, & alio onere probationis; pro quibus omnibus prædictis & infraſcriptis & ſingulis obſervandis, & adimplendis prædicti Monachi, & Conventus pro Monaſterio jamdicto obligaverunt, & pignori poſuerunt præfato Priori pro dictâ Eccleſiâ Sanctæ Balbinæ omnia bona dicti Monaſterii habita, & habenda; & ea per ipſum Priorem nomine ipſius Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ jure pignoris ſe conſtituerunt poſſidere, & precario recognoverunt ab eo. Quæ bona obligata, fuit actum, & conventum inter partes ipſas, quod liceret ipſi Priori pro dictâ Eccleſiâ Sanctæ Balbinæ propriâ auctoritate, & ſine alicujus Curiæ proclamatione intrare, tenere, poſſidere, vendere, alienare, quouſque de indemnitate damnorum, & expenſarum, ac etiam ipſâ evictione eſſet integrè ſatisfactum, iis pactis, tenoribus, & conditionibus in hoc contractu, & traditione de communi voluntate ipſarum partium in continenti appoſitis & adjectis videlicet,

2. quod ipſi Prior, & Fratres Eccleſiæ S. Balbinæ nomine ipſius Eccleſiæ teneantur ipſum Caſale *Floranum* cum omnibus prædictis rebus, & tenimentis vendere, & poſſeſſionem tradere Abbati, Conventui & Monachis præfati Monaſterii *Sancti Pauli* pro ipſo Monaſterio, quandocumque Abbas, & Conventus ipſius Monaſterii Sancti Pauli cum effectu ſol-

Digitized by Google

,, ſolverint Priori, & Fratribus Sanctæ A
,, Balbinæ, qui per tempora ibi fuerint,
,, quatuor millia librarum Provenien.
a ,, Senatus [a]; & quandocumque ſuper ipſâ
,, revenditione faciendâ prædictarum
,, rerum ipſi Prior, & Fratres dictæ
,, Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ fuerint re-
,, quiſiti a prædictis Abbate & Conven-
,, tu, & Monachis Monaſterii antedicti
,, pro ipſo Monaſterio, ſeu a perſonâ le-
,, gitimâ dicti Monaſterii; quæ omnia
,, prædicta, & infraſcripta dictus Prior B
,, nomine ſuo, & Fratrum dictæ Eccle-
,, ſiæ Sanctæ Balbinæ pro dictâ Eccleſiâ
,, S.Balbinę promiſit antedictis Decano,
,, Monachis, & Conventui pro dicto
,, Monaſterio obſervare, attendere, ac
,, etiam adimplere; & etiam facere, &
,, curare, quòd Fratres dictæ Eccleſiæ
,, Sanctæ Balbinæ prædicta omnia, &
,, etiam infraſcripta promittent atten-
,, dere, obſervare, adimplere, & rata,
,, & firma habere, & contra non ve- C
,, nire; & promittent tempore dictæ
,, revenditionis Prior, & Fratres di-
,, ctæ Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ, quòd
,, ipſas res in totum, vel in partem non
,, alienaverint, nec contractum, vel
,, quaſi contractum cum aliquâ perſonâ,
,, Univerſitate, vel loco fecerint; &
,, curam inde de facto Prioris, & Fra-
,, trum ipſius Eccleſiæ tantum ſuper iis
,, facient de jure ſufficientem ad ſenſum
,, ſapientis ipſius Monaſterii ſine mali- D
3. ,, tiâ. Item fuit actum & conventum
,, inter dictas partes, quod ſexta pars
,, poſſeſſionum, ſeu proventuum dicti
,, Caſalis de *Florano*, & dictarum re-
,, rum venditarum in ſignum dictæ con-
,, ditionis reſervetur ſecundum tenorem
b ,, ſcriptarum litterarum Domini Papæ [b];
,, quam ſextam partem poſſeſſionum ſive
,, proventuum prædictarum rerum ipſi
,, Decanus, Monachi, & Conventus E
,, pro ipſo Monaſterio, & ipſi Monaſte-
,, rio reſervarunt in ipſâ venditione, &
,, tempore ipſius venditionis, ita quod
,, per prædicta & infraſcripta quantum
,, ad ipſam ſextam partem nullum ipſi
,, Monaſterio præjudicium generetur;
,, quod etiam ipſæ partes acceptave-
4. ,, runt, & voluerunt. Item fuit actum
,, & conventum inter dictas partes in
,, continenti, & in ipſo contractu, quòd
,, ſi Prior & Fratres dictæ Eccleſiæ
,, S.Balbinæ requiſiti fuerint ab Abbate,
,, Conventu, & Monachis dicti Mona-
,, ſterii, vel legitimâ perſonâ ipſius Mo-
,, naſterii pro eo, & nollent ipſam ſo-
,, lutionem quatuor millia librarum Pro-
,, venien. recipere, & ipſam revenditio-
,, nem facere; & Prior & Fratres ipſius
,, Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ vocati co-
,, ram Judice Eccleſiaſtico, & compel-
,, lati quòd ipſam pecuniam tunc obla-
,, tam reciperent, & recipere nollent;
,, expectati ſpatio duorum menſium a
,, tempore dictæ compellationis, & de
,, iis appareat publicum Inſtrumentum
,, per bonum & legalem Scriniarium
,, ſcriptum; quod ex tunc, factâ ipſius
,, pecuniæ depoſitione, & conſignatione
,, in ædem ſacram, liceat Abbati, &
,, Conventui dicti Monaſterii pro ipſo
,, Monaſterio eorum propriâ auctoritate,
,, & ſine Curiæ proclamatione, & juris
,, dicti Monaſterii læſione poſſeſſionem
,, & tenutam ipſarum rerum vendita-
,, rum intrare, tenere, uti, & frui ex-
,, ceptione aliquâ non obſtante; & de
,, eis facere velle eorum. Et promiſe-
,, runt dicti Decanus, Monachi & Con-
,, ventus nomine prælibati Monaſterii
,, dicto Priori nomine dictæ Eccleſiæ
,, Sanctæ Balbinæ, ſe facturum & cu-
,, raturum, quod Capitoczius, & Bar-
,, tholomæus filii olim Jacobi de Capite
,, de *Veczoſis*, ut filii & hæredes dicti
,, eorum Patris in ſolidum, & Johan-
,, nes, Petrus, Angelus, & Jacobinus
,, filii quondam Johannis Piczuti de
,, *Veczoſis*, Petrus, Andreas, & Jan-
,, nutius filii olim Semii de *Veczoſis*, &
,, legitima perſona dicti Jannutii, qui-
,, bus ipſæ res obligatæ ſunt pro certâ
,, pecuniæ quantitate; ipſi venditioni
,, conſentient, & renuntiabunt, & re-
,, futabunt omne jus, quod in ipſo Ca-
,, ſali, & rebus prædictis habent, vel
,, habere poſſent quocumque modo, ju-
,, re, vel cauſâ, & ex quocumque con-
,, tractu; & cavebunt de facto eorum &
,, ſuorum anteceſſorum nulla eis facta
,, reſervatio; & curam, & cautelam fa-
,, cient de jure ſufficientem; & reddent
,, etiam omnia inſtrumenta, & litteras

(a) Senatus: De quibus non ſemel in 2. tomo.

(b) Domini Papæ: Urbani IV., ut infra fol.149.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1268.

„ Domini Papæ, quæ & quas ipſi *Vec-* A
„ *zoſi* habent pro ipſis, & de ipſis rebus
„ & eorum occaſione. Et promiſerunt
„ dicti Decanus, Monachi, & Conven-
„ tus Monaſterii prælibati nomine ipſius
„ Monaſterii Priori prædicto pro ipſâ
„ Eccleſiâ Sanctæ Balbinæ dare octo *fi-*
„ *dejuſſores*, vel decem, qui fidejuſſo-
„ res nomine, & animo donandi pro-
„ mittant ipſi Priori pro dictâ Eccleſiâ
„ Sanctæ Balbinæ ſe facturum, & cura-
„ turum, quòd Abbas, & Conventus B
„ jam dicti Monaſterii prædicta omnia,
„ & infraſcripta attendent, obſerva-
„ bunt, adimplebunt, & contra non
„ venient, ſalvis pactis, & tenoribus
„ ſupraſcriptis; & etiam ipſum Prio-
„ rem pro dictâ Eccleſiâ, & ipſam Ec-
„ cleſiam indemnem, & ſine expenſis
„ conſervare de ipſâ venditione & ejus
„ occaſione. Et pro iis etiam obliga-
„ bunt bona eorum, & curam ſufficien-
„ tem facient memorato Priori Eccleſiæ C
„ Sanctæ Balbinæ pro ipſâ Eccleſiâ de
„ jure ſufficientem prædictam venditio-
„ nem; & quæ dicta ſunt prædicti De-
„ canus, Conventus, & Monachi no-
„ mine Monaſterii prælibati de licentiâ
„ dicti Domni Abbatis, & de conſen-
„ ſu, & voluntate dicti Domni *Fra-*
„ *tris Floraſii* fecerunt nominato Priori
„ Sanctæ Balbinæ nomine ipſius Eccle-
„ ſiæ pro pretio quatuor millium libra-
„ rum Provenien. Senatus, de quo pre- D
„ tio dictus Prior nomine ipſius Eccle-
„ ſiæ Sanctæ Balbinæ promiſit Decano,
„ Conventui, & Monachis jamdictis
„ pro Monaſterio antedicto ſolvere eis,
„ vel alii perſonæ pro dicto Monaſterio
„ duo millia librarum & quingentas li-
„ bras Provenien. Senatus tunc & eo
„ tempore, quando ſolutio fiet prædi-
„ ctis *Veczoſis*, quibus ipſæ res venditæ
„ obligatæ ſunt; vel quòd ipſa quanti- E
„ tas duorum millium quingentarum li-
„ brarum Provenien. Senatus depona-
„ tur pro ſolutione faciendâ prædictis
„ *Veczoſis* creditoribus; & in aliam
„ cauſam expendi, vel negari non poſ-
„ ſit; dum tamen, ſi contigerit ſolu-
„ tionem de ipſâ quantitate prænomi-
„ natis *Veczoſis* fieri, ut dictum eſt;
„ tunc ipſi *Veczoſi* renuntient, & re-
„ futent omne jus eis competens in re-
„ bus prædictis venditis, & conſentient
„ ipſi venditioni, & de ſuorum facto,
„ & ſuorum anteceſſorum caveant, &
„ promittant. Et etiam promiſit dictus
„ Prior Sanctæ Balbinæ prædicto Deca-
„ no, Conventui, & Monachis nomine
„ dicti Monaſterii alias mille quingentas
„ libras Provenien. reſiduas de dicto
„ pretio quatuor millium librarum Pro-
„ venien.... Guardiano Fratrum *Mino-*
„ *rum* de Urbe, & ... Priori Fratrum
„ *Prædicatorum* de Urbe totaliter aſſi-
„ gnari [a] pro ejuſdem recuperatione
„ Caſalis in aliquo tuto loco, de quo
„ ipſis Guardiano, & Priori videbitur
„ fideliter deponendas; & Abbati, &
„ Conventui prædicti Monaſterii nullo
„ unquam tempore aſſignandas ſine man-
„ dato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali. Iis 5.
„ pactis, & tenoribus in continenti de
„ voluntate utriuſque partis appoſitis
„ & adjectis, quòd ſi dicta ſolutio, vel
„ depoſitio duorum millium librarum,
„ & quingentarum librarum Provenien.
„ & alia depoſitio mille quingentarum
„ librarum Provenien. fiet, ut dictum
„ eſt, uſque in ſeptimo die futuri men-
„ ſis Novembris, prædicta venditio va-
„ leat, & robur obtineat firmitatis:
„ Alioquin ipſæ res venditæ ſint ineptæ,
„ & ad dictum Monaſterium *Sancti Pau-*
„ *li* liberæ revertantur, & ad ipſum Mo-
„ naſterium remaneant pleno jure, præ-
„ dictis & infraſcriptis nequaquam ob-
„ ſtantibus. Quam venditionem, &
„ omnia, & ſingula ſupradicta præliba-
„ ti Decanus, Conventus & Monachi
„ antedicti pro eis & eorum Succeſſori-
„ bus, & nomine dicti Abbatis pro me-
„ morato Monaſterio, & ejus nomine
„ ſtipulatione ſolemni promiſerunt Prio-
„ ri ſæpedicto nomine dictæ Eccleſiæ
„ *Sanctæ Balbinæ* attendere, obſerva-
„ re, defendere, & adimplere, rata
„ & firma habere, & contra non venire
„ ſub obligatione bonorum dicti Mona-
„ ſterii, & ſub pœnâ dicti pretii dupli;
„ Et dictus Prior pro ſe, & Fratribus
„ ipſius Eccleſiæ, eorumque in dictâ
„ Eccleſiâ ſucceſſoribus ſub obligatio-
„ ne bonorum ipſius Eccleſiæ promiſit
„ nominatis Decano & Conventui no-
„ mine

Depoſitarii reſidui pretii Guardianus Minorum, & Prior FF. Prædicat.

(a) Assignari: Uti mandavit præfatus Urbanus IV. in epiſt. mox legenda.

Digitized by Google

„ mine Monaſterii antedicti, & pro ipſo „ Monaſterio prædicta pacta, & conventiones, tenores, & alia ab ipſo Priore „ præmiſſa, & conventa dictis Decano, „ & Conventui nomine præfati Monaſterii omni tempore attendere, obſervare, adimplere, & contra non venire ſub pœnâ prædictâ; & pœnâ ſolutâ, vel non, hæc cartula, & prædicta „ & ſingula in ſuâ firmitate permaneant. „ Tenor dictarum Litterarum Domini „ Papæ talis eſt:

Urbani IV. epiſtola pro facultate vendendi &c.

URBANUS *Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis Filiis . . Abbati & Conventui Monaſterii Sancti Pauli de Urbe Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Ex parte veſtrâ fuit propoſitum coram Nobis, quod vos olim a Petro Johannis Pizuti, & quondam Jacobo de Capite, ac aliis de domo Vezzoſorum Civibus Romanis partem, quam iidem Cives habebant in Caſtro Rajani, emiſtis pro quadam pecuniæ quantitate; & cum non haberetis præ manibus, unde totam pecuniam hujuſmodi ſolveretis, tandem pro duobus millibus libris, & quingentis libris Provenien. Caſale de Florano ſitum in territorio Urbis ad veſtrum Monaſterium pertinens de licentia fel.recor.* ALEXANDRI PAPÆ *Prædeceſſoris Noſtri dictis Civibus obligaſtis ſub eâ videlicet a vobis adjectâ conditione, quod niſi uſque ad certum terminum in Inſtrumento ſuper hoc confecto expreſſum prædictum Caſale redimeretur a vobis, ex tunc liceret eiſdem Civibus Caſale ipſum vendere pro ſuæ libito voluntatis. Unde Nobis humiliter ſupplicaſtis; ut cum in feſto omnium Sanctorum proximo venturo hujuſmodi terminus compleatur; dictumque Caſale ferè ſeptem millia librarum Provenien. valeat; nec habeatis, unde illud poſſitis redimere infra tam modici temporis brevitatem, vobis vendendi Caſale ipſum cum juribus & pertinentiis ſuis pro pretio competenti dilectis Filiis ... Priori, & Conventui Sanctæ Balbinæ de Urbe Ordinis Sancti Guillelmi; præſertim cum inter vos, & eoſdem Priorem & Conventum expreſſe ſit actum, quòd ipſi Caſale prædictum pro eodem pretio, quo illud emerint, vel quandocumque ipſos ſuper hoc requiſiveritis, vendere teneantur; & ſexta pars poſſeſſionum, ſive proventuum dicti Caſalis in ſignum conditionis hujuſmodi reſervetur; cum etiam vos pro reſtitutione dicti pretii de Rajano, de Marcellin., de Sancta Maria Montis Dominici, de Curcorulo, de Paxarano, de Sancto Victorino Caſtrorum fructus duxeritis deputandos, licentiam concedere dignaremur. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, præmiſſis veris exiſtentibus hujuſmodi licentiam tenore præſentium elargimur. Volentes, ut pecunia, quam ultra ſummam duorum dictorum millium & quingentarum librarum præfatos Priorem & Conventum ſolvere pro hujuſmodi venditione continget, dilectis Filiis .. Priori Fratrum Prædicatorum, & .. Guardiano Fratrum Minorum de Urbe totaliter aſſignetur pro ejuſdem recuperatione Caſalis in aliquo tuto loco, de quo eis videbitur, fideliter deponenda; & vobis nullo unquam tempore aſſignanda ſine mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali. Datum apud Urbem veterem* VIII. *Idus Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.*

Anno 1264. die 6. Septembr.

„ Tenor litterarum Domini Papæ di„ rectarum *Fratri Floraſio*, talis eſt. „

Ejuſdem Urbani epiſtola Fr.Floraſio &c.

URBANUS *Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto Filio Fratri Floraſio Ordinis Minorum Cappellano Noſtro Salutem, & Apoſt. Bened. Cum nuper &c.* [a] *Datum apud Urbem veterem* XVI. *Kalendas Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.*

Anno 1264. die 17. Julii.

„ Actum in Urbe apud Monaſterium „ Sancti Pauli. Domnus Thomas de „ Oderiſiis Judex Teſtis, Domnus Petrus Conſolini Judex teſtis, Magiſter „ Johannes Rom. Domini Papæ Scriptor teſtis, Gratianus Scriniarius teſtis, Bonus de Vicentia teſtis, Jannitellus de Apingia teſtis, Jacobus Cocus teſtis. Ego Johannes Coni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Scriniarius prædictis interfui, & ea rogatu partium „ prædictarum in publicam formam ſcripſi, & redegi. „ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ confirmationis infringere, vel ei &c. Si quis autem &c.

Teſtes rogati.

Clauſula Pontificis prohib. &c.

Datum Viterbii II. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Multa-

(a) NUPER &c.: Conſule epiſtolam ſuperius relatam ad diem 17. Iulii anni 1264. in 2. tomo fol. 170.

CLEMENS PP. IV. An.Ch.1268.

Multare Urbem *ſacrorum uſu minatur ob perduellionem*, *Conradinique ſequelam*; *&* *jubet* Interdictum *tunc ab omnibus etiam Religioſis* Mendicantibus *arctiſſime obſervari*. (Ex Reges. Vatic. Pont. epiſt. 88. tom. 3. anno 4. epiſt. vero 4. cur. apud Raynaldum ad hunc ann. n. 21., & ſeqq. ſed mutilata.)

CLIX.

Anno 1268. die 5. Aprilis.

CLEMENS &c.

Ad notitiam præſentium, & memoriam futurorum.

a Exordium ab inquietudine Rom. Eccleſiæ.

VIsceribus Matris *Eccleſiæ* [a] gravi diebus iſtis inquietudine concitatis, & turbationis inſolitæ vulnere laceſſitis contra cor Noſtrum impellimur novum cogitare conſilium, quod extrema neceſſitas exigit coactæ benevolæ voluntatis, quam dilectio paterna conſervat terminos præterire. Licet enim ipſius Matris fecunditas cunctos populos Chriſtianos *Fidei* profeſſores uberum ſuorum lacte reficiat, ſitque de illorum ſalubri ſtatu ſollicita; Cives tamen *Romanos* potiſſimè: quos peculiares filios Divina ſibi diſpoſitio ſtatuit, gerit ſpecialius in intimæ gremio charitatis; & eos, quos ſemper amplius ſublimare conſuevit honoribus, potiori affectione proſequitur; & in eorum ſalute plenius delectatur; ſicut prædeceſſorum Noſtrorum Romanorum geſta Pontificum beneficiorum largitione gratuitâ, privilegiorum conceſſione munificâ, ſpiritualium, & temporalium bonorum exhibitione largifluâ, & prærogativâ multarum, ac grandium dignitatum clara demonſtratione teſtantur [b]. Decens profectò fuiſſe cenſemus, & debitum, *Urbem*, & Urbis incolas gratiis muniri magnificis, donis ſublimibus decorari, quam Apoſtolorum ſanguine conſecratam ſuperna clementia ſtatuit *Caput Orbis*, conſtitutis inibi Sedis Apoſtolicæ præcipuis fundamentis. Ii ſunt incolæ ſoliti Sedèm ipſam veneratione debitâ colere; fructus ei devotionis impendere; ac in adverſitatibus ferventer aſſiſtere, veluti vigiles, & indefeſſi libertatis Eccleſiaſticæ defenſores; cujus promovendo negotium temporibus opportunis proprium agi commodum reputabant. Inde fit, quòd quantò [c] filiis Matris liberalitate majorum incrementa munerum provenerunt; tantò gravius, & indecentius veritatis judicio cernitur, ſi per eos honori compenſetur oprobrium, & pro beneficiis rependantur offenſæ, a quorum gratiis manum mater provida non ſubduxit; quinimmo novas liberaliter adjicit, & munit robore confirmationis antiquas. Inter alia quoque, nec mirum, grandis, & miranda cauſa Nobis turbationis emerſit, ac doloris perfodit aculeo mentem Noſtram, quod cum *Conradinum* [d] damnati ſtipitis ſurculum, hoſtem Eccleſiæ manifeſtum, omneſque fautores, conſiliarios, & adjutores ipſius *excommunicationis* ſententiâ publicè duximus innodandos [e]; quod ad cunctorum Fidelium maximè *Romanorum* potuit notitiam pervenire; *Galvanus Lancea* [f] maledictionis filius ab olim viam damnationis ingreſſus ejuſdem *Conradini* vexillis explicitis, & erectis, Urbem ingrediens uſque *Lateranum* a Romanis pompoſo faſtu ſibi occurrentibus, obviam habita comitiva, pervenit multiplicis honoris exhibitione præventus; cujus iidem *Romani* debuerant adventum, ne contagione macularentur ipſius, potius aſpernari. Et quidem cum tam deteſtabilis, & horrendus exceſſus Nobis, & Fratribus Noſtris odibilis innotuiſſet: tàm *Senator*, quàm Cives ipſi, non ut decuit pœnitentes erroris, ſed excedendo laſcivius, patrantes graviora prioribus, præfatum *Galvanum* ad eorum ludos, ut ipſis illuderet, venientem non ſolum pari, ſed majori faſtu, ſicut accepimus, receperunt, & munificentius honorarunt. Quis igitur [g] admirari ſufficeret, *Urbem* tam magnificam, tantis dotatam viris prudentibus, viris devotione conſpicuis, viris alti conſilii ſic improvidè, ſic indevotè, ſic inconſultè dilapſam, ut non ſolum vitare deſpiciat Divi-

Romanos Cives præ cæteris Eccleſia diligit, & amplectitur ut filios;

idque Rom. Pontificum acta teſtantur.

Urbs divinitus Caput Orbis conſtituta,

ejus incolæ erga Sedem Apoſt. qua devotione ſoliti.

Pontificiæ de Romanis querelæ.

Galvanum Conradini vexilla præferentem magnificè ab ipſis exceptum;

quod magna admiratione expenditur.

(a) Eccleſiæ: Sc. Romanæ.
(b) Teſtantur: Quæ legi poſſunt in Annalibus Eccleſ.
(c) Quanto: Hic incipit epiſtola apud cit. Raynaldum.
(d) Conradinum: Conradi Friderici II. Imp. filii natum.
(e) Innodandos: Die vi. Kalend. Decembris, & antea die 29. Junii anno præcedenti ex Regeſ. Pontif. apud Raynaldum ad annum 1267. n. 4.
(f) Galvanus Lancea: Unus ex præcipuis Manfredi, & Conradini Ducibus.
(g) Quis igitur: Hæc uſque ad *ſtatus oberrantium filiorum* omittuntur a Raynaldo.

Digitized by Google

Divinæ Majeſtatis offenſam, aut dictæ Matris injuriam, & diſcrimen; verùm etiam famæ propriæ cujus gloria inextricabilem per hoc probatur recipere maculam, diſpendium non advertit, ducta miſerabiliter in errorem ſub quodam vehiculo cæcitatis. Hujus nempe talis everſio non minus, quàm damnum Eccleſiæ Nos incitat ad tollendum; cum vertatur in paternæ ſinceritatis anguſtiam ſtatus oberrantium filiorum. Verum ipſi *Romani* prædictis inſolentiis non contenti quoſdam alios ejuſdem Nuntios *Conradini* ſuas, ut audivimus, litteras deferentes honorificè recipere poſtmodum, ac eis in Capitolio congregare conſilium non vitarunt, ſolemni eis audientiâ præſtitâ ſuper iis, quæ proponere voluerunt. Hæc quidem propoſitio, ſicut eſt veriſimile, illuſione non caruit; Nam ille quondam *Fridericus* coluber tortuoſus, de cujus venenoſâ radice *Conradinus* jam prodiiſſe videtur in regulum, cujuſque doctrinam ejus Miniſtri doloſis fictionibus imitantur, adulationibus, promiſſionibus, & fellitis verſutiis Fideles evertere nitebatur; & in agro mentium illorum proditionis zizaniam ſeminabat; & munitus ſatanæ furentis aſtutiâ ſæpè movebat in *Urbe* diſſidium, ſponſam Chriſti ponere ſatagens in ruinam, cujus ſanguinem illius ſatiatus anguſtiis ad ejus exterminium ſitiebat. Non autem credimus, quod enormes injurias, irreparabilia damna cujuslibet æſtimationem excedentia pretii, & atroces offenſas, quæ dictus *Fridericus* Romanis hoſtiliter intulit; prout anguſtæ obſidionis opprobrium, & multorum mœniorum, caſtrorum, ac turrium memorialis ſubverſio repræſentet præter innumera ſcelera, quibus ad iram contra ſe, ac poſteritatem ſuam Dominum provocavit; illa propoſitio contineret: Nam & proponentes forte minus audacter pulpitum conſcendiſſent; & audientium animi non tantâ ſuſcepiſſent jucunditate ſermonem. Eſt & alia turbationis cauſa, doloris ſimilis, & anguſtiæ non minoris. Nam quamvis interdum inter Eccleſiam, &

Admiſſos Conradini Nuncios honorifice.

De Friderici II. in Eccleſiam tyrannide.

Creſcit in eoſdem Romanos querimonia.

A *Romanos* ex aliquibus caſibus contigerit exoriri diſcordiam, & etiam guerrarum ſcandala ſuſcitari [a]; tamen extitit inauditum, quod ad capitalem perſecutorem Eccleſiæ *Urbis* incorrupta conſtantia declinaret; quinimmo ad pacem devotè ſuſpirans ad matris ubera celeri & filiali reditu properabat; ut in brevi converſa non videretur ad invia divertiſſe. Abſit enim, quòd talis filia tantâ reſpergeretur infamiâ; ut & ſi non actu, vel propoſito, B præſumptionem ſaltem poſſet notari crimine Matricidæ. Nos igitur quibus Univerſalis Eccleſiæ regimen eſt Domino diſponente commiſſum; quique Matris geſtantes ubera Patris tenemur exercere verbera circa filios delinquentes ut virgâ paternæ correctionis ab invio retrahat, quos mundi vana conditio nonnunquam præcipitio ſtudio deceptionis exponit; nolentes confuſionem ipſius Eccleſiæ conniventibus oculis pertranſire; C ne reorum culpas noſtras facere videamur; tàm nobilem virum H. [b] natum claræ memoriæ F. [c] Regis Caſtellæ *Senatorem* Urbis; [d] & Guidonem de Monte Filitro [e] ejus in Urbe *Vicarium*, quàm cæteros officiales eorum, & omnes, qui voluntarii dictis Galvano, & aliis *Conradini* Nuntiis occurrerunt, vel receperunt eoſdem; *excommunicationis*, quas in fautores ejuſdem *Conradini*, & eos ſpecialiter, qui nuntios ipſius, litteraſve reciperent, promulgavimus, D hactenus denuntiamus ſententias incurriſſe: & nihilominus tàm eoſdem Cives *Romanos*, quàm quoslibet alios a juramento, ſi quod eidem *Henrico* tenentur, quamdiu idem Henricus in hujuſmodi perverſitate perſtiterit, abſolvimus, & manere decernimus abſolutos. Monemus inſuper memoratum *Henricum*, ut infra menſem poſt inſtans feſtum Reſurrectionis Dominicæ, humiliter ad Noſtra, & E ejuſdem Eccleſiæ mandata redeat; domoſque Noſtras Eccleſiæ Sancti Petri de *Urbe*; ac bona Noſtra, & ipſius Eccleſiæ Romanæ, quæ occupata detinet, liberè ac in pace dimittat. Ab omni quoque offenſa dilectorum Filiorum Noſtrorum *Johannis*

a

Pontificis diſpoſitio

b c

Henricus Senator, & Guido Vicarius Urbis, aliique complices defectionis anathemati ſubduntur.

d e

Romani, aliique a juramento ipſi Henrico præſtito abſolvuntur.

Henrici ſcelera in Urbe,

& in quoſdam etiam Purpuratos.

(a) Suscitari: Ut in Annal. etiam Eccl. legimus.
(b) H.: *Henricum* ut infra, & apud Raynaldum.
(c) F.: *Ferdinandi*, ut & apud cit. Raynaldum, viri piiſſimi, ac titulo *Beati* condecorati.
(d) Senatorem Urbis: Anno præcedenti a factioſis creatum, cujus facinora deſcripſit Raynaldus.
(e) De Montefilitro: Al. Monte Feretro vulgariter *Montefeltro*, qui Guido poſtmodum in Romania, Flaminiæque parte Gibellinorum Dux, & tandem Ordinem FF. Minorum eſt ingreſſus.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1268.

A quibus abſtinere monetur, & offenſis ſatisfacere.

hannis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, *Matthei* Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconorum Cardinalium, & Magiſtri *Jordani* [a] ejuſdem Cardinalis Johannis Fratris Cappellani Noſtri, Cantoris Carnotenſis abſtinere procuret, de præmiſſis ſuis exceſſibus & offenſis præfatis Cardinalibus & Cappellano illatis ſatisfacturus plenariè, ac Noſtris, & ejuſdem Eccleſiæ beneplacitis pariturus; alioquin ex tunc gravius contra ipſum ſpiritualiter, & temporaliter, prout expedire viderimus, procedemus: Prænuntiantes eidem *Senatori*, & Civibus, Nos tuliſſe dudum ſententias, *interdicti*, quas & hodie duximus innovandas, in omnes Civitates, Terras, & loca, quæ dictum *Conradinum*, aut ejus Maſnadam [b] recipient; quibus *Urbs* præfata, ſi, quod abſit, alterutrum fecerit, ſubjacebit. Et ſi, quod Deus avertat, in illas inciderit, coget Nos exceſſus inſolitus inſolitam pœnam exequi; ac *interdictum* hujuſmodi facere firmiter obſervari: Quocirca [c] Univerſis Collegiis, totique Clero Monaſteriorum, Eccleſiarum, & aliorum locorum Eccleſiaſticorum Urbis *Ciſtercien. Prædicat. Min.*, & aliorum Ordinum auctoritate Apoſtolicâ in virtute obedientiæ diſtrictè præcipimus, quatenus, ſi Urbs memorata prædictum *Interdictum* ex præmiſſis incurrerit [d], ex tunc organa ſua ſine dilatione ſuſpendant; & *Interdictum* ipſum arctiſſimè, poſtpoſitis omnibus cauſis, vel occaſionibus quarumlibet excuſationum, obſervent. Non obſtantibus aliquibus privilegiis, vel indulgentiis quibuſcumque Religionibus Eccleſiaſticis, aut perſonis ab eádem Sede conceſſis, per quæ nullum contra præmiſſa cuiquam volumus præſidium adhiberi. Ut autem hujuſmodi Noſter proceſſus ad communem omnium notitiam deducatur, chartas, ſive membranas proceſſum continentes eumdem, in majoris *Viterbienſis* Eccleſiæ appendi, vel affigi oſtiis, ſuper liminaribus faciemus, quæ proceſſum ipſum ſuo quaſi ſonoro præconio, & patulo indicio publicabunt. Ita quod iidem *Senator*, & *Vicarius*, ac alii, quos proceſſus ipſe contingit, nullam poſtea poſſint excuſationem prætendere, quod ad eos talis proceſſus non pervenerit; vel quod ignorarint eumdem, cum non ſit veriſimile remanere quoad ipſos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Interdictum in quos jam latum, — cui Urbem ſubjacere vult, ſi prædictos receperit; — mandatque cunctis Collegiis Eccleſ. id, quod ſupra. — Pſal. 136. 2. — Obſtantibus derogando. — Quomodo proceſſus publicandus; — ut omnibus innoteſcat.

Actum in Palatio Noſtro Viterbien. in die Cœnæ Domini [e] Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Mandat aſſervari, & cuſtodiri depoſitas res defuncti Epiſcopi Paphen. *apud ipſos; nec eas alió aſportari permittant ſine ſua facultate ſub pœna &c* (Ex Autographo in Aſſiſiati Archivo Conventus S. Franciſci.)

CLX.
Anno 1268. die 6. Aprilis.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis ... Cuſtodi, *& Fratribus Ordinis Minorum* de Aſſiſio *Sal.*, *& Apoſt. Benedictionem.*

Cauſa committendi.

CUM quædam de rebus bonæ memoriæ .. *Paſſen.* Epiſcopi [f], quæ fuerunt deportatæ cum duobus ſomariis [g] conducentibus illas Aſſiſium; te Fili Cuſtos, & Venerabili Fratre Noſtro .. Aſſiſinat. Epiſcopo [h] conſciis, ſint apud Domum ipſam [i] depoſita; volumus, & præſentium vobis auctoritate in virtute obedientiæ, & ſub pœna *excommunicationis*, quam mandati noſtri contemptores eo ipſo incurrere volumus, firmiter præcipiendo mandamus, quatenus depoſitum hujuſmodi bonorum, quæ fuiſſe ſciveritis, aut crediderítis Epiſcopi ſupradicti [k] & alia, ſi quæ ſunt de rebus ejuſdem Epiſcopi,

Epiſcopi Paphenſis res quædam apud Min. Fratres Aſſiſii depoſitæ. — De quibus Pontifex mandat ut ſupra.

(a) Jordani: Omnes de domo *Urſina*; quorum ultimus & ipſe poſtea S. R. E. Cardinalis fuit, primus vero Rom. Pontifex *Nicolaus III.*, antea Ordinis noſtri Protector: & poſt eum ſubſequens *Matthæus*.

(b) Masnadam: Pro factione, ac ſecta, vel potius Palatina militia, ut apud Hiſpanos *Meſnada* dicitur.

(c) Quocirca: Sequentia uſque ad finem, ac *Datum* prætermittuntur a Raynaldo.

(d) Incurrerit: At cum non multo poſt *Conradinus* in Urbe receptus fuerit, & quidem *glorioſe tamquam Imperator cum magno tripudio in Capitolium perductus* ex Sterone autore ſuppari; nulli dubium quin Urbs *Interdicti* ſententiæ ſubjacuerit.

(e) In die Cœnæ Domini: Nimirum die 5. Aprilis, cum hoc anno Paſcha in diem 8. Aprilis inciderit, currente lit. Dom. G a die 25. Februarii.

(f) Paffen. Episcopi: De quo dictum eſt ad præcedentem epiſtolam die 24. Martii Epiſcopo Aſſiſiatenſi miſſam.

(g) Somariis. Aſinis ſic ab Italis, & Gallis ob ſarcinam vulgo *Soma*, quam deferre coguntur, nuncupatis, al. *Sagmariis*.

(h) Assisinat. Episcopo: *Nicolao*, de quo in notis ad ſupradictam epiſtolam ad eum die 24. Martii ſcriptam.

(i) Apud Domum ipsam: Nempe Cœnobium Aſſiſiat. S. Franciſci.

(k) Episcopi supradicti: Paphenſis in Cypri Regno; cui datus eſt ſucceſſor *Petrus*, qui & factus fuit illius Regni *Cancellarius* ex Codice Diplomatico Ordinis Milit. Hoſpital. S. Joannis Hieroſolimitani tomo 1. ad annum 1269. num. 148.

Digitized by Google

ſcopi, nemini tradatis; nec aſportari A mittatis ab aliquo ſine Noſtra licentia ſpeciali; quin immo illud faciatis cum diligentiâ cuſtodiri; donec aliud ſuper hoc vobis duxerimus injungendum. De rebus autem ipſius Depoſiti reddatis Nos per veſtras litteras certiores.

& de eiſdem relationem poſcit.

Datum Viterbii VIII. Idus Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Inſtituit Syndicos, *& Procuratores Fratrum Ordin. Minorum Provinciæ* Mediolanenſis *cum ampla facultate non ſine tamen eorundem Fratrum obtento conſilio*. (Ex Apographo in Archivo noſtri Cœnobii Bergomenſis extante.) B

CLXI.

Anno 1268. die 9. Aprilis.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis Fratri Petro Bellono de Ordine Pœnitentium [a] *Mediolanen., & Johanni de Vaſſallis Vercellen. civibus Salutem, & Apoſt. Bened.*

a

CUM dilecti Filii Fratres Minores C ex profeſſionis ſuæ voto adeo ſe voluntariæ paupertati ſubmiſerint; ut nec diviſim, nec communiter aliquid proprii valeant obtinere &c. [b] Nos de fidâ veſtrâ circumſpectionis ſolicitudine plenam fiduciam obtinentes vos & quemlibet veſtrum in ſolidum, ita quod non ſit melior occupantis conditio, in omnibus bonis mobilibus & immobilibus, ac ſe ſe moventibus eidem Eccleſiæ Romanæ dilectorum Filiorum Miniſtri, & Fratrum D adminiſtrationis *Mediolanenſis Provinciæ* contemplatione collatis, & in poſterum conferendis, & in omnibus, quæ ipſi Romanæ Eccleſiæ ipſorum intuitu provenerunt, & provenient in futurum; Procuratores, negotiatores, geſtores, ſyndicos conſtituimus &c. [c]

Inſtitutionis hujus cauſa.

b

c

d

Datum Viterbii v. Idus Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Quarto [d].

Ut bellum ſacrum prædicet, aut prædicare faciat adverſus Conradinum *S. Eccleſiæ inimicum Indulgentias ob id Cruceſignatis elargiens*. (Ex Autographo in Archivo S. Franciſci Peruſinæ Civitatis.)

CLXII.

Anno 1268. die 13. Aprilis.

CLEMENS &c.

Dilecto Filio . . . Guardiano Fratrum Peruſin. [e] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

e

ANGIT Nos cura ſolicita Romanam Eccleſiam, & Fideles ejus, quantum Nobis ex alto permittitur, a læſionibus præſervare; prout exigit injunctæ Nobis officium ſervitutis. Et licet aſſiduè hujuſmodi ſtudio ſolicitudinis excitemur, nunc tamen ad id exercitio potiori conſurgimus; cum majoris imminere neceſſitatis articulus dignoſcatur. Sicut enim rumor nuper inſonuit, *Conradinus* [f] maledictionis, & damnationis alumnus, quem produxit domus exaſperans conſueta eoſdem Eccleſiam, & Fideles gravibus injuriis, & jacturis afficere, variiſque perturbare maleſtiis; factus more peſtiferi ſui generis [g] ejuſdem Eccleſiæ præcipuus inimicus, jam ad partes iſtas ſe contulit; ipſam Eccleſiam, dictoſque Fideles, necnon clariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum C. [h] *Siciliæ* Regem Illuſtrem, inclytum ipſius Eccleſiæ pugilem confederatis ſibi nonnullis Infidelibus partium Italiæ ſatagens pro viribus impugnare. Nos igitur ad elidendos conatus ejuſdem Apoſtolicæ ſtudia ſollicitudinis convertentes, Diſcretioni tuæ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Chriſtifidelibus *Peruſinæ* Civitatis, & Diœceſis cauſam Dei, & ipſius Eccleſiæ per te, vel per alium, aut alios Religioſos, vel Seculares, quos

Ingens Pontificis ſolicitudo pro tuenda Eccleſia, ejuſque Fidelibus.

f

Conradinus arma fert contra Eccleſiam, & Siciliæ Regem.

g

h

Pontifex contra eum prædicari Crucem injungit.

(a) De Ordine Pœnitentium: Nimirum *Tertii Ordinis* S. P. Franciſci jam a pluribus annis toti Italiæ diffuſi.

(b) Obtinere &c.: Videatur ſimilis Conſtitutio pro Syndicis *Provinciæ S. Franciſci* anno 1265. die 25. Julii, ut ſupra fol. 24.; vel altera hoc anno 1268. die 16. Aprilis pro illis Provinciæ Alemaniæ infra fol. 154.

(c) Constituimus &c.: Ut in cit. Conſtitutione pro Syndicis Prov. S. Franciſci.

(d) Apographum iſtud recognitum fuit anno 1280. die 3. Februarii a Galaſino de Zucmannis Notariorum Bergomen. quinto cum Azuello Azuelli, Uberto Manfredi, Curlando Durenti, & Jo: Rogerii Madonen. ex actis Friderici Azuelli Notariorum primi, juſſu *Guiſcardi de Suardis* Epiſcopi Bergomenſium, quo dicitur, eodem anno 1280. die 20. Martii prædictos Syndicos alios pro *Cœnobio Bergamenſi Syndicos* ſubſtituiſſe juxta facultatem illis conceſſam.

(e) Fratrum Perusinorum: Subde *Ordinis Minorum* ex titulo eorum Præfecti nempe *Guardiani*, & ex loco hujus diplomatis.

(f) Conradinus: Nepos Friderici II. Imp., & filius Conradi prædicti Friderici filii, qui Patris, Avique jus, quod ſibi in Italia deberi contra Pontifices Romanos contendebant, armis tueri, ſed fruſtra conabatur.

(g) Pestiferi sui generis: Quod a pluribus Pontificibus Rom. anathematis ſententia non ſemel ictum fuit.

(h) Filium nostrum C.: *Carolum* Andegavenſem ab Urbano, & Clemente IV. Siciliæ Regem declaratum contra Manfredum, & Conradinum.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An.Ch.1268.

ad hoc idoneos eſſe cognoveris, prudenter exponens, ipſos, ut contra prædictum *Conradinum*, & fautores ejus ſignum *Crucis* aſſumant; & adverſus eos armis ſpiritualibus, & temporalibus præmuniti; cum ſuper hoc a Nuntiis Noſtris requiſiti fuerint, animis promptis exurgant juxta datam a Deo tibi prudentiam efficaciter exhorteris. Non obſtante Indulgentia [a], qua tibi, vel Fratribus tui Ordinis dicitur ab Apoſtolicâ Sede conceſſum, ut non teneamini vos intromittere de negotiis, quæ vobis per litteras Apoſtolicas committuntur, niſi plenam, & expreſſam, ſeu de verbo ad verbum fecerint de indulto hujuſmodi mentionem. Ut autem ad hujuſmodi negotium aſſumendum eò faciliùs inducantur, & promptiùs animentur; quò exinde dona ſibi provenire ſenſerint potiora; Nos de Omnipotentis Dei miſericordiâ, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus prædictis Fidelibus, qui de manibus tuis, vel illorum, quos ad hoc duxeris deputandos, ſigno vivificæ Crucis aſſumpto, contra prædictum Conradinum perſonaliter acceſſerint, ſua conamina cum Dei auxilio repreſſuri; eis autem, qui non in propriis perſonis illuc acceſſerint, ſed in ſuis dumtaxat expenſis juxta facultatem, & qualitatem ſuam idoneos deſtinaverint bellatores; & illis ſimiliter, qui licèt in alienis expenſis, in propriis tamen perſonis, hujuſmodi curaverint ſubire laborem, illam ſuorum peccatorum, de quibus fuerint corde contriti, & ore confeſſi, veniam indulgemus, quæ conceditur laborantibus in ſubſidium *Terræ Sanctæ*.

Derogando conceſſioni Apoſtol. a

& Indulgentias elargiendo.

Datum Viterbii Idibus Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Quarto. [b]

Reſpondet ad plura ab eo poſtulata. (Ex epiſt. 623. in tom. 2. Theſauri Anecdot. MARTENE, & DURANDI, & ex REGES. VATIC. epiſt. 473. tom. 4.)

CLEMENS &c. CLXIII. Anno 1268. die 15. Aprilis. c

Cariſſimo in Chriſto Filio L. [c] *Illuſtri Regi Francorum Sal., & Apoſt. Bened.*

VENIENTES ad præſentiam Noſtram dilectos Filios Fratrem *Johannem de Manſo* [d] Ordinis Fratrum Minorum primo, & poſtmodum *Henricum de Conſentiis* (al. de Solertiis) Mareſcallum [e] tuum diligenter audivimus, & quæ tuo propoſuerunt nomine pleno collegimus intellectu &c. [f] Quarto loco patienter audivimus, quæ Cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum C. [g] Illuſtrem Regem *Siciliæ* contingebant; ſuper quibus dilectus Filius Frater *Jo: de Manſo* tibi referet viva voce reſponſum &c.

Nomina Nunciorum Regis Franciæ. d e f g

Datum Viterbii XVII. Kalend. Maji, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Conſtituit Procuratores, & Syndicos Fratrum Minorum Provinciæ Alemaniæ ſuperioris, ſeu Argentinæ cum ampla facultate non ſine tamen Fratrum conſilio. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo Conventus Argentinen. apud CONSTANTIAM extante.)

CLEMENS &c. CLXIV. Anno 1268. die 16. Aprilis. h i k

Dilectis Filiis Henrico Marſilii Argentinæ [h], *Welkelino* Herbipolenſi [i], & *Henrico Richkeri* Wormacienſi [k], *Sal., & Apoſt. Bened.*

CUM Dilecti Filii *Fratres Minores* ex profeſſionis ſuæ voto adeo ſe voluntariæ paupertati ſubmiſerint, ut nec diviſim, nec communiter aliquid proprii

Inſtitutionis occaſio.

(a) INDULGENTIA: Incip. *Quieti veſtræ &c.*, & *Qui poſtpoſita vanitate &c.* a Gregorio IX., & Innocentio IV. conceſſa; ut in 1. hujus Operis tomo.

(b) Jam paulo ante Pontifex per litteras incip. *Viſceribus Matris Eccleſiæ &c. Dat. Viterbii in die Cœnæ Domini Pontif. anno quarto* ſententias *Interdicti* innovanit in omnes Civitates, terras, & loca, quæ dictum Conradinum, ejuſque fautores reciperent; ac univerſis Collegiis, totique Clero Monaſteriorum, Eccleſiarum, & aliorum locorum Eccleſ. Urbis Romæ *Ciſtercien., Prædicatorum, Minorum, & aliorum Ordinum* præcepit, ut ſi dicta Urbs prædictum *Interdictum* ex præmiſſis incurriſſet, tunc illud arctiſſime obſervarent, non obſtantibus &c. Extat hæc epiſtola in Regeſ. Vatic. n. 88. tom. 3. an. 4., ſed apud Raynaldum ad hunc ann. 21. & ſeqq. epiſt. cur. 4. & incompleta.

(c) L.: *Ludovico* IX. Sanctorum catalogo poſtmodum aſcripto.

(d) DE MANSO: Oppido Diœceſis Agenenſis in Aquitania, ubi locum habuerunt Fratres Minores, eratque 2. Cuſtodiæ Agenenſis in veteri *Provinciali* Ordinis apud Autorem Polychronici, & Barthol. Piſanum Conform. XI., de eoque agit & Waddingus in Annal. Minor., ſed ſero ad annum 1308. n. 86., aſt hujus Fr. *Joannis* alia occurrit mentio ad annum 1266. in epiſt. 11. Januarii data Carolo Regi Siciliæ *Profectarum &c.*

(e) MARESCALLUM: De qua voce, ac dignitate varia videri, conſulique poterit Freſnenſe Gloſſarium mediæ, & infimæ latinitatis.

(f) INTELLECTU &c.: Reliqua, quæ ad rem noſtram minime attinebant, omiſimus apud prædictos legenda, cum libuerit.

(g) FILIUM NOSTRUM C.: Nempe Carolum ejuſdem *Ludovici* Regis fratrem.

(h) ARGENTINÆ: Germanice *Strasburg* in Alſatia.

(i) HERBIPOLENSI: Germanis *Wurtsburg*.

(k) WORMACIEN.: Vulgo German. *Worms*.

Digitized by Google

prii valeant obtinere; ſed omnia, quæ ipſis in eleemoſynam erogantur, ſeu alias eorum contemplatione proveniunt, juri, & proprietati Eccleſiæ Romanæ accreſcere dignoſcantur, ac propter hoc ad Nos pertinet, ut *Procuratorem* in bonis hujuſmodi ſtatuamus. Nos de fidâ veſtrâ circumſpectionis ſolicitudine plenam fiduciam obtinentes, vos, & quemlibet veſtrum in ſolidum, ita quod non ſit melior occupantis conditio, in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, ac ſe ſe moventibus eidem Eccleſiæ Romanæ dilectorum Filiorum...... Miniſtri, & Fratrum adminiſtrationis *Alemaniæ Provinciæ*[a] comtemplatione colatis, & inpoſterum conferendis; & in omnibus quæ ipſi Romanæ Eccleſiæ ipſorum intuitu provenerunt, & provenient in futurum, *Procuratores*, negotiatores, geſtores, ſyndicos conſtituimus, & actores; dantes vobis, & cuilibet veſtrum in ſolidum adminiſtrandi, diſpenſandi, vendendi, & emendi, permutandi, dandi, donandi, agendi, defendendi in judicio Eccleſiaſtico, & Sæculari, coram Ordinariis, & delegatis judicibus, arbitris, arbitratoribus, & Feudorum dominis, tranſigendi quoque in cauſis omnibus, paciſcendi, jurandi de calumnia in litteris, & de veritate dicenda, & jusjurandum inſuper deferendi, ac etiam petendi, & recipiendi quæcumque bona ipſorum contemplatione provenientia, quæ applicata, aut deputata eorum uſibus, quocumque modo illicitè detenta, aut occupata ſunt hactenus, aut in poſterum detineri, vel occurri contigerit; ac omnia faciendi quæ in Judicio requiruntur; *Procuratores* unum, vel plures ad ſupradicta omnia conſtituendi ad requiſitionem dictorum Miniſtri, & Fratrum adminiſtrationis prædictæ plenam auctoritate præſentium facultatem; ita tamen, quòd de prædictis, aut circa prædicta in judicio vel extra vos, vel veſtrum aliquis, ſeu a vobis conſtituti *Procuratores* dicti nihil penitus peragatis, niſi eorum Miniſtri, & Fratrum requiſito conſilio, & obtento conſenſu. Decernimus ergò, ut ea, quæ per vos, vel veſtrum aliquem, nec non conſtitutos a vobis proinde facta fuerint in prædictis, plenam obtineant firmitatem[b].

Procuratorum facultas

qualis, & quanta.

Alios etiam Procuratores conſtituendi.

Conditione adjecta

Clauſula decretória.

Datum Viterbii XVI. Kalendas Maij, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Reſcribit caput S. Pauli *Apoſtoli Romæ certò haberi; quod illa penes ſe habere ſcripſerat, ad ſe mittendum ſuadet ſcandali vitandi cauſa.* (Ex Reges. Vatic. epiſt.477. apud Raynaldum Annal. Eccleſ. num.50., & Martene, Durandumque tom.2. Theſau. Anecdot. epiſt. 627.)

CLEMENS &c.

CLXV.

Anno 1268. die 18. Aprilis.

Cariſſimæ in Chriſto Filiæ Isabellæ[c] *Francorum Regis germanæ Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

Scias, Filia, Apoſtolorum capita Romæ indubitanter haberi, quæ fel. record. Gregorius Papa IX. prædeceſſor Noſter de Sanctis Sanctorum ſuis manibus extrahens Romano populo patenter exhibuit; & in locum ſuum reſtituit[d] cum debitâ reverentiâ, præſentibus, & ſcientibus Univerſis. Quod ſi forſitan caput *Beati Pauli Apoſtoli*[e] apud te eſſe putas; depone conſcientiam, ne fallaris; nec proponas ſcandalum Matri tuæ Romanæ Eccleſiæ, quæ deceptionem hujuſmodi non poſſet æquanimiter tolerare. Si vero Græci aliquo tempore ſe illud habere dixerunt,[f] ne mireris: nam odio

Gregorius IX. Capita SS. Apoſtolorum populo Rom. oſtendit.

Error de Capite S. Pauli Apoſtoli Pariſiis extante.

Idque ex Græcorum jactantia.

(a) Alemaniæ Provinciæ: Ideſt Alemániæ ſuperioris, ſive *Argentinæ* juxta vetus Ordinis *Provinciale* apud Autorem Polychronici, & Piſanum Conform. XI.

(b) Firmitatem: Similem Conſtitutionem edidexat Pontifex anno 1265. die 25. Julii pro Syndicis Provinciæ *S. Franciſci* ſupra relatam; & hoc anno 1268. die 9. Aprilis pro Syndicis Provinciæ *Mediolanen.*

(c) Isabellæ: Quæ anno 1259. vel 1260. fundavit Clariſſis Monaſterium *Humilitatis B. V. Mariæ* in Campo longo prope Pariſios, eique Regulam, nomenque dedit; & ibi poſt biennium ſepulturam accepit ea ſanctitatis opinione, ut in *Beatorum* catalogo adſcripta legatur.

(d) Restituit: Anno 1240. indicta ſolemni ſupplicatione contra furentem Fridericum II. Imp. in Eccleſiam Pontifex portavit capita Apoſtolorum Petri, & Pauli ad Baſilicam in Vaticano ex autore vitæ Gregorii IX. apud Raynaldum Annal. Eccleſ. ad eum annum num. 12.

(e) B. Pauli Apostoli: Nec ineptè, nec temerè Baronius ad annum 381. n.79., quo corpus *Pauli Epiſcopi* Conſtantinopolitani ab Euſebianis apud Cucuſum Armeniæ civitatem anno 351. martyrio affecti Conſtantinopolim juſſu Theodoſii Imp. translatum eſt; & ab ignaris veritatis, plebeque *Paulum Apoſtolum* ibi recondi ſuſpicatum, teſte Sozomeno lib.7. cap.10., exiſtimavit, hanc Clementis epiſtolam loqui de eodem, vel ſimili Græcorum errore; corrigendus tamen, cum ſcripſerit Clementem dediſſe epiſtolam *ad Reginam Francorum*, quæ ſcitur data ad *filiam* Reginæ Francorum; & *ſororem* S. Ludovici Regis. Baronii conjecturam excepit, & Raynaldus ſupracitatus.

(f) Aliquo tempore se illud habere dixerunt: Quibus videtur indicare illud a cit. Sozomeno commemoratum.

Digitized by Google

odio latinos habentes [a] facilè tibi formaverunt mendacium, qui de *Fide* mentiri catholica, quod eſt majus, minime dubitarunt. Bene igitur facies, ſi quod habes, dilecto Filio Noſtro *Simoni* Sanctæ Ceciliæ Presbytero Cardinali [b] Apoſtolicæ Sedis legato nomine Noſtro reddideris Nobis per eumdem mittendum; ne ſi ad alias manus devenerit, poſſit inde cum erroris periculo ſcandalum ſuſcitari.

Jubet Pontifex illud conſictum ad ſe mitti.

Datum Viterbii xiv. [c] Kalendas Maij, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Confirmat iterum promotionem Fr. Marci *Aſſiſiatis Ord. Min. in* Epiſcopum Caſſanen., *etſi contra Sedis Apoſtol. ſtatutum factam*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 11. apud Waddingum in Regeſt. Pontif. num. 24.)

CLXVI.

Anno 1268. die 20. Aprilis.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri.. Epiſcopo Albanen. *Apoſtolicæ Sedis Legato* [d] *Salutem, & Apoſt. Benedictionem.*

Expoſitio Epiſcopi Caſſanen.

SIGNIFICAVIT Nobis Venerabilis Frater Noſter *Marcus de Aſſiſio* [e] Ord. FF. Minorum *Caſſanen.* Epiſcopus [f]; quod dudum, ſignificante nobis dilecto Filio.. Generali Miniſtro [g] Fratrum ejuſdem Ordinis, quod licet per litteras Sedis Apoſtolicæ [h] fuerit inhibitum; ut nulli Fratres ipſius Ordinis, ſi eos in Epiſcopos eligi, aut poſtulari fortè contigerit, electioni, vel poſtulationi de ſe factæ auderent aliquatenus conſentire; nec aliquis Archiepiſcopus, ſeu quicumque alius Prælatus, vel etiam Legatus Sedis ipſius dictos Fratres, niſi de Generalis Fratrum ejuſdem Ordinis, vel Provincialium Miniſtrorum, qui pro tempore eſſent, licentiâ, & conſenſu, aut ſpeciali mandato Sedis ejuſdem ad Epiſcopatus, vel alias quaſlibet dignitates extra dictum Ordinem aſſumere præſumerent, vel etiam ordinare: Per eaſdem quoque litteras ſit decretum irritum, & inane, quidquid contra inhibitionem hujuſmodi a quibuſcumque contingeret attentari, autoritate Apoſtolicâ ſemper ſalvâ; nonnulli tamen *Fratres* Ordinis memorati intra legationis tuæ terminos [i] exiſtentes electionibus, ſeu poſtulationibus de ſe ad Archiepiſcopatus [k] & Epiſcopatus [l] diverſos legationis ejuſdem factis, contra inhibitionem, & decretum earumdem de facto confirmati eſſe dicebantur. Nos ad dicti Miniſtri inſtantiam tibi per Noſtras litteras [m] duximus injungendum; ut inquiſitâ ſuper his diligentius veritate, prædictos Fratres, quos taliter promotos invenires ad hujuſmodi, ſeu ad alias quaſlibet dignitates, ab officio, & beneficio auctoritate noſtrâ ſuſpenderes, etiam ſi ad conſecrationem proceſſum eſſet quomodolibet per quoſcumque; eoſdem quoque ſic ſuſpenſos ad nos mitteres infra competentem terminum, quem eis duceres peremptoriè præfigendum, pro meritis recepturos. Verùm cum idem *Frater* electioni, ſeu poſtulationi de ſe factæ in Epiſcopum *Caſſanen.* abſque dicti Miniſtri licentiâ de mandato tuo conſenſerit; ac tu poſtmodum eum feceris in Epiſcopum conſecrari; Nos attendentes multiplicia dona virtutis, gratiæ, ac laudabilis vitæ merita dicti *Fratris*, ſuper quibus laudabile ſibi teſtimonium perhibetur, ſperantes quoque, quod per ipſius *Fratris* miniſterium *Caſſanen.* Eccleſia in ſpiritualibus, & temporalibus votiva, Deo auctore, provenient incrementa; mandamus, quatenus cum eodem *Fratre*, quòd decreto, & inhibitione, & aliis ſupradictis

de Statuto Sedis Apoſtol.

Nonnulli Fratres contra dictum Statutum agunt.

Pontifex ſuas litteras ſuper his commemorat, & juſſa.

Epiſcopus Caſſanen. contra illud Statutum aſſumptus,

commendatur tamen.

(a) HABENTES: Quod quidem verum de Græcis præſentis, mediique ævi, non de antiquiſſimis.

(b) SIMONI S. CÆCILIÆ PRESBYTERO CARDINALI: De Bria natione Gallo, qui poſtea fuit *Martinus IV.*, de quo aliàs actum eſt.

(c) XIV.: XIII. apud Mart., & Durand.

(d) APOSTOLICÆ SEDIS LEGATO: *Rodulpho*, de quo dictum eſt ſupra ad alias Bullas, præſertim ad illam *Licet noſtris &c.* hoc anno die 14. Januarii editam.

(e) MARCUS DE ASSISIO: Cujus mentio facta eſt in prædicta Bulla *Licet noſtris tibi &c.*

(f) CASSANEN. EPISCOPUS: In Calabria, de quo & Waddingus, & Ughellus tom. 9. Italiæ Sac. agunt.

(g) GENERALI MINISTRO: S. Bonaventura.

(h) PER LITTERAS SEDIS APOSTOLICÆ: Nempe primum Innocentii IV. anno 1252. die 22. Aprilis, & poſtea Alexandri IV. anno 1256. die 9. Junii, ac inſequenti anno die 28. Maji.

(i) INTRA LEGATIONIS TUÆ TERMINOS: Quod eſt in Regno utriuſque Siciliæ cis, & ultra Pharum.

(k) AD ARCHIEPISCOPATUS: Ut forſan Joannes *Barenſis Archiepiſcopus* anno 1259. aſſumptus; neque enim alius occurrit eo in Regno ex Ordine FF. Minorum ad Archiepiſcopatum evectus.

(l) ET EPISCOPATUS: Nimirum *Caſertanus, Aſculanus*, & *Caſſanenſis*, qui ſciantur.

(m) PER NOSTRAS LITTERAS: Quæ forſan amplius non extant; certè vulgatæ non habentur. Extant quidem in hanc rem illæ ad Magiſtrum Generalem Ordin. Prædicat. incip. *Significavit Nobis &c.* dat. hoc anno die 21. Junii; eſtque *Bulla* 85. Clementis IV. in tom. 1. *Bullarii* ejuſdem Ordinis: quarum ad exemplum editas puto illas etiam ad Miniſtrum Generalem Ord. Minor. ante diem 14. Januarii hujus anni, ut elicitur ex ejuſdem Pontificis litteris *Licet noſtris tibi &c.* eidem Epiſcopo Albanenſi datis, & ſupra relatis.

Digitized by Google

dictis nequaquam obſtantibus, hujuſmo- A di proviſio facta de ipſo *Fratre* in *Caſſanen.* Epiſcopum, ac quidquid actum eſt circa eam robur obtineat firmitatis; quodque etiam idem *Frater* Epiſcopus, ac Paſtor dictæ Eccleſiæ legitimè remanere, ac officii ſui debitum exequi liberé valeat; prout expedire videris, auctoritate Noſtra diſpenſes, ſupplendo nihilominus auctoritate eâdem omnem defectum, ſi quis prædictorum occaſione extitit in præmiſſis, vel in aliquo præmiſſorum. B

& confirmatur Epiſc. copus obſtantibus derogatis.

Datum Viterbii xiI. Kalendas Maij, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Reſcribit ad ejus petitiones, & de ſubſidio pro transfretatione petito. (Ex Tomo 2. Theſauri novi Anecdot. PP. Martene & Durand. epiſt. 628. col. 589., & ex Vatic. Reges. epiſt. 478. tom. 4.)

CLXVII. Anno 1268. die 27. Aprilis.

CLEMENS &c.

Dilecto Filio nobili viro ... Comiti C Pictavien. [a] *Sal.*, *& Ap. Ben.*

a

DILECTUM Filium *Fratrem Philippum* Ordinis Fratrum Minorum [b], quem ad Noſtram deſtinaſti præſentiam, benigne recepimus; & ſuper his, quæ ex parte tuâ coram propoſuit nobis, audivimus patienter; & petitiones, quas Nobis tuo nomine obtulit, liberaliter admiſimus, quantum Noſtram honeſtatem decuit. Sanè ſuper tui ſubſidio paſſagii [c] tua noſcat Nobilitas, quod nihil certum tibi ad præſens poſſumus reſpondere, donec Legatum in *Alemanniam* [d] deſtinemus: ſed tunc auxiliante Domino poterimus inde neceſſitati tuæ conſulere [e]. D

b c d e

Datum Viterbii v. Kalendas Maij, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Ut bona quæcunque temporalia venientium ad Ordinem, & Profeſſarum exigere, & retinere valeant, ac ſi eſſent in ſeculo. (Ex Autographo Monaſterii Clariſſarum Ravennaten.)

CLXVIII. Anno 1268. die 1. Junii.

CLEMENS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii Sancti Franciſci Ravennaten. [f] *ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sanctæ Claræ Sal., & Apoſtol. Bened.*

f

DEVOTIONIS veſtræ præcibus inclinati præſentium vobis auctoritate concedimus; ut poſſeſſiones, & alia bona mobilia, & immobilia, quæ liberas perſonas Sororum veſtrarum Mundi vanitate relicta ad veſtrum Monaſterium convolantium, & profeſſionem facientium in eodem, jure ſucceſſionis, vel alio juſto titulo, ſi remaniſſent in ſeculo, contigiſſent; & ipſæ potuiſſent aliis libere erogare, feudalibus dumtaxat exceptis; valeatis petere, recipere, ac etiam retinere ſine juris præjudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ conceſſionis infringere; vel ei auſu &c. Clauſula prohib. &c.

Datum Viterbii Kalendis Junii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Conſtitutionem ab ſe factam de diſtantia 300. Cannarum inter loca Mendicantium *ad 140. reducit.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 30. apud Waddingum in Regeſto Pontif. numero 25., & in *Bullario* Romano novo tomo 3. Bul. 28.)

CLE-

(a) Comiti Pictaviensi: *A. Comiti Pictavienſi, & Tholoſano* ſcripſerat jam Pontifex anno 1266. aliis de rebus epiſt. 260. apud cit. Martene & Durand. col. 305. Porrò Pictavia regio Gallice *Poitou* in Aquitania eſt, & notior, quam ut explicari oporteat; ut & *Toloſa*. Comes vero Pictavienſis erat *Alphonſus* frater germanus S. Ludovici Regis.

(b) Fr. Philippum Ordinis FF. Minorum: Cujus nulla eſt mentio in Annal. Minor., ſed Pictavienſis Cœnobii alumnum extitiſſe crediderim, cum illius loci A. Comes Pictavienſis magnus benefactor aſſeratur ex monumentis ejuſdem Cœnobii.

(c) Passagii: Transfretationis videlicet in *Terram Sanctam*, Palæſtinamque contra Saracenos: ita enim tunc appellabant illud iter, & expeditionem, quam obire decreverat Comes: jamque anno 1267. ad exemplar S. Regis ejus fratris *Crucis* ſignum pro illo itinere aſſumſerat.

(d) Legatum in Alemaniam: Qui an poſthac deſtinatus fuerit, cum non multo poſt Clemens vita exceſſerit; & quiſnam ille fuerit, in Annal. Eccleſ. non invenitur.

(e) Necessitati tuæ consulere: Nemo miretur, ſi talis Comes, & Princeps, & Regis Francorum frater a Romano Pontifice ſubſidium expoſcit: tot enim, tantæque ſunt in bellicis præſertim tranſmarinis, expeditionibus expenſæ, ut ipſi Reges etiam potentiſſimi, etiam Imperatores decimas, aliaſve collectiones Eccleſiaſticas ſimili de cauſa petierint, & obtinuerint. Ceterum Comes una cum S. Rege fratre ſuo ſub initium veris anno 1270. ingreſſus eſt iter maritimum, & ad littus Africum applicuit, ibique egit cum aliis *Crucesignatis*, quæ in dictis Annalibus leguntur.

(f) Monasterii S. Francisci Ravennat.: Quod fertur excitatum anno 1250., de quo jam actum eſt ad aliam hujus Pontificis Bullam *Cum a nobis petitur &c.* anno 1266. die 17. Martii editam, & ſuperius poſitam fol. 74.

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An. Ch. 1268.

CLXIX.

Anno 1268. die 5. Junii.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis ... Generali, ac aliis Miniſtris, & Fratribus Ordinis Minorum *Sal., & Apoſtol. Bened.*

Exordium a neceſſitate interdum mutandorum Statutorum.

QUIA plerumque in futurorum eventibus ſic humani fallitur incertitudo judicii, ut quod utile conjectura veriſimilis, immò etiam attenta interdum conſideratio pollicetur, non ſolum inutile, ſed damnoſum reperiri contingat; nonnumquam quod conſultè ſtatuitur, poſtmodum conſultius immutatur. Hoc quippè neceſſitas præſentis proviſionis evidenter oſtendit. Dudum ſiquidem, ut inter Religioſos potiſſimè per noſtræ diligentiæ ſtudium æmulationis, & diſſentionis tolleretur occaſio, & caritatis integritas ſervaretur, per noſtras ſub certâ formâ litteras [a] ordinandum duximus, & diſtrictius inhibendum; quod nulli liceret ex tunc de *Fratrum Prædicatorum*, *Pœnitentiæ Jeſu Chriſti*, *B. Mariæ de Monte Carmelo*, *Eremitarum S. Auguſtini*, *S. Claræ*, aliiſque Ordinibus [b] in paupertate fundatis, nullique mulierum de prædictis, ſeu quibuslibet aliis Ordinibus aliquod Monaſterium, Eccleſiam, vel Oratorium ædificare ſeu conſtruere; nulli quoque Sæculari, ſeu Religioſo cujuſcumque profeſſionis Eccleſiam, vel Monaſterium, ſeu Oratorium jam ædificatum in aliquem locum transferre de Ordinibus memoratis infra ſpatium *tercentarum Cannarum* a veſtris Eccleſiis menſurandarum per aerem etiam, ubi aliàs rectè non permitteretur loci diſpoſitio menſurari. Statuentes, ut quidquid contra hujuſmodi ordinationis & inhibitionis Noſtræ tenorem ex tunc ædificatum exiſteret; dirueretur omninò. Verùm quia quod ad pacem veſtram, & prædictorum Fratrum, & Ordinum proviſum fuerat, non ſolum vobis ſedetiam multis aliis, qui in prædictum diffuſum cannarum ſpatium in hujuſmodi ordinatione, ac inhibitione contentum, quaſi ab omnibus etiam ſolemnibus Civitatibus inveniebantur excludi, ad ſcandalum ceſſiſſe comperimus, diverſis propterea litigiorum materiis ſuſcitatis: Nos ſuper his cum Fratribus Noſtris deliberatione præhabitâ, hujuſmodi ſpatium de ipſorum Fratrum conſilio reſtringentes, ipſum ad *centum* & *quadraginta Cannas* duximus reducendum; omnibus aliis, quæ in præmiſſis Noſtris litteris continentur in ſuo nihilominus robore duraturis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reſtrictionis & reductionis infringere &c. Si quis &c.

Litteras ſuas de diſtantia 300. cannarum commemorat.

Ordines in paupertate fundati.

Cauſa mutandæ decretalis epiſt.

Reductio 300. cannarum ad 140.

Clauſula prohib. &c.

Datum Viterbii Nonis Junii [c], Pontificatus Noſtri Anno Quarto [d].

Ut Fratres ad Eccleſ. dignitates extra Ordinem aſſumpti bona, quibus utuntur in Ordine, ante conſecrationem reſignent Ordinis Superioribus, niſi &c. (Ex Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 83. Clementis IV., & ex Regesto veteri Ordin. apud Waddingum in Regeſto Pontif. num. 26. nec non Bullario Romano tom. 1. Bul. 11. al. tom. 3. Bul. 29.)

CLXX.

Anno 1268. die 9. Junii.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis .. Magiſtro, & univerſis Prioribus, & Fratribus Ordinis Prædicatorum, *& ... Miniſtro Generali, & Fratribus Ordinis* Minorum [e] *Sal., & Apoſt. Benedictionem.*

Documentum Pontificis.

PROVIDENTIA laudabilis, & ſalubris in cunctis veſtris haberi debet operibus; ut exindè claritatem nominis in conſpectu Dei, & hominum habeatis. Cum itaque (ſicut aſſeritis) contingat interdum, quod illi, qui ex vobis de Ordine veſtro ad Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, & alias Prælaturas Eccleſiaſticas aſſumuntur, non conſiderantes, quod ex profeſſione in ipſo emiſſa Ordine, nihil habent proprium, quod ſpecialiter valeant retinere; libros, & alia, quæ apud eos hujuſmodi tempore promotionis habent, uſibus propriis applicare, ſecumque reportare præſumant in propriæ ſalutis diſpendium, & dicti Ordinis non modicum detrimentum. Nos præ-

Cauſa hujus Conſtitutionis edendæ.

Quorundam FF. præſumptio.

(a) Per nostras sub certa forma litteras: Incip. *Ad conſequendam gloriam &c.* dat. anno 1265. die 30. Novembris, ut ſupra fol. 59.

(b) Aliisque Ordinibus: Ut in prædicta Bulla *Ad conſequendam gloriam &c.*

(c) Nonis Junii: Cit. Firmamenta 3. Ordinum habent par. 2. trac. 1. fol. 21. IV. *Kal. Julii*, ſeu 28. Junii, uti habet & Bullarium Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 86. Clementis IV., & Confetius pag. 14., & Speculum Minorum tract. 1. fol. 12. ſed dat. Ordini Prædicatorum.

(d) Hujus diplomatis fit mentio in x. Bulla Honorii IV. *Ad ſacrum &c.* data anno 1286. idibus Februarii apud Bullarium Ord. Prædicat. tom. 2. p. 10. n. x.

(e) Hæc Conſtitutio in *Bullario* Ord. Prædicat. legitur data ſolis PP. *Dominicanis*, ut & in illo Roderici pro Regul. Bul. 5., etiam apud Confetium, & in *Bullario* Romano tom. 1. Bul. 11., al. tom. 3. Bul. 29.

Digitized by Google

Hic occurrit Pontifex,

præſumptioni hujuſmodi volentes ſalubriter refragari Univerſis Fratribus dicti Ordinis ad hujuſmodi Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, & Prælaturas de cætero

præcipiendo ut ſupra,

aſſumendis auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne conſecrationis munus quoquomodo recipiant, antequam libros, & bona contingentia Ordinem memoratum, quæ apud eos tempore ſuæ promotionis habere contigerit, Prioribus ſeu Guardianis, & Conventibus, de quibus aſſumpti fuerunt, cum integritate reſignent;

conditione appoſita,

niſi forſan iidem Priores de Conſenſu ipſorum Conventuum uſum illorum ad certum tempus eis duxerint concedendum [a]: alioquin eo ipſo ab executione Pontificalis Miniſterii noverint ſe ſuſpenſos:

& exceptione.

inter hujuſmodi autem libros non intelligimus compræhendi quaternulos, & illas chartulas, vel membranas, in quibus dicti Fratres ſibi certa notabilia, cum aliquibus privatis ſermonibus collegerunt.

Clauſula prohib. &c.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Viterbii v. Idus Junii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto [b].

Se bellum Romanis ſibi infeſtis abrupte nolle inferre: vocaſſe tamen Peruſinos defenſionis cauſa ſcribit. (Ex epiſt. 664. Clementis IV. apud Martene, & Durand. to. 2. Theſau. Anecdot., & ex Regeſto Vatic. epiſt. 507. tom. 4.)

A

CLEMENS PP. IV. An. Ch. 1268.

CLXXI. Anno 1268. die 13. Junii.

CLEMENS &c.

Dilecto Filio Fratri de Rocelene [c] *Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

NON intendimus guerram *Romanis* facere [d] ex abrupto, licet multum deliquerint, & Matrem ſuam offenderint inſolenter [e]; ſed quia magna viderentur imminere negotia, dilectos filios *Peruſinos* vocavimus [f]; ut eorum fulciamur conſiliis, & præſentiâ recreemur [g].

B

Datum Viterbii Idibus Junii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

S. Regem, cujus Miniſtri Epiſcoporum dignitatem infringebant, ad eorum comprimendam audaciam excitat. (Ex epiſt. 509. Reges. Vatic. apud Raynaldum Annal. Eccleſ. ad hunc annum num. 37.)

CLXXII. Anno 1268. die 16. Junii.

CLEMENS &c.

C

Chariſſimo in Chriſto Filio Ludovico Regi *Francorum Illuſtri Salutem, & Apoſtol. Bened.*

CREDIT Mundus [h], & Nos dudum probavimus, quod ex certâ ſcientiâ nullum opprimis, nullum gravas; ſed non omnia ſcire potes, quæ aguntur in finibus Regni tui; nec factis ipſis auditis, quo pondere, quâ menſurâ ſint facta, ſine rectâ noſcere vales indagine.

De malis, quæ in Regno fiunt, eaque noſcendi labore.

D

Et idcirco multa plerumque tranſeunt incorrecta, vel quia ad magnitudinis tuæ præſentiam, obſiſtentibus æmulis, veritas non permittitur ingredi, vel ingreſſa non invenit, per quem tibi, qui eam diligis, valeat aperiri. Hæc conſtantius ſcribimus, quæ interdum oculis Noſtris vidimus; & eumdem defe-

Ex curia Pontificia exemplum,

(a) Duxerint concedendum: Id tamen ne fiat, inhibuit Benedictus XIII. Conſtitutione *Poſtulat humilitati noſtra &c.* edita anno 1725. nonis Martii Pontif. anno 1. pro Fratribus Minor.

(b) Alexander etiam IV. hoc ipſum decreverat litteris *Ex parte veſtra &c.* dat. anno 1255. pro Ordine Prædicatorum die 11. Maji, & pro Ordine Minorum die 5. Decembris.

(c) Fratri de Rocelene: Al. legitur *de Otalive*, ſed legendum *Deotaleve* Peruſino, ad quem extat Martini IV. epiſt. *Dudum in poteſtatem &c.* an. 1284. die 4. Februarii data pro abſolutione a cenſuris Eccleſ. nonnullis Peruſinis tribuenda.

(d) Guerram Romanis facere: Clemens, inquit Raynaldus ad hunc annum n. 21., exciverat fidiſſimos, & obſequentiſſimos Eccleſiæ clientes, adeo ut increbuerit rumor: tantas copias collegiſſe, ut *Romanos* perduelles ad officium armis revocaret.

(e) Offenderint insolenter: Eorum enim complures & ex primoribus Urbis ſe vel *Manfredi*, vel *Conradini* partibus addixerant ex Annal. Eccleſ. Raynaldi, & ex epiſtolis ejuſdem Clementis etiam apud cit. Martene, & Durand epiſt. 635. Fuerant enim Romani ab *Henrico* Caſtellæ Regis fratre Hiſpania profugo, Romæ Senatore creato, ſed proditore inſigni ſubornati, qui non ſolum *Conradini* ſigna anno ſuperiore in urbe explicari paſſi erant, ſed etiam illius oratores hoc anno magnificè exceperant; de quibus conqueſtus eſt Pontifex litteris apud cit. Raynaldum.

(f) Perusinos vocavimus: Ob adventum *Conradini* nepotis Friderici II. olim Imp. euntis contra Carolum Siciliæ Regem ex epiſt. 663. eodem die data apud cit. Martene, & Durand; extatque & epiſtola Pontificis *ad Guardianum Fratrum Peruſinorum* Ord. Minor. hoc anno die 13. Aprilis *Angit nos cura &c.* data, ut bellum ſacrum adverſus *Conradinum* Peruſii, totaque Diœceſi prædicet, & prædicare faciat.

(g) Recreemur: Hæc epiſtola plane mutila videtur præſertim in principio & fine.

(h) Credit Mundus: Deeſt initium hujus epiſtolæ, nam mutilam illam in principio, & fine vulgavit cit. Raynaldus.

Digitized by Google

deſectum in Noſtra *Curia* ſæpius experimur : & ex Nobis intelligimus, quæ ſunt proximi, te, & alios Principes ad condignam ſolicitudinem potius excitantes, quam in eis omiſſionem, aut negligentiam arguentes ; cum Nos nullo poſſimus ingenio huic morbo plenum antidotum reperire ; nec præciſè damnamus in aliis quod in Nobis uſquequaque non cernimus emendatum &c.[a]

& difficultas.

Datum Viterbii XVI. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Sexto[b].

Aliqua ſe recepiſſe ſcribit, & alia apud eos depoſita ad ſe tranſmitti mandat. (Ex Archivo *Aſſiſiati* Conventus Sancti Franciſci apud Autorem Operis *Collis Paradiſi* libro 2. pag. 33.)

CLXXIII. Anno 1268. die 27. Junii.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis . . Cuſtodi[c], *& Fratribus Minoribus de* Aſſiſio *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem*.

Recepimus *Arma*, & alia, quæ per Nuntium Noſtrum, ſicut vobis mandavimus, deſtinaſtis. Unde cum adhuc indigeamus quibuſdam *armaturis*[d], quæ ſunt in ſcriniis penes vos de mandato Noſtro depoſitis ; volumus, & per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus eaſdem armaturas per dilectum Filium Magiſtrum *Albertum de Parma*[e] ſcriptorem Noſtrum latorem præſentium Nobis, viſis præſentibus, deſtinetis.[f]

Datum Viterbii V. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Confirmat, & declarat, quæ ſtatuit Alexander IV. *de recipiendis ad Ordinem poſt annum probationis*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 43. apud Waddingum in Regeſto Pontif. num. 27., & apud *Bullarium* Ordinis Prædicat. tom. I. Bul. 87. illudque Roderici Regul. Bul. 12., ac in Firmamen. trium Ordinum part. 2. trac. I. fol. 21., nec non ex Autographo Archivi Florent. noſtri Conventus S. Crucis ; cuſum vero in Speculo Minorum trac. I. fol. 12.)

CLXXIV. Anno 1268. die 6. Julii.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis . . Magiſtro[g], *& Fratribus Ordinis* Prædicatorum *Sal.*, *& Apoſtol. Benedictionem*.

Lecta Nobis veſtra petitio continebat, quod fel. record. Alexander Papa, prædeceſſor Noſter vobis, & dilectis Filiis . . Generali Miniſtro ; & aliis Fratribus *Ordinis Minorum*[h], olim in virtute obedientiæ per ſuas litteras[i] præceperit, ut vos eorum Ordini, vel ipſi veſtro, voto, vel juramento obligatos nullatenus prætextu indulgentiæ alicujus, ſeu aliquarum litterarum obtentarum a Sede Apoſtolicâ, vel etiam obtinendarum in poſterum, quæ de illis expreſſam non facerent mentionem, præſumeretis recipere, niſi prius Miniſtri, vel Prioris ſui petita foret licentia, & obtenta. Decrevit etiam irritum, & inane quicquid per vos, vel ipſos in hac parte contra præceptum ſuum contingeret attentari ; ſtatuens ut hujuſmodi præſumptores incurrerent excommunicationis ſententiam ipſo facto, a qua nequaquam abſolvi poſſent, niſi ſe apud Sanctam Sedem Apoſtolicam ab ea, ſicut viſum foret, abſolvendi, perſonaliter præſentarent. Poſtmodum verò per quaſdam alias litteras[k] vobis, & eiſdem Fratribus

Alexandri PP. IV. Conſtitutionem commemorat, ejuſque præceptum, atque decretum infirmans.

Alia Alexandri PP. IV. Conſtitutio de Novitiis FF.

(a) Emendatum &c. : Ita incompletam publicavit cit. Raynaldus, ut plerumque conſuevit.

(b) Anno sexto : Extat quidem exaratum *anno VI.* apud Raynaldum, ſed per numerorum tranſpoſitionem, cum legendnm ſit *anno IV.*, quo obiit in vigilia S. Andreæ Apoſtoli Pontifex.

(c) Custodi : Qui aliis in Cœnobiis *Guardianus* appellatur, ut etiam notavimus ad 327. epiſtolam Gregorii IX. *Cupientes nobis &c.* not. (f).

(d) Armaturis : Nempe vel armorum habitibus, vel ipſis armis.

(e) Albertum de Parma : Legationibus etiam extra Italiam celebrem.

(f) Destinetis : De his, aliiſque rebus Romanæ Ecclesiæ *Aſſiſii* olim apud noſtros depoſitis, & aſſervatis dictum eſt jam ad Alexandri Papæ IV. epiſtolam 108. *Cum fel. recordat. &c.* anno 1255. die 24. Septembris datam not. (c) ; addamque ex noſtro Salimbene Parmenſi autore coævo in Chron. Ms. pag. 277. aſſerente *Fr. Eliam* Miniſtrum Generalem habitaſſe Aſſiſii *in Palatio Gregoriano*, qui & ſubiungit : *fecerat enim Papa Gregorius IX. magnum Palatium fieri in loco Fratrum Minorum de Aſſiſio tum propter honorem Beati Franciſci, tum etiam ut ibi habitaret, quando veniret Aſſiſium*.

(g) Magistro : *Joanni Vercellenſi*, de quo Scriptores Ord. Prædicat. tradunt electum fuiſſe anno 1264., & 20. annis Ordinem ſuum feliciter rexiſſe in cit. tamen Fragmentis trium Ordinum data eſt *Generali, & Provincialibus Miniſtris, ac univerſis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum* : nempe S. Bonaventuræ &c.

(h) Generali Ministro, et aliis Fratribus Ordinis Minorum : Cit. Firmamenta 3. Ord. habent : *Magiſtro, & aliis Fratribus Ordinis Prædicatorum* ; quia ibi data eſt Fratribus Ordinis Minorum.

(i) Per suas litteras : Incipientes *Quo vos in Chriſto &c* anno 1255. die 22. Maji, & 1256. die 5. eodem menſe datas.

(k) Per quasdam alias litteras : Quæ non habentur ſaltem vulgatæ.

Digitized by Google

A tribus duxit diſtrictius inhibendum, ne ante probationis annum elapſum, qui eſt maximè in ſubſidium fragilitatis humanæ regulariter inſtitutus, quemquam ad profeſſionem veſtrorum Ordinum præſumeretis recipere; ſeu ad renunciationem ſeculi faciendam: Nec conſtitutum in probatione novitium aliquatenus impedire, quominus infra eundem annum Probationis ad aliam *regulam*, quam mallet, tranſiret; ſicut de ſuâ procederet liberâ voluntate; non obſtantibus ſtatuto contrario, ſi quod a vobis, vel ipſis eſſet editum quod ipſe decrevit irritum, & inane; vel aliquibus litteris, a Sede Apoſtolicâ impetratis, ſeu etiam impetrandis, quæ de præmiſſis expreſſam non facerent mentionem; & ſi fortè contra hujuſmodi ſuam inhibitionem, quemquam vos, vel dicti Fratres reciperetis, qui taliter receptus exiſteret, nullatenus eſſet veſtro, vel eorumdem Fratrum Ordini obligatus; voſque ac ipſi a receptione quorumlibet, ad profeſſionem dictorum Ordinum eſſetis ipſo facto ſuſpenſi; & inſuper pœnæ deberetis ſubjici, quæ Fratribus ipſorum Ordinum pro culpis infligi gravioribus conſuevit. Nos igitur ipſius prædeceſſoris, qui ſuper hoc certum edidit declarationis oraculum, veſtigiis inhærentes, quod ipſe de obligatis Ordinibus prædictis in præmiſſis ſuis litteris dixerat; ne ipſi, vel vos recipere præſumeretis eoſdem, ſtatuendo, ut hujuſmodi præſumptores ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant; de illis tantum intelligi volumus, quos poſt prædictum annum *Probationis* elapſum, eiſdem eſſe conſtiterit Ordinibus obligatos. Cæterum nolumus, quòd per aliquam inhibitionem, ſeu conſtitutionem Noſtram, ſi qua poſtmodum a Nobis forſitan emanavit, quæ huic declarationi videatur contraria, præjudicium aliquod declarationi generetur eidem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerint, indignationem Omnipotentis Dei &c.

(Margin: B Cum clauſula derogatoria. C Confirmat ut ſupra. D Pontificis declaratio. E Clauſula prohib. &c.)

Datum Viterbii II. Nonas Julii [a], Pontificatus Noſtri Anno Quarto. a

---

Confirmat, exponitque ea, quæ Alexander IV. *ſtatuerat de recipiendis ad Ordinem poſt annum probationis alteri Ordini obligatis*. (Ex Autographo Conventus S. Franciſci Min. Convent. Anconitan., & in Firmamentis trium Ord. part. 2. trac. 1. fol. 21.)

CLEMENS &c. CLXXV.

Anno 1268. die 6. Julii.

Dilectis Filiis .. Generali [b], *& Provincialibus Miniſtris, ac univerſis Fratribus Ordinis* Fratrum Minorum *Sal., & Apoſtol. Bened.* b

Lecta Nobis veſtra petitio continebat, quod fel. record. Alexander Papa prædeceſſor Noſter [c] vobis, & dilectis Filiis Magiſtro, & aliis Fratribus Ordinis *Prædicatorum* olim in virtute obedientiæ per ſuas litteras præcepit &c. [d] (Alexandri IV. litteras. c d)

Datum Viterbii II. Nonas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Ut Cleri Savonen. *Statuta privilegiis Fratrum Min. Savonen. contraria pronunciet irrita, & nulla; inhibeatque, ne de cetero fiant.* (Ex Autographo Archivi noſtri Convent. S. Franciſci Min. Convent. Savonen.)

CLEMENS &c. CLXXVI.

Anno 1268. die 6. Julii.

Venerabili Fratri [e] .. *Epiſcopo* Albenſi [f] *Salutem, & Apoſtol. Bened.* e f

Pertulerunt ad audientiam Noſtram dilecti Filii Guardianus, & Fratres Ordinis Minorum *de Savona* [g], quòd licet ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ liberam habeant *Sepulturam* &c. [h] g h

Datum Viterbii II. Nonas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

(a) II. Nonas Julii: Cit. Codex Florentinus habet *Nonis Julii*, prout mihi tranſcriptus fuit.
(b) Generali: *S. Bonaventura*, ineunte an. 1257. ad ſupremam ſui Ordinis Præfecturam aſſumto.
(c) Alexander prædecessor noster: Hujus nominis *Quartus*.
(d) Per suas litteras præcepit &c.: Vide notas, & alia præcedentis Conſtitutionis.
(e) Fratri ..: *Simoni* ex Ordine Minorum anno 1262. aſſumpto, & circa ann. 1276. defuncto ex Ughello tom. 4. Ital. Sac.
(f) Albensi: Albæ Pompejæ in Liguria nunc Monte Ferrato ad flumen Tanarum ſitæ ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi.
(g) De Savona: De quorum loco dictum eſt ſupra ad *Bullam* Alexandri IV. *Perſonas pias &c.* editam anno 1259. die 28. Januarii in 2. Tomo pag. 319.
(h) Sepulturam &c.: Videatur *Bulla* ſimilis edita anno 1266. die 24. Februarii pro Conventu S. Franciſci Roccæ Contradæ incipiens: *Pertulerunt ad audientiam &c.* ſupra relata fol. 73., & paulo poſt pro illo Montis Sancti fol. 74.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An.Ch.1268.

Probibet, ne Prælatorum Eccleſ. quiſpiam privilegia *quæcunque utriuſque Ordinis interpretari præſumat*. (Ex Bullario Ord. Prædicat. Bul. 88. Clementis IV., & Romano tom.1.Bul.12., Speculo Min.tract.1. fol.12., Roderico in Bullario Regul. Bul. 13., apud Waddingum in Regeſ.Pontif. num. 28., & in Bullario novo Romano tom.3.Bul.30., inque Firmamentis trium Ordinum par. 2. tract. 1. fol. 21.)

CLXXVII. Anno 1268. die 7. Julii.

CLEMENS &c.

B

Dilectis Filiis.. Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum, *&.. Generali Miniſtro, & Fratribus Ordinis* Minorum *Sal., & Apoſt. Benedict.*

Exordium a Conſtitutionis hujus cauſa.

ORdinis veſtri ſacra Religio, ſub qua virtutum Domino in humilitate ſpiritus laudabiliter deſervitis, promeretur; ut Nos, ipſum Ordinem [a] ſincerâ diligentes in Domino caritate, illa vobis libenti animo concedamus, per quæ materiâ ſubmotâ gravaminis, ſtatus veſtri tranquillitas procuretur. Sanè tranſmiſsâ Nobis conqueſtione monſtraſtis, quod nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & alii Eccleſiarum Prælati veſtris libertatibus derogantes Indulgentias, ſeu *Privilegia* vobis ab Apoſtolicâ Sede conceſſa interpretari, & ad ſuum intellectum trahere moliuntur; quanquam intellectum ipſum, verba indulgentiarum, & privilegiorum hujuſmodi exprimere videantur; ac vos juxta ipſorum interpretationem privilegia ipſa ſervare compellunt in veſtrum non modicum præjudicium, & gravamen. Quia verò ſuper hoc Apo-

Quorumdam Prælatorum Eccleſ. ſupina, malignaque interpretatio.

A ſtolicæ proviſionis remedium implorastis; Nos veſtris ſupplicationibus annuentes, ne præfati Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Prælati alii prædicta Privilegia, & Indulgentias, ſive clara, quæ interpretatione non indigeant; ſive dubia, vel obſcura contineant; de cetero interpretari præſumant; auctoritate præſentium diſtrictiùs inhibemus; volentes, ut cum ejus ſit interpretari, cujus eſt condere, interpretatio ſuper hujuſmodi dubiis, & obſcuris dictæ Sedis judicio requiratur. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Noſtræ Declarationis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem &c.

Fratrum ſupplicationibus annuens Pontifex inhibet ut ſupra.

Clauſula prohib. &c.

Datum Viterbii Nonis Julii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto [b].

C

Ut colligant, & miniſtrent Regi Portugalliæ *in ſubſidium* Terræ Sanctæ *omnia legata pia indiſtinctè relicta*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 54. apud Waddingum in Regeſ. Pontif. num. 29., & Bullarium Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 89.)

CLXXVIII. Anno 1268. die 30. Julii.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis Portugallen. [c], *& Caſtelli* Scarannen. [d] *Ulyſponen. Diœceſ. Prædicatorum Prioribus, &* Elboren. [e], *ac in* Gardia [f] *Egitanien. Diœc. Minorum Ordinum Guardianis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

D

Exordium a Pontificis ſtudio pro Terræ Sanctæ liberatione.

AD liberationem *Terræ Sanctæ* toto cordis deſiderio anhelantes ad hoc ſtudioſè intendimus, & quantum ex alto

(a) Nos ipsum Ordinem: Alias legitur: *Vos ipſumque Ordinem*, & minus apte.

(b) Hoc privilegium datum fuerat etiam die XII. *Kalend. Martii Pontific. Anno II.*, hoc eſt die 18. Februarii anno 1267. teſte Petro de Alva in Indiculo Bullarii Seraphici.

(c) Portugallen.: Portus Calenſis, unde nomen Luſitanorum Regno, vulgò *Porto*, & *Ciudad de Puerto* urbs, & emporium celebre prope oſtia Durii fluminis, nec longe ab ora Oceani Atlantici Epiſcop. ſub Archiepiſcopo Bracarenſi.

(d) Castelli Scarannen.: legendum *Santaren.*, ſeu *Sanctaren.*, uti habet & Waddingus in Annal. Min. ad annum 1268. num.1., quod antiquis erat *Scalabis*, & Scalabitanus Conventus Plinio, ſeu *Julium præſidium* quod corpore *S. Irenæ* Mart. eo delato in aliud nomen ivit, Urbs olim, & Colonia, nunc vero oppidum ampliſſimum ad fluvium Tagum 13. circiter leucis ab Ulyſſipone diſſitum Luſitanis Principibus olim gratiſſimum.

(e) Elboren.: Quæ Latinis *Ebora* fuit, a Gothis *Elbora* dici cœpit; cum *Elbora* al. Ebura, & Libora Carpitanæ Provinciæ in Caſtella nova ad Tagum ſita *Talavera* poſt ſit appellata: *Ebora* verò al. *Evora* vulgò in Portugallia inter Tagum & Anam flumina cernitur Epiſcop. tunc ſub Compoſtellano Archiepiſcopo, poſtmodum a Paulo III. Metropolitana dignitate anno 1540. donata; ubi Minoritas S. P. Franciſci diſcipulos locum obtinuiſſe legimus apud Waddingum ad hunc ann. n.12., eratque caput *Cuſtodiæ* ſui nominis in Provincia *S. Jacobi*, ſeu *Compoſtellana* ex Barthol. Piſano Conform.XI., ſed apud Jordanum in Chron. Ms. Vatic. hæc *Cuſtodia* & *Cænobium* non habentur; eſt tamen in ſuſpecta recenſione Provinciarum, & Cuſtodiarum Ordinis anno 1260. Narbone facta in Comitiis Gener., ubi dicitur *Ebora*, *Elbora* verò apud cit. Piſanum; at ſi hoc anno 1268. *Eborenſis Cuſtodia* extaſſet, Pontifex non *Guardiano*, ſed *Cuſtodi Eborenſi* ſcripſiſſet; ut in aliis Rom. Pontificum epiſtolis uſitatum legimus. Quare conjicimus, hanc *Cuſtodiam* poſt annum 1334. erectam fuiſſe; *Cænobium* autem Eborenſe apud cit. Jordani Chronicon ideo non haberi, quod bellorum turbinibus Luſitanorum cum Caſtellanis, vel Saracenis everſum eſſet, reſtitutum poſtea ante ann. 1387.

(f) In Gardia: Al. Guardia urbe in Luſitania Epiſcopali ſub Archiepiſcopo Ulyſſiponenſi; quæ *Egitania* jampridem exciſæ ſucceſſit: de cujus Fratrum Minorum loco agit Waddingus ad hunc ann. n.11.

Digitized by Google

to conceditur, circa ea damus opem, & operam efficacem, per quæ id, Deo propitio, valeat provenire. Cum itaque cariſſimus in Chriſto Filius Noſter .. Illuſtris *Rex Portugalliæ* [a]; ſicut ex parte ipſius fuit propoſitum coram Nobis; zelo Fidei, ac devotionis accenſus, ſigno vivificæ *Crucis* aſſumpto, proponat cum decenti bellatorum comitiva in *Terræ Sanctæ* ſubſidium proficiſci: Nos ipſius *Regis* ſupplicationibus inclinati ſibi auctoritate Apoſtolicâ duximus indulgendum, ut *legata* in pios uſus indiſtinctè relicta, ſeu relinquenda, non expreſſis aliquibus perſonis, vel locis; dummodò non fuerint arbitrio certæ perſonæ commiſſa; in Regno, & aliis Terris ſuis per *triennium* poſſit percipere in ſubſidium hujuſmodi convertenda. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut quilibet veſtrum, per vos, vel per alium, aut alios Legata hujuſmodi, juxta prædictæ conceſſionis Noſtræ tenorem, per idem triennium in Regno, & Terris ipſis fideliter colligere, & in aliquo tuto loco deponere, ac ea dicto *Regi*, vel ejus certo Nuncio aſſignare curetis. Non obſtante, ſi eſt aliquibus ab Apoſtolicâ Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi &c. [b]

Rex Portugalliæ ad Terræ Sanctæ ſubſidium proficiſci proponit.

Pontifex ei legata indiſtincta per triennium concedit,

mandatque id, quod ſupra.

Derogando indultis Apoſtol.

Datum Viterbii II. Kalendas Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Item redemptiones votorum Crucesignatorum, *& alia eidem* Regi *pro eadem causa aſſignanda*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 55. apud Waddingum in Regeſ. Pontif. n.30., & Bullarium Ord. Prædic. tom. I. Bul. 93.)

CLXXIX. Anno 1268. die 30. Julii.

CLEMENS &c.

Iiſdem.

Conceduntur Regi ea, quæ ſupra ſunt annotata,

AD liberationem *Terræ Sanctæ* &c. [c] ut redemptiones *votorum* Crucesignatorum, & Crucesignandorum, obventiones, & legata ex quacumque causâ provenientia ejuſdem *Terræ* ſubſidio deputata, & etiam deputanda in Regno, & aliis Terris ſuis poſſit per *triennium* percipere in ſubſidium hujuſmodi convertenda. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus &c. [d]

eaque colligi, atque deponi tuto loco jubentur.

Datum, *ut ſupra*.

Ut male parta, quæ quibus reſtituenda, non invenitur pro dicto Rege *in ſubſidium* Terræ Sanctæ *applicentur*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 59. apud Waddingum in Regeſ. Pontif. num. 33.; & Bullarium Ord. Prædicat. tom. I. Bul. 91.)

CLXXX. Anno 1268. die 30. Julii.

CLEMENS &c.

Iiſdem.

AD liberationem *Terræ Sanctæ* &c. [e] Nos volentes, ut idem Rex, Apoſtolicæ Sedis fultus auxilio ſuum in hac parte propoſitum magnificentius ducere valeat ad effectum; Diſcretioni veſtræ, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, & ſpecialem, præſentium auctoritate committimus, quatenus a quibuſlibet perſonis Regni, & Terrarum Regis ejuſdem bona, quæ acquiſiverunt per *uſurariam* pravitatem, rapinas, alioſque modos illicitos; ſi perſonæ ipſæ bona hujuſmodi ſpontè ad hoc elargiri voluerint, ac illi, quibus eorum reſtitutio fieri debeat, edictis publicè propoſitis in locis competentibus, omninò inveniri, & ſciri non poſſint; uſque ad *triennium*, vos, vel duo, ſive quilibet veſtrum per vos, vel alium, aut alios ad manus veſtras recipere valeatis, deponenda fideliter in aliquo tuto loco; & tandem dicto *Regi*, cum ſe ad transfetandum accinxerit, integrè aſſignanda. Ita tamen, quòd ſi aliquid de hujuſmodi bonis dimiſeritis, vel reſtitueritis, aut dederitis illis, a quibus ea receperitis; hujuſmodi dimiſſum, reſtitutum, vel datum nihil ad liberationem eorum proſit; nec quantum ad illud habeantur aliquatenus abſolvi [f].

Committit Pontifex quod ſupra,

conditione adjuncta.

Datum, *ut ſupra*.

Ut

(a) Rex Portugalliæ: *Alphonſus* hujus nominis III., cui delatam Regni adminiſtrationem ob *Sancii* fratris natu majoris animum ad gubernandum minus idoneum ſuperius adnotatum eſt ad annum 1248. in I. hujus Operis tomo pag. 507. no. (c).

(b) Suspendi &c.: Cur autem poſtea expeditionem eam non ſit aggreſſus, nemo hactenus memoriæ prodidit.

(c) Terræ Sanctæ &c.: Ut in pro hac re *Bulla* ſuperiori uſque ad illa verba: *Duximus indulgendum*.

(d) Quatenus &c.: Ut ibi uſque ad finem.

(e) Terræ Sanctæ &c.: Ut in præcedenti 178. *Bulla* uſque ad illa verba: *ſubſidium proficiſci*.

(f) Absolvi: Leg. *abſoluti*, ut in aliis ſimilibus diplomatibus incip. *Neceſſitatibus veſtris &c.*, & *Veſtra meritis &c.*

CLEMENS PP.IV. An.Ch.1268.

Ut prædicent, & prædicare faciant verbum Crucis, *& Crucem, & Indulgentias ſuccurrentibus* Terræ Sanctæ *conferre poſſint*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 57. apud Waddingum in Regeſ.Pontif.num.32., & Bullarium Ord.Prædicat. tom.1. Bul. 90.)

CLXXXI. Anno 1268. die 30. Julii.

CLEMENS &c.

Iiſdem.

A D liberationem *Terræ Sanctæ* &c.[a] Nos volentes, ut idem *Rex* in hoc effectum ſui deſiderii conſequatur, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prædicetis verbum *Crucis* per vos, vel alios viros idoneos tàm Regulares, quàm Sæculares per *Portugalliæ* Regnum, & alias Terras *Regis* ejuſdem; & illam volentes recipere, largiamini; conceſsâ illis, qui in perſonis propriis, & expenſis, & eis etiam, qui perſonaliter, ſed in alienis expenſis cum Rege proficiſcentur; illis quoque, qui in expenſis propriis illuc mittent idoneos bellatores; ac eis, qui de bonis ſuis aliqua mittent in ſubſidium dictæ *Terræ* juxta quantitatem ſubſidii, & devotionis affectum; illâ ſuorum *veniâ peccatorum*, de quibus veraciter corde contriti, & ore confeſsi fuerint, quæ ſuccurrentibus dictæ *Terræ* in Generali Concilio[b] eſt conceſſa.

Mandat id, quod ſupra dictum eſt

cum facultate *Indulgentias* elargiendi.

Datum, *ut ſupra*.

Eiſdem facultatem tribuit abſolvendi ab excommunicatione *Cruceſignatos cum dicto Rege in ſubſidium* Terræ Sanctæ *proficiſcentes*. (Ex Reges. Vatic. epiſt.56. apud Waddingum in Regeſ. Pontif. n. 31., & Bullarium Ord.Prædicat.tom.1. Bul.92.)

CLXXXII. Anno 1268. die 30. Julii.

CLEMENS &c.

Eiſdem.

C UM cariſſimus in Chriſto Filius Noſter ... Rex *Portugalliæ* Illuſtris, ſicut ex parte ipſius fuit propoſitum coram Nobis, zelo Fidei, ac devotionis accenſus ſigno vivificæ *Crucis* aſſumpto proponat cum decenti bellatorum comitiva in *Terræ Sanctæ* ſubſidium proficiſci; Nos ipſius Regis ſupplicationibus inclinati abſolvendi juxta formam Eccleſiæ per vos, vel per alium, ſeu alios *Cruceſignatos*, & Cruceſignandos, qui cum dicto Rege proficiſcentur in dictæ *Terræ* ſuccurſum, ab *excommunicationis* ſententiâ, ſi quam pro violentâ injectione manuum in Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas incurrerunt; dummodo paſſis injuriam ſatisfecerint competenter; & illorum non fuerit adeò gravis, & enormis exceſſus, quòd propter hoc ad Sedem Apoſtolicam ſint meritò deſtinandi; plenam vobis concedimus auctoritate præſentium facultatem.

Conceſſionis occaſio.

Datur poteſtas ſupra dicta,

conditione adjecta.

Datum, *ut ſupra*.

Ut denuncient ſuſpenſionem Interdicti *ad ſex menſes in Provincia* Bracarenſi. (Ex Regesto Vatic. epiſt.68. apud Waddingum in Regeſ. Pontif. num.34.)

CLXXXIII. Anno 1268. die 31. Julii.

CLEMENS &c.

Dilectis Filiis in Sanctarena[c], *& in* Leyrena[d] *Ordinis Fratrum Minorum Guardianis Ulyſſponen.*, *& Colimbricen. Diæc. Sal.*, *& Apoſtol.Bened.*

N EGOTIO, quod inter cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum A.[e] *Portugalliæ* Regem Illuſtrem ex parte unâ, & Ve-

Controverſia inter Regem, & Epiſcopos Regni Luſitaniæ memoratur.

(a) Terræ Sanctæ &c.: Ut in præcedenti *Bulla* 178. uſque ad illa verba: *ſubſidium proficiſci*.

(b) In Generali Concilio: *Lateranenſi IV.* anno 1215. ſub Innocentio III. celebrato, non *Lugdunenſi I.*, ut aliqui ſcripſerunt; aliàs enim oſtendimus, nomine *Generalis Concilii* venire ſolum Lateranenſe IV., & quare.

(c) In Sanctarena: Olim *Scalabis* dicta, ut ad præmiſſam epiſt. 177. eſt adnotatum (d). Extra muros in Collis jugo prope Clariſſarum *Monaſterium* conſtructum fuerat anno incerto Minoritis *Cænobium*, quod erat 2. *Cuſtodiæ Ulyſſiponen.* in Provincia S. Jacobi apud Barthol. Piſanum Conform. xi., de eoque Waddingus ad hunc annum num.9. In eodem *Provinciali* Ordinis noſtri apud Ms. Chronicon Jordani Cœnobium iſtud non habetur, non quod *Ulyſſiponen. Cuſtodia* ibi deſideretur, ut Waddingus, qui dictum *Provinciale* publici juris fecit ad ann.1399., & 1400. n. 12., ſcripto tradidit; ſed ob aliquod infortunium in 178. præcedenti epiſtola de Conventu *Eboren.* (e) relatum.

(d) In Leyrena: *Leyria*, aliis *Lerena* olim oppidum, & forte municipium, poſtea vero urbs eſt Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ulyſſiponenſi inter Liſim, & Lenam amnes 8. leucis circiter a ſupradicta *Sanctarena* diſtans; qua in urbe jam ab anno 1233. Fratres Minores locum habere tentabant in *Cuſtodia* Conimbricen., contradicentibus nonnullis; ut ex litteris Gregorii IX. eo anno ſupra tom. 1. relatis, & apud Waddingum ad eum annum num. 30. & 31., ac ad iſtum num. 10., ipſum autem apud proxime citatum Piſanum hujus loci memoriam non haberi, ſed nec apud Jordanum antiquiorem Ms. Vatic. tribuendum eſt calamitatibus illorum temporum, ut in præmiſſa epiſtola 178. dictum eſt de Conventu *Eboren.* (e).

(e) A.: *Alphonſum* hujus nominis III., de quo dictum eſt in præcedenti epiſtola 178. fol.163. (a).

Digitized by Google

& Venerabiles Fratres Noſtros M.[a] *Bracharen.* Archiepiſcopum, & alios Epiſcopos Regni Portugalliæ ex alterâ vertitur[b], dilecto Filio Magiſtro Willelmo *Folquini*[c] Capellano Noſtro Canonico Narbonen., quem ad idem Regnum propter hoc ſpecialiter deſtinamus, ſub certâ formâ commiſſo; ſententias *Interdicti* ab eiſdem Archiepiſcopo, & Epiſcopis latas in ſuas Diœceſes uſque ad ſex menſes duximus ſuſpendendas. Ideoque Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſententias eaſdem vos, vel alter veſtrum per vos, vel alios, aut alium denuncietis, & denunciari faciatis taliter eſſe ſuſpenſas in locis, in quibus duxeritis expedire.

Nuncius Pontificius ad Regem. — *Mandat Pontifex, quod ſupra &c.*

Datum Viterbii II. Kalendas Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Fr. Valaſco *O. M. ad Eccleſiam* Egitanien. *tranſlato*, Famauguſtano *Epiſcopatui alium ſubrogari præcipit.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 97. to. 2. anno 4.)

CLXXXIV. Anno 1268. die 1. Septembr.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri ...[d] *Archiepiſcopo* Nicoſien.[e] *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

CUM Venerabilem Fratrem Noſtrum V.[f] *Famauguſtan.*[g] Epiſcopum ad *Egitanien.*[h] Eccleſiam tranſtulimus, a vinculo, quo Famauguſtan. tenebatur Eccleſiæ, abſolutum; Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Magiſtrum *Bertrandum* Nicoſien. Canonicum Famauguſtan. Capitulo, prout per litteras eorum accepimus, multum acceptum, & aliàs a fide dignis multipliciter commendatum eidem Eccleſiæ auctoritate noſtrâ præficias in Epiſcopum & Paſtorem, munus eidem conſecrationis impendens, & faciens ei a ſuis ſubditis reverentiam & obedientiam debitas exhiberi; Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Quòd ſi vel idem Magiſter *Bertrandus* ordinationi hujuſmodi conſentire noluerit; aut nequiverit; tu eidem Eccleſiæ de aliâ perſonâ ad regimen ipſius idoneâ providere non differas cum ejuſdem Capituli conſilio & aſſenſu; cum quibus ſi forſan concordare nequiveris, electione futuri Pontificis eiſdem penitus interdictâ, & Nobis hac vice ſervatâ; perſonæ vel perſonis idoneis Epiſcopalia bona adminiſtranda committens Nobis univerſa reſcribas, ut Nos eidem provideamus Eccleſiæ, prout viderimus expedire; decernens irritum & inane, ſiquid ſecus fuerit attemptatum; & ſi neceſſe fuerit, ad ea, quæ ſecus attentari contigerit, brachium invoces ſæculare; contradictores cenſurâ conſimili appellatione remotâ compeſcendo.

Tranſlationem Fr. Valaſci commemorat, — *& ei alium ſubrogari jubet.* — *Qui ſi conſenſum non præbuerit, alius provideatur.* — *Si vero Capitulum non convenerit,* — *electio Rom. Pontifici ſervetur,* — *& bona Epiſcop. alicui miniſtranda committantur.*

Datum Viterbii Kalendis Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Caſſata unanimi Capituli Arboren. *electione de* Fr. Joanne *Ord. Minor., transfert ad eamdem Eccleſiam Archiepiſcopum* Raguſinum *O. M.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 78. tom. 3. anni 4.)

CLXXXV. Anno 1268. die 3. Novembris.

CLEMENS &c.

Venerabili Fratri ..[i] *Archiepiſcopo* Arboren.[k] *Sal., & Apoſtol. Bened.*

Exordium.

RATIONIS oculis intuentes commoda, quæ vacantibus Eccleſiis de ſalubri proviſione proveniunt, reddimus cor-

(a) M.: *Martinum*, ut in litteris ejuſdem Alphonſi Regis hoc anno ſcriptis. & apud Raynaldum Annal. Eccleſ. num. 41. legendis.

(b) Vertitur: Hoc autem erat *Interdictum* ab Archiepiſcopo Bracarenſi, aliiſque Regni Luſitaniæ Epiſcopis poſitum ob quandam controverſiam juriſdictionis, & immunitatis Eccleſiarum non ſine magno illius Regni detrimento, & mœrore poſt multos annos non remittentibus *Alexandro*, atque *Urbano* hujus nominis *Quartis* juſtiſſimam indignationem propter repulſam legitimam uxorem *Matildem* Bononiæ Comitem, quæ pauperem, antequam ad Regnum perveniret, opima domo exceperat; contractaſque ſceleſtas nuptias cum *Beatrice* notha Alphonſi X. Caſtellæ Regis ex Maria Villenia Petri *Guſmani* viri clariſſimi filia inquit Waddingus ad hunc annum num. 1.

(c) Folquini: Cujus Legationis ex Regeſ. Vatic. meminit & Raynaldus ad hunc annum num. 40.

(d) Fratri ..: N.

(e) Nicosien.: Regni, Inſulæque Cypri Metropolis.

(f) V.: *Valaſcum*, de quo in epiſt. 138. hujus Pontificis *In diſpenſatione Miniſtrorum &c.* anno præcedenti die 17. Septembris data eidem, dictum eſt ſupra fol. 128.

(g) Famaugustan.: In prædicta Cypri Inſula, ut in dicta ad eum epiſtola.

(h) Egitanien.: In Portugalliæ Regno ex notis ad cit. epiſtolam.

(i) Ven. Fratri ..: *Aleardo* al. *Adelardo* Ord. Min., quem anno 1273. ſediſſe diſcimus ex Catalogo Antiſtitum hujus Eccleſiæ ab Archiepiſcopo Franciſco Maſone Conſtitutionibus Synodalibus a ſe anno 1712. editis annexo. Hanc tranſlationem memorat Joannes XXI. in *Bulla* incip. *In ſuprema ſpecula &c.* anno 1276. die 3. Decembr. edita, & infra legenda.

(k) Arboren.: Al. *Ariſtagnen.* vulgo *Oriſtano* in Sardinia 3. illius Inſulæ Metropolis.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An.Ch. 1268.

Vacante Arboren. Eccleſia,

corde ſollicitι, ut circa proviſionem hujuſmodi faciendam fructuoſæ attentionis ſtudium habeatur. Sanè *Arboren.* Eccleſia Paſtoris ſolatio deſtituta, dilecti Filii.. Archipresbyter, & Capitulum ipſius Eccleſiæ convenientes in unum, Spiritus Sancti gratiâ invocatâ, dilectum Filium *Fratrem Johannem* [a] de Ordine Minorum in *Arboren.* Archiepiſcopum concorditer elegerunt. Præſentato itaque Nobis & Fratribus Noſtris hujuſmodi electionis decreto; Nos de prædictorum Fratrum conſilio electionem ipſam, quia eam invenimus minus canonicè celebratam, caſſavimus juſtitiâ ſuadente. Verùm nolentes, ut Eccleſia ipſa diutiùs ſine Præſule remaneret, ſed ei de tali perſonâ, cujus ſtudio & prudentiâ laudabilibus circa ſpiritualia & temporalia poſſit, auctore Deo, proficere incrementis; providere volentes, te tunc *Raguſin.* [b] Archiepiſcopum, de cujus prudentiâ, & circumſpectione plenè confidimus, de prædictâ Eccleſiâ *Raguſin.*, Fratrum ipſorum communicato conſilio, de plenitudine poteſtatis ad eamdem Eccleſiam *Arboren.* tranſtulimus; & te prædictæ *Arboren.* præfecimus in Archiepiſcopum & Paſtorem; te a vinculo, quo eidem Eccleſiæ *Raguſin.* tenebaris aſtrictus, penitùs abſolvendo, conceſsâ tibi licentiâ ad prædictam *Arboren.* Eccleſiam tranſeundi. Ideòque mandamus, quatenus humiliter ſuſcipiens impoſitum a Domino tibi onus, ad prædictam Eccleſiam *Arboren.* accedere non poſtponas, gerens ſollicitè curam ejus, Gregem Dominicum in illa tibi commiſſum doctrinâ verbi & operis informando. Ita quòd eadem *Arboren.* Eccleſia tuæ diligentiæ ſtudio laudabilibus in ſpiritualibus, auctore Domino, proficiat incrementis.

a concorditer eligitur Fr. Joannes Ordinis Minorum,

ſed minus canonicè,

b & Pontifex aſſumit Archiepiſcopum Raguſin.,

eique mandat, ut ad eam Eccleſiam accedat, eamque regat.

Datum Viterbii III. Nonas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

CLXXXVI. In eumdem modum, mutatis mutandis, *Archipresbytero & Capitulo* Arboren., *Clero, necnon Populo* Arboren. *Civitatis & Diœceſis*.

Epiſtolæ hujus Pontificis Operi noſtro deſideratæ.

1. Epiſcopis Claromont., & Anicien. pro veteri noſtro Conventu *Cariloci* ex epiſt. Nicolai III. *Olim ex relatione*.
2. Eiſdem iterum ſcripſit Pontifex alias litteras pro eod. loco ex cit. ep. 5. Jan. 1280. dat.
3. Epiſcopo *Eſino* contra Eremitas S. Aug. intra ſpatium prohibitum pro Fratribus noſtris fabricantes ex hujus Papæ epiſt. 85. *Veſtram & veſtri &c.* fol. 88.
4. Jacobo S. Mariæ in Coſmedin Diac. Cardinali pro noſtro Conventu *Ferentini* ex epiſt. Nicolai III. *Significarunt nobis &c.* die 15. Maji 1278. data.
5. Miniſtro Provinciæ *Burgundiæ*, ut tres eligeret Fratres, qui officium *Inquiſitionis* contra hæret. pravit. exercerent *Licet ex omnibus &c.* ex epiſt. Calliſti III. *Ex ſupremæ diſpoſitionis &c.* anno 1458. apud Waddingum n. 12, illius anni.
6. Inquiſitoribus hær. prav. in *Tuſcia* pro eorum miniſterio ex ep. Honorii IV. *Ad extirpandam &c.* 18. Oct. 1285. infra conſulenda.
7. Pro Conventu *Eboren.* in Luſitania cavet, ne quiſquam Fratres illius loci excommunicare valeat, etiamſi eſſet S. A. Legatus ſine mandato Summi Pontificis ex Autore Supplem. Annal. Waddingi ad ann. 1268. num. 6.
8. Pro Conventu noſtro *Montis Ulmi* in Marchia Anconit. anno Pontif. 1. ex Waddingo ad annum 1265. num. 19.
9. Item pro noſtro Conventu Monti *S. Petri Angelorum* eodem anno ex cit. Waddingo.
10. Et pro Conventu etiam *Montis Ortoni* ejuſdem Provinciæ Marchiæ Anconit. anno 1. ex Waddingo ad ann. 1264. n. 15.
11. Item pro conſtructione noſtri Conventus *S. Angeli in Pontano* prædictæ Provinciæ ex Waddingo ad ann. 1267. n. 11.
12. Exemit Fratres noſtros a cujuſcunque ſubjectione, eorumque loca libros, ac bona omnia ſub dominio Rom. Pontificis ſuſcipit, uſum verò Fratribus reliquit *Dat. Romæ apud S. Petrum* II. *Kalend. Maji anno* 1. ex autographo in Archivo Convent. Pariſien. ex Gonzaga par. 1. de Conventu Pariſien. p. 125. edit. 1., ſed eo tempore Pontifex morabatur *Peruſii*, non Romæ.
13. Viſitantibus Eccleſiam S. Franciſci *Conſentiæ* Indulgentiam 100. dier. conceſſit in omnibus feſtis diebus B. Mariæ Virg., & omnium Sanctorum, ac BB. Franciſci, Antonii, Claræ, Aræque majoris dedicationæ ex cit. Gonzaga par. 2. Conv. 7. Prov. Calabriæ dat. 11. Octob. an. 1., & ex Waddingo ad ann. 1399. n. 45., ubi addit hujus *Indulgentiæ* diploma ibidem aſſervari.
14. Item *Indulgentiam* unius anni, & 40. dierum dedit in anniverſario dedicationis Eccleſiæ FF. Min. *Pariſien. dat. Viterbii an.* 3. ex cit. Gonzaga par. 1. de Conv. Pariſien.

15. Mo-

(a) FR. JOHANNEM: Sardum, ut videtur, & forſan Arboren. ſeu Ariſtagnen. patria, ſed noſtris ignotum.

(b) RAGUSIN.: In Dalmatia, oraque littorali Maris Adriatici Reipublicæ ſatis notæ.

15. Monialibus Montis Lucidi Peruſ.privilegium incip. *Paci, & tranquillitati &c.* dat. Nonis Martii anno 2. ex Indic.Bull.Seraph.

16. Priori Prædicator., & Miniſtro Minor. Prov. *Angliæ* O. Card. A. S. Legatus injunxit, ut quibuſdam nobilibus Crucesignatis providerent de votorum redemptionibus &c. ex epiſt. Gregorii X. *Ex inſinuatione &c.* 29. Aprilis 1273. data.

17. Priori Prædicat., & Guardiano Minor. *Venet.* pro electione Epiſcopi Caſtellani, ſeu Venetiarum ex epiſt. Gregorii X. *Dudum Caſtellana &c.* 5. Aprilis 1275. data.

18. Guardiano FF. Minor., & Priori FF. Prædicat. *Arelaten.* pro cura Abbatiæ Montis Majoris Ord.S.Bened.Arelat.dat.menſe Martio an.2.ex Gallia Chriſtiana P.Dion. Sanmart. tom. 1. de Abbat. Nemauſen. num. 29.

19. Priori Monaſt. Fontis Avellani pro Monaſterio S. *Angeli de Claſerno* juris Epiſcopi Eugubini, ex ipſius Clementis IV. epiſtola 156. *Olim intellecto &c.* fol. 142.

20. *M. Palæologo* Imp. Græc. de S. *Ludovico* R. F. epiſt. *Si præſuris* dat. 16. Kal. Junii anno 4.

21. Inquiſitori *Arauſicen.*, aliorumque locorum illius Principatus pro exequendo contra hæreticos officio, ex hujus Pontificis epiſt. 140. *Præ cunctis &c.* fol. 129.

22. Magiſtro Scholarum *Silven.* Eccleſiæ circa translationem Epiſcopatus *Sidonen.* ad *Gadicen.* Civitatem, & electionem Fr. Jo: Martini O. M. ad illum ex 130. epiſt. ejuſdem Papæ *Olim fel. record. &c* fol. 121.

23. R. Epiſcopo *Albanen.* A. S. Legato de Fratribus O.M. ad dignitates Eccleſ. promotis abſque licentia ſuorum Superiorum mittendis ad Sedem Apoſtol. uti ſuperius ex 147. ejus epiſt. *Licet nobis &c.* fol. 137.

Digitized by Google

SEDE VACANTE.

Albanen. Epiſcopum A. S. L. de his, quæ ſub Urbano, & Clemente IV. cum Græcis acta fuerant, certiorem factum auctoritate ad rem cum iis componendam, inſtruunt. (Ex Marino Ebul. in formul. tit. de off. Legat. p. 91. apud Waddingum ad hunc annum num. 2., Raynaldum num. 3., & Martene, Durandumque in ampliſſ. Collect. Vet. Monum. tom. 7. col. 208. epiſt. 3.)

I.

Anno 1270. die 15. Maji.

Miſeratione Divina Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales [a] *Venerabili Fratri* [b] ... Epiſcopo Albanenſi *Apoſtolicæ Sedis Legato* [c].

Exordium a laudibus, & elogiis S. Ludovici,

INTER cætera, quæ in Excellenti, & Chriſtianiſſimo Principe Domino L. [d] *Rege* Francorum Illuſtri dignis in Domino laudibus attollenda recti judicii cenſura dijudicat ſingularem ipſius zelum ad incrementa *Fidei* orthodoxæ, conſiderationis oculis intuentes in vocem exultationis, & confeſſionis erumpimus; & exultantes in Domino, ac ejus beneficia confitentes ipſi ſuper hoc vitulum labiorum exolvimus; (Oſeæ 14. 3.) a quo dicto *Regi* credimus piâ miſeratione conceſſum, ut & alias affluenter caritatis ubera in opera pietatis effundat; & pro defenſione ipſius *Fidei* quaſi abnegans ſemetipſum ad id ſe, ſuos, & ſua promptitudine ſpontaneâ exponendo ſic illius ſpecialem ſe exhibeat Defenſorem; & in ejus dilatatione Miniſtrum, quod laudabilium evidentia operum ſatagit eidem *Fidei* non ſolum filios ab initio alienos venire, ſed & per erroris devium alienatos [e] ab ipſa ſuæ ſolicitudinis ſtudio ad ejus reducere unitatem; ſicut *Terræ Sanctæ* negotium auſpiciis, Deo auctore, felicibus per eumdem tàm potenter aſſumptum [f], & porrecta Nobis ex ipſius parte ſuper *Græcorum* reconciliatione petitio liquidò proteſtantur.

praeſertim in defenſione *Fidei* Catholicæ.

Nuncii S. Regis, & litteræ ad S. R. E. Cardinales.

Nuper ſiquidem Nobis præfatus *Rex* Religioſis viris Fratribus *Euſtachio* de Attrebato [g], & *Lamberto* de Cultura [h] Ordinis Fratrum Minorum ſuis Nunciis, & litteris ad Noſtram præſentiam deſtinatis expoſuit, quòd Magnificus vir *Palæologus* eorumdem Græcorum *Imperator* Illuſtris per Apocriſarios, & litteras eidem Regi expoſuit, quòd ipſe, Clerus & Populus ſuæ ditioni ſubjecti deſiderantes ad obedientiam Eccleſiæ Romanæ redire, ipſique in ejuſdem *Fidei* profeſſione uniri; varios ſuper hoc Nuncios, & litteras ad Sedem Apoſtolicam deſtinarant; quorum etiam aliqui in viâ detenti non pervenerant ad eamdem; & frequenter ac humiliter ad hæc poſtularant admitti; nec adhuc eorum circa id fuerat deſideriis ſatisfactum: apud eumdem *Regem* ſuper hoc multiplicatis Nunciis, & litteris [i] inſtitit, depoſcens inſtanter, ut ipſe *Rex* in tàm pio, & utili negotio arbitri partes aſſumens, ad ipſius conſummationem ſollicitâ intenderet pietate. Ipſe namque *Imperator*, ut ſuis verbis, prout nobis referuntur, utamur; ſe velle

De Græcorum Imperatore, ipſiſque Græcis,

ac Nunciis, litteriſque multiplicatis,

(a) Cardinales: Quorum nominà legimus in inſtrumento *compromiſſionis* pro electione Gregorii X. anno 1271. Kal. Septembris in Concil. Collect. apud Waddingum ad eum annum num. 4., & Raynaldum num. 8.

(b) Ven. Fratri ..: *Rodulpho* Gallo in Annal. Eccleſ. apud Scriptores de Cardinalibus, & Ughellum tom. 1. Ital. Sac., alioſque commemorato.

(c) A. S. Legato: A Clemente IV. in Gallias, ut S. Ludovico Regi, aliiſque Cruceſignatis pro *Terra Sancta* a conſiliis, & auxilio eſſet.

(d) L.: *Ludovico* Sancto ex expeditione contra Saracenos Tunetanos poſito, & poſt paucos menſes ibi morituro.

(e) Alienatos: Nempe Schiſmaticos.

(f) Assumptum: Anno 1267., & hoc ann. 1270. menſe Martio jam iter ingreſſum.

(g) De Atrebato: Gallis *Arras*, incolis vero *Atrecht* in Belgio, Arteſiaque Provincia Epiſc. nunc ſub Cameracen. Metropolitano, tunc vero ſub Remenſi.

(h) De Cultura: Etiam in Gallia.

(i) Litteris: Quæ non leguntur, cum non habeantur,

Digitized by Google

ipſoque Rege ab eit. Imperatore arbitro conſtituto.

le *Regem* eumdem arbitrum in hoc conſtituere aſſerens, promittebat quidquid idem *Rex* ſuper hoc diceret, ſe plenè ac inviolabiliter obſervaturum. Et ut circa hoc ſuum magis oſtenderet dictus *Imperator* affectum; eumdem *Regem* adjurabat per aſperſionem Sanguinis JESU CHRISTI, quòd nequaquam aſſumere onus hujuſmodi recuſaret; & ſi ſecus faceret, ad ſummum Judicem, ut ipſe *Rex* in extremo judicio coram eo de hoc rationem redderet, appellabat: Propter quod memoratus *Rex* ſolitum proſequens ad ejuſdem *Fidei* augmenta propoſitum; & ad præfatam Romanam Eccleſiam conſuetæ non omittens devotionis affectum; ſed prudenter attendens, ac humiliter cognoſcens, quòd ſuum non erat tale in eodem negotio, quod ſpecialiter pertinere dignoſcitur ad ejuſdem Sedis examen, etiam ad ipſius *Imperatoris* inſtantiam, officium uſurpare, conſultè reſpondit, quòd in eodem negotio hujus partes nequaquam aſſumeret; ſed pro ipſius ſalubri conſumatione apud eamdem Sedem, ad quam id pertinet, libenter inſtaret. Ne itaque negotium, cujus expeditio (ſi eam concedet Altiſſimus) tot animarum diſcriminibus obviat; eiſque viam aperit ad ſalutem; in proſecutione defectum aliquem patiatur a nobis, quibus eâdem nunc Sede Vacante, cum alius, qui hoc poſſit tempore vacationis hujus, non ſuperſit, ſpectat in talibus providere; humiliter per eoſdem *Nuncios* ſuos poſtulavit, ut negotii executionem ejuſdem ſollicitudini veſtræ committere curaremus. Nos autem, quæ per Sedem ipſam de Noſtro Conſilio acta novimus, in præmiſſis commemoratione ſolitâ recenſentes attendimus, quòd tempore fel. record. Domini URBANI PAPÆ IV. Religioſi viri Fratres quondam *Simon* de Alvernia, *Petrus* de Moras, *Petrus* de Criſta, & *Bonifacius* de Yporegia [a] de Ordine Minorum &c. [b] Quocirca debitâ meditatione penſantes tàm ſalubre negotium tàm utiliter, tàmque perpenſo conſilio, & exactâ maturitate diſpoſitum non immutatione, ſed proſecutione potius indigere; inſtantiæ memorati *Regis* Francorum in votivâ admodum expeditione ipſius negotii noſtris deſideriis concurrenti conſenſu prompto concurrimus; & præmiſſa vobis ad plenioris inſtructionis auxilium ſerioſiùs exponentes executionem prædicti negotii Fraternitati veſtræ præſentium tenore committimus; ut in ipſo juxta præmiſſarum ejuſdem Domini PAPÆ CLEMENTIS litterarum tenorem [c], quem vobis ſub ſigillis noſtris de verbo ad verbum ſine immutatione aliquâ deſtinamus, ſecundum datam vobis a Deo prudentiam procedentes *Imperatorem*, Clerum, & Populum momoratos ad ejuſdem *Fidei* orthodoxæ profeſſionem, & acceptandum, & recipiendum ipſius Eccleſiæ Romanæ *Primatum* juxta ſubſcriptam formam, idoneis ſecuritatibus, & cautelis adhibitis, admittatis. Volumus ſiquidem quòd in *Concilio* de Græcis generaliter congregando memoratus *Imperator*, Patriarcha Græcorum, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archimandritæ, Abbates, & alii Eccleſiarum Prælati, Clerus, & Populus ſupradicti eamdem *Fidei* veritatem, & *Primatum* Eccleſiæ Romanæ juxta ſeriem in præmiſſis litteris ejuſdem Domini PAPÆ CLEMENTIS expreſſam, plenè ac ſerioſè lectam, & expoſitam fideliter, explicitè, ac apertè hoc modo recogoſcant, acceptent, & profiteantur præſtito juramento. „ Ego „ . . . . . Græcorum *Imperator* ſupraſcriptam *Fidei* veritatem, prout plenè „ lecta eſt, & fideliter expoſita, veram, „ Sanctam, Catholicam, & orthodoxam „ *Fidem* eſſe cognoſco; eam accepto, & „ corde, ac ore profiteor, ipſamque „ prout eam veraciter tenet, fideliter „ docet, & prædicat Sacroſancta Romana „ Eccleſia, me inviolabiliter ſervaturum, & in ea omni tempore perſeveraturum, nec ab ea ullo unquam „ tempore receſſurum, quoquo modo deviaturum, vel diſcrepaturum promitto. *Primatum* quoque ipſius Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, prout in „ præmiſſa ſerie continetur, ad ipſius „ Ec-

S. Regis ea in re prudentia, & religio,

atque ad Græcum reſponſio,

Nec non a R.E. Cardinalibus poſtulatio.

R. E. Cardinalium recenſio eorum, quæ de ea re per alios facta erant;

qui prædictum negotium Albanen. Epiſcopo A. S. L. committunt.

Profeſſio Fidei orthodoxæ, & Primatus R. E. recognitio cum juramento a Græcis præſtanda.

(a) DE YPOREGIA: Dè quibus exſtant epiſtolæ Urbani IV. anno 1263. die 28. Julii emiſſæ *Imperialis Excellentia &c.*

(b) MINORUM &c.: Nonnulliſque interjectis, quibus exponuntur ea, quæ a Nunciis *Urbani IV.* cum Palæologo, Græciſve, & ab Apocriſariis Palæologi cum *Clemente IV.* fuèrunt agitatà, (non àutem quæ ab Apocriſariis *Clementis*; ut ajunt hoc loco Waddingus, & Raynaldus; cum Clemens deſignaverit, ſed non miſerit Nuncios, teſte B. Gregorio X. epiſt. *Qui miſeratione &c.*) ſubjicitur id, quod ſequitur.

(c) TENOREM; Incip. *Magnitud inis tua &c.*

Sede Vacante An.Ch. 1270.

„ Eccleſiæ obedientiam ſpontaneus veniens fateor, recognoſco, accepto, & ſponte ſuſcipio; & omnia præmiſſa tàm circa *Fidei* veritatem, quàm circa ejuſdem Eccleſiæ Romanæ *Primatum* & ipſorum recognitionem, acceptationem, ſuſceptionem, obſervationem, præſtito corporaliter juramento, promitto, & confirmo. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Quòd ſi contra hæc aliquid ſentire, confiteri, aut aliàs agere præſumpſero, me Schiſmaticum, & Anathematizatum eo ipſo recognoſco, ac ſeveritati Sacrorum Canonum ſubjacere. Huic autem præſcripto de meâ recognitione, acceptatione, profeſſione, ſuſceptione, promiſſione, ac juramenti præſtatione ſponte meá facto, lecto, & perlecto, ſponte ſubſcripſi, & ſigillum meum apponi feci. [a] „ Porrò a Prælatis erunt prædicta, & alia exigenda videlicet, ut & manualem obedientiam, & reverentiam exhibeant; & ſe ab illâ nullo unquam tempore receſſuros, præſtito juramento, promittant: & nihilominus in eorum promiſſione veniat, quod nec contra ſuam profeſſionem aliquid publicè prædicare, aut occultè ſuadere præſumant. Adjiciendis nihilominus veſtrâ ſolicitudine in omnibus profeſſionibus quas fieri continget, aliis idoneis ſecuritatibus & cautelis, quas vobis facti circumſtantiæ ſuggerent exigendas. Cæterum ad faciliorem, & pleniorem conſummationem prædictorum expedire putamus, ut per ſingula loca inſignia illarum partium perſonas idoneas deſtinetis [b], per quas *profeſſiones* ſimiles in locis eiſdem cum ſolemnitate, ac obſervatione ſimili admittantur. De hujuſmodi autem profeſſionibus fient publica Inſtrumenta multiplicanda in varia omninò ſimilia, & ſigillanda ſigillis authenticarum perſonarum, quas contigerit eſſe præſentes, ut aliqua penes vos retinere, nonnulla poſſitis deponere, ſi, & prout videritis expedire, & alia per diverſos Nuncios propter inopinatos caſuum fortuitorum eventus ad Sedem Apoſtolicam, ut in ejus conſerventur Archivo, cum cautelâ, & diligentiâ omnimodè remittatis. Et ut quantò ſolemnius, & ſalubrius eſt negotium, tantò in eo ſtudioſiùs, & diligentiùs procedatur; veſtris volumus curâ, & ſtudio provideri; ut in Cathedralibus, & aliis ſolemnibus Eccleſiis, & Monaſteriis locorum, *profeſſiones* eædem *, in libris authenticis redigantur in ſcriptis; ut in futurum conſervent rei geſtæ memoriam; & ipſius recentem poſteris notitiam repræſentent diligentiùs conſervandæ.

A Prælatis vero Græcorum alia inſuper exigenda, & quæ.

Edenda a Græcis *Fidei* profeſſio in publicas tabulas referri juſſa.

* fient

Datum Viterbii Idibus Maji, Anno Domini MCCLXX. Apoſtolicâ Sede Vacante.

Sacer Cardinalium Senatus gratias agit Sancto Ludovico ob navatam in revocandis ad Eccleſiæ Rom. obſequium Schiſmaticis operam; hortaturque, ut ejus ſuffragio vitatis Græcorum ſimulationibus negotium proſperetur. (Ex Cit. Marino Ebul. apud Waddingum ad hunc ann. n.3., & etiam apud Raynaldum num.2. ſed mutilate, ac Martene &c. col.214. num.3., & 4.)

II.

Anno 1270. die 15. Maji.

Miſeratione Divina Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales [c] L. Regi Franciæ *Illuſtri*.

Encomia in S. Ludovicum collata.

INter cetera, quæ in vobis tamquam in Chriſtianiſſimo Principe dignis in Domino &c. [d] Ut & aliàs affluenter caritatis ubera in pietatis opera effundatis; & pro defenſione ipſius *Fidei* quaſi abnegantes totaliter voſmetipſos, ad id vos, veſtros, & veſtra promptitudine ſpontaneâ exponendo, ſic vos ſpecialem exhibeatis defenſionem ipſius; & in ejus dilatatione miniſtrum, quod laudabilium evidentia ſatagitis operum, eidem *Fidei* non ſolum Filios ab initio alienos unire, ſed & per erroris devium alienatos ab ipſâ veſtræ ſolicitudinis ſtudio ad ejus reducere unitatem; ſicut *Terræ Sanctæ* negotium &c. [e] Licet autem neceſſarium [f] non

(a) Feci: Hanc *Fidei* profeſſionem, & *Primatum* E.R. acceptarunt omnes Græci præter Patriarcham cum paucis.

(b) Destinetis: Miſſos quidem ea de cauſa per omnia Græciæ loca inſignia viros Religioſos refert Surita ind. l. ad hunc annum.

(c) Cardinales: Iidem, qui in ſuperiori epiſtola, cum Sedes Apoſtolica vacaret ab anno 1268.

(d) Dignis in Domino &c.: Ut in præcedenti epiſtola uſque ad illa *vitulum labiorum exſolvimus*, mutatis mutandis.

(e) Negotium &c.: Ut in dicta præcedenti epiſtola, verbis competenter mutatis, excepta profeſſionis *Fidei*, & *juramenti* forma, uſque in finem.

(f) Necessarium: Hic incipit fragmentum Raynaldi citati.

Digitized by Google

Sacri Senatus de S. Rege teſtificatio, a

non credamus vos de ingenti utilitate tanti negotii [a] admonere, vel excitare ad ejus promotionem Regiæ pietatis affectum; cum illum fervére noverimus circa iſta; quia tamen ad felicem ejuſdem negotii conſummationem, per quam inveterati ſchiſmatis ſemina omninò tollantur; & reintegretur corpus Eccleſiæ per illud tanto membro, eorumdem videlicet *Græcorum* Imperio tàm longis, & deflendis temporibus mutilatum, præcordiis totis afficimur; & ad eam plenis deſideriis ſuſpiramus:

& cohortatio.

Serenitatem Regiam monemus, rogamus, & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum ſuadentes, quatenus utilitates innumeras, & præcipuè animarum ſalutem ex hujuſmodi negotio, Deo auſpice, proventuras piâ meditatione penſantes; nec non attendentes ſollicitè, quòd circa illud quamquam frequenti repetitione tentatum pro eo, quod, ſicut eventus indicat, dicti Græci non in veritatis ſimplicitate in illo procedere, ſed tempus deducere in cautelis, & ſimultatibus intendebant; fruſtrata longæ deductionis ambagibus ſæpefactæ ſedis intentio ad optatum exitum non pervénit;

Certior fit S. Rex de præteritis Græcorum ludificationibus,

b

c

memorato Legato [b], ſicut per eaſdem Noſtras litteras [c] directas ad ipſum videre poteritis, dicti negotii executio ad veſtræ petitionis inſtantiam demandatur; ſi, annuente Domino, forſan appareat dictos *Græcos* efficaciter velle procedere in præmiſſis; veſtræ cooperationis ſuffragium in directione, & proſecutione ipſius negotii exhibentes ad evitandum

& ut caveat ab eorum artibus.

d

conſuetæ ſimultatis [d] inſidias; & idem negotium ſecuritatibus, & cautelis accommodis roborandum; Divinæ retributionis intuitu, & ob reverentiam Sedis ejuſdem ſic ſollicitè intendatis; quòd vitatis ſciſſuræ antiquatæ diſpendiis, & in *Fidei*, *Caritatis*, & *Obedientiæ* unitate *Latinis*, & *Græcis* memoratis unitis, eamdem Eccleſiam ſuis reintegratam partibus, & ſolidâ ſuorum membrorum reſtitutione firmatam, in iis veriſimiliter timere non oporteat ulterius recidivum; veſtraque devotio illi exinde reddatur acceptior; & cujus in veritate res geritur; quique labores veſtros, quos pro ſervitio ſibi tam grato, & accepto ſubibitis, in retributione juſtorum inæſtimabili munificentiâ compenſabit.

Datum, *ut ſupra*.

Sede Vacante An.Ch.1270.

Certiorem eum faciunt electum eſſe in Rom. Pontificem, & ſe Nuncios cum decreto electionis mittere obſecrantes, ut quantocius ad Sedem Apoſtolicam accedat. (Ex Marini Ebul. Formul. l. 1. apud Waddingum ad hunc annum n 6., Raynaldum n. 15., Concil. Collect. Labb., & Bullarium Ordinis Prædicatorum in no. 8. ad Bul. 2. Gregorii X.)

III. Anno 1271. die 1. Septembris.

Sanctiſſimo Patri, & Domino Reverendo Domino Thealdo *Archidiacono in Eccleſia Leodienſi Divina providentia in Romanum & ſummum electum Pontificem, & miſeratione Divina Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi* [e] *Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ pedum oſcula beatorum.*

e

Exordium:

SEMPITERNO ſplendens lumine, ac ineffabili præditus majeſtate Patris æterni Filius Dominus Jesus Christus, qui cuncta diſponit virtute mirabili, prout ſuæ placet Sanctiſſimæ Majeſtati [f], circa Sanctam Romanam, & univerſalem Eccleſiam ita ſuæ continuat benignitatis affectum, & roborat protectionis auxilium, quod nullo unquam turbine vexationis evertitur, nec propter alicujus perſecutionis vel adverſitatis inſtantiam naufragatur; quinimmo glorioſa incrementa ſuſcipit, & tamquam ſtella matutina per mundi climata refulgeſcit, prout multis liquet indiciis, & patet clariſſimis argumentis. Nam licet jam dicta Eccleſia poſt habitum a Superno Rege de morte triumphum, & ipſius regreſſum ad gloriam cæleſtis Patriæ ſui fulgore luminis perenniter illuſtratæ, fuerit pro diverſitate temporum perſonarum illarum deſtituta præſidiis, quas ad ejus regimen Celſi-

f

(a) Tanti negotii: Unionis nimirum Græcorum Schiſmaticorum cum Romana, Catholicave Eccleſia.

(b) Memorato Legato: *Rodulpho* Albanen. Epiſcopo, ad quem extat ſuperior epiſtola.

(c) Nostras litteras: Nempe præcedentes; ſed fruſtra, cum paulopoſt uterque obierit.

(d) Simultatis: Ideſt fictionis, & ſimulationis.

(e) Diaconi: Quorum nomina legimus in Actis electionis ipſius Pontificis apud cit. Waddingum num. 4., & Raynaldum num. 8. hoc anno Kalendis Septembris factæ.

(f) Sanctissimæ Majestati: *Potentiſſimæ pietati* apud Waddingum.

Celſitudo providerat omnium Conditoris: Ipſa tamen Eccleſia per ſucceſſivam ſubſtitutionem Romanorum Pontificum, favente ſupernæ virtutis auxilio, felicis habuit perſeverantiæ firmamentum. Et quidem diebus iſtis circa dictam Eccleſiam hoc ipſum virtuti Altiſſimi dignanter placuit operari; quia piæ recor. D. Clemente Papa IV. dudum de hac luce finibili ad infinibilem evocato [a] (ſicut de Redemptoris Noſtri confidimus pietate) ac ipſius corpore tumulato, Nos Miſſarum ſolemniis, ſicut moris eſt ad honorem Sancti Spiritus devotiſſimè celebratis, in unum convenimus ad habendum de Summi Pontificis ſubſtitutione tractatum. Quo frequenter habito, & circa tanti profunditatem negotii, cui ſimile in humanis actibus non cernitur inveniri, diffuſi temporis ſpatio interjecto [b], ac deſideriis eligentium permittente Domino in diverſa diviſis; tandem Divinâ propitiante clementiâ vota Noſtra in Venerabilem Perſonam Veſtram unanimiter & concorditer dirigentes Vos per compromiſſi viam elegimus in Romanum Summum Pontificem, conſueto laudis Divinæ cantico, Fidelium aſtante multitudine decantato. Ducti credulitate firmiſſimâ quod cum in vobis ab annis teneris laudabilis converſationis & vitæ refulſerint ornamenta, & odor famæ veſtræ gratiſſimus, hinc inde per loca plurima ſit diffuſus, ille benedictus in ſecula, qui Vos dignanter in ſuum aſſumpſit Vicarium, & in Chriſtiani Populi Patrem, & Dominum gratioſum de veſtris ſanctis dabit provenire meritis, quòd in ſtatum proſperum & jucundum reſurgat Eccleſia generalis; & etiam quòd Fidei Catholicæ gloria ubique votiva ſuſcipiet incrementa; necnon quòd Terræ Sanctæ negotium facilem & felicem ſortietur effectum, maximè cum ſit veriſimile quòd Redemptoris noſtri benignitas Vos ad terram illam illâ de causâ voluit perſonaliter pervenire, ut oculatâ fide viſis ejus anguſtiis, & tribulationibus intellectis, de illo ſibi procuretis provideri ſubſidio, ex quo proveniat acquiſitionis perfectæ gaudium a longis retroactis temporibus laudabiliter expectatum. Quid ad iſta vir virtutis eximiæ? Vir in oculis Dei & hominum glorioſe? Venerabiles, ac providos, & diſcretos viros latores præſentium noſtros quidem ſpeciales *Nuncios* [c] cum decreto electionis canonicæ de vobis concorditer celebratæ ad præſentiam veſtram duximus deſtinandos ſupplici precum petentes inſtantiâ, & per Dei miſericordiam obſecrantes, quatenus in virtute illius, *qui ſuper pennas ventorum ambulat*, & in momento cuncta perficit; prout ſuæ ſanctiſſimæ Voluntatis exiſtit; ceſſantibus quibuſcunque diffugiis, vos accingatis ad iter adeundi Sedem Apoſtolicam ſub anxietate multâ ſpiritus conſtitutam, quouſque de clementiſſimâ virtute Altiſſimi ſibi proveniat veſtram deſiderabilem faciem intueri &c. [d] Iſtis etenim noſtræ devotionis eloquiis cum affectu paterno clementer auditis virtute Parracliti [e] feſtinate nos veſtros videre fratres & filios, & conſolari corda gementium, quibus in viſione veſtri vultus Angelici quaſi dabitur vidiſſe delicias Paradiſi. Reliqua ſuper iis votiva nobis & Chriſtiano populo veſtris infundat præcordiis Spiritus ille Paraclitus, qui Diſcipulorum corda lugentium fuit pleniſſime conſolatus. [f]

Defuncto Clemente IV. R. E. Cardinales pro alterius electione congregantur;

& tandem conveniunt in Gregorium,

Pſal. 103. 3.

quem obſecrant, ut ad Sedem Apoſtol. feſtinus ſe transferat.

B. GRE-

(a) Evocato: Anno 1268. die 29. Novembris.

(b) Spatio interjecto: Nempe fere trium annorum.

(c) Nuncios: Fratres Ordinis *Prædicat.*, & *Minorum* ex Pariſii continuatione teſtimonio Spondani ad hunc annum num. 5., quorum Nunciorum mentionem egit ipſemet Pontifex in ſuis encyclicis litteris incip. *Gloria in Altiſſimis Deo &c.* anno ſequenti die 29. Martii apud citatum Waddingum ad eum annum num. 2., Raynaldum num. 9. & ſeqq., Collect. Concil. Labb., & Bullarium Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 2.

(d) Intueri &c.: Ut apud laudatos Autores uſque *ſuperantibus de fragmentis*.

(e) Paracliti: *Prateriti* non bene legitur apud Waddingum.

(f) Etſi litteræ carent nota temporis, quo ſunt exaratæ, tamen conjicitur datas eſſe die electionis, vel paulopoſt.

B. GREGORIUS X.

GREGORIUS PP. X. An.Ch.1272.

Ante Thealdus Vicecomes Placentinus ex Archidiacono Leodienſi cum in Terra Sancta devotionis cauſa moraretur, in Romanum, Summumque Pontificem eligitur Viterbii Kalendis Septembris anno 1271., conſecraturque Romæ die 27. Martii anno 1272. Sedit in Pontificatu a die electionis annos IV. menſes IV. dies X., a die verò conſecrationis annos III. menſes IX. dies XIV. al. XV., & piè deceſſit Aretii IV. Idus Januarii an. 1276.

Ut aures attentè præbeat, & ſine dubio credat ea, quæ Archiepiſcopus Corinthien. *ei ſuo nomine retulerit pro negotio* Terræ Sanctæ. (Ex PETRO MARIA CAMPI Hiſt. Placent. par.2. in REGES. PRIVIL. n. 123. p.413., teſte etiam RAYNALDO ad hunc ann. n.5. ex REGES. VATIC. ep. cur.3.)

A

I. GREGORIUS

Anno 1272. die 4. Martii.

ELECTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

a *Venerabili Fratri ....* [a] *Archiepiſcopo* Rothomagen. *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Expoſito miſerabili Terræ Sanctæ ſtatu,

DIRÆ perſecutionis immanitas, quam in *Terram Sanctam* ſpeciale patrimonium Crucifixi, & ejus incolas continuis impugnationibus, prout te ignorare non credimus,

b inimici Crucis [b] exercent; Noſtra, & C Matris Eccleſiæ viſcera ſauciat graviter, & affligit: ſed dum ſentimus, quod hoſtium invaleſcente perfidiâ *Terra* ipſa magis ac magis diſpendio vaſtitatis exponitur carens opportuno præſidio defenſorum; dolemus acerbius; & quadam non modicâ mentis afflictione torquemur. Propterea vias & modos vigilanter exquirimus, quibus eidem *Terræ* in extremæ neceſſitatis articulo conſtitutæ noſtro miniſterio valeat auctore Domino ſubſidium provenire; ſicut Venerabilis Frater Noſter ... [c] Archiepiſ- c

& deſiderio ei conſulendi,

copus *Corinthien.* [d] lator præſentium vir d utique ſuarum dono virtutum Nobis, & Fratribus Noſtris carus multipliciter, &

B acceptus, quem ad hoc ſpecialiter mittimus, tibi referet vivâ voce. Ideoque Fraternitatem tuam rogamus, & hortamur attentè per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus ad ipſius negotii promotionem ſolicitus, attentus, & argumentoſus operator exiſtens credas indubitanter tamquam ab ore Noſtro prolata, quæ dictus Archiepiſcopus tibi ex parte Noſtrâ circa præmiſſa duxerit referenda [e]. Nec mireris, quod *Bulla* ex- e primens nomen Noſtrum non eſt appenſa præſentibus, quæ ante conſecrationis, & benedictionis Noſtræ [f] ſolemnia tranſ- f mittuntur; quia ii, qui fuerunt hactenus in Romanos electi Pontifices, conſueverunt in bullandis [g] litteris ante g conſe-

Mandat ſupra dicta

Monitum de carentia *Bullæ*.

(a) VEN. FRATRI: *Oddoni Rigaldo* Ord. Minor. multoties in 1. & 2. hujus Operis tomis memorato.

(b) INIMICI CRUCIS: Nempe Saraceni, qui undequaque *Terram Sanctam* circumdabant, premebantque.

(c) FRATER NOSTER..: N.

(d) CORINTHIEN.: In Poloponneſo hodie *Morea*.

(e) REFERENDA: Nimirum Archiepiſcopum pro contrahendis ſubſidiis *Terræ Sanctæ* ad Regem Franciæ *Philippum* mitti; atque ex Cardinalium conſilio ſancitum, ut *Templariorum* prædia, Oppida, ædeſque ad XXV. millia marcharum, ſi opus foret, Regi oppignarentur, quo raptim auxiliares copiæ conflari poſſint: inquit cit. Raynaldus.

(f) ANTE CONSECRATIONIS, ET BENEDICTIONIS: Quæ facta fuit die 27. *Martii* ex dictis.

(g) BULLANDIS. Pro conſignandis *Bullæ* litteris à

Digitized by Google

conſecrationis ſuæ munus modum hujuſmodi obſervare.

Datum Viterbii IV. Nonas Martii, ſuſcepti a Nobis Apoſtolatus Officii Anno Primo.

Pecuniam pro Terræ Sanctæ ſubſidio legatam, depoſitamque recipiant, & in dictæ Terræ ſubſidium expendant. (Ex Vatic. Reges. Pontif. pag. 121. anni 1.)

II.

Anno 1272. die 31. Martii.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Venerabilibus Fratribus [a] .... *Archiepiſcopo* Tyren. [b], & [c] ... *Epiſcopo* Anteraden. [d] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

De Albanen. Epiſcopi defuncti pro Terra S. legato,

BONÆ memoriæ [e] ... *Albanen.* Epiſcopus [f] affectu pio dum viveret, ſtatui *Terræ Sanctæ* compatiens *mille uncias* auri de bonis ſuis eidem *Terræ* in ultimâ voluntate legavit in ejus ſubſidium expendendas; Te, Frater Archiepiſcope, ac bonæ Memoriæ [g] ... *Anteraden.* Epiſcopo prædeceſſore tuo, Frater Epiſcope; nec non quondam Petro Camberlengo [h] Milite, ac quibuſdam aliis ſuper hoc executoribus deputatis. Cum autem dilecti Filii Rolandus Bonſinnoris Miles [i], Bonaventura Bernardini, Franciſcus Guidi, Jacobus Ildebrandini, & alii eorum ſocii Cives, & Mercatores Senenſes dictas *mille uncias* dudum penes eos, vel ſocios eorum depoſitas adhuc in depoſito tenere dicantur; eiſdem Mercatoribus damus Noſtris litteris [k] in mandatis, ut uncias eaſdem pro dictæ *Terræ* negotio faciant tibi, Frater Archiepiſcope, tibique, Frater Epiſcope; quem loco dictorum Executorum tàm defunctorum, quàm abſentium duximus ſubrogandum, integraliter aſſignari. Quocirca Fraternitati veſtræ præſentium auctoritate mandamus, quatenus ipſas *mille uncias* recipientes a ſociis Mercatorum eorumdem, quibus ipſi ſuper hoc dirigunt ſcripta ſua, eas in dictæ *Terræ* ſubſidium, ſpecialiter ſi neceſſe fuerit pro armaturis, & aliis neceſſariis Galearum [l] utiliter, ſicut de vobis plenè confidimus, expendere ſtudeatis. Reſcripturi Nobis, ſi præfati Mercatores dictas *Uncias* juxta mandatum Noſtrum vobis duxerint aſſignandas. Quòd ſi non ambo iis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nihilominus exequatur.

ejuſque executoribus. — pecuniæque legatæ depoſitariis, — quibus mandatur, ut executorum ſubſtitutis eam aſſignent. — Dictis vero ſubſtitutis jubet Pontifex, ut ſupra, — juſſum tamen temperando.

Datum Laterani II. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

III.

Anno 1272. die 31. Martii.

In eumdem modum *Dilectis Filiis Rolando Bonſinnoris* Militi, *Bonaventuræ Bernardini*, *Franciſco Guidi*, *Jacobo Ildebrandini*, *& aliis eorum ſociis Civibus*, *& Mercatoribus Senen. &c. uſque ad illa verba* Executoribus deputatis: *poſtea ſubjungit*: Cum autem dictas *mille uncias* dudum penes vos, ſeu ſocios veſtros depoſitas adhuc in depoſito tenere dicamini; Devotioni veſtræ præſentium auctoritate mandamus, quatenus uncias eaſdem præfato *Archiepiſcopo*, ac Vener. Fratri Noſtro ... *Epiſcopo Anteraden.*, qui nunc eſt, & quem loco dictorum Executorum tàm defunctorum, quàm abſentium duximus ſubrogandum, faciatis integraliter aſſignari per eos in dictæ *Terræ* ſubſidium; prout ipſis per alias mandamus litteras expendendas. Hujuſmodi quoque ſolutione facta præfatis Archiepiſcopo, ſicut ſuperius eſt expreſſum, a debito dictarum *mille unciarum* vos, & ſocietatem veſtram ex tunc remanere volumus penitus abſolutos. Datum, *ut ſupra*. (Ex ſuprad. Vat. Reges.)

Confirmat pacem, & pacta ad eam firmandam inter Reges Bohemiæ, & Hungariæ *inita*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 6. ann. 1.)

GRE-

(a) FRATRIBUS ..: *Egidio*, de quo in 2. hujus Operis tomo egimus fol. 464., 471., & 538.
(b) TYREN.: In Phœnicia maritima, nunc vulgò *Sur*, ut in prædicto 2. tomo fol. 464., & 538.
(c) ET ..: N. qui circa ann. 1271. ſucceſſit *Fr. Guillelmo* Ord. Min. infra relato nota (g).
(d) ANTERADEN.: Al. *Tortoſen.* vulgò, Latinis verò *Orthoſien.* in Phœnicia prædicta ſub Archiepiſcopo olim Tyrenſi.
(e) BONÆ MEMORIÆ: *Rodulphus* Gallus S. A. Legatus obiit anno 1270. in Tunetana Africæ obſidione cum S. Ludovico Rege; de quo Ughellus tom. 1. Ital. Sac., & Annales Eccleſ. Raynaldi.
(f) ALBANEN. EPISCOPUS: In Latio nunc Campania Romana unus ex 6. Cardin. Epiſc.
(g) BONÆ MEMORIÆ ..: *Guillelmo* ex Ord. Min. aſſumto anno 1263., ut habet epiſt. 54. Urbani IV. *Inter primas &c.* die 9. Aprilis ſcripta, & in 2. hujus *Bullarii* tomo legenda fol. 461., & circa annum 1271. defuncto.
(h) CAMBERLENGO: Al. vulgò *Teſoriere*, Latin. *Quæſtore*, Ærarioque Præfecto.
(i) BONSINNORIS MILES: Sive Eques, ac Ordinis Equeſtris, nobiliſque vir, etſi mercator, quo titulo caret in Urbani IV. Bulla 11. fol. 430., Bul. 13. fol. 431., & Bul. 28. fol. 441. ejuſdem Urbani in 2. hujus Operis tomo, nec non Nicolai III. die 13. Novembris 1278. dat.
(k) LITTERIS: Sequentibus videlicet.
(l) GALEARUM: Seu Triremium.

Digitized by Google

IV.

Anno 1272. die 5. Maji.

GREGORIUS &c.

Cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro Othacharo [a] *Illuſtri Regi* Boemiæ *Sal.*, *& Apoſtol. Benedictionem*.

Regis Bohemiæ petitionis tenor.

LECTA Nobis Regiæ Serenitatis petitio continebat, quod cum inter te, & Cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum Stephanum [b] Illuſtrem Regem *Hungariæ* gravium Guerrarum [c] periculoſa diſcrimina ſeductor humani generis ſeminaſſet; Divinâ tandem Clementiâ deſuper inſpirante, tu & ille bonis viris mediantibus de aſſenſu Prælatorum, & Baronum utriuslibet pacem perpetuam iniſtis, confectis ſuper hoc litteris, & interpoſitis juramentis, ac de utriuſque beneplacito per certos Ordinarios, quorum in vos juriſdictionem prorogare curaſtis, in utrumque veſtrum fuerunt in ſcriptis *excommunicationis* ſententiæ promulgatæ eo inter cetera expresſè in tractatu pacis ejuſdem habito, quod *Terra* illius, qui violaverit pacem ipſam, per eoſdem Ordinarios *Interdicto* Eccleſiaſtico ſupponatur; quodque Barones illius, qui pacem ipſam violaverit, ab ipſius auxilio & defenſione diſcedant; & aſſiſtentes eidem, qui pacem ſervarit prædictam, ipſum contra pacis violatorem adjuvent, & defendant. Potioribus nihilominus ex ipſis Baronibus ſe ad hoc de tuo & ipſius Regis mandato aſtringentibus per proprium juramentum. Acto etiam in eàdem pace, ut eam uterque veſtrum procuret per Sedem Apoſtolicam confirmari; prout in prædictis litteris plenius dinoſcitur contineri. Nos igitur attendentes, quòd non niſi in pace colitur pacis auctor, tàm tuis, quàm ejuſdem Regis *Hungariæ* precibus inclinati pacem ipſam, prout ſalubri conſilio, & deliberatiome providâ inita eſt, auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem litterarum ipſarum, qui Nobis ſub ſigillis autenticis, tàm ex parte tuâ, quàm ejuſdem Regis *Hungariæ* fuit exhibitas de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt. „STEPHANUS Dei gratia *Hungariæ*, *Dalmatiæ*, *Croatiæ*, *Ramæ* [d] *Serviæ*, „*Galliciæ* [e] *Ludomeriæ* [f], *Comaniæ* [g], „*Bulgariæque* [h] Rex Univerſis præſentium notitiam habituris ſalutem in ſalutis auctorem. Licet æterni Regis „imperio generali poſt Cœli & Terræ „tranſitum, teſte Veritate Evangelicâ, „duraturo parere deceat Univerſos; „ſpecialiùs tamen perſonas ſublimitate „Regiâ decoratas ipſius præceptum in „*pace*, quæ charitatis eſt vinculum, „obſervandâ mentis ſuæ habere continuè convenit in Archivis, ſubtili conſiderationis libramine attendendo, „quòd ex eâ, & per eam eiſdem quies „cor-

Pontifex confirmat ut ſupra.

Inſtrumentum pacis, & pactorum pro ea ex parte Regis Hungariæ.

Exordium a cultu, & beneficio pacis.

(a) OTHACHARO: Al. Othocaro III.; qui & *Primislaus IV.* filius Wenceslai I. anno 1253. defuncti, & nepos B. *Agnetis* Bohemæ Ord. S. Claræ fundator Monaſterii *Znoimæ* in Moravia pro Sanctimonialibus Clariſſis, *Othochari* porro agnomen accepit Primislao, ejuſque patri Venceslao ex avo Primislao II., eo quod is *Othoni IV.* Saxoni Imp. contra Philippum Severum Electum adhæſiſſet: eſt enim *Othocharus* Bohemis *Othoni adhærens* Latinis ex Agiograph. Bolland. ad diem 6. Martii tom.1. pag.513.

(b) STEPHANUM: Hujus nominis V. *Belæ IV.* Regis anno 1270. vita functi filium, & S. *Eliſabethæ* Langraviæ nepotem hoc anno 1272. morte ſublatum, qui Cœnobium in *Inſula Leporum* prope Budam a genitore *Bela* inchoatum Franciſcanis perfecit.

(c) GUERRARUM: Ab anno 1260. ob *Stiriæ* Provinciam, & 1270. ob *Auſtriæ* Ducatum exornatum ex pluribus Scriptoribus apud Raynaldum in Annal.Eccleſ. ad eos annos num. 24. & 30.

(d) RAMÆ: Hodie parum perſpectæ, ac nominatæ Regionis *Boſnæ* Argentinæ, memoratæ tamen a Mich. Ant. Baudrand in novo Lexico Geograph. ad v. *Boſnia*; & ubi Minoritæ Regul. Obſerv. locum habebant ſub tit. *S. Petri Ramæ* ex ſerie eorum Conventuum apud Waddingum ad ann. 1506. pag. 341. edit.2. poſt 25. Prov. Hungariæ *Cuſtodiam X. de Zechen*, erectum anno 1500. ex cit. Waddingo ad eum annum num. 46.

(e) GALLICIÆ: Al. Haliciæ vulgò *Halitz* Ruſſiæ nigræ tunc urbis primariæ, ac Regiæ ad fluvium Tyram, poſtea etiam Metropolis Eccleſ., quæ dignitas non multo poſt *Leopolim* Polonis *Luwow*, Germanis *Lemburg* translata fuit; ibique Rex fuerat *Colomanus* Andreæ Regis Hungariæ filius, & *B. Salomeæ* conjux, hujuſque Regis Stephani patruus, de quo etiam egimus in 1. hujus Operis tomo pag. 357. (t).

(f) LUDOMERIÆ: Al. & melius Litomerii, & Litomierſcæ vulgò *Leutmeritz*, & *Letomeritz* Bohemiæ urbis ad Albim fluvium anno 1655. ab Alexandro VII. ad Epiſcopatus dignitatem evectæ ſub Archiepiſcopo Pracenſi, a qua Metropoli 8. milliar. German. diſtat in Boream: antiquitus tamen etiam *Lutomerium* dicebant; ut in veteri *Provinciali* noſtri Ordinis tàm apud Jordani Chronicon, quàm apud Barthol. Piſanum Conform.xi., ac in antiquiori recenſione Provinciarum, & Cuſtodiarum Ordinis anno 1260. ſecundum Waddingum num.14. facta *Narbone* in Comitiis Gen. *Lutomerii* Cœnobium caput eſt *Cuſtodiæ* ſui nominis in Provincia *Bohemiæ*, quod hucuſque ſervant, incoluntque noſtri PP. Conventuales, etſi Waddingus nuſquam ejus mentionem fecit.

(g) COMANIÆ: Cujus genus & locum indicavimus in 1. hujus *Bullarii* tomo pag. 269. (c). Joſaphat Barbarus N. V. in ſuo Itinere ad Tanam cap.10. *Cumaniam* ait extaſſe ad Mare Paludis Mæotidis vulgò *Delle Zabacche*; inde circa ann. 1239. illius populum a Tartaris pulſum in Hungariam aufugiſſe, ubi hucuſque ex illis multi habitant, inquit Ayton Armenus cap. 7. anno 1307. ſcribens, & cap. 9. *Cumaniæ* Regnum eſſe ultra Portam ferream, ſeu inter *Derbent*, & Tanam al. *Azach* & *Oſov*, ex Abilſada Iſmael Principe Syriaco Arabe.

(h) BULGARIÆQUE: Non quod tunc Hungariæ Rex *Serviæ*, *Galliciæ*, & *Bulgariæ*, ceteriſque cunctis recenſitis dominaretur Regionibus: ſed eo quod nonnullarum partem obtinebat, ceterarum vero ſuorum prædeceſſorum Regum jus ad ſe delatum oſtentabat.

Digitized by Google

Joan. 14. 27. Marc. 9. 50.

Narratio rei

4. Nuncii Regis Hungariæ ad pacem reformandam.

& 5. Nuncii Regis Bohemiæ ad idem.

Regis Hungariæ Terræ pacis tractatu comprehenſæ.

A „ corporis, animi tranquillitas, & ſubjectis votiva opulentia præbeatur. Præſertim cum æterni Regis Filius in ſinum Patris, unde venerat, regreſſurus Apoſtolici Ordinis cætui, per quem Orbem inſtrui voluit univerſum; poſt ſalutaria præcepta pacem ſervandam reliquerit tenendam; quæ etſi ex mandati Cœleſtis latitudine ad univerſos, & in univerſos intenſionis ſuæ extendere ſoleat incrementa; tamen eo ampliori ſinceritate inter eos eamdem decet eſſe radicatam, quos multiplici attinentiæ unio compleat, & connectitur. Proinde noverint Univerſi, quòd poſt longa guerrarum diſcrimina, quæ inter Dominum OTHACHARUM Regem *Bohemiæ* Illuſtrem; Ducem *Auſtriæ* [a], *Stiriæ*, *Carinthiæ*; Marchionem *Moraviæ*; Dominum *Carniolæ*, *Marchiæ* [b], *Egræ* [c], ac *Portus Naonis* [d] Cariſſimum Cognatum Noſtrum [e] ex parte unâ, & Nos ex alterâ ſuſcitata fuerant, ſuggerente humani generis inimico, cum Nos pro votivæ pacis puritate reformandâ dilectos Fideles Noſtros Dominum Paulum Epiſcopum *Veſprimien.* [f] Egidium ſummum *Camerarium* Aulæ Noſtræ, Rolandum *Bannum* [g], Magiſtrum Benedictum Præpoſitum Oradien. [h] Aulæ Noſtræ *Vicecancellarium* Barones Regni Noſtri miſiſſemus, dato eiſdem pleno, ſufficienti & legali mandato, ut convenientes cum Prælatis & Baronibus Regni *Bohemiæ* Domino Brunone Epiſcopo videlicet *Olomucen.* [i], Fratre Hartperno [k] *Miniſtro* Ordinis Fratrum Minorum per *Auſtriam* [l], Hartlibo *Camerario*, Bohuſſone [m] *Marſchalco*, Nezamizel [n] *Pincerna* Moraviæ a prædicto Rege Bohemiæ ſimiliter cum pleno mandato deſtinatis tractare, & ordinare, & diffinire poſſent omnia ad reformationem *pacis* facientia, quæ Nos ipſi, ſi præſentialiter cum ipſo B Rege *Bohemiæ* conveniſſemus, ordinare, & diffinire poſſemus pro Noſtri quiete animi, ac Noſtrorum tranquillitate ſubjectorum; iidem Borones Noſtri confidentes cum prædictis Baronibus Regni *Bohemiæ*, ordinaverunt, & aſſumpſerunt juxta mandati traditi ſibi formam, ut de cætero perpetua pax inter Nos, & ipſum Regem *Bohemiæ* debeat obſervari; nec eidem Regi, vel ſuis turbationes vel moleſtias C inferemus, vel inferri per Noſtros patiemur; includentes eidem *paci*, & eâdem vallantes, Regna noſtra, videlicet *Hungariam*, *Dalmatiam*, *Croaciam*, *Ramam*, *Serviam*, *Galliciam*, *Lodumeriam*, *Comariam*, *Bulgariam*, totumque Ducatum *Sclavoniæ* [o] cum omnibus attinentiis eorumdem, ſecundum ſigna, diſtinctiones, & metas antiquas, prout etiam D Progenitores Noſtri, & Anteceſſores Reges Hungariæ uſque ad tempus vitæ Domini BELÆ [p] glorioſæ memoriæ Patris noſtri poſſederunt, & tenuerunt.

(a) AUSTRIÆ: Ratione uxoris *Margaritæ* Auſtriacæ, ut in 1. hujus Operis tomo pag. 662. (f).

(b) MARCHIÆ: Partis olim *Carniolæ*, ubi caput Laubacum vulgò *Lubiana*, ceteræ civitates Celeja, Petovium, Marburgum &c.

(c) EGRÆ: In Bohemia, finibuſque Franconiæ ad fluvium loci cognominem civitatis 20. leucis a Praga diſtantis.

(d) PORTUS NAONIS: Italis *Pordenone* in Foro-Julienſi Regione, Diœceſique Concordienſi titulo *Civitatis* ornati a Ducibus Carinthiæ ad Othocharum III. partim emptione, partim dono translati; ubi eo ſeculo natales habuit *B. Odoricus* noſtri Ordinis in convertendis ad Chriſti Fidem Orientis Infidelibus Prædicator ſtrenuiſſimus, & dudum *Beatorum* Choris aſcriptus, vel potius ab Apoſtol. Sede confirmatus; ibique noſtri Fratres locum poſſident ab anno 1419. ex *Bulla* Martini V. apud Waddingum num. 34. Regeſ. Pontif. *Piis veſtris Fidelium*.

(e) COGNATUM NOSTRUM: Uxorem enim duxerat *Annam* Belæ Regis ſororem, & Stephani filii amitam.

(f) VESPRIMIEN.: Incolis *Veſprim*, Germanis verò *Weisbrun* in Hungaria inferiori ſub Archiepiſcopo Strigonienſi.

(g) BANNUM: Ideſt Gubernatorem, ac Præſidem.

(h) ORADIEN.: Al. Orodien. Comitatus *Czongrad* prædictæ Hungariæ verſus Tibriſcum fluvium, & Tranſilvaniæ fines.

(i) OLOMUCEN.: *Moraviæ* præcipuæ civitatis tunc ſub Maguntino, nunc ſub Pragenſi Archiepiſcopo.

(k) FR HARTPERNO: *Hartpino* legitur apud Raynaldum ad annum 1271. Annal. Eccleſ. num. 22.

(l) PER AUSTRIAM: Anno 1239. in Comitiis Gen. Romæ habitis erectam, ut mihi videtur, in *Provinciam*: etſi in Provinciarum Ordinis noſtri recenſent anno 1260. facta, & ſupra not. (f) relata *Provincia Auſtriæ* non habetur, ex amanenſis negligentia, nam P. Rodulphus lib. 2. fol. 295. ſcribit anno 1263. *Cuſtodiam Moraviæ* conjunctam fuiſſe *Provinciæ Auſtriæ*, ſed eadem paulo poſt attributa eſt, vel reſtituta Provinciæ *Bohemiæ*; nuperrimis autem temporibus hæc *Moraviæ Cuſtodia* per ſpeciale diploma Clementis PP. XII, dat. IV. Idus Junii 1732. in diſtinctam Provinciam evaſit.

(m) BOHUSSONE: *Bubulchone* ex cit Raynaldo.

(n) NEZAMIZEL; *Noczamizlone* ibi legit Raynaldus.

(o) SCLAVONIÆ: Quo titulo inſignitum legimus *Colomanum* ſupra not. (e) memoratum, & quidem tunc majoris extenſionis.

(p) BELÆ: IV. fundatoris noſtrorum ol. Cœnobiorum *Strigonii*, & prope Budam; defuncti non anno 1275., ut ex Bonfinio ſcripſit Waddingus, ſed anno 1270., ut pluribus oſtendit Raynaldus ad eum annum num. 29., & ex his inſtrumentis.

Digitized by Google

,, runt. Verum ſi termini hinc inde fuiſſent avulſi, vel mutati; Venerabiles Patres Dominus Archiepiſcopus *Strigonien.* [a], & Epiſcopus *Olomucen.* Deum & juſtitiam habentes præ oculis ſuper ipſis terminis, & limitibus cognoſcent; & id, quod legitimè diffiniverint, per cenſuram Eccleſiaſticam partes facient obſervare, hoc adjecto, ut occaſione terminorum ſeu limitum, de quibus dicti Archiepiſcopus, & Epiſcopus cognoſcent, *pacis* puritas inter Regem *Bohemiæ*, & Nos non turbabitur; nec Nos cum eodem Rege relabemur in guerrarum diſcrimina recidiva. *Pace* hujuſmodi inter Nos, & ipſum Regem reformatâ, & cautionibus tàm litterarum autenticarum, quàm jurisjurandi Religione firmatâ, ut eadem robore ſuſiſtere valeant firmiori, infra terminum inter Illuſtrem Regem *Bohemiæ* & Nos ſtatuendum pro *pacis* multiplici firmitate, eidem Regi *Bohemiæ* dari procurabimus, & faciemus litteras magnifici Domini Karoli Illuſtris Regis *Siciliæ*, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, & Comitis Forqualquerii, nec non litteras Domini H. [b] incliti Ducis *Bavariæ* præſenti *pace* ex parte Noſtrâ incluſorum, ſuper eo quod iidem paci, conventioni ſeu compoſitioni nunc factis per Nos, & noſtros Barones adhibebunt conſenſum, conniventiam, & opitulationem omnimodam inviolabiliter obſervandam; eo expreſſum* cauto tàm in litteris Regis *Siciliæ*, quàm H. Ducis *Bavariæ* prædictorum, ut ſi nos *pacem* contingat, quod abſit, infringere, vel turbare, ex tunc iidem Rex, & Dux Nobis non aſſiſtent auxilio, conſilio,

a de quarum limitibus qui cognitores, ac judices.

Sequeſtres pacis ex parte Regis Hungariæ;

b

* expreſſim qua conditione;

,, vel favore, ſed ſe a nobis penitus ſeparabunt. Rex autem *Bohemiæ* ſub eâdem ſeu conſimili formâ Nobis dari faciet litteras magnificorum virorum Domini Henrici *Miſnen.* [c], & Domini Ottonis *Brandeinburgen.* [d] inclitorum Marchionum Cognatorum, & Amicorum ſuorum ſub eâ formâ, ut ſi Rex *Bohemiæ* aliquid contra *pacem* fecerit, vel attentarit, violando, ſeu infringendo eamdem, ex tunc iidem Marchiones a ſocietate & amicitiâ Regis *Bohemiæ* ſe penitus retrahentes, eidem contra Nos non impertientur conſilium, auxilium, & favorem; & hoc expreſſim continebitur in eorumdem Marchionum patentibus litteris ſigillis eorum autenticis pendentibus conſignatis; quæ, ut dictum eſt, infra terminum per Dominum Regem *Bohemiæ*, & Nos moderandum Nobis debent aſſignari. Cæterum quia quædam *Caſtra* intra limites Regni Noſtri conſtituta, quorum principale dominium ad vos pertinet, *Kuzeg* videlicet de Monte Sancti Viti, *Slomulæ*, *Perſtan*, de *Chertus*, ac Caſtrum *Farcaſii*, de *Zaguria*, quæ Henricus; & duo Caſtra *Stago* vocata, quæ Johannes Filius ejuſdem Henrici; ac Caſtrum *Dobra*, quod Nicolaus, & Stephanus Filii Pauli; & Caſtrum *Rou* vocatum, quod Merch Filius Gianur, qui a Nobis transfugientes ſe ad Regem *Bohemiæ* tranſtulerunt, detinent occupata, juxta ordinationem Baronum Noſtrorum, & ipſius Regis *Bohemiæ* recuperanda, & habenda de ſuâ bonâ voluntate deſervit Rex prædictus, adjiciendo, & expreſsè cavendo, quod detentores prædictorum Caſtrorum,

& ex parte Regis Bohemiæ.

c d

Caſtra Regni Hungariæ a quibuſdam occupata transfugis

recuperari permittuntur.

(a) STRIGONIEN.: Uti præcipuus *Hungariæ* Metropolita pro ſuo Rege, Olomucenſis verò ſequens pro *Bohemiæ* Rege cenſerent.

(b) H.: *Henrici* noſtri ol. Conventus *Landshuten.* in inferiori Bavaria fundatoris, cujus frater *Ludovicus* ſuperioris Bavariæ Dux *Ingolſtadienſem* eiſdem Fratribus excitaſſe narratur.

(c) MISNENSIS: *Meiſſen* vulgò Civitatis & Provinciæ in ſuperiori *Saxonia*, nunc ſub ipſius Saxoniæ Electoris dominio; dictuſque *Marchio* creditur fundator olim noſtri Cœnobii *Miſnenſis*, cujus non meminit Waddingus, cum eſſet jam anno 1260. caput *Cuſtodiæ* ſui nominis in Provincia *Saxoniæ* ex Provinciarum, & Cuſtodiarum Ordinis in veteri Provinciali ſub nomine Jordanis in Bibliotheca Vatic. Ms. a nobis ſæpe in medium adducto; & anno 1280. Fr. Petrus Gut *Guardianus*, & Fr. Helimbertus *Cuſtos Miſnen.* interfuerunt cuidam depoſitioni ex lib. Miraculorum *S. Bennonis* Epiſcopi dictæ Civitatis apud Agiograph. Bolland. ad diem 16. Junii pag. 196. edit. 1.

(d) BRANDEINBURGEN.: Cujus ſucceſſores noſtris temporibus titulo *Regis Pruſſiæ* a ſuis, aliiſque conclamantur: erat autem *Otho* Othochari ex ſorore nepos, ejuſque parens *Otho III.* cognomento *Pius* obierat anno 1267. ſepultus in Choro FF. Minorum *Strauebergen.*, & Joannes I. cognomine *Prudens* circa ann. 1253. Conventum Sehuſæ al. Senohuſii vulgò *Sebuſen* noſtris Fratribus condiderat; *Primislavia* verò circa ann. 1280. Joannes II. alium fieri curavit ex Genealogia Imperatorum, & Principum Germaniæ Eliæ Reuſneri: alia verò duo loca *Antiqua Brandenburch* Cuſtodiæ Brandeburgen., & *Nova Brandenburch* Cuſtodiæ Stetinen. in Provincia Saxoniæ ex cit. veteri *Provinciali* Ord. noſtri quando, & a quibus fundata, hucuſque latet; neque enim memorantur a Waddingo, qui ſolum ad an. 1428. Cœnobia Brandenburgica refert reformata fuiſſe.

Digitized by Google

,, nec per Theotonicos, nec per Bohe- A
,, mos idem Dominus Rex *Bohemiæ* ju-
,, vabit, vel juvari permittet palam, vel
,, occultè; & nominanti non patietur
,, eos juvare contra Nos in ipſis Caſtris
,, detinendis per homines, quos ipſis
,, Henrico ſcilicet, & Johanni Filio
,, ejuſdem, Nicolao & Stephano Filiis
,, Pauli, & Laurentio Filio Petri con-
,, ceſſit, poſtquam ſe a Nobis ad ipſum
,, Regem *Bohemiæ* cum ipſis Caſtris
,, tranſtulerunt; promittendo firmiter B
,, juxta eorumdem Baronum ordinatio-
,, nem, quod de Regis *Bohemiæ* Ca-
,, ſtris nullum nocumentum hominibus
,, Regni *Hungariæ* inferri patietur Rex
,, prædictus per ſupradictos Henricum,
,, Johannem Filium ejuſdem, Nico-
,, laum, & Stephanum Filios Pauli, &
,, ſocios eorumdem, ac adhærentes eiſ-
,, dem; hoc expreſsè declarato, quòd ſi
,, iidem damna, injurias, vel deprææda-
,, tiones aliquas hominibus Regni noſtri C
,, quolibet ingenio, fraude, vel machi-
,, namento inferre præſumpſerint; & ſu-
,, per hoc Regni *Bobæmiæ* per Hartle-
,, tum Camerarium, qui ſecundum for-
,, mam compoſitionis impræſentiarum
,, factæ ad inveſtigandum, & inquiren-
,, dum hominem ſuum, cui ſuper præ-
,, miſſis credi debet, tranſmittere tene-
,, tur, facta fuerit certa fides; ex tunc
Dicti transfugæ damnis Hungaros afficientes quomodo multandi. ,, eoſdem omnibus poſſeſſionibus, in
,, quacumque parte Regni ſui, vel ter- D
,, rarum ſuarum ab ipſo Domino Rege
,, *Bohemiæ* conceſſis, & datis ſpoliabit,
,, & privabit, nullo regreſſu temporis
,, ad poſſeſſiones eaſdem reſervato; & ut
,, expreſsè appareat eoſdem per ipſum
,, Regem *Bohemiæ* in ſuâ malitiâ non
,, foveri, ipſos ſic privatos prædictis
,, poſſeſſionibus ubicumque ab eodem
,, Rege *Bohemiæ* datis & conceſſis, de
,, Regni & Ducatuum ſuorum & Terra-
,, rum ſibi adhærentium partibus exclu- E
,, dere tenebitur, utpote *pacis* neceſſa-
,, riæ turbatores. Promittimus etiam
,, ſecundum ordinationem prædictorum
,, Baronum, quòd non recipiemus in
,, gratiam Noſtram Henricum, Johannem,
,, Stephanum, Nicolaum, & Lauren-
,, tium Filium Petri, ac complices eo-
,, rumdem ſupradictos cum Caſtris, &
,, Munitionibus ab eodem Rege *Bohe-*
,, *miæ* eiſdem traditis, & conceſſis in
,, Regno & Terris ſuis, & impoſterum
,, concedendis. Sanè quia per Infideles Transfugæ, ac infideles ex Bohemia ab Hungaro non recipiendi.
,, & transfugas huc illuc inter Mundi
,, Principes diſcurrentes ſeminari ſolent
,, peſtifera *pacis* turbantia puritatem,
,, quæ interdum ipſis Principibus non
,, tàm temporalis tranquillitatis com-
,, modum, quàm vitæ futuræ ſubſidia
,, per guerrarum diſcrimina adimunt
,, oportuna; promittimus juxta ordina-
,, tionem prædictam non receptare in-
,, fideles ex parte ipſius Regis *Bohemiæ*
,, ad Nos transfugentes, nec eis ſubſi-
,, dium, vel benignitatem aliquam im-
,, pertiemur, ſed ipſos potius tanquam
,, malè meritos excludemus, nec per
,, Noſtros amicos vel ſubditos receptari,
,, vel foveri aliquatenus patiemur. Por-
,, rò quia multiplex tanquam ſanguini-
,, tatis, vel affinitatis affectio ad corre-
,, lativum amorem Nos poſſunt, & de-
,, bent mutuò incitare pro obſervatione
,, *pacis* nunc factæ, & impoſterum du-
,, raturæ; promittimus, & aſſumimus,
,, ut ſi aliqua temporum proceſſibus ſuc-
,, ceſſivis contigerit ſuboriri hinc inde,
,, quæ turbari poſſent *pacis* & concor-
,, diæ unionem, pace eâdem nunc factâ
,, in ſuo robore permanente ſuper gra-
,, vioribus, quæ ex parte hominum no-
,, ſtrorum contra homines Regis *Bohe-*
,, *miæ* attentata fuerint ſive facta, ... Oriturae controverſiæ quomodo dirimendæ.
,, *Strigonien.* Archiepiſcopus tàm ordi-
,, nariâ juriſdictione, quàm ex ipſius
,, juriſdictionis in eos, qui eidem Ar-
,, chiepiſcopo ſubjecti non ſunt, proro-
,, gatione nunc factâ cognoſcet; & quæ
,, judiciariâ maturitate ſervatâ invene-
,, rit perperam attentata, ſeu facta in
,, præjudicium Regis *Bohemiæ* & homi-
,, num ſuorum, prolatâ diffinitivâ ſen-
,, tentiâ reformabit, poſtquam de cauſæ
,, meritis cognoverit, ut eſt juris, &
,, quæ diffiniverit per cenſuram Eccle-
,, ſiaſticam faciet obſervari; cum id &
,, Noſtri, & ipſius Regis *Bohemiæ* Ba-
,, rones ordinaverint juxta traditam
,, ſibi formam, & Nos, ac ipſe Rex *Bo-*
,, *hemiæ* aſſumpſerimus, approbaveri-
,, mus, emologaverimus præmiſſa om-
,, nia & ſingula ſpontaneâ voluntate.
,, Si verò aliqua graviora per homines
,, Regis *Bohemiæ*, vel Barones ejuſdem
,, attentata fuerint, ſive facta, per quæ
,, Nobis & hominibus Regni noſtri poſ-
,, ſet

Digitized by Google

,, ſet præjudicium generari; ſuper iis A
,, Venerabilis Pater Dominus Bruno
,, Epiſcopus *Olomucen.* ex ordinariâ ju-
,, riſdictione, quam omnes Barones, &
,, Homines Regis *Bohemiæ* in ſe proro-
,, gaverunt, cognoſcet juxta formam
,, articuli proximo expreſſi: & quod diſ-
,, finierit executioni mandabit; Con-
,, tradictores per cenſuram Eccleſiaſti-
,, cam diſtrictiùs compeſcendo; & in hu-
,, juſmodi cognitionibus, diffinitioni-
,, bus & executionibus cauſarum proce- B
,, dent iidem Archiepiſcopus, & Epi-
,, ſcopus Deum, & juſtitiam habentes
,, præ oculis, poſtpoſitis gratiâ, timo-
,, re, odio, & favore. Iidem quoque
,, Archiepiſcopus & Epiſcopus in perſo-
,, nam Regis *Bohemiæ*, atque Noſtra
,, ſinguli ſingillatim promulgandi *ex-*
,, *communicationis* ſententiam plenam
,, habeant facultatem; cum Nos & ipſe
,, in præmiſſis ſubjecerimus perſonas
,, Noſtras juriſdictionibus eorumdem. C
,, In minoribus verò cauſis, quæ hinc in-
,, de inter Noſtros & ipſius Regis homi-
,, nes emerſerint circa confinia *Mora-*
,, *viæ* duo ex parte Noſtrâ videlicet Co-
,, mes Pozonien., & Comes Nitrien.;
,, ex parte Regis *Bohemiæ* Camerarius
,, Moraviæ, & Burcravius de Brumove;
,, circa confinia *Auſtriæ* ex parte Noſtrâ
,, Comites Saprunien. & Muſunien.; ex
,, parte Regis *Bohemiæ* Caſtellanus de D
a ,, Haslar [a], & Caſtellanus Novæ Civi-
,, tatis Judices provinciales; circa con-
,, finia *Stiriæ* ex parte Noſtrâ Comes
,, Caſtri Ferrei, & de Zala; ex parte
,, Regis Bohemiæ Capitaneus, & Nota-
,, rius *Stiriæ*; circa confinia *Karinthiæ*,
,, *Carniolæ*, & *Marchiæ* ex parte No-
,, ſtra Banus totius Sclavoniæ; ex par-
,, te Regis Bohemiæ Capitaneus Karin-
,, tiæ, Carniolæ, & Marchiæ deputa-
,, buntur, qui querelantibus hinc inde E
,, juſtitiæ faciant complementum; & id,
,, quod fecerint, tàm ipſius Regis *Bo-*
,, *hemiæ* quàm Noſtrâ auctoritate fa-
,, ciant obſervari; quod ſi aliqui ex ip-
,, ſis fuerint diem functi, Succeſſores
,, ipſorum dignitatis Hæreditarii, vel
,, per alterutrum Regum ſubſtituti fun-
,, gentur vice, & partibus eorumdem.
,, Item ſi inter amicos Regis *Bohemiæ*,

Præfecti, judiceſque in utriuſque Regni limitibus dati.

Ob privatorum contentiones pax non violanda.

,, & Noſtros aliqua diſcordia fuerit ſu-
,, ſcitata pro causâ hujuſmodi, contra
,, *pacem* promittimus non venire; ſed
,, diſcordantes ſtudebimus, ſi poteri-
,, mus, ad pacem & concordiam revo-
,, care: Alioquin cauſa inter Nos, &
,, ipſos diſcordantes exorta, Archiepi-
,, ſcoporum, & Epiſcoporum judicio,
,, vel Ordinationi relinquatur, quam
,, ipſi recipiant, & eidem parebunt, ſive
,, ſtabunt. Quòd ſi amici noſtri hoc re-
,, nuerint adimplere, nullum conſilium,
,, & auxilium eiſdem impendemus con-
,, tra Regem *Bohemiæ* ſupradictum. Si
,, verò, quod abſit, Rex *Bohemiæ* pacis
,, violator ex quacumque causâ propriâ
,, vel amicorum ſuorum, ac hominum
,, Terræ ſuæ inventus fuerit, vel tur-
,, bator, ipſo facto incidet in ſententiam
,, *excommunicationis*; quam ex nunc
,, Venerabiles Patres Patavien., Olo-
,, mucen, & Pragen. Epiſcopi tulerint
,, ſolemniter & in ſcriptis; & quòd ea-
,, dem ſententia teneat, & aſtringat vio-
,, latorem pacis & concordiæ cum effe-
,, ctu, ipſe Rex *Bohemiæ* ſubjecit ſe ju-
,, riſdictioni ipſorum Epiſcoporum, non
,, obſtantibus aliquibus litteris, indul-
,, gentiis, ſeu privilegiis a Sede Apo-
,, ſtolica impetratis, vel impoſterum
,, impetrandis. Præterea, ut multipli-
,, catus funiculus *pacem* faciat plenio-
,, rem; Archiepiſcopi & Epiſcopi Re-
,, gni noſtri juraverunt, quantum in eis
,, eſt, *pacem* præſentem inter Nos &
,, ipſum Regem ordinatam tenere & ſer-
,, vare; & Nos inducere juxta promiſ-
,, ſionis a ſe factæ formam ad eamdem
,, mutuò obſervandam, & ad tenendum
,, ea, quæ in præſentiarum promiſimus
,, & promittimus, ſpopondimus, &
,, ſpondemus, ſicut in ipſorum litte-
,, ris plenius continetur. Promiſerunt
,, etiam per idem juramentum, & pro-
,, mittunt, quod ſi Nos, quod abſit,
,, pacem infringere contigerit; vel ea,
,, quæ in præſens placitum ſunt deducta,
,, violare; iidem Archiepiſcopi & Epi-
,, ſcopi, & Regni Noſtri Barones Nos
,, deſerent, & Regni *Bohemiæ* adhære-
,, bunt ex debito præſtiti juramenti. Ve-
,, rùm ſi Regem *Bohemiæ* pacem, vel ea,
,, quæ in placitum devenerunt, infrin-

Conſtitutæ in fœdifragos cenſuræ Eccl.

Antiſtites Eccl. Regni Bohemiæ, & Hungariæ pacem præfatam tenere jurant.

In Regem pacis violatorem permittitur ſubditorum defectio.

(a) Haslar: *Haſelovve* habet citatus Raynaldus ad annum 1271, num. 22.

GREGORIUS PP. X. An.Ch. 1272.

„ gere contigerit, vel turbare; Epiſcopi Terrarum ſuarum, & Barones ejuſdem juxta formam præſentis compoſitionis & ordinationis eum deferent, & Nobis adhærebunt ſimiliter ex debito præſtiti juramenti; ſicut in ipſorum patentibus litteris continetur. Idem Archiepiſcopus *Strigonien.*, qui Ordinarius Noſter exiſtit, & Archiepiſcopus *Colocen.* Aulæ noſtræ Cancellarius, & ſuffreganei eorumdem, & Baronum Noſtrorum voluntate ex nunc ſententiam *excommunicationis* promulgarunt, quam ſi Nos, quod abſit, *pacem* tranſgredi contigerit, ipſo facto incurremus; & nihilominus iidem Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & totum Regnum Noſtrum Eccleſiaſtico ſubjicient in ſuis Diœceſibus *Interdicto*; non obſtantibus litteris, ſeu indulgentiis impetratis, vel impoſterum impetrandis. Electus etiam *Salzburgen.*[a], & Venerabiles Patres... *Patavien.*[b], *Friſingen.*[c], & alii Prælati[d] Regni, & Terrarum ſuarum conſimilem *excommunicationis* ſententiam in ſcriptis ſolemniter tulerunt, quam ipſe Rex *Bohemiæ* ipſo facto incurret, ſi tranſgreſſor *pacis* extiterit, vel turbator. Et ſi in hac parte Archiepiſcopi & Epiſcopi prædicti tàm Regnorum Noſtrorum, quàm ſuorum negligentes in exequendis præmiſſis extiterint, vel remiſſi, puniuntur a Dominis *Cardinalibus*, quorum juriſdictioni ſe in hac parte ſubjecerunt tanquam juramenti præſtiti tranſgreſſores. Barones inſuper Regni Noſtri Mois videlicet Palatinus Comes *Suprunienſis*[e] & Judex Cumanorum, Egidius Summus Camerarius Aulæ noſtræ Comes *Pozonien.*[f], Nicolaus Judex Curiæ noſtræ Comes *Simigien.*[g]; Joachinus Banus totius *Sclavoniæ*; Matthæus Woy-Woda[h] *Tranſilvanus*, & Comes de *Zonube*; & Laurentius Banus de *Zeurino*[i], & Comes de *Doboca*: Rolandus Banus, Petrus Magiſter Dapiferorum Noſtrorum Comes de *SWek*; Albertus Magiſter Agazonum Noſtrorum Comes *Stibinienſis*; Philippus Magiſter Pincernarum Noſtrorum; Ernerius Banus Comes *Waraſdien.*[k]; Porach Banus Comes *Zaladien.*[l]; Michael Comes *Nitrien.*[m]; Paulus Banus Comes *Bathien.*[n]; Dionyſius Comes de *Morocha*[o]; Magiſter Andreas Comes de *Reuche*; & Petrus Comes de *Zana*[p]; ac alii quamplures juraverunt, quantum in eis eſt, *pacem* nunc factam fideliter obſervare; & Nos inducere juxta poſſe bona fide ad promiſſa Noſtra, ac ſua ſervanda, ſuis ſuper hoc Regi *Bohemiæ* litteris traditis & conceſſis. Ad hæc, ut concordiæ, & amoris dulcedo inter ipſum Regem *Bohemiæ* & Nos propagines ſuas faciat longiores, ordinatum extitit a prædictis Baronibus Regis Bohemiæ & Noſtris ad tractatum præſentis pacis ſpecialiter deputatis, ut idem Rex *Bohemiæ* Lombardum Stephanum Nepotem Marchionis *Eſtenſis*[q], & Nos Phi-

& cenſurarum Eccl. vibrando,

quarum edendarum tranſgreſſores puniantur a Cardinalibus.

Barones Regni Hungariæ, qui juraverunt pacem ſervare;

&, ut ſervaretur, alios inducere.

Abjecta ab utroque Rege mutuorum æmulorum clientela.

(a) ELECTUS ETIAM SALZBURGEN.: *Fridericus II.* de Valhen anno ſuperiore promotus obiit anno 1284.

(b) PATAVIEN.: Vulgo *Paſſavv* in Bavaria inferiori, cui Eccleſiæ tunc præerat *Petrus*.

(c) FRISINGEN.: *Conradus II.* Vildgraſenſis ab anno 1258. uſque 1278. in ſuperiori Bavaria uterque ſub Archiep. Salisburgen.

(d) ET ALII PRÆLATI: In Inſtrumento *Othochari* Bohemiæ Regis nominantur *Ratiſponen.*, *Pragen.*, *Olomucen.*, & *Secovien.* Epiſcopi.

(e) SUPRUNIEN.: Al. *Sopronien.* Germanis *Oedenburg* in Hungaria, & Auſtriæ limite 6. leucis a *Poſonio* in meridiem diſtantis.

(f) POZONIEN.: Al. *Poſonien.* in ſuperiori Hungaria, ut ſupra ad Danubium incolis *Poſon*, at Germanis *Presbourg* 8. leucis a Vienna diſſitæ.

(g) SIMIGIEN.: Vulgo *Zegzard* in inferiori Hungaria inter Tolnen. Alben., & Poſegen. Comitatus, Volceamque paludem.

(h) WOY-WODA: Præfectus, & Gubernator *Tranſilvaniæ* Provinciæ, quæ anno 1541. a Rege Joanne ſeparata fuit ab Hungariæ Regno, cœpitque proprios habere Principes.

(i) ZEURINO: Al. *Zvverin* Latinis *Severino* in Dacia Ripenſi ad Danubium apud Pontem Trajani in finibus Mœſiæ ſuperioris nunc Bulgariæ.

(k) VARASDIEN.: Al. *Varadin* in Sclavonia ad flumen Dravum, & in limite Stiriæ.

(l) ZALADIEN.: Al. Saladien. vulgo *Salavvar*, & *Zalevvar* Lat. Sala in ſuperiori Hungaria ad fluvium cognominem.

(m) NITRIEN: Vulgo *Neytracht* in Ungaria itidem ſuperiori trans Danubium ad fluvium Nitriam Epiſc. ſub Archiepiſcopo Strigoniæ, a qua Metropoli 10. leucis diſtare dicitur in Boream, & totidem a Poſonio in ortum.

(n) BATHIEN.: Vulgo *Bath* in inferiori Hungaria ad flumen Danubium non longe a Tolna Diœceſis Quinqueeccleſien.

(o) MOROCHA: num Moroela al. Moreola vulgo *Mureck* ad fluvium Muram in inferiori Stiria 3. leucis a Grecio in Eurum, & 8. a confinio Hungariæ in Occaſum.

(p) ZANA: Forſan leg. *Zara* Lat. Jadéra, quæ olim Regibus Hungariæ ſuberat, Liburniæ nunc Croatiæ marittimæ, & Dalmatiæ Occidentalis caput, & Metropolis Eccleſ. ſub Venetorum dominio.

(q) MARCH. ESTEN.: Filium *Andreæ* Regis Hungariæ ex 2. uxore Beatrice *Azzonis* Marchionis Eſtenſis filia poſt obitum patris anno 1253. natum.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch.1272.

a ,, Philippum Electum *Aquilegenſem* [a] a A
,, Noſtrâ ſocietate excludere debere-
,, mus. Nos itaque juxta placita & or-
,, dinationem Baronum Noſtrorum ju-
,, ramento firmatam excluſimus, & ex-
,, cludimus a Noſtrâ ſocietate, & ami-
,, citiâ omnimodis eumdem *Philippum*,
,, non obſtantibus litteris conceſſis ei-
,, dem, & promiſſionibus ſibi factis, ei-
,, dem itaque non aſſiſtemus conſilio, au-
,, xilio, & favore, cum idem Rex *Bo-*
,, *hemiæ* Stephanum prædictum ſimili-
,, ter excluſerit de ſuâ ſocietate, fami-
,, liaritate, & amicitiâ; & penitus re-
,, moverit, ſeu omnino & ſpecialiter aſ-
,, ſumpſerit non receptare, vel fovere
,, eumdem in ſuis, & amicorum ſuorum
,, finibus, ſive terris, promittens eum
,, excludere, & excludi facere de eiſ-
,, dem. Excluſimus etiam, & excludi-
,, mus Wilhelmum de *Sarfenberck*, &
,, Nicolaum de *Lebenberch* a Noſtro
,, ſervitio, gratiâ, & favore promitten-
,, tes in defendendis, & detinendis Ca-
,, ſtris ipſorum contra Regem *Bohemiæ*
,, & ſuos non juvare, Item renuntiamus
,, juri, & actioni, quod, & quæ vide-
,, bantur Nobis competere, ſeu etiam
,, competebant in Ducatibus *Stiriæ*, Provinciæ juris Bohemici Regni effectæ.
,, *Karinthiæ*, *Carniolæ*, & *Marchiæ*,
,, nullam de cætero Noſtro, vel hære-
,, dum Noſtrorum nomine contra ipſum
,, Regem, & ſuos hæredes moturi ma-
,, teriam quæſtionis. Renuntiamus in-
,, ſuper juri, & actioni Nobis, & No-
,, ſtris hæredibus competentibus de in-
,, ſigniis Regalibus, Corona videlicet,
,, Gladio, Monili, Sella, Scutellis, &
,, aliis Clenodiis, ac Theſauro delatis
,, per Dominam *Annam* [b] in Regnum b
,, *Bohemorum*. Item prædictæ Ordina-
,, tioni & *paci* includi volumus, & in- Incluſi in tractatu pacis ex parte Regis Hungariæ.
,, cludimus excellentes Dominos Phi- B
,, lippum *Francorum*, & Karolum *Si-*
,, *ciliæ* Reges Illuſtres, Karolum junio-
,, rem primogenitum ipſius Regis Karo-
,, li generum Noſtrum [c]; Michaelem c
,, Angelum *Palæologum* Imperatorem
,, Græcorum, *Andronicum* juniorem
,, Imperatorem Græcorum [d] generum d
,, Noſtrum; Bouzlaum [e] *Cracoviæ* & e
,, Sandomeriæ; Boizlaum majoris *Polo-*
,, *niæ* [f]; Henricum *Bavariæ* inclitos
,, Duces generos Noſtros [g]; Belam Du- C g
,, cem de *Machow* [h], & de Bozna [i] Fra- h i
,, trem Noſtrum; Uroſſium Regem *Ser-*
,, *viæ* [k], & Stephanum Filium ejus [l] ju- k l
,, niorem Regem Serviæ generum No-
,, ſtrum; Swetizlaum Imperatorem *Bul-*
,, *garorum* [m]; & Leonem generum No- m
,, ſtrum *Ruthenorum* Ducem [n]; Mitiz- n
,, laum Fratrem ejuſdem, & Wazulem
,, Filium Wazulæ Duces *Ruthenorum* [o]; o
,, alioſque fideles, fautores, & familia-
,, res

(a) AQUILEGEN.: Filium Udalrici I. *Carinthiæ* Ducis, & Borislavæ Primislai II. al. Othochari I. Regis *Bohemiæ* filiæ ex Præpoſito Eccleſiæ Pragen. Archiepiſcopatus Salisburgen. incubatorem, & poſtea Patriarchatum Aquilejen. ambientem, & nunquam confirmatum.

(b) DOM. ANNAM: Belæ IV. Regis ſororem, & Othochari III. ſupradicti alteram uxorem, de qua longinus al. Dlugoſcus lib. 7. Hiſt. Polon. apud Raynaldum ad ann. 1260. num. 21.

(c) GENERUM NOSTRUM: Hujus enim filia *Maria* Belæ IV. Regis, & S. Eliſabethæ Langraviæ Haſſiæ neptis nupſit *Carolo II.* cognomine *Claudi* poſtea Siciliæ Regi, ex quibus anno 1274., vel inſequenti natus eſt Nuceriæ Paganorum in Campania Felici, ſeu Terra Laboris, Regnoque Neapolitano *S. Ludovicus* ex Ord. Min. Epiſcopus Toloſanus: ſoror vero Caroli Claudi nupſit *Ladislao* Stephani Regis filio.

(d) IMP. GRÆCORUM: Adhuc Schiſmaticos: ſed unionem cum Latina, Romanaque Eccleſia tractantes.

(e) BOUZLAUM: Al. *Boleslaum* cognomento *Pudicum* B. Salomeæ fratrem, & B. Kunegundis maritum, qui noſtris Fratribus *Cracoviæ* Cœnobium excitavit; Clariſſis vero ibidem, & *Zavicboſti* Monaſteria fieri curavit.

(f) POLONIÆ: Nempe *Caliſien.* Ducem cognomento *Pium* B. Jolantæ. B. Kunegundis ſororis conjugem, & *Caliſienſis* Conventus pro noſtris, pro Clariſſis vero *Gneſnen.*, & *Bemaſſien.* Monaſteriorum fundatorem.

(g) GENEROS NOSTROS: Nam Dux Cracoviæ, ac Sandomiriæ, ſeu Poloniæ minoris al. ſuperioris uxorem duxerat *B. Kunegundam* ex Bela IV. Rege natam; & Dux Caliſien., ſeu Poloniæ majoris al. inferioris *B. Julentam*, ut dictum eſt, B. Kunegundis ſororem; Dux vero Bavariæ inferioris uxorem habuit *Eliſabetham* ejuſdem Belæ Regis filiam, & prædictarum Beatarum ſororem.

(h) MACHOW: *ſ. Cuſtodia Machiova* in Vicaria Boſnæ legitur in recenſione Provinciarum, & Cuſtodiarum Ordinis noſtri apud Waddingum ad ann. 1260. n. 14. p. 134. edit. 2., ſed *Mazue* dicit vetus *Provinciale* Ordinis apud Barthol. Piſanum Conſor. xi., Duce autem Bela mortuo, titulum tulit ejus mater *Eliſabeth Regina* ex ejus litteris apud Raynaldum ad ann. 1280. n. 9. *Banus de Machob* Diœceſis Quinqueccleſ. memoratur in 88. epiſt. Gregorii XI. ann. 1376. data apud Waddingum.

(i) BOZNA: Al. Boſna, Boſnia, & Boſſina, quæ olim pars *Serviæ* fuit, ubi antiquitus *Mæſia* ſuperior, & pars Dalmatiæ; atque hoc titulo ornabantur primogeniti, vel fratres Regum Hungariæ.

(k) UROSSIUM REGEM SERVIÆ: Al. *Sclavorum*, ut eum appellat Nicolaus IV. epiſt. *Æterni Patris &c.* anno 1288. infra relata; quippe quod *Serviæ* partem Sclavoniæ Regionis conſtituebat; ut & *Raſſia*, quo titulo uſus eſt Clemens V. anno 1308.

(l) STEPHANUM FILIUM EIUS: Utrumque Schiſmaticum, quorum *Uroſſius* uxorem habebat *Helenam* Hungaram, ad quem ſunt litteræ Nicolai IV. *Gratias agimus* anno 1288. infra legendæ.

(m) SWETIZLAUM IMP. BULGARORUM: Qui *Conſtantino* Theodori Laſcari Græcorum Imp. genero ſucceſſit, huic vero *Georgius*.

(n) RUTHENORUM DUCEM: *Danielis* Ducis, vel Regis anno 1266. ex hac vita ſubtracti, & *Conſtantiæ* ex Bela IV. Rege natæ filium: Olomucen. Epiſcopus in relatione apud Raynaldum ad ann. 1273. n. 13. inquit: *Duæ filiæ Regis Hungariæ Ruthenis, qui ſunt Schiſmatici, deſponſatæ fuerunt*.

(o) DUCES RUTHENORUM: Uti tunc *Polonia* in plures Ducatus erat diviſa, pluribuſque patebat dominis, ita & *Ruſſia*, ſeu Ruthenorum Schiſmaticorum Regio: ceterum *Wazules* illis eſt, qui *Baſilius* Græcis, & Latinis.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch. 1272.

,, res noſtros cum Filiis, omnibus Ter- A
,, ris, Regnis, Ducatibus, juribus, ac
,, poſſeſſionibus eorumdem. Inſuper
,, promiſimus, & promittimus juxta ip-
,, ſorum Baronum Noſtrorum ordinatio-
,, nem, quod a Dominis *Cardinalibus*,
,, vacante nunc Sede Apoſtolicâ, obti-
,, nebimus tranſmiſſis noſtris Nuntiis
,, confirmationem *pacis* nunc factæ; hoc
,, adjecto, quòd Noſtri, & ipſius Regis
,, *Bohemiæ* Nuntii circa Feſtum S. Mi-
,, chaelis nunc venturum iter arripient, B
,, & in Feſto omnium Sanctorum proxi-
,, mo ſequenti ſe Dominorum *Cardina-*
,, *lium* conſpectui [a] præſentabunt, &
,, confirmationem Noſtris ſumptibus &
,, expenſis obtentam faciemus ipſi Regi
,, *Bohemiæ* aſſignari. Idem autem Rex
,, per ſuos Nuntios impetrabit conſimi-
,, les confirmationis litteras ſuis expen-
,, ſis, & ſumptibus Nobis dandas. Crea-
,, to verò Papa, confirmationem ſub ſi-
,, mili viciſſitudine alterutri Noſtrorum C
,, dandam, faciemus, largiente Domi-
,, no, impetrari. Damna autem illata
,, hinc inde compenſatione mutuâ ſunt
,, ſublata juxta ordinationem ſæpius me-
,, moratam. Ut igitur præmiſſa univer-
,, ſa & ſingula per Nos inviolabiliter ob-
,, ſerventur, nec ſucceſſivorum muta-
,, tione temporum infringi valeant, vel
,, aliqualiter vacillare, juravimus, &
,, juramus, tactis Sacroſanctis corpo-
,, raliter Evangeliis, multorum Sancto- D
,, rum Reliqiis, & vivificæ Crucis ſigno,
,, ut tranſgreſſor præmiſſorum præter
,, infamiæ notam, quam ex tranſgreſſio-
,, ne juramenti incurret, Divinæ acri-
,, moniam ſentiat ultionis, ut cum
,, Chore, Datan, & Abyron recipiat
,, portionem & Dei Omnipotentis &
,, Glorioſæ Virginis, & Sanctorum om-
,, nium ſuffragiis deſtitutus. In cujus
,, rei teſtimonium, ac perpetuam me- E
,, moriam, ac munimen præſentes con-
,, ceſſimus litteras duplicis ſigilli Noſtri
,, munimine roboratas. Datum & actum
,, in Caſtris apud Pozonium Anno Do-
,, mini Milleſimo ducenteſimo ſeptua-
,, geſimo primo Regni autem Noſtri
,, Anno Secundo, v. Nonas Julii [b]. ,,

Pax a Cardinalibus Sede vacante confirmanda.

a

poſt a Rom. Pontifice.

Pax, & pactiones juramento firmantur.

Anno 1271. die 3. Julii.

b Clauſula Pontificis prohib. &c.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ *Confirmationis* infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

Datum Laterani III. Nonas Maji, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ut Fulconi *de Podio Riccardi Marchiæ Anconitanæ* Rectori *conſtituto aſſiſtant, auxiliumque præſtent*. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 167. anni 1.)

GREGORIUS &c. V.

Anno 1272. die 6. Maji.

Venerabilibus Fratribus Epiſcopis, *&* *dilectis Filiis Abbatibus*, *Prioribus*, *&* *Conventibus* Ciſtercien., *&* *aliorum Ordinum*, *ac Decano*, *Præpoſitis*, *Archidiaconis*, *Archipresbyteris*, *Plebanis*, *Capitulis*, *&* *aliis Eccleſiarum Prælatis*, *ſeu Rectoribus*, *cæteriſque perſonis Eccleſiaſticis exemptis* *&* *non exemptis*, *ac* Hoſpitalis *Hieroſolymitani*, *&* *Militiæ* Templi *Magiſtris*, *Præceptoribus*, *nec non Prioribus*, *Guardianis*, *&* *Fratribus* Prædicatorum, *&* Minorum *Ordinum per* Anconitanam Marchiam *conſtitutis Salut.*, *&* *Apoſt. Bened.*

Exordium.

DUM incumbentia Nobis onera, quibus aſſiduè premimur, intentâ conſideratione penſamus; videntes, quod nequímus exolvere circa ſingula per Nos ipſos debitum Apoſtolicæ ſervitutis, nonnunquam aliquos ad gerenda Noſtra, & Eccleſiæ Romanæ ſervitia juxta qualitatem agendorum aſſumimus, quorum laudabilia merita per operum evidentiam in conſpectu Sedis Apoſtolicæ ſub publicâ notitiâ, præſentantur: & quorum ſolerti miniſterio ſperati fructus de communicatis ſibi laboribus valeant provenire. Sanè licet de ſingulis Provinciis ſpecialiter Nobis, & eidem Sedi ſubjectis, quantum Nobis ex alto permittitur, curam vigilem habeamus; tamen circa *Marchiæ Anconitanæ* ſtatum eò majori reddimur attentione ſolliciti, quan-

Cura pro recto Marchiæ Anconit. regimine.

(a) Cardinalium conspectui. Quod poſtmodum fruſtra fuit; cum eo anno Kalendis Septembris electus eſt Rom. Pontifex.

(b) v. Nonas Julii: Partem hujus Inſtrumenti publicaverat Raynaldus in Annal. Eccleſ. ad ann. 1271. n. 30.; n. vero 22. & ſeqq. illud *Othochari* Regis Bohemiæ actum Pragæ 2. Idus Julii, ſed nec ipſum integrum, & ſine exordio, ac Pontificis Romani confirmatione, ex epiſtola 4. Regeſti Pontificii in Archivo Vaticano.

Digitized by Google

quantò ipſam potiori zelari tenemur affectu, velut ad eamdem Sedem pleno jure ſpecialiter pertinentem, & infra Sedis ejuſdem Brachia conſtitutam. Et quia cordi gerimus, ut in eâdem *Marchiâ* ſervetur cultus juſtitiæ, Fidei puritas, devotionis integritas, & opulentia pacis; perſonam ad horum promotionem utilem in illis partibus decrevimus deputandam; per cujus induſtriam ſtatus ejuſdem *Marchiæ* conſervetur proſperè, ac a diſpendiis, dante Domino, præſervetur. Cum autem circa hoc perſonaliter intendere nequeamus innumerabilium dictæ Sedis negotiorum varietate diſtracti, ad dilectum Filium Nobilem Virum *Fulconem de Podio Riccardi* [a] circumſpectionis ſollicitudine præditum, Nobis, & eidem Sedi devotum convertimus Noſtræ mentis intuitum, de cujus fidelitate plenam in Domino fiduciam obtinentes *Rectoriam* prædictæ *Marchiæ* in temporalibus auctoritate Apoſtolicâ eidem duximus committendam, diſponendi, ordinandi, ſtatuendi, præcipiendi, puniendi, & faciendi in eâdem Provinciâ, quidquid honori & commodo Eccleſiæ Romanæ, ac proſpero ſtatui Fidelium ejuſdem *Marchiæ* cognoverit ipſe expedire; nec non & contradictores & rebelles diſtrictione, qua convenit, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendi, concedentes ei plenariam poteſtatem. Ideoque Univerſitati veſtræ mandamus, quatenus eidem *Rectori* circa ea, quæ ſibi occurrerint facienda, debito conſilio, & auxilio favorabiliter aſſiſtere procuretis; cum ſuper iis vos generaliter, aut ſpecialiter duxerit requirendos, ita quòd devotionem veſtram exinde commendare merito debeamus. Alioquin dilecto Filio Magiſtro *Guillelmo de Sancto Laurentio* Præpoſito Eccleſiæ Sancti Antonini Placentin. [b] Cappellano Noſtro, Vicario *Marchiæ* præfatæ in ſpiritualibus damus Noſtris literis [c] in mandatis, ut vos ad id, ſublato appellationis obſtaculo, auctoritate noſtrâ compellat. Non obſtantibus Indulgentiis, vel privilegiis Apoſtolicis cujuſcumque tenoris exiſtant, per quæ mandati Noſtri executio poſſet quomodolibet impediri; & de quibus plenam & expreſſam, ſeu de verbo ad verbum fieri oporteat in Noſtris litteris mentionem.

Cui Falco de Podio Riccardi Rector præficitur, a

& univerſis ſupradictis commendatur,

conſervatorem addendo,

b c

& obſtantibus derogando.

Datum Laterani II. Nonas Maji, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Diſpenſatio ei committitur ſuper defectu natalium Jo. de Clavilla *Monachi Gematicen.* (Ex VATIC. REGES. Pontif. epiſt. 38. an. 1.)

VI.

Anno 1272. die 13. Julii.

GREGORIUS &c.

Venerabili Fratri . . . [d] *Archiepiſcopo* Rothomagen. [e] *Sal.*, *& Apoſt. Bened.*

d e

REGULARIS Ordinis Profeſſoribus Religionis favore non indignè aliqua permittuntur, quæ ſolent interdum aliis interdici. Ex parte ſiquidem dilecti Filii . . . Abbatis Monaſterii *Gemeticen.* [f] Ordinis Sancti Benedicti tuæ Diœceſis fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut cum *Johanne de Clavilla* Presbytero ipſius Monaſterii Monacho ſuper defectu natalium, quem patitur de Conjugato genitus & ſoluta, diſpenſare miſericorditer curaremus. Nos igitur attendentes, quòd ad Religionem converſi, ſi in ſuis fuerint Monaſteriis laudabiliter converſati, illegitimitatis macula non obſtante, juris permiſſione licenter poſſint ad Ordines promoveri [g]; Fraternitati tuæ præſentium auctoritate committimus,

Exordium.

Gemeticen. Abbatis ſupplicatio. f

g

Pontifex injungit relaxationem fieri, ut ſupra.

(a) FULCONEM DE PODIO RICCARDI: Ignotum Annal. Eccleſ. continuatori Raynaldo. Mons autem Riccardi vulgo *Montrichard* oppidum eſt Galliæ ad Carim fluvium in Provincia Turonen. 6. leucis a Bleſi in meridiem, & 12. a Turonibus in ortum diſtans.

(b) PLACENTIN.: In Italia ex Eccleſia S. Antonini; hic poſtea factus eſt Epiſcopus *Ferrarienſis*, & S. A. Legatus in Gallia Ciſalpina, de quo Ughellus tom. 2. Ital. Sac. in Epiſc. Ferrarien.

(c) LITTERIS: Quæ ad nos non pervenerunt.

(d) FRATRI . .: *Oddoni Rigaldi* Ord. Min., de quo non ſemel verba fecimus in 1. & II. hujus Operis tomis: Addamque hoc loco, Chronicon Rothomagenſe in tom. 1. novæ Bibliothecæ Labb. vulgatum habere, eum anno ſuperiore, ſeu 1271., reverſum *de partibus Apuliæ, & Siciliæ* receptum fuiſſe *ſolemniter in feſto SS. Trinitatis* in ſua ſede, iverat forſan in occurſum Regis *Philippi* ex Tunetana obſidione una cum nepote Carolo Siciliæ Rege, ac oſſibus, reliquiiſque *S. Ludovici* patris ſui redeuntis, eòque anno 1271. per Siciliam & Regnum Neapolitanum menſe Martio Viterbium, Kalendiſque Aprilis Parmam perventi. Hujus, vel alterius itineris his temporibus ab eo arrepti meminit Fr. Salimbene Parmenſis in Chron. Ms. pag. 391., aitque Mantuam tranſiſſe *Curiam* aditurum.

(e) ROTHOMAGEN.: Vulgo *Roan* multoties a nobis memorato.

(f) GEMETICEN.: Adeas not. (c) ad epiſt. 502. Innocentii IV. *Cum dilectis &c.* in 1. hujus Operis tomo pag. 683. relatam.

(g) AD ORDINES PROMOVERI. Non autem ad dignitates, ſeu *Prælaturas* ſine diſpenſatione.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch. 1272.

mus, ut cum dicto *Monacho* morum, & A vitæ, ac ydoneitatis ejus alias ſuffragantibus meritis, quod defectu non obſtante prædicto in Ordinibus miniſtrare ſuſceptis, necnon ad adminiſtrationes Regulares, ac etiam ad *Abbatiam* Ordinis memorati dumtaxat, ſi eum alias ad illam canonicè evocari contingat, poſſit aſſumi, auctoritate Noſtrâ diſpenſes; prout ſecundum Deum animæ ſuæ ſaluti videris expedire.

Datum apud Urbem veterem Idibus B Julii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ut Fratres Ordinis Minorum Provinciæ Picenæ *a nullorum moleſtiis, & injuriis tueatur*. (Ex Autographo in Archivo noſtri Anconitani Conventus S.Franciſci *ad Scalas*, vel *novi* juxta Barthol.Piſanum.)

VII. Anno 1272. die 18. Julii. a b

GREGORIUS &c.

Venerabili Fratri ..[a] *Epiſcopo* Firmano[b] *Salutem*, *& Apoſtol. Benedict.* C

Exordium.

SUB Religionis habitu vacantibus ſtudio piæ vitæ ita debemus eſſe propitii, ut in Divinis beneplacitis exequendis non poſſint obſtaculis præpediri. Cum igitur dilecti Filii Miniſter, & Fratres Ordinis Fratrum Minorum in *Marchia Anconitana*, ſicut accepimus, a nonnullis in perſonis, & rebus, ac eleemoſynis, quæ conferuntur eiſdem intuitu pietatis, multis afficiantur injuriis, & jacturis; Nos eiſdem condignæ quietis volentes providere ſubſidiis, & ipſorum turbatoribus viam præludere læſionis Diſcretionem tuam rogamus, & hortamur attentè per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus eos pro Divinâ, & Noſtrâ reverentiâ favoris opportuni gratiâ proſequens, ipſos ſuper præmiſſis non permittas ab aliquibus indebitè moleſtari; Moleſtatores autem per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo.

Fratres Picenæ Provinciæ O. M. a nonnullis afficiuntur injuriis, & jacturis.

Pontifex injungit id, quod ſupra.

Datum apud Urbem veterem xv. Kalendas Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Electi Prioris Monaſterii S. Crucis Conimbricen. *merita mandat examinari, et ſi ſufficerent, ejus electionem confirmari*. (Ex Vatic. Reges. Pont. epiſt. 78. anni 1.)

VIII. Anno 1272. die 23. Octobris.

GREGORIUS &c.

Dilectis Filiis .. *Priori Prædicatorum*, *&* .. *Guardiano Minorum Fratrum* Colimbrien.[c] *Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*. c

SUA Nobis dilecti Filii Conventus Monaſterii Sanctæ Crucis[d] *Colimbrien.* ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Auguſtini petitione monſtrarunt, quòd Monaſterio ipſo, quod per *Priorem* regitur, Prioris regimine deſtituto, ipſi convenientes in unum Spiritus Sancti gratiâ invocatâ dilectum filium *Petrum Guerri* tunc Canonicum, & Cellararium ipſius Monaſterii, Virum utique, ſicut aſſeritur, in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectum in *Priorem* ejuſdem Monaſterii canonicè ac concorditer elegerunt. Sanè præſentatâ Nobis electione hujuſmodi, Nos ipſam examinandam dilecto Filio noſtro U.[e] Sancti Euſtachii Diacono Cardinali duximus committendam. Et licet idem Cardinalis electionem ipſam invenerit canonicè celebratam; quia tamen de meritis perſonæ ipſius Electi D apud Sedem Apoſtolicam conſtare non potuit; & idem Electus propter viarum diſcrimina non poteſt abſque gravi diſpendio ejuſdem Monaſterii, quod gravi premitur onere debitorum ad præſens, dictam Sedem adire pro confirmatione hujuſmodi obtinendâ; Nos de circumſpectione veſtrâ plenam in Dominò fiduciam obtinentes Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus inquiſitâ de litteraturâ, & aliis meritis, ac ydoneitate perſonæ E ipſius Electi diligentiùs veritate; ſi eum idoneum fore inveneritis, ad regimen Monaſterii memorati auctoritate noſtrâ electionem confirmetis eamdem; & faciatis eidem Electo a ſuis ſubditis obedien-

Monachorum S. Crucis Conimbricen. expoſitio d

de novo Priore ſibi electo,

cujus electionem Pontifex examini ſub mittit U. Card., e

de meritis verò Electi ſupradictis Priori, & Guardiano.

(a) Ven. Fratri ..: *Philippo* apud Ughellum tom. 2. Ital. Sac., & autorem Annal. Eccleſ. claro.

(b) Firmano: Civitatis Piceni etiam antiquitus præclaræ, ut ab ea tunc *Marchia Firmana* diceretur, quæ nunc *Anconitana*.

(c) Colimbrien.: Al. *Conimbrica* vulgo *Coimbra* in Luſitania Epiſcop. ſub Bracaren. Metropoli ad Mundam fluvium Academia inſignis. De quo Fratrum Minorum loco a S.P. Franciſci diſcipulis capto an. 1217. agit Waddingus ad eum annum num. 22.

(d) Monasterii S. Crucis: Cujus mentionem fecimus in 1. hujus Bullarii tomo pag. 105. (d).

(e) U.: *Ubertus* ex Scriptoribus Vitarum S. R. E. Cardinalium.

Digitized by Google

dientiam & reverentiam debitam exhiberi. Recepturi ab eo poſtmodum Noſtro & Eccleſiæ Romanæ nomine fidelitatis ſolitæ juramentum juxta formam, quam vobis ſub *Bulla* Noſtra mittimus intercluſam [a]. Formam autem juramenti, quod ipſe præſtabit, de verbo ad verbum per veſtras litteras patentes ſuo ſigillo ſignatas per proprium Nuntium Nobis quantocius deſtinare curetis. Alioquin electione prædictâ ritè caſſatâ, faciatis eidem Monaſterio de perſonâ ydoneâ per electionem canonicam provideri; contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo; non obſtante indulgentiâ [b], qua Fratribus veſtri Ordinis dicitur eſſe a prædictâ Sede indultum, ut de cauſis, ſeu negotiis, quæ vobis a Sede committuntur eâdem, inviti cognoſcere minimè teneamini, niſi in eiſdem litteris de indulto hujuſmodi plena & expreſſa mentio habeatur.

Obſtanti derogando.

Datum apud Urbem veterem x. Kalendas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Viros clam dirigat in Græciam pro induciis ineundis, & pro Nunciis Apoſtolicis O. M. navigium parari curet. (Ex ampliſſ. MARTENE, DURANDIQUE Collect. Veter. Monum. tom. 7. col. 229. epiſt. 8.)

IX.

Anno 1272. die .. Octobris.

GREGORIUS &c.

Cariſſimo in Chriſto Filio .. [c] *Regi Siciliæ Illuſtri Salutem, & Apoſtol. Bened.*

Unionem Eccleſiarum proſecuturus Nuncios ex O. M. deſtinat.

TRACTATUM de reductione *Græcorum* ad Rom. Eccl. unitatem frequenti hactenus repetitione tentatum [d], ſed ad deſideratum finem, peccatis exigentibus, non deductum perſequi tamquam Deo acceptum, animarum ſaluti accommodum, Mundo utilem, & Noſtris valde votivum affectibus, omni, qua poſſumus, ſollicitudine intendentes cum FF. Noſtris deliberatione præhabitâ, diſpoſuimus de ipſorum conſilio Nuncios ſpeciales, quoſdam videlicet *Fratres Minores* [e] electos ad hoc, & jam quaſi paratos ad *Palæologum* cum noſtris ſub certa forma litteris [f] deſtinare. Verùm quia, ſicut Nobis a dignis fide ſuggeritur, ipſe niſi treugis [g] tecum initis quieta ſibi ad tractandum de præmiſſis, & ſecura tempora concedantur, occaſionem aſſumet, & cauſam ex hoc incoloratè prætendet hujuſmodi recuſandi tractatum, & forſan ingreſſum ad eumdem: Ne tantum bonum talis prætextu impedimenti obicem habeat, vel dilationis alicujus diſcrimen incurrat; expedire putamus, ut ſi dictum *Palæologum* petitioni treugarum hujuſmodi contingat inſiſtere, ad modicum tempus concedantur eidem, infra quod ſtatum tuæ militiæ in illis partibus [h] conſtitutæ non oportebit aliquatenus immutare; ſed ſi potuerit infra illud, prædictis *Fratribus Minoribus* id aſſerentibus, eumdem Palæologum ſuper dicto tractatu de Græcis ad ſinum ipſius Romanæ Eccleſiæ in ejuſdem profeſſione *Fidei* cum debitâ recognitione, & ſuſceptione *Primatus* ipſius, annuente Domino, reducendis, non in corde ficto, ſed ſic in veritate procedere, quod ſpes veriſimiliter, immo quaſi palpabiliter poſſit haberi de ſolidâ unione inter Latinos & Græcos eoſdem; per quam ſchiſmatis ſeminaria omninò tollantur inter cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum .. [i] Imperatorem Conſtantinopolitanum Illuſtrem, & teipſum ex parte unâ, & eumdem Palæologum ex alterâ, nihilominus omni diſſenſionis occaſione ſublatâ, ad quod præmiſſorum, quæ *Fidem* contingunt, expedito tractatu efficaciter intendimus laborare: Ad requiſitionem eorumdem *Fratrum* ineantur treugæ [k], cum ipſo ulterioris temporis, quod ſufficiat ad prædicta ſuper obſervatione ipſorum adjiciendis hoc caſu ſecuritatibus

Sed induciæ dicuntur ad id neceſſariæ.

quibus initis extinguendi ſchiſmatis ingens ſpes habetur.

(a) INTERCLUSAM: Quæ tamen a Scribis plerumque omittitur.
(b) INDULGENTIA: Incip. *Quieti veſtræ &c.* a Gregorio IX., & Innocentio IV. conceſſa, ut in 1. hujus Operis tomo fol. 184. & 311.
(c) FILIO ..: *Carolo*.
(d) TENTATUM: Sub Innocentio IV. Urbano IV. & Clemente IV.
(e) FRATRES MINORES: In ſequentibus litteris nominatos.
(f) LITTERIS: ſequentibus nimirum.
(g) TREUGIS: Vulgo *tregua* pro induciis.
(h) IN ILLIS PARTIBUS: Nempe in Achaja, & Peloponeſo vulgo *Morea* pro defenſione, ac promotione ſtatus Philippi Imp. Conſtantinopolitani Generi ſui.
(i) FILIUM NOSTRUM: Philippum ſupradictum.
(k) TREUGÆ: Quæ mox condictæ ſunt in unum annum a Kalendis Maji anni 1275. inchoandum opera Abbatis Caſinen. ex epiſt. Gregorii Palæologo ſcripta anno 1274. die 28. Julii *Dilectus filius &c.* apud Waddingum ad eum annum n. 28., & alia ipſi Abbati Caſinen. miſſa *Proſperitatem tui proceſſus &c.* in ſupra citata Martene &c. Collectione tom. 7. col. 244. epiſt. 27. teſte etiam Raynaldo ad ann. 1275. num. 47.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch. 1272.

Monet itaque Pontifex, & rogat pro ſupra expoſitis,

A bus idoneis & cautelis, prout facti qualitas ſuggeret, & opportunitas miniſtrabit. Quocirca Serenitatem Regiam monemus, rogamus, & hortamur attentè, obſecrantes in Domino Jesu Christo, ac in remiſſionem tibi peccaminum ſuadentes, quatenus ut te conſtituas in tanti boni proſecutione participem, & retributionis ex eâ debitæ non expertem, beneplacitis Noſtris tua in præmiſſis vota coaptans aliquos viros diſcretos, de quorum poſſis induſtriâ & fidelitate confidere, ſecretò propter utilitatem negotii, & tui conſervationem honoris aſſumas ad partes illas ſub colore alio deſtinandos; & eos ſic in prædictis inſtruere, ſic in omnibus, & ſpecialiter quoad navigium pro eis, & prædictis *Fratribus Minoribus* tua curet Magnificentia præparare, quod eiſdem *Fratribus* Brunduſium [a] pervenientibus, aliquis, qui eis de mandato tuo in navigio competenti velit, & valeat providere, non deſit; ne propter hujuſmodi defectum iter retardetur ipſorum, ſed in ipſo abſque ullâ tarditate procedant: & iidem tui aſſumendi Nuncii eos cum poteſtate plenariâ ad predicta celeriter ſubſequantur, denunciaturi eiſdem *Fratribus Minoribus*, ubi morari proponant, ut ſuper præmiſſis inibi requirantur, cum fuerit opportunum [b].

maritimoque ſuorum Nunciorum itinere.

a

b

Palæologum Græcorum Imp. ad utriuſque Eccleſiæ conjunctionem invitat, ſeque ad eum pro ea re ſuos O.M. Nuncios mittere conſcribit. (Ex Regesto Vatic. epiſt. cur. 37. lib. I. apud Waddingum ad hunc annum num. 4., & Raynaldum num. 25. & ſeqq. al. ep. 192., ac in Actis Concilii Lugdunen. II. in ampliſſimaque Vet. Monum. collect. Martene, & Durand. tom. 7. col. 217. epiſt. 5.)

X.

Anno 1272. die 24. Octobris.

GREGORIUS &c.

Viro Magnifico Michaeli Palæologo Imperatori Græcorum *Illuſtri gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.*

Exordium.

Galat. 4. 4.

Iſa. 46. 11.

QUI miſeratione ineffabili, cum venit temporis plenitudo, vocavit ab Oriente Avem, & virum voluntatis ſuæ de terrâ longinquâ, ipſe B Nos in Orientalibus peregrinantes [c] partibus, ut, licet immeritos, ejus *Vicarium* ſuâ ſolâ dignatione ſtatueret; qui ore prophetico avis nomine in metaphorâ præmiſsâ ſignatur, vocari ad regendum Apoſtolatus miniſterium dignanter potius, quam dignè permittens vota Noſtra, etiam dum Nos minor ſtatus haberet, ſicut firmiter credimus, & fatemur humiliter, in pacis direxit ſemitas; & eadem a Noſtræ promotionis auſpiciis [d] C ad illius commoda in omnes pretioſo Christi redemptos Sanguine, præcipuè autem in Chriſtiani nominis titulo inſignitos diffundenda pro viribus eò magis accendit, quò ſalutem animarum, ad quam Nos, & affectus intentio* afficit, & debitum ſuſcepti Officii Paſtoralis aſtringit; ſperamus exindè liberius, & efficacius, Divinâ concedente * clementiâ, proventuram. Undè quam primum D ad locum [e], in quo cum Fratribus Noſtris Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ *Cardinalibus*, quorum ſpecialiter conſilio utimur, & auxilio communimur, convenire potuimus, Nos Hybernis Maris calcatis fluctibus [f], potentia Divina perduxit; nequaquam torpuimus otio [g], ſed non ſine gravi amaritudine attendentes præfiguratam in piſcatoris Petri rete, quod

c

Pontificis ſtudium pro animarum ſalute,

d

* interior ap. Mart.

* favente apud cit. Martene.

e

f

g

(a) Brundusium: Vulgo *Brindiſi* olim Salentinorum, nunc Hydruntinæ Regionis Metropolim maritimam, ex qua elicimus, Nuncios Apoſtolicos O. M. iter terreſtre Brunduſium uſque confeciſſe.

(b) Opportunum: Eſt quidem hæc epiſtola ſine nota temporis, ac loco; tamen ex ejus lectione ducitur exarata paulo ante litteras Caroli Siciliæ Regis vulgatas a Waddingo in Adden., ſed perperam ſub an. 1273. n. 10. in 2. Annalium editione; cum datæ ſint *Neapoli* XXVI. *Octobris anno* MCCLXXII. *Amirato, vel ejus Locum tenenti in Apulia, & Brunduſio: Cum Sanctiſſimus in Chriſto Pater Gregorius &c. aliquos Fratres Minores intendat ad præſens ad Romaniæ partes pro Nunciis deſtinare, Noſque nolimus, quod propter defectum navigii &c.*

(c) In Orientalibus peregrinantes: *Exiſtens Archidiaconus Leodienſis devotionis gratia ad vitandam Terram Sanctam profectus in Papam eligitur*: inquit Marinus Sanutus lib. 3. par. 12. cap. 13. nempe in *transmarinis partibus apud Accon*, teſte Nangio de Geſt. Phil. Reg. anno 1271. Kal. Septembris.

(d) A nostræ promotionis auspiciis: Ut dictum eſt ann. 1271. 1. Septembris.

(e) Ad locum: *Viterbium*, ubi Cardinales congregati morabantur; ut ipſemet ſcripſit Eduardo Angliæ Regis primogenito hoc anno die 31. Martii apud Raynaldum num. 3.

(f) Hybernis maris calcatis fluctibus: Solvens enim menſe Novembri e Palæſtina *menſ. Decembri & Januario navigando applicuit Brunduſium, venienſque per Regnum Siciliæ* (nunc Neapolis) *Rege Carolo comitante per Capuam pervenit Viterbium* IV. *idus Febr.*, ex Bernardo Guidonis in Vita hujus Pontificis.

(g) Torpuimus otio: Hoc idem habet in cit. litteris ad Eduardum Anglum: *Nobis licet laboribus defeſſis, otio ſubtracto quietis per octo dies continue, ceteris interim aditu præcluſo negotiis, ad hoc ſolum ſtudia noſtra vigili meditatione convertimus, ut &c.*

Digitized by Google

Luc. 5. 6. quod præ multitudine piſcium rumpeba-
De unione Latinæ Eccleſiæ cum Græca tur, ſciſſuram Univerſalis Eccleſiæ, quam
in ſuis Fidelibus non in *Fide*, pro qua
Hebr. 5. 7. ille, qui pro ſuâ reverentiâ eſt in omni-
bus exauditus, ſe rogaſſe teſtatur, ne
Luca 22. 32. deficiat *Fides* ejus, apertè vidimus non
ſolum damnosè divelli; verùm etiam in
eorumdem ſciſſura, caſu, & everſione
Fidelium periculosè divulſam, & ruinis
gravibus deformatam; elaborandum
ſummoperè fore putavimus; ut illo, qui
Epheſ. 2. 20. eſt lapis angularis utraque unum faciens,
& parietem utrumque connectens, ſuâ
a donorum largitore ſupernorum poſcenda, immenſâ pietate donante, ſalubris ex-
quiratur, & deſiderata proviſio, per
a cujus proſecutionem [a], dicente Domino
Iſa. 43. 6. Aquiloni: *da*; & Auſtro, *noli prohibe-
re*, ipſa Mater Eccleſia ſuos afferens Fi-
lios de longinquo, & Filias ſuas ab ex-
tremis terræ, ſciſſuris coeuntibus, ca-
dentibus relevatis, averſiſque converſis,
ruinis impletis, & deformitatibus refor-
matis diſſidentium multitudine in unita-
te *Fidei*, & vinculo charitatis unita, ju-
Iſa. 54. 2. xta Prophetæ Vaticinium dilatet tento-
rii ſui locum; funes tabernaculorum
ſuorum extendat; & conſolidet clavos
ſuos; ad dexteram, & lævam penetret;
ſemen ejus gentes hæreditet; & deſer-
tas inhabitet Civitates. Hoc eſt enim,
quod ab ipſo largitore bonorum omnium
profundis ſuſpiriis petimus; hoc, quod
effuſis lacrymis poſtulamus, ut ipſe, in
cujus unitate fundatur *Fidei* unitas, uni-
tatis Eccleſiaſticæ fundamentum, dicen-
Epheſ. 4. 5. te Apoſtolo: *Unus Dominus*, *una Fi-
des*, ſuam Sanctam, atque Catholicam
Eccleſiam reintegrando uniat; & unien-
do reintegret in ſinu ejus populis Uni-
verſis *Latinis*, & *Græcis* ſpecialiter ad-
unatis in *Fide* integrâ, ſpe ſolidâ, &
quæ ad communem omnium utilitatem cedit. charitate ſincerâ. Et quia hæc ſi fons mi-
ſericordiæ deſideriis Noſtris benignè an-
nuerit, ad communem cederent utilita-
tem omnium; communi ad eam delibe-
ravimus conſilio inſiſtendum: Ideoque

A cum eiſdem Fratribus Noſtris, multiſ-
que aliis prudentiâ, & veritatis amore
pollentibus deliberatione præhabitâ pro-
pter hæc; & ad providendum utiliter,
& efficaciter de neceſſario *Terræ Sanctæ*
ſuccurſu [b]; de generali morum reforma- b
tione, quorum deformatio in Clero, &
populo nimis generaliter obrepſiſſe vi-
detur; nec non & propter alia, quæ
cunctis Chriſtifidelibus ſperamus, aucto-
re Domino, ſpiritualiter maximè, ac Quas ob cauſas generale Concilium indicandum cenſuerit, indicat.
B inſuper temporaliter profutura de dicto-
rum Fratrum Noſtrorum conſilio, *Syno-
dum generalem*, univerſalem, univerſis
Catholicis Mundi Principibus, & Ec-
cleſiarum Prælatis ad illam per Noſtras
ſub certa forma litteras [c] evocatis, in c
Kalendis Maij anni ab Incarnatione Do- Tempus Generalis Concilii celebrandi.
mini *Milleſimi ducenteſimi ſeptuageſimi
quarti*, annuente Domino, duximus con-
gregandam. Super quo, licet ab exor-
dio indictionis hujuſmodi ad magnificen-
C tiam tuam litteras, & Nuncios diſpo-
ſuerimus deſtinare; ipſorum tamen con-
ſultò ſuſpendimus Miſſionem, anxii ex-
pectantes, ut a te ſuper iis, quæ fel. re-
cord. CLEMENS PAPA prædeceſſor Noſter Clemens IV. PP. unionem utriuſque Eccleſiæ promovit.
noviſſimè tuæ Celſitudini ſcripſerat [d], d
Apocriſariis receptis aliquibus, Noſtros
plenius mitteremus inſtructos. Nobis
verò de tuorum apocriſariorum expecta-
tione ſolicitis, dilectus Filius *Frater* Nuncius Palæologi cum litteris ad Pontificem.
D *Joannes* [e] de Ordine Minorum a tuâ Se- e
renitate tranſmiſſus, bonus de Terrâ lon-
ginquâ Nuncius ſupervénit, tuas Nobis
devotione plenas, & lætitiæ cauſa non
vacuas litteras repræſentans; in quibus
gaudium de Noſtro, quem ſperabas ad
tuas partes adventu conceptum, & ho- Earum litterarum tenor.
norem, & reverentiam nobis, ut Patri af-
fectuoſiſſimo, a te, ac tuis, velut a di-
lectis Filiis, exhibendos, & ſubſequutum
dolorem ex noſtro tranſitu aliundè re-
E verenter exprimens: inter cætera infe-
rebas, Nos debere diligenter adverte-
re, qualem affectum, & zelum tuum ge-

(a) PROSECUTIONEM: *Perſecutionem* habet Wad.

(b) TERRÆ SANCTÆ SUCCURSU: Narrat enim cit. Sanutus, eum Accone, ſeu Ptolemaida diſceſſurum, dum de ſtatu dictæ Terræ loqueretur, dixiſſe: *Si oblitus fuero tui Jeruſalem, oblivioni detur dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui; ſi non propoſuero Jeruſalem in principio lætitiæ meæ.*

(c) LITTERAS: Quarum aliquas refert Raynaldus ad hunc annum n. 21., alias vero legimus in Collectione Conciliorum dat. 2. Kal. Aprilis Pontif. anno 2.

(d) CLEMENS PAPA .. SCRIPSERAT. Hujus nominis IV. anno 1267., ut ad eum annum vidimus, litteras *Magnitudinis tuæ &c. Apocriſariis*, ideſt *Reſponſalibus*, al. a reſponſis.

(e) FR. JOANNES: Conſtantinopolitanus, qui anno 1274. Lugduni in General' Concilio una cum *Willelmo* de Morbecca Ord. Prædicat. cantavit alta voce Symbolum Fidei Conſtantinopolitanum ex actis dicti Concilii; huncque crediderim, qui anno 1288. factus eſt Archiepiſcopus *Nicoſien.* in Cypro; non autem Joannem e *Monte Corvino* Apulum, ut putavit Waddingus ad hunc annum n. 3.

Digitized by Google

rit, ut dicebas, *Imperium* [a] ad pacem, A & unionem Populi Chriſtiani; ſperans, ſicut eædem litteræ continebant, ex hujuſmodi Noſtro adventu diſtantiam, quam inter Paſtorem, & ovile Sathanæ induxit ſuggeſtio, diſſolvendam. Ac deindè in litteris ipſis edicens, quòd idem *Frater* [b] tuo dilectus Imperio, ut earumdem litterarum verba ſequamur, enarraret * oretenus reverentiam, quam gerit idem *Imperium* erga ſummam, & Apoſtolicam Sedem Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Matris tuæ; & maximum dolorem, quem habes propter Schiſmata, quæ intra Eccleſiam Chriſti permanent doloroſa *; & præcordialem affectum, quem obſervas thalamo cordis tui pro pace, ac unione populi Chriſtiani; ac ferventem zelum contra omnes impios Crucis vivificæ ac honorabiliſſimæ inimicos. Demum in calce litterarum ipſarum ejuſdem *Fratris* verbis, tamquam ex ipſius ore prolatis *Imperii*, Nos fidem adhibere plenariam petiiſti. Sanè tantæ tuæ ad Nos devotionis indicia Nobis in præmiſſis exhibita valdè nimirum gratanter accepimus; ſed laudabile tuum propoſitum, & affectum ad reparandas ipſius populi Chriſtiani ſciſſuras, ac ipſum in identitate Catholicæ *Fidei*, & charitatis glutino uniendum; nec non & recognitionem reverentiæ debitæ præfatæ Sedi Apoſtolicæ, ipſique Romanæ Eccleſiæ Matri tuæ per *Fratrem*, & litteras prædictos expreſſa cum tantò majori gaudio acceptamus, quantò id credimus Deo acceptius; populo eidem utilius, ac tuæ, & ipſorum ſaluti, noſtriſque proindè affectibus plenius convenire. Adjicit quoque non modicum ad conceptam ex præmiſſis cordis noſtri lætitiam, quod hujuſmodi laudabilem zelum tuum ad ejuſdem populi unionem claræ memoriæ *Ludovico Regi* [c] Illuſtri, ſicut intelleximus, apertius revelaſti; & eidem patenter inſinuans, quòd tu, Clerus, & Populus tuæ devotioni ſubjecti deſiderantes ad obedientiam ejuſdem Eccleſiæ Romanæ redire, ipſique in ejuſdem *Fidei* Profeſſione uniri; ac varias ſuper hoc ad eamdem Sedem litteras & Nuncios deſtinantes, quorum etiam aliqui in via detenti non pervenerunt ad eamdem frequenter, & humiliter ad id vos poſtulaſtis admitti; nec adhuc tuæ ac ipſorum fuerat inſtantiæ ſatisfactum, apud eumdem Regem multiplicatis ſuper hoc litteris, & Nunciis inſtitiſti petens inſtanter, ut ipſe in tam pio, & utili negotio arbitri partes aſſumens, ad ipſius conſummationem ſolicitâ intenderet pietate. B Ac inſuper ut tuis verbis, prout nobis referuntur, utamur, te velle *Regem* eumdem arbitrum in hoc conſtituere, aſſerens, promittebas quidquid idem Rex ſuper hoc diceret, te plene, ac inviolabiliter ſervaturum. Et ut plenius circa hoc tuum manifeſtares affectum, adjuraſſe diceris *Regem* eumdem per aſperſionem Sanguinis Jeſu Chriſti, ne aſſumere onus hujuſmodi recuſaret; & ne ſecus faceret, C ad Summum Judicem, ut ipſe Rex in extremo judicio coram eo de hoc rationem redderet, appellaſſe. Et licet idem *Rex* prudenter attendens, & humiliter recognoſcens, quod ſuum non erat, tale in eodem negotio, quod ſpecialiter pertinere dignoſcitur ad ejuſdem Sedis examen, officium uſurpare; conſultè reſponderit, quòd in ipſo nequaquam hujuſmodi partes aſſumeret, ſed pro ipſius conſummatione apud Sedem ipſam D libenter inſtaret, ac propertereà litteras, & ſuos ad eamdem Sedem Nuncios deſtinaret [d], qui hæc omnia, ipſâ tunc Sede vacante, coram prædictis Noſtris Fratribus retulerunt; ad quorum etiam pro parte ipſius Regis inſtantiam bonæ memoriæ [e] *Albanen.* Epiſcopo tunc in partibus illis ejuſdem Sedis *Legato* ſuper hoc plena commiſſio facta fuit; tamen ipſis Rege ac Legato humana de hac E luce ſubtractis [f], proceſſus aliquis haberi non potuit per eamdem. Habent hæc itaque multæ jucunditatis cauſam, & materiam exultationis in Domino repræſentant. Si enim, prout eſt de tanto Principe ſupponendum, de arcano men-

Margin notes: Et Nuncii verba. — * *enarrabit* ap. Vad. — * *doloſa* cit. Vad. — Pontifex Palæologi pia ſtudia valde commendat. — Palæologus mentem ſuam de unione ad Rom. Eccleſiam Regi Franciæ revelat. — & S. Regem petiit arbitrum pacis, & unionis. — S. Ludovici verò prudentia in ea re laudatur. — ob S. Regis & Legati S. A. obitum res intermiſſa.

(a) IMPERIUM: Nempe Conſtantinopolitanum Græcorum.
(b) IDEM FRATER: *Joannes* O. M., qui ſupra.
(c) LUDOVICO REGI: *Franciæ* ante biennium defuncto.
(d) DESTINARET: Anno 1270. ex epiſtola Cardinalium *Inter cetera &c.* ſupra relata.
(e) MEMORIÆ: *L.* apud Mart. & Durand. ſed perperam, erat enim *Rodulphus* Gallus an. 1268. Crucis ſymbolo a Clem. IV. recepto in Cruceſignatorum caſtris pro Terra Sancta Legatus conſtituitur, defunctoque Clemente, a S.R.E. Cardinalibus anno 1269. confirmatur.
(f) DE HAC LUCE SUBTRACTIS: Anno 1270. æſtivo tempore in obſidione Tunetana.

Digitized by Google

mentis ori conſonæ in veritate procedant veriſimiliter credi poteſt; quòd ille, qui *ubi vult*, *ſpirat*, tuum ad tale tam utilis unionis deſiderium animum inſpirarit. Quæſumus itaque, ſpiritum non extinguas; nec irrita facias, quæ ad eamdem tuam Matrem Eccleſiam, & ad tantum Principem per diverſos, ut præmittitur, Nuncios, & litteras de tuis dicuntur labiis proceſſiſſe; ſed attende potius, & in conſpectu attentæ conſiderationis expande, quòd ille, qui eſt verum caput Corporis Myſtici, Eccleſiaſticæ videlicet unitatis, juxta illud Apoſtoli: *Omnes ſumus unum Corpus in Chriſto*, inſtante ſuæ paſſionis articulo pro hac ſibi placidâ unitate legitur ſignanter oraſſe: *volo*, inquiens, *Pater ut omnes in nobis unum ſint* ſi ergò juxta Sacræ Scripturæ teſtimonium, conſilium ejus ſtabit; & fiet omnis voluntas ipſius, neceſſe profectò eſt, hanc unionem impleri. Feſtina itaque; tolle moras; & conſultè tui fac eſſe muneris, quod omninò alicujus futurum eſt temporis; feſtina, & conſiderans incertam humani temporis brevitatem, tantum bonum non ultra differendo procraſtines, ne fortè cum voluntas adfuerit ad perficiendum, quod volueris, vita deſit; ſed celeriter viam ſalutis, & pacis per deſidebilem cordi tuo, ut tam publicè, tàm laudabiliter profiteris, unionem *Latinorum* pariter, & *Græcorum* in unius profeſſione *Fidei*, & caritatis ſolidæ unitate tuis ſubditis aperi; tuis poſteris præpara; & incomparabile meritum tibi ſolicitè, ac prudenter ex tam utili, tam ſalubri præparatione præoccupa. Conſidera, conſidera, quàm intrepidus; quàm ſecurus in extremo judicio, coram tremendo Judice tantis ad ejuſdem Matris gremium tecum tuo miniſterio reductorum ſtipatus cuneis, & aliis tuis ad id concurrentibus meritis apparebis. Quàm gratus advenies, quàm gratanter etiam admitteris, quomodo comitiva gratiſſima ornandus illorum, quos innumeros, ut ſperamus, de tam numeroſâ multitudine, quam ad illius ovile, ipſo præſtante,

Joan. 3. 8.

1. *Theſſalon.* 5. 19.

Hortatur Palæologus a Gregorio, ut cœptam unionem redintegret,

1. *Corinth.* 12. 13.

Joan. 17. 21.

Pſal. 32. 11.

inculcatque, ut feſtinet

A reduces; tandem ipſe Paſtor bonus, qui pro eis animam ſuam poſuit, in dilectâ ſuâ tabernacula introducet, tu in eamdem exultans, & jubilans de ſuo munere introibis! O te felicem, ſi ad hæc te Dominus præparavit; ſi facultatem, quæ ad ea tibi data videtur, cum omni diligentiâ efficaciter proſequens, & de contingentibus nil omittens, multis ab olim ad eamdem laborantibus per diverſos modos, & vias, tu in labores eorum B introiens pervenias ſolus ad bravíum optatum illorum finem obtineas, & inæxtimabilem gloriam, quam ſpecialiter ſequi debes, finaliter aſſequaris! Cæterum, ut ſit incæpti ſuper his tractatus proſecutio, Deo adjuvante, facilior*, & deſideratus exitus promptior; fel. recordationis Prædeceſſorum Noſtrorum Urbani [a], & ejuſdem Clementis [b] Romanorum Pontificum geſta circa inſtans negotium habita recenſuimus diligenter. C Et eos prius de *Fidei* veræ dogmatibus quam de concordiâ inter eoſdem *Latinos* & *Græcos* in charitate* mutua ſolidanda, tractandum, evidentibus ad hoc inductis rationibus, (licet aliud continere tua petitio videretur) elegiſſe comperimus; nec indignè, cum ſpiritualem unionem *Fides* injiciet, dicente Domino per Prophetam: *Sponſabo te mihi in Fide*; charitaſque conſumet, egregio gentium Doctore teſtante, quòd *qui adhæret Deo*, D *unus ſpiritus eſt*; unus profectò cum illo, non tàm identitate ſubſtantiæ, quàm gratiæ [c] participatione, ac gloriæ. Memoratus itaque prædeceſſor Noſter Clemens Apocriſariis, & litteris tuis ad ipſius præſentiam ſuper hujuſmodi negotio deſtinatis, benignè receptis, & tàm ſecretè, quàm publicè, prout eis placuit, plenè ac patienter auditis; multiſque aliis ejuſdem negotii utilitate, ac juſtitiâ exigente peractis, quæ ipſius Cle- E mentis prædeceſſoris litteræ per eoſdem tuos Apocriſarios ad te miſſæ ad tuam, ut credimus, notitiam detulerunt [d]. Demum ut hujuſmodi conjunctionis ſpiritualis initium [e] ordinatè procederet; idem prædeceſſor Clemens ad utilem, & finalem

Joan. 10. 15. præmium, & gloriam perennem conſecuturus.

* *felicior* ap. Mart.

a b

Divinorum tamen prius, quam Imperii controverſias conciliandas.

* *in pace* ap. Mart.

Oſe. 2. 20.

1. *Corinth.* 6. 17.

c

Geſta a Clemente cum Palæologi Oratoribus,

d

e

(a) Urbani: *Quarti* hujus nominis anno 1263. per litteras *Imperialis Excellentia &c.* allatas in 2. hujus Operis tomo fol. 486.

(b) Clementis: Etiam *Quarti*, & paulo ante memorati anno 1267. ut ſupra fol. 111.

(c) Non tam identitate substantiæ, quam gratiæ: Ita apud Waddingum; ſed apud Raynaldum n. 27. legitur: *non tamen identitate ſubſtantia, quam gratia*, & recte.

(d) Detulerunt: Raynal. cit. habet *devolverunt*.

(e) Initium: Martene, & Durand. habent: *Ipſius conſummationem ordinatè procederet; idem &c.*

lem expeditionem tanti negotii præmiſſum Ordinem, quem rationibus probaverat, facto etiam approbavit. Et ne ultra contingeret, idem negotium per inefficacia verba deduci; manifeſtè in prædictis litteris ſuis expreſſit, quid tibi, tuis Clero, & Populo ſupradictis faciendum incumberet, ut reverenter ad ejuſdem Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſinum tu, & ipſi ſano freti conſilio rediretis. In eiſdem litteris veræ, Catholicæque *Fidei* profeſſionem [a], quam eadem Romana Eccleſia firmiter tenet, fideliter docet, conſtanter prædicat, & publicè profitetur; quamque a te, tuis, Clero, & Populo ſupradictis idem prædeceſſor Noſter CLEMENS expoſtulans, te, ac ipſos profiteri, ſi velletis juxta ejus deſiderium redire ad Eccleſiæ unitatem: Ea inſuper, quæ circa ejuſdem *Eccleſiæ Romanæ Primatum*; a te, ac ipſis tuis Clero, & Populo acceptari, & recipi voluit pleniùs explicando. De ipsâ præterea *Fidei* profeſſione dictis tuis Apocriſariis copiam faciens clementer obtulit eiſdem ſatisfacere; ſi ſuper ea in aliquo dubitarent: Adjecto nihilominus in litteris ſupradictis, qualiter providâ deliberatione conceperat aliquos in Lege Dei peritos ad tuam præſentiam deſtinare, cum quibus tu, iidemque tui Clerus, & Populus ſuper præmiſſis conferre poſſetis. Et quòd nihilominus ſi aliquid tuum, tuorumque animos concuteret, aut turbaret; propter quod aliquid de contentis in præſcriptæ *Fidei* profeſſione; tu, vel ipſi vereremini profiteri; aliquos de peritioribus eorumdem tuorum Cleri, & Populi mitteres ad eumdem: Quibus ſe paratum obtulit, ſicut eadem Romana Eccleſia parata ſemper extitit, & exiſtit *omni poſſenti de ea*, quæ in ipsâ eſt *Fide*, *ac ſpe reddere rationem*. Quamquam autem hujuſmodi ſuos Apocriſarios [b] pro eo, quod aliqui ex eis, qui ad hoc fuerant de longinquis partibus advocati; & ipſemet morte præventi fuerunt [c] non potuerit mittere, ut concepit; tuam tamen Excellentiam per eaſdem ſuas litteras monuit, & variis exhortationibus invitavit inſtanter, ut ſic ſtuderes habilitare materiam, ſic animos tuum, tuorumque diſponere, quòd in eorumdem Apocriſariorum, quos ad te, ut prædicitur, mittere ſperabat, adventu; te ac prædictis tuis Clero, & Populo præſcriptam humiliter ſuſcipientibus, & fideliter profitentibus *Fidei* veritatem facilis foret ad reliqua, Divinâ gratiâ favente, progreſſus. Ad quorum proſecutionem, & ſpecialiter ad charitatis vinculum inter eoſdem *Latinos*, & *Græcos* ſolido fœdere confirmandum; ſi poſt receptionem, & profeſſionem ejuſdem *Fidei*; & poſtquam ad obedientiam ipſius Romanæ Eccleſiæ tu, ac iidem tui Clerus, & Populus rediiſſetis, ad locum, de quo eadem Romana expedire videret Eccleſia, generali *Concilium* peteres convocari; ſatis apertè ſpem tribuit, quod tuum in hoc deſiderium adimpleret: non ad prædictæ diſcuſſionem, vel novam diffinitionem *Fidei*, quam tamquam innumeris ſacræ paginæ auctoritatibus, numeroſis Sanctorum Patrum ſententiis, & Romanorum Pontificum ſtabili definitione firmatam; nec ipſe voluit, nec Nos intendimus; ſicut nec decet; nec foret expediens, indubium novo ipſam exponendo examini revocare. Cujus ſeriem ad majorem certitudinem, ne forſan ejus copiam caſus abſtulerit; vel illius memoriam obliterarit oblivio; nec non & illorum, quæ circa ejuſdem Romanæ Eccleſiæ *Primatum* idem prædeceſſor CLEMENS a te, tuis Clero, & Populo ſupradictis acceptari, & recipi voluit; licet eadem per prædictas ipſius prædeceſſoris CLEMENTIS litteras ad tuam notitiam perveniſſe credamus, præſentibus duximus annectendam; quæ talis eſt: *Credimus Sanctam Trinitatem* &c. [d] Nos igitur debitâ meditatione penſantes idem negotium tam utiliter, tam perpenſo conſilio, & exactâ maturitate diſpoſitum, & electum ad executionem ipſius ab eiſdem Prædeceſſoribus Noſtris ordinem imitandum potiùs, quam mutandum, dilectos Filios

Margin notes:
ad eum *Fidei* profeſſio miſſa. a
& Nuncii deſtinati.
1. Pet. 3. 15.
b
Cur Apocriſarii Clementis non fuerint Conſtantinopolim miſſi. c
Poſt initam Eccleſiarum unionem, ſi Græci expeterent generale Concilium, tribueretur,
ſed non ad rerum Fidei diſcuſſionem.
d
Miſſi a Gregorio Conſtantinopolim Nuncii 4. Fratres O. M.

(a) FIDEI PROFESSIONEM: In ſupràcitàtis litteris *Magnitudinis tuæ &c.* ſupra expoſitam.

(b) SUOS APOCRISARIOS: Quos tres Magiſtro Generali Ord. Prædicat. indixerat eligendos litteris *Quantum & quoties &c.* anno 1267. die 9. Junii datis, & in Bullario illius Ordinis tom. 1. n. 66. pag. 485. legendis.

(c) MORTE PRÆVENTI FUERUNT: Non igitur iverunt, ut quidam prave ſcripſerunt.

(d) S. TRINITATEM &c.: Ut eſt etiam in ſupra citata *Clementis IV.* epiſtola *Magnitudinis tuæ litteras &c.* ann. 1267. die 4. Martii ſcripta, & ſupra relata in hoc tomo fol. 111.

Filios Religioſos viros Fratres *Hieronymum* de Aſculo [a], *Raymundum* Berengarii [b], *Bonagratiam* de Sancto Joanne in Perſiceto [c], & *Bonaventuram* de Mugello [d] de Ordine Minorum, viros quidem pauperes Spiritu, ſed divites Fide, Mundi hujus contemptis divitiis, cæteriſque abjectis illecebris, poſt Chriſtum

Pſal. 13. 3.

ſimul in unum divitem, & pauperem, per ſuorum quantum eis ab ipſo conceditur, gradiendo ſemitam mandatorum, ipſam veram ſapientiam imitantes, decrevimus ad tuam Celſitudinem deſtinandos [e]. Ideòque Magnificentiam tuam monemus,

Hortatur Pontifex Palæologum, ut cum populo ſuo ad Eccleſiæ unitatem redeat.

rogamus, & hortamur in Domino Unigenito Dei Filio Jesu Christo, per ſuæ Crucis Myſterium, & immenſum redemptionis humanæ beneficium, & in charitatis viſceribus obſecrantes, quatenus ipſos benignè recipiens, & ad illum reſpiciens ſalutis, & pacis auctorem, qui

Pſal. 73. 12.

operatus eſt in medio terræ ſalutem; qui oriens ex alto pacem ſibi acceptam, & ab omnibus acceptandam evidenter oſtendens eam in ortu ſuo Angelorum Miniſterio

Luca 2. 14.

rio bonæ voluntatis hominibus nunciavit & inter homines converſatus verbo docuit, prædicavit exemplo; ut ad ovile Domini redeas, ac ipſos tuos Clerum, & Populum, eo concedente, reducas; tibi & ipſis quietem tribuas; innumerabilibus periculis animarum, & corporum, rerumque diſpendiis, quæ Guerrarum induceret, quam avertat Altiſſimus horrenda calamitas, prudenter occurras;

ac imminentibus bellorum calamitatibus occurrat.

& de tam pii negotii conſummatione in æternum tibi memoriale conſtituas hujuſmodi ſalutarem unionem *Latinorum*, & *Græcorum*, quam tibi votivam admodum evidentibus fateris affatibus, ſedulis proſecuturus affectibus; præſcriptam Catholicæ *Fidei* puritatem *, immo puram, & ſolidam veritatem agnoſcas; ſuſcipias corde humili, & ſincero; & coram eiſdem Fratribus Apocriſariis Noſtris profitearis ore veridico, & fideli. Præmiſſum etiam ejuſdem Eccleſiæ Romanæ *Primatum*, ad illius obedientiam ſpontaneus veniens, recognoſcas, ipſum acceptes, & ſponte recipias, prædictoſque tuos Clerum, & Populum ipſam *Fidem* ſimiliter ſuſcipere, profiteri, ac ad obedientiam ipſius Eccleſiæ Romanæ venire, *Primatum* ejus recognoſcere, ac recipere procures. Præmiſſis primitus adimpletis, & ad memoratam *Synodum*, cui una cum aliis Catholicis

*puritatem ap. Mart.

Ad generale Concilium eum invitat.

Principibus te decebit, & Nos deſideramus, & petimus intereſſe in loco [f], in quo ipſam congregari continget; ut ad cætera, quæ imminent ipſorum, & tuo fulti conſilio ſecurius procedamus, vel perſonaliter venturus, ſi facultas adfuerit; vel Apocriſarios [g] magnæ auctoritatis, & prudentiæ viros tuo miſſurus nomine; per quos tuum Nobis ſuper agendis inibi conſilium reveletur. Peracta ſiquidem hujuſmodi utriuſque Populi, *Latinorum* ſcilicet, & *Græcorum* in prædictis profeſſione *Fidei*, & recognitione *Primatus* tam ſanctâ, tam deſiderabili unione, per quam præmiſſum tuum laudabilem zelum a te verbis, & litteris frequenter expoſitum, facto manifeſtabis, & probabis apertius, per quam Noſtrum, & eorumdem Fratrum Noſtrorum, aliorumque *Latinorum* tibi animos attrahere poteris; & in iis quæ agenda ſupererunt, Noſtrum, & ipſorum favorem in

eique Latinorum favorem pollicetur.

quibus ſine offenſa Dei præſtari poterit, merito vendicare; ad præmiſſa ſolidè roboranda commodiùs, & ad tractatum charitatis inter ipſos *Latinos*, & *Græcos*, radicibus zizaniarum evulſis, omnibuſque diſcordiis, Domino annuente, ſedatis, inviolabiliter ſolidandæ tantò efficaciùs, tantòque favorabiliùs intendemus, quantò liberiùs tibi de regione diſſimilitudinis jam reverſo, poſt productam in ſpe recuperandæ innocentiæ ſtolam primam, poſt annulum in manu tuâ ex

Luca 15. 22.

Fidei profeſſione poſitum, condeſcendere poterimus, & ſine conſcientiæ læſione rationabilibus acquieſcere votis tuis. Sic

(a) Hieronymum de Æsculo: Picenum, qui poſtea fuit Ordinis Generalis Miniſter, S. R. E. Cardinalis Epiſcopus, & demum Summus Pontifex *Nicolai IV.* nomine.

(b) Raymundum Berengarii: Gallum clariſſima ſtirpe prognatum.

(c) Bonagratiam de Sancto Joanne in Persiceto: Provinciæ Bononiæ poſt Fratrem Hieronymum Aſculanum ad ſupremum Ordinis regimen aſſumtum.

(d) Bonaventuram de Mugello: Tractu Tuſciæ in agro, Diœceſique Florentina 14. lapide ab illa Civitate Bononiam verſus diſſito.

(e) Destinandos: Et quidem miſſos, & feliciter cuncta conſequutos.

(f) In loco: Qui fuit *Lugdunum* Galliarum, Celturumque ad Rhodanum.

(g) Apocrisarios: 5. miſit, quorum nomina leguntur in Actis dicti Concilii, & apud Waddingum ad ann. 1274. num. 2.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch.1272.

Ingens Pontificis ſtudium lucrandi Eccleſiæ & Chriſto Græcos.

2. Corinth. 12. 15.

A Sic namque præmiſſa cordi Noſtro inſident ſic ad ea totis præcordiis aſpiramus, ut pro eorum executione non ſolum labores impendere, ſed etiam ſuperimpendi modicum reputemus. Propter quod licet tàm tibi, & tuis hæc via ſalubrior, quàm ipſius negotii qualitate ſit aptior, cum *Fidei* puritas conſenſum purum, & liberum exigat: & conditionem aliquam non admittat: tamen ſi, peccatis exigentibus populi utriuſque, nondum datum eſt deſuper, ut ad ea prædicto modo complenda tuus, tuorumque animi ſint parati; Nos non intendentes idem ſalutare negotium deſperatione præcidere, ſed ſaltem manuductione, qua poſſumus; promovere; tolerabimus patienter.

Juſſio ex hypotheſi.

Quod ſi velis ad eamdem Sedem ante prædictam *Synodum*, vel in ipsâ Synodo, (ut ibi Ordine ſuo prædicta omnia tàm circa profeſſionem *Fidei* cum recognitione *Primatus* ejuſdem Eccleſiæ Romanæ, quàm circa ipſos *Latinos*, & *Græcos* diſſenſionis cujuslibet inter eos ſublatâ materiâ in charitate mutuâ uniendos pleniùs & ſolidius complecantur;) tuos Apocriſarios deſtinare, ad eadem pro te, ac ipſis tuis Clero, & Populo facienda ſecurè cum poteſtate plenariâ, ſolemnes, prout facti qualitas exigit, mittas Apocriſarios ad præmiſſa. Volumus tamen, quod priùs tàm tu Serenitatis tuæ apices, quàm omnes, vel ſaltem *Patriarcha Græcorum*, & aliqui alii majores Prælati ejuſdem Imperii prædictis Noſtris Nunciis [a] (in formâ [b], quam deſtinamus ſub *Bulla* Noſtra per ipſos tibi cum eis, te, ac eoſdem tuos Clerum, & Populum ad hæc procedere velle patuerit, oſtendendam;) litteras concedatis, de præmiſſis profeſſione *Fidei*, & recognitione *Primatus* ejuſdem Eccleſiæ Romanæ primò apud Nos per eoſdem ſolemnes mittendos Apocriſarios, (Domino viam ad ſedandas inter eoſdem *Latinos*, & *Græcos* diſcordias alias demonſtrante) tuo, & tuorum nomine infallibiliter faciendis, & poſtmodum per te, Prælatos omnes, ac tuos Clerum, & Populum ſupradictos, cum a Sede ipsâ mandatum fuerit, perſonaliter iterandis.

Præſcripta Græcis ratio, qua gremium Eccleſiæ ſint repetituri.

a b

Nos enim eoſdem tuos Apocriſarios conceſſis prædictis apicibus, & Prælatorum litteris deſtinandos recipiemus alacriter; caritativè tractabimus; & ad conſummationem præmiſſorum cum omni diligentiâ, prout Dominus conceſſerit, procedemus. Et nihilominùs ſuper ſedatione diſcordiarum ipſarum tàm per ipſos Apocriſarios, quos ad præſens mittimus, quàm per alios hinc indè mittendos poterit interim tractatus haberi; & exquiri diverſæ viæ, ac modi, qui ad expeditionem faciliorem idem negotium favente Domino præparabunt. B Quia verò cordi Nobis eſt de ipſo negotio ſaltem in eâdem *Synodo* providere ſalubriter; & ideò deſideramus, quod dudum ante ipſam ad Nos de illorum exitu felici utinam perveniat certitudo; Celſitudinem tuam affectuosè requirimus, & rogamus inſtanter; C ut eoſdem *Fratres Apocriſarios* Noſtros feliciter, & ſic celeriter ſtudeas expedire, quod redeuntes cum tuo certo ad præmiſſa reſponſo [c] dictum tempus pro ejuſdem *Synodi* Congregatione præfixum adeò valeant commodè pervenire, quòd ad ejuſdem negotii proviſionem ante ipſam *Synodum* poſſit, ut decet, habilitari materia, ſufficientis ad hoc temporis opportunitate conceſsâ.

Rogat Gregorius pro celeri ſuorum Nunciorum expeditione.

c & quare.

D Scire quidem te volumus, quòd ſi eoſdem Noſtros Nuncios contra hujuſmodi Noſtrum deſiderium retardari contingat; Nos de tuâ reſponſione incerti tam utilis negotii proſecutionem per vias, quas ad animarum ſalutem Dominus aperire dignabitur, propterea nec omittere intendimus, nec differre.

Datum apud Urbem Veterem IX. Kalendas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo [d].

d

E *Inſtructio pro ſuis ad Imperatorem Græcorum Nunciis*. (Ex VATIC.REGES.Pontif.n.38. apud WADDINGUM ad hunc annum n. 6., teſte etiam RAYNALDO n.30., al. epiſt.192. & apud MARTENE, ac DURAND. Veter.Monum. ampliſs. collect.tom.7.col.227.ep.7.)

GRE-

(a) PRÆDICTIS NOSTRIS NUNCIIS: 4. pàulo antè commemoratis, ut & in ſequenti epiſtola.

(b) FORMA: Quæ legitur in ſequenti epiſtola *In litteris &c.*

(c) RESPONSO: Horum duo reverſi ſunt anno ſequenti; alii duo remanſerunt uſque ad tempus Concilii ex litteris Palæologi *Multa ſunt &c.* in Actis Concilii.

(d) Eodem die litteras de eadem re dedit Pontifex *Patriarchæ Græcorum*, quas vulgavit Waddingus ad hunc annum num. 3.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch. 1272.

XI.

Anno 1272. die 25. Ocłobris.

GREGORIUS &c.

Dilectis Filiis Fratribus Hieronymo *de Eſculo*, Raymundo *Berengarii*, Bonagratiæ *de Sancto Johanne in Perſiceto*, *&* Bonaventuræ *de Mugello de Ordine Minor. Apoſtolicæ Sedis Nunciis* [a] *Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

§. præcedentium litterarum Nunciis indicatur.

IN litteris [b], quas magnifico viro Michaeli *Palæologo Imperatori* Græcorum Illuſtri per vos mittimus, inter cetera continetur [c], quod ſi dictus Palæologus velit ſuos Apocriſarios ante indictum a Nobis generale *Concilium*, vel in ipſo Concilio, ut ordine ſuo inibi omnia, quæ tàm circa profeſſionem *Fidei* Catholicæ cum recognitione *Primatus* Eccleſiæ Romanæ, quàm circa Latinos, & Græcos, diſſentionis cujuslibet inter eos ſublatâ materiâ, in caritate mutuâ uniendos, in eiſdem litteris præmittuntur; plenius, & ſolidius compleantur, deſtinare; mittat ſolemnes, prout negotii qualitas exigit, Apocriſarios cum poteſtate plenariâ ad præmiſſa: & in litteris ipſis exprimitur [d], quod Noſtræ voluntatis exiſtit, ut prius tàm ipſe Imperator apices ſuos, quàm omnes, vel ſaltem Patriarcha, & aliqui alii majores Prælati Græcorum litteras ſuas vobis concedant *in forma* [e], quam per vos in eiſdem litteris Nos prædicimus ſub *Bulla* noſtrâ miſſuros, de præmiſſis profeſſione *Fidei*, & recognitione *Primatus*, primo apud Nos per hujuſmodi ſolemnes Apocriſarios, Domino viam ad ſedandas inter eoſdem *Latinos*, & *Græcos* diſcordias alias demonſtrante, ipſius Imperatoris Græcorum; & ſuorum nomine infallibiliter faciendis; & poſtmodum per ipſum, Prælatos omnes, Clericum, & Populum Græcorum, cum a Sede Apoſtolicâ mandatum fuerit, perſonaliter iterandis. Ut igitur formam eamdem, ſicut in litteris præmiſſis edicitur, deferatis; ipſam per verba, per quæ, vel æquipollentia, eâdem tamen ſubſtantiâ omninò ſervatâ, Nobis concedi vo- A lumus, præſentibus vobis duximus exprimendam. Quæ, præmiſsâ ſalutatione, quâ idem Imperator ad Nos uti voluerit, talis eſt. „ Nos MICHAEL &c.

Alter §. prædictarum litterarum.

Forma per Imper. Græcum ad Eccleſiam Rom. reverſorum præſtanda.

„ præſenti ſcripto fatemur nos recepiſſe „ ſub *Bulla* veſtra * profeſſionem Catholicæ *Fidei*, quam Sacroſancta „ Romana Eccleſia firmiter tenet, fideliter docet, conſtanter prædicat, „ & publicè profitetur, cum expreſſione *Primatus* ipſius Eccleſiæ, cujus B „ ſeries talis eſt. *Credimus Sanctam* „ *Trinitatem Patrem*, *& Filium*, *&* „ *Spiritum Sanctum &c.* „ ut in litteris noſtris ad eum directis uſque *ſemper ſalva*). „ Nos itaque memoratus „ Imperator ſupraſcriptam Catholicæ „ *Fidei* veritatem coram nobis plenè, „ ac diſtinctè lectam, & apertè, ac fideliter expoſitam *recognoſcimus*; & „ promittimus, quod poſtquam in generali *Concilio* a Vobis indicto, ſive C „ ante, vel poſt ipſum *Concilium* inter „ Nos, & Clerum, & Populum noſtrum „ ex parte unâ, & *Latinos* ex alterâ ſuper „ diſcordiis exortis hinc inde, concordia fuerit reformata; eamdem *Fidem*, „ ſicut præmittitur, infallibiliter primo apud Vos in Curiâ Veſtrâ per Apocriſarios ſolemnes, prout tanti negotii qualitas exigit, agnoſcemus, ſuſcipiemus corde humili, & ſincero, D „ & profitebimur ore veridico, & fideli; Præmiſſum etiam Romanæ Eccleſiæ *Primatum* ad ipſius Eccleſiæ obedientiam ſpontanei venientes recognoſcemus, ipſum acceptabimus, & „ ſpontè recipiemus; & poſtmodum „ cum Sedes Apoſtolica id mandaverit, „ præmiſſa omnia tàm circa *Fidei* profeſſionem, quàm circa *Primatum* „ ejuſdem Eccleſiæ iterabimus perſonaliter per Nos ipſos, prædictoſque E „ Clerum, & Populum procurabimus „ ſimiliter primo per hujuſmodi Apocriſarios apud Vos, & poſtmodum ad „ mandatum ipſius Eccleſiæ perſonaliter „ per ſe ipſos *Fidem* agnoſcere, ſuſcipere, profiteri; & ad obedientiam „ ipſius Eccleſiæ Romanæ venire; *Pri-* „ *matum*

* *noſtra* habet Martene & minus rectè.

(a) NUNCIIS: De quibus in ſuperiori epiſtola.

(b) IN LITTERIS: Nempe quæ præcedunt incip. *Qui miſeratione &c.*

(c) INTER CETERA CONTINETUR; Prope finem litterarum ad §. *Juſſio ex hypoteſi*.

(d) EXPRIMITUR: Poſt dictum §., ubi Græcis præſcribitur ratio repetendi gremium Eccleſiæ.

(e) FORMA: Quæ infra ſubditur.

Digitized by Google

Quorundam formæ verborum immutatio.

„ *matum* ejus recognoſcere, & etiam „ acceptare.„ Vel ſi prædictum verbum, *recognoſcimus*, haberi non poſſit; recipiantur loco ejus verba hæc, ſeu æquipollentia. „ Nos itaque memoratus „ Imperator Vobiſcum, & cum Sancta „ Romana Eccleſia Matre Noſtrâ *con-* „ *venimus* in ſupraſcriptam *Fidei* Ca- „ tholicæ veritatem „. Et deinde promiſſio de recognitione ipſius *Fidei* cum expreſſione *Primatus* tàm per Apocriſarios, quàm per ipſum Imperatorem, & prædictos ſuos Clerum, & Populum facienda, ſicut ſupra ponitur, repetatur. Quod ſi nec prædictum verbum, *convenimus*, poſſit haberi; obtineant ſaltem loco ejus, ſive pro ipſo verba ſubſcripta, vel æquipollentia. „ Deſideramus eamdem *Fidem* agnoſcere, ſuſcipere, & „ profiteri, ac Vobiſcum, & cum Sacroſancta Romana Eccleſia Matre Noſtra, „ ſive ipſi Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Matri Noſtræ in ejuſdem *Fidei* pro- „ feſſione, uniri; & ad ipſius Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientiam „ venire; *Primatum* ipſius recognoſce- „ re, acceptare, ac etiam recipere.„ Et poſt hæc repetatur ſimiliter promiſſio ſupradicta. Litterarum quoque, quas a memoratis Patriarchâ Græcorum [a], & Prælatis omnibus, vel aliquibus majoribus, vobis, ut prædicitur, concedi volumus; eadem erit forma, mutatis tamen, quæ perſonarum diverſitas ſuggeret immutanda.

& ſimilis a ceteris Græcis. a

Datum apud Urbem veterem VIII. Kalendas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Suos ad Græcorum *Imperatorem Nuncios pro utriuſque Eccleſiæ unione commendat.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 42., apud Waddingum ad hunc annum num. 8., al. epiſt. 196.)

GREGORIUS &c.

XII.

Anno 1272. die 29. Octobris.

Cariſſimis in Chriſto Filiis Regibus *Illuſtribus, & Venerabilibus Fratribus* Archiepiſcopis, *& Epiſcopis, ac dilectis Filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, & eorum Capitulo, & Conventibus, necnon Comitibus, Marchionibus, Ducibus, Principibus, Rectoribus, Univerſitatibus, Communitatibus Civitatum, Caſtrorum, & aliorum Locorum, eorumque Rectoribus, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Suos ad Græcorum Imperatorem Nuncios

DILECTOS Filios Fratres *Hieronymum* de Eſculo, *Raymundum* Berengarii, *Bonagratiam* de Sancto Johanne in Perſiceto, & *Bonaventuram* de Mugello [b] de Ordine Minorum Apoſtolicæ Sedis Nuncios latores præſentium ad magnificum virum Michaelem Palæologum *Imperatorem Græcorum* Illuſtrem pro magnis, & arduis negociis deſtinamus [c], quos tantò magis deſideramus ab omnibus benignè tractari, quantò eos cariores habemus; & quò ferventius ad eorum felicem exitum, pro quibus ipſos mittimus, aſpiramus; eò Nobis erit acceptiùs, eos in illorum proſecutione, ceſſantibus impedimentis quibuſcumque, ab omnibus adjuvari. Quocirca Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur in Domino, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus *Fratres* eoſdem, cum ad vos ineundo, & redeundo pervenerint, tamquam humiles Dei ſervos, & mandati Noſtri miniſtros illius intuitu, qui, evangelicâ veritate teſtante, ſe recipi fatetur in ſuis; & ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis, & Noſtram recipientes in dulcedine charitatis, ipſos, eorumque familiam, & ſpecialiter dilectum Filium *Ferrerium* Mercatorem de Placentia, quem ad providendum ipſis *Fratribus* in neceſſariis mittimus cum eiſdem, charitativè tractetis; & providentes eis, dum ſuper hoc requiſiti fueritis,

b pro Eccleſiarum unione c commendat, ut ſupra. ut & eorum provediſtorem.

(a) Patriarcha Græcorum: *Joſepho*; qui obduratus in ſchiſmate neque formam præbere, neque ad Concilium invitatus a Pontifice accedere voluit; ideoque anno 1275. e Sede depulſus extitit.

(b) De Mugello: De quibus in præcedentibus litteris.

(c) Arduis negotiis destinamus: Videlicet pro unione utriuſque Eccleſiæ.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch. 1272.

ritis, de ſecuro conductu, ipſos aliàs, in quibus opus fuerit, dirigatis conſilio, & auxilio foveatis: ita quòd proindè vobis apud illum, cujus res geritur, condignæ retributionis meritum; & apud Nos favoris Apoſtolici comparetis augmentum.

Datum apud Urbem veterem Quarto Kalendas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo [a].

Ut Apocriſariis Imperatoris Græcorum ad Concilium accedentibus tuti, liberique commeatus diploma Pontificium tribuant. (Ex Vatic. Regesto epiſt.40. apud Waddingum ad hunc annum n.7., teſte & Raynaldo n.30., al. epiſt.194., ac in amplifſ. Collect. Vet. Monum. Marteni, Durandique tom.7. col. 233. epiſt.12.)

XIII.

Anno 1272. die 5. Novembris.

GREGORIUS &c.

Dilectis Filiis Fratribus Hieronymo *de Eſculo*, Raymundo *Berengarii*, Bonagratiæ *de Sancto Johanne in Perſiceto*, *&* Bonaventuræ *de Mugello* [b] *de Ordine Minorum Apoſtolicæ Sedis Nunciis Salutem, & Apoſt. Bened.*

CUM vos ad magnificum Virum Palæologum *Imperatorem* Græcorum Illuſtrem cum Noſtris ſub certâ formâ litteris [c] deſtinemus, in quibus inter cetera continetur [d], ut ſi velit ad proſecutionem illorum, de quibus in eiſdem litteris agitur, ante indictum a Nobis generale *Concilium*, vel in ipſo Concilio ſolemnes *Apocriſarios* ad Nos mittat: ne forſan idem Imperator ſe hujuſmodi Apocriſarios, ſecuritate non habitâ, commodè mittere non poſſe cauſetur; vobis omnibus, vel tribus, aut duobus ex vobis, ſi reliquos impediri contingat, concedendi eiſdem *Apocriſariis* ſecuritatem veniendi ad Sedem Apoſtolicam, ibi morandi, & exindè ad propria redeundi, prout videritis expedire, plenam, & liberam auctoritate præſentium concedimus facultatem; ſecuritate hujuſmodi tantummodò uſque ad dictum *Concilium* duraturâ. Ex tunc enim, ſi *Apocriſarios* ipſos ad eamdem Sedem venire contigerit; eis ſuper hoc Sedes eadem plenius providebit.

Litterarum Pontif. §.

Cauſa conceſſionis.

Concedit id, quod ſupra.

limitata tamen.

Datum apud Urbem veterem Nonis Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Deprecatur, ut Apocriſariis *Palæologi Græcorum Imp. provideat de ſecuritate in veniendo ad* Concilium, *& redeundo*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt.41. apud Waddingum ad hunc annum n.9., teſte & Raynaldo n.30., & apud Martene, & Durand. tom.7. Veter. Monum. ampliſs. Collect. col.232. epiſt.11.)

XIV.

Anno 1272. die 7. Novembris.

GREGORIUS &c.

Cariſſimo in Chriſto Filio ... [e] Regi Siciliæ *Illuſtri Sal., & Apoſt. Bened.*

De cœpto Græcorum cum Rom. Eccleſia unionis tractatu certiorem factum Siciliæ Regem.

**de revocatione* habet Martene &c.

SICUT ad tuam credimus perveniſſe notitiam, Nos Tractatum de reductione* *Græcorum* ad Eccleſiæ unitatem a fel. record. prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus [f] inchoatum de Fratrum Noſtrorum conſilio proſequentes Nuncios ſpeciales, quoſdam videlicet *Fratres Minores* [g] latores præſentium, ad *Palæologum* cum Noſtris ſub certâ formâ litteris [h] deſtinamus; in quibus inter cetera continetur, ut ſi velit ad proſecutionem illorum, de quibus in eiſdem litteris agitur, ante indictum a Nobis generale *Concilium*, vel in ipſo Concilio ſolemnes Apocriſarios ad Nos mittat [i]; propter quod ne forſan idem *Palæologus* ſe hujuſmodi Apocriſarios a Tuâ Excellentiâ ſuper hoc, ſecuritate non habitâ, commodè mittere non poſſe cauſetur; Serenitatem Regiam monemus, rogamus, & hortamur in Domino, quatenus circa hoc ita ſtudeas providere Apocriſariis ipſis ad præmiſſa mittendis *de ſecuritate* [k] in veniendo, morando, ac etiam

Rogat Pontifex, ut ſupra.

(a) Refert Waddingus ad hunc annum n.10. edit.2. ex Archivo Regio Neapolitano litteras *Caroli Regis* ad ſuos Miniſtros pro ſupradictis Papæ Nunciis, ut abſque mora navigare valerent Conſtantinopolim datas Neapoli 26. Octobris anno 1272., quo patet, niſi ſit error in numeris, alias ab iſtis, & particulares litteras a Pontifice *Carolo Regi* datas pro hac re ante diem 26. Octobris, quæ non habentur.

(b) De Mugello: Ut in præcedentibus litteris.

(c) Litteris: Incip. *Qui miſeratione &c.* paulo ante relatis.

(d) Continetur: In eorum fine, vel prope.

(e) Filio ...: *Carolo* Andegaven. S. Ludovici Regis fratri.

(f) Romanis Pontificibus: Urbano, & Clemente IV.

(g) Fratres Minores: De quibus in præcedentibus litteris 10. 11. &c.

(h) Litteris: Incipien. *Qui miſeratione &c.* ſupra relatis, & hoc anno die 24. Octobris datis.

(i) Mittat: Prope finem dictarum litterarum.

(k) De securitate: Vulgo *Salvo condotto*.

Digitized by Google

etiam redeundo, prout expedire videris, A proviſurus, quod tractatum eumdem occaſione hujuſmodi non contingat aliquatenus impediri.

a Datum apud Urbem veterem vI. Idus Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo [a].

Exploſa Fr. Antonii O. *M. in Epiſcopum* Nigropontis *ordinatione per Archiepiſcopum Athenien. facta, firmatur altera* Fr. Joannis O. *P. per Capitulum illius Eccleſiæ peracta*. (Ex REGES. VATIC. epiſt. 83. ann. 1.)

XV.

Anno 1272. die 13. Novembr.

GREGORIUS &c.

b *Venerabili Fratri Johanni Epiſcopo* Nigroponteno [b] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Exordium.

INTER ſollicitudinis Noſtræ curas, quas attentâ cogitatione revolvimus, cordi Nobis eſt, ut perſonis aptis Eccleſiaſticis dignitatibus ſuprema Eccleſiarum gubernacula committantur; & cum propter hoc ad Apoſtolicæ Sedis providentiam recurſus habeatur, illud quodam ſpirituali gaudio deducimus proponere ad effectum. Sanè dudum Eccleſia *Nigroponten*. Paſtore vacante, dilecti Filii Capitulum ipſius convenientes in unum, Spiritus Sancti gratiâ invocatâ, te tunc Fratrem Ordinis *Prædicatorum* [c] unanimiter, & concorditer in ſuum Epiſcopum elegerunt; & cum bonæ memoriæ P. [d] *Athenien*. Archiepiſcopo [e] loci Metropolitano confirmandam electionem hujuſmodi præſentaſſent; quia præfatus Archiepiſcopus nimis malitioſè electionem examinabat eamdem, ex parte tuâ, & Canonicorum videlicet majoris & ſanioris partis ipſius Capituli ad Noſtram fuit audientiam appellatum. Sed dictus Archiepiſcopus hujuſmodi appellatione contemptâ, electionem ipſam de facto, cum de jure non poſſet, caſſavit; & eidem Eccleſiæ de *Fratre Antonio de Regio* [f] Ordinis Fratrum Minorum providens confirmavit ipſum, & tandem conſecravit in Epiſcopum Eccleſiæ memoratæ. Verùm cum dilectus Filius Magiſter Petrus Theſaurarius Conſtantinopolitanus tuus, & dictorum Canonicorum Procurator in Noſtrâ præſentiâ conſtitutus a Nobis inſtanter petere, quidquid poſt appellationem hujuſmodi in præjudicium electionis prædictæ attentatum B extiterat, caſſari, & irritari, immo caſſam & irritam nuntiari; Nos hujuſmodi negotium dilecto Filio Noſtro O. [g] Sancti Adriani Diacono Cardin. duximus committendum, coram quo comparentibus præfato Theſaurario, & Magiſtro Johanne Procuratore dicti *Fratris Antonii*, qui pro *Nigroponten*. Epiſcopo ſe gerebat; & per dictum Cardinalem eorum Procuratoriis approbatis; ſæpedictus Theſaurarius coram Cardinali prædicto libellum obtulit inter cætera continentem, C ut quidquid factum erat poſt appellationem prædictam caſſaret, & irritaret; immo caſſum & irritum nuntiaret. Lite igitur ſuper hujuſmodi libello legitimè conteſtatâ, præſtitoque a Patribus juramento de veritate dicendâ; & factis poſitionibus, ac ſubſecutis reſponſionibus ad eaſdem, productis etiam ex parte dicti Theſaurarii quibuſdam Inſtrumentis, & appellationibus, necnon ex litteris dimiſſoriis *Archiepiſcopi* ſupradicti; D factâque Nobis, & Fratribus Noſtris relatione ſuper hoc a Cardinali prædicto; quia plenè conſtabat de appellatione per litteras, & inſtrumenta prædicta, & per confeſſionem Partis adverſæ, quòd dictus Archiepiſcopus poſt appellationem præfatam; ipſam electionem caſſaverat; dictumque *Fratrem Antonium* eidem Eccleſiæ præfecerat; & in Epiſcopum conſecrarat; de Noſtrâ ſpeciali licentiâ, & E mandato caſſationem dictæ electionis, & proviſionem de perſonâ dicti *Fratris Antonii* poſt appellationem ipſam, per quam

Vacante Eccleſia Nigropont.

eligitur Fr. Joannes Ord. Prædicat.

c

d e

quem Metropolitanus non approbat,

& Electus cum Electoribus ad S. A. appellant.

f

Metropolitanus verò promovet F. Antonium Regien. O. M., & ordinat.

g

Pontifex cauſam O. Card. committit,

(a) Refert Waddingus ad ann. 1273. n. 6. ſcripſiſſe iterum pro hac re eo anno ad hunc Siciliæ Regem, & Raynaldus ad eum ann. n. 50. id dicit eſſe, epiſt. 13. Regeſ. Pontif. ex Vaticano Archivo.

(b) NIGROPONTENO: Al. *Chalciden*. antiquis, Inſulæ Eubœæ in Mari Ægæo nunc *Arcipelago* Achajæ continenti proximæ, Epiſc. tunc ſub Athenienſi Archiepiſcopo, poſtea in Metropolim erectæ.

(c) FRATREM ORD. PRÆDICAT.: Sed Scriptoribus illius Ordinis ignotum.

(d) P.: *Petro*.

(e) ATHENIEN. ARCHIEPISCOPO: Ex quo Civitas Turcarum armis ſubacta fuit, nedum dignitas Archiepiſcopalis evanuit, ſed & ipſa Civitas olim clariſſima, nunc vulgo *Setines* in dies deficit.

(f) FR. ANTONIO DE REGIO: Nunc primum a noſtris agnito, illo forſan, qui a Pantaleone Juſtiniano Patriarcha Conſtantinopolitano anno 1263. conſtitutus fuerat ipſius *Vicarius Generalis*, & ab Urbano IV. confirmatus ex ejuſdem Pontificis epiſt. 103. *Venerabili fratre &c.* data die 31. Octobris 1263., in 2. hujus Operis tomo fol. 524. relata.

(g) O.: *Ottobono Fliſco* Genuen. Innocentii IV. Nepoti, poſtea *Cœleſtino IV*. Pont. Max. nuncupato.

Digitized by Google

quam ipſius negotium electionis erat legitimè ad Sedem Apoſtolicam devolutum, per eumdem Archiepiſcopum præſumptas ſententialiter caſſavit, & irritavit, ac pronuntiavit caſſas, nullas, & irritas, ac nullius exiſtere firmitatis; prout in Inſtrumento publico inde confecto ejuſdem Cardinalis ſigillo munito plenius continetur: Noſque ſententiam hujuſmodi ratam, & firmam habentes eam auctoritate Apoſtolicâ duximus confirmandam. Cumque poſtmodum idem Theſaurarius Nobis humiliter ſupplicaſſet, ut confirmare prædictam Electionem utpote celebratam canonicè, & concorditer de perſonâ ydoneâ dignaremur: Nos electionis ipſius, & perſonæ tuæ examinationem Venerabili Fratri..[a] Epiſcopo Tuſculano, & dilectis Filiis noſtris J.[b] Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, & dicto O. Sancti Adriani Diaconis Cardinalibus duximus committendam, qui formam Electionis prædictæ, & tuam diligentiùs examinantes perſonam, quod ſuper hoc invenerunt, in Noſtrâ, & Fratrum Noſtrorum præſentiâ referre curarunt. Quia igitur prædicta electio inventa fuit de perſonâ ydoneâ canonicè celebratâ; Nos habito dictorum Fratrum conſilio, electionem ſupradictam auctoritate Apoſtolicâ confirmavimus, & Te ipſi Eccleſiæ præfecimus in Epiſcopum, & Paſtorem; ac ſupplentes defectum, ſi quis in ipſa electione extitit de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, tibi per Venerabilem Fratrem Noſtrum J.[c] Portuenſem Epiſcopum fecimus munus conſecrationis impendi, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quòd eadem Eccleſia, Deo auctore, per tuam induſtriam ſpiritualibus & temporalibus proficiet incrementis. Tu ergo devotè ſuſcipiens impoſitum a Domino tibi onus, ad prædictam Eccleſiam accedere non poſtponas, Gregis Dominici in illâ tibi commiſſi, ſic ſollicitè curam A gerens illum doctrinâ verbi, & operis informando, quòd dignam Deo poſſis reddere rationem; & in delectationem Nobis veniat te ſemper & condignâ gratiâ proſequi, & tuis deſideriis favorem benevolum impertiri.

qui promotionem a Metropolitano factam irritam pronunciat,

& Pontifex confirmat,

committitque examen electionis, & Electi J. S.R.E.Cardinali,

& Fr. Jo. prædictum confirmans

eum conſecrari facit.

Datum apud Urbem veterem Idibus Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

B *Injungit, ut in Regno* Legionis *inquirat, ac inquirere faciat in quacunque perſona ea, quæ correctione indigerent, in proximo Concilio Generali reformanda.* (EX REGESTO VATIC. PONTIF. epiſt. 219. anni 1.)

XVI.

Anno 1273. die 11. Martii.

GREGORIUS &c.

Dilecto Filio[d] .... Miniſtro Generali *Ordinis Fratrum Minorum Sal.*, *& Apoſtol. Benedict.*

C DUDUM ſuper generalis convocatione *Concilii*[e] ad Univerſos Orbis Principes & Prælatos Noſtras ſub certâ formâ litteras[f] deſtinantes; quia inter alia, de quibus in ipſo *Concilio* eſt agendum, ſpecialiter circa reformationem morum, qui peccatis exigentibus in Clero, & Populo videntur graviter deformati, Noſtra verſatur intentio; inter cætera Prælatis ipſis mandavimus per eaſdem, ut uſque ad tempus pro *Concilio* D ipſo congregando præfixum per ſe, aut alios viros prudentes & Deum timentes omnia; quæ correctionis, & reformationis limam expoſcunt, ſubtiliter inquirerent; & in ſcriptis redacta fideliter deferrent in ipſius *Concilii* notionem[g]. Et nihilominus in eiſdem prædiximus litteris Nos ſolers ſtudium; & efficacem daturos operam aliis modis, & viis[h], ut eadem in examen ipſius *Concilii* devenirent per ipſum correctionem & directionem accommodam receptura. Volentes E itaque præmiſſa, prout magni nobis deſiderii dictat anxietas, cum omni diligentiâ

Harum litterarum occaſio.

Juſſa Pontificis pro reformandis in Concilio Gen.

(a) FRATRI..: *Oddoni* de Caſtro Rodulphi Gallo, de quo Ughellus tom. 1. Ital. Sac., aliique R. E. Cardin. Vit. Scriptores.

(b) J.: *Joanni* Cajetano Urſino ſæpiſſime in hoc Opere nominato.

(c) J.: *Joanni* de Toleto Anglo, de quo in 1.& 2. hujus Operis tomis egimus, & cit. Ughellus, aliique plures.

(d) FILIO ...: *S.Bonaventura*, qui paulo poſt, menſe nimirum Junio ineunte S.R.E. Cardinalium Collegio aggregatus eſt, ut infra videbitur epiſt.27.

(e) CONCILII: Lugdunenſis II. anno ſequenti convocati ineunte menſe Majo.

(f) LITTERAS: Incip. *Salvator noſter &c.* an. 1272. 2. Kal. April. datas apud Raynaldum ad eum ann. n. 21.

(g) CONCILII NOTIONEM: Hujuſcemodi ſcripta *Olomucenſis* Epiſcopi publicavit cit. Raynaldus ad annum 1273. n.6. & ſeqq., & inter Opera *Humberti de Romanis* Prioris Generalis Ord. Prædicat. legimus ipſius ea de re judicium.

(h) ALIIS MODIS, ET VIIS: Ut eſt, quam S.Viro jungit Pontifex his litteris.

Digitized by Google

Gregorius PP. X. An.Ch. 1273.

tiâ effectu ſollicitæ proſecutionis impleri; ad hoc tuum miniſterium ex multâ confidentiâ [a] duximus eligendum, Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ea, quæ in Regno *Legionis* [b], prout facultas aderit, ſive in Clero cujuſcumque Religionis, aut ſtatus; ſive in reliquo populo Chriſtiano utriuſque ſexus, ſive in Infidelibus cujuſvis Sectæ, vel Ritus converſantibus inter eos, quatenus per illos Chriſtiana Religio infici poteſt, ſeu quomodolibet fermentari, correctionis remedio indigère videntur; per Te, ac alios Viros ad hoc idoneos, non quidem per Teſtes juratos, ſeu aliàs ordinariâ inquiſitione, ſed aliâ inveſtigatione; quæ per familiares collationes, & alios diverſos indagandi modos cum Religioſis, & aliis execrantibus maximè vitia, colentibuſque virtutes adhiberi poterit, diligentiùs exquirens ea ſingillatim diſtinctè, ac apertè conſcripta; nec non, & conſilia de remediis adhibendis ad correctionem, & reformationem illorum ſub ſigillo tuo per aliquos fideles Nuntios ad præſentiam Noſtram mittas, in miſſione hujuſmodi dictum tempus ipſius præveniendo *Concilii* per ſex menſes [c]; Ut interim haberi poſſit competens diſcuſſio, & plena deliberatio, ad opportuna exquirenda, ut decet, antidota circa illa per approbationem ejuſdem *Concilii* adhibenda. Volumus autem omni te cautelâ, & diligentiâ providere, ut ad inveſtigationem prædictorum taliter procedatur, quod nulli per hoc irrogari poſſit infamia nec adverſus aliquem proindè ſcandalum ſuſcitari.

Datum apud Urbem Veterem v. Idus Martii [d] Pontificatus Noſtri Anno Primo.

(Margin: Miniſtro Gen. O.M. mandat dicta ſuperius, — & quomodo. — Et quo tempore, — ſuave cautela.)

XVII. Anno 1273. die 11. Martii.

In eumdem modum ..... Epiſcopo Gadicenſi [e] *&c. Datum* ut ſupra (Ex cit. Regesto Vatic.)

Significat, ſe pro Concilio *Generali Civitatem* Lugdunen. *elegiſſe, ad quam hortatur, & mandat eum accedere.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 89. ann. 2.)

XVIII. Anno 1273. die 13. Aprilis.

GREGORIUS &c.

Venerabili Fratri [f] .... Rothomagen. *Archiepiſcopo Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

IN litteris [g], quas per univerſos Orbis Principes, & Prælatos ſuper generalis convocatione *Concilii* deſtinavimus [h], locum in quo idem Concilium convenire deberet, ex causâ duximus ſubticendum: Prædiximus tamen in illis quod locum eumdem ipſis Principibus, & Prælatis intimare competenti tempore curaremus. Nobis igitur cum Fratribus Noſtris hujuſmodi loci electionem deducentibus, in exactæ diſcuſſionis examen occurrebant hinc inde diverſa, quæ diſcutientium videbantur judicium alternare. Nec enim præterit Noſtræ conſiderationis indaginem, quàm grave, quàm durum eſt, locum Sedis Apoſtolicæ proprium, in quo præcipuorum Apoſtolorum glorificatus eſt exitus, in quo illorum corpora glorioſa quieſcunt, terrarum ſpatio tam diffuſo dimittere, tanto locorum intervallo a peculiari Noſtro Populo Romanæ Urbis abeſſe, convicinis partibus, quæ Sedi eidem non ſolum ſpiritualiter, ſed etiam temporaliter ſubeſſe noſcuntur commoditatem vicinitatis Noſtræ ſubtrahere; quanta ex abſentiâ noſtrâ, diverſis Italiæ partibus poſſent imminere diſcrimina, quantum partium earumdem inveterata ſciſſura pro integrandæ unitatis obtinendo remedio Noſtro auxilio indigebat; quantis denique oneribus, quantis laboribus Nos, & Fratres Noſtros; quorum aliquos ætas, quoſdam debilitas, nonnullos infirmitas, & omnes ad hæc deſuetudo reddit inhabiles, exponimus non ſine rerum diſpendiis, quæ quaſi pro nihilo ducimus; non ſine

(Margin: Proprias de Concilii Gen. convocatione litteras commemorat, — & diſcuſſionem de electione loci illud habendi. — Roma variis ex cauſis occurrebat)

(a) Ex multa confidentia: quàm in minori ſtatu cum S.Doctore contraxerat.
(b) In Regno Legionis: Cum Regno *Caſtella* conjuncto Regnum *Hiſpania* tunc conſtituente.
(c) Per sex menses: Hoc eſt ante menſem Decembris hujus anni.
(d) v. Idus Martii: Quo menſe S.Doctor Pariſiis erat ex variis monumentis alias mihi citandis.
(e) Gadicen.: Is erat *Fr. Joannes Martini* ex Ord.Minor. anno 1267. aſſumptus ex epiſt. Clementis IV. *Olim felicis record. &c.* die 25. Maji data, & ſupra fol. 121. relata.
(f) Fratri ..: *Oddoni Rigaldi*, ut ad ſuperiorem epiſt. *Regularis Ordinis &c.* anno præcedenti die 13. Julii emiſſa fol. 183.
(g) In litteris: Incip. *Salvator noſter &c.* pro Generali Concilio habendo.
(h) Destinavimus: Anno præced. die 31. Martii.

Digitized by Google

A ſine diſcriminibus corporum, quæ non facile contemnuntur. Hæc & alia, quæ non poſſet ſuccintus ſermo percurrere, in partibus iſtis locum hujuſmodi eligendum concludere videbantur. Verùm ea, quæ in eodem ſunt agenda *Concilio*, contrarium ſuadebant; & ſpecialiter negotium *Terræ Sanctæ*, quam dum Creatori omnium cariorem omnibus Scriptura deſcribit, ſatis apertè indicatur, cariſſimam procul dubio a Nobis habendam; cum ſoleat, quod eſt in ſuperioris conſpectu præſtantiùs, in ſubditorum æſtimatione præſtare. Adjicit inſuper beneficiorum conſideratio, quæ inibi humano generi de Divinæ ſuperabundantia gratiæ obvenerunt. Siquidem Salvator omnium operatus eſt in medio illius *Terræ* ſalutem. Ibi ſumpſit corporalis nativitatis initium. Ibi converſationis humanæ deduxit tempora. Ibi poſt probroſæ paſſionis opprobria pro redemptione noſtrâ mortem ſubiit temporalem; & ſui pretioſi effuſione cruoris vetus piaculum expiavit. Nunquid igitur non contingent Redemptorum corda immenſa, & innumerabilia beneficia Redemptoris? Numquid non accendent cujuſque præcordia, ut ipſi pro tot, quæ nobis tribuit, hoc ſaltem neceſſitatis tempore aliquid impendamus? dum Crucis hoſtes Crucifixum habentes oſtentui cultores ipſius Chriſtiani nominis profeſſores, ut Chriſti cultum de Terrâ deleant, inceſſanter exterminant, & conculcant, ipſos debilitantes viribus, extenuantes opibus, & eorum facies replentes ignominiâ; ipſoſque diverſis confuſionibus ſaturantes. Ad vindicandas itaque Redemptoris injurias, ac redimenda ignominioſæ conculcationis opprobria in redemptis, Noſtrum circa *Terram* eamdem Creatoris conformantes affectui; ac debitâ meditatione penſantes, quod ejuſdem *Terræ* ſubſidium præcipuè de Principum, & Prælatorum pendet auxilio, quos ultra Montes credimus convenire poſſe commodiùs, exinanivimus noſmetipſos, & ſub ſpe illius, qui dat lapſo virtutem, debilitatem noſtram contempſimus ſub ipſius fiduciâ, qui de ſuâ miſericordiâ Nos confortat; quod intendimus in eo poſſe ſperantes, parvipendimus onera; labores conſideratione calcavimus; & ceteris Noſtris, ac Fratrum Noſtrorum incommoditatibus in ejuſdem conſiderationis B examinatione poſtpoſitis, ut Principum, & Prælatorum eorumdem faciliùs poſſimus habere præſentiam, ac *Terræ* prædictæ ſubventionem efficaciùs promovere, Civitatem *Lugdunenſem*, quo inibi *Concilium* cum majori commoditate conveniat, de ipſorum Fratrum conſilio duximus eligendam. Quod Tibi tenore præſentium nunciantes Fraternitatem tuam monemus, rogamus, & hortamur in Domino, Apoſtolicâ tibi nihilominus C auctoritate mandantes, quatenus in prædictâ Civitate *Lugdunenſi* juxta præſcriptam per ſupradictas litteras Noſtras formam ſtudeas omni, quam inevitabilis neceſſitas non indicet, excuſatione poſtpoſitâ, in præfixo per eaſdem litteras termino comparere [a].

ſed in Concilio tractanda ſecus ſuaſuerunt.

De Terræ Sanctæ indigentia conſideratio,

Pſal.73.12.

ad quam ſubveniendam.

Lugduni Civitas eligitur,

& jubetur Archiepiſcopus eo accedere.

Datum apud Urbem Veterem Idibus Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

D

XIX. *Anno 1273. die 13. Aprilis.*

In eumdem modum ... Archiepiſcopo Barenſi [b], *&* Antibarenſi [c], *atque* Arborenſi [d] *O. M.*, *aliiſque* [e] *&c. Datum* ut ſupra. (Ex cit. Reges. Vatic.)

Super electione Remen. *Archiepiſcopi committit, ut cognoſcant, & ſi electum idoneum repererint, confirment; alioquin ad aliam* E *electionem procedatur.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 14. anni 2.)

GRE-

(a) Comparere: Comparuit *Oddo*, adſuitque eas in Concilio partes obiens, quas legere eſt apud Waddingum ad ann.1274. n.11., poſt quæ peracta feliciter migravit ex hac vita inſequenti anno *in die feſto SS. Proceſſi & Martiniani* ex Chronico Rothomagen. tom.1. Biblioth. novæ MM. Labb., hoc eſt die 2. Julii; Waddingus vero ex Kalendario Dionyſiano ait obiiſſe anno 1276. die 5.Maji ad eum annum n.5.

(b) Barensi: *Joanni* Saraceno ex Ord.Minor. anno 1259. aſſumpto, annoque 1280. defuncto.

(c) Antibaren.: *Fr. Laurentio* Hortano ex Ord. Min. anno 1255. promoto. Videas epiſt. 567. Alexandri IV. *Quoniam inter &c.* anno 1260. die 17. Junii ſcripta, & in tom.2. hujus Bullarii relata fol.400.

(d) Arborensi: *Fr. Aleandro* Ord. Min. ann. 1298. e Raguſina Dalmatiæ ad Arboren. Sardiniæ Metropolim tranſlato.

(e) Has autem litteras Encyclicas fuiſſe, lucet ex illis *Archiepiſcopo Senonen.*, & Epiſcopis, Prælatiſque Eccleſ. per *Provinciam Senonen.* conſtitutis apud Raynaldum ad hunc annum n.1. & ſeqq., qui n.3. ait in Regeſ. Vatic. extare Catalogum *Archiepiſcoporum*. ad quos litteræ eadem verborum forma conceptæ tranſmiſſæ fuerunt.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch. 1273.

XX.

Anno 1273. die 17. Aprilis.

GREGORIUS

Venerabilibus Fratribus [a] . . . Rothomagen. *&* [b] . . . Senonen. *Archiepiſcopis*, *ac* [c] . . . Silvanečten. *Epiſcopo Sal.*, *& Apoſt. Bened.*

a b c d

Remenſis Eccleſia Paſtore vacat.

REmensi Eccleſia [d] Paſtoris ſolatio deſtituta, die aſſignata pro futuri electione Paſtoris, cum quinquaginta & ſeptem Canonici ejuſdem Eccleſiæ tum per ſe, tum per Procuratores in *Remen.* Capitulo conveniſſent, demum ad electionem celebrandam electâ viâ Scrutinii, & ſecundum eam Proceſſu habito in eâdem, viginti & novem ex prædictis Canonicis in dilectum Filium Magiſtrum P. [e] *Archidiaconum* Dunen. [f] in Carnoten. Eccleſia conſenſerunt; reliquis in diverſos dividentibus vota ſua. Sanè dilecto Filio Magiſtro Johanne de Villa-Gardana Procuratore dilectorum Filiorum Magiſtri Johannis de Chamlay, Michaelis de Bleſis, Girardi Bourdon, & Roberti de Thorata Canonicorum Remen., qui eumdem *Archidiaconum* elegerunt, electionem de ipſo celebratam petente in Noſtrâ præſentiâ confirmari; & ſex ex illis, qui ſua vota in alios direxerant, videlicet dilectis Filiis Johanne de Rannigni Præpoſito Camenicen., Radulpho Theſaurario Remen., Galchero de Novavilla, Heuſtachio de Longo, Magiſtris Renerio de Paſſiaco, & Guillelmo de Monaſteriis Canonicis Remen., ſe per dilectum Filium Magiſtrum Matthæum Canonicum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Mathalaunen. in Vallibus Procuratorem ad hoc conſtitutum electioni opponentibus ſupradictæ, ortâ ſuper hoc materiâ quæſtionis; Nos dilectum Filium Noſtrum J. [g] Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconum Cardinalem dedimus in quæſtione ipsâ partibus Auditorem: Sub cujus examine causâ ipsâ pendente intelleximus, quod dicti ſex Canonici, qui ſe oppoſuerunt electioni prædictæ, diſcrimina, quæ ipſa Eccleſia po-

Et major pars Electorum promovet ad eam P. Archidiaconum Dunen.

e f

cujus Electio petitur a S. A. confirmari,

cum Electorum ſex opponerent,

g

Pontifex committit cauſam examini,

A teſt ex diuturnitate vacationis incurrere, & forſitan jam incurrerit, debitâ meditatione penſantes, ac pio compaſſionis affectu ducti ad eamdem Eccleſiam Matrem ſuam, ut periculis, quæ illi vacationis ejuſdem protractio comminatur, ſalubriùs obvietur, non cujuſquam mœtus inſtantiâ, vel ſuaſione dolosâ, ſed charitatis inſtinctu laudabile propoſitum ſpontanei conceperunt ab hujuſmodi controverſia liberè deſiſtendi. Nos itaque B attendentes, quod perſona memorati *Archidiaconi* laudabilis multorum teſtimonio fide dignorum habetur; & ſalubrem, ac celerem proviſionem ejuſdem Eccleſiæ affectantes, accedente conſenſu præfati Procuratoris prædictorum ſe opponentium electioni prædictæ; ut ſubſcripto modo in hujuſmodi negotio procedatur, Fraternitati veſtræ, de quâ plenam in Domino fiduciam obtinemus, præſentium tenore mandamus, quatenus memo- C ratos ſex Canonicos, qui oppoſitionem hujuſmodi proſequuntur, ad Noſtram præſentiam evocantes, ſi ſuper hoc requiſiti ſpontè ac liberè infra duos menſes a tempore requiſitionis hujuſmodi computandos, ab eâdem oppoſitione deſiſtant; *Archidiaconi* ejuſdem in litteraturâ examinatâ perſonâ, ſi eam ſufficientem in ſcientiâ inveneritis, ad regimen Eccleſiæ ſupradictæ, dictam electionem celebratam de ipſo, ſupplentes defectum, D ſi quis in eâ extitit, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, auctoritate Noſtrâ confirmare curetis, ipſum præficientes eidem Eccleſiæ in Archiepiſcopum & Paſtorem, & facientes eidem per aliquos ſuffraganeos ipſius Eccleſiæ munus conſecrationis impendi, & ab illius ſubditis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi [h]. Contradictores auctoritate Noſtrâ appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Quod ſi perſonam eamdem in- E ſufficientis ſcientiæ reperiri contingat, & dictâ electione ritè caſſatâ, dilectis Filiis *Remenſi* Capitulo injungatis, ut eidem

at illi ſex a controverſia diſcedunt,

& Pontifex mandat id, quod ſupra.

h

(a) Fratribus . . : *Oddoni Rigaldi*, de quo in præcedentibus litteris.

(b) Et . . : *Petro de Chaarny* anno ſequenti vita functo ex Gallia Chriſtiana.

(c) Ac . . : *Roberto* de Creſſonaſſart, quem ab anno 1260. ad ann. uſque 1283. rexiſſe legimus in nova Gallia Chriſtiana tom. x.

(d) Remen. Ecclesia: Vulgo *Remis*, & *Reims* in Gallia Belgia, Piccardiaque vetuſtiſſima Metropoli per obitum *Joannis* de Cortenay ex cit. Gallia tom. ix.

(e) Magistrum P.: *Petrum* Barbet ex citata Gallia Chriſtiana.

(f) Dunen.: Incolis *Chaſteaudun* Oppidi Galliæ Celticæ in finibus Carnutum non obſcuri inter Carnutes ad ortum, & Vindocinum ad occaſum hinc 11., inde 15. leucis diſtantis.

(g) J.: *Joannem* Cajetanum Urſinum multoties nominatum.

(h) Exhiberi: Quod quidem factum eſt ex Gallia Chriſtiana PP. Maurin. tom. 9.

Digitized by Google

dem Eccleſiæ per viam canonicam de Paſtore idoneo ſtudeant providere. Quòd ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe; duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

cum juſſionis moderatione.

Datum apud Urbem Veterem xv. Kalendas Maji, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Duobus viris nobilibus Anglis Crucesignatis, *pro ſubſidio Terræ S. provideatur de votorum redemptionibus, & aliis obventionibus.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 12. an. 2.)

XXI. Anno 1273. die 29. Aprilis. a b

GREGORIUS &c.

Venerabili Fratri [a] ... *Archiepiſcopo* Cantuarien.[b] *Sal.*, *& Ap. Ben.*

Nobilium Crucesignatorum expoſitio

EX inſinuatione dilectorum Filiorum nobilium virorum Pagani de Chaourſe, & Roberti de Tibotot Wigornien.[c] & Lincolnien.[d] Diœceſis accepimus, quod cum fel. record. Clemens Papa[e] prædeceſſor Noſter dilecto Filio Noſtro O.[f] Sancti Adriani Diacono Cardinali tunc in Regno *Angliæ* Apoſtolicæ Sedis Legato ſuis ſub certâ formâ dediſſet litteris in mandatis, ut eiſdem Nobilibus paratis in *Terra Sancta* ſubſidium vivificæ *Crucis* aſſumpto ſignaculo proficiſci, de redemptionibus votorum, & aliis obventionibus *Terræ* prædictæ juxta ipſorum exigentiam faceret ſubveniri: Præfatus Legatus eorumdem Nobilium penſatis circumſtantiis diligentiùs ordinavit, & ſtatuit, ut cuilibet eorum de redemptionibus & obventionibus hujuſmodi uſque ad quantitatem *ſexcentarum* marcharum argenti pro præfato ſubſidio proveniret; dilectis Filiis ... Priori *Prædicatorum*, & ..... Miniſtro *Minorum*[g] Ordinum Provincialibus Regni prædicti, & in eo redemptionum, & obventionum hujuſmodi collectoribus per ſuas injungens litteras[h], ut eiſdem Nobilibus quantitatem præfatam de ſupradictis redemptionibus, & obventionibus exhiberent. Verùm eiſdem Nobilibus in *Terræ* præfatæ ſubſidium unà cum Cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro E.[i] Illuſtri Rege *Angliæ*, votum ſuum exequendo graves de ſuo ſubjerunt expenſas longè eam quantitatem hujuſmodi excedentes, accelerantibus iter ſuum ex proviſione hujuſmodi fructus eis aliquis non provenit. Quare Nobiles ipſi nobis humiliter ſupplicarunt, ut eis ſuper hoc providere paternâ ſolicitudine dignaremur. Nolentes itaque, ut ſupradicti Nobiles diligenter, quod debuerant, adimplentes proviſione careant memoratâ, Fraternitati tuæ mandamus, quatenus præmiſſis veris exiſtentibus, ad proviſionem hujuſmodi de præfatis redemptionibus, & obventionibus juxta ordinationem ipſius Cardinalis per te, vel per alium auctoritate Noſtrâ procedas. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante, ſi aliquibus, quòd interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, a præfata ſit Sede indultum.

de pecunia eis pro expenſis in Terra S. conceſſa a Clemente IV., *& ab illius Legato taxata,* *quæ cum non ſufficeret, recurrunt ad Pontificem,* *& Pontifex mandat ut ſupra* *cum clauſula derogatoria.*

Datum apud Urbem Veterem III. Kal. Maij, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Ut citent Electum in Archiepiſcopum Rigen. *ad ſubeundum examen apud Sedem Apoſtolicam; alias Capitulo dictæ Eccleſiæ novam electionem indicant.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 35. anni 2.)

XXII. Anno 1273. die 21. Maji. k l m

GREGORIUS &c.

Dilectis Filiis ... Abbati de Dunemunde[k] *Ciſtercien. Ordinis* Rigen.[l] *Diœceſis*, ... *Priori Prædicatorum*, ac .. *Guardiano Minorum Fratrum* Rigen.[m] *Sal. & Apoſtol. Benedict.*

Vacante Rigen. Eccleſia,

SIcut accepimus, *Rigenſi* Eccleſiâ Paſtoris ſolatio deſtitutâ, Clerus, & Capitulum ipſius Eccleſiæ die ad eligendum præfixâ convenientes in unum, dilectum Fi-

(a) Fratri: *Roberto Kilvvarbio* Anglo ex Ord. Prædicat anno præcedenti aſſumto.
(b) Cantuarien.: Vulgo *Canterbury* Angliæ præcipuæ Metropolis.
(c) Wigornien.: Vulgo *Vorceſter*.
(d) Lincolnien.: Utraque ſub Archiepiſcopo Cantuarien.
(e) Clemens Papa: *Quartus* hujus nominis.
(f) O.: *Ottobono* Fliſco pluries, & paulo ante memorato; de cujus Anglica Legatione Annal. Eccl. agunt.
(g) Ministro Minorum. Qui videtur hoc tempore fuiſſe *Petrus de Tenkesbury*, de quo Waddingus ad annum 1309. n. 28.
(h) Litteras: Nobis non exhibitas, & forſan non extàntes.
(i) E.: *Eduardo* anno 1272. defuncto Patri Henrico in Regnum ſuffecto; cum biennio ante cum S. Ludovico Rege expeditionem contra Infideles inierit.
(k) Dunemunde: Arce permunita in Livonia ad oſtia fluvii Duinæ 2. lapide a Riga nunc ſub dominio Svecorum; cujus Monaſterii meminit quidem Aug. Maurique in Annal. Ciſtercien. ad ann. 1208. cap. 8. n. 5., ſed fatetur ſe neſcire, cujus originis, cujuſve Diœceſis fuerit.
(l) Rigen.: Tunc Livoniæ Metropolis Eccleſ.
(m) Fratrum Rigen.: Quorum locus in ea Civitate hic primo memoratur; eratque 2. al. 4. *Cuſtodia Lubecen.* in Provincia Saxoniæ ex veteri al. cit. *Provinciali* noſtri Ordinis.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch. 1273.

eligitur illius Eccleſiæ Cellerarius in Paſtorem, & electionis petitur a S. A. confirmatio.

Filium *Johannem* Presbyterum ejuſdem Eccleſiæ Cellerarium per viam compromiſſi elegerunt in ſuum Archiepiſcopum & Paſtorem Nobis humiliter ſupplicantes, ut electionem confirmarè hujuſmodi de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Verùm, quia de ipſius *Johannis* quoad litteraturam præcipuè ſufficientia dubitatur; Nos verbum Apoſtoli dicentis: *Nemini citò manum imponas*, diligentiùs attendentes ſuper hoc, antequam ad confirmationem electionis procederemus, ipſius fore deliberavimus inquirendum.

1. Timoth. 5. 22.

Litterarum ſcientia in Præſulibus neceſſaria.

Cum autem litterarum ſcientia, quæ circa ſpiritualium adminiſtrationem neceſſaria, & circa temporalium opportuna dignoſcitur, ſit in Præſule admodum requirenda; Diſcretioni veſtræ de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, mandamus, quatenus præfatum *Electum* ad vos perſonaliter evocantes, præmiſſa ſibi ex parte Noſtrâ exponere procuretis; & ſi de meritis ſuis præcipuè ſcientiæ dono confidit; injungatis eidem, ut infra ſex menſes poſt hujuſmodi mandatum veſtrum Noſtro ſe conſpectui perſonaliter repræſentet examinationem ſecundum laudabilem Eccleſiæ Romanæ conſuetudinem ſubiturus.

Mandat Pontifex id, quod ſupra.

Alioquin cum Eccleſiam ſupradictam nolimus in ſpiritualibus, vel temporalibus per vacationem diutinam ſuſtinere jacturam, electioni de ſe factæ in manibus veſtris, cum vos renuntiationem hujuſmodi velimus nomine Noſtro recipere, renuntiare procuret; Voſque ipſius renunciatione receptâ injungatis prædictis Clero, & Capitulo, ut ſibi de perſonâ idoneâ in Paſtorem ſtudeant canonicè providere. Quidquid autem ſuper iis duxeritis faciendum, Nobis per veſtras patentes litteras harum ſeriem continentes fideliter intimetis: Non obſtante indulgentiâ, qua Fratribus veſtrorum Ordinum, Filii Prior; & Guardiane, a Sede prædictâ dicitur eſſe conceſſum, ut de cauſis, ſeu negotiis, quæ ipſis a Sede committuntur prædicta, intromittere non teneantur inviti per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de Indulto hujuſmodi mentionem. Quòd ſi non omnes iis exequendis intereſſe potueritis, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

Obſtanti derogando, & juſſionem moderando.

Datum apud Urbem Veterem XII. Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

De læſa libertate Eccleſiaſtica, aliiſque gravaminibus Regem redarguit; & ut ea emendet, hortatur, & jubet. (Ex REGESTO VATIC. lib. 2. epiſt. cur. 49. apud RAYNALDUM ad hunc annum n. 25. & 26.)

XXIII.

Anno 1273. die 18. Maji.

GREGORIUS &c.

Chariſſimo in Chriſto Filio ... [a] *Regi* Portugalliæ *Illuſtri Sal.*, *& Ap. Ben.*

Aureum Pontificis documentum de Eccleſiaſtica libertate, ſed Regi non probatum.

SCIRE debes, Fili chariſſime, ſicut neceſſariò ſcire te convenit; ut Regni tui negotia per circumſpectionis directa prudentiam proſperis ſucceſſibus convaleſcant, quòd præ ceteris rebus, quibus Chriſtiana Regna fundantur ſolidiùs, eſt tutela *Eccleſiaſticæ libertatis*, ita ut, omnia tàm tempora, quàm loca conſiderationis oculo percurrendo, nullus ignorat, quòd eâdem libertate convulsâ, Sceptra Regalia tenere non poſſunt aliquam firmitatem. Cum enim eadem libertas ſit Catholicæ *Fidei* munimentum; & *Fidei* religio ſocietatis humanæ ſit vinculum; quo populorum multitudines ſub Principibus continentur; libertatis ipſius, quod abſit, privilegio violato, perfidiæ patebit inſultibus immunitum *Fidei* fundamentum. Ideoque hoſtis humani generis doloſa malignitas ſuperiorum invida Poteſtatum, dum ad præcipitanda principalia culmina ſtudio iniquæ intentionis aſpirat, ſciens ſe in obruendo civilis regiminis Principatu prævalere non poſſe, quamdiu legibus reverentiam libera Divini & Eccleſiaſtici cultus religio ſubminiſtrat; primum Principum oculos veſani conſilii præcantatione perſtringit, quo eis bonum videtur, & utile tamquam oppoſitam votis ſuis Eccleſiaſticam ſubvertere libertatem &c. [b] Accepimus, quòd tu in Regno tuo prædictam ſatagens ſubvertere libertatem Venerabiles Fratres Noſtros Epiſcopos [c], & alios Eccleſiarum Præla-

Regis Alfonſi male facta denudantur;

(a) FILIO: *Alphonſo III.* Sancii Regis fratri.
(b) LIBERTATEM &c.: Hoc loco nonnulla prætermiſit exscribere Raynaldus.
(c) EPISCOPOS: Quos infra recenſet, & in diplomate incip. *De Regno Portugalliæ &c.* anno 1275. die 4. Septembris edito.

Digitized by Google

Prælatos, Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, necnon Conſilia, & Communitates, ac homines Civitatum, Caſtrorum, & Villarum ipſorum in prædicto Regno conſiſtentium in eorum præjudicium gravibus injuriis afficis, & damnis importabilibus aggravas, & moleſtas immemor, vel tranſgreſſor potius juramenti, quod de conſervandâ libertate prædictâ, & proviſionibus Apoſtolicis, quas firmiter obſervare teneris, in Regno
a præfato, diceris præſtitiſſe &c.[a] Inter
[& perſiſtis contrà Præſules Regni;] alia quidem, quæ Noſtris ſunt auribus intimata, mirantes audivimus, quòd tu ad bona Eccleſiaſtica oculos cupiditatis injiciens *Bracharen.*, *Colimbrien.*, *Vi-*
b *ſen.*, *&* *Lamecen.*[b] Eccleſiarum redditus, & proventus occupaſti, & detines occupatos: Civitati *Bracharen.*, cujus proprietas & dominium ad prædictam Eccleſiam Bracharen. pertinere dicitur pleno jure, Prætorem auctoritate propria præfeciſti; nonnullas verò Eccleſias Parochiales, jura patronatus ipſarum,
c nec non aldeas[c], domos, poſſeſſiones, jura, & redditus venerabilis Fratris No-
d ſtri..[d] Epiſcopi, & Eccleſiæ *Ægitanien.*
[bonaque Ægitanien. Epiſcopi.] occupans aliquas Eccleſiarum, aldearum, & poſſeſſionum ipſarum diverſis perſonis Clericis & Laicis contuliſti; aliarum verò poſſeſſionum in Laicos & Sæculares perſonas tranſtuliſti pro tuæ libito voluntatis, auctoritatis Eccleſia-
e ſticæ terminis illicitè occupatis &c.[e]

Datum apud Urbem veterem v. Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

GREGORIUS PP. X. An. Ch. 1273.

Ut litteras Apoſtolicas Regi Portugalliæ præſtent, & reſponſum ſcriptis referant. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 51. apud Waddingum n. 2. Regeſ. Pontif., & inde in Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. n. 15., quam citat & Raynaldus ad hunc ann. n. 26.)

GREGORIUS &c. XXIV.

[Anno 1273. die 28. Maji.]

Dilectis Filiis.. Priori Prædicatorum, .. Cuſtodi, & Guardiano Minorum Fratrum Ulixbonen.[f] *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.* f

CUM cariſſimus in Chriſto Filius Noſter *Rex Portugalliæ*[g] Illuſtris g
Venerabiles Fratres Noſtros Epiſcopos, [Relato Regis Portugalliæ injuſto regimine,]
& alios Prælatos, Capitula, Conventus, Clericos, & Eccleſias, & Populum Regni *Portugalliæ* gravibus, ſicut accepimus, afficiat injuriis, & preſſuris; Noſque ſibi ſuper hoc ſub certâ formâ Noſtras
litteras[h] dirigimus; Diſcretioni veſtræ, h
de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, in virtute obedientiæ, diſtrictè [mandat ea, quæ ſupra.]
præcipiendo, mandamus, quatenus prædictas litteras Noſtras eidem *Regi* fideliter præſentetis; ac reſponſum ipſius Regis, & quidquid ſuper his duxerit faciendum; nec non locum, & diem, in quibus, & coram quibus perſonis litteras prædictas *Regi* præſentabitis memorato, per veſtras patentes litteras harum, & prædictarum litterarum directarum eidem Regi ſeriem continentes Nobis in-
timare curetis. Non obſtante &c. Quod [Obſtantibus derogando.]
ſi non omnes &c.[i] i

Datum, *ut ſupra*.[k] k

 Oppo-

(a) Diceris præstitisse &c.: Pariſiis ann. 1245. ex cit. Diplomate *De Regno Portugalliæ &c.* Hic Pontifex refert, *Clementem IV.* Bracharen. Archiepiſcopi, & aliorum illius Regni Epiſcoporum querelis juſtis permotum Guillelmum *Folquinum* in Luſitaniam ablegaſſe, ut illorum malis mederetur: ſed ob Pontificis obitum e Legatione revocatus, interim res in pejus lapſa eſt, inquit cit. Raynaldus addens ſequentia a Gregorio recenſita.

(b) Lamecen.: Quorum *Viſenſis*, & *Lamecenſis* adhuc ſuffraganei ſunt Bracharen. Archiepiſcopi, ſed *Colimbricenſis* nunc ſubeſt Ulyſſiponen. Metropolitano.

(c) Aldeas: Longobardorum vocabulum velut *Grancia* ruſtica parva prædia, unde *Caſtaldo* in Lombardia munus, & nomen uſitatum.

(d) Fratris nostri..: *Valaſci* ex Ord. Min. anno 1267. e Famauguſtana ad hanc *Ægitanien.* Eccleſiam tranſlati, ut ibi videre eſt.

(e) Occupatis &c.: Addit Pontifex, Regem non modo *Ægitanien.* Eccleſiæ caſtra *Alfonſo* filio contuliſſe, verum etiam Eccleſiarum aliarum, & Monaſteriorum vectigalia, & decimas invaſiſſe; & alia, quæ recitat ibi Raynaldus n. 26. addens Pontificem adhortaſſe Regem, ut dignitatem Eccleſiaſticam priſtino ſplendori aſſereret, ereptas Eccleſ. opes reſtitueret, vetera ſtatuta ſervaret; exules Epiſcopos in ſuas Sedes revocaret, ac oratores componendæ pacis gratia ad S.A. mitteret.

(f) Ulixbonen.: De quibus FF. locis legendi Annales Ord. Prædicat., Minorum vero ad annum 1217. n. 23. 1222. n. 36., & alibi non ſemel. Erat autem Cœnobium *Ulyſſiponen.* FF. Min. primo extra Civitatem, poſtea ubi modo, caput *Cuſtodiæ* ſui nominis in *Provincia S. Jacobi*, ſeu Compoſtellana ex veteri *Provinciali* Ordinis noſtri; & ibi *Guardianus* hoc tempore fuiſſe dicitur Fr. *Dominicus* Lovello al. Bonello ex Brandano par. 4. Monarchiæ Luſitan. lib. 5. cap. 42. Præterire autem nolo lapſum Waddingi ad annum 1400. n. 12. aſſerentis in Cod. Vatic. a ſe vulgato nihil haberi hujus *Cuſtodiæ*; cum ego Codicem illum inſpexerim, & exſcribere fecerim per ſocium meum, legerimque in eo *Cuſtodiam Ulyſſiponenſem* cum 4. Conventibus.

(g) Rex Portugalliæ: *Alphonſus III.*

(h) Nostras litteras: Nempe præcedentes.

(i) Omnes &c.: Ut in præcedenti epiſt. 22.

(k) Poſt 5. dies dedit & iiſdem pro eadem re ſequentes ibi litteras *Volumus &c.*

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An. Ch. 1273.

Oppoſitionem Electo in Paſtorem Eccleſiæ Sanctæ Severinæ *factam excutiant ; & ſi vera, irrita electio denuncietur, & ad aliam procedatur ; ſi verò falſa, confirmetur.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 34.)

XXV. Anno 1273. die 1. Junii.

GREGORIUS &c.

a b c d

Venerabilibus Fratribus ..[a] Sancti Marci[b], *&* ..[c] Caſſanen.[d] *Epiſcopis, ac dilecto Filio* .. *Miniſtro Fratrum Minorum in* Calabria *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

e — S. Severinæ Metropolis Paſtore vacat.

Ecclesia *S. Severinæ*[e] in Calabriâ Paſtoris regimine deſtitutâ, dilecti Filii Clerus, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe ad tractandum de futuri electione Prælati inſimul convenerunt, ac Spiritus Sancti gratiâ invocatâ in hujuſmodi negotio per viam compromiſſi procedere intendentes tribus ex eis, videlicet Nicolao Archipresbytero, Johanni, & Benedicto Canonicis ipſius Eccleſiæ providendi eidem Eccleſiæ de Paſtore conceſſerunt unanimiter liberam poteſtatem promittentes, quòd illum pro Archiepiſcopo & Paſtore ſine qualibet contradictione haberent, de quo dicti tres, vel duo ipſorum Eccleſiæ prædictæ ducerent providendum. Sanè nominati Archipresbyter & Canonici deliberatione ſuper hoc præhabitâ diligenti, dilectum Filium *Rogerium*[f] Eccleſiæ prædictæ Canonicum auctoritate conceſſionis hujuſmodi a præfatis Clero, & Capitulo ſibi factæ in Archiepiſcopum *S. Severinæ* canonicè, ac concorditer elegerunt: dictique Clerus, & Capitulum electionem hujuſmodi ratam & gratam habentes, ac facientes Nobis decretum electionis ipſius per dilectos Filios J. Archidiaconum Gerontin., B. Theſaurarium, & Magiſtrum A. ipſius Eccleſiæ Canonicos præſentari, ut electionem confirmaremus eamdem, a Nobis ſuppliciter poſtularunt. Nos autem juxta laudabilem Eccleſiæ Romanæ conſuetudinem tàm proceſſum electionis prædictæ, quàm perſonam præfati *Rogerii* examinari fecimus diligenter. Et licet Nobis per inquiſitionem hujuſmodi præfatam electionem fuiſſe quoad formam celebratam canonicè, conſtitiſſet; quia tamen quædam Nobis de ipſo *Rogerio* inſinuata fuerunt, quæ ſi vera eſſent, confirmationem electionis prædictæ meritò impedirent; providimus ad confirmationem hujuſmodi, donec ſuper iis veritas fuerit patefacta, non eſſe aliquatenus procedendum. De veſtrâ itaque Circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinentes mandamus, quatenus ſuper præmiſſis, quæ dilectus Filius Noſter J.[g] Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis, cui hæc audienda commiſimus, vobis ſub ſuo ſigillo tranſmittit incluſa, ex officio veſtro inquiratis diligentiùs veritatem, & ſi eadem, vel eorum aliquod, per quod electio prædicta de jure irritari debeat, inveneritis eſſe vera; electionem ipſam auctoritate Noſtrâ caſſantes prædictis Clero, & Capitulo injungatis, ut eidem Eccleſiæ *S. Severinæ* de aliâ perſonâ ydoneâ ſtudeant providere; alioquin electionem confirmantes eamdem faciatis dicto *Rogerio* munus conſecrationis impendi, & a Suffraganeis, aliiſque ſubditis ipſius Eccleſiæ *Sanctæ Severinæ* obedientiam & reverentiam exhiberi debitam, ac de Juribus Archiepiſcopalibus plenariè reſponderi; Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Quod ſi non omnes iis exequendis intereſſe potueritis, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

Capitulum tribus dant poteſtatem eligendi,

f — qui Rogerium Canonicum deligunt,

ejuſque electio petitur confirmari.

Pontifex admiſſa electione, de Electo cenſet inquirendum:

g — datoque cauſæ auditore, mandat ſupradicta.

Juſſionem temperando.

Datum apud Urbem veterem Kalendis Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Si

(a) Fratribus .. : *Mirabello*, de quo Ughellus tom. 1. Ital. Sac.

(b) Sancti Marci : In Calabria a Metropolitano Coſentino jam pridem exempto.

(c) Et .. : *Marco* Aſſiſiati ex Ord. Min. ann. 1268. promoto ex litteris Clementis IV. *Licet noſtris tibi &c.* & *Significavit nobis &c.* eo anno dieb. 14. Januarii, & 20. Aprilis datis, ut ſupra fol. 137. & 156.

(d) Cassanen. : Etiam in Calabria, & ab eodem Metropolitano libero.

(e) S. Severinæ : Alteræ ex vetuſtis Calabriæ Metropolibus.

(f) Rogerium : Per obitum Ugonis aſſumitur *Bernardus* hoc anno ac die, cui paulo poſt defuncto ſubſtituitur *Rogerius de Stephanutia* anno 1274. uſque ad annum 1295., quo ad *Cuſentinam* Sedem tranſlatus eſt, inquit Ughellus tom. 9. Ital. Sac., ſed de *Bernardo* nil habet hæc Pontif. epiſtola.

(g) J. : *Jacobus* Sabellus Rom. unus ex ſex Cardinalibus compromiſſariis, qui pro electione hujus *Gregorii Papæ* X. anno 1271. a Sacro Purpuratorum Collegio deſtinati fuerunt, & poſtea ipſe ad Summum Pontificatum evectus fuit ſub nomine *Honorii IV.*

Digitized by Google

Si Regem Portugalliæ *ad eorum monita emendatum noverint, Regnum ipſius ab Interdicto ad tempus tamen liberent, & Nuncios ille mittat; ſecus autem, ſi contempſerit.* (Ex Vatic. Reges. epiſt. 50. apud Waddingum ad hunc ann. n. 1. Regeſ. Pontif., & inde in Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. n. 16., teſte etiam Raynaldo hoc eodem anno num. 26.)

XXVI. Anno 1273. die 2. Junii.

GREGORIUS &c.

Dilectis Filiis.. Priori Prædicatorum, .. Cuſtodi, & .. Guardiano Minorum Fratrum Ulixbonen. *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Præcipit, ut ſuper ſuis litteris, & Prælatorum articulis

VOlumus, & præſentium vobis auctoritate mandamus, quatenus ad cariſſimum in Chriſto Filium.. Illuſtrem Regem *Portugalliæ* [a] accedentes ipſum, ut deſuper iis, quæ in Noſtris litteris [b] ſibi directis, & articulis a Prælatis Regni Portugalliæ coram Nobis propoſitis, & per vos ſibi præſentandis continentur, ex parte noſtrâ moneatis, & efficaciter inducatis; & ſi ad illorum correctionem voluntarium ſe obtulerit, vel ex ipſius reſponſione, & aliis circumſtantiis apparuerit, quod præmiſſa velit corrigere; *Interdictum* in eodem Regno ab eiſdem Prælatis poſitum [c] uſque ad ſeptem menſes a receptione præſentium computandos ſuſpendere procuretis. Ita tamen, quod ſolemnes *Nuncii* dicti Regis cum ſufficienti mandato infra quatuor menſes a tempore ſuſpenſionis *Interdicti* hujuſmodi computandos iter arripiant ad Noſtram præſentiam veniendi. Ceterum ſi dictus *Rex* juxta mandatum Noſtrum corrigere prædicta contempſerit; prædictum Regnum ipſo jure poſt prædictos ſeptem menſes in *Interdictum* priſtinum redigatur. Non obſtante &c. [d] Quod ſi non omnes iis exequendis intereſſe potueritis, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

moneant, & inducant Regem.

Qui ſi aures, animumque præbuerit, Interdictum ad 7. menſes ſolvatur,

& ille Nuncios ad S. A. mittat.

Secus, ſi non paruerit.

Datum apud Urbem veterem IV. Nonas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [e].

S. Bonaventuram S. R. E. Card. & Albanen. Epiſcopum creat; jubetque, ut electioni acquieſcat, & ad eum ſine mora veniat. (Ex Formul. Marini Ebul. apud Waddingum in Addit. 1. edit.. & ad hunc ann. n. 12. edit. 2., nec non apud Campum Hiſt. Placent. par. 2. ſub hunc annum.)

XXVII. Anno 1273. die 3. Junii.

GREHORIUS &c.

Dilecto Filio Fratri Bonaventuræ *Ordinis Minorum Generali Miniſtro* Electo Albanenſi *Sal., & Apoſt. Bened.*

Exordium a cura proviſionis Eccleſiæ convulſæ.

ANoſtræ promotionis auſpiciis [f] id inter cetera deſiderabilia cordis Noſtri propenſiori putavimus procurandum eſſe conſilio, id majoris attentionis inſtantiâ promovendum; ut *Eccleſiæ*, quæ multâ tempeſtate convellitur, lapides per ordinem ſternerentur; & ipſâ fundatâ ſolidiùs in ſaphiris haberet ſua propugnacula jaſpidem, & deſiderabiles lapides terminos ſuos, & doctos a Domino filios univerſos; ſicque in juſtitiâ fundaretur; & multitudinem pacis filiis ſuis effundens a calumniâ recederet; nec timeret eamdem, & a pavore, nec appropinquaret eidem. Hoc attentioribus agere conſideravimus animis ad hoc multâ ſollicitudine, & diligentiâ inſiſtendum. Hinc quoniam pluribus diebus, & noctibus in multâ lucubratione deductis, ad illum præcipuè levavimus oculos, cujus negotium agebatur, ſupplicantes humiliter, & ſupplicatione humili poſtulantes, ut ipſe ſuæ lumine claritatis illuſtrans mentis Noſtræ judicium, & in ſuo beneplacito dirigens actus Noſtros, ſuâ immenſâ pietate concederet, tales Noſtro miniſterio ad præeminentiam *Cardinalatus* aſſumi, quorum vita, viventes inſtrueret; quorum fama, dum in omni loco Chriſti bonus odor exiſteret, reficeret audientes; quorum conſilio confidenter muniti, poſſemus in dubiis, & de ipſorum ſuffragiis divinum ſperare auxilium in adverſis: Et demum cum Fratribus Noſtris cogitationibus profundis inſtantes, & frequentibus collatio-

Diu, multumque ad Deum fuſis pro ea re precibus,

tandem ad promotionem Bonaventuræ, & aliorum deventum eſt,

(a) Regem Portugalliæ: Alphonſum III.
(b) Noſtris litteris: Incip. *Scire debes &c.* apud Raynaldum ad hunc annum n. 25., & a nobis vulgatis ſupra n. 23. fol. 202.
(c) Poſitum: Anno 1268. ex cit. Raynaldo ad eum annum n. 40.

(d) Non obſtante &c.: ut in ſuperiore epiſt. 23.
(e) Memorantur hæ litteræ cum ſuperioribus in *Conſtitutione* incip. *De Regno Portugalliæ &c.* ann. 1275. die 4. Septembris edita.
(f) Promotionis auſpiciis: Anno 1271. Kalen. Septembris factæ.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch. 1273.

lationibus habitis cum eiſdem ad perſo- A
nam tuam [a], quam virtutum Dominus multis patentibus, & latentibus, ut credulitate firmâ tenemus, virtutibus inſignivit, unà cum quibuſdam aliis [b] a Domino electis, ut credimus, ad honorem hujus miniſterii eligendam, Noſtræ convertimus conſiderationis intuitum: & de ipſorum Fratrum conſilio *Albanenſi* Eccleſiæ tunc vacanti de te duximus providendum te in Epiſcopum præficientes eidem; ideoque Diſcretioni tuæ præſentium tenore præcipiendo mandamus, quatenus huic proviſioni Noſtræ in humilitate ſpiritus, ſine cujuſquam difficultatis obice acquieſcas [c]. Præcipimus quoque, ut ad præſentiam Noſtram abſque tarditate aliquâ moroſæ cunctationis accedas [d] unà Nobiſcum Divinis obſequiis, & univerſalis Eccleſiæ ſervitiis vacaturus [e].

mandatque Pontifex ut ſupra.

Repetit a Fratribus Aſſiſiatibus duo Scrinia apud eos depoſita: (Ex AUTOGRAPHO Archivi Aſſiſiat. Conventus S. Franciſci ab AUTORE *Collis Paradiſi* lib. 2. pag. 33., & PETRO M. CAMPI Hiſt. Placent. part. 2. in Regeſ. Privileg. num. 149. vulgato.)

XXVIII. Anno 1273. die 23. Junii.

GREGORIUS &c.

Dilectis Filiis ... Cuſtodi [f], *& Fratribus Ordinis Minorum de* Aſſiſio *Sal., & Apoſtol. Bened.*

VOLUMUS, & per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus duo *Scrinia* Noſtra cum aliis rebus Noſtris in domo veſtrâ depoſitâ, quæ dilectus Filius *Honoratus* ſerviens Noſter, Lator præſentium ſub ſigno, quod defert, duxerit eligenda eidem *Honorato*, quem ad hoc ſpecialiter mittimus nobis deferenda per eum, ſine difficultate aliquâ aſſignetis. Nos enim faciendi nomine Noſtro receptionem vobis de prædictis duobus Scriniis, quæ ſibi duxeritis aſſignanda, plenam ſibi concedimus facultatem. B

Datum Florentiæ IX. Kalend. Julii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [g].

Electionem, & Electum Aſſiſiat. *examinet, ſi cuncta rectè ſe habeant, utrumque confirmet; & Electum conſecrari faciat; ſi verò pravè, ad ulteriora procedat.* (Ex REGES. VATIC. PONTIF. epiſt. 60. apud WADDINGUM ad hunc ann. in Regeſ. Pontif. n. 3.) C

XXIX. Anno 1273. die 4. Septembr.

GREGORIUS &c.

Dilecto Filio J. [h] *Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Cardinali Salutem, & Apoſtol. Bened.*

Relatio de Aſſiſiaten. Epiſcopi electione

ASSISINATEN. Eccleſiæ, quæ eſt Sedis Apoſtolicæ ſpecialis, & Paſtoris ſolatio deſtituta [i]; Prior, & Canonici die ſtatutâ convenientes in unum, præſentibus omnibus, qui volebant, de- D
bebant, & commodè poterant intereſſe, dilectum Filium Fratrem *Illuminatum* [k] de

(a) PERSONAM TUAM: Quàm Clemens IV. in ſui Pontificatus initio Archiepiſcopum *Eboracen.* elegerat ex litteris ejuſdem anno 1265. vulgatis.

(b) QUIBUSDAM ALIIS: Nempe 4. Card. Epiſcopis ex Bernardo Guidonis, inter quos fuit Petrus de Tarentaſia O. P. Epiſcopus *Oſtien.*, & Vicedominus ejus nepos Epiſcopus *Praneſtinus*.

(c) ACQUIESCAS: Invitus enim ad dignitatem hanc evectus eſt.

(d) ACCEDAS: Cum *Pariſiis* degeret menſe *Martio* ex ejus litteris a Martene & Durando Anecdot. to. 1. col. 1138. publicatis, non ibi legens opus in *Hexameron*, ut multi tradunt apud Waddingum ad ann. 1265. n. 13., quod magis confutatur in noſtro *de Scriptoribus Franciſcanis* Opere Ms.

(e) VACATURUS: Etſi litteræ nullo ſignentur charactere temporis, tamen ex variis antiquis autoribus Waddingus ad hunc annum n. 11. & 12. collegit datas eſſe hoc anno; nec inepte conjecit, creationem *Bonaventura*, & aliorum 4. Card. Epiſcoporum factam fuiſſe in 4. temporibus *Pentecoſtes*, quæ eo anno in diem 28. Maji incidit; & 4. tempora in d. 31. Maji, & 2. & 3. Junii. Addo, eam certo factam ante diem 11. *Junii*, cum unus illorum 5. Cardinalium fuerit *Petrus Juliani* Portucalenſis factus Epiſcopus Tuſculanus; at *Petrus Electus Tuſculan.* memoratur in 17. epiſtola Gregorii X. apud *Bullarium* Ord. Prædicat. tom. 1. p. 516. data apud *Planum Carpineum* III. idus Junii Pontif. anno II., die vero 20. Martii nondum S. Bonaventura electus erat ad *Albanen.* Eccleſiam ex dictis proxime in n. (d), uti nec die 11. ex 16. epiſtola ſupra relata. Porro *Planum Carpini* dicitur eſſe in *Peruſino diſtrictu* ab autore illius ſeculi Salimbene Parmenſi in ſuo Chron. Ms. pag. 297., qui pag. 414. ſcribit, *Gregorium X.* hoc anno 1273. die SS. Coſmæ & Damiani, hoc eſt 27. Septembris perveniſſe *Regium*, ac in ſequenti die *Parmam* acceſſiſſe, Lugdunum ad Concilium cogendum petentem.

(f) CUSTODI: Quo titulo venit Præfectus Sacri Conventus Aſſiſien. S. Franciſci, cum alibi dicatur *Guardianus*.

(g) De his Pontificiis Aſſiſii depoſitis videri poterunt litteræ Alexandri IV. *Cum fel. record. &c.* an. 1255. 24. Septembris, & Clementis IV. *Recepimus arma &c.* anno 1268. 27. Junii datæ.

(h) J.: *Joanni Cajetano Urſino* Ordinis noſtri Protectori.

(i) DESTITUTA: Per obitum *Fr. Nicolai* etiam Ordinis Minorum, de quo in 1. & 2. hujus *Bullarii* tomo pluries egimus.

(k) FR. ILLUMINATUM: Qui fuerat a ſecretis Fr. Eliæ Miniſtri Generalis anno 1238., & poſtea Miniſter Provinciæ S. Franciſci ex autore coævo Fr. Salimbene Parmenſi in ſuo Chronico Ms. p. 223. ann. 1266. ei Provinciæ S. Franciſci Miniſtro *Nicolaus* Epiſcopus Aſſiſias locum S. Chriſpoliti *Bettonia* contulit pro Fratrum noſtrorum incolatu ex monumentis illius Cœnobii, & Archivi Ordinis Romæ apud SS. Apoſtolos to. 1. *Status Conv. Prov. S. Franciſci* p. 59.

Digitized by Google

de Theate [a] Ordinis Fratrum Minorum per viam *compromiſſi* elegerunt canonicé, ac concorditer in ſuum Epiſcopum, & Paſtorem; & præſentato nobis decreto electionis [b] ejuſdem, confirmari electionem ipſam cum inſtantiâ petierunt. Quoniam itaque præſens ipſius Sedis translatio [c] Nos confirmationi hujuſmodi intendere non permittit; Diſcretioni tuæ de quâ indubitatam fiduciam gerimus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus electionem ipſam examines diligenter; & ſi de illius formâ, Eligentium ſtudiis, & *Electi* meritis plenius inquiſito, eam inveneris de perſonâ idoneâ canonicè celebratam; ipſam confirmare procures, faciens prædicto *Fratri Illuminato* ab aliquibus vicinis Epiſcopis munus conſecrationis impendi; & a ſuis ſubditis obedientiam, & reverentiam exhiberi. Recipienſque ab eo Noſtro, & Eccleſiæ Romanæ nomine fidelitatis debitæ juramentum, juxta formam &c. (*uſque*) interclusſam. Alioquin electione ipſâ rité caſſatâ, facias Eccleſiæ ſupradictæ per electionem canonicam vel poſtulationem concordem de perſonâ idoneá provideri, Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo.

per viam compromiſſi.

Electionis confirmationis petitione.

Mandat Pontifex ſupradicta.

Electione vero caſſata, alias provideatur;

Datum apud S. Crucem [d] II. Nonas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [e].

Conſtantinopolitanum Latinorum Imperatorem rogat pro ſalvo conductu Apocriſariorum, Paleologi Græcorum Imp. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 13. apud Waddingum ad hunc ann. num. 8., cui accedit & Raynaldus num. 50.)

GREGORIUS &c.

XXX.

Anno 1273. die 20. Novembris.

Chariſſimo in Chriſto Filio [f] . . . *Imperatori* Conſtantinopolitano *Illuſtri Salutem*, & *Apoſtolicam Benedictionem*.

Tamquam rem ex temporis brevitate recentem, *Imperialem* adhuc non dubitamus tenere memoriam, quòd ad *Palæologum* Nuntios deſtinavimus [g], cum ſuper unionis Latinorum, & Græcorum jamdudum initiato tractatu cum debitâ inſtantiâ requirentes. Ipſe verò, prout oſtendit litterarum ſuarum [h] ſeries ſatis efficaciter, & devotè reſpondens promittit ſolemnes Nuntios [i] plenè ad hujuſmodi negotii proſecutionem inſtructos ad generale, quod imminet *Concilium* deſtinare, quibus per Nos de ſecuritate petiit provideri. Quocirca *Imperialem* Excellentiam rogamus, & hortamur in Domino, quatenus prædictis ejuſdem *Palæologi* Nuntiis ad idem *Concilium* deſtinandis pàtentes litteras de plenâ & pro perſonis, familiis, & bonis ſuis in eundo, morando, & redeundo aſſecuratione concedas; & a tuis, ſi ad eos quandocumque pervenerint, mandes, & facias decenter, & benignè tractari.

Memoriæ revocat ſe Nuncios ad Palæologum deſtinaſſe,

& Palæologum ſuos etiam ad Concilium miſſurum promiſiſſe:

ideoque rogat pro illorum ſecuro commeatu ac ſalvo conductu.

Datum Lugduni XII. Kalendas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [k].

De eadem re Prælatis Eccleſ. aliiſque. (Ex Ampliss. Martenii, Durandique Collect. Vet. Monum. to. 7. col. 236. epiſt. 15.)

GRE-

(a) De Theate: Vulgo *Chieti* olim Marucinorum, nunc Aprutii citerioris Civitate.

(b) Decreto electionis: In epiſt. *Olim Aſſiſinat.* anno ſequenti data relato.

(c) Sedis translatio: Apoſtolicæ nimirum in itinere Lugdunum verſus poſitæ.

(d) Apud Sanctam Crucem: Hetruriæ Oppidum ad Arnum flumen Diœceſis tunc Lucanæ, nunc S. Miniatis inter Ficeclum, & Caſtrum Francum; quo in loco Pontifex erat & die 20. Auguſti ex ejus 18. *Bulla* in tom. 1. *Bullarii* Ord. Prædicat. pag. 517., diu enim Pontifex apud *Florentiam* conſtitit, partim ægritudine, & partim Guelforum cum Gibellinis compoſitione ex ejus epiſtolis, nec niſi die 8. Octobris pervenit *Mediolanum* ex Corio in Hiſt. Mediolan. par. 2.

(e) Hujus porro Epiſcopi confirmatio facta eſt anno ſequenti per epiſt. *Olim Aſſiſinat.* infra legendam ſub diem 23. Julii.

(f) Filio . . : *Philippo* Balduini II. Imp. CP. filio, cui nomen, & titulus Imp. tantum ſine Imperio relictus erat; quique tunc in Græcia, ſeu Achaja, & Peloponeſo moram trahebat.

(g) Nuncios destinavimus: Quos in præcedentibus litteris nominavit n. 10. 11. 12. &c.

(h) Litterarum suarum: Incip. *Multa ſunt &c.* & *Qualiter & quantum &c.* apud Waddingum ad hunc annum n. 4. & 5., ac Raynaldum n. 44.

(i) Solemnes Nuntios: Quorum nomina leguntur in Actis Concilii Lugdunen. II.

(k) Waddingus ad hunc annum n. 6. notat, Pontificem etiam de hac re litteras dediſſe *Carolo Siciliæ* Regi, *Willelmo* de Villarduin Achajæ Principi, *Archiepiſcopis*, aliiſque Eccleſiarum Prælatis, & urbium Præfectis; & de *Siciliæ Rege* & Raynaldus n. 50. ex epiſt. 13. Regeſ. Vatic., vulgavit eas Martene cum Durand. tom. 7. Vet. Monum. col. 235. epiſt. 14. eodem quidem exemplo, ſed diverſo illas ad Archiepiſcopos, alioſque Eccleſ. Prælatos, ut ſequitur.

Digitized by Google

Gregorius PP. X. An.Ch.1273.

XXXI. Anno 1273. die … Novembris.

GREGORIUS &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis, ac dilectis Filiis Abbatibus, cæteriſque Eccleſiarum Prælatis, atque Civitatum, & locorum Poteſtatibus &c. Sal., & Apoſt. Ben.

Ephes.2.20.15.

SUB ſpe illius angularis lapidis noſtri videlicet *Redemptoris*, qui duos ex diverſo venientes parietes in ſuâ nativitate copulare dignanter incœpit, tractatum de reducendis Græcis ad Eccleſiæ unitatem a nonnullis prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus[a] inchoatum, aſſumentes a Noſtræ promotionis initiis proſequendum quoſdam *Fratres Ordinis Minorum* ad Palæologum Græcorum Imperatorem Illuſtrem duximus deſtinandos, cum ſuper unione hujuſmodi cum debitâ inſtantiâ requirentes. Ipſe verò, prout oſtendit litterarum ſuarum ſeries, ſatis efficaciter, & devotè reſpondens promittit ſolemnes Nuncios plenè ad hujuſmodi negotii proſecutionem inſtructos ad generale, quod imminet, *Concilium* deſtinare; quibus per Nos petiit de ſecuritate provideri. Quocirca Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur, ac per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus prædictis ejuſdem Palæologi *Nunciis* ad idem Concilium deſtinandis pro ſe, familiis, & bonis eorum, cum ad vos pervenerint, de ſecuro conductu per omnes terras, diſtrictus & loca veſtra pro Apoſtolicæ Sedis, & Noſtrâ reverentiâ ita liberaliter providere curetis, quòd eis felicem ad idem *Concilium* acceſſum ſe habere gaudentibus Nos devotionem veſtram merito proindè commendare poſſimus[b].

Credere ſe dictis ſuis reſcribit, & ad negotii accelerationem, Apocriſariorumque *miſſionem admonet iter illis ſecurum pollicitus*.

(Ex Reges. Vat. ep. cur. 12. apud Waddingum ad hunc ann. n.7., & Raynaldum n.50. al.ep.98, ac in actis Concilii Lugdunen.II., inque ampliſſ. Collect. Vet. Monum. Martene &c. to.7. col.233. ep.13.)

XXXII. Anno 1273. die 11. Novembris.

GREGORIUS &c.

Magnifico viro Michaeli Palæologo Illuſtri Imperatori Græcorum *gratiam in præſenti, per quam gloriam obtineat in futuro.*

LITTERARUM ſeries[c], quas Nobis noviſſimè tua Magnificentia deſtinavit, cunctis, qui ſpiritu Dei aguntur, ipſas audientibus gaudii, & exultationis in Domino materiam ſubminiſtrat. Siquidem circa inſtans unionis *Latinorum*, & *Græcorum* deſideratæ, perutilis, ac Deo acceptæ negotium & intenſum tuum teſtatur affectum, & votivum illius exitum proximum repromittit: adjiciens inter cætera, quod cum qualem te oſtendis in verbo, talis, & ferventior inveniaris in opere, nullius dubitationis ſcrupulus in Noſtro Corde remaneat de confirmatione, ac perfectione negotii ſupradicti. Hæc quidem Catholicos rei conſcios in jubilum excitant animos; ſed multorum circa hoc motus reprimit, quod, ut verum fateamur, quamplures magnæ conditionis, & ſtatus[d] aſſerunt, unionis prædictæ tractatum ex *Græcorum* parte diutiùs in figmentis verborum, & ſimulatè deductum; propter quod & nobis ſuper Apocriſariorum Noſtrorum[e], qui ad tuam pervenere præſentiam deliberantibus miſſione, id diſſuaſere frequentiùs, viam aliam, quæ ſe videbatur offerre præ manibus, potiùs ſuadentes. Licet autem illis credulitatis aures non duxerimus inclinandas; hæc tamen Excellentiæ tuæ ad ſtimulum quaſi ſolicitudinis exponimus, ut attendens, quod ex iis, quæ de prædictis tuis litteris brevis ſupra commemoravit Epilogus[f]; & aliis quæ patent latiùs[g]; in eiſdem, te oris tui verbo non ſolum Deo, ſed & Univerſis audientibus, ſi famam tuam non negligas, ad conſummationem prædicti negotii quaſi obligaſſe videris, ad illam ſic ſolerter intendas, & efficaciter; & in veritate procedas, quod tuæ promiſſionis effectu per evidentiam operis appa-

Litteras ultimas Palæologi ſignificat cunctis bonis gratiſſimas. Rom.7.19.

Indicat tamen quorundam magnorum opinionem, Græcos dolo & ludificationibus unionem Eccleſiarum tractare.

Quibus etſi Pontifex aures non præbeat,

attamen hæc ſuggerit ad illius ſanæ conſervationem, & facti conſummationem

(a) Pontificibus: Notæ pro hac epiſtola petendæ ſunt ex præcedentibus litteris.
(b) Possimus: Hæc epiſt. data creditur eodem, vel circa idem tempus, quo præcedens.
(c) Litterarum series: Nempe incipientium *Multa ſunt &c.*, & *Qualiter & quantum &c.* apud Raynaldum ad hunc annum n. 44. & ſeqq., atque Waddingum n. 4. & 5.
(d) Magnæ conditionis et status: Nempe R. E. *Cardinales* in epiſt. *Inter cetera &c.* S. Regi Franciæ anno 1270. ſcripta.
(e) Apocrisariorum nostrorum: 4. ex Ordine Minorum in pluribus præcedentibus epiſtolis memoratorum.
(f) Epilogus: videlicet *Qualiter & quantum &c.*
(g) Patent latius: Incip. *Multa ſunt &c.*

Digitized by Google

apparente ; obſtruantur ora iniquè loquentium ; qui Celſitudinem tuam libenter fortè notarent, quaſi non in ſinceritate debitâ hoc tam ſalubre negotium proſequaris. Sed & nunc poſt *Nuntios*
a Noſtros tanto tempore detentos [a], quaſi neceſſitatem dilationis ingeſſeris; ſicut hactenus ex eâdem parte frequenter ingeſtas aſſerunt; ut per anguſtias temporis, & per inopinatos caſus, qui perſæpe in negotiis tractandis emergunt, deſiderato fructu hoc tàm ſalubre negotium
B fruſtraretur; nequando Nobis ſupergaudeant, & inſultent, ac dicant: Ecce, quod verebamur, accidit; ſicut enim vobis prædiximus ſolam perditionem temporis Noſtrorum miſſio habuit *Nuntiorum*. Hæc ſicut ad tuam inſtructionem, & proviſionem de paternâ dulcedine prodeunt, ita in tuæ conſiderationis attentione dulceſcant; ſic enim ad ſalutem animæ tuæ afficimur; ut & perſonæ in

ad inſtructionem ejuſdem, & proviſionem negotii.

C viâ hac, quam præmiſſæ litteræ te ambulare deſcribunt, zelemus honorem, & deſideremus te diligentiſſimum fore opinionis tuæ cuſtodem, curam habentem de bono [b] nomine, nec famam aliquatenus negligentem. Perſta igitur; Noſti enim, quod perſeverantiæ Palma debetur. Perſta, & quæ te præmiſſæ tuæ litteræ tam ſollicitè incœpiſſe commemorant; & *Nuntii* Noſtri, qui ad
c Nos rediere [c], teſtantur; ſolicitudine

Eccleſ. 41. 13.

b

Ad perſeverantiam hortatur Palæologum,

D continuandâ; & quantum facultas permiſerit augmentandâ proſequere, ad obtinendum immenſæ Divinæ retributionis præmium; & memoriale inter homines de tam pio, Deo tam amabili, & Chriſtianitati tam votivo, tam utili opere in æternum; miſſurus *Apocriſarios*, quorum eædem Magnitudinis tuæ litteræ pollicentur adventum, cum poteſtate plenariâ; & ad omnia, quæ Noſtrarum miſſarum ad te per eoſdem *Nuntios* litterarum tenor exigit, plenè, prout de-

& ut Apocriſarios inſtructos mittat,

E cet, inſtructos; de quorum ſecuro conductu, ſicut inſerta tuis litteris petitio

de quorum ſecuro conductu a S. A. proviſum eſt.

A continebat, per viam a Celſitudinis tuæ *Nuntiis* ad Nos propter hoc inter cætera deſtinatis, de ſpeciali mandato tuo, ut dicebant, electam, ſalubriter duximus providendum,

Datum Lugduni XI. Kal. Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Labores ſuorum Nunciorum, & conatus laudat, animumque addit, ut in cœpto pergant negotio, & omnino curent, ut mature veniant cum legatis Imperatoris ad Concilium. (Ex REGES. VATIC. epiſt. 17. apud WADDINGUM ad hunc annum num. 9. teſtante itidem RAYNALDO num. 50., al. epiſt. 103., eſt & apud MARTENE &c. Vet. Monum. tom. 7. col. 237. epiſt. 17.)

GREGORIUS &c. XXXIII.

Anno 1273. die 25. Novembris.

Dilectis Filiis Fratribus Hieronymo *de Eſculo*, & Bonagratiæ [d] *de Sancto Joanne in Perſiceto Ordinis Fratrum Minorum Sal.*, & *Apoſtol. Bened.* d

LABORES veſtros humano penſantes affectu ad vos propter vos multâ compaſſione movemur; ſed dum levamus conſiderationis oculos altiùs, & attendimus vos in illius ſervitio laborare, [e] cui nunquam ſine remuneratione ſervitur; vobis ſuper illis non dubitamus potius congaudendum. Verùm non intendimus in talibus plenè doctos inſtruere, ſed hortari potius, ut laborum Magnitudinem certa ſpes immenſæ retributionis alleviet; & laborantium zelum accendat, ut ad obtinendum votivum ſuſceptæ commiſſionis exitum laborent inſtantiùs, & ſi augmentum poſſit ipſorum ſolicitudo recipere, inſtantiâ majoris attentionis intendant; recepturi a Domino illud, ut prætenditur, inæſtimabile retributionis indubitatæ præmium, & Apoſtolici favoris augmentum proinde non immerito habituri [f]. Cæterum apud Magnificum virum *Palæologum* Græcorum Imperatorem Illuſtrem, vos ſpecialiter inſta-

De laboribus ſuorum Nunciorum conſideratio Pontificis,

e

qui hortatur ad laboris continuationem ſpe retributionis æternæ, & immenſæ;

f

& jubet; curent cum Nunciis Imp. Græcorum intereſſe Concilio.

(a) TANTO TEMPORE DETENTOS: Anno enim præcedenti menſe Octobri exeunte miſſi fuerant Nuncii Apoſtolici.

(b) DE BONO: *De tuo* habet Raynaldus.

(c) AD NOS REDIERE: Duo, nimirum FF. *Raymundus* Berengarii, & *Bonaventura* de Mugello ex Palæologi epiſtola ſupracitata *Multa ſunt &c.* fere poſt, vel etiam poſt annum.

(d) BONAGRATIÆ: De quibus in notis ad epiſt. *Qui miſeratione &c.* anno præcedenti datam.

(e) SERVITIO LABORARE: Anno enim ſuperiore miſſi a Pontifice Conſtantinopolim ad Imp. Palæologum pro utriuſque Eccleſiæ conjunctione ibi remanſerunt pro negotii conſummatione ex Palæologi littera ad Pontificem hoc anno ſcripta *Multa ſunt &c.*

(f) HABITURI: Et quidem alter factus eſt Miniſter Generalis Ordinis, mox S. R. E. Cardinalis, & demum Summus Pontifex; alter verò Supremus Ordinis Præfectus, & majora ſuſcepturus, ni mors eum intercœpiſſet.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch.1273.

inſtare volumus, ut cum ſuis Nunciis venturis ad *Concilium* ſic celeriter vos remittat, quod auctore Domino eidem Concilio poſſitis perſonaliter intereſſe [a].

a

Datum Lugduni vII. Kal. Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Proviſio ſuper electione Abbatis Monaſterii Walthamen. *in Anglia diu vacantis ex conſenſu etiam Archiepiſcopi Cantuarien.*, *Guardiani FF. Minorum*, *& Fr. Jo. Derlington Ord. Prædicat. Londonien.* (Ex REGES. VATIC. epiſt. 40. ann. 2.)

XXXIV. Anno 1273. die 3. Decembris.

GREGORIUS &c.

Dilecto Filio Magiſtro Raymundo de Nogeriis *Cappellano & Nuntio Noſtro in* Anglia [b] *commorante Salutem, & Apoſtol. Bened.*

b

Monaſterii Valthamen. ſtatus relatio.

NON ſine compaſſione cordis audivimus, quod Monaſterium Sanctæ Crucis de *Waltham* ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinen. Ordinis Sancti Auguſtini *Londonien.* [c] Diœceſis mole debitorum gravatum prætexu Electionis dudum in eodem Monaſterio Abbatis regimine deſtituto de quondam *Riccardo* de Heregens ipſius Canonico celebratæ a tribus annis præteritis ſub uſurarum onere contractorum, ſe deplorans oppreſſum; ac propter ſuam vacationem diutinam plurimis detrimentis affectum timet, nec immerito majoribus gravari debitis, & gravioribus ſubici detrimentis, tum ex eo, quòd *Electo* ipſo qui ſequendo Sedem Apoſtolicam, ad quam pro confirmationis, & benedictionis munere obtinendo venerat, apud *Bononiam*, ſicut Domino placuit, viam univerſæ Carnis ingreſſo, in priſtinæ vacationis diſpendium recidit; nec eſt in eo deſtituto Paſtore, qui apponat remedium contra dictarum voraginem uſurarum; tum quia vehementer dubitat, ne forſitan electionem de futuri ſubſtitutione Paſtoris ibidem in diſcordiâ celebrari

c

A contingat. Nos igitur tantis ejus diſpendiis atque periculis, quantum in Nobis eſt, occurrere, ſibique de feſtino & ſalubri ſuccurſu conſulere cupientes Diſcretioni tuæ, de qua fiduciam ſpecialem in Domino gerimus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi tibi conſtiterit, quòd dilecti Filii Prior, & Conventus Monaſterii ſupradicti, antequam has litteras Noſtras receperis, aliquam perſonam idoneam per electionem canonicam & concordem ſibi elegerint in Abbatem, tu electionem ipſam auctoritate Noſtrâ ritè confirmes; quòd ſi fortè inveneris eos non proceſſiſſe ad electionem aliquam ante dictarum receptionem litterarum; tu ex parte Noſtrâ injungas eiſdem, ut infra competentem terminum, quem ipſis duxeris præfigendum, ſibi per electionem concordem, & canonicam conſulere de idoneo Abbate procurent; ad cujus confirmationem legitimè procedere non poſtponas. Alioquin ſi vel minus canonica, vel de perſonâ non idoneâ fuerit inibi electio celebrata, Tu electione hujuſmodi ritè caſſatâ auctoritate præmiſsâ de conſilio & aſſenſu Venerabilis Fratris Noſtri [d] ... Archiepiſcopi *Cantuarien.*, dilectorum Filiorum ... Guardiani *Minorum* [e], & Fratris Johannis de Derlington [f] *Prædicatorum* Fratrum Ordinum *Londonien.*, vel duorum ex ipſis, aliquem virum idoneum de gremio ipſius Monaſterii, dum tamen idoneus reperiatur ibidem; alioquin undecumque alium ejuſdem Ordinis, qui ſecundum Deum regimini congruat Monaſterii ſupradicti, eidem in Abbatem præficere non omittas, faciens ei, quem ſecundum præmiſſam formam in illo præfici contigerit, a ſuis ſubditis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi, munuſque benedictionis impendi. Recepturus ab eo poſtmodum pro Romanâ Eccleſiâ fidelitatis ſolitæ juramentum juxta formam, quam tibi ſub *Bulla* noſtrâ mittimus intercluſam: Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appel-

Pontifex providere cupiens mandat ea, quæ ſupra.

Ex hypotheſi

electio de conſilio, & aſſenſu trium facienda.

d e f

ac ſolitis clauſulis.

(a) INTERESSE: Pervenerunt autem Lugdunum ànno ſequenti menſe Junio poſt 3. Concilii ſeſſionem ex Actis dicti Concilii.

(b) IN ANGLIA: Hujus Nuncius, ejuſque munus ſiletur in Annal. Eccleſ. Raynaldi.

(c) LONDONIEN.: Vulgo *Londra*.

(d) FRATRIS NOSTRI..: *Roberti* Kilwarbii O.P. paulo ſuperius relati.

(e) GUARDIANI MINORUM: De quorum *Londinen.* Cœnobio agit Waddingus ad ann. 1225. num.25., erat enim caput *Cuſtodiæ* ſui nominis, ac Provinciæ Angliæ ex ſæpe citato Polych. Jord. veteri *Provinciali* Ordinis noſtri.

(f) DERLINGTON: Qui poſtea factus eſt Archiepiſcopus *Dublinen.* in Hibernia ex ſui Ordinis Scriptoribus.

Digitized by Google

appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Formam autem juramenti, quod ipſe præſtabit de verbo ad verbum Nobis per ejuſdem patentes litteras ſuo ſigillo ſignatas per proprium Nuntium quantociùs deſtinare procures.

Datum Lugduni III. Nonas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Omnium Rom. Pontificum privilegiorum Monaſterii Iſchiet. *confirmatio*. (Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Luciæ Civitatis Urbini Ord. S. Claræ.)

XXXV. Anno 1273. die 16. Decembris.

GREGORIUS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus . . . Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii Sancti Silveſtri de Iſchieto [a] *ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Damiani Urbinat. Diœceſis Sal., & Apoſt. Bened.*

Exordium.

CUM a nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum; tàm vigor æquitatis quàm Ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii Noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilectæ in Chriſto Filiæ veſtris juſtis poſtulationibus gratu concurrentes aſſenſu omnes libertates, & immunitates a prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus per privilegia, & alias indulgentias Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus & Principibus, ac aliis Chriſtifidelibus rationabiliter vobis indultas, ſicut eas juſtè ac pacificè obtinetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem &c.

Confirmat ut ſupra.

Clauſula prohib. &c.

Datum Lugduni XVII. Kalendas Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [b].

Cognoſcant electionem Abbatis Monaſterii S. Jo: de Abbatiſſis Vicen., *quam ſi de perſona idonea factam invenerint, confirment: alioquin ad aliam deveniri denuncient*. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 73. anni 2.)

XXXVI. Anno 1274. die 3. Februarii.

GREGORIUS &c.

Dilectis Filiis . . Priori Prædicatorum, & . . Guardiano Minorum Fratrum Barchinonen. [c] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Conventus de Abbatiſſis Vicen.

EXHIBITA Nobis dilectorum Filiorum Conventus Monaſterii Sancti Johannis *de Abbatiſſis* ad Romanam Eccleſiam, ut dicitur, nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Auguſtini *Vicen.* [d] Diœceſis petitio continebat, quod Monaſterio ipſo Abbatis regimine deſtituto, ipſi, prout moris eſt, convenientes in unum, Spiritus Sancti gratiâ invocatâ, dilectum Filium *Berengarium* Sacriſtam prædicti Monaſterii, virum, ut aſſerunt, providum & honeſtum, in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectum in *Abbatem* ſuum canonicè, ac concorditer elegerunt, Nobis humiliter ſupplicantes, ut cum propter paupertatem dicti Monaſterii præfatus *Electus* commodè nequeat Apoſtolicam Sedem adire pro confirmationis & benedictionis munere obtinendo, confirmari electionem ipſam, & benedici eum in illis partibus mandaremus. Quo circa mandamus, quatenus, ſi vobis conſtiterit Monaſterium ipſum ad Nos nullo medio pertinere, inquiſitâ de modo electionis, & ſtudiis Eligentium, & *Electi* meritis diligentiùs veritate, ſi electionem ipſam inveneritis de perſonâ idoneâ canonicè celebratam, illam auctoritate Apoſtolicâ confirmantes, faciatis eidem *Electo* munus benedictionis impendi, & a ſuis ſubditis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi. Recepturi ab eo poſtmodum Noſtro & Eccleſiæ Romanæ nomine fidelitatis ſolitæ juramentum juxta formam, quam vobis ſub *Bulla* Noſtrâ mittimus intercluſam. Alio-

Abbatem ſibi eligit Sacrario Præfectum,

& ab A. S. confirmari ſupplicat.

Pontifex committit inquiri, ut ſupra.

(a) De Ischieto: De quo in no. (i) ad epiſt. 482. Alexandri IV. *Illum ad perſonas &c.* ann. 1259. ſcriptam in 2. hujus Operis tomo fol. 334. videndam.

(b) Eamdem confirmationem exemplo eodem contulit & Nicolaus III. anno 1278. die 11. Maji, ut infra ſuo loco.

(c) Barchinonen.: Catalauniæ Metropolis diſcriminis ergo a Barcinone Gallica; de illiuſque civitatis Cœnobio Fratrum noſtrorum agunt Annales Minor. ad ann. 1214. n. 29. & 30., eratque caput *Cuſtodiæ* ſui nominis, Provinciæque *Aragoniæ* ex antiquo noſtri Ordinis *Provinciali* alias citato.

(d) Vicen.: In Catalaunia ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch.1274.

Alioquin eâ ritè caſſatâ, faciatis dicto A Monaſterio de perſonâ ydoneâ per viam canonicam provideri. Contradictores per cenſuram &c. [a] Non obſtante indulgentiâ, quâ vobis Filii Prior & Guardiane, vel Fratribus veſtrorum Ordinum a Sede Apoſtolicâ dicitur eſſe conceſſum, quòd de cauſis inviti cognoſci minimè teneamini, quæ vobis a Sede committuntur eâdem.

a Obſtanti derogando.

Datum Lugduni III. Nonas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo. B

Committit cognitionem electionis Abbatis S. Petri de Monte Meten., *ut rite factam confirment; alioquin de alio locus provideatur.* (Ex REGES. VATIC. Pontif. ep. 74. anni 2.)

XXXVII. Anno 1274. die 3. Februarii.

GREGORIUS &c.

Dilectis Filiis .. Priori Prædicatorum, & .. Guardiano Minorum Fratrum, ac .. Decano Meten. [b] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.* C

b

PEtitio dilectorum Filiorum .. Prioris, & Conventus Monaſterii *Sancti Petri in Monte* [c] ad Romanam Eccleſiam, ut dicitur, nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Auguſtini *Meten.* Diœceſis Nobis exhibita continebat; quod Monaſterio ipſo Abbatis regimine deſtituto; ipſi, prout moris eſt, convenientes in unum, Spiritus Sancti gratiâ invocatâ, dilectum Filium Warnerum ejuſdem Monaſterii Canonicum, Virum, ut aſſerunt, providum &c. [d] Quod ſi non omnes iis exequendis intereſſe potueritis, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. D

Conventus de Monte S. Petri Meten. Abbate vacans c

eligit Varnerum Canonicum. d

Datum Lugduni III. Nonas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo. E

Facultatem tribuit diſpenſandi ſuper cujuſdam impedimento Matrimonii. (Ex REGESTO VATIC. Pontif. epiſt. 80. anni 2.)

XXXVIII. Anno 1274. die 1. Martii.

GREGORIUS &c.

Dilecto Filio .. Guardiano Fratrum Minorum Laudunen. [e] *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

e

DIlectus Filius *Johannes* de Bailleis Miles [f], & dilecta in Chriſto filia *Agnes* de Clariaco *Laudunen.* [g] Diœceſis pacem inter propinquos eorum de antiquis & mutuis diſſenſionibus confirmari volentes ad invicem ſponſalia, fide mediâ, ut aſſerunt, contraxerunt. Verùm quia dictus Johannes quamdam ipſius Agnetis in *quarto* gradu conſanguineam habuit in uxorem, quæ diem clauſit extremum; pro parte ipſorum Nobis extitit ſupplicatum, ut eis contra impedimentum affinitatis hujuſmodi providére miſericorditer dignaremur. Nos igitur ipſorum precibus inclinati, Diſcretioni tuæ, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus; cum Sedes *Laudunen.* vacet [h] ad præſens; per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi quod de hujuſmodi pacis confirmatione proponitur, veritate fulcitur; diſpenſes auctoritate Noſtrâ cum ipſis, ut eodem impedimento nequaquam obſtante, poſſint ad invicem liberè, ac licitè matrimonialiter copulari. Non obſtante indulgentiâ Sedis Apoſtolicæ, qua Ordini tuo dicitur eſſe conceſſum, ut de negotiis, quæ perſonis ipſius Ordinis per litteras Sedis committuntur ejuſdem, ſe intromittere minimè teneantur, niſi eædem litteræ plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum faciant de Indulto hujuſmodi mentionem.

f g Cauſa petendæ diſpenſationis, & impedimenti.

Ad quod tollendum mandat Pontifex ut ſupra. h

Obſtanti derogando.

Datum Lugduni Kalendis Martii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Inqui-

(a) PER CENSURAM &c.: Ut in præmiſſa epiſt. 34. uſque *deſtinetis*, al. *deſtinare procures* fol. 210.

(b) METEN.: De qua Belgica, Lotharingiæque civitate vulgo *Metz*, ac Fratrum Minor. loco dictum eſt in 2. hujus Operis tomo fol. 538.

(c) IN MONTE: Congregationis, ut videtur, Præmoſtratenſis.

(d) PROVIDUM &c.: Ut in præcedenti epiſtola uſque *committuntur eadem*.

(e) FRATRUM MINORUM LAUDUNEN.: De quorum loco agit Waddingus ad ann. 1269. n. 11., eratque 2. al. 4. *Cuſtodia* Remenſis in Provincia Franciæ ex veteri ſæpe citato *Provinciali* Ordinis apud Jordanum, & Piſanum.

(f) MILES: Qui nunc Eques, & Nobilis Vir.

(g) LAUDUNEN.: Vulgo *Laon* in Belgio in Provincia Inſulæ Franciæ ac finibus Piccardiæ ſub Archiepiſcopo Remenſi.

(h) VACET: Per obitum Guillelmi I. de Trecis al. de Monaſteriis, cui datus eſt ſucceſſor *Gaufridus I.* ab anno 1270. al. 1271., inquiunt PP. Maurini in tom. 9. Galliæ novæ Chriſtianæ addentes rexiſſe eum ad annum 1289., ſed ex hac epiſtola lucet, nondum hoc anno ineunte menſe Martio Gaufridum electum fuiſſe.

Digitized by Google

Inquiſitoribus, ut in Judæos *converſos, ac ad priſtinam perfidiam reverſos, & in Chriſtianos judaicos ritus ſectantes animadvertant*. (Ex Bullariis Romano, & Ord.Prædicat.to.1.n.19., apud P.M. Campum Hiſt. Placent. par.2. in Regeſto Privileg. &c., & in Addit. Camilli Campegii ad cap.36. Tractatus Zanchini Ugolini Senæ *de Hæreticis*.)

XXXIX.

Anno 1274. die 1. Martii.

GREGORIUS &c.

Dilectis Filiis Fratribus Prædicatorum, & Minorum Ordinum Inquiſitoribus *hæreticæ pravitatis auctoritate Sedis Apoſtolicæ deputatis, & in poſterum deputandis Sal., & Apoſt. Bened.*

Perfidia, & inconſtantia Judæorum.

TURBATO corde audivimus, & narramus, quod non ſolum quidam de *Judaicæ* cœcitatis errore ad lumen *Fidei* Chriſtianæ converſi ad priorem reverſi eſſe perfidiam dignoſcuntur [a]; verùm etiam quamplurimi *Chriſtiani* veritatem Catholicæ *Fidei* abnegantes ſe damnabiliter ad ritum *Judaicum* tranſtulerunt; Quod tantò magis reprobum fore cognoſcitur, quantò ex hoc Christi Nomen Sanctiſſimum quadam familiari hoſtilitate ſecuriùs blaſphematur. Cum autem huic peſti damnabili congruis, & feſtinis remediis deceat obviari; Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus infra terminos ad inquirendum contra hæreticos auctoritate Sedis Apoſtolicæ deſignatos [b] ſuper præmiſſis tàm per *Chriſtianos*, quàm etiam per *Judæos*, inquiſitâ diligenter, & ſolicitè veritate, contra eos, quos talia invenietis hactenus commiſiſſe; ac committere etiam in futurum, tanquam contra hæreticos, contra fautores quoque, receptatores, & defenſores eorum procedere ſtudeatis: *Judæos* autem, qui *Chriſtianos* utriuſque ſexus ad eorum ritum execrabilem induxerint, aut inveneritis de cetero inducentes, pœnâ debitâ puniatis [c]: Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo: invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Chriſtianorum verò infidelitas.

Contra quos mandat Pontifex ut ſupra.

& iterum contra Hebræos.

Datum Lugduni Kalendis Martii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [d].

Quamdam Piſanorum *pecuniæ ſummam Rom. Eccleſiæ debitam certo modo pauperibus diſtribuendam injungit*. (Ex P.Maria Campo Hiſt. Placent. par.2. in Regeſ. p.452., & inde in Bullario Ord.Prædicat. tom.1. n.22. p.519., & ex Reges.Vatic. ep.110.)

XL.

Anno 1274. die 29. Junii.

GREGORIUS &c.

Dilectis Filiis Magiſtro Magno *Canonico*, Guidoni *Præsbytero S. Chriſtinæ* Fratribus Wicioni, & Lucido *Prædicatorum, & Minorum Ordinum* [e], Ugolino *Gatto*, & Benecto *Capellano Civibus* Piſanis *Sal.*, & *Ap. Ben.*

Prædictorum commendatio.

REFERENTE famâ accepimus de vobis, quod Spiritu Dei ducti, vacatis pietatis operibus; attendentes, quòd juxta verbum Apoſtoli ipſa *pietas* promiſſionem habet vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. De veſtrâ itaque ſinceritate plenam in Domino fiduciam obtinentes Diſcretioni veſtræ in remiſſionem peccatorum injungimus, quatenus Noſtro; & Eccleſiæ Romanæ nomine: *mille Marcas* argenti [f] a *Piſanis* Civibus [g], in quibus Nobis, & eidem Eccleſiæ teneri noſcuntur, petere, ac recipere procuretis in partes quatuor dividendas; ut quarta pars in diſtrictu; & tres aliæ partes ipſarum mille Marcarum in Civitate *Piſanâ* eo modo debeant diſpenſari, quòd tàm in diſtrictu, quàm in Civitate prædictis una pars infirmis, quos in Hoſpitalibus ægritudinis lectus detinet, tribuatur; ita quòd illa alia in refectionem totaliter

1. *Timoth*.4. 8.

Committit Pontifex ut ſupra.

Pecuniæ ſumma in quatuor partes dividenda.

(a) Dignoscuntur: Iſte de *Judæis* 6. deeſt in epiſt. 136. *Clementis IV*. anno 1267. die 27. Julii emiſſa, ceterum eadem prorſus eſt.

(b) Designatos: Et ex Rom. Pontificum diplomatibus majori ex parte cognitos.

(c) Puniatis: Conſulendus Eymer. Direct. Inquiſit. par.2. qu.44.

(d) Hanc Conſtitutionem iteravit Nicolaus IV. anno 1288. die 5. Septembris.

(e) Ordinum: Piſanis, vel Piſis commorantibus Fratribus, qui ibidem diu antea Cœnobia obtinuerant ex eorumdem Ordinum Annalibus.

(f) Marcas argenti: Quarum valorem indicavimus in 1.hujus Operis tomo not.(k) ad epiſt. 549. Innocentii IV. pag.725.

(g) A Pisanis Civibus: Qui ſuperiore anno in gratiam Eccleſiæ revocati ab Eccleſ. cenſuris abſoluti ſunt, eiſque Sedis Archiepiſcopalis dignitas reſtituta ex Raynaldo ad eum annum n.32. & ſeqq., & ut conjicitur, in dicta pecuniæ ſumma mulctati: ſub *interdicto* enim Eccleſ. fuerant xxx. annis, quia *Cardinales*, & *Prælatos* Eccleſ. cœperant in mari; quia violenter tenebant x. Caſtra *Lucani* Epiſcopi; & quia contra voluntatem Eccleſiæ *Grafajana* Provinciam invaſerant, ut legitur in Chron. Ms. Salimbene Parmenſis illius ſeculi Scriptoris pag. 340.

Digitized by Google

ter convertatur pauperum eorumdem; alia verò pars detur Pauperibus, quos erubeſcentia palàm mendicari non ſinit; alia etiam pauperibus puellis maritandis; necnon & alia pauperibus communibus miſericorditer erogentur; proviſo quod coram Venerabili Fratre Noſtro ...[a] Archiepiſcopo *Piſano* ſingulis quindecim diebus teneamini convenire; ut quantum, & quibus erogatum fuerit, ut ſuperiùs eſt expreſſum, plena, & diligens ratio habeatur: ſuper quibus omnibus intervenire volumus publica Inſtrumenta. Vos ergo in præmiſſis, ſuper quibus veſtras volumus conſcientias onerare; ſic ſecundum Deum procedere providè ſtudeatis, quòd ipſum vobis, quem nullum latet ſecretum, ſtatuatis propitium; & Nos, dum ſuper iis de veſtris actibus audiverimus dignâ laude, tàm fidelibus Miniſtris commiſiſſe hujuſmodi diſpenſationem, meritò gaudeamus[b]. Si qui verò Contradictores fuerint, vel Rebelles; Vos filii, *Magne*, *Guido*, *Wicio*, & *Lucide*, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcatis eoſdem. Quicquid autem ſuper prædictis duxeritis faciendum, Nobis per literas ejuſdem Archiepiſcopi, & veſtris ſignatas ſigillis intimare, nec non Inſtrumenta, quæ ſuper iis confici feceritis, per fidelem nuncium tranſmittere procuretis.

a

& coram Archiepiſcopo Piſano ſtatis diebus ratio reddenda,

atque inſtrumenta conficienda.

Excitat ſupradictos ad rectam pecuniæ diſpenſationem.

b

A B C D

Datum Lugduni III. Kal. Julii Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

In quoſdam Catanien. *Clericos, & Laicos Fratribus O. M. injurias, & damna inferentes animadverti, & excommunicatos proclamari mandat*. (Ex AUTOGRAPHO in noſtri Conventus S. Franciſci Meſſanen. Archivo, & inde apud CAGLIOLAM Hiſt. Prov. Siculæ explor.3. manif.1. p.70.

GREGORIUS &c.

XLI.

Anno 1274. die 7. Julii.

Venerabili Fratri[c] *Epiſcopo* Siracuſano[d] *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem*.

c d

SUA Nobis dilecti Filii Guardianus, & Fratres Ordinis Minorum *Cathanien.*[e] petitione monſtrarunt, quòd licet fæl. record. CLEMENS PAPA IV. prædeceſſor Noſter duxerit per litteras ſuas[f] diſtrictiùs inhibendum eſſe, ut nullus Eccleſias, vel loca *Fratrum Ordinis Minorum* auſu temerario præſumat infringere, aut in illis violentiam damnabilem exercere, volens, quòd illi, qui Divini poſtpoſito timore nominis facere ſecus præſumerent, ipſo facto ſententiam *excommunicationis* incurrant: tamen Clerici Cathanienſes Bartholomæus Civis Romanus affinis, Petrus, & Robertus Nepotes, & nonnulli laici familiares Venerabilis Fratris Noſtri ...[g] Epiſcopi *Cathanien.*, aſſociatis ſibi quibuſdam iniquitatis filiis eorum in hac parte complicibus Cathanien. Diœceſis continentiæ literarum hujuſmodi non ignari ad locum dictorum Fratrum, qui dicitur *Caſtrum Urſinum*[h], hoſtiliter accedentes, ipſorum Fratrum ædificia ibidem erecta nequiter deſtruxerunt; alias violentias damnabiles, & enormes inibi exercendo in dictorum Guardiani, & Fratrum non modicum præjudicium, & gravamen; propter quòd non eſt dubium, prædictos malefactores prædictam ſententiam incurriſſe. Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus ſi ita eſt, dictos ſacrilegos, tamdiu appellatione remotâ *excommunicatos* publicè enunciari facias, & ab omnibus artiùs evitari; donec ſuper iis ſatisfecerint competenter; & ab eâdem ſententiâ mereantur abſolvi.

Fratrum O. M. Catanen. petitionis tenor.

e

f

Clementis IV. diploma pro Eccleſiis, locisve Ordinis,

contra quod agunt nonnulli Catanen. Clerici

g

h

locum Fratrum eorumdem deſtruentes

Pontifex imperat id, quod ſupra innuimus.

Datum Lugduni Nonis Julii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio[i].

i

Proſe-

(a) FRATRE NOSTRO ...: *Friderico Vicecomite* Piſano, de quo nos alias diximus ex Ughello tom. 3. Italiæ Sacræ.

(b) GAUDEAMUS: Præter alias animi virtutes de ſumma in pauperes humanitate commendari hunc Pontificem teſtatur Spondanus ad ann.1276. n.1.

(c) VEN.FRATRI ...: *Matthæo* de Magiſtro Panormitano, de quo Pyrrhus Rochus in Not.Syracuſ.

(d) SIRACUSANO: In Regno Siciliæ ſub Archiepiſcopo Montis Regalis.

(e) FRATRES O.M.CATHANIEN.: De quorum loco verba fecimus ad epiſt.182. Alexandri IV. *Sacra veſtra Religionis &c.* anno 1256. die 27. Aprilis data.

(f) LITTERAS SUAS: Incip. *In quibuſdam locis &c.* anno 1265. 29. Junii datas, & ſupra fol.15. relatas.

(g) FRATRIS NOSTRI ...: *Angeli Buccamaria* patria Romani ex *Sabellorum* familia Joannis Buccamariæ Cardinalis Epiſcopi Tuſculani, & Archiepiſcopi Montis Regalis fratris, qui ab anno 1272. uſque ad 1296. Catanæ ſedem tenuit ex Rocho Pyrro in Not. Eccleſiæ Catanen.

(h) CASTRUM URSINUM: Ita vocatur & in litteris Nicolai III. *Petitio veſtra &c.* infra legendis cum Eccleſia *S. Michaelis*, ut in citata Alexandri IV. epiſtola.

(i) Admonet cit. Cagliola, Pontificem eodem tempore ſcripſiſſe *Decano Rhegien.* Eccleſiæ, ut Epiſcopum Catanien. Fratres perſequentem compeſceret, & cenſuras ab eo in Fratres, eorumque adhærentes latas irritas declararet, ac irretitos abſolveret.

Digitized by Google

Proſequitur electionem Fr. Illuminati O. M. in Epiſcopum Aſſiſiat. *non obſtante pravo pronunciationis modo in compromiſſi decreto.* (Ex Reges. Vatic. ep.9. apud Waddingum ad hunc ann. n.4. Regeſ. Pontif.)

XLII.

Anno 1274. die 23. Julii.

GREGORIUS &c.

Dilecto Filio Fratri Illuminato *Epiſcopo* Aſſiſinaten. *Electo* [a] *Sal., & Ap. Ben.*

Narrat electionem Epiſcopi Aſſiſiat.

OLim Aſſiſinaten. Eccleſiæ, quæ eſt Sedis Apoſtolicæ ſpecialis, & Paſtoris ſolatio deſtituta; Prior, & Canonici die ſtatutâ convenientes in unum, præſentibus omnibus, qui volebant, debebant, & commodè poterant intereſſe, Te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem per viam *compromiſſi* in *Aſſiſinaten.* Epiſcopum elegerunt [b] aſſerentes ſe in hoc concorditer, & canonicè proceſſiſſe; & præſentato Nobis decreto electionis hujuſmodi, confirmari electionem ipſam cum inſtantiâ poſtularunt. Noſque dilecto Filio Noſtro J. [c] Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Cardinali Noſtris ſub certâ formâ dedimus litteris [d] in mandatis, ut electionem ipſam examinans diligenter, & ſi de illius formâ, eligentium ſtudiis, & *Electi* meritis pleniùs inquiſito, eam inveneris de perſonâ idoneâ canonicè celebratam, ipſam confirmare procures, faciens prædicto Fratri Illuminato ab aliquibus vicinis Epiſcopis munus Conſecrationis impendi, & a ſuis ſubditis obedientiam, & reverentiam exhiberi. Recipienſque ab eo Noſtro, & Eccleſiæ Romanæ nomine fidelitatis debitæ juramentum juxtà formam &c. [e] Alioquin electione ipſâ ritè caſſatâ, facias Eccleſiæ ſupradictæ per electionem canonicam, vel poſtulationem concordem de perſonâ idoneâ provideri: contradictores autem per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo. Cum autem memoratus *Cardinalis* ad examinationem electionis ejuſdem juxtâ prædictarum litterarum Noſtrarum continentiam proceſſiſſet; & ſibi diligenter conſtiterit, quòd in quatuor ex prædictis Canonicis, videlicet Franciſcum, Magiſtrum Guidonem, Joannem Archipresbyterum Corzanen., & Guidonem Joannis Bernardi de proviſione faciendâ eidem Eccleſiæ de Paſtore fuerat a dicto Priore, ac reliquis Eccleſiæ prædictæ Canonicis concorditer compromiſſum; quodque ab iiſdem Compromiſſariis rationabiliter, & canonicè in omnibus proceſſum fuerat, præterquam in modo pronunciationis, quam dictus Guido Joannis Bernardi pro ſe, ac aliis Canonicis prædictis ſuis in hac parte Collegis duxerat faciendam; nam cum præfatus Guido Bernardi vice ſuâ, & dictorum Collegarum, a quibus poteſtatem pronunciandi receperat, te in *Aſſiſinaten.* Epiſcopum per ſe tantùm eligere debuiſſet nomine prædictorum Collegarum, ſuperfluè addidit, & ſubſequenter poſuit verbum ſingularis numeri, ſic dicendo: „ Nos Franciſcus, Magiſter Guido Domini Somei, Joannes „ Archipresbyter Corzanen., & ego „ Guido pro eis vice ipſorum, & omnium de Capitulo, & per me de mandato ipſorum, Spiritus Sancti gratiâ „ invocatâ, Religioſum virum *Fratrem* „ *Illuminatum* de Theate Ordinis Fratrum Minorum eligendo poſtulo, & „ poſtulando eligo „. Sicque dictus Cardinalis propter talem præfatæ pronunciationis defectum executioni hujuſmodi negotii ſuperſedit; prout præmiſſa omnia in ejuſdem Cardinalis litteris [f] Nobis exhibitis continentur. Nos itaque ſuper præmiſſis deliberatione cum Fratribus Noſtris habitâ diligenti, & concordiâ Capituli ſeu Canonicorum prædictæ *Aſſiſinaten.* Eccleſiæ circa perſonam tuam in hac parte habitâ; demum attentè perſpectâ, te de dictorum Fratrum Noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis ipſi Eccleſiæ præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem, tibi curam, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committentes, firmâ ducti fiduciâ, quòd cum dicaris in ſpiritualibus providus, & in temporalibus circumſpectus, ac litterarum ſcientiâ præditus vitâ, & honeſtate præ-

factam per viam compromiſſi.

quam Pontifex examinandam committit.

Rectaque inventa eſt, & canonica præterquam in modo pronunciationis unius ex Compromiſſariis.

ex errore in pronunciatione Card. examinator ſuperſedit.

Pontifex attentis circumſtantiis promovet in Epiſcopum Fr. Illuminatum,

quem commendatum deſcribit,

(a) Assisinaten. Electo: Conſulas epiſt.29. *Aſſiſinaten. Eccleſiæ &c.* paulo ante vulgatam die 4. Sept.
(b) Elegerunt: Anno ſuperiore ex cit. epiſtola die 4. Septembris eo anno ſcripta.
(c) J.: *Joanni* Cajetano Urſino, ut ibidem.
(d) Dedimus litteris: Incip. *Aſſiſinaten. Eccleſia &c.* ut ſupra.
(e) Juxta formam &c.: Ut in prædicta epiſtola uſque *intercluſam*.
(f) Card. litteris: Quibus caremus.

Digitized by Google

præclarus, dicta Eccleſia in utriuſque per tuam induſtriam, annuente Domino, gratum ſuſcipiet incrementum. Quapropter Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus reverenter ſuſcipiens impoſitum tibi a Domino onus, curam, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ ſic diligenter geras, & ſollicitè proſequaris, quòd ipſa Gubernatori circumſpecto, & fructuoſo Adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, tuque proindè præter benedictionis æternæ præmium, Noſtram benevolentiam uberiùs merearis [a].

mandatque, ut onus impoſitum ſuſcipiat, & diligenter gerat.

Datum Lugduni x. Kalendas Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Tertio [c].

Ut conſecrationem conferat Fr. Illuminato in Aſſiſiatem *Epiſcopum electo*. (Ex REGES. VATIC. epiſt. 10. anni 3.)

XLIII. Anno 1274. die 23. Julii.

GREGORIUS &c.

Venerabili Fratri .... [b] *Epiſcopo* Caſſanen. [c] *Sal.*, *& Ap. Ben.*

CUM Nos Canonicorum Eccleſiæ Aſſiſinatis in dilectum Filium *Fratrem Illuminatum* [d] Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem Eccleſiæ ipſius *Electum* convenientium conſideratâ concordiâ, & electæ perſonæ ydoneitate penſatâ, ipſum eidem Eccleſiæ duxerimus præficiendum in Epiſcopum & Paſtorem [e]; mandamus, quatenus, aſſociatis tibi duobus Epiſcopis [f], auctoritate noſtrâ ſibi munus *conſecrationis* impendas, recepturus ab eo poſtmodum Noſtro, & Eccleſiæ Romanæ nomine fidelitatis ſolitæ juramentum juxta formam, quam tibi ſub *Bulla* noſtrâ mittimus intercluſam [g]. Formam autem juramenti quod ipſe præſtabit de verbo ad verbum Nobis per ejuſdem patentes litteras ſuo ſigillo ſignatas per proprium Nuntium quantociùs intimare procures.

Datum, *ut ſupra*.

Gratias agit de Græcorum Nunciis valde humaniter receptis; & obſecrat, ut in eorumdem reditu id etiam plenius fiat. (Ex ampliſs. MARTENI, DURANDIQUE Collect. Vet. Monum. to.7. col.241. epiſt.23.)

XLIV. Anno 1274. die... Julii.

GREGORIUS &c.

Cariſſimo in Chriſto Filio ... [h] *Regi Siciliæ Illuſtri Sal.*, *& Ap. Ben.*

PROCESSUM habitum cum Græcorum Nunciis [i] licet ad notitiam tuam, ut credimus, jam detulerit fama celerior; dilectus tamen Filius B. [k] Abbas Monaſterii Montis Caſini tibi ſerioſiùs explicabit. Ceterum Serenitatem Regiam ſuper eo quod Nuncios ipſos, ſicut per eorum gratam relationem accepimus, benignè recipiens cum multâ curialitate [l] tractaſti, condignis proſequentes actionibus gratiarum, rogamus, & obſecramus in Domino JESU CHRISTO, quatenus ipſos poſt acceptabilem inchoationem tam accepti Deo negotii ad propria redeuntes [m] plenioris favoris, & curialitatis beneficio proſequaris, proviſurus eis, eorumque familiis per totam Terram tuam de ſecuro conductu, & ipſos cum ſuis bonis omnibus redire liberè permiſſurus. Super illo autem ſecreto, quod de quodam affinitatis vinculo contrahendo [n] Nobis dictus Abbas ex parte tuâ retulit, idem tibi ſecretiori colloquio reſpondebit [o].

Eodem

(a) MEREARIS: Rexit porro *Fr. Illuminatus* hanc Eccleſiam uſque ad ann.1280. effectum, quo plenus dierum ex hac vita deceſſit; ejuſque meminit Barthol.Piſanus in Conform.14. par.2.§.10.

(b) FRATRI ..: *Marco* Aſſiſiati ex Ord. Minor., de quo paulo ante verba habuimus.

(c) CASSANEN.: In Calabria, ut ibidem; ſed ut videtur, tunc in patria Aſſiſii commoranti.

(d) FR. ILLUMINATUM: Theatenſem, ut in epiſt. *Aſſiſinat. Eccleſia &c.* anno ſuperiore die 4. Septembris data.

(e) PASTOREM: Ex præcedentibus litteris.

(f) DUOBUS EPISCOPIS: Juxta vetuſtiſſimum Eccleſiæ morem a Concilio Nicæno I. ductum.

(g) INTERCLUSAM: Sed ut alibi ſemper prætermiſſam.

(h) FILIO ..: *Carolo I.*

(i) GRÆCORUM NUNCIIS: In *Concilio* Lugdunen. hoc anno menſe Junio, quo dicti Nuncii pervenere Lugdunum cum binis Pontif. Ord.Min., ubi & numerus & nomina eorum leguntur.

(k) B.: *Bernardus* Ayglerius Gallus Abbas primum Saviniacen. in Diœceſi Lugdunen., mox Lerinenſis, deinde Caſinenſis anno 1263. ab Urbano IV. conſtitutus obiit Caſini anno 1282., cum interfuiſſet dicto *Concilio* Lugdunen.

(l) CURIALITATE: Vulgò Ital. *corteſia*, Latin. humanitate, ac liberalitate.

(m) REDEUNTES: Hoc ipſo anno circa finem menſis Julii ex epiſt. Pontificis *Exultat mater Eccleſia &c.* v. Kal.Auguſti Pontif.anno III. miſſa Imp. Palæologo.

(n) AFFINITATIS VINCULO CONTRAHENDO: Videtur loqui de matrimonio inter *Clementiam* Rodulphi Regis Roman. filiam, & *Carolum Martellum* Regis Siciliæ ex filio nepotem poſtea ſub Nicolao III. ann.1279. inito ex Ptolemæo Lucen.Hiſt.Eccleſ. lib.23.cap.34.

(o) RESPONDEBIT: Etſi litteræ careant nota temporis, quo datæ fuerunt; tamen exaratæ videntur circa finem menſis Julii hujus anni ex proxima nota (m), cum ibi Pontifex, terminato jam die 18. dicti menſis Concilio Generali, ſcribat die 28. Imp. Palæologo ſe remittere ejus Nuncios.

Digitized by Google

XLV. Anno 1274. die .. Julii.

Eodem modo, ac tempore *Philippo Imperatori Conſtantinopolitano Illuſtri*. (Ex cit. COLLECT. ibi)

De eadem re. (Ex cit. Collect. ampliſs. MARTENE &c. to.7. col.241. epiſt.24.)

XLVI. Anno 1274. die ... Julii.

GREGORIUS &c.

Dilectis Filiis Neapolioni, *& Franciſco* de la Turre [a] *Mediolanen. Sal.*, *& Apoſtol. Benedictionem*.

a

RETULIT ad vos, ut credimus, fama præambula, qualiter in Græcorum negotio per Dei gratiam feliciter ſit proceſſum[b], in cujus proſecutione latores præſentium, eorum *Nuncii*, labores plurimos pertulerunt. Nobilitatem itaque veſtram de honoribus & curialitatibus impenſis eiſdem [c] condignis proſequentes actionibus gratiarum monemus, rogamus, & hortamur in Domino per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus Nuncios eoſdem ad propria cum Noſtræ Benedictionis gratiâ redeuntes ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis, & Noſtram benignè recipere, ac ſolitâ curialitate tractare curetis, eis & aliis Noſtris *Nunciis* [d], quos ad pleniorem ſecuritatem duximus deputandos, eorumque familiis nullam inferri, quantum in vobis fuerit, injuriam patientes; immo potius de ſecuro conductu, cum requiſiti fueritis, providentes eiſdem [e].

b c d e

XLVII. Anno 1274. die ... Julii.

Eodem modo, ac tempore *Poteſtati*, *Capitaneo*, *Conſilio*, *& Communi* Cremonenſi [f]. (Ex dicta Vet. Collect. MARTENE &c. ibi.)

f

A

Ut cum Græcorum Nunciis in Græciam ſe conferat pro conſummatione unionis utriuſque Eccleſiæ. (Ex ſupradicta MARTENII &c. collect. to.7. col.241. epiſt.22.)

XLVIII. Anno 1274. die ... Julii.

GREGORIUS &c.

Dilecto Filio Fratri Johanni [g] *dicto* Belaſtro *Ordinis Fratrum Minorum Sal.*, *& Apoſt. Benedict.*

g

B

CUM in negotio, quod actum eſt his diebus de reductione *Græcorum* ad Eccleſiaſticam unitatem, diu & utiliter laboraris [h], & adhuc ſit circa illud utilis labor tuus: volumus, & præſentium tibi auctoritate mandamus, quatenus perſonaliter cum Nunciis prædictorum Græcorum ad partes illas accedens conſummationi ejuſdem negotii fideliter & ſolerter intendas [i].

h i

C

Facultatem tribuit aſſumendi, *& retinendi Fratres Ord. Prædicat.*, *& Minorum*, *eorumque opera quacumque utendi*. (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epiſt.128. anni 3.)

XLIX. Anno 1274. die 1. Auguſti.

GREGORIUS &c.

Dilecto Filio ... [k] *tituli Sanctæ Cæciliæ Presbytero Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato* [l] *Sal.*, *& Apoſt. Benedictionem*.

k l

D

DISCRETIONI tuæ aſſumendi, & retinendi ad tua obſequia quotcunque, & quoſcunque volueris de Fratribus *Prædicatorum*, & *Minorum* Ordinum tuæ Legationis; ac mittendi illos, quos idoneos eſſe cognoveris; & quandocunque, & ubicunque expedire videris; committendi quoque illis negotio-

(a) DE LA TURRE: Hos Mediolanenſem rem eo tempore moderatos eſſe, eiſque Pontificem anno ſequenti alias litteras dediſſe teſtatur Raynaldus ad eum annum n.5., ſed anno 1277. menſe Januario *Neapolio* captus eſt, & carceri traditus in ditione Novocomenſi, & *Franciſcus* interfectus in Oppido Decimo vulgo *Deſe* ex Salimbene Parmen. in Chron. Ms. pag.416.

(b) SIT PROCESSUM: Cum ubique nil magis tunc loqueretur, quàm de unione Græcæ Eccleſiæ cum Latina in Lugdunenſi Concilio celebrata.

(c) EISDEM: Advenientibus, illucque tranſeuntibus, ut Lugdunum ad Concilium ſeſe conferrent una cum duobus Nunciis ex Ord. Minor.

(d) ALIIS NOSTRIS NUNCIIS: Poſt generale Concilium non alios a Pontifice novimus in Græciam miſſos niſi Abbatem *Caſinen.*, & ſequentem *Joannem* O. Min. ex epiſt. quæ ſequitur.

(e) Epiſtola hæc ut ſuperior ſine ulla nota, qua data ſit, conjicitur, eodem tempore exarata, quo ſuperior, vel circiter cum ſit ejuſdem tenoris.

(f) CREMONENSI: Forſan & pluribus àliis, uti veriſimile cenſetur, ad quos epiſtolæ Pontif. deſiderantur.

(g) FR.JOHANNI: De quo in ſupra relata epiſt.10. *Qui miſeratione &c.*, & in illa Imp. Palæologi *Quoniam miſſi ſunt &c.*fol.186., cujus Nuncius fuit ad hunc Gregorium anno 1272., apud Waddingum ad ann.1274. num.3. legenda.

(h) LABORARIS: Inquit enim cit.Palæologus ibi de pœnis purgatoriis animarum poſt obitum: *Sicut Nobis Fr. Johannes explanavit*, & in Concilio Lugdunenſi græce cecinit *Symbolum* Fidei CP. cum Græcis ex Actis.

(i) INTENDAS. Ex dictis, & ex ipſa epiſt. elicimus datam eſſe cum ſuperioribus, vel circiter.

(k) FILIO ..: *Simoni*, ut infra fol.220.ad epiſt.53. *Commiſſum tibi &c.*, cui jam Urbanus IV.idem privilegium dederat ann.1264.

(l) A.S. LEGATO: In Franciam hoc anno, ac die ex diplomate a Raynaldo in Annal. Eccleſ. vulgato numer. 35. & 36.

Digitized by Google

A rum quorumcunque executionem, prout opportunum eſſe cognoveris; compeſcendi etiam Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remotâ; non obſtantibus quibuslibet privilegiis & indulgentiis eiſdem Ordinibus, eorumque Fratribus ab Apoſtolicâ Sede conceſſis, per quæ nullum eis ſuffragium afferri volumus in hac parte; plenam, & liberam concedimus auctoritate præſentium facultatem.

B Datum Lugduni Kalendis Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Tertio [a].

Ut Guidonem Montefortium *ab excommunicatione ſolvant, definitiva in eum ſententia perſtante.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 14. apud Waddingum ad hunc annum num. 5. Regeſ. Pontif., & inde in Bullario Ord. Prædicat. to. 1. n. 24., his concinit Raynaldus ad annum 1273. num. 43.)

L.

Anno 1274. die 1. Auguſti.

GREGORIUS &c.

C *Venerabili Fratri* ... [b] *Patriarchæ* Aquilejen., *& dilectis Filiis Priori Prædicatorum, & Guardiano Minorum Fratrum* Mediolanen. [c] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Henrici Montfortii petitionis tenor.

SUA Nobis Nobilis vir *Guido de Monteforti* [d] petitione monſtravit; quòd cum Nos olim occaſione homicidii in quondam *Henricum* de Alemannia [e], natum claræ memoriæ *Richardi* in Romanorum Regem electi, in quâdam Parochiali Eccleſiâ *Viterbien.*, dum ibidem Divina celebrarentur Officia, perpetrati [f], adverſus eum tanquam in maleficio notorio procedentes diffinitivam

de Pontifice in ſe ſententiam definitivam promulgante.

A ſententiam duxerimus promulgandam [g] ſtatuendo contra ipſum varia; prout ejuſdem maleficii enormitas exigebat, ac in eumdem nihilominus manifeſtum ſacrilegum, & etiam contumacem, *excommunicationis* ſententiam promulgando. Poſtmodum idem *Guido* ad cor rediens, ſeque Noſtro conſpectui perſonaliter repræſentans [h] Noſtris, & Eccleſiæ mandatis parére per omnia obtulit ſe paratum; ac demum ſpontè, non coactus ad

Guido pœnitens ſe Pontifici præſentat.

B mandatum Noſtrum Roceam de *Leuco* [i] Mediolanen. Diœceſis carcerandus ibidem intravit; ubi adhuc detinetur carcerali cuſtodiæ mancipatus. Quare dictus *Guido* Nobis humiliter ſupplicavit, ut eum abſolvi a prædictâ *excommunicationis* ſententiâ mandaremus. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel per alium, ſeu

& carceris loco ſponte arcem Lecci intrat.

Pontifex mandat ea, quæ ſupra ſunt dicta,

C alios, eumdem *Guidonem* juxta formam Eccleſiæ ab hujuſmodi *excommunicationis* ſententiâ abſolvatis; ita tamen quòd prædicta diffinitiva ſententia, & alia, quæ ſtatuimus circa eum, in omnibus aliis in ſuo robore perſeverent; & ſi dictus *Guido* contra ipſa in aliqua venire præſumpſerit, in *excommunicationem* eamdem reincidat eo ipſo [k].

niſi contravenerit.

Datum, *ut ſupra.*

D *Ut litem Fratres Mercedis Captivorum inter, & Fratres Ord. Minor.* Tarraconen. *exortam dirimat, decernatque, & decretum obſervari faciat.* (Ex Bullariis dicti Ordinis de Mercede Captivorum pag. 20., & Ordinis Prædicat. to. 1. p. 522. n. 26.)

GRE-

(a) Hoc ipſo anno die 19. hujus menſis aliud diploma ei contulit *Ut eo efficacius &c.* ex Vatic. Regeſto Pontif. epiſt. 126. data XIV. Kal. Septembr. illud Urbani IV. renovans, quod eſt epiſt. 139. in 2. hujus Operis tomo. Sed & hoc ipſo die Kalen. Auguſti diplomate incip. etiam *Diſcretioni tuæ &c.* eidem indulſit, ut Fratres Ord. *Prædicat.* & *Minor.* ſecum Monaſteria *Monialium* ingredi valeant ex Pontif. epiſt. 134. in cit. Regeſto Vaticano.

(b) Ven. Fratri ..: *Raymundo Turriano* Mediolanen. ex Epiſcopo Comenſi huc tranſlato anno 1271. juxta Ughellum tom. 5. Ital. Sac.

(c) Mediolanen.: Quorum ibi locorum antiquitas claræ habetur in eorumdem Ordinum Annalibus.

(d) Guido de Monteforti: Filius *Simonis* Comitis Leyceſtriæ filii illius *Simonis Montfortii* viri Chriſtianiſſimi, armiſque ſtrenuiſſimi in obſidione Toloſæ contra hæreticos Albigenſes occiſi, a quo filius valde degener pulſus in exilium e Galliis in Angliam ſe recepit; ibique ingratus in Regem Henricum, cujus ſororem uxorem duxerat bello civili Angliam perturbavit, & Regem cum fratre *Richardo* cœpit, carcerique mandavit ex Annal. Eccleſ.

(e) Henricum de Alemannia: Etſi Anglum natione, ita tamen appellatum, quòd filius eſſet *Richardi* in Regem Alemaniæ electi anno 1257., Cruceſignatum, e Tuniſienſi expeditione cum aliis reverſum.

(f) Perpetrati: Anno enim 1265. *Edoardus* Regis Henrici filius bellum *Simoni Montfortio* rebelli intulit, vicit, & necavit, Angliamque a tumultibus liberavit, Guidone Montfortio in exilium pulſo, qui in Italiam deſcendens a Carolo Siciliæ Rege in Hetruria Præfectus conſtituitur, quo munere fretus immaniter trucidavit ſupradictum *Henricum* anno 1271. eo modo, quo legimus apud Raynaldum ad eum ann. n. 3.

(g) Promulgandam: Anno 1273. Kalendis Aprilis apud cit. Raynaldum ad eum ann. n. 22. & 23.

(h) Repræsentans: Eodem anno 1273. m. Septembri *quaſi ad duo millia extra civitatem* Florentiæ, depoſitis calceamentis, & veſte *præter camiſiam & femoralia cum chorda ad collum* proſtratus in terram cum ejulatu non modico profuſis lacrymis &c. inquit Pontifex in litteris Regi Angliæ directis apud cit. Raynald. n. 42.

(i) Roceam de Leuco: Leg. Roccam de Lecco vulgo *Lecco* Inſubriæ Oppido cum arce apud Larium lacum, ubi Adduam fluvium emittit, a Como 14. mill. paſ. in ortum Bergomum verſus diſtante.

(k) Sed tandem *Guido* e carcere dimiſſus funeſta morte conſumptus eſt in Sicilia captus a Rogerio de Lauria, teſte Ptolemæo Lucenſi in Annal. Eccleſ. l. 22. c. 43.

Digitized by Google

LI.

Anno 1274. die 13. Auguſti.

GREGORIUS &c.

Dilecto Filio Fratri Raymundo *de Pennafort* [a] *Ordinis Prædicatorum Capellano Noſtro Sal., & Apoſt. Bened.*

a

Fratrum de Mercede Captivorum petitio

b

c

de Oratorio Tarraconæ conſtructo,

d

& a Fratribus Ord. Min. controverſo

e

f

g

h

i

ob litteras Alexandri PP. IV.

diſtantiam 300 cannarum requirentes,

SUA Nobis.. Magiſter, & Fratres Domus *Sanctæ Eulaliæ Barchinonen.* Ordinis S. Auguſtini, & Mercedis Captivorum [b] petitione monſtrarunt; quòd ipſi dudum in domibus ſuis, quas ipſi in Civitate *Tarraconen.* [c] a longis retroactis temporibus obtinebant, *Oratorium* in honore, aut vocabulo ipſius Sanctæ; prout ex facultate conceſsâ ipſis ab Apoſtolicâ Sede licebat, de aſſenſu bonæ memoriæ Tarraconèn. Archiepiſcopi [d] conſtruxerunt: Verum Guardianus, & Fratres Minores *Tarraconen.* [e] aſſerentes, quòd fel. record. Alexander Papa [f] prædeceſſor Noſter ad inſtantiam Fratrum Minorum de Catalonia Vicenſi [g], & Gerundenſi [h] Epiſcopis ſuis dederat litteris [i] in mandatis, ut nullum Religionis Monaſterium, ſeu *Oratorium* Religioſarum perſonarum de novo ædificari, vel conſtrui, aut Eccleſiam inibi in Religioſum locum, vel Regularem domum tranferri permitterent infra ſpatium trecentarum cannarum circa omnes fines locis prædictorum *Fratrum Minorum* contiguos, & vicinos; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo: & quod iidem Magiſter, & Fratres hujuſmodi *Oratorium* infra prædictum ſpatium loco eorum vicinum conſtruxerant, eoſdem Magiſtrum, & Fratres, petendo *Oratorium* deſtrui ſupradictum, coram eodem *Vicenſi* Epiſcopo [k]; prout ex formâ litterarum ipſarum id ſe poſſe dicebant, traxerunt in cauſam. Ex parte verò prædictorum Magiſtri, & Fratrum [l] fuit coram eodem *Vicenſi*, & excipiendo, propoſitum, quod cum ipſi præfatum *Oratorium* ante impetrationem prædictarum litterarum ad eoſdem Epiſcopos obtentarum ex conceſſione Sedis prædictæ de conſenſu memorati Archiepiſcopi conſtruxiſſent; prout ſuperius eſt expreſſum, & erant legitimè probare parati; *Oratorium* ipſum deſtruere prætextu earumdem litterarum, quæ non ad Oratoria conſtructa ante ipſarum impetrationem, ſed ad ea, quæ poſtea conſtruenda fuerant, extendebantur, prout ex earum formâ liquidò apparebat, nullatenus tenebantur. Et quia dictus Epiſcopus *Vicenſis* dictos Magiſtrum, & Fratres ſuper hoc audire contra juſtitiam denegans mandavit eiſdem, ut prædictum *Oratorium* infra certum terminum deſtruerent; & campanam, quam habebant in eo, exindè removerent; alioquin in eos *excommunicationis* ſententiam promulgabat; Magiſter, & Fratres prædicti ſcientes ex hoc indebitè ſe gravari ad Noſtram audientiam appellarunt. Quocirca Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi; & auditis hinc inde propoſitis, quod canonicum fuerit, appellatione remota, decernas; faciens, quod decreveris, per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi gratiâ, odio, vel timore ſe ſubtraxerint, cenſurâ ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Non obſtante indulgentiâ [m], qua tibi, vel Fratribus tui Ordinis a Sede Apoſtolicâ dicitur eſſe indultum, quod non tenearis intromittere te de negotiis, quæ tibi a Sede committuntur eâdem [n].

itque coram Epiſcopo Vicenſi,

k

l

coram quo Mercenarii opponunt.

Vicenſis Epiſcopus pro Minoritis ſentit,

& Mercenarii S. A. appellant.

Pontifex verò mandat id, quod ſupra,

m

cum clauſula derogatoria.

n

Datum Lugduni Idibus Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Confirmat omnia noſtri Ordinis Privilegia. (Ex Speculo Minor. tract.2. fol.121., & inde apud Waddingum ad annum ſupradictum in Regeſ. Pontif. n.6.)

(a) De Pennaforti: Anno ſeq. ad cœlum evolato.

(b) Mercedis Captivorum: A S.Petro Nolaſco adjutoribus Jacobo Aragoniæ Rege, & ipſo S. Raymundo ſub Gregorio IX. inſtituti.

(c) Tarraconen.: In Catalaunia, Regnoque tunc Aragoniæ in ora Maris Mediterranei media inter Barcinonam: & Dertuſam.

(d) Archiepiscopi: *Petri*, vel *Benedicti*.

(e) Tarraconen.: De quorum loco vide epiſt.544. Innoc. PP.IV. *Cum olim &c.* in 1.hujus *Bullarii* tomo.

(f) Alexander Papa: Hujus nominis IV.

(g) Vicensi: In Catalaunia ſub Archiepiſcopo Tarraconen. vulgo *Vich*, cui præerat *Raymundus*.

(h) Gerunden.: *Bernardo* in eadem Provincia, & ſub eodem Archiepiſcopo vulgo *Girona*.

(i) Litteris: Quæ tamen deſiderantur.

(k) Vicensi Episcopo: Al. *Auſetanus* ab antiqua ſede *Auſa*, cui deficienti *Vicus* ſucceſſit, vulgo etiam *Vique*, & *Vich de Auſona*; cujus Epiſcopus R. Fratribus Ordinis Minorum contulit ædiculam *S. Salvatoris* ad muros Tarraconæ. ut ex Gonzaga refert Waddingus ad ann.1248. num.25.

(l) Fratrum: De Mercede Captivorum.

(m) Indulgentia: Incip *Quieti veſtra &c.* ut ſup.

(n) Erit autem, qui quærat, cum *S. Raymundus* ſtatuatur unus e tribus Fundatoribus Ordinis de Mercede Captiv., quo pacto hujus cauſæ, & controverſiæ ipſe judex declaratur, cum nemo ſit judex in propria cauſa?

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch. 1274.

LII. Anno 1274. die 23. Auguſti.

GREGORIUS &c.

Dilectis Filiis [a] Generali, *& Provincialibus Miniſtris, Cuſtodibus, Guardianis, cæteriſque Fratribus Ordinis Minorum Salutem, & Apoſtol. Bened.*

CUM a Nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum &c. [b]

Datum Lugduni x. Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

In Legationis ſuæ Miniſterio uti valeat opera Prælatorum Eccleſ. quorumcumque, ac etiam Fratrum Minorum, & Prædicatorum cum facultatibus &c. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 137. anni 3.)

LIII. Anno 1274. die 1. Septembris.

GREGORIUS &c.

Dilecto Filio S. [c] *tituli* Sanctæ Ceciliæ *Presbytero Cardinali Apoſtolicæ Sedis* Legato [d] *Salut., & Apoſt. Bened.*

COMMISSUM tibi *Crucis* negotium promoveri utiliter affectantes Diſcretioni tuæ præſentium auctoritate concedimus, ut negotium ipſum ſingulis Archiepiſcopis & Epiſcopis in ſuis Civitatibus, & Diœceſibus; Provincialibus quoque Miniſtris *Minorum*, & Prioribus *Prædicatorum* Fratrum Legationis tuæ in commiſſis ſibi adminiſtrationibus committere valeas, & mandare, ut ſinguli eorumdem Miniſtrorum & Priorum per ſe, & alios ad hoc ydoneos Fratres earumdem adminiſtrationum, quos deputare, ac mutare, alioſque ſubſtituere, quoties expedierit, ſtudeant, illud ſollicitè proſequantur. Nos enim illos, quos ipſi Miniſtri, & Priores taliter deputaverint, & ſubſtituerint, eâ volumus indulgentiâ, libertate, & immunitate gaudere, & auctoritate fungi, quâ gaudebunt & fungentur Miniſtri & Priores, quibus nominatim ipſum negotium duxeris committendum.

Datum Lugduni Kalendis Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio [e].

Indulget, ut Fratres Minores, & Prædicatores pro ſuæ Legationis officio aſſumendos Monaſteria Monialium cum eo ingredi valeant. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 134. anni 3.)

LIV. Anno 1274. die 1. Septembr.

GREGORIUS &c.

Eidem.

DISCRETIONI tuæ præſentium auctoritate concedimus, ut Fratres *Minores*, & *Prædicatores*, quos per commiſſæ tibi Legationis officio duxeris aſſumendos, Monaſteria *Monialium* tecum, hujuſmodi durante officio, intrare valeant, ſtatuto contrario ſuorum Ordinum non obſtante.

Datum, *ut ſupra*.

Permutationem quamdam Canonicatus & Vicariæ in Eccleſia S. Aſterii Petragoricen. *Diœceſis fieri permittit, mandatque, ut admittatur.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 43. anni 3.)

LV. Anno 1274. die 6. Septembr.

GREGORIUS &c.

Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, & ... Guardiano Minorum Fratrum Ordinum Petragoricen. [f], *& ... Archipreſbytero Eccleſiæ de Dupla Petragoricen. Diœceſis Sal., & Ap. Ben.*

Supplicatio pro permutatione.

CUM, ſicut accepimus, Dilecti Filii Hugo de Rabeco Canonicus, & Helyas Salomotus perpetuus Vicarius in Eccleſiâ ſeculari Sancti Aſterii *Petragoricen.* Diœceſis *Canonicatum*, & locum, quos idem Hugo, ac perpetuam *Vicariam*, quam dictus Helyas in eâdem Eccleſiâ, in quâ non eſt certus Cononicorum numerus, nec diſtinctio præbendarum, obtinent, ad invicem permutare affectent; Nos ipſorum ſupplicationibus inclinati, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, liberá per vos, vel per alium, aut alios

Mandat Pontifex exequi ſupra dicta.

(a) Filiis ..: *Fr. Hieronymo* Aſculano hoc anno die 20. Maji Pentecoſtes feſto in Capitulo Generali Lugduni a S. Bonaventura Card. coacto, paulo antequam ille a ſua legatione Conſtantinopolitana reverteretur electo ex dictis in præcedentibus litteris, & ex Waddingo ad hunc annum n. 33.

(b) Et honestum &c.: Ut in 34. *Bulla* Urbani IV.

(c) S.: *Simoni* de Bria Gallo poſtea ad Summum Pontificatum evecto ſub nomine *Martini IV.*

(d) Legato: In Gallias ex Annal. Eccleſ. Raynaldi ad hunc ann. n. 35. & ſeqq.

(e) Antea quoque eidem indulſerat, ut ad ſua obſequia recipere poſſet Fratres Ord. *Prædicat.* & *Min.*, aliorumque Ordinum ex epiſt. 126. *Ut eo efficacius &c.* cit. Regeſ. Vatic. dat. Lugduni XIV. Kalend. Septembris Pontif. anno tertio.

(f) Petragoricen.: Vulgo *Perigueux* in Gallia Aquitanica Epiſcop. ſub Archiepiſcopo Burdigalen., ubi Minor. FF. Cœnobium erat caput Cuſtodiæ ſui nominis, de quo Waddingus ad ann. 1290. n. 27.

Digitized by Google

A alios ab Hugone & Helya prædictis, Canonicatus, loci, & Vicariæ prædictorum reſignatione receptâ, *Canonicatum*, & locum prædicta eidem Helyæ, præfatam verò *Vicariam* eidem Hugoni auctoritate noſtrâ, ſi ejuſdem Eccleſiæ utilitas id expoſcat, conferre, & aſſignare curetis; ipſoſque in illorum corporalem poſſeſſionem inducatis, & defendatis inductos, facientes eumdem Helyam loco ipſius Hugonis in Canonicum, & in Fratrem; ac prædictum Hugonem ad prædictam *Vicariam* in perpetuum Vicarium
B in dictâ Eccleſiâ recipi, ac eis de illorum juribus, & proventibus plenariè reſponderi, dicto Helyæ Stallo in Choro, & loco in Capitulo cum plenitudine juris Canonici aſſignatis: Non obſtantibus aliquibus ejuſdem Eccleſiæ contrariis conſuetudinibus, vel ſtatutis juramento, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, ſive quâcumque firmitate aliâ roboratis; aut ſi aliqui ſuper receptione, ac proviſione ſuâ in eâdem Eccleſiâ ſpecialiter,
C aut in illis partibus generaliter Noſtras, vel Prædeceſſorum Noſtrorum Romanorum Pontificum, ſeu Legatorum dictæ Sedis litteras impetrarunt, quibus per hoc nolumus quoad aſſecutionem aliorum beneficiorum aliquod præjudicium generari; ſeu ſi . . . Abbati, & Capitulo ejuſdem Eccleſiæ a dictâ Sede indultum exiſtat, quòd ad receptionem, vel proviſionem alicujus minimè teneantur, &
D ad id compelli; ſive interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint; aut quòd de beneficiis ad collationem ſuam ſpectantibus nulli valeat provideri per litteras Apoſtolicas, quæ de Indulto hujuſmodi plenam & expreſſam non fecerint mentionem; ſive quâlibet aliâ indulgentiâ dictæ Sedis, de quâ, cujuſque toto tenore de verbo ad verbum oporteat in Noſtris litteris ſpecialem mentionem fieri;
E & per quam effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat, vel differri; Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo: Proviſo, quòd ſuper iis nulla prorſus pravitas intercedat. Quod ſi non omnes iis exequendis intereſſe potueritis, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

Obſtantibus derogando.

Datum Lugduni VIII. Idus Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

& juſſionem temperando.

Ut in officio ſuæ Legationis uti valeat quacumque opera Fratrum Ord. Prædicatorum, & Minorum, aliorumque. (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epiſt. 174. anni 3.)

GREGORIUS &c. LVI.

Anno 1274. die 23. Septembr. a

Dilecto Filio . . . [a] *tituli S. Ceciliæ Preſbytero Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato Sal., & Apoſt. Bened.*

CUM te in Regnum *Franciæ* commiſſo tibi plenæ Legationis officio de Fratrum Noſtrorum conſilio deſtinaverimus [b]; in deſideriis Noſtris geritur &c. [c] b c

Datum Lugduni Nono Kalend. Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Ex Cardinalium conſilio Regem Romanorum *denominat, inſignia Imperialia pollicetur, & ut de ea excipienda ſe præparet, hortatur.* (Ex COD. VALLIC. pag. 44. apud RAYNALDUM ad hunc ann. n. 55., & PETRUM M. CAMPI Hiſt. Placent. par. 2. in Regeſ. n. 184.)

GREGORIUS &c. LVII.

Anno 1274. die 26. Septembr. d

Cariſſimo in Chriſto Filio Rodulpho [d] Regi Romanorum *Illuſtri Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

Exordium ab utilitate tarditatis.

SOLENT ardua præcipuè propenſis digeſta conſiliis ſentire potius celeritatis ex directione compendium, quam pati diſpendium tarditatis. Sic longa belli præparatio celerem conſuevit afferre victoriam. Sic iterùm feſtinatur inſtanter, dum ſolicitè præparatur. Hæc nos conſideratio in *Imperialis* negotii proſecutione hucuſque detinuit [e]: hæc in tui conſumatione faſtigii multa uti maturitate ſuaſit: hæc varias vias ſuggeſſit exquirere, diverſaque remedia cogitare; e

(a) FILIO . . : *Simoni* de Bria Gallo, de quo alias dictum eſt, & pluries infra dicetur.

(b) DESTINAVERIMUS: Hoc anno die Kalendis Auguſti diplomate apud Raynaldum n. 35. & 36. legendo ad promovendam Cruceſignatorum expeditionem pro Terra Sancta.

(c) GERITUR &c.: Ut in XII. epiſt. Clementis IV. *Cum te ad partes &c.* anno 1265. die 3. Junii data uſque in finem, ac *Datum* ut ſupra fol. 9.

(d) RODULPHO: Comiti de Habſpurch Helvetiæ Oppido; a quo Auguſta Domus *Auſtriaca* ſuum genus ducit.

(e) HUCUSQUE DETINUIT: Electus enim fuerat Rodulphus anno ſuperiore menſe Septembri.

Digitized by Google

re; ut, Deo auſpice, tantò illa, quæ A inſtant, deducamus ſecuriùs, quantò accuratiùs præparamus. Licet itaque non ſine causâ diſtulerimus hactenus tibi denominationem aſcribere; cum Fratribus tamen Noſtris nuper deliberatione præhabitâ, te *Regem Romanorum* de ipſorum conſilio nominamus. Cauſas autem ſalubris dilationis; immò potius conſultæ accelerationis hujuſmodi ad totius Orbis, & ad ipſius maximè profuturæ pacem *Imperii*, ut ſperamus, dilectus B Filius Tridentius *Electus* [a], & *Frater Henricus* [b] de Ordine Minorum tuæ Celſitudinis Nuntii non ſolùm ad veritatis expreſſionem, ſed adhortationis ſolicitationem aperient, ut in eis doctrinæ ſpeculum exemplaris inſpiciens, & ſalutaris conſuetudinis informationem recipiens prudenter ſatagas in cunctis tuis proceſſibus vitare diſcordias; vias tuas facere pro poſſe pacificas, & ſemitas, C quas Princeps pacis, & Rex Regum, & dominantium Dominus docuit, quantum ipſe conceſſerit, pro viribus ambulare. Cæterum cum inchoata feliciter ad ejuſdem culmen *Imperii* tuæ promotionis auſpicia non proſecutionis procraſtinatione differri, ſed feſtina deinceps conſummatione compleri utilitas manifeſta ſuadeat; Serenitatem tuam hortamur, & ſincero tibi affectu, & conſilio ſuademus, quatenus ſic te præpares, ſic diſponas, ut cum te ad unctionem, conſecrationem, & *Imperialis* Diadematis coronationem de Noſtris recipiendas manibus duxerimus evocandum; ad quod terminum in proximo, prout circumſtantiæ penſandæ permiſerint, intendimus aſſignare; non improviſus, ſed ſicut tanti negotii ſolemnia exigunt, paratus appareas; & ad præmiſſa non moroſus, ſed promptus, & feſtinus occurras [c]. Expedit autem, ut aliquos, qui ſuper ejuſdem aſſignatione termini, quid tuæ commoditati congruat; & alias plenè tuam ſuper hoc per

Tandem Romanorum Regem proclamat,

ejuſque Nuncios commendat.

Ad Imperialia inſignia excipienda ut ſe quantocius preparet, hortatur;

ejuſque ad id Nuncios expoſcit.

omnia voluntatem Nobis inſinuare valeant, citò ad præſentiam Noſtram mittas.

Datum Lugduni VI. Kalend. Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Nonnulla Miniſtro Generali concedit in Regula Fratrum Min. contenta veluti exponendo. (Ex SPECULO MINOR. trac. 3. fol. 19. & in Supplemento WADDING. ad hunc annum n. 2., teſte ipſomet WADDINGO n. 36., exſtat & in FIRMAMENTIS 3. Ordin. par. 4. fol. 4., AUTOGRAPHUM vero Rothomagi apud Minor.)

LVIII.

Anno 1274. die 5. Novembris.

GREGORIUS &c.

Dilecto Filio .. [d] Miniſtro Generali *Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

VOLUNTARIÆ paupertati, cui ſacra Religio tui Ordinis, ut Chriſto pauperi poſſet liberiùs famulari, salubriter ſe adſtrinxit, affectu paterno compatimur: ac illud etiam motivum curiæ cæleſtis ſtudium, quod Profeſſores Ordinis ipſius habere circa lucrum percipimus animarum, libenter, quantum cum Deo poſſumus, promovemus. Cum itaque, ſicut ex tuâ petitione collegimus, *Fratres* ejuſdem Ordinis ex profeſſione ipſius *Regulæ* nec in communi, D nec etiam in ſpeciali proprietatem cujuſcumque rei habere valeant [e]; ſed ubi donatores, vel collectores quorumcumque bonorum ſibi non reſervaverunt dominium, donata, vel collata eidem Ordini ad Romanam Eccleſiam immediatè pertineant [f]; eaque propterea ſine licentiâ ejus alienari non poſſint; Nos Diſcretioni tuæ, quam credimus inſtitutis Regularibus ſollicitam, & honeſtatis obſervantia ſtudioſam, tribuendi *Fratribus* prædicti Ordinis licentiam alienan- E di, & commutandi; aliaſque de bonis hujuſmodi mobilibus, quibus ipſi utuntur, in alias res magis ſibi neceſſarias [g], cum

Exordium a cauſa conceſſionis.

6. Caput Regulæ de rebus Fratribus donatis, vel collatis

facultas Fratribus alienandi, & commutandi res mobiles.

(a) TRIDENTINUS ELECTUS: *Henricus* ex Ordine Canon. Regul. S. Auguſtini aſſumptus rexit uſque ad annum 1289., quo vivere deſiit ex Ughello to. 5. Ital. Sac.

(b) FR. HENRICUS: *Knoderer* cognomento Iſnæ Algoviæ in Svevia natus Lector Theologiæ Moguntino in Cœnobio, ac Præfectus Lucernen. & Baſileen. Cœnobiorum fuit multis annis a ſac. confeſſionibus Rodulphi Comitis Habſpurgenſis, ejuſque uxoris, ac familiæ, tandem hoc anno eligitur Epiſcopus *Baſileenſis* modo apud Waddingum ad hunc annum n. 35. legendo, mihi tamen ſuſpecto, de quo videatur epiſtola *Ne Celſitudinem &c.* anno ſequenti.

(c) OCCURRAS: Quod tamen nunquam poſtea factum eſt.

(d) FILIO ..: *Fr. Hieronymo* Aſculano, de quo in aliis litteris paulo ante relatis.

(e) HABERE VALEANT: Ex cap. 6. Regulæ.

(f) PERTINEANT: Juxta expoſitiones Gregorii IX., Innocentii, & Alexandri IV.

(g) NECESSARIAS: Supple *convertendi*.

Digitized by Google

cum eis videbitur opportunum, liberam auctoritate præſentium concedimus facultatem. Ad hæc, quia id, per quod in *Regula* prædicti Ordinis continetur, ut *Fratres* ipſius Ordinis non ingrediantur Monaſteria Monacharum, præter illos, quibus a Sede Apoſtolicâ conceſſa fuit licentia ſpecialis [a]; fel. record. INNOCENTIUS PAPA IV. prædeceſſor Noſter declarando in ſuis litteris [b] dixit, ingreſſum in Monaſteria tantummodo Monialium incluſarum *Sancti Damiani* prohibitum fore ipſis; itaque circa ea, certâ ſervatâ formâ, iidem *Fratres* ad alia Cœnobia poſſint, ſicut & alii Religioſi Fratres, ad prædicandum, vel petendam eleemoſynam, ac pro aliis honeſtis, ac rationabilibus cauſis accedere, ac intrare; quibus id videlicet a ſuis Superioribus pro ſuâ fuerit maturitate, vel idoneitate conceſſum. Volumus, ut *Fratres* ipſius Ordinis juxta ſuam diſpoſitionem dumtaxat hujuſmodi declaratione prædeceſſoris Noſtri [c] utantur. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam Noſtræ conceſſionis infringere; vel ei &c. Si quis autem &c.

Aliud Regulæ caput de Fratrum ingreſſu in Monaſteria Monialium.

a

b

Acceſſus Fratrum ad Monaſteria Monialium quo modo.

c

Clauſula prohib. &c.

Datum Lugduni Nonis Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Mandat verbum Crucis *contra Saracenos prædicari in ſubſidium* Terræ Sanctæ *Indulgentias, & privilegia tribuens.* (Ex REGES. VATIC. epiſt. 95. al. 197. l. 3. teſte RAYNALDO ad hunc annum n. 40., & ex AUTOGRAPHO Archivi Ordinis apud WADDINGUM num. 31. & 32.)

LIX.

Anno 1274. die 13. Novembris.

d

GREGORIUS &c.

Dilecto Filio .. Miniſtro *Fratrum Minorum Adminiſtrationis* Romanæ [d] *Salutem, & Apoſtol. Benedict.*

Exordium a conſideratione beneficiorum Redemptoris.

SI mentes Fidelium, terrenis abdicatis illecebris, recolendis immenſis beneficiis Noſtri Redemptoris intenderent; ſi ea cæleſti lumine illuſtratæ diligenti ſcrutarentur examine; ſi frequen-

A ter meditationis attentæ conſpectui præſentarent; profectò eorum corda concaleſcerent intra ipſos, igne in meditantium animis ardeſcente. Cujus etenim pectus ſaxeum non emolliret, conſiderata illius humanationis humilitas, in qua Dei filius factus homo *exinanivit ſemetipſum formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo*? Cujus viſcera non inflammaret charitatis ardore pia conſi-

Chriſti humilitas, & paſſiones quem non moverent?

Philip. 2. 7.

B deratio illius humiliationis extremæ, in qua ipſe idem *factus obbediens uſque ad mortem*, ad exprobantium opprobria *coram tondente ſe velut Agnus obmutuit*; & *ſicut ovis ad occiſionem ductus* poſt contumelias, & terrores, poſt ſpinas, & ſputa, poſt flagella varia, poſt diverſa denique genera tormentorum innocens ſine causâ damnatur, & demum ſaturatus opprobriis, clavis affixus, aceto, & felle potatus, confoſſus lancea,

Ibidem 8.

Actor. 8. 32.

C in Crucis patibulo tàm diræ mortis ſubiit paſſionem, myſterium redemptionis noſtræ perficiens, ſine qua parum nobis nativitas profuiſſet? Quis igitur hæc, & alia largitatis Divinæ chariſmata intra pectoris clauſtra debita, & frequenti meditatione [e] revolvens, non intus fervidæ zelo devotionis accenſus ferveat; & foris ebulliat, exclamet, & dicat: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ*

quis non zelo ferveret?

e

Pſal. 115. 12.

D *retribuit mihi*? & non expectato monitoris, & ſollicitatoris officio, ſubjungat ultroneus: *Calicem ſalutaris accipiam, & Nomen Domini invocabo*? Quem non pudeat ingratitudinis argui, quin potius de infidelitate notari; ſi Creatori proprio, benefico Domino, piiſſimo Redemptori tempore tantæ neceſſitatis non aſſiſtat? dum hæreditatis ſuæ funiculus *Terra Sancta*, quam ſibi teſtatur Scripturæ Sacræ teſtimonio [f] omnium cario-

Ibidem 13.

Quantus Chriſtianorum pudor Terram Sanctam ab Infidelibus conculcari,

f

E rem, in Chriſtianitatis confuſionem, & dedecus per nominis Chriſtiani blaſphemos pro parte maximâ occupata tenetur; & ad occupationem reſidui per eoſdem inſtantiâ infeſtæ perſecutionis inſiſtitur;

pro parte maxima jam occupari, reſiduum infeſtari.

(a) LICENTIA SPECIALIS: Ex cap. 11. prædictæ Regulæ.

(b) IN SUIS LITTERIS: *Regulam* exponentibus, & incip. *Ordinem veſtrum &c.* anno 1245.

(c) PRÆDECESSORIS NOSTRI: Nempe Innocen. IV., & ſiluit de illa *Alexandri IV.*, quam al. dixi, ideo ſuſpectam eſſe.

(d) ADMINISTRATIONIS ROMANÆ: Nempe *Provincia*, quæ etiam Sabinam, & Patrimonium B. Petri in Tuſcia complectebatur, cui videtur præfuiſſe *Fr. Guido*, qui anno 1277. a Joanne XXI. cum 3. aliis ex Ord. Min. Legatus fuit Conſtantinopolim ad Palæologum Græcorum Imp. ex 29. epiſt. ejuſdem Pontificis infra legenda.

(e) MEDITATIONE: Al. *attentione*.

(f) TESTIMONIO: Alibi *teſtimonium*.

Digitized by Google

ſiſtitur; ſuper eo aſſiduè in partibus illis populus Chriſtianus impetitur; & moleſtis impetitionibus infeſtatur? Et quidem ſi facultas reſiſtendi competeret; non pateretur aliquis abſque deſertæ Fidei ſcrupulo ſui Domini temporalis vel vicum aliquem occupari; & hæreditatis Dominicæ invaſores fideles ulterius patientur? numquid marcebunt otio; aut ocyus non exurgent ad vitandum tantæ notæ diſcrimen? Exurgant itaque, qui ſunt Chriſti; & ſe ipſius eſſe non ſolum nomine, ſed & opere fateantur. Exurgant utique in illius auxilium: Exurgant ad ſalutis ſuæ compendium, & illam brevis laboris pretio compendioſè mercentur: Nunc præcipuè, dum in Sacro *Concilio*[a] ad hoc his diebus inter cetera, immò præ cæteris ſpecialiter congregato, ejuſdem *Terræ* nuper ordinata ſubventio ſub ſpe illius, de cujus ſolius clementi providentiâ, & clementiâ providâ ordinatio talis, & tanta proceſſit, laboris optatum exitum repromittit. Convenientibus ſiquidem in eo *Concilio* nonnullis Principibus[b], & Prælatis de Mundi partibus univerſis[c]; aliorumque Principum, Prælatorum, ac Capitulorum Nuntiis, poſt ſubſidium pecuniarum[d] communi conſenſu *Terræ* deputatum, eidem convenit omnium ſententia in idipſum, videlicet ut in generali paſſagio[e], cujus celeriter, auctore Deo, terminum præfigemus, univerſis Chriſticolis contra blaſphemos eoſdem conflantibus vires ſuas, quantò erit Chriſtianorum virtus unita potentior, tantò ad liberationem *Terræ* prædictæ ſit via ſecurior, ſit opportunitas promptior; & de illa, Deo auſpice, ſpes certior habeatur. Cæterum licet ad excitandos eorumdem Fidelium animos in *Terræ* memoratæ ſuccurſum ſufficere debeat ſolers attentio præmiſſorum; licet poſſit non indignè ſperari, quòd ſi Fideles iidem, quo debent pietatis oculo, *Terram* eamdem reſpiciant; ſi ad perſecutionis acerbitatem, quam *Terra* eadem continuis laceſſita moleſtiis, diutinis vexationibus laſſata perpetitur, convertant piæ compaſſionis intuitum; diſcriminaque conſiderent, quæ per hoc eidem *Fidei* Orthodoxæ non eſt dubium imminere; ad aſſumendum *Terræ* ſæpefatæ negotium ſe potius ingerent, quam incitari ad hoc commotionis alicujus ſuffragio expectabunt. Quia tamen ſperamus, quod vocem virtutis tribuet Dominus voci ſuæ ad promotionem ipſius negotii, verbum *Crucis* in commiſsâ tibi *Provincia* decrevimus proponendum; ad quod tuo, ac Fratrum tui Ordinis miniſterio tantò confidentiùs utimur, quantò vos ad id utiliores Religionis veſtræ caritas[f], & zelus, quo vos ad ea, quæ Dei ſunt, fervere præſumimus, repromittit. Ideoque in commiſsâ tibi *Provincia* prædicationis officium, favorem, ac utilitatem ejuſdem negotii præſentium tibi auctoritate committimus in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus in hujuſmodi officio juxta datam a Deo tibi prudentiam cum omni, qua poteris, efficaciâ, & attentione procedens illud per te; ac alios *Fratres* ejuſdem Ordinis, commiſſæ tibi Provinciæ, quos ad id, a conſilio Diſcretorum Fratrum ejuſdem Ordinis, duxeris eligendos; quoſque tibi per virtutem obedientiæ cogere liceat ad id officium proſequendum; & mutare, quoties opportunum ipſi negotio & tibi videbitur expedire: Non obſtante, quod hoc idem aliis ſit commiſſum, ſtudeas exequi diligenter, omnes, quos utiles fore putaveris, inſtantiùs inducendo, ut ſuſcipientes cum reverentiâ ſignum *Crucis*, ipſamque ſuis cordibus, & humeris[g] affigentes ad *Terræ* memoratæ ſuccurſum viriliter ſe accingant; ac ipſius negotium fideliter exequantur. Et ut iidem Fideles præmiſſa eò libentiùs, eòque ferventiùs proſequi ſtudeant; quò potiorem ſe noverint fructum ex ſuis laboribus percepturos; Nos de omnipotentis Dei miſericordiâ, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus

Sacram illam expeditionem ſalutis æternæ compendium eſſe.

De cujus ſubſidio actum in generali Concilio.

Quæ ſufficere deberent ad excitandum Fideles pro dictæ Terræ ſubſidio.

Pſal.67.35.

Committit Pontifex prædicationem ſupradictam.

Miniſtro, aliiſque Fratribus ejus Provinciæ.

Ut inducant ad ſuſcipiendum Crucis ſignum.

(a) CONCILIO: Lugdunenſi II. hoc anno menſ. Maji, Junii, & Julii habito.

(b) PRINCIPIBUS: Inter quos Rex Aragoniæ Jacobus.

(c) PARTIBUS UNIVERSIS: Quos fuiſſe 1570. litteris mandavit Ptolemæus Lucenſis in Annal., & poſt eum Spondanus; ſed alii aliter.

(d) SUBSIDIUM PECUNIARUM: Nempe omnium Eccleſiarum proventuum *decimas* ad ſex annos ab omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus ſolvendas ex Raynaldo hoc anno n.3.

(e) PASSAGIO: Pro itinere, & transfretatione in Terram Sanctam.

(f) CARITAS: Al. *claritas* ex Raynaldo qui nonnulla ibi immutat.

(g) ET HUMERIS: Locus corporis, ubi milites tunc *Cruce* ſignabantur.

Digitized by Google

ejus auctoritate confiſi; & illâ, quam Nobis Deus ligandi, atque ſolvendi contulit, poteſtate, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui hujuſmodi laborem ſalutiferæ *Crucis* ſigno ſuſcepto in perſonis propriis ſubierint, & expenſis, plenam peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, veniam indulgemus; & in retributione juſtorum ſalutis æternæ pollicemur augmentum. Eis autem, qui non in perſonis propriis illuc acceſſerint, ſed in ſuis dumtaxat expenſis, juxta qualitates, & facultates ſuas viros idoneos deſtinarint illic juxta providentiæ tuæ, vel ipſorum Fratrum arbitrium moraturos; & illis ſimiliter, qui licet in alienis expenſis in perſonis tamen propriis aſſumptæ peregrinationis hujuſmodi laborem impleverint, plenam ſuorum concedimus veniam peccatorum. Hujuſmodi quoque remiſſionis volumus eſſe participes, juxta quantitatem ſubſidii, quod de bonis ſuis congruè miniſtrabunt. Perſonas inſuper, familias, & bona eorum, ex quo *Crucem* ſuſceperint, ſub Beati Petri, & Noſtrâ protectione ſuſcipimus ſtatuentes, ut ſub Diœceſanorum ſuorum defenſione conſiſtant. Ut autem iidem *Cruceſignati* eò exequantur libentiùs, & ferventiùs votum ſuum, quò pluribus fuerint favoribus communiti; præſentium auctoritate concedimus, ut iidem illis privilegiis, eâque immunitate gaudeant, quæ in generali *Cruceſignatorum* indulgentiâ continetur. Porrò ad hujuſmodi ardui, & ſalubris negotii efficaciam pleniorem, ut tu, & dicti *Fratres* convocare poſſitis Cleros, & Populos ad quemcumque volueritis locum idoneum, & ibidem verbum *Crucis* proponere; ac Fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis ad prædicationem hujuſmodi convenientibus, ipſamque audientibus reverenter *centum dies* de injunctis eis pœnitentiis relaxare: quodque vobis, & veſtris familiis in Eccleſiis eccleſiaſtico *Interdicto* ſuppoſitis, excommunicatis, & interdictis excluſis, non pulſatis campanis, voce ſubmiſsâ, & janius clauſis, Divina celebrari Officia, & facere celebrari, ac populis proponere verbum *Crucis*, auctoritate præſentium tibi, & ipſis Fratribus duximus concedendum. Volumus præterea, & concedimus, ut tu, & iidem *Fratres*, qui in officio prædicationis *Crucis* pro præſenti negotio per triennium duxeritis laborandum; vel ſi[a] poſt incœptum laborem hujuſmodi cum intentione ipſum prædictum triennium proſequendi ante finitum idem triennium decedatis; illis immunitate, ac privilegiis gaudeatis, illiuſque indulgentiæ ſitis participes, quæ perſonaliter in *Terræ* prædictæ ſubſidium transfretantibus in eodem generali *Concilio*[b] noſcitur eſſe conceſſa. Ceterum cum hujuſmodi prædicationis officium venerabilibus Fratribus Noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis univerſis[c] per Nos in ſuis Diœceſibus ſit commiſſum, & Prioribus Provincialibus, & aliis Fratribus Ordinis *Prædicatorum*, illud per ſimiles patentes Noſtras litteras[d] committimus; te, ac dictos Fratres ejuſdem tui Ordinis cum omni diligentiâ volumus obſervare; ne cum Prælatis eiſdem in prædicando concurrere; vel ipſorum prædicationem turbare, ſeu impedire quomodolibet præſumatis; cum dictis etiam Prioribus, & Fratribus præfati Ordinis *Prædicatorum* ſic loca prædicationis, & tempora dividendo, ut vos mutuò non turbetis, nec impediatis aliquatenus per concurſum; ſed vobis invicem alternis vicibus in omni patientiâ, & quiete cedatis: Et ſi forſitan in aliquibus locis Conventus vos habere contingat, in quibus Conventum prædictus Prædicatorum Ordo non habeat; eiſdem Prioribus, & Fratribus ipſius Ordinis *Prædicatorum* ad eadem loca ſupervenientibus, in executione prædicti officii, tu & Fratres iidem præfati[e] tui Ordinis deferatis. Non obſtante aliquâ indulgentiâ[f] Fratribus ejuſdem tui Ordinis a dicta Sede ſub quacunque verborum formâ conceſsâ, quòd Apoſtolica mandata ſuſcipere,

Matth.16.19.

Indulgentiam concedens diverſis

etiam diverſimode cooperantibus,

& Privilegia adjungens.

Facultas Miniſtro, ejuſque Fratribus conceſſa

cum privilegiis.

Modus in concurſu Concionatorum aliorum ſervandus,

etiam illorum Ordinis Prædicat.,

præſertim ubi Conventus illius Ordinis non extet; extet autem Minorum,

Clauſula derogatoria.

(a) VEL SI: *Velle* habet Waddingus, ſed corruptè.
(b) CONCILIO: Lateranenſi IV.an.1215.celebrato.
(c) EPISCOPIS UNIVERSIS: Exemplar litterarum ad Archiepiſcopum *Eboracen.*, ejuſque Suffraganeos legimus apud Raynaldum ad hunc annum n.40. & ſeqq., ſed detruncatum uſque *pollicemur augmentum*.
(d) NOSTRAS LITTERAS: Priori Provinciæ *Romanæ* O.P. quas habemus in tom.1. Bullarii illius Ordinis p.525.n.32. eodem plane exemplo, ac die.
(e) PRÆFATI: Hoc loco textus apud Waddingum corruptus eſt, & mancus; ſupplevimus autem ex illo apud Cagliolam Hiſt.Prov.Siculæ, & cit.Bullarium O.P.
(f) INDULGENTIA: *Queti veſtra &c.* alias & ſæpius prolata.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An. Ch. 1274.

re, vel exequi per litteras Apoſtolicas, in quibus de indulto hujuſmodi mentio non habetur, minimè teneantur, & quibuslibet aliis indulgentiis, privilegiis, ſeu litteris ab eâdem Sede obtentis, per quæ prædicta impediri, vel differri poſſint, & de quibus ſpecialem oporteat in præſentibus fieri mentionem.

Datum Lugduni Idibus Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

LX. Eodem modo, & tempore (Ex Reg. Pont., & Archivo Ord. teſte cit. Waddingo n.31. & 33.) Miniſtris Provinciarum *Tuſciæ* [a]. a

b LXI. *Marchiæ Anconitanæ* [b].
c LXII. *Bononienſis* [c].
LXIII. *Januenſis*.
d LXIV. *Siciliæ* [d].
LXV. *Calabriæ*.
e LXVI. *Apuliæ* [e].
f LXVII. *Sancti Angeli* [f].
g LXVIII. *Terræ laboris* [g].
h LXIX. *Pennenſis* [h].
i LXX. *Marchiæ Tarviſinæ* [i].
k LXXI. *Regni Franciæ* [k].
l LXXII. *Provinciæ* [l].
m LXXIII. *Burgundiæ* [m].
LXXIV. *Mediolanenſis*.
LXXV. *Ungariæ*.
n LXXVI. *Sclavoniæ* [n].
o LXXVII. *Alemanniæ* [o].
p LXXVIII. *Colonienſis* [p].
LXXIX. *Saxoniæ*.
q LXXX. *Regni Daciæ* [q].
r LXXXI. *Regni Aragoniæ* [r].
s LXXXII. *Regni Portugalliæ* [s].
t LXXXIII. *Regni Bohemiæ* [t].
u LXXXIV. *Auſtriæ* [u].
x LXXXV. *Syriæ* [x].
y LXXXVI. *Angliæ* [y].
LXXXVII. *Hiberniæ*.

A Item Miniſtris Provinciarum *Aquitaniæ*. LXXXVIII.
Turoniæ. LXXXIX.
Sancti Franciſci [z]. XC. z
Caſtellæ [aa]. XCI. aa

Conſtitutio de Religionibus *poſt generale Concilium; quænam retinendæ, & quænam ſupprimendæ*. (Ex Bullariis Carmelitarum par. 1. p. 34., & Dominicanorum tom. 1. p. 531. n. 37.)

GREGORIUS &c. XCII.

Anno 1275. die 31. Martii.

B *Ad perpetuam rei memoriam*.

Unam ex Conſtitutionibus, nuper a Nobis in Generali Lugdunenſi *Concilio* promulgatis [bb] de verbo ad verbum præſentibus fecimus annotari, cujus tenor talis eſt: „ Religionum diverſitatem nimiam, ne confuſionem induceret, Generale *Concilium* [cc] conſultâ prohibitione vetavit; ſed quia „ non ſolùm importuna petentium inhiatio illarum poſtmodum multiplicationem extorſit; verùm etiam aliquorum præſumptuoſa temeritas diverſorum Ordinum præcipuè *Mendicantium*, quorum nondum approbationis meruere principium, effrænatam quaſi multitudinem adinvenit; repetitâ *Conſtitutione* diſtrictiùs inhibentes, ne quis de cetero novum Ordinem, aut Religionem inveniat, vel habitum novæ „ Religionis aſſumat; cunctas affatim Religiones, & Ordines *Mendicantes* poſt dictum Concilium [dd] adinventos, qui nullam confirmationem Sedis „ Apo-

bb

Conſtitutionis in Concilio Lugdunen. promulgatæ tenor.

cc

C

D

quænam Religionis extinguendæ.

dd

(a) Tusciæ: Cui tunc *Sardinia* unita erat velut *Cuſtodia*; extatque hujus epiſtolæ exemplar in Archivo noſtri Conventus S. Franciſci Civitatis Collis.

(b) Marchiæ Anconitanæ: Nunc *Lauretana*.

(c) Bononiensis: Hæc deeſt apud cit. Waddingum amanuenſis incuria, cum tamen exemplar habeatur in noſtri Conventus S. Franciſci illius Urbis Archivo.

(d) Siciliæ: Cujus apographum Meſſanæ, in Archivo noſtri Conventus S. Franciſci extat, publicavitque Philip. Cagliola in Hiſt. Provinciæ Sicil. p. 3.

(e) Apuliæ: Nempe Peucetiæ, ubi Barium, Hydruntum &c., nunc *S. Nicolai*.

(f) S. Angeli: Al. Apuliæ Dauniæ, in qua Mons Garganus: ſive S. Angeli.

(g) Terræ laboris: Al. Campaniæ felicis, nunc *Neapolitana*.

(h) Pennensis: Al. Aprutii nunc *S. Bernardini*.

(i) Marchiæ Tarvisinæ: Al. Venetæ nunc *Sancti Antonii*.

(k) Regni Franciæ: Seu Franciæ pars.

(l) Provinciæ: Vulgo *Provenza* nunc *S. Ludovici*, & *S. Rochi*.

(m) Burgundiæ: Nunc *S. Bonaventura*.

(n) Sclavoniæ: Alias ut & nunc *Dalmatia*.

(o) Alemanniæ: Nempe ſuperioris, alias *Argentina*.

(p) Coloniensis: Seu Alemanniæ inferioris.

(q) Regni Daciæ: Leg. *Dania* cum *Norvegia*, & *Svecia*, quæ olim unum componebant Regnum.

(r) Regni Aragoniæ: Cum *Navarra* Cuſtodia.

(s) Regni Portugalliæ: Al. *S. Jacobi* nempe Compoſtellani.

(t) Regni Bohemiæ: Cui tunc *Polonia* erat unita.

(u) Austriæ: Provincia hæc deeſt in recenſione Provinciarum anno 1260. in Comitiis Gen. Narbone a S. Bonaventura facta, & a Waddingo ad eum annum relata n. 14., num ſcribæ negligentia, vel nondum in Provinciam erecta.

(x) Syriæ: Al. *Terra Sancta*, cujus duæ erant Cuſtodiæ *Nicoſien.* in Cypro, & *Syria*.

(y) Angliæ: Cum *Scotia* Cuſtodia.

(z) Sancti Francisci: Sive *Umbria*.

(aa) Castellæ: Vulgo *Caſtiglia*. Deeſt apud Waddingum Provincia *Romania*, alias *Græcia*, quæ jam extabat ab anno 1221. ex 6. epiſt. Honorii III. in 1. hujus Operis tomo relata p. 6.

(bb) Promulgatis: Anno præcedenti cap. 23. ex Actis dicti Concilii, & habetur etiam in 6. Decret. lib. 3. tit. 17. *de Religioſis Domibus* c. un. *Religionum diverſitatem*, ſed nonnihil immutata, ut infra, a Bonifacio VIII.

(cc) Generale Concilium: Ideſt Lateranenſe IV. cap. 12.

(dd) Dictum Concilium: Nempe Lateranenſe IV. anni 1215. coactum.

Digitized by Google

,, Apoſtolicæ meruerunt, perpetuæ pro- A
,, hibitioni ſubjicimus; & quatenus pro-
,, ceſſerant, revocamus: Confirmatos
,, autem per Sedem eamdem, poſt idem
,, tamen Concilium inſtitutos, quibus
,, ad congruam ſuſtentationem redditus,
,, aut poſſeſſiones habere Profeſſio, ſive
a ,, Regula, vel Conſtitutiones [a] quælibet
,, interdicunt, ſed per quæſtum publi-
,, cum tribuere victum ſolet incerta men-
,, dicitas modo ſubſiſtere decernimus in-
,, fraſcripto: Ut Profeſſoribus eorum- B
,, dem Ordinum ita liceat in illis rema-
,, nere, ſi velint, quod nullum deinceps
b ,, ad eorum profeſſionem admittant [b] ſi-
,, ne Sedis ejuſdem licentiâ ſpeciali;
,, Nos enim ea diſpoſitioni Sedis Apo-
,, ſtolicæ reſervamus in *Terræ Sanctæ*
,, ſubſidium, vel pauperum, aut alios
,, pios uſus per locorum Ordinarios; vel
,, eos, quibus Sedes ipſa commiſerit,
,, convertenda. Si verò ſecus præſum-
,, ptum fuerit; nec perſonarum rece- C
,, ptio; nec domorum, vel locorum ac-
,, quiſitio; aut ipſorum, ceterorumque
,, alienatio valeat: & nihilominus con-
,, trarium facientes, ſententiam *excom-*
,, *municationis* incurrant: Perſonis quo-
,, que ipſorum Ordinum omnino inter-
,, dicimus quoad extraneos Prædicatio-
,, nis, & audiendæ Confeſſionis officium,
,, ac etiam ſepulturam. Sanè ad *Prædi-*
c ,, *catorum*, & *Minorum* Ordines [c], quos
,, evidens ex eis utilitas Eccleſiæ uni- D
,, verſali proveniens perhibet approba-
,, tos, præſentem non patimur Conſti-
,, tutionem extendi. Ceterum *Carme-*
,, *litarum*, & *Eremitarum* Sancti Au-
,, guſtini Ordines; quorum Inſtitutio di-
,, ctum *Concilium* Generale præceſſit,
d ,, in ſuo ſtatu manere concedimus [d],
e ,, donec de ipſis [e] fuerit aliter ordina-
,, tum. Intendimus ſiquidem, tàm de
,, illis, quàm de reliquis etiam non men-
,, dicantibus Ordinibus, prout anima-
,, rum ſaluti, & eorum ſtatui expedire
,, viderimus, providere [f]. Ad hæc per-
,, ſonis Ordinum, ad quos *Conſtitutio*
,, præſens extenditur, tranſeundi ad re-
,, liquos Ordines approbatos licentiam
,, concedimus generalem; ita quòd nul-
,, lus Ordo ad alium, vel Conventus ad
,, Conventum ſe, ac loca ſua totaliter
,, transferat, Sedis ejuſdem permiſſio-
,, ne ſuper hoc ſpecialiter non obtentâ;
Datum Lugduni II. Kalendas Aprilis,
Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

& quomodo adhuc ſubſiſtere permittantur.

Earum perſonis quænam interdicantur.

Prædicatorum & Minorum Ordines non comprehenduntur hac lege, & quare.

Neque illi Carmelitarum, & Eremitarum S. Auguſtini, & qua de cauſa.

f

Fratres locorum ſuppreſſorum ad alios Ordines tranſire queant, ſed non Ordo, aut Conventus.

Admonet, & hortatur, ut in Lombardiam copias tranſmittat ad hoſtium conatibus obſtandum. (Ex Arch. Vallicel. Cod. C. n. 49. p. 49. apud Raynaldum ad hunc ann. n. 3.)

XCIII.

Anno 1275. die ... Aprilis.

GREGORIUS &c.

Cariſſimo in Chriſto Filio Rodulpho Regi Romanorum [g] *Illuſtri Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

g

NE Celſitudinem Regiam forſitan lateant, quæ in tuum diſpendium aguntur in partibus *Lombardiæ*; ſed illis in tuam deductis notitiam, agas cautiùs, & diſponas conſultiùs, quæ facti qualitate docente videris opportuna; ſcire te volumus, quòd tui adverſator culminis; & honoris æmulus [h] non dormit in illis partibus, nec dormitat; ſed ingenio conatur, & viribus ad devotionem incolarum earumdem partium pervertendam [i]. Regalem itaque Circumſpectionem decet attendere, quòd niſi celeriter ejus niſibus occurratur; adeo convaleſcere poterunt mala per moram, quòd ea, quæ ad præſens conſtat eſſe facilia, non ſine gravi diſcrimine in immenſum difficiliora reddentur. Ideoque Serenitatem Regiam monemus attentiùs, & hortamur, paterno

Occaſio has litteras ſcribendi.

h

Rex Caſtellæ in Lombardia contra Regem Roman. populos pervertere conatur.

i

Hortatur Pontifex Rom. Regem, uti ſupra

(a) Vel Constitutiones: Hoc verbum abſtulit Bonifacius VIII. in 6. Decr.

(b) Admittant: Nec *de novo domum, vel aliquem locum acquirant; nec domos, ſeu loca, quæ habent, alienare valeant*: addit cit. Bonifacius: *hoc autem fuit, illos penitus ſupprimere*.

(c) Prædicatorum, et Minorum Ordines: Poſt dictum quidem *Concilium* confirmatos (etſi *Minorum* ille verbo Innocentii III. approbatus fuerit ante Concilium) ſed ante adinventos.

(d) Concedimus: Al. *in ſolido ſtatu volumus permanere*: habet ſextus Decret.

(e) Donec de ipsis: Hæc, & ſequentia uſque *providere* reſcidit cit. Bonifacius in 6. Decr.

(f) Providere: Sed de his, mortuo ſub initium anni ſequentis Pontifice, nihil amplius actum eſt: conſuli tamen poterit Autor Gloſſæ hoc in loco de *Religionibus* non Mendicantibus.

(g) Regi Romanorum: De quo ad epiſt. *Solent ardua &c.* die 26 Sept. 1274. data ſup. fol. 221.

(h) Æmulus: *Alphonſus* Caſtellæ Rex olim in Regem Romanorum electus, & Coronæ *Imperialis* aviſſimus.

(i) Pervertendam: Anno enim ſuperiore Alphonſus ex Hiſpania militem Genuam tranſmiſerat, pluresque in ſuas partes pellexerat, ut Genuenſes, Aſtenſes, & Montis Ferrati Marchionem ex Raynaldo ad hunc annum n. 3. & 4.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch.1275.

A no nihilominus ſuadentes affectu, quatenus, omni morâ, & occaſione poſtpoſitis; competentem militiam ſtrenuam, & expertam; cujus quantitatem tibi per dilectos Filios Fratres *H.* [a] de Ordine Minorum Lectorem Maguntinum, *B.* Magiſtrum Ordinis Sancti Joannis Hieroſolymitani [b] per Alemanniam, quos ad tuam præſentiam cum ſpeciali expeditione remittimus, & Magiſtrum A. [c] Nuncium Noſtrum Excellentiæ Regiæ mandamus exponi; ſic ſtudeas præparare; quòd ſaltem circa finem inſtantis *Maji* [d] cum bono Capitaneo, & probato ſit in partibus ſupradictis, non ſolùm adverſis obſtatura conatibus, ſed illis, Deo auſpice, repreſſis, omnino ad tui commodi, & honoris augmentum conſervatura feliciter, & multiplicatura devotos. Quidquid autem ſuper hoc duxeris diſponendum, Nobis per eumdem *Nuncium* Noſtrum cum omni, quâ poteris celeritate reſcribas, ut *Legato* [e], quem in magnificentiæ tuæ favorem ad partes deſtinamus eaſdem, Noſtris litteris injungamus, quòd militiæ prædictæ feſtinus occurrat; eamque utili conſilio foveat, & efficaci auxilio proſequatur [f].

a per Nuncios ejuſdem Regis.

c & Pontificis

diſpoſitionem ejus exquirens.

Evehitur ad regimen Caſtellanæ *Eccleſiæ, Primicerii electione in irritum adducta.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 23. anni 4.)

XCIV.

Anno 1275. die 5. Aprilis.

GREGORIUS &c.

Dilecto Filio Bartholomæo Quirino [g] *Electo* Caſtellano [h] *Sal.*, *& Apoſt. Bened.*

Dudum *Caſtellana* Eccleſiâ per mortem bonæ memoriæ *Thomæ Franci* [i] Epiſcopi Caſtellani Paſtoris ſolatio deſtitutâ, duas in eâ electiones, unam videlicet de *Te* tunc Sedis Apoſtolicæ Cappellano, ac ejuſdem Eccleſiæ Canonico; alia verò de *Petro Corario* [k] Primi- B cerio Eccleſiæ Sancti Marci de Venetiis ab ipſius Eccleſiæ *Caſtellanæ* Canonicis contigit in diſcordiâ celebrari. Earumdem quidem electionum negotio apud Sedem eamdem pendente, fel. record. Clemens Papa [l] Prædeceſſor Noſter dilectis Filiis ... Priori *Prædicatorum*, & Guardiano Fratrum *Minorum* Ordinum de *Venetiis* [m] ſuis ſub certâ formâ dedit litteris [n] in mandatis, ut tàm te, quàm C præfatum Primicerium ex parte ſuâ monérent, & inducerent ad ponendum ſuper hoc in ſuis manibus jura veſtra, omni juri renuntiando, ſi quod vobis ex prædictis electionibus competebat. Cumque prædicti *Prior*, & *Guardianus* ad monitionem, & inductionem hujuſmodi juxta formam mandati Apoſtolici proceſſiſſent; *tuque* ipſorum in hâc parte monitis tanquam devotionis filius humiliter paruiſſes; dictus *Primicerius* eiſdem obtem- D perare monitis recuſavit. Nos igitur de meritis ejuſdem electionis de dicto *Primicerio*

Eccleſia Caſtellana vacante

duo in diſcordia electorum ad eam promoventur.

Quos Clemens IV. inducere curat, ut in ſe cauſam ponant:

horum alter obtemperat,

alter vero recuſat.

(a) Fratris H.: *Henricum* etiam in ſupra citata epiſt. *Solent ardua &c.* anno ſuperiori 26. Septembris data *Nuncii* nomine memoratum, & paulo poſt *Baſileenſi* Eccleſiæ promotum: non multo poſt enim *Baſilienſis Electus* cum Duce de *Teck* Regio Cancellario *Conrado* miſſus eſt a Rodulpho ad Pontificem pro ornamentis Imperii ex Raynaldo ſupracitato, & menſe Octobri intertuit Lauſanæ, cum Rex Rodulphus juramentum fecit Pontifici, & Cardinalibus, ut ex ejus diplomatibus apud cit. Raynaldum n. 37. & ſeqq.

(b) S. Jo: Hierosolymitani: Nunc Equitum Melitenſium; quibus in Alemania tunc præerat *Berengarius* ex Joannis XXI. epiſt. *Habet fili &c.*

(c) A.: *Andream*.

(d) Instantis Maii: Datæ ſunt igitur hæ litteræ vel exeunte menſe Martio, vel menſe Aprili ineunte ex ſequenti epiſtola.

(e) Legato: Qui, defuncto non multo poſt Sancto Pontifice, nequaquam miſſus legitur.

(f) Epiſtola caret loco, & tempore, quibus data fuerit; tamen Raynaldus ad hunc annum n. 1. teſtatur ex Regeſ. Pontif. conſtare, Gregorium *Lugduni* degiſſe uſque ad diem 14. *Maji* hujus anni; ſcripſit autem Pontifex Regi *Rodulpho* in Alemannia moranti, ut in Inſubriam copias mitteret *ſaltem circa finem inſtantis Maji*; igitur epiſtola data videtur *Lugduni* ineunte menſe Aprili, quo die 8. memoratur Fr. Henricus in alia *Petitio tua nobis &c.* data Petro Diviti Præpoſito Moguntino, conſtatque, hoc anno die 27. *Martii* ipſum fuiſſe Lugduni.

(g) Quirino: Nobili Veneto, quem quidam, neſcio quibus monumentis ducti, aut a quibusnam ſeducti *Minoritam* dixerunt, niſi forſan in fine vitæ id factum fuerit, uti plures egerunt: certe anno 1255., cum ad Epiſcopatum Tarviſinum poſtulatus fuit, dicitur *Clericus Venetus* in Bulla Pontificia Regeſ. Vatic., & anno 1258. erat *Plebanus Eccleſiæ S. Mariæ Formoſæ* Venet. ex monumentis illius Eccleſiæ.

(h) Castellano: Ideſt Venetiarum, ut epiſtolæ contextus manifeſtat, & Ughellus tom. 5. Ital. Sacræ oſtendit.

(i) Thomæ Franci: Quem iidem etiam *Minoritam* fuiſſe ſcripto tradiderunt, ſed nullo monumento, de eo conſulendus cit. Ughellus tom. 5. Ital. Sac.

(k) Corrario: Nobili Veneto.

(l) Clemens Papa: Hujus nominis IV. ann. 1268. die 29. Novembris vita defunctus, unde liquet *Thomam Francum* ante illud tempus deceſſiſſe.

(m) De Venetiis: De quibus etiam in margine Chronici Andreæ Danduli Cod. Ambroſ. apud tom. 12. Rer. Ital. Script. ad ann. 1273. iſta leguntur: *Item quod ſuper quæſtionibus, querimoniis, & litibus inter Venetos habentes terras, & poſſeſſiones in Maſſa Fiſcalia, & diſtrictu Maſſæ ex parte una, & d. Marchionem, & Commune Ferrariæ, ſeu Commune Maſſæ Fiſcaliæ ex altera eligantur tres judices unus per Venetos, alter per Marchionem, tertius per Priorem Prædicatorum, & Guardianum Minorum de Venetiis, & Ferrariæ, qui in loco, qui videbitur ipſis judicibus, vel majori parti eorum idoneus, lites ipſas decidant in termino duorum menſium.*

(n) Sub certa forma dedit litteris: Quæ adhuc expectantur.

Digitized by Google

micerio celebratæ pleniùs cognito; quia eam invenimus minus canonicam extitiſſe, ipſam de Fratrum Noſtrorum conſilio duximus irritandam. Et demum de ipſius Eccleſiæ *Caſtellanæ* ordinatione ſollicitè cogitantes, ac talem perſonam aſſumi ad illius regimen cupientes, per cujus induſtriam eadem Eccleſia *Caſtellana* poſſit ſalubriter ad proſpera dirigi, & a noxiis præſervari; direximus in te oculos Noſtræ mentis, cui competens litterarum ſcientia, vitæ ac morum honeſtas, ſpiritualium prudentia, & temporalium providentia, prout ex fidedignorum teſtimoniis accepimus, ſuffragantur; Quapropter tàm Gregi Dominico, quàm eidem Eccleſiæ *Caſtellanæ* volentes ſalubriter providere de Fratrum prædictorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, Te ipſi Eccleſiæ *Caſtellanæ* præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem, in illo, qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes quòd eidem Eccleſiæ *Caſtellanæ* per tui Miniſterii fructuoſum ſtudium grata, Deo propitio, in ſpiritualibus & temporalibus provenient incrementa. Quocirca Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus regimen ipſius Eccleſiæ *Caſtellanæ* reverenter ſuſcipiens, & proſequens diligenter, ſic te in animarum tibi commiſſarum curâ ſollicitum, & in ejuſdem Eccleſiæ *Caſtellanæ* utilitatibus ſpiritualiter & temporaliter ampliandis reddas attentum, quòd in die diſcuſſionis extremæ rationem de talento tibi credito redditurus, illud dupplicatum afferas committenti, ſicque tua fama apud remotos, & proximos clareat per effectum, quòd in delectationem Nobis veniat te opportuno tempore proſequi gratioſè, ac tuis deſideriis favorem benevolum impertiri.

[margin: & Pontifex obtemperantem aſſumit ad dictam Eccleſiam; cujus regimen, & curam ei commendat.]

Datum Lugduni Nonis Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

XCV. a In eumdem modum... *Patriarchæ Gradenſi* [a], verbis competenter mutatis.

Gregorius PP. X. An.Ch. 1275.

A In eumdem modum Nobili Viro... [b] *Duci*, Conſilio, & Communi *Venetorum*, ac Populo Civitatis, & Diœceſis *Caſtellanæ*. *XCVI. b*

Item... Archipresbytero, & Capitulo Eccleſiæ *Caſtellanæ*; nec non Clero Civitatis, & Diœceſis ejuſdem. *XCVII.*

B Item... *Ferrarien.* [c] Apoſtolicæ Sedis Legato, &... *Adrien.* [d] Epiſcopis &c. *XCVIII. c d*

Ut ejus famuli ſervitiove addicti abſente Parocho cuicunque Regularium Sacerdoti peccata confiteri valeant, & ab eo abſolvi a caſibus etiam Rom. Pontif. reſervatis. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 7. anni 4.)

GREGORIUS &c. *XCIX. Anno 1275. die 5. Aprilis. e*

C *Cariſſimæ in Chriſto Filiæ Mariæ* [e] Reginæ Franciæ *Illuſtri Salutem, & Apoſtolicam Benedict.*

CELSITUDINIS tuæ precibus benignum impertientes aſſenſum Servientibus tuis, & in tuo commorantibus ſervitio præſentium auctoritate concedimus, ut cum eorum Presbyterum Parrochialem commodè habere non poterunt, Presbyteris Religioſis D *Prædicatorum*, vel *Minorum*, ſeu aliorum Ordinum, qui tecum fuerint, licet ipſi Presbyteri fortè in tuâ Curiâ continuè non morentur, peccata ſua confiteri valeant, & ab ipſis pœnitentiam recipere ſalutarem, qui eiſdem confitentibus ſuper peccatis ſuis vice Noſtrâ beneficium abſolutionis impendant; niſi talia fuerint, propter quæ ſit merito Sedes Apoſtolica conſulenda. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conceſſionis infringere, E vel ei auſu &c.

[margin: Precibus Reginæ annuens concedit ſupradicta. Clauſula prohib. &c.]

Datum Lugduni Nonis Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Quarto [f]. *f*

Electio-

(a) Patriarchæ Gradensi: *Joanni* ab ipſo Pontifice promoto anno 1272. ex epiſt. 65. Regeſ. Pontif. in Vatic. Tabul. teſte Raynaldo ad eum annum n. 67.

(b) Nobili Viro..: *Jacobo Contareno*, qui ſequenti anno ſeu 1277. expeditionem in Anconitanos, ſed irritam adornavit ex Annal. Eccleſ., & Hiſtor. Venetis; obiitque ætate confectus anno 1280. 6. Idus Aprilis in Clauſtro noſtri Conv. S. Mariæ Glorioſæ ſepultus cum *Jacobina* uxore ſua, ex Chron. Andreæ Danduli lib. 10. cap. 9. par. 29.

(c) Ferrarien.: *Guillelmo* Placentino, de quo in Ital. Sac. tom. 2. Ughellus diſſerit.

(d) Adrien.: Jacobo, vel Floro II. ex Catalogo Epiſcoporum illius Eccleſiæ.

(e) Mariæ: Henrici Brabantiæ Ducis filiæ, quam Philippus Rex, priore uxore defuncta, ſibi junxerat, & quam hoc anno Regiis inſigniis exornatam tradit Nangius in Geſt. Phil. Reg. Franc.

(f) Eidem Pontifex reſcripſit hoc anno die 5. Junii *Nuper devotionis &c.*, & 7. Julii *Nuper Celſitudinis &c.*

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch. 1275.

Electionem Fr. Petri *Ord. Min. in Epiſcopum* S. Marci *examini ſubjiciat, & ſi rite facta ſit, confirmet*. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 19. ann. 4.)

C.

Anno 1275. die 7. Aprilis.

GREGORIUS &c.

Venerabili Fratri .... [a] *Archiepiſcopo* Capuano [b] *Sal., & Apoſt. Bened.*

Epiſcopatu S. Marci vacante

per obitum M.

CATHEDRALI Eccleſiâ *Sancti Marci* [c] in Calabriâ, quæ ad Romanam Eccleſiam nullo medio ſpectare dignoſcitur, per obitum bonæ memoriæ *M.* [d] Epiſcopi Sancti Marci nuper carente Paſtore; dilecti Filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ vocatis omnibus, qui voluerunt, potuerunt, & debuerunt commodè intereſſe ad providendum ipſi Eccleſiæ de Prælato, ut moris eſt, inſimul convenerunt; & demum poſt multos tractatus ſuper hoc habitos per Scrutinii viam eligentes procedere, tres de ipſo Capitulo, videlicet G. Archidiaconum, B. Theſaurarium, & Bartholomeum Canonicum ejuſdem Eccleſiæ aſſumpſerunt, ut ipſi vota ſingulorum diligenter inquirerent, & etiam publicarent. Qui juxta formam ſibi traditam in hujuſmodi negotio procedentes, ſuis & aliorum ſuper hoc voluntatibus exquiſitis, mox eas in communi Capitulo publicarunt. Comperto itaque, quod omnes de dicto Capitulo in dilectum Filium *Fratrem Petrum de Morano* [e] Lectorem Ordinis Minorum [f] unanimiter direxerunt vota ſua; memoratus Archidiaconus vice ſuâ, & aliorum omnium de dicto Capitulo de mandato eorum memoratum *Fratrem Petrum* poſtulando elegit, & eligendo poſtulavit in Paſtorem & Epiſcopum Eccleſiæ memoratæ ſupradictis Capitulo a Nobis humiliter peti facientibus, ut proceſſum acceptare hujuſmodi de benignitate ſolitâ dignaremur. Cum autem conſtet, præfatum *Fratrem Petrum* a Provinciali ſuo Miniſtro [g] conſentiendi electioni hujuſmodi licentiam habuiſſe; Nos Eccleſiam prædictam a ſumptibus, quos ipſe *Frater Petrus* vocando ipſum ad Nos facturus eſſet, ac aliis diſpendiis præſervare volentes; & circumſpectioni tuæ, quam ad hoc elegimus, negotium hujuſmodi decernentes committi; Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi memoratus *Frater Petrus* ſuper hoc, requiſito conſenſu ipſius, hujuſmodi nominationi ſuæ conſenſerit; ac diligenti examinatione præhabitâ, ut haberi debet in talibus, perſonam ſuam ydoneam eſſe repereris; electionem hujuſmodi auctoritate Noſtrâ confirmes, eidem *Fratri Petro* conſecrationis munus per te, vel per alium impenſurus; ac facturus ei a ſuis ſubditis obedientiam & reverentiam ſibi debitam exhiberi [h]; recepturus ab eo poſtmodum Noſtro & Eccleſiæ Romanæ nomine fidelitatis ſolitæ juramentum juxta formam, quam tibi ſub *Bulla* Noſtrâ mittimus interclusam. Formam autem juramenti, quod ipſe præſtabit Nobis per tuas patentes litteras ſuo ſigillo ſignatas per proprium Nuntium quantotiùs deſtinare procures; Non obſtante, ſi aliquibus, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, a Sede Apoſtolicâ ſit indultum; contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Alioquin electione ipsâ ritè caſſatâ, facias ipſi Eccleſiæ per electionem canonicam, vel poſtulationem concordem de Epiſcopo ydoneo per ſupradictum Capitulum provideri.

electores via ſcrutinii

promovent Fr. Petrum O. M.,

Miniſtro Provinciæ conſentiente

& Pontifex jubet ea, quæ dicta ſunt ſupra.

Obſtanti derogando.

Datum Lugduni VII. Idus Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Proviſionem Fr. Henrici *Lectoris Magunt. O. M. ſuper obtinente plures Eccleſias, & Præbendas ſine S. A. diſpenſatione confirmat*. (Ex Reges. Vat. Pont. ep. 25. an. 4.)

GRE-

(a) FRATRI..: *Marino Philomarino* Ebulano anno 1286. defuncto ex Ughello tom. 6. Ital. Sac.

(b) CAPUANO: Campaniæ felicis, Regnique Neapolitani notiſſimæ Metropolis.

(c) S. MARCI: Jam paulo ſuperius memorata epiſt. *Eccleſia S. Severina &c.* anno 1273. die 1. Junii.

(d) BONÆ MEM. M.: *Mirabello*; ut in cit. epiſtola *Eccleſia S. Severina*.

(e) DE MORANO: Al. *Murano* olim Lucaniæ nunc Calabriæ citerioris Oppido in Baſilicatæ confinio intra montem Apenninum, & inter ſinum Tarentinum ad ortum, & Mare Tyrrhenum ad occaſum utrinque 16. mil. paſſ. diſtante.

(f) LECTOREM ORD. MINOR.: Quem nunc Gymnaſii, ſeu Studii *Regentem* dicerent.

(g) MINISTRO: Provinciæ Calabriæ, in qua Cœnobium *S. Marci* Fratrum Minorum erat 2. *Cuſtodiæ* Caſtri Villarii ex veteri *Provinciali* noſtri Ordinis apud Jordani Chronicon, & Piſani Conformitate XI., etſi Waddingus ſcribat fundatum anno 1320., vel circiter ad eum annum num. 8., ſed ex Gonzaga de his rarò vera referente.

(h) EXHIBERI: Confirmatus fuit *Fr. Petrus*, & haud diu Sedem eam tenuit ex Ughello tom. 1. Ital. Sac., & infra videndis; meminitque ejus Waddingus ad hunc annum n. 4. edit. 2.

Digitized by Google

CI.

Anno 1275. die 8. Aprilis.

GREGORIUS &c.

Dilecto Filio Petro *dicto* Diviti *Præpoſito Eccleſiæ* Maguntinæ [a] *Salutem*, & *Apoſtol. Bened.*

Præpoſiti Maguntini petitio

PEtitio tua Nobis exhibita continebat, quòd cum tu nuper de tuâ ſalute ſollicitè cogitans in Noſtrâ præſentiâ conſtitutus Majorem, & de Sunthowe [b] Archidiaconatus *Baſilien.*, Canonicatus, & Præbendas Sancti Urſicini, & de Diecthon Eccleſiarum, ac de Unchileh, & de Baſilea Eccleſias curam animarum habentes *Conſtantien.*, & *Baſilien.* [c] Diœceſum, quos unà cum Canonicatu, & Præbendâ, quos adhuc in Baſilien. Eccleſiâ obtines abſque diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ, quamquam alias pacificè obtinebas, liberè in Noſtris manibus reſignaſſes; Noſque poſtmodum dilecto Filio *Fratri Henrico* [d] de Yſini [e] Ordinis Minorum Lectori Conventus Maguntini [f] ejuſdem Ordinis commiſerimus oraculo vivæ vocis, ut tàm ſuper eo, quod ſicut tenueras Archidiaconatus, Canonicatus, Præbendas, & Eccleſias ſupradictas, quàm ſuper receptione fructuum ex inde a te interim perceptorum tibi ſalubriter provideret; idem Lector auctoritate ſibi a Nobis taliter in hac parte conceſsâ pro ſatisfactione hujuſmodi commiſſorum, ob detentionem, & perceptionem prædictas certam tibi ſubventionem imponens in *Terræ Sanctæ* ſubſidium juxta ipſius Sedis providentiam exhibendam, fructus hujuſmodi de ſpeciali gratiâ tibi donavit; omnem quoque maculam, & quamlibet inhabilitatis notam, ſi quam ex hujuſmodi detentione, ac perceptione dictorum fructuum contraxeras, penitus abolens decrevit, quòd propter hoc nullum tibi unquam poſſit fieri præjudicium, vel impedimentum præſtari, aut obſtaculum interponi; prout in litteris inde confectis dicti Lectoris ſigillo ſignatis plenius continetur. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc ab eodem Lectore factum eſt, ratum & gratum habentes, illud auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipſarum de verbo ad verbum præſentibus fecimus adnotari, qui talis eſt. „ Viro Venerabili Domino *Petro* dicto *Diviti* Canonico Baſilienſi „ Frater Henricus de Yſini Ordinis Minorum Lector Conventus ejuſdem Ordinis in Maguntiâ ſalutem in Domino. De ſalute veſtrâ ſollicitè cogitantes, nuper in præſentiâ Sanctiſſimi Patris, & Domini Noſtri, Domini Gregorii Summi Pontificis conſtituti Majorem, & de Sunchowe Archidiaconatus Baſilien., Canonicatus, & Præbendas Sancti Urſicini, & de Dietchon Eccleſiarum, & de Baſilea, & de Unchileh Eccleſias curam animarum habentes Conſtantien., & Baſilien. Diœceſum, quos una cum Canonicatu & Præbenda, quos adhuc in *Baſilien.* Eccleſiâ obtinetis abſque diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ, licet pacificè tenebatis, nobis præſentibus liberè in manibus dicti Summi Pontificis reſignaſtis, & poſtmodum, idem Summus Pontifex ad veſtræ ſupplicationis inſtantiam nobis oraculo vivæ vocis commiſit, ut tam ſuper eo, quod præfatus Archidiaconatus, Canonicatus, & Præbendas, & Eccleſias, ſicut illicitè detinueratis, quàm ſuper retentione fructuum exinde a vobis interim perceptorum providere vobis ſalubriter curaremus. Nos igitur auctoritate ipſius Summi Pontificis taliter nobis in hac parte commiſsâ prædictos fructus vobis de ſpeciali gratiâ donamus. Omnem inſuper maculam, & quamlibet inhabilitatis notam, ſi quam ex hujuſmodi detentione, ac perceptione dictorum „ fru-

de pluribus Beneficiis Eccleſ. a ſe poſſeſſis

& jam Pontifici dimiſſis,

qui Lectori Maguntino O. M. de ea re proviſionem commiſit;

Lector vero providet, ut infra,

& Pontifex confirmat.

Litteræ Fr. Henrici Lectoris Magunt. O. Min.

(a) Maguntinæ: Incolis *Mentz*, & *Maintz* Italis vero *Magonza* Electoratus, & Archiepiſcopatus, aliiſque honoribus, & titulis clariſſimæ.

(b) Sunthowe: Al. *Suntgovia* in Alſatia, ſeu Alſatiæ finitima inter Comitatum Burgundiæ ad occaſum, & ditionem Baſileen. ad meridiem, flumine Rheno ad ortum.

(c) Constantien., et Basilien.: Maguntinæ, & Veſuntionenſi Metropolibus ſuffraganearum.

(d) Fr. Henrico: Cognomento *Knoderer*.

(e) De Ysini: Vulgo *Iſen* caſtro ditionis Friſingenſis in Bavaria ad amnem *Iſen* 6. leucis a Monachio in ortum diſtante.

(f) Conventus Maguntini: Cujus antiquitatem ex Chron. Saxon. refert Waddingus ad ann. 1222. n. 25., & ann. 1224. n. 41., ejuſque vetuſta mentio extat apud Thomam Cantipraten. lib. 1. de Apibus cap. 25. n. 6. teſte Raynaldo Annal. Eccleſ. ad ann. 1238. n. 64., ex munere autem *Lectoris Fr. Henrici* liquet erraſſe Waddingum ad ann. 1274. n. 35., ubi ſcribit *Henricum* eo anno electum fuiſſe Baſilien. Epiſcopum, cum eſſet Guardianus Conventus Baſilien.

Digitized by Google

,, fructuum contraxiſtis, penitus abolen- A ,, tes decernimus, quòd propter hoc ,, nullum unquam poſſit vobis præjudi- ,, cium, vel impedimentum præſtari, ,, aut obſtaculum interponi. Pro ſatiſ- ,, factione autem ex detentione, & per- ,, ceptione prædictis a vobis commiſſo- ,, rum eàdem auctoritate vobis injungi- ,, mus, ut centum Marcas Colonien. ,, convertendas in *Terræ Sanctæ* ſubſi- ,, dium uſque ad tempus Generalis paſ- ,, ſagii a Sede Apoſtolicâ ſtatuendi, vel ,, etiam poſt, juxta ipſius Sedis providen- ,, tiam perſolvatis, ad quod vos teneri ,, volumus, & manere decernimus obli- ,, gatos. In cujus rei teſtimonium præ- ,, ſentes litteras, ſigilli, quo utimur, ,, fecimus munimine roborari. Datum ,, Lugduni [a] VI. Kalendas Aprilis Anno ,, Domini MCCLXXV. ,, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

a — Anno 1275. die 27. Martii. Clauſula Pontificis prohib. &c.

Datum Lugduni VI. Idus Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Ut Mag. Berengario *de Secureto Præpoſito* Maſſilien. *ſub S.A. protectione ſuſcepto aſſiſtat, eique defenſionis præſidium præſtet.* (Ex VATIC. REGES. Pontif. epiſt. 45. an. 4.)

CII. Anno 1275. die 28. Maji. b c

GREGORIUS &c.

Venerabili Fratri .. [b] *Epiſcopo* Auraſicen. [c] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium.

SACROSANCTA Romana Eccleſia illis liberalitatis ſuæ conſuevit dexteram aperire, qui vacando virtutibus ſuæ merentur benevolentiæ gratiam obtinere. Attendentes igitur, quòd dilectus Filius Magiſter *Berengarius* de Secureto Præpoſitus *Maſſilien.* multis decoratus meritis gratioſis dignus habetur, ut benevolentiæ Noſtræ plenitudine foveatur, precibus ipſius benigno concurrentes aſſenſu eum cum omnibus bonis ſuis Eccleſiaſticis, & mundanis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, ſub Beati Petri protectione ſuſcipimus, atque Noſtrâ. Ideoque Fraternitati tuæ mandamus, quatenus eidem *Berengario* per te, vel per alium, ſeu alios præſidio defenſionis aſſiſtens eumdem Præpoſitum in perſonam, vel bonis, ſeu hominibus ſuis non permittas contra protectionis Noſtræ tenorem ab aliquo moleſtari: Moleſtatores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo: Non obſtante, ſi aliquibus a Sede Apoſtolicâ ſit indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem; aut qualibet ipſius Sedis indulgentiâ generali, vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam effectus præſentium poſſet quomodolibet impediri; ſeu ſi alicui Collegio, vel Univerſitati, ſeu ſingulari perſonæ communiter vel diviſim ab eàdem ſit Sede indultum, ut extra, vel ultra certa loca trahi non poſſint per litteras Apoſtolicas, vel impoſterum contigerit indulgeri; & conſtitutione de duabus Dietis editâ in Concilio Generali [d].

Laus Præpoſiti Maſſilien. — ſub A. S. protectione ſuſcepti, — & Epiſcopo Auraſionen. commendati — cum clauſula derogatoria. — d

Datum Bellicadri V. Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto [e].

e

Poteſtatem ei tribuit ingrediendi Monaſteria Monialium etiam Ord. S. Claræ *cum aliquibus Matronis, modo ibi non pernoctent.* (Ex VATIC. REGES. Pontif. epiſt. 33. anni 4.)

GRE-

(a) LUGDUNI: Miſſus enim fuerat hoc anno *Fr. Henricus* cum Berengario in Alemannia Militum Hoſpital. Magiſtro ex epiſt. *Ne Celſitudinem &c.*, ex his autem litteris habetur tempus illius Legationis nempe ſub initium veris, vel paulo ante.

(b) FRATRI: *Joſſelino* ex Ord. Minor. anno 1272. aſſumpto ex nova Gallia Chriſtiana Dionyſii Sanmartani tom. 1., & anno 1282. defuncto ex Papebrochio in Vita *B. Roſſalinæ* tom 2. Junii die 11. cap. 2.

(c) AURASICEN.: Al. *Arauſionen.* vulgo *Orange* in Provincia olim Principatus gentis Naſſoviæ, nunc autem juris Regii operâ Ludovici XIV., ad rivum Eigué una leuca a Rhodano, 3. a ponte S. Spiritus, & 4. ab Avenione intra Comitatum Vindaxinum, ac in limite Delphinatus ſub Arelatenſi Archiepiſcopo.

(d) CONCILIO GENERALI: Lateranen. IV. alias cit. cap. 37.

(e) Epiſcopus porro *Auraſicenſis* anno 1278. interfuit Viterbii inſtrumento reſtitutionis bonorum Eccleſiæ coram Pontifice a Rodulpho Roman. Rege, ejuſque Protonotario Gotifredo acto, quod vulgavit Raynaldus in Annal. Eccleſ. ad eum annum n. 52. & 54.

Digitized by Google

CIII. Anno 1275. die 5. Junii. a

GREGORIUS &c.

Cariſſimæ in Chriſto Filiæ Mariæ [a] Reginæ Francorum *Illuſtri Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

Alias ſuas litteras commemorat, b

NUPER devotionis tuæ precibus inclinati tibi per Noſtras litteras [b] duximus indulgendum, ut Monaſteria Monialium *Ciſtercien.*, & aliorum Ordinum cum aliquibus Matronis honeſtis poſſes causâ devotionis intrare; dummodo tu, & eædem Matronæ in Monaſteriis non pernoctetis eiſdem; ſed quia in eiſdem litteris de Ordine *Sanctæ Claræ* expreſſa mentio non fiebat, Nobis humiliter ſupplicaſti, ut hoc non obſtante, Monaſteria ejuſdem Ordinis *Sanctæ Claræ* intrare valeas concedere dignaremur. Nos igitur deſideriis tuis annuere cupientes tibi auctoritate præſentium indulgemus, ut Monaſteria Monialium prædictorum *Ciſtercien.*, & *Sanctæ Claræ*, ac aliorum quorumcumque Ordinum cum aliquibus honeſtis mulieribus causâ devotionis poſſis intrare, dummodo tu, & eædem Matronæ, ut prædicitur, in eis minimè pernoctetis. Non obſtantibus contrariis ipſorum Ordinum conſuetudinibus, vel ſtatutis juramento confirmatione Sedis Apoſtolicæ, aut aliâ quavis firmitate vallatis. Nulli ergo omnino &c. Noſtræ Conceſſionis infringere, vel ei auſu &c.

& conceſſionem conditione adjecta. Quæ clarius explicatur. Obſtantibus derogando. Clauſula prohib. &c.

Datum Bellicadri Nonis Junii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto [c]. e

Ut Miniſtri Sacramen. Pœnitentiæ famulatui ejus valeant commutare Vota *abſtinentiæ & peregrinationis in alia pietatis opera*. (Ex VATIC. REGES. PONT. epiſt. 34. anni 4.)

CIV. Anno 1275. die 7. Julii. d

GREGORIUS &c.

Cariſſimæ in Chriſto Filiæ Mariæ Reginæ [d] *Francorum Illuſtri Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

Conceſſionem ſuam refert,

E

NUPER Celſitudinis tuæ precibus benignum impertientes aſſenſum ſer-

Tom. III.

A vientibus tuis, & in tuo commorantibus ſervitio per Noſtras litteras [e] duximus indulgendum, ut, cum ipſi Presbyterum ſuum Parochialem commodè non poſſent habere, Presbyteris Religioſis *Prædicatorum*, vel *Minorum*, aut aliorum Ordinum, qui tecum eſſent, licèt ipſi Presbyteri fortè in tuâ Curiâ non morarentur continuè, peccata ſua confiteri valerent, & ab ipſis pœnitentiam recipere ſalutarem, qui eiſdem confitentibus ſuper peccatis ſuis vice Noſtrâ beneficium abſolutionis impenderent, niſi eſſent talia, propter quæ foret meritò Sedes Apoſtolica conſulenda. Volentes igitur ad tuæ ſupplicationis inſtantiam gratiam hujuſmodi ampliare, Presbyteris ipſis præſentium auctoritate concedimus, ut *vota* ſervientium ipſorum *abſtinentiæ*, & *peregrinationis*, (Jeroſolymitanæ voto excepto,) quoties expedierit, commutare valeant in aliâ condignâ operâ pietatis, prout diſcretione præviâ ſecundum Deum animæ eorum ſaluti viderit expedire.

GREGORIUS PP. X. An. Ch. 1275. e

B

quam ampliat, ut ſupra.

C

Datum Bellicadri Nonis Julii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

D

Gratulatur de egregio illius ſtudio ad beneplacitum Pontificis addens ſe ejus Nuncios ad Regem Franciæ pro eo deſtinare. (Ex COD. VALLIC. pag. 53. apud Raynaldum ad hunc annum num. 17.)

CV. Anno 1275. die... Septembr. f

GREGORIUS &c.

Dilecto Filio Nobili Viro Petro [f] *Primogenito chariſſimi in Chriſto Filii Noſtri* ... Regis Aragonum *Illuſtris Salutem*, *& Apoſt. Benedictionem*.

Petri Aragonii Nuncios lætanter recipit, g h

VENERABILEM Fratrem Noſtrum *Valentinum* Epiſcopum [g] Excellentiæ tuæ devotum, & dilectum Filium *Fratrem Petrum* [h] de Ordine Minorum, & No-

(a) MARIÆ: De quâ diximus ad epiſt. *Celſitudinis tuæ &c.* hoc anno die 7. April. datam.

(b) LITTERAS: Ad nos minime perlatas.

(c) Alias ad eamdem litteras videſis infra ſub diem 7. Julii *Nuper Celſitudinis &c.* nempe ſequentes.

(d) MARIÆ: Videas Reſcriptum *Celſitudinis tuæ &c.* paulo ſuperius die 7. Aprilis editum.

(e) NOSTRAS LITTERAS: Nempe prædictas *Celſitudinis tuæ &c.*

(f) PETRO: Patri *S. Eliſabethæ* Reginæ Portugalliæ, ſed Regni Siciliæ occupatori ſub Martino IV., ut infra, annoque ſequenti Genitori *Jacobo* menſe Julio defuncto in Regnum ſucceſſori.

(g) VALENTINUM EPISCOPUM: In Hiſpania, cujus Eccleſia poſtmodum ab Alexandro VI. in *Metropolim* evecta eſt.

(h) FR. PETRUM; Forſan patria Valentinum, de quo nil aliud legitur.

Digitized by Google

& Nobilem Virum *Arnaldum Dei* [a] tuæ Magnitudinis Nuncios, quos nuper ad Noſtram præſentiam deſtinaſti, benignè recepimus; & lætantes audivimus quæ Nobis de tuo laudabili propoſito retulerunt. Habet enim ipſorum aſſertio, quòd tu non ingratus beneficiorum acceptor datam tibi a Deo potentiam gratâ recognitione cognoſcens, proponis illam in ejus ſervitiis exercere [b], id offerens pro Noſtris beneplacitis te facturum. Nos itaque oblationem tuam acceptam multipliciter acceptantes in ea tibi ſpecialiter congaudemus: ſperamus enim in illo, qui talem tibi ſpiritum inſpiravit, quòd ipſo te in hujuſmodi propoſito conſervante, qui poteſt, & actus dirigente, qui novit, animæ tuæ ſalutem, quam proſequeris, procul dubio aſſequeris. Cæterum volumus Magnificentiam tuam non latere, quòd Chariſſimo in Chriſto Filio Noſtro ... [c] Regi *Francorum* Illuſtri per eoſdem Nuntios in favorem tuum [d] litteras efficaces [e], prout decére vidimus, deſtinamus.

& gratulatur de laudabili ejus propoſito,

ſcribitque ſe dictos Nuncios pro eo mittere ad Regem Franciæ.

Datum Belliquadri ... [f]

De quorumdam Regum Portugal. *exceſſibus, & gravaminibus, a quibus oppreſſos nonnullis ordinationibus tuetur.* (Ex PETRO M. CAMPI Hiſt. Placent. par.2. in REGES. p.473., & inde in BULLARIO Ord. Prædicat. to.1. p.532, n.40., eſt etiam in REGES. VATIC. ep.44. al.49. l.4., ac FORMUL. MARINI, & ex his apud RAYNALDUM ad hunc ann. n.21. & ſeqq., ſed mutilatè, nec non in noviſſimo BULLARIO ROMANO to.4. n.9.)

CVI.

Anno 1275. die 4. Septembris.

GREGORIUS &c.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa hujus Conſtitutionis edendæ.

DE Regno *Portugalliæ* contra dudum; & nunc propter peccata forſan populi, *Regnantes* [g] in ipſo, ab olim ingens clamor aſcendens, in Gentes, & Regna illorum diffudit infamiam; & exclamans in eo ſancta proſterni, Eccleſias, perſonas Eccleſiaſticas, & libertatem ipſarum non conculcari tantummodo, ſed quaſi omnino ſubverti; Regnum ipſum cum ſuis habitatoribus per *Regnantes* eoſdem non regi, vel dirigi, ſed velut datum in predam ab ipſis, & ſuis tanquam a prædonibus inhumanè tractari; undique diripi; totaliterque conſumi; diverſorum Romanorum Pontificum [h] Prædeceſſorum Noſtrorum, & Noſtras aures perculit; & ad prædictorum correctionem, ipſiuſque Regni directionem, eo ſpecialiùs illorum, & Noſtrorum excitavit officium, affecit animos, provocavit affectus, quo idem *Regnum*, quod eſt Romanæ Eccleſiæ cenſuale [i] ipſi Eccleſiæ ſpecialiori jure tenetur. Dudum ſiquidem, cum ad fel. record. HONORII PAPÆ [k] prædeceſſoris Noſtri audientiam validis multorum clamoribus perveniſſet, quòd quondam *Alfonſus* [l] Portugalliæ Rex timorem Divini Nominis, & amorem damnabiliter a ſe prorſus abjiciens, & tanquam ad ejuſdem Regni, & habitatorum ſuorum conculcationem, ſeu potius deſolationem extremam, & ſubverſionem omnimodam Eccleſiaſticæ libertatis in ſpiritu tyrannicæ perſecutionis anhelans inter cætera gravia, & enormia, quibus contra ſe ultionum Dominum provocabat, Sacroſanctam Eccleſiam ſponſam ejus in Regno ipſo ancillare [m] pro viribus ſatagebat, tàm Cathedralibus, quàm aliis Eccleſiis, nec non Monaſteriis, Hoſpitalibus, Domibus, aliiſque Religioſis locis, & Clericis dicti Regni collectas, & alia importabilia gravamina præſumptuoſus imponens, aliàs eamdem diverſis afflictionibus opprimendo, præfatus Prædeceſſor eumdem *Alfonſum* per ſuas literas [n] rogandum, monendum duxit

Ab Alfonſo II. Rege cœpta labefactari libertas Eccleſiaſtica;

propterea ab Honorio III. admonitus.

(a) ARNALDUM DEI: Ex qua familia floruit paulo ante *Joannes de Deo* nobilis Juriſconſultus inter illuſtres illius facultatis notus.

(b) EXERCERE: Nempe contra Saracenos Africæ in Hiſpaniam, Caſtellæque Regnum irrumpentes arma tractare, uti cit. Raynaldus habet n.17.

(c) FILIO NOSTRO: *Philippo III.* S. Ludovici filio.

(d) IN FAVOREM TUUM: Interceſſerat enim Petrum inter, & Philippum gravis de Regno *Navarræ* controverſia, inquit laudatus Raynaldus n.19., ubi & diſſenſionis cauſam adducit.

(e) LITTERAS EFFICACES: Quarum fragmentum affert cit. Raynaldus n.18.

(f) BELLIQUADRI: Quo in loco Occitaniæ Provinciæ ad Rhodanum e regione Taraſconis diu conſtitit Pontifex a menſe Junio uſque poſt nonas Septembris; quare datæ videntur litteræ circa tempus, quo aliæ ad Archiepiſcopum Toletanum apud Raynaldum n.16., nimirum circa initium menſis Septembris.

(g) REGNANTES: Scilicet Alfonſus II., Sancius, & Alfonſus III., ut infra.

(h) ROM. PONTIFICUM: Honorii III., Gregorii IX., Innocentii IV., & Clementis IV. inferius relatorum.

(i) R. E. CENSUALE: Ut ex Innocentii III. diplomate apud Raynaldum ad ann.1212. n.38. Annal. Eccl.

(k) HONORII PAPÆ: Hujus nominis III.

(l) ALFONSUS: II. anno 1225. e vivis ereptus.

(m) ANCILLARE: Pro ſibi ſubditam & ancillam facere.

(n) LITTERAS: Quas refert Raynaldus ad annum 1222. n.50. & ſeqq.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch. 1275.

xit attentiùs, & hortandum, obſecrans per aſperſionem Sanguinis JESU CHRISTI, ut culpas ſuas humiliter recognoſcens, converti ad Dominum feſtinaret; & ab Eccleſiarum, ac perſonarum Eccleſiaſticarum moleſtiis, & gravaminibus omnino deſiſtens, bonæ memoriæ Archiepiſcopo *Bracarenſi* [a], qui hujuſmodi occaſione gravaminum in eumdem *Regem*, ac nonnullos complices, *excommunicationis*, & Terram ipſius Metropoliticâ ſibi lege ſubjectam *interdicti* ſententias duxerat promulgandas, de damnis, & injuriis Archiepiſcopo irrogatis, eidem ſatisfactionem plenariam exhiberet, certis ſuper hoc executoribus deputatis, adjectiſque comminationibus gravibus, & diverſis, quæ de Regni etiam amiſſione formidinem ingerebant. Cumque quondam *Sanctiùs* [b] ipſius *Alfonſi* Filius, & in Regno Succeſſor eodem, tanquam in ipſum cum ſanguine hujuſmodi pravitate diffusâ, fugienda ſequens veſtigia Genitoris exceſſos enormes, in Eccleſiaſticas, & Religioſas perſonas non minùs, immò magis pernicioſè committeret, prava quædam, & iniqua inter cætera proſequendo ſtatuta, quæ Proavi ſui [c] prophana proponitur ediſſe præſumptio; & per quæ perſonarum ipſarum injuriæ; & infamationes graves; domorum quoque infractiones; bonorum ſpoliationes, & direptiones, frequentiùs contingebant; piæ memoriæ GREGORIUS Papa Nonus prædeceſſor Noſter, cum ad ipſum præmiſſa per clamoſæ inſinuationis infamiam deveniſſent, intendens, & ejuſdem *Sanctii* ſaluti conſulere, & Eccleſiarum, ac perſonarum ipſarum indemnitatibus præcavere, dicto *Sanctio* inter alia diſtrictiùs inhibuit per ſuas literas [d] ſpeciales, ne per ſe, vel Officiales, aut Vaſſallos ſuos perſonas eaſdem infamare, vel earum domos infringere, ſeu bona ipſarum quovis modo diripere attentaret; ab earumdem gravaminibus, & moleſtiis quibuſcumque penitus abſtinendo; & certis ſuper iis executoribus deputatis, graves comminationes, & diras idem GREGORIUS prædeceſſor adjecit: recolendæ inſuper recordationis INNOCENTIUS Papa Quartus prædeceſſor Noſter querelis multimodis, & clamoſis delationibus excitatus; & inter alia intellecto, quòd idem *Sanctius* ejuſdem Regni gubernatione ſuſceptâ, Eccleſias, & Monaſteria conſiſtentia in eodem, in gravem Divinæ Majeſtatis offenſam, & conculcationem Eccleſiaſticæ libertatis exactionibus, & oppreſſionibus plurimis per ſe, ac ſuos immaniter afflixerat, & affligere non ceſſabat; & ab aliis pro ipſorum libito liberè permittebat affligi; cupiens Regnum ipſum tot tribulationum adverſitate depreſſum, per alicujus prudentis induſtriam relevari, cum præfatus *Sanctius*, quem per ſuas literas [e] idem INNOCENTIUS prædeceſſor rogandum duxerat attentiùs, & hortandum, ſpecialibus ſuper hoc monitoribus deputatis [f], ut præmiſſa celeri emendatione corrigeret; ac in conſilia ſe reduceret meliora; in deteriùs ſemper converteret actus ſuos; & mala malis, tanquam in ſenſum datus reprobum cumularet, Barones, Communitates, ſeu Conſilia tàm Civitatum, quàm Caſtrorum, aliorumque locorum, ac univerſos milites, & Populos per Regnum conſtitutos prædictum per certas ſub certâ formâ confectas literas [g] de Fratrum ſuorum conſilio monuit, rogavit, & hortatus extitit: dans nihilominus illi diſtrictiùs in præceptis, ut Cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum *Alfonſum* [h] Portugalliæ Regem Illuſtrem, tunc Comitem Bolonienſem [i], ejuſdem *Sanctii* Germanum, per quem ſperabat ipſius Regni miſerabilem Statum ope comite cœleſtis auxilii, relevandum, cum prædictum *Alfonſum* ad curam, & adminiſtrationem generalem, & liberam dicti Regni Apoſtolicæ Sedis auctoritas aſſumpſiſſet, devotè recipere, ſibique in omnibus, & per omnia intendere procurarent; deputatis eidem certis executoribus in hâc parte; prout hæc omnia eorumdem prædictæ lite-

Sanctius II. genitoris Alfonſi ſequitur veſtigia,

& a Gregorio IX. corrigitur,

ut et ab Innocentio IV.

qui Alfonſum ejus fratrem ad Regni adminiſtrationem evocat, & promovet.

(a) BRACAREN. ARCHIEPISCOPO: *Martino*, ut infra.
(b) SANCTIUS: II. anno 1258. vita defunctus.
(c) PROAVI SUI: Alfonſi I. Portugalliæ Regis primi anno 1185. defuncti.
(d) SUAS LITTERAS: Apud cit. Raynaldum ad annum 1238. n 48. & ſeqq. legendas.
(e) LITTERAS: Quas vulgavit cit. Raynaldus ad ann. 1245. n.6. & ſeqq., ac 70.
(f) MONITORIBUS DEPUTATIS: Portugalen., & Conimbricen. Epiſcopis &c., ut alias.
(g) CONFECTAS LITTERAS: Quas leges apud cit. Raynaldum n.68. & ſeqq.
(h) ALFONSUM: III. prioribus pejorem, Sanciique fratrem.
(i) COM. BOLONIEN.: In Belgii Provincia, quæ *Picardia* nominatur.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An. Ch. 1275.

literæ plenius atteſtentur. Porrò proceſſu temporis præfatus *Alfonſus* Rex ad ejuſdem Regni Prælatorum inſtantiam, ad curam, & cuſtodiam dicti Regni, ac defenſionem Prælatorum ipſorum, nec non Religioſorum, & totius Cleri, & Monaſteriorum, Eccleſiarum, Viduarum, Orphanorum, ceterorumque in illo degentium per Sedem eamdem, prout præmittitur, evocatus [a], licèt certos ex parte Prælatorum ipſorum articulos ſibi oblatos Pariſius; ac præmiſſas proviſiones Apoſtolicas in prædictis eorumdem prædeceſſorum HONORII, & GREGORII litteris comprehenſos, ſe, cum ipſius Regni Dominium quomodolibet adeptus foret titulo, aſtrinxerit, juramento præſtito ſervaturum, prout in literis inde confectis, & quondam Magiſtrorum Johannis Sedis Apoſtolicæ Capellani Carnoten., & Lucæ Decanorum [b], ac Petri Cancellarii Pariſien., Eccleſiarum, aliorumque Clericorum, tàm Religioſorum, quàm ſecularium, nec non & quorumdam Nobilium ſigillis munitis pleniùs continetur; Tam grandis tamen honoris ab ejuſdem ſibi Sedis benignitate collati, quaſi omnino immemor, tantique beneficii gratiam minimè recognoſcens, ſed ad eam prorſus ingratus juramenti Religione contemptâ, quam cautiùs cuſtodire debuerat, non ſolùm proviſiones, & articulos ſupradictos ſervare contempſit; verùm etiam quàm plura contra Prælatos, & Eccleſias, Religioſos, Clerum, & Populum ſæpedictos, & libertatem Eccleſiaſticam commiſit enormia, ſicut fama, immò veriùs infamia publica proteſtatur; propter quæ bonæ memoriæ *Martinus* Archiepiſcopus *Bracaren.* [c], E.... *Compoſtellan.* Archiepiſcopus tunc Colimbrien., R... *Egitanien.*, V..... *Portugallen.*, M.... *Colimbrien.* tunc Viſen. Epiſcopi perſonaliter, & bonæ memoriæ *Elboren.*, & P... *Lamecen.* Epiſcoporum Procuratores oppreſſionibus dicti *Regis* afflicti, affecti moleſtiis, injuriis laceſſiti ad Apoſtolicæ Sedis clementiam a perſequentis facie fugiendo neceſſarium habuere recurſum;

Alfonſus autem III. præteritas Regum in Sacerdotes, & Clerum injurias cumulavit,

cui intentatum eſt a Præſulibus Luſitanis judicium apud S. A.

A ſuper iis opportunum proviſionis, & Conſilii ſedis ipſius remedium, non abſque laboribus gravibus, & expenſis longo inibi tempore præſtolantes. Et demum dictis *Bracaren.*, & *Compoſtellan.* Archiepiſcopis, & R.... *Egitanien.* Epiſcopo ſublatis de medio, Nos ad ſupplicem aliorum ſuperſtitum Epiſcoporum inſtantiam per Noſtras ſub certâ formâ literas [d] eumdem *Regem* rogare, monere, ac hortari curavimus, ut a violatione libertatis Eccleſiaſticæ, nec non & ab uſurpatione jurium Divinorum, & ab Eccleſiaſticarum, B aliarumque ſecularium perſonarum quibuſvis moleſtiis abſtineret; ceteroſque ſibi ſubditos ceſſare compelleret ab eiſdem; quodque univerſa bona, & ſingula Prælatorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliarum quarumcumque perſonarum Eccleſiaſticarum, quæ quâcumque occaſione ablatâ, vel quocumque modo illicitè occupata, conſumpta, detenta, C ſeu data, vel alienata per eum, vel de mandato ipſius, aut per Barones, Milites & Officiales ejuſdem extiterant, ſine difficultatis obſtaculo reſtitueret; ac reſtitui faceret cum ſuis fructibus inde perceptis; & de damnis, & injuriis ipſis illatis ſatisfactionem exhiberet eiſdem; & exhiberi faceret competentem; & quòd Conſtitutiones, & ſtatuta in eodem Regno contra Eccleſiaſticam libertatem, D ſtatumque Regni pacificum introducta non ſervaret [e], nec ab aliis permitteret obſervari; ſed prædictas Eccleſias, & perſonas in libertate plenariâ conſervaret; ac inſuper caveret per ſuas patentes literas, *Bulla* ſua plumbea conſignatas Venerabilibus Fratribus Noſtris, *Egitanien.* [f], *Colimbrien.*, *Portugallen.*, *Ulixbonen.* & aliis Epiſcopis dicti Regni, eorumque Capitulis, ſingulis eorumdem ſingulas literas concedendo, promittens E eis firmiter in eiſdem, quòd ab ipſorum Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum ipſius Regni gravaminibus, injuriis, & moleſtiis antedictis, & conſimilibus abſtineret; & ſuos faceret abſtinere: Alioquin,

Redarguitur Alfonſus ab hoc Gregorio per litteras.

& Præſulibus Luſitanis conſuli curatur.

(a) EVOCATUS: Anno 1245. ex Raynaldo ad eum annum n. 67. & ſeqq.
(b) DECANORUM: Al. Decani.
(c) BRACAREN.: Ex Raynaldo ad ann. 1268. n. 38. 40. & 41. P. vero *Lamecen.* erit *Fr. Paſchaſius Ventacordius* Ord. Prædicat., quem plerique illius Ordinis promotum dicunt anno 1265.

(d) LITTERAS: Incip. *Scire debes &c.* apud Raynaldum ad ann. 1273. n. 25. & 26.
(e) NON SERVARET: Turbatus locus eſt, & ut videtur, mutilus, vel corruptus.
(f) EGITANIEN.: *Fr. Valaſco* Ord. Min. e Famauguſtana Sede ad hanc anno 1267. translato, ut ſupra vidimus.

Digitized by Google

quin, quantumcumque ipſum dilectione paternâ portaremus in viſceribus charitatis, non poſſemus æquanimiter ſuſtinere, quin ſuper hoc, ſuæ providendo ſaluti, & eorumdem Prælatorum, Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, nec non & Communitatum, Conſiliorum, & hominum Civitatum, Caſtrorum, aliorumque locorum pacifico ſtatui, ut tenemur ex Officio, præcavendo, aliter contra ipſum procedere curaremus. Et quia ferventi deſiderio cupiebamus, & cupimus, ut inter ipſum, & Prælatos, Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas dicti Regni optata pax, & concordia proveniret; & ſtabili, poſtquam proveniſſet, firmitate duraret; aliquos viros providos, & fideles ad Nos cum ſufficienti mandato tranſmitteret, qui ea, quæ per ipſum, & ſuos in præmiſſis correcta, & emendata exiſterent; & pacem, atque concordiam, quam dictis Prælatis, Clericis, & Perſonis Eccleſiaſticis ſuper iis ex tunc ſervare proponeret, in Noſtrâ poſſent, & ſtuderent præſentiâ roborare; vel eumdem *Regem* in iis omnibus Noſtræ, & Apoſtolicæ Sedis Ordinationi ſubmitterent, quicquid æquitate præviâ per Nos, & Sedem ipſam in omnibus ſupradictis ordinari contingeret, recepturi. Dedimus præterea dilectis Filiis... *Priori* Prædicatorum, & *Guardiano* Min.FF. *Ulixbonen.* per alias Noſtras litteras [a] in mandatis, ut ejuſdem *Regis* Provinciam adeuntes ipſum, ut ſe ſuper iis, quæ in Noſtris litteris tunc directis eidem, & articulis ab ipſius Regni Prælatis coram Nobis propoſitis, & per *Fratres* ſibi præſentandis eoſdem continebantur, corrigeret, ex parte Noſtrâ monere, ac efficaciter inducere procurarent; & ſi ad correctionem illorum voluntarium ſe offerret, vel ex reſponſione ipſius, ac aliis circumſtantiis appareret, quòd vellet præmiſſa corrigere; *Interdictum* in eodem Regno a Prælatis poſitum ſupradictis uſque ad ſeptem menſes a receptione litterarum Noſtrarum ſuſpenderent numerandos, ita tamen, quod ſolemnes Nuncii dicti *Regis* cum ſufficienti mandato infra menſes quatuor a tempore ſuſpenſionis *Interdicti* hujuſmodi computandos, iter arriperent ad Noſtram præſentiam veniendi. Si verò præfatus *Rex* juxta mandati Noſtri tenorem corrigere prædicta contemneret, ſæpedictum Regnum ipſo jure poſt ſeptem menſes eoſdem redigerent in priſtinum *Interdictum*. Memoratis etiam *Fratribus* in virtute obedientiæ diſtrictè per alias Noſtras injunximus litteras [b], ut cum idem *Rex* prædictos Epiſcopos, alioſque Prælatos, nec non Capitula, Conventus, Clericos, & Eccleſias, ac Populum dicti Regni gravibus, ſicut acceperamus, afficeret injuriis, & preſſuris; Noſque ſibi ſuper hoc Noſtras ſub certâ formâ litteras mitteremus, eas dicto *Regi* fideliter præſentarent, ac reſponſum ejus, & quicquid ſuper iis duceret faciendum, nec non locum, & diem, in quibus, & coram quibus perſonis ipſi *Regi* dictas litteras ducerent præſentandas, per ſuas patentes litteras, directarum tàm eis, quàm ipſi *Regi* litterarum ſeriem continentes, curarent Nobis plenius intimare. Sanè duo ex dictis *Fratribus*, mandato recepto, volentes obſervare ſolicitè fines ejus, præfati *Regis* adiere præſentiam; & ipſius mentem verbis pacificis, humilibuſque ſermonibus inclinare, ipſumque diligenter, prout ex formâ ipſius mandati poterant, monere, ac inducere curaverunt; ut ſaluti ſuæ providens, & honori, mandatis, & monitis Apoſtolicis obediret. Idem verò *Rex* ab eiſdem *Fratribus* multoties humiliter requiſitus, ut præſentatas ſibi per illos Sedis Apoſtolicæ litteras clementer audiret; tanquam malè ſibi conſcius per diverſas excuſationes, & frivolas, multiplici exquiſito diffugio, vix tandem elapſis pluribus terminis ſuper hoc ab eo *Fratribus* aſſignatis eiſdem, & proteſtationibus plurimis *Fratrum* ipſorum coram Baronibus, & Conſiliariis dicti *Regis*, ac multis aliis tunc præſentibus publicè factis, quod mandatum Apoſtolicum parati erant, prout tenebantur, executioni debitæ demandare; qualem audientiam voluit dictis *Fratribus* exhibere, nunc infirmitatem, nunc minutionem [c], nunc

Nuncios expoſcit Pontifex a Rege pro pactis, paceque firmanda;

& negotium etiam Præfectis FF. Prædicat., & Minorum Ulyſſiponem committit, a

quibus ea in re aliam dat commiſſionem. b

Rex vero Alfonſus quid cum Fratribus illis. c

(a) NOSTRAS LITTERAS: Anno 1273. die 2. Junii ſcriptas, ſupraque relatas.
(b) LITTERAS: 1273. datas die 28. Maji.

(c) NUNC MINUTIONEM: Nempe ſanguinis emiſſionem, ut ſupra explicatum eſt in ſecundo hujus Operis tomo fol. 481. & 514.

Digitized by Google

nunc alia impedimenta varia prætendendo. Et quamquam poſt nonnullos Terrarum circuitus, dictorum *Fratrum* humilitate devotâ non abſque laborum ſarcina illius veſtigia proſequente, ſe velle Apoſtolicis parére in hac parte beneplacitis ſimularet; parum tamen de iis, quæ tantùm verbaliter prætendebat, realiter adimplevit; eò magis inobedientiæ ſuæ vitium detegens, quò amplius illud obtegere ſatagebat. Et tandem licet ipſe *Rex*, auditis, & intellectis litteris ſupradictis, & Regni gravaminibus, afflictionibus, & oppreſſionibus abhorrendis, per *Fratres* eoſdem ſibi oraculo vivæ vocis expoſitis; quamvis eorum exiſteret non ignarus; Baronibus, & Conſiliariis ſuis tunc ſecum morantibus correctionem Regni ſimulatè committeret; tamen quaſi nihil per ipſum, aut eos actum extitit circa illam; propter quod penes *Regem* eumdem proficere non valebant; nec volentes per verba ejus, in quibus veritatem reperire non poterant, ulterius detineri; ab eo ſuper iis inſtanter petiere reſponſum Nobis fideliter indicandum. Quod tandem in quadam *Cedula* non ſigillata notatum, quamquam illud ſub ſigillo Regio inſtantiſſimè poſtulaſſent, per opportunæ importunitatis inſtantiam extorſerunt tàm reſponſum hujuſmodi, in quo idem *Rex* licet perſuaſæ ſibi correctioni juxta mandatum Noſtrum ſe vacare prætenderet, per hoc calamitates, & miſerias dicti Regni non tàm inficians, quàm affirmans excuſationibus tamen frivolis, & malitioſis diffugiis potius intendebat; quàm quod in hac parte fecerant per ſuas Nobis patentes litteras plenius intimantes, per quas, Nobis ſuper dictis gravaminibus evidentiùs informatis, liquidò conſtitit, circa corretionem illorum non eſſe dictorum *Fratrum*, immò Noſtris monitionibus paritum, ſeu quomodolibet ſatisfactum. Nos igitur, qui ex debito paſtoralis officii de Fidelium ſtatu pacifico ſolicitis ſtudiis cogitare tenemur, tot, & tantas iniquitates tanto continuatas tempore, immò potius tot temporum, & ſucceſſionum continuatione incorrigibiliter obfirmatas nequeuntes ulteriùs, urgente conſcientiâ, conniventibus oculis pertranſire; ſed Prælatis, Eccleſiis, Monaſteriis, Clericis, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis, cæteriſque habitatoribus dicti Regni, ſuper tot importabilibus gravaminibus, afflictionibus, & preſſuris benigno compatientes affectu, & volentes etiam paci, & tranquillitati eorumdem Regni Prælatorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Clericorum, & aliorum in illo degentium paterno ſolicitudinis ſtudio providere; de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, & Fratrum Noſtrorum conſilio ſtatuimus, & ordinamus; quod idem 1.
Rex obliget ſe ſtipulatione ſolemni præſtito juramento ad obſervandum, quæ in prædictis eorumdem Honorii, & Gregorii prædeceſſorum litteris continentur; & quæ, ut præmittitur, Pariſius etiam juravit; & quòd nullo unquam tempore veniet contra ea: promittat 2.
etiam, quod ſui ſucceſſores in Regno prædicto, in quibus hujuſmodi jam quaſi hæreditariæ pravitatis in tot eorum ſine interruptione radicatæ Prædeceſſoribus exempla non immeritò metuuntur; infra annum, poſteaquam gubernacula ipſius Regni ſuſceperint, ſe modo ſimili obligabunt; & ſuper hoc idem *Rex* ſuas pa- 3.
tentes litteras tàm juramentum, quàm totius promiſſionis hujuſmodi ſeriem continentes ſuâ plumbeâ *Bulla* bullatas confici faciet, dilecto Filio ... Electo *Bracaren.*, & Venerabilibus Fratribus Noſtris *Egitanien.*, *Colimbrien.*, *Portugallen.*, *Ulixbonen.*, *Silven.* (a), & cæte- a
ris ipſius Regni Epiſcopis, eorumque Succeſſoribus, vel Procuratoribus eorumdem, ſingulis videlicet ſingulas concedendas. Statuimus inſuper, ordina- 4.
mus, & providemus, quod quandocumque aliquos in Barones, Alferazes, ſeu Signifiros, Majordomos, Cancellarios, Super-

Tandem correctionem Regni datam ſimulat,

& quamdam *Schedulam* cum reſponſo extortam exhibet.

Conſtitutio B. Gregorii ad ea extirpanda mala.

1. Imperia Pontificia Alfonſo data.

4. Magiſtratus juramento adigi juſſi libertatem Eccleſ. defenſuros.

(a) Silven.: *Bartholomæo* Luſitano Ord. Prædic. anno 1268. promoto ex Scriptoribus illius Ordinis; cujus Sedes vulgo *Silves* eſt in Algarbia Luſitaniæ finitima *Pharum* inter, & Lacobrigam vulgo *Lagos* loca maritima tunc ſub Hiſpalenſi, nunc ſub Eboren. Archiepiſcopo; quo nec amplius Epiſcopus appellatur *Silvenſis* ſed vel *Pharenſis* forſan a loco reſidentiæ, vel *Algarbienſis* a Provincia, cui unus præſidet Antiſtes, *Taviraque* caput ejus agnoſcitur. Delendum eſt igitur, quod ſcriptum eſt in 2. hujus Operis tomo pag. 80. (f), *Silvas* eſſe *Helvam* al. Elvam, cum hæc extet in Luſitania multo poſt Epiſcopali evecta dignitate ſub Archiepiſcopo Ulyſſiponen., non ſub Eboren., uti voluit Ferrarius in Lexico Geograph.

Digitized by Google

Superjudices, Conſiliarios, Almezari-
ſos, Prætores, Meyrinos, & alios Offi-
a ciales [a] publicos in Regno aſſumet eo-
dem; ipſos, antequam ſuorum officiorum
executionem concedat eiſdem, jurare
faciat, quòd ipſis non erunt in conſilio,
auxilio, vel favore, quòd idem *Rex*,
vel aliquis de ſuis contra prædicta pro-
viſiones, & contenta in formâ præmiſſi
juramenti *Regis* ejuſdem, aut contra Ec-
cleſiaſticam libertatem quidquam faciat;
& ipſi ea inviolabiliter obſervabunt; &
5. a ſuis ſubditis facient obſervari. Quòd-
b que nobiles viros *Dionyſium* [b], & *Al-*
c *fonſum* [c] filios, Alferaz, Majordomum,
Cancellarium, Barones, Superjudices,
Conſiliarios, Almezariſos, Meyrinos,
Prætores, Judices, & alios Officiales pu-
blicos Regni ejuſdem, qui jam inſtituti
adminiſtrant, faciat præſtare ſimile ju-
6. ramentum; & quòd dicti Succeſſores ſui
hoc ipſum de ſuis Baronibus, Alferazi-
bus, Majordomibus, Cancellariis, Su-
perjudicibus, Conſiliariis, Almezariſis,
Prætoribus, Meyrinis, Judicibus, Re-
gni ſui Officialibus, & Ordinariis obſer-
7. vabunt. Providemus etiam, ordinamus,
atque ſtatuimus, quòd nominatus *Rex*
pro ſe, & omnibus de Regno, & Domi-
nio ſuo, bonâ fide, & ſine fraude præ-
ſtet, & concedat perpetuam ſecurita-
d tem [d], & pacem prædictis *Electo*, & Epi-
ſcopis, ac eorum familiis, & rebus, ac
aliis, qui hactenus aſtiterunt, aut præ-
ſtiterunt eis in dicti proſecutione nego-
tii; vel deinceps aſtiterint; aut præſti-
terint conſilium vel favorem; quod eis in
perſonis, vel rebus ſuis intrando, mo-
rando, vel exeundo Regnum prædictum
quoties, & quando ſuis viderint utili-
tatibus expedire, non offendet; nec of-
e fendi, quantum in eis [e] fuerit, per ali-
8. quem, patietur. Quòdque idem *Rex*
remittat Prælatis, eorumque familiis;
& aliis ſupradictis omnem rancorem, &
odium; ſi quod contra ipſos concepit; aut
aliquem eorumdem, vel ſaltem in abſti-
nendo ab offenſis eorum, & faciendo alios
abſtinere, perinde ſe habeat ad ipſos, ac

Prælatis pareatur, & profugi Eccleſiis ſuis reſtituantur.

A ſi adverſus eos nullum rancorem, vel
odium concepiſſet. De hujuſmodi autem
ſecuritatis, & pacis infractione ipſum
ita per omnia teneri decernimus, ſicut
juxta conſuetudinem regionis teneretur,
ſi treguam [f] forſitan infregiſſet. Et quòd f
ſuper præmiſſis Capitulis omnibus, & 9.
ſingulis obſervandis præſtet idem *Rex*
corporaliter juramentum; & confici etiam
faciat patentes litteras ſuâ prædicta
plumbeâ *Bulla* bullatas [g], & prædicto- g
B rum Filiorum ſuorum, Alferacum, Can-
cellariorum, Majordomorum, Supraju-
dicum Curiæ ſuæ, ac decem Baronum
majorum de dicto Regno ſigillis nihilo-
minus roboratas, dando ſingulas dictis
Electo [h], & ſingulis Epiſcopis, Abbati- h
bus, & Prioribus Monaſteriorum, quæ
per Priorem conſueverunt tantummodo
gubernari; nec non & Communitatibus
Civitatum Regni prædicti. Ceterum 10.
quia facilis forſan eſſet prædictorum
C tranſgreſſio, niſi pœnarum adjectione
vallentur; volumus, & ordinamus, quòd
niſi ſæpedictus *Rex* infra tres menſes,
poſtquam ad ipſum ordinatio ipſa perve-
nerit; & ſucceſſores ſui infra annum,
poſtquam regnare cœperint, omnia &
ſingula compleverint ſupradicta; ſi Ca-
pitula cujuslibet ipſorum præmiſſa, prout
contigerit, omitterent implere; & ſi per
unum menſem in hujuſmodi obſtinatione
D perſtiterint; loca etiam, in quibus ipſi
omittentes fuerint, vel ad quæ ipſos con-
tigerit pervenire; quandiù ibi moram
contraxerint, ſint Eccleſiaſtico ſuppoſita
Interdicto. Et ſi infra unum menſem,
præter prædictos tres, ſive annum, quan-
tum ad ſucceſſores, proximo ſequentes,
huic ordinationi parére, ac præmiſſa
omnia, & ſingula implere neglexerint;
idem *Rex*, & prædicti ſucceſſores ejus
ipſo facto ſententiam *excommunicationis*
E incurrant, quam ex nunc in illum caſum
ferimus in eoſdem. Quòd ſi infra alium 11.
menſem prædictum unum menſem imme-
diatè ſequentem in hujuſmodi negligen-
tiâ, ſeu omiſſione perſtiterint; tota Ter-
ra ſua, videlicet prædictum *Portugalliæ*,
& *Al-*

Tranſgreſſoribus cenſuræ Eccleſ. indicuntur, & primò Regibus.

(a) Officiales: Quorum officia declarat Bernardinus a S. Antonio in deſcriptione Regni Portugalliæ.

(b) Dionysium: Poſtea Portugalliæ Regem, S. *Eliſabethæ* virum, & Patriæ patrem appellatum.

(c) Alfonsum: Portus Alacris Comitem.

(d) Securitatem: Quam ab Alfonſo Rege datam vulgavit Raynaldus ad annum 1268. num. 41. parum tamen profuturam.

(e) In eis: Al. *in eo*.

(f) Treguam: Al. *trengam* loco induciarum.

(g) Bullatas: Ideſt ſigillatas, ſeu conſignatas.

(h) Electo; Bracarenſi de quo ſupra fol. 235. n. (a)

GREGORIUS PP. X. An.Ch. 1275.

a & Subditi eorum à juramento fidelitatis abſolvuntur.

& *Algarbii* [a] Regnum eo ipſo Eccleſiaſtico ſubjaceant *Interdicto*: & ſi adhuc per alios tres menſes in illorum adimpletione ceſſaverint; Subditi, & Vaſſalli eorumdem Regum ab obſervatione juramentorum fidelitatis, & homagii, quibus ſibi obligati exiſtunt, ſint penitùs abſoluti; ſibique reſpondere in aliquo minimè teneantur; quamdiù in hujuſmodi pertinaciâ permanebunt: nec *Rex* idem, & ſucceſſores jure Patronatus, ſi quod in Eccleſiis dicti Regni, quamdiù in hujuſmodi contumaciâ, & excommunicatione permanſerint, uti poſſint.
12. Si autem memoratus *Rex*, aut ſucceſſores ſui poſt promiſſiones, & obligationes prædictas, juramenti præſtationem, literarum ſuarum pacis, & ſecuritatis conceſſiones hujuſmodi, contra prædicta venerint; vel aliquod præmiſſorum, & infra ſimiles terminos, poſtquam denuntiatum fuerit eis per Diœceſanum Loci, in quo *Rex* præfatus, vel ſucceſſores ſui veniendo contra præmiſſa exceſſerint; vel per ejus Vicarium, ipſo abſente, aut ejus Eccleſiâ vacante, cum conſilio, & aſſenſu duorum Coepiſcoporum Regni ejuſdem tunc in Regno ipſo præſentium, ſuper iis ſatisfacere fortè contempſerint; pœnis expreſſis ſuperiùs ipſos decernimus ſubjacere; a quibus abſolvi non poſſint ſine mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali.
13. Deinde Magiſtratibus aſſumptis, & aſſumendis. Aſſumendi autem in Barones, Conſiliarios, & alios Officiales publicos, ſeu etiam jam aſſumpti, ſi eorum, quæ juraverint, fuerint tranſgreſſores; niſi exinde infra menſem ſatisfecerint competenter, Laici eo ipſo ſententiam *excommunicationis* incurrant; Clerici verò & eâdem ligati ſententiâ, & obtentis *beneficiis* ſint privati, & inhabiles ad alia obtinenda.
Clauſula prohib. &c. Nulli ergo omnino &c. Noſtræ Confirmationis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu &c.

Datum Bellicadri II. Nonas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Committit confirmationem, ſeu diſcuſſionem electionis de Gerneroden. *Abbatiſſa celebratæ*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 59. apud Petrum M. Campum Hiſt. Placent. par. 2. in Regeſ. Privileg. n. 2. p. 485.)

GREGORIUS &c. CVII.

Anno 1275. die 24. Novembris.

Dilectis Filiis . . Priori Prædicatorum, & . . Guardiano Minorum Fratrum Alberſtaden. [b] *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

Eligitur Abbatiſſa Gerneroden.

OLim Seculari Eccleſiâ *Gerneroden.* [c] ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente Alberſtaden. Diœceſ. Abbatiſſæ regimine deſtitutâ, dilectæ in Chriſto Filiæ Præpoſita, Decana, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ convenientes in unum, Spiritus Sancti gratiâ invocatâ, dilectam in Chriſto Filiam *Eliſabeth* Præpoſitam in *Vroſe* Canonicam ipſius Eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus, prout aſſeritur, circumſpectam in earum *Abbatiſſam* canonicè ac concorditer elegerunt; & poſtmodum Nobis ſupplicarunt humiliter, ut cum prædicta *Electa* propter ſexus fragilitatem, & viarum diſcrimina non poſſet, nec eam expediret Apoſtolicam Sedem adire pro confirmationis munere obtinendo, electionem hujuſmodi confirmari, & eidem *Electæ* faceremus in illis partibus munus benedictionis impendi [d].

ejuſque electionis confirmatio a S. A. poſtulatur.

Pontifex ſupradictis Præfectis rem injungit

Cumque Nos attendentes; quòd rectis diſpoſitionibus nihil debet difficultatis afferri; vobis hujuſmodi negotium ſub certâ formâ per Noſtras litteras [e] duxerimus committendum, vos aſſerentes, quòd Fratribus veſtrorum Ordinum a Sede Apoſtolicâ eſt indultum [f], ut de cauſis, ſeu negotiis, quæ ipſis a Sede committuntur eâdem, inviti cognoſcere minimè teneantur; ſuper hoc pro veſtræ voluntatis libito procedere omiſiſtis. Quare fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut providere ſuper hoc paternâ ſollicitudine curaremus.

(a) Algarbii: Vulgo *Algarve* Provinciæ inter Andaluſiam ad Orientem, Portugalliam ad Boream, & Oceanum ad Meridiem ſitæ, cujus caput *Tavira*.

(b) Alberstaden.: Al. *Halberſtaden.* in Saxonia inferiori, ubi Fratres Minores ſub initium Ordinis locum habuerunt, qui erat caput *Cuſtodiæ* ſui nominis 2. in Provincia Saxoniæ ex diſtributione Provinciarum, & Cuſtodiarum Ordinis anno 1260. Narbone in Comitiis gener. præſide S. Bonaventura facta, & ex ſæpe citato veteri *Provinciali* Ordinis; etſi Waddingo ejus notitia primo effulſerit ad ann. 1309. n. 28.

(c) Gerneroden.: *Gereroden.* dicitur à Mabillonio lib. 51. Annal. Benedict. ad annum 999. num. 98., & *Gerenrothe* a ſaltu Geronis lib. 53. ad ann. 1013. n. 87.

(d) Munus benedictionis impendi: Quod olim ab Epiſcopis Alberſtaden. conferri conſueverat ex cit. Annalibus Benedict., hoc autem anno Eccleſiæ Alberſtaden. præerat *Hermannus* Comes de Blanckemberg ab anno 1270., obiitque anno 1281.

(e) Per nostras litteras: Quæ non habentur.

(f) Indultum: Incip. *Quieti veſtræ &c.* ſæpiſſime in hoc Opere prolatum.

Digitized by Google

cum clauſula derogatoria.

mus. Quocirca Diſcretioni veſtræ per A Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, indulto hujuſmodi non obſtante, in prædicto negotio ſine difficultate qualibet procedatis juxta directarum vobis prædictarum continentiam litterarum.

a Datum Placentiæ [a] VIII. Kal. Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Epiſtolæ hujus B. Pontificis, quæ forſan amiſſæ ſunt. B

1. WIllelmo de Villarduini Achajæ Principi pro Apocriſariis Mich. Palæologi Imp. ad Concilium Lugdunen. deſtinatis ann.1273. 20. Novembris ex Waddingo ad eum annum num.6.
2. Pro ſepultura cujuſdam Jacobi in *Cœnobio Lucano* incipiens: *Querelam &c.*dat.10.Kal. Auguſti anno 3.ex Indic.Bull.Seraph.Petri de Alva ſub ann.1273., cum tamen diploma ad annum 1274. ſpectet.
3. Decano Eccleſiæ Rhegien., ut Epiſcopum *Çatanen.* Fratres O.M. perſequentem compeſceret, & cenſuras in illos ab eo latas C nullas eſſe pronunciaret ex Phil. Cagliola Hiſt.Sicil. O.M.Conv. pag.71.
4. Monachis Cluniacen. pro noſtro loco *Cariloci* ex epiſt. Nicolai III. *Olim ex relatione &c.* an. 1280. die 13. Feb.
5. Binis Canonicis Laudunen.pro noſtroCœnobio *Laudunen.* ex epiſt.Nicolai IV. *Petitio dilectorum &c.* an.1290.
6. Simoni Card. S.Ceciliæ A.S. Legato pro inquiſitione vitæ & miraculorum *Ludovici IX.* Regis Francorum ex epiſt. Nicolai III. *Sicut noſti &c.* ann. 1278. die 30. Novemb., & alia Martini IV.*Intellecto dudum &c.* an.1281. 22.Novemb. datis.
7. M. Epiſcopo *Caſſanen.* O. M. conſtituto *Decimæ* proTerra Sancta Collectori in Calabria, Siciliaque ex epiſt. Joannis XXI. *Felic. recordat.* an.1277. die 30. Januarii.
8. Regi *Franciæ* ſcribit, & rogat, ut Petri Principis*Aragoniæ* Oratores, quorum unus erat *Fr.Petrus* O.M., perhumaniter accipiat, cum eoque amicitiam redintegret ex Raynaldo ad annum 1275.n.18., & ipſe ex epiſt.53.Regeſ.Vatic.
9. Reatino Clero de eorum Epiſcopo, cum electus, & poſtulatus eſſet ab una Capituli parte *Fr.Benvenutus* O. M. ann.1275. ex Ughelli Ital.Sac. tom.1.
10. Priori Prædicat., & Guardiano Minor. Alberſtaden. pro electione Abbatiſſæ Gerneroden. ex ejus ep.107.*Olim ſeculari &c.* an.1275.die 24.Novemb.data.

(a) PLACENTIÆ: In Italia, Emiliaque, cum ex Gallia Aretium peteret ibi paulo poſt piè moriturus.

Digitized by Google

Innocent. PP. V. An.Ch. 1276.

INNOCENTIUS V.

Antea Petrus Tarantaſienſis ex Ord. FF. Prædicat. Archiepiſcopus Lugdunen., mox S. R. E. Card. Epiſcopus Oſtien. eligitur Aretii Summus Pontifex die 21. Januarii anno 1276., & coronatur Romæ die 22. Februarii ejuſdem anni. Sedit in Pontificatu a die electionis menſes V. dies II., obiitque Romæ die 22. Junii.

Litteræ Pontificis de ſua ad Summum Pontificatum promotione Prælatorum Eccleſ., Fideliumque ad Deum preces expoſcentis. (Ex Formul. Marini Ebul. apud Raynaldum ad ann. 1276. n. 17. & 18.) A

I. INNOCENTIUS EPISCOPUS

Anno 1276. die ... Januarii.

SERVUS SERVORUM DEI

a *Venerabilibus Fratribus Patriarchis*[a],
b *& Epiſcopis*[b], *ac dilectis Filiis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, ceteriſque Eccleſiarum Prælatis &c. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

De morte Gregorii X., & Cardin. R. E. in Conclavi,

c NUper ſanctæ, & venerandæ memoriæ Gregorio Papa[c] patre, ac prædeceſſore Noſtro in continuatione laborum, quos ad Dei proſequenda ſervitia ſolers, & devotus aſſumpſerat, Nobiſque tunc Oſtienſi Epi-
d ſcopo[d], ac aliis Noſtris Fratribus, quos C tàm in Urbe, quàm circa ejus confinia jam diverſa loca receperant, tribus tantum ex illis exiſtentibus circa ipſum de Ultramontana redeuntibus Regione; ac eodem prædeceſſore apud *Aretium* Civitatem Tuſciæ in infirmitate diebus aliquibus deductis de hoc ſeculo nequam, quod eo dignum fortè non erat, erepto[e], e
& ipſius corpore cum exequiarum ſolemnitate debitâ tumulato &c.[f] Nos, & Fra- f
tres iidem omnes, quibus id perſonarum ſuarum ſtatus indulſit, ſponte ac celeriter convenimus in Civitate prædictâ: & in omni manſuetudine ſpontaneâ Palatium, quo idem prædeceſſor habitarat, pridie ante feſtum Beatæ Agnetis[g] intrantes, g
B in ipſo feſto ſummo mane Miſſarum ſolemniis in honorem S. Spiritus celebratis ex more, ipſiuſque gratiâ votis invocatâ ſupplicibus, concorditer ad celebrandam electionem inſtantem ſcrutinii viam elegimus: & aſſiſtente ipſo benigno ſapientiæ Spiritu &c.[h] in humilitatem Noſtram h
Dei providentiâ, ſeu permiſſione mirabili, Nobiſque nimium terribili & ſtupendâ iidem Fratres nullo diſcordante unanimiter concordarunt; Nobis ad Summi Apoſtolatus evocatis apicem; & ipſius onus giganteis etiam tremendum humeris Noſtris debilibus imponentes &c.[i] Ad quod promptius obtinen- i
dum veſtrorum ſuffragiorum opitulationem exquirimus, ſtudioſam in hoc opem, & ope-

dieque electionis Pontif.

(a) Archiepiscopis: Inter quos ex Ord. FF. Min. erant *Barenſis* in Apulia, & *Alborenſis* in Sardinia, *Antibarenſis* in Dalmatia, & *Rothomagenſis* in Gallia.

(b) Episcopis: Ex Ord. Minor. FF. tunc erant *Albanenſis*, & *Albingaunen.* in Liguria; *Æſernienſis* in Sammio, Comitatuque Moliſino; *Agrigentinus* in Sicilia; *Arauſicenſis* in Gallia; *Aſculanus* in Piceno; *Aſſiſias* in Umbria; *Baſilien.* in Helvetiis; *Bellunen.* in Forojulien., Venetiſque; *Biſinianenſis* in Calabria; *Cannenſis* in Apulia; *Caſſanenſis* in Calabria; *Egitanien.* al. Igæditan. in Luſitania; *Gadienſis* in Hiſpania; *Hortanus* in Hetruria; *Lubecenſis* in Holſatia; *Marochienſis* in Africa; *Mazarienſis* in Sicilia; *S. Marci* in Calabria; *Pacenſis* in Hiſpania; *Sardenſis* in Dalmatia; *Tarracinenſis* in Latio, Romanaque Campania; *Tragurienſis* in Dalmatia; *Tripolitanus* in Syria; *Triventinus* in Samnio, Moloſinoque Comitatu; *Veronenſis* in Gallia Tranſpadana; *Viterbienſis* in Hetruria &c.

(c) Gregorio Papa: Hujus nominis X.

(d) Ostiensi Episcopo: Anno 1273. e Lugdunenſi Sede tranſlato.

(e) Erepto: Hoc anno die 10. Januarii fer. 6. ſeu Veneris die.

(f) Tumulato &c. Videatur cit. Raynaldus.

(g) Pridie ante festum B. Agnetis: Die 20. Januarii feſto SS. Fabiani & Sebaſtiani.

(h) Spiritu &c. Apud Raynaldum loco citato.

(i) Imponentes &c.: Die 21. Januarii feſto Sanctæ Agnetis die Martis; reliqua legi poſſunt apud cit. Raynaldum.

Digitized by Google

Fideliam, ac Prælatorum preces apud Deum implorat.

& operam affectamus. Univerſitatem veſtram affectuoſè monentes, rogantes, & qua poſſumus inſtantiâ exhortantes, quatenus penſato conſultiùs, quòd in partem eſtis tantæ ſollicitudinis evocati, in gregibus curæ veſtræ commiſſis pro viribus ſoliciti paſtoris partes ſatagentes implere; Moyſi manus debiles, cujus licet inſufficientibus meritis typum in Domini populo gerimus, veſtris interceſſionibus ſuſtentetis apud illum, qui hujuſmodi Nobis onus impoſuit, devotis precibus inſiſtentes, ut non patiatur ipſius mole Nos opprimi, ipſius preſſura ſuſterni; ſed debilitatem Noſtram ſuo robore fulciat, ſuâque virtute confortet; ut ſic in commiſſi executione regiminis ejus proſequamur beneplacitum, quòd æternæ retributionis gloriam & ſequamur attentiùs, & de ſuæ benignitatis gratiâ efficaciùs conſequamur. Cæterum, Fratres, & Filii, affectum vobis charitativæ benignitatis expandimus; & ſinum charitatis ſolidæ aperimus proponentes, quantum cum Deo poterimus, honori veſtro deferre; ac veſtra, & Eccleſiarum veſtrarum commoda, pro quibus ad Nos recurrere cum ſecuritate poteritis, in promptitudine benevolentiæ promovere &c.[a]

Exod.17. 12.

ſuam eis pollicitus benevolentiam, & favorem.

a

Repetit res Eccleſiæ Rom. Aſſiſii apud Fratres O.M. depoſitas. (Ex Autographo in Archivo ſacri Conventus S. Franciſci dictæ Civitatis apud Autorem Operis, cui titulus *Collis Paradiſi &c.* lib.2. pag.18.)

II.

Anno 1276. die 7. Februarii.

INNOCENTIUS &c.

Dilectis Filiis Cuſtodi Guardiano, & Fratribus Minoribus de Aſſiſio *ad rerum Noſtrarum cuſtodiam deputatis Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

Mandat id, quod ſupra

DIſcretioni veſtræ præſentium tenore mandamus, quatenus res Noſtras, & Romanæ Eccleſiæ apud vos

Tom.III.

depoſitas dilecto Filio *Joanni* familiari Noſtro, earumdem latori, quem ad ipſas recipiendas a vobis, & Nobis deferendas fideliter deſtinamus, præſentibus aſſignari euretis..[b], & cujuslibet difficultatis obſtaculo expeditas. Nec miremini, quod *Bulla* non habeat[c] exprimens, Nomen Noſtrum, & ſit appenſa præſentibus, quæ ante benedictionis, & coronationis Noſtræ ſolemnia tranſmittuntur; quia ſemper ii, qui fuerunt hactenus in Romanos Pontifices electi, conſueverunt in bullando litteras ante ſuæ benedictionis, & coronationis diem modum hujuſmodi obſervare.

b

cum excuſatione de Bulla.

c

Datum Viterbii[d] 7. Idus Februarii, ſuſcepti a Nobis Pontificatus Officii Anno Primo[e].

d

e

Monaſterium, ejuſque bona ſub Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcipit, eaque confirmat.. (Ex Autographo in Archivo ejuſdem Monaſterii Cracovien. aſſervato.)

III.

Anno 1276. die 4. Aprilis.

INNOCENTIUS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus .. Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii de Scala[f] *Ordinis S. Claræ Cracovien. Diœceſis*[g] *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

f

g

Exordium.

CUM a Nobis petitur, quod juſtum eſt &c.[h] Eapropter dilectæ in Domino Filiæ veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras, & locum, in quo Divino eſtis obſequio mancipatæ, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum præſtante Domino juſtis modis poteritis adipiſci, ſub Beati Petri, & Noſtrâ protectione ſuſcipimus: ſpecialiter autem veſtras poſſeſſiones[i], & alia bona veſtra, ſicut ea juſté & pacificè obtinetis, vobis, & per vos veſtro Monaſterio auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis

h

i

i

 ſcri-

(a) Promovere &c.: Epiſtola eſt ſine loco, & notæ temporis; data tamen creditur paulo poſt electionem exeunte Januario, vel ineunte Februario menſe.

(b) Curetis..: Supplendum forſan *conſervatas*.

(c) Habeat..: Codex exinde plures habet lacunas, quas ex formula in aliis litteris uſitata replevimus.

(d) Viterbii: Teſtatur S. Antoninus 3. par. Hiſt. tit.20.c.3., & ante eum Bernardus Guidonis in Chron. Rom. Pontif., Innocentium Aretio digreſſum *Viterbium* acceſſiſſe, inde Romam ingreſſum coronationis ſuæ cauſa.

(e) Eſt, quod moneam, has litteras a cit. Autore *Collis Paradiſi* incaute attribui *Innocentio IV.*, qui electus fuit, & conſecratus *Anagniæ* menſe Junio; ibique moram traxit uſque ad menſem Octobris; nec legitur, unquam fuiſſe *Viterbii*.

(f) De Scala: Al. *De lapide S.Mariæ* ex Oppido *Zavicoſtenſi* anno 1259. vel 1260. ob Tartarorum incurſionem eò translatas ex litteris Alexandri IV., quas, quia ad nos ſerò tranſmiſſæ ſunt, dabimus in Appendice.

(g) Cracovien. Diœceſis. Erat enim Monaſterium extra Civitatem Cracoviæ Regni Poloniæ Regiam.

(h) Juſtum eſt &c.: V.epiſt.72.Clementis IV.

(i) Poſſeſſiones: Quæ videri poſſunt in epiſt.96. Alexandri IV.data B.Cracoviæ & Sandomiriæ Duci anno 1255. & in 2, hujus Operis tomo relata.

Digitized by Google

Clauſula prohib.&c.

ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Protectionis, & Confirmationis infringere; vel ei auſu &c.

Datum Laterani ſecundo Nonas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Primo [a].

Ut raptores rerum Eccleſiæ Cannen. Eccleſ. cenſura percellantur, & ad reſtitutionem compellantur. (Ex Actis pro raptoribus inveniendis, rebuſque reſtituendis apud Ughellum tom. 7. Italiæ Sacræ in Epiſc. Cannen. num. 12.)

IV.

Anno 1276. die 17. Aprilis.

INNOCENTIUS &c.

Ven. Fratri... [b] *Epiſcopo* Minerbenſi [c] *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

Epiſcopi Cannen. expoſitio

Exposuit Nobis Ven. Fr. Noſter.. [d] Epiſcopus *Cannen.* [e], quod Clerici Caſtri de *Barolo* [f] adjunctis ſibi quibuſdam Laicis eorum in hac parte ſequacibus Tranen. Diœceſis [g] ad Eccleſiam *Cannenſem* armata manu nequiter accedentes ibi majus Altare ipſius Eccleſiæ auſu ſacrilego violare, ac quaſdam Reliquias Sanctorum &c., quæ in eodem Altari, & Corpus *B. Rogerii* [h], quod in quodam ſepulchro juxta ipſum Altare recondita fuerunt; necnon & lapidem ſuperpoſitum eidem Altari violenter auferre; illaque cum pluribus aliis rebus ejuſdem Eccleſiæ ibidem inventis ad prædictum Caſtrum.. [i] exinde aſportare non ſine multæ temeritatis audaciâ præſumpſerunt. Iidem quoque Clerici & Laici tàm Corpus, Reliquias, & res prædictas, quàm nonnullas poſſeſſiones ad eoſdem Epiſcopum & Eccleſiam pertinentes contra juſtitiam detinent; & ipſi Eccleſiæ reſtituere indebitè contradicunt. Quo circa Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus hujuſmodi ſacrilegio..., [k] conſtiterit; prædictos Clericos & Laicos tamdiu appellatione remotâ *excommunicatos* publicè nuncies, & facias ab omnibus arctiùs evitari, donec ſuper hujuſmodi violatione dicti Altaris, & ablatione, & aſportatione Corporis, Reliquiarum, & lapidis prædictorum ſatisfecerint; & cum tuarum teſtimonio litterarum ad Sedem venerint Apoſtolicam abſolvendi, ipſique nihilominus Corpus, Reliquias, lapidem, & poſſeſſiones prædictas memorato Epiſcopo, & Eccleſiæ reſtituant, ut tenentur.. [l] monitione præmiſsâ per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remotâ compeſcas [m].

de raptoribus rerum ſuæ Eccleſiæ,

eaſque ſe reddituras negantibus.

Mandat Pontifex ſuprà dicta.

Datum Laterani xv. Kal. Maji, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Translationem Monialium Romanæ *de Ordine* S. Damiani *ad illum S. Auguſtini a* Beato Gregorio PP. X. *commiſſam confirmat*. (Ex Autographo in Archivo Ven. Baſilicæ S. Mariæ Majoris de Urbe.)

V.

Anno 1276. die 13. Maji.

INNOCENTIUS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus.. Abbatiſſæ & Conventui Eccleſiæ S. Andreæ de Fractis [n] *de Urbe Ordinis* S. Auguſtini *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

Monialium petitionis tenor de ordinatione Gregorii X.

Petitio veſtra Nobis exhibita continebat, quod cum fel. record. Gregorius PP. X. prædeceſſor Noſter venerabili Fratri Noſtro *Thomæ* [o] *Patriarchæ*

(a) Hoc Monaſterium poſtea translatum eſt intra Civitatem ſub Joanne XXII., ut ibi videbimus.

(b) Ven. Fratri...: *Briciano* al. *Biviano* ex cit. Ughello.

(c) Minerbensi: Vulgo *Minerbino* in Provincia Apuliæ Peucetiæ ſub Archiepiſcopo Barenſi in limite Baſilicatæ verſus montes inter Canuſium & Venuſiam non longe a fluvio Aufido.

(d) Fr. Noster...: *Theobaldus* ex Ord. Minor., de quo cit. Ughellus, & epiſtola 90. Clementis IV. *Dilecti filii &c.* anno 1266. die 27. Junii ſcripta; quique anno 1289. cum pluribus aliis Antiſtitibus *Indulgentiam* conceſſit Eccleſiæ S. Salvatoris Clariſſarum *Sanſeverinien.* in ejuſdem Eccleſiæ conſecratione eo anno die 3. Dominica Maji ab Epiſcopo Camerinen. facta ex Autore *Camerini Sacri* pag. 233.

(e) Cannen.: Videatur præfata *Clemen. IV.* epiſt.

(f) Barolo: Al. *Barulo* nobiliſſimo olim Oppido prædictæ Provinciæ Cannis exciſis proximo, in Diœceſi *Tranen.* ſito, a qua Civitate 4. mill. paſ. diſtat, totidemque ab oſtiis Aufidi fluminis, vulgo *Barletta*, ubi ſedem habet *Archiepiſcopus Nazaranus*.

(g) Tranen. Diœcesis: Archiepiſcopatus in ora Maris Adriatici inter Barium, & Barulum.

(h) B. Rogerii: Epiſcopi *Cannenſis*, de quo laudatus Ughellus legi poteſt.

(i) Castrum..: *Baruli* nimirum.

(k) Sacrilegio: Hæc lacuna ita ſuppleri poterit: *adhibita diligentia, & inquiſita veritate, ſi tibi.*

(l) Tenentur..: Hic etiam aliqua deſunt, videlicet: *Contradictores etiam & rebelles*.

(m) Compescas: Addit Ughellus, omnia Epiſcopo, & Eccleſiæ *Cannenſi* reſtituta fuiſſe præter corpus *B. Rogerii* prædicentis *Cannas* futuro tempore funditus eſſe diruendas.

(n) S. Andreæ de Fractis: Al. *S. Andrea ad Præſepe* nempe ad Baſilicam S. Mariæ Majoris, cujus Eccleſiæ titulus poſtea translatus eſt ad Eccleſiam mox PP. Minimorum juxta Palatium Sacræ Congregationis *De Propaganda Fide*.

(o) Thomæ: *Agni* Leontinenſis Ord. Prædicat. antea Epiſcopi Bethlemitici, mox Archiepiſcopi Conſent., inde Patriarchæ Hieroſol., de quo Scriptores illius Ordinis.

Digitized by Google

chæ Jeroſolimitano ad inſtantiam dilecti Filii O. [a] S. Adriani Diaconi Cardinalis vivæ vocis oraculo commiſiſſet [b], ut de vobis, quæ tunc eratis Ordinis *S. Damiani* [c], ac venientes de exilio *Romaniæ* [d] in Eccleſia *S. Andreæ de Fractis* de Urbe per prædictum Cardinalem miſericorditer collocatæ, provideret, & ordinaret, prout ſaluti animarum veſtrarum videret melius expedire, dimittendo vos in habitu [e], quem tunc temporis gerebatis, vel ad Religionem, & profeſſionem alias transferendo, ita quòd omnis controverſia [f], quæ inter vos ex parte unâ, & dilectos Filios *Fratres Minores* ex alterâ quacunque occaſione orta fuiſſet, vel oriri poſſet in poſterum ſopiretur. Idem *Patriarcha* deliberatione ſuper hoc cum venerabili Fratre Noſtro.. [g] *Patriarcha Antiocheno* [h] habitâ diligenti, prius tamen veſtris voluntatibus exquiſitis, & conſideratis omnibus, quæ ad ſalutem veſtram, & Religionis cultum, ac loci veſtri ſtabilitatem, & incrementum in futurum pertinere poſ-

quæ de Ordine S. Damiani transferuntur ad Ordinem S. Auguſtini,

A ſent, & per quæ quorumcumque Monaſteriorum de Urbe ſcandalum [i] vitaretur; vos ab omni vinculo profeſſionis Regulæ *S. Damiani* abſolvit, voſque tranſtulit ad profeſſionem, & Regulam *B. Auguſtini*, & Conſtitutiones Monialium *Sancti Sixti* de Urbe [k] vobis competentes per vos perpetuis futuris temporibus obſervandas, & ſecundum eaſdem Regulam, & Conſtitutiones a vobis profeſſionem, & obedientiam manualem vice & B nomine prædicti Prædeceſſoris recepit ſtatuens de ipſius Prædeceſſoris ſpeciali mandato, ut vos ſub dicti *Cardinalis* obedientiâ & patrocinio conſiſtatis, & recipiatis ab eo Viſitatores, Correctores, & etiam Confeſſores; & quòd poſt ejuſdem Cardinalis obitum per Sedem Apoſtolicam ad curam, & protectionem ipſius Eccleſiæ *Cardinalis* alius deputetur [l] circa mutationem habitus geſtandi C a vobis, & modum in celebratione Divinorum ſervandum providè ordinando; prout in inſtrumento [m] publico inde confecto præfati *Patriarchæ* Jeroſolimitani ſigil-

& ſubduntur regimini O. Card. S. Adriani.

(a) O.: *Ottoboni* Fliſci Genuen., qui poſtea fuit *Adrianus V.* in Summo Pontificatu.

(b) COMMISISSET: Anno 1272., ut infra ex inſtrumendo exhibendo.

(c) S. DAMIANI: Al. *S. Claræ* juſſu Urbani IV., ut viſum eſt in 2. hujus Operis tomo, cujus Monaſterii nulla fit mentio in Annal.Minor.Waddingi.

(d) ROMANIÆ: Sive Græciæ, & forſan Peloponnenſi tunc a Schiſmaticis, aliiſve oppugnati, & ex parte occupati.

(e) IN HABITU: Clariſſarum.

(f) CONTROVERSIA: Quænam hæc unquam fuerit, hactenus ignoratur.

(g) FRATRE NOSTRO..: *Opizone* ex inſtrumento cit.

(h) ANTIOCHENO: Sub cujus juriſditione utpote vaſtiſſima conjicitur extaſſe præfatum Monaſterium *Romaniæ*.

(i) SCANDALUM: Hoc etiam in obſcuris latet.

(k) S. SIXTI DE URBE; A S. P. *Dominico* fundati, & a Patribus Dominicanis hactenus moderati.

(l) DEPUTETUR: Quis poſt obitum Cardinalis *Ottoboni* anno 1276. ſecutum ſucceſſor datus fuerit, neſcitur, illud innoteſcit. ineunte anno 1307. *Neapoleonem Urſinum* S. Adriani Card. Diaconum, & A. S. Legatum electionem de ſe factam in *Protectorem*, *Correctorem*, & *Defenſorem* Monialium *S. Andreæ ad Præſepe de Urbe* admiſiſſe ex autographo in prædicto Archivo Baſilicæ S. Mariæ Majoris.

(m) IN INSTRUMENTO: quod hìc ſubjungitur:

Anno 1272. die 9. Junii.

„ In Nomine Dñi Anno ejuſdem Milleſimo CCLXXII. „ indictione XV. die VIIII. menſis Junii intrantis Pon„ tificatus Domini *Gregorii Papæ Decimi* anno primo. „ In præſentia mei Guidonis Ballonis Parmen. Nota„ rii, & teſtium ſubcriptorum Reverendus Pater *Fra„ ter Thomas* miſeratione Divina Sacroſanctæ *Jeroſo„ limitanæ Eccleſiæ Patriarcha* aſſerens oraculo vivæ „ vocis ſibi a Domino PAPA commiſſum ad inſtantiam, „ & in præſentia Reverendi Patris Domini *Ottoboni* „ Sancti Adriani Diaconi Cardinalis, ut de *Dominabus* „ quondam Ordinis *S. Damiani*, quæ ſunt apud Ec„ cleſiam *Sancti Andreæ de Fractis* prope S. Mariam „ Majorem de Urbe, in qua ipſæ *Dominæ de Romania* „ exilio venientes fuerunt dudum per dictum Dominum „ Cardinalem miſericorditer collocatæ provideret, & „ ordinaret, prout ſaluti animarum ſuarum melius ex-

Patriarchæ Hieroſolym. proviſio, & ordinatio juſſu Gregorii X.

de Monialibus Romaniæ inde exilio depulſis,

„ pedire videret; vel eas in illo habitu dimittendo, „ vel ad aliam Religionem, & profeſſionem transfe„ rendo ita, quod omnis controverſia, turbatio, & „ moleſtia, quæ exorta fuiſſet, vel exoriri poſſet in „ poſterum inter dictas *Dominas* ex una parte, & Re„ ligioſos viros.. *Fratres Minores* ex altera ex qua„ cunque cauſa, occaſione, vel modo, de cetero ſo„ piretur ita, quod & dictis *Fratribus Minoribus* nul„ lum ex eis ſcandalum generaretur, & dictarum *Do„ minarum* ſaluti, & quieti, ac ſtabilitati illius loci „ provideretur; habita diligenti delibetatione cum „ Reverendo Patre Domino *Opizone* Dei gratia Sacro„ ſanctæ *Antiochenæ Sedis Patriarcha*; Divinæ pietatis „ intuitu diſquiſitis prius ipſarum voluntatibus Domi„ narum; poſitis etiam, & collatis cum prædicto Do„ mino O. *Patriarcha Antiocheno* omnibus, quæ ad ſa„ lutem *Dominarum* illarum, & Religionis cultum, „ ac dicti loci ſtabilitatem, & incrementum poſſent in „ poſterum pertinere, & ut ſcandalo, vel calumniæ „ quorumcunque Monaſteriorum de Urbe præcavere„ tur: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti „ abſolvit dictas *Dominas* omnes & ſingulas ab omni „ vinculo profeſſionis Regulæ *Sancti Damiani*, & tranſ„ tulit eas ad profeſſionem & Regulam *B. Auguſtini*, „ & Conſtitutiones *Dominarum S. Sixti* de Urbe com„ petentes eiſdem ſecundum quæ, & quas a dictis *Do„ minabus* univerſis & ſingulis profeſſionem, & obe„ dientiam manualem vice & nomine dicti Domini Pa„ pæ recepit, volens ac ſtatuens de dicti Domini *Papæ* „ ſpeciali mandato, ut dixit, ut eædem *Dominæ* ſint „ ſub obedientia, patrocinio, & protectione Reve„ rendi Patris Domini *Ottoboni* Cardinalis prædicti, „ a quo recipient *Viſitatores*, *Correctores*, & *Confeſ„ ſores*, prout idem Dominus Cardinalis duxerit pro „ tempore ordinandum, quandiu vixerit, ita tamen „ quod poſt mortem ſuam ſemper ſimili modo habeant „ alium *Cardinalem* protectorem, & defenſorem de „ ſpeciali mandato Domini PAPÆ, cui immediate ſub„ ſunt ſicut Summo Pontifici Urbis & Orbis. Habitum „ quoque earum *griſeum* prius mutavit in *album* ita, „ quod tunicis, & mantellis *albis* de cetero utantur, „ relictis eis *capuccis griſeis*, & Officio Divino Curiæ „ Romanæ, & *clauſura* perpetua, ſicut prius, ita „ quod ab aliis perſonis Religioſis eſſent diſcretæ ha„ bitu, vel profeſſione, & modo vivendi. Quam or„ dina-

quas Moniales abſolvit a Regula S. Damiani, & transfert ad illam S. Auguſtini,

eiſque Protectorem tribuens O. Cardinalem S. Adriani

cum mutatione habitus, ac retentione aliorum.

Digitized by Google

ſigillo ſignato plenius dicitur contineri. A
Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc providè factum eſt, ratum, & gratum habentes illud auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Pontifex confirmat, ut ſupra.

Clauſula prohib. &c.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. B

Datum Laterani III. Idus Maji, Pontificatus Noſtri Anno Primo [a].

Complures Epiſtolæ in VII. tomo ampliſſ. *Collectionis Veter. Monument. & Script.* a Martene, & Durando factæ huic Pontifici leguntur adjudicatæ, quæ noſtros, noſtrumque Ordinem concernunt, ſed illas eſſe ſequentis Pontificis Joannis XXI. infra ſuo loco demonſtrabitur.

Epiſtolæ hujus Pontificis deſideratæ.

1. Innocentius V. miſit die 6. Junii unum *Epiſcopum ex Ord. Minor.* cum Legatis Caroli Regis Siciliæ *Fr. Stephano*, & ſociis Piſas pro ſancienda pace ex Guidone de Corvaria Scriptore Synchrono in tom. 24. Rer. Italic., cujus Legationis meminit & illius ſeculi autor Ptolemæus Lucenſis, & Leonardus Aretinus paulo poſt apud Raynaldum Annal. Eccl. ad ann. 1276. num. 24., ſed nomen Epiſcopi, & Epiſcopatus reticuerunt: forſan fuit aut *Fr. Illuminatus* Epiſcopus Aſſiſias, aut *Marcus* Aſſiſias Epiſc. Caſſanen.; addit Ptolemæus cit., pacem per eos ibi naviter peractam fuiſſe: verùm hujus Legationis litteræ ad nos non pervenerunt, nec amplius extare creduntur.

2. Deſunt quoque nobis ejus litteræ, quibus admiſit ceſſionem Epiſcopatus *Tragurien.* a Fr. Columbano Ord. Min. factam ex 25. epiſt. Joannis XXI. *Venerabilis Frater &c.* anno 1277. Nonis Martii ſcripta, & infra relata.

HA-

„ dinationem, inſtitutionem, & tranſlationem, ac habitus mutationem ipſæ *Dominæ* univerſæ, & ſingulæ libenter & promptis animis ſuſceperunt tàm pro ſe, quàm pro ſuccedentibus eis in eodem Monaſterio *Sancti Andreæ de Fractis* in perpetuum obſervandas, & inviolabiliter tenendas ad honorem Dei, & Beatæ Virginis, Beati Andreæ, Domini Papæ, & Romanæ Eccleſiæ, cujus obedientiæ ſe totaliter, ut dictum eſt, ſubmiſerunt. In quorum omnium teſtimonium, & munimen perpetuum prædictus Dominus *Patriarcha Jeroſolymitan.* inſtrumento præſenti ad inſtantiam *Dominarum* ipſarum ſuum fecit ſigillum apponi. Actum Romæ in domibus prædictarum Dominarum *Sancti Andreæ de Fractis* præſentibus dicto Domino *Patriarcha Antiocheno*, Fratre Raynaldo *Epiſcopo Marſicano* Domino Petro *Paparono* Canonico Eccleſiæ S. Mariæ Majoris de Urbe, Fratre *Gualtero* de Auguſta de Ordine Fratrum Prædicatorum, Gentile & Paulo Canonicis Eccleſiæ Sancti Martini in Montibus de Urbe, Presbytero Armanno de Sancto Petro de Clavaro, Domino Jacobo Johannis Saſſonis de Urbe, & *Cimmabove* Pictore de Florentia, & aliis pluribus teſtibus vocatis ad ea ſpecialiter, & rogatis. Et ego Guido prædictus Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ auctoritate Notarius prædictis abſolutioni, & translationi, receptioni manualis profeſſionis, probatæ voluntati, ſtatuto, ſubmiſſioni, ordinationi, ſuſceptioni, ac conſenſui, interventioni omnium præmiſſorum, ac aliis perſonaliter interfui; & ea de mandato & auctoritate prædicti Domini *Patriarchæ Jeroſolymitani* propria manu ſcripſi, & ad inſtantiam *Dominarum* ipſarum in publicam formam redegi vocatus ad ea ſpecialiter, & rogatus. „ ✠ Loco ſigni cerei rubri coloris.

Teſtes rogati.

(a) Poſt annum 1307. nulla hujus *Monaſterii* mentio nobis, nec aliis forſan occurrit. Veriſimile videtur, paulo poſt ſuppreſſum fuiſſe; & Moniales ad illud *S. Sixti* translatas extitiſſe.

Digitized by Google

HADRIANUS V.

HADRIANUS. PP. V. An.Ch.1276.

Dictus *Othobonus* Fliſcus Genuenſis ex S. R. E. Card. Diacono S. Adriani eligitur in Rom. Pontificem die 12. Julii Romæ anno 1276., & nondum Presbyter, nec Pontifex ordinatus moritur Viterbii eodem anno die 18. Auguſti, unica de *Rom. Pontificis* electione relicta *Conſtitutione*, & una ad incolas *Terræ Sanctæ* conſolatoria *epiſtola*.

JOHANNES XIX. dictus XXI.

JOHAN. PP. XIX. al. XXI. An.Ch.1276.

Antea Petrus Juliani Portugalenſis al. *Petrus Hiſpanus* ex S. R. E. Card. Epiſcopo Tuſculano anno 1276. die 15. Septembris electus eſt Summus Pontifex Viterbii, & die 20. ejuſdem menſis coronatus ibidem; cumque in Pontificatu ſediſſet a die electionis menſes VIII. & diem I. vel II., ex hac vita deceſſit etiam Viterbii die 16. Maji anno 1277.

Electio de Lechlinen. Epiſcopo, ſi ritè facta fuerit, confirmetur, & Electus conſecretur: aliàs de idoneo Paſtore Eccleſia illa provideatur. (Ex Reges. Vatic. ep.3. apud Waddingum ad hunc ann. n. 1. Reges. Pontif., & inde in Bullario Ord. Prædicat. to. 1. n. 1. p. 547.)

I. Anno 1276. die 28. Septembris.

JOHANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Venerabili Fratri ... Epiſcopo Clonferten.[a], *Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, & ... Guardiano Minorum FratrumOrdinum* Dublinen.[b] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Capituli Lechlinen. expoſitio

EX parte dilectorum Filiorum Decani, & Capituli Eccleſiæ *Lechlinen.*[c] fuit expoſitum coram Nobis; quòd eâdem Eccleſiâ Lechlinen. olim per mortem bonæ memoriæ *D....* Epiſcopi *Lechlinen.* Paſtoris regimine deſtitutâ; iidem Decanus, & Capitulum die ad eligendum præfixâ, prout moris eſt, convenientes in unum, vocatis, & præſentibus omnibus, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt commodè intereſſe, Spiritus Sancti gratiâ invocatâ, dilectum Filium Magiſtrum *N....* Archidiaconum *Lechlinen.*, virum ſcientiâ præditum, vitæ, ac converſationis honeſtæ in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectum, in ſuum, & ejuſdem Eccleſiæ Lechlinen. Epiſcopum, & Paſtorem canonicè, ac concorditer elegerunt. Cumque *Dublinen.* Eccleſia, cui præfata Eccleſia *Lechlinen.* Metropolitico jure ſubeſſe dignoſcitur, Paſtore, ſicut dicitur, vacet ad præſens; ac Sanctæ Trinitatis, & Sancti Patritii Eccleſiarum de Dublinen. Capitula, ſive Canonici inter ſe invicem ſuper jure electionis Metropolitico ipſius Dublinen. Eccle-

de electione ſui Antiſtis;

Metropolitana Sede vacante,

(a) Clonferten.: In Hibernia, Connaciaque Provincia, & Gallivenſi Comitatu ſub Archiepiſcopo Tuamenſi vulgo *Clonfert*.

(b) Dublinen.: 3. Metropolis Hiberniæ, de cujus Fratrum Minorum veteri Cœnobio agit Waddingus ad annum 1271. num. 18.

(c) Lechlinen.. Vulgo *Leighlim* ſub Archiepiſcopo Dublinen. cum Epiſcopatu *Fernenſi* ei unito.

Digitized by Google

JOHAN. PP. XIX. al. XXI. An. Ch. 1276.

Eccleſiæ non modicum diſſentiant, & diſcordent; dicti Decanus, & Capitulum *Lechlinen.* ſuper electione ſuâ de dicto Archidiacono in eorum Eccleſiâ celebratâ recurſum ad Sedem Apoſtolicam habuerunt, electionem eamdem confirmari per Sedem Apoſtolicam inſtanter, & ſuppliciter poſtulantes; præſertim cum ſicut aſſeruit *Electus* ipſe, propter viarum timenda diſcrimina Sedem eamdem perſonaliter adire nequiverit confirmationis ſuæ beneficium petiturus. B Cum autem Nobis apud Sedem prædictam de meritis *Electi*, & electionis ejuſmodi plenè liquére non potuerit; prædictorum Decani, & Capituli ſupplicationibus inclinati Diſcretioni veſtræ, de quâ plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, inquiſitâ de modo electionis, Eligentium ſtudiis, & *Electi* meritis diligentiùs veritate, ſi electionem ipſam inveneritis de perſonâ idoneâ canonicè celebratam, eamdem auctoritate Apoſtolicâ confirmantes; ac ipſum *Electum* in poſſeſſionem bonorum ipſius Epiſcopatus inducentes faciatis eidem munus conſecrationis impendi; ſibique de perſonis, & ſubditis ipſius Eccleſiæ *Lechlinen.* obedientiam debitam, & reverentiam exhiberi: Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo; non obſtante indulgentiâ [a] Sedis ejuſdem, per quam Fratribus veſtrorum Ordinum Filii, Prior, & Guardiane, dicitur eſſe conceſſum, quòd de negotiis, quæ a Sede Apoſtolicâ committuntur, ſe intromittere minimè teneantur. Alioquin eâdem electione ritè caſſatâ, faciatis ipſi Eccleſiæ *Lechlinen.* per electionem, vel poſtulationem canonicam de Paſtore idoneo provideri. Quòd ſi non omnes iis &c. [b] Nolumus autem, quòd per commiſſionem hujuſ- A modi factam vobis hac vice aliquid Eccleſiæ, vel Archiepiſcopo *Dublinen.*, qui pro tempore fuerit, ſive alicui perſonæ in poſterum præjudicium generetur.

petitur a S. A. electionis confirmatio.

Pontifex committit ſupradicta,

cum clauſula derogatoria,

& commiſſionis moderatione,

& præmonitione.

Datum Viterbii IV. Kalendas Octobris [c], Pontificatus Noſtri Anno Primo [d].

Monetur, ut facilem ſe conciliandæ cum Rege Caſtellæ *paci exhibeat, ſuorumque nunciorum perſuaſionibus acquieſcat.* (Ex Cod. Ms. Vaticano apud Raynal. n.49. ad hunc ann. n.47. & 48., deinde in Bullario Ord. Prædicat. to.1. p.549. n.3.)

II.

JOHANNES &c.

Anno 1276. die 15. Octobris.

Chariſſimo in Chriſto Filio ... [e] *Regi* Franciæ *Illuſtri Sal.*, & *Apoſt. Bened.*

HABET infauſti rumoris aſſertio, quòd humani generis inimicus, pacis hoſtis, amator litium, zizaniæ ſeminator interTe, & Cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum ... [f] Regem *Caſtellæ*, & C *Legionis* Illuſtrem materiam gravis diſſenſionis ingeſſit, uſque adeo Principes commovens diſſidentes; ut inter ſe non juribus, ſed viribus, non per juſtitiæ ſemitas, quæ inter diſcordes media eſſe debet, ſed potentiâ experiri decreverint; nec viris pacificis, ſed congreſſibus bellicis exortam dirimere quæſtionem. Profectò in auditu rumoris hujuſmodi vehementer indoluit Romana Mater Eccleſia, D & ejus pia viſcera turbationis validæ turbo concuſſit; dum tam fideles Filios, tam devotos, quos optat ardentiùs ſolidæ charitatis glutino copulari ſentit in utero collidentes; dum *Reges* tam inclytos, quos Fidei Chriſtianæ Religio ſemper & promotores habuit, & ſuorum hoſtium repreſſores, in tam gravi diſcordiâ [g] poſitos intuetur. Revera & Nos in ſtuporem deducimur; & non poſſunt mentes Fidelium non mirari; dum tàm Catholicorum *Regum* molimina in blaſphemos Chri-

Infauſti rumoris aſſertionem refert

de diſſenſione inter duos Reges,

de qua Rom. Eccleſia vehementer dolet,

(a) INDULGENTIA: *Quieti veſtræ &c.* alias, & ſæpe derogata.

(b) OMNES IIS &c.: Vide fol.205. Bul.26.

(c) OCTOBRIS: Ideſt poſtridie ab ejus coronatione.

(d) Illud mihi ſilendum non exiſtimavi, Fr. Salimbene Parmenſem O.M., qui hoc tempore ſcribebat, in ſuo Chronico Ms. a me haud ſemel citato pag 297. aſſerere *Joannem* hunc ad Tartaros miſiſſe *ſex Fratres Ordinis Minorum, duos de Provincia Bononiæ, quorum unus erat Lector F. Antonius de Parma, alius diſcretus homo Fr. Johannes de S. Agata, totidem de Provincia Marchiæ Anconitanæ, & totidem ex Tuſcia, tres Lectores cum tribus Diſcretis. Lector Tuſciæ fuit Fr. Gerardus de Prato, cum quo habitavi in Conventu Piſano, quando eramus juvenes: hic fuit germanus Fratris Arlotti, qui Pariſiis factus eſt Cathedralis Magiſter. Reverſi ſunt itaque Fratres Minores a Tartaris valde ſoſpites, & multa dicebant de eis, ut ab eis audivi auribus meis.* Id ego factum ſub initium Pontificatus hujus *Joannis* conjicio ex eo, quòd horum tres nominatos certo conſtat, anno 1278. Kal. Aprilis a Nicolao III. iterum ad Tartaros fuiſſe Legatos: ſed hujus primæ Legationis Pontificiæ litteræ deſiderantur, aliique Scriptores omnino ſilent.

(e) FILIO ..: *Philippo III.* S. Ludovici filio.

(f) FILIUM NOSTRUM ..: *Alfonſum* X. olim Rom. Regem electum.

(g) DISCORDIA: Ob Gallici Regis nepotes ex ſorore potiundi ſceptri ſpe deturbatos ab Alfonſo, ex Raynaldo ad ann.1277. n.1., & Waddingo n.5.

Digitized by Google

dum ex ea diſſenſione mala in rem Chriſtianam redundare cognoſcit.

Chriſti dirigi conſueta, in redemptos Chriſti Sanguine præparantur: dum Principes tantâ conſanguinitate conjuncti, qui deberent ſe potius mutuis fulcire præſidiis, favoribus confovere; ac illa, quæ pro temporum diverſitate contingit emergere, quantumcumque gravia, quantumcumque difficilia, tractatibus ordinare domeſticis, & familiaribus collationibus expedire; nec in talibus ſuſurronum uti conſiliis, vel adhærere ſuggeſtionibus, quæ nequaquam de fonte charitatis emanant; ſic noſcuntur ad invicem adverſari. Nimirum ſi diligenti meditatione diſcutitur; multum hæc *Regis* utriuſque nomini detrahunt; multum famæ derogant, & honori. Quid enim putas; non tàm loquitur, quàm ... [a] Crucis hoſtis? Quid Orthodoxæ *Fidei* æmulus nefario ſermone diſſeminat? Quid ſubmurmurat infidelis? Attendentes igitur tam diſpendioſum Mundi periculum, & ſpecialiter *Terræ Sanctæ*, cujus lacrymæ ſingulariter ad te clamant [b]; cum tuarum potentiâ virium ab incumbentibus ſibi malis ſperet, favente Domino, reſurgendum; & cupientes in hac parte opportunum remedium adhibere, Serenitatem Regiam monemus, rogamus, & hortamur attentè, ac obteſtamur per aſperſionem Sanguinis Jesu Christi, quatenus attentè recogitans; quòd occaſione turbationis hujuſmodi negotiorum Dei, quæ te principaliter expectant, & expetunt promotorem; executio impeditur; & convertens ad manſuetudinem, quod diſpoſitum videtur ad iram; animum Regium ad pacis bonum, & unitatem concordiæ habilites, & diſponas; tantò proinde pacis actori, & eidem Matri Eccleſiæ futurus acceptior, quantò te devotiùs ipſorum beneplacitis conformabis. Ut autem, quod in hoc deſideramus avidiùs, faciliùs, & celeriùs valeat provenire; dilectos Filios Fratres *Johannem* [c] Magiſtrum Prædicatorum, & *Hieronymum* [d] Miniſtrum Minorum Fratrum Ordinum, viros religione conſpicuos, probitatis expertæ, ac meritis, & famâ pollentes, & Nobis, ac Fratribus Noſtris acceptos, latores præſentium ad præſentiam Regiam deſtinamus; quorum ſalutaribus monitis, & perſuaſionibus in hac parte magnitudinem Regiam acquieſcere cupimus, & promptis conſenſibus adhærere, ut actore illo, qui poteſt quibuslibet diſſidiorum vepribus radicitùs amputatis, inter te, ac memoratum *Regem* Caſtellæ optatæ pacis fœdera reformentur. Cæterum ſi quod forſitan inter te, ac ipſum *Regem* ſupererit quæſtionis, Sedis Apoſtolicæ ſolicitudo non deerit, ſed parata ſe offert, ſuis non parcendo laboribus, in iis, & aliis inter te, ac dictum *Regem*, pro viribus omnem fomitem diſſentionis extinguere; ac unitatem ſtudiis procurare ſolicitis, & fovere [e].

Regem hortatur Pontifex, ut paci ſtudere velit, ne Terræ Sanctæ expeditio impediatur.

Ob eam cauſam Nuncii Apoſtolici ad eum miſſi,

& Apoſtolica Sedes pro compoſitione operam ſuam offert.

Datum Viterbii Idibus Octobris [f].

Nuncios ſuos ad Reges Franciæ, *&* Hiſpaniæ *mittit, ut eos ad pacem & concordiam diſponant data eis autoritate coitiones reſcindendi, & pacis obſtacula removendi.* (Ex Ms. Cod. C. num. 49. p. 141. Vallicel. apud Raynaldum ad ann. 1277. num. 5., & ex eo in Bullario Ordinis Prædicat. to. 1. pag. 551. num. 5.)

III. Anno 1276. die .. Octobris.

JOHANNES &c.

Dilectis Filiis Fratribus Johanni Magiſtro *Prædicat.*, *&* Hieronymo Miniſtro *Min. Ordinum Generalibus* [g] *Apoſtolicæ Sedis Legatis Sal.*, *& Ap. Ben.*

Probatæ fidei veſtræ conſtantiam, & expertæ probitatis induſtriam attendentes grandia vobis fiduciâ ſecurâ com-

(a) Quam ..: Supple *obloquitur* ex cit. Raynaldo.

(b) Ad te clamant: Philippus enim pro *Terræ Sanctæ* defenſione induerat *Crucem* cum patre; & anno 1272., eò cum exercitu transfretare deſtinaverat; ut habet Raynaldus ad eum ann. n. 7.

(c) Fratres Johannem: Vercellenſem, poſtea Patriarcham Hieruſalem nominatum, de quo Scriptores ſui Ordinis.

(d) Et Hieronymum: Aſculanum in ſuperioribus epiſtolis recenſitum. Hujus Legationis meminit autor æqualis Ptolomæus Lucenſis lib. 23. Hiſt. Eccleſ. cap. 23., Raynaldus ad ann. 1277. n. 47. ex Cod. Ms. Vallicel. tradit miſſos iviſſe, magnos labores adiiſſe, confectaque in ea re inſtrumenta vacante Sede tranſmiſiſſe; Cardinalium vero Collegium collaudata ipſorum opera reſcripſiſſe, ut ad cœptum opus incumberent, donec alia ab Apoſtolica Sede imperia accepiſſent.

(e) Fovere: Eodem tempore, eodemque modo Pontificem ſcripſiſſe *Regi Caſtellæ*, & *Legionis* nedum veriſimile videtur, ſed mihi plane certum, etſi Raynaldus cit. iſtud tacuerit: cum ad utrumque Regem miſſi fuerint iidem Nuncii, ut Jordanus Ms. apud cit. Raynaldum n. 5. inquit: *Miſit Joannes Papa ad Reges Franciæ & Caſtellæ Fr. Hieronymum Generalem Minorum, qui poſtea fuit Nicolaus IV., & Fr. Joannem de Vercellis Magiſtrum Prædicatorum, ut eos concordarent*: & Pontifex in ſequentibus litteris eiſdem Nunciis: *Prædictorum Regum præſentiam adeuntes ipſos ad pacem, & concordiam .. inducatis*: igitur eiſdem litteris.

(f) Octobris: Supple *Pontificatus Noſtri Anno Primo*.

(g) Generalibus: De quibus in præcedenti epiſt.

Digitized by Google

committimus ſperantes illa per vos ſollicitis ſtudiis exequenda. Cum itaque nuper ad audientiam Noſtram non ſine mentis turbatione pervenerit, quòd inter cariſſimos in Chriſto Filios Noſtros ...[a] *Franciæ*, & ...[b] *Caſtellæ* ac Legionis Reges Illuſtres, humani generis inimico incentore malorum ſuperſeminante zizania, gravis diſſenſionis materia eſt exorta: Nos more pii Patris, quem non prætereunt incommoda filiorum, ad hujuſmodi ſedandam diſcordiam, & turbatæ pacis fœdera reformanda vigilantibus ſtudiis intendentes, ac de circumſpectione veſtrâ gerentes fiduciam pleniorem volumus[c], quatenus diligentiùs advertentes, quòd negotium tam inſigne, ſtatumque totius Religionis Chriſtianæ contingens, ac propter hoc potiſſimè inſidens cordi Noſtro vobis committimus confidenter; quòdque ad hoc vos ſpecialiter duximus eligendos; prædictorum *Regum* præſentiam adeuntes ipſos ad pacem, & concordiam juxta datam vobis ex alto prudentiam ſolicitis monitis, & efficacibus perſuaſionibus inducatis; ut auxiliante Domino, qui eſt actor pacis, & humanæ ſalutis amator, veſtrâque cooperante ſolertiâ tàm utilis, & neceſſaria *Fidei* Orthodoxæ concordia poſſit celeriter provenire. Ut autem in hoc impedimenti, vel obſtaculi, ſeu turbationis cujuslibet tollatur occaſio; diſſolvendi, irritandi, & revocandi omnes pactiones, colligationes, confœderationes, & obligationes juramento, vel quacumque aliâ firmitate vallatas; necnon & relaxandi hujuſmodi, & alia quælibet juramenta, a quibuſcumque præſtita, per quæ nutriri diſcordia, & pacis bonum poſſit quomodolibet impediri, vel etiam retardari, prout ea ſecundum Deum videritis diſſolvenda, vacuanda, irritanda, ſeu inſuper revocanda, vobis plenam, & liberam, præſentium auctoritate, concedimus poteſtatem.

Admonet ſuos Nuncios eorum legationis,

ut diſſidentes Reges ad concordiam diſponant,

tribuens eis amplam poteſtatem, ut ſupra.

Datum &c.[d]

Facultatem tribuit cenſura Eccleſ. ipſos etiam Reges, eorumque exercitus compeſcendi, ne alter alterum invadat. (Ex cit. Cod. Vallicel. C. n. 49. pag. 141., teſte etiam Raynaldo cit. num. 5.)

IV.

Anno 1276. die .. Octobris.

JOHANNES &c.

Eiſdem.

Exordium.

QUANTO deſideremus affectu, quantoque deſiderio affectemus inter chariſſimos in Chriſto Filios Noſtros ..[e] *Francorum*, & ..[f] *Caſtellæ* ac Legionis *Reges* Illuſtres, quos conjunctos ſanguine diſſenſio, proh dolor! nova ſejungit, reformari vetera concordiæ fœdera, eoſque ſolitæ charitatis unanimitate conjungi, & ipſis noſtris literis aperimus, & vos, quos ad hoc evidenter idoneos Miniſtros elegimus, novimus non latére. Porro voti Noſtri[g], & Sacroſanctæ Matris Eccleſiæ ad id ferventis intentio vix poteſt aliquibus in hoc contenta eſſe remediis; vix poteſt aliqua ſufficientia exiſtimare: ideoque nova ſolerter excogitat, excogitatis adjicit, & ea in optatum effectum deducere celeri executione feſtinat. Hinc Diſcretioni veſtræ committimus, & per Apoſtolica ſcripta volumus, quatenus iis, quæ ad proſecutionem prædictorum per alias litteras[h] vobis injungimus, diligentiùs, prout res exigit, obſervatis; ſi expedire videritis, *Reges* eoſdem, vel eorum utrumlibet, ac ipſorum exercitus, ſive gentes, ne alter invadat alterum; vel quoquomodo inter ſe congrediantur hoſtiliter, per *cenſuram* eccleſiaſticam compeſcatis[i]. Non obſtante, ſi prædictis *Regibus*, vel eorum alteri, ſeu quibuſlibet aliis cujuſcunque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus ſub quacunque formâ, vel expreſſione verborum a Sede Apoſtolicâ ſit indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari quavis auctoritate non poſſint; ſeu Terræ ipſorum Eccle-

Committit, ut ſupra,

cum clauſula derogatoria.

(a) Filios nostros ..: *Philippum III.*

(b) Et ...: *Alphonſum* X., ut in præcedenti epiſtola.

(c) Volumus: Hic incipit pars epiſtolæ a citato Raynaldo vulgata; nos autem integram ex ipſomet Cod. Ms. cit. publicamus, ut & ſequentem.

(d) Datum &c.: Forſan addendum, *ut ſupra*; quamvis enim Raynaldus illam retulerit ſub ann. 1277, veriſimile tamen eſt, eodem tempore, vel circiter datam fuiſſe, cum ſit de eadem re: inquit enim Nicolaus III. epiſt. 12. *Fel. record. Joannis &c.* referens hanc Legationem, Joannem, *cum quanta potuit celeritate*, deſtinaſſe.

(e) Filios nostros ..: *Philippum III.*

(f) Et ..: *Alphonſum* X. alias commemoratos.

(g) Voti nostri: Hic incipit fragmentum epiſtolæ a cit. Raynaldo vulgatum uſque *per cenſuram Eccleſ. compeſcatis*.

(h) Per alias litteras: Nempe ſuperiores.

(i) Compescatis: Quod videtur non oportuiſſe, cum ob hanc cauſam nunquam ad arma Reges deſcendiſſe ſciatur.

Digitized by Google

Eccleſiaſtico *Interdicto* ſupponi; & quavis aliâ prædictæ Sedis indulgentiâ generali, vel ſpeciali cujuſcunque tenoris, vel expreſſionis exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus earum impediri quomodolibet valeat, vel differri.

a Datum &c.[a]

Hortatur, & mandat, ut Nuncio ſuo apud Regem Romanorum aſſiſtat pro negotio Romanæ Eccleſiæ, & Regem ad obſervantiam promiſſorum inducat. (Ex REGES. VATIC. teſte AUTORE Diſſertationis Hiſt. de Sedis Apoſtolicæ imperio in Urbem, Comitatumque Comacli fol. 44.)

V.

Anno 1276. die ... Octobris.

JOHANNES &c.

Venerabili Fratri ....[b] *Archiepiſcopo* Moguntino *Sal.*, *& Apoſt. Bened.*

Innocentii V. Nuncius ad Regem Romanorum

FELICIS record. INNOCENTIUS PAPA[c] per Noſtrum Venerabilem Fratrem Magiſtrum Bernardum Epiſcopum tunc Electum *Albien.*[d] ad chariſſimi in Chriſto Filii Noſtri *Rodulphi* Romanorum Regis Illuſtris Provinciam deſtinavit, per eumdem Epiſcopum prædicto *Regi* aliqua perſuadens[e], quæ ad utilitatem communem, tranquillitatem ſtatus publici, & faciliorem, ac tranquilliorem expeditionem negotii dicti *Regis* noſcebantur multipliciter expedire; ſed licet *Rex* ipſe præfato reſpondiſſet Epiſcopo, ſe velle ſuper iis memorato Prædeceſſori per ſpecialem Nuntium reſpondere; ad Nos tamen promiſſa hujuſmodi per Nuntium facienda reſponſio non pervenit; nec monitionibus, precibus, exhortationibus prædictis ejuſdem, quas ſub certis articulis per Apoſtolicas litteras[f] *Regi* ſæpefato direxerat, in totum eſt paritum ab eodem; de quo non indignè admirationis cauſa ſuboritur; præſertim cum illas etiam pro honoris ipſius *Regis*, & famæ, ſuæque ſalutis augmento dictus Prædeceſſor duxerit porrigendas. Cum itaque communiter interſit; & Nos cum Fratribus Noſtris deliberatione præhabitâ de ipſorum conſilio ea velimus efficaciter obſervari; & propter hoc dilectum Filium *Fratrem Bartholomæum de Amelia*[g] Ordinis Minorum latorem præſentium Noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis Nuncium ...[h], ab eodem *Fratre* prædictis diligenter auditis, eidem in illorum proſecutione ſolerter aſſiſtas, præfatum *Regem* ad obſervationem eorum cum omni ſollicitudine, & diligentiâ inducendo; ita quòd generoſitatis tuæ in hoc cooperationis miniſterium laudis exinde titulum, & apud Nos favoris augmentum non immeritò mereatur[i].

pro utilitate communi, & publica tranquillitate.

Regis promiſſa per ſuum Nuncium reſponſio

ad Sedem Apoſtolicam non pervenit,

nec litteris Apoſtolicis obtemperatum.

Quare Pontifex alium Nuncium deſtinat,

& mandat id, quod ſupra.

Ut, quod ejus Nuncii de Exarchatu Ravennæ, & Pentapoli egerunt incaute, revocet, & per litteras id irritum ſe habere denunciet. (Ex VATIC. TABULARIO apud Autorem Diſſertationis hiſtoricæ de ſummo Apoſtolicæ Sedis imperio in Civitatem, Comitatumque Comacli fol. 41. n. 13.)

VI.

Anno 1276. die ... Octobris.

JOHANNES &c.

Cariſſimo in Chriſto Filio Rodulpho *Regi Romanorum Illuſtri Salutem, & Apoſtol. Benedict.*

Diplomata Impp. Ottonis IV., & Friderici II. pro Rom. Eccleſia commemorat,

HABET, Fili chariſſime, veritatis notoriæ certitudo, & tàm Romanorum Principum prædeceſſorum tuorum, ac

(a) Etſi hæc epiſtolà careat, ut ſupèrior, notâ temporis, & loco, quibus ſit exarata, conjicitur tamen ex lectione datam eſſe vel eodem tempore, vel paulo poſt præcedentes litteras; Quibus in eodem Ms. Vallicel. ſubſequitur initium alterius *epiſtolæ eiſdem* Nunciis directæ in hunc modum:

„ Licet vobis per alias Noſtras ſub certa forma litte„ras injungamus, ut chariſſimos in Chriſto filios No„ſtros *Francorum*, & *Caſtellæ* ac Legionis *Reges* Illu„ſtres, inter quos, ſicut fertur, ſator malorum om„nium, & incentor diſcordiæ materiam excitavit, ac „ipſorum exercitus, ſive gentes, ne alter invadat al„terum, vel quomodolibet inter ſe congrediantur ho„ſtiliter, per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcatis ... Cætera deſunt, inſequenti charta deficiente: credimus tamen, mandatum ſuum his litteris Pontificem temperaſſe.

(b) VEN. FRATRI ..: *Wernero*, qui uſque ad annum 1284. Moguntinam Eccleſiam moderatus eſt.

(c) INNOCENTIUS PAPA: Hujus nominis V.

(d) ALBIEN.: In Occitania ad Rhodanum tunc ſub Archiepiſcopo Bituricen., nunc Metropolitica dignitate decorata vulgo *Alby*.

(e) ALIQUA PERSUADENS: De Ravennat. Exarchatu, & Pentapoli, ut in epiſt. ſuperiore.

(f) LITTERAS: Quæ in Annal. Eccleſ. non habentur; memorat quidem Raynaldus ad ann. 1276. n. 24., *Innocentium* ad Rodulphum legaſſe Bernardum Epiſcopum *Albien.*, ſed ne militem in Italiam mitteret ad diſſipata Imperii jura recuperanda, atque ad inſignia Imperialia adipiſcenda, antequam cum Carolo Siciliæ Rege controverſias omnes fœdere conciliaret.

(g) FR. BARTHOL. DE AMELIA: De quo etiam in ſequenti epiſtola.

(h) NUNCIUM: Hìc aliqua deſunt, v.g. *Deſtinemus; Fraternitatem tuam hortamur per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus.*

(i) MEREATUR: Deſunt & locus, notæque temporis, quo data eſt epiſtola; conjicitur tamen ſub initium Pontificatus, uti præcedentem eſſe exaratam.

Digitized by Google

JOHAN. PP. XIX. al. XXI. An. Ch. 1276.

a b c

& ipſius Rodulphi Regis de Exarchatu Ravennæ, & Pentapoli.

d e

f

g

Contra quæ agunt Nuncii ejuſdem Regis

ac ſpecialiter quondam *Ottonis IV.* [a], & A *Friderici II.* [b], quàm tua etiam authentica monumenta teſtantur, *Exarchatum Ravennæ* [c] ſpectare; quòdque dicti Principes, & tu ipſe primo per quondam Ottonem Spiren. Præpoſitum [d] Aulæ Regiæ Cancellarium Procuratorem tuum, & poſtea per te ipſum [e] omnes poſſeſſiones ejuſdem Eccleſiæ, quarum quamplures, & præcipuè prædictos *Exarchatum*, & *Pentapolim* [f] eadem monumenta ſingulariter exprimunt; reliquas verò generaliter compræhendunt, eidem Eccleſiæ quietas, & liberas dimiſiſtis; promittentes ad obtinendum ipſos eamdem Eccleſiam bonâ fide tamquam Principes Catholici adjuvare; illaſque ipſi Eccleſiæ ſine morâ, & difficultate reſtituere, ſi ad manus veſtras aliquando devenirent: ſpecialiter autem tu, & dictus *Fredericus* prædicta eidem Eccleſiæ liberè dimittentes ipſa ſibi renunciaſtis, & reſtituiſtis; nec non ad omnem ſcrupulum removendum, prout meliùs, & efficaciùs valet intelligi, conceſſiſtis, contuliſtis, & etiam donaſtis, ut ſublatâ omnis contentionis, & diſſenſionis materiâ, firma pax, & plena concordia inter Eccleſiam, & Imperium perſeverent; & hæc omnia, prout ſuperius tangitur, & in eiſdem monumentis pleniùs continetur; tu, ac memorati *Otto*, & *Fridericus*, juramentis corporaliter præſtitis, firmaviſtis, ſuper hoc monumentis, ſeu Privilegiis ab ipſis *Ottone*, & *Frederico* aureis bullis ipſorum, ac a te ſigilli tui munimine roboratis, quæ ad futuram rei memoriam in Archivis Eccleſiæ conſervantur [g]. Cumque poſtmodum dilectus Filius *Rodulphus* Cancellarius tuus, & Frater Berengarius Magiſter Domus Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani per Alemanniam Magnificentiæ Tuæ Nuntii de permiſſione,

etiam de conſenſu Legati Sedis Apoſtolicæ; h

i

quod B. Gregorius X. reprehendit, k l

& Innocentius V. egit apud Regem, ut irritum factum enunciet, m n

ſeu voluntate Venerabilis Fratris Noſtri ... *Ferrarien. Epiſcopi* [h] in Lombardiæ partibus Apoſtolicæ Sedis Legati aliqua, quæ dictis quietationibus, renunciationibus, conceſſionibus, collationibus, donationibus, & juramentis non eſt dubium obviare, circa prædictos *Exarchatum*, & *Pentapolim* præſumpſiſſent a Communitatibus Civitatum, & Locorum *Romaniolæ* [i], & vicinarum partium, quæ fore de ipſis *Exarchatu*, & B *Pentapoli* dignoſcuntur, fidelitatis juramenta recipientes tuo nomine; licet, ſicut veriſimiliter credimus, non de tuâ conſcientiâ, vel mandato; fel. record. GREGORIUS PAPA [k] Prædeceſſor Noſter ipſos Epiſcopum, & Nuntios *Bononiam* [l] ad ſuam præſentiam evocans factum redarguit, & facientes multipliciter increpavit, oſtendens eiſdem, quòd id contra tuum juramentum ſic è vicino præſtitum temerariè attentaverant; ac C Nuntiis ipſis injungens, quòd in *Romaniolam* non redirent, ſed in aliis partibus *Lombardiæ* imminentia tua negotia cum diligentiâ procurarent; qui mandatis ipſius obtemperantes humiliter promiſſa, quæ ſe non malitioſè feciſſe dicebant, in ejus arbitrio reliquerunt, procedentes juxta mandatum ipſius ad alia tua negotia proſequenda. Unde piæ memoriæ INNOCENTIUS PAPA [m] prædeceſſor Noſter per Apoſtolicas litteras [n] præmiſſa D explicatè continentes Serenitatem tuam monendam, & rogandam duxit in Domino, ac attentiùs exhortandam, ut conſultè conſiderans, quòd iidem Nuntii nimis inconſultè præſertim contra tuum juramentum talia præſumpſerunt, eis, & aliis quandocumque mittendis diſtrictè præciperes, ut agentes cautiùs & a ſimilibus ſtudioſiùs abſtinentes, de Terris Eccleſiæ, ac ſpecialiter de dictis *Exarchatu*, & *Pentapoli* abſque ipſius præ-

(a) OTTONIS IV.: Anno 1219. n. 10. & ſeqq.

(b) FRIDERICI II.: Anno 1221. n. 29. authentica monumenta leguntur in Annal. Eccleſ. Raynaldi locis citatis.

(c) EXARCHATUM RAVENNÆ: Deeſt *& Pentapolim ad Rom. Eccleſiam*, ut infra ſenſus epiſtolæ expoſcit.

(d) OTTONEM SPIREN. PRÆPOSITUM: In Actis Concilii Lugdunen. II. memoratum, & in Annal. Eccleſ. Raynaldi ad annum 1274. n. 7. & ſeqq., at eodem anno vita functum.

(e) PER TE IPSUM: Anno 1275. menſe Octobri Lauſanæ coram B. Gregorio X. ex inſtrumento apud Raynaldum ad ann. 1775. n. 37. & ſeqq.

(f) EXARCHATUM ET PENTAPOLIM: Quas Civitates; & loca hi complecterentur, legimus in diplomatibus *Ottonis I.*, & *S. Henrici* Impp. pro Rom. Eccleſia editis in Annal. Eccleſ. Card. Baronii.

(g) CONSERVANTUR: Jam pridem publici juris facta, ut ſupra.

(h) FERRARIEN. EPISCOPI: *Guilhelmi* ex tom. 2. Italiæ Sacræ Ughelli.

(i) ROMANIOLÆ: Vulgo *Romagna*, antiquitus autem Flaminia, & Æmilia.

(k) GREGORIUS PAPA: Hujus nominis X.

(l) BONONIAM: Anno 1275. exeunte, dum Pontifex e Galliis rediens Aretium peteret ibi paulo poſt moriturus.

(m) INNOCENTUS PAPA: V. hujus nominis.

(n) PER APOSTOLICAS LITTERAS: Quæ vulgatæ non habentur.

Digitized by Google

A prædeceſſoris Innocentii ſpeciali mandato ſe ulterius nullatenus intromitterent; immò Communitatibus memoratis per tuas patentes litteras Venerabili Fratri Noſtro Bernardo Epiſcopo, tunc Electo *Albien.* [a], ad tuam Magnificentiam propter hoc ſpecialiter deſtinato ipſius prædeceſſoris Innocentii nomine aſſignandas, denuncians mandata prædicta recepta fuiſſe ab eiſdem Communitatibus per errorem; nec te ratam habuiſſe receptionem hujuſmodi, vel habere; diligenter exhortareris eaſdem [b], ut, hoc non obſtante, prædicto prædeceſſori Innocentio, & ejus Nuntiis plenariè obedire, ac intendere procurarent; nec impedimentum aliquod præſtare præſumerent, quominus poſſet de ipſis; prout ad eumdem prædeceſſorem Innocentium pertinebat, & de Fratrum ſuorum conſilio intenderet, liberè diſpenſare, ac etiam ordinare. Sed licet eidem reſpondiſſet Epiſcopo, te ſuper iis velle præfato prædeceſſori Innocentio per ſpecialem Nuntium reſpondere; ad Nos tamen præmiſſa hujuſmodi per Nuntium facienda reſponſio non pervenit; nec præmiſſi ejuſdem prædeceſſoris Innocentii monitionibus, precibus, & exhortationibus eſt paritum in hac parte: de quo non indignæ admirationis cauſa ſuboritur; præſertim cum eas pro tui etiam honoris, & famæ, tuæque ſalutis augmento duxerit porrigendas. Nos itaque perſonam Regiam inter cæteros Catholicos Reges, & Principes Orbis Terræ ſpeciali proſequentes affectu, magnoque deſiderio cupientes, ut in tuis operibus nihil repræhenſibile valeat quovis modo notari; ſed ut potiùs ad laudem Dei tuum ſemper honorem adaugeant, & ſalutem; Celſitudinem Regiam monemus, rogamus, & hortamur in Domino Jesu Christo, quatenus diligenter attendens, quòd præmiſſa contra juramentum a te præſtitum præfati Nuntii tui nimis improvidè attentarunt, ipſis, & quibuslibet aliis miſſis forſitan, & in poſterum deſtinandis diſtrictè injungas; ut cautiùs ſe gerentes, agenteſque prudentiùs ſimilia non præſumant; & de terris Eccleſiæ, ac ſpecialiter de præfatis *Exarchatu*, & *Pentapoli* ſe ulterius nullatenus intromittant; immò potiùs Communitatibus ſupradictis per patentes litteras Regias dilecto Filio *Fratri Bartholomæo de Amelia* [c] Ordinis Minorum latori præſentium Noſtro & Sedis Apoſtolicæ Nuntio, Noſtro nomine aſſignandas, denuncians prædicta juramenta recepta fuiſſe ab ipſis Communitatibus per errorem; nec te ratam habuiſſe receptionem hujuſmodi, vel habere; diligenter exhorteris eaſdem, ut, hoc nequaquam obſtante, Nobis, & Nuntiis Noſtris plenariè obediant, & intendant; nec aliquod impedimentum præſtare præſumant, quominus de ipſis, prout ad Nos pertinet, & de conſilio Fratrum Noſtrorum intendimus, liberè diſponamus. Volumus quoque, & inſtanter petimus, ut non ingeratur in hac parte dilatio; ut ſaltem hac vice Apoſtolicis beneplacitis ſatisfiat [d].

Id que per Nuncium Electum Albien. a

b

Id tamen executioni minime mandatum eſt.

Quare Pontifex hortatur Regem ad id, quod ſupra

Nuncio ſuo Fr. Bartholomæo Amerino propter hæc deſtinato c

d

Confirmat erectionem Collegii Miramaris *in Inſula Majoricæ pro Fratribus O. M., qui linguam, idiomaque Arabicum addiſcerent.* (Ex Reges. Vatic. ep. 54. apud Waddingum ad hunc ann. n. 2. Regeſ. Pontif.)

VII. Anno 1276. die 16. Novemb. al. 17. Oct.

JOHANNES &c.

Dilecto Filio Nobili Viro Jacobo *nato claræ memoriæ Regis* Aragonum [e] *Sal., & Apoſtolicam Benedictionem.*

e

Laudanda tuorum Progenitorum veſtigia, in quibus devotionis, & *Fidei* zelus reſplenduit [f], ſtudiis ſalubribus imitans, & tamquam filius benedictionis, & gratiæ ad ejuſdem *Fidei* terminos ampliandos anhelas; ut qui in Terris magnitudine præemines, altum tibi locum conſtituas in excelſis; pro tuæ ac eorumdem Progenitorum animarum reme-

Encomium Regum Aragoniæ, & Jacobi, f

(a) Albien.: Vulgo *Alby* in Occitania.

(b) Easdem: Nempe Communitates.

(c) Fr. Bartholomæo de Amelia: Qui poſtea creatus eſt Epiſcopus Groſſetanus in Tuſcia, aliaſque pro S. A. Legationes obivit, ut infra.

(d) Satisfiat: Sed non multo poſt decedente ex hac vita Pontiſice, id præſtitum fuit ſub *Nicolao III.* anno 1278. Hæc autem epiſtola, etſi quo loco, ac die data ſit, non habeat, conjicitur tamen ſcriptam fuiſſe Viterbii anno 1276. menſe Octobri, vel paulo poſt, & ſub initium Pontificatus.

(e) Regis Aragonum: *Jacobi* cognomento *Victoris* hoc anno die 27. Julii ex hac vita ſubtracti.

(f) Resplenduit: Regnum enim ſuum Romanæ Eccleſiæ Beneficiarium conſtituerunt ex Annal. Eccleſ. ſub Innocentio III.

Digitized by Google

a b qui Majoricæ Collegium FF. Min. pro idiomate Arabico addiſcendo erexit,

remedio ſtatuiſti, & etiam ordinaſti, ut in Inſula *Majoricen.* [a] ad te jure hæreditario pertinente, in loco, qui dicitur *Daya* [b] in Parochia Sancti Bartholomæi Vallis de Maſſa, Monaſterium, ſive locus Religioſus de tuis bonis propriis conſtruatur, in quo tredecim *Fratres Ordinis Minorum*, qui juxta ordinationem, & inſtitutionem Provincialis Miniſtri [c] continuè in *Arabico* ſtudeant [d], & commorentur; ut tandem inſtructi competenter in illo, ad Terras Paganorum ſe conferant, animarum profectibus intendentes. Et ne *Fratrum* ipſorum ſtudium neceſſariorum defectus impediat, vel perturbet; quoſdam redditus ad te ſpectantes, ex quibus eiſdem *Fratribus* hujuſmodi neceſſaria miniſtrentur, ſpecialiter deputaſti; prout in patentibus litteris [e] inde confectis, tuo ſigillo munitis, pleniùs dicitur contineri. Unde Nobis humiliter ſupplicaſti, ut ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, & Noſtrâ locum recipientes eumdem, in quo per Miniſtrum Provincialem hujuſmodi *Fratrum* numerus jam eſt ad hoc per Dei gratiam inſtitutus [f]; & inibi per eoſdem laudabiliter ſtudio inſiſtitur memorato, aliâque præmiſſâ piâ intentione a te editâ confirmare de benignitate Sedis Apoſtolicæ curaremus. Nos itaque, qui tuis precibus annuentes favorabiliter, quod in hac parte per te piè, ac providè factum eſt, ratum, & firmum habentes, id auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nolumus autem, prout dilecti Filii ... *Generalis Miniſter* [g], & *Fratres* ipſius Ordinis cupiunt; & etiam de intentione præfati Nobilis [h] proceſſiſſe videtur; quòd eidem Ordinis ſeu præfatis, aut quibuſcumque aliis ipſius Ordinis *Fratribus*, vel alii pro eis in Monaſterio, ſeu loco præfatis, vel in perceptione dictorum reddittuum proprietas, vel dominium, aut aliquod jus in percipiendo eoſdem redditus, ſive actio, vel petitio in eiſdem aliquatenus acquiratur; ita quòd Profeſſioni, vel Regulæ dicti Ordinis propter hoc nullatenus in aliquo derogetur [i]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

c d

& reddidibus inſtruxit,

e

petiitque a Pontifice confirmari;

f

quod Pontifex præſtat,

g conſulens etiam Fratrum profeſſioni, ac Regulæ integritati. h

i Clauſula prohib. &c.

Datum Viterbii xvi. Kalend. Decembris [k], Pontificatus Noſtri Anno Primo.

k

De Raguſina ad Arboren. *Eccleſiam translato* Fr. Aleardo *O.M.*, *Raguſinæ præfecit hunc Silvium antea Tribunien. Epiſcopum.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt.25. anni 1.)

VIII. Anno 1276. die 5. Decembris.

JOHANNES &c.

Venerabili Fratri Silvio [l] *Archiepiſcopo* Raguſino [m] *Sal., & Apoſtol. Bened.*

l m

Exordium.

IN Supremæ ſpecula Dignitatis, quamquam immeriti, diſponente Domino conſtituti circa generalem curam Eccleſiarum omnium juxta Paſtoralis officii debitum ſollicitâ diligentiâ, & diligenti ſollicitudine vigilamus; ſed ad illas potiſſimè, quæ viduitatis deplorant incommoda tantò attentiùs Noſtræ conſiderationis retorquemus intuitum; tantòque ſtudioſiùs, ut eis Paſtores præficiantur idonei; opportunos labores, quantùm Nobis permittitur ex alto; inceſſanter impendimus; quantò intuemur manifeſtiùs, quòd ex talium adminiſtratione Paſtorum fructus uberes ſpiritualiter, & temporaliter eiſdem poſſunt Eccleſiis provenire; ad quarum procuranda commoda

(a) Insula Maioricen.: A prædicto Rége *Jacobo* ante obitum relicta huic *Jacobo* ſecundogenito cum Ruſſinonis, ac Montis Pæſſulani Principatu.

(b) Daya: Al. *Miramar* ex Waddingo ad hunc annum num.7.

(c) Provincialis Ministri: Videlicet *Aragoniæ*, cujus Provinciæ quarta *Cuſtodia* erat illa *Majoricarum* ex diſtributione Provinciarum, & Cuſtodiarum Ordinis facta Narbonæ anno 1260. in Comitiis Gen., & apud Piſanum ſæpe citatum, non item apud Chronicon Jordani Ms. Vatic.

(d) Arabico studeant: Idque perſuaſione *B.Raymundi Lulli*, qui Saracenicæ gentis convertendæ maximo tenebatur deſiderio ex laudato Waddingo.

(e) Litteris: Quæ ad nos non pervenerunt.

(f) Institutus: Hujus tamen Cœnobii nulla mentio eſt in antiquo *Provinciali* Ordinis apud Autorem Polychronici, & Piſanum alias citato.

(g) Generalis Minister: *Hieronymus* Aſculanus paulo ante laudatus.

(h) Præfati Nobilis: *Jacobi* Majoricæ Principis.

(i) Derogetur: Ita quidem ſub initium noſtræ Religionis *aliqui voluerunt redditum perpetuum ordinari, quo Fratres poſſent in aliquo loco ſuſtentari, ita tamen quod apud Fratres nulla proprietas reſideret*: monuerunt IV. Magiſtri Ordinis in cap. 6. *Regulæ* anno 1242. expoſitæ ad Capitulum Gen.Bononiæ coactum.

(k) xvi. Kalend. Decembris: xvi.Kal. Novembris habet Cod.Vatic. nobis exhibitus ex epiſt.53.

(l) Silvio: Raguſino, vel illius Reipubl. alumno ex hac ipſa epiſtola; in alia autem epiſt. Nicolai III. *Militanti Eccleſiæ &c.* infra legenda dicitur *Salvius* jam anno 1279. defunctus.

(m) Ragusino: In ora maris Adriatici, Dalmatiæque Republ, ſatis nota.

Digitized by Google

Raguſinus Archiepiſcopus ad Arboren. Eccleſiam transfertur.

da promptis, ac notis deſideriis aſpiramus. Felicis ſiquidem record. CLEMENTE PAPA [a] prædeceſſore Noſtro Venerabilem Fratrem Noſtrum *Aleardum* [b] Profeſſorem *Ordinis Minorum Arborenſem*, tunc Raguſinum Archiepiſcopum ad *Arboren.* Eccleſiam transferente [c]; ac propter hoc *Raguſinâ* Eccleſiâ remanente deſtitutâ Paſtore; Capitulum, ſeu Canonici Raguſin. *Andream Gauſonem* de Venetiis Canonicum Paduanum de facto in Raguſin. Archiepiſcopum elegerunt, qui ad eamdem *Raguſin.* Eccleſiam accedens perſonaliter, nullâ licentiâ habitâ, vel confirmatione obtentâ a Sede Apoſtolicâ, in ſpiritualibus & temporalibus impudenter adminiſtravit ibidem. Et tandem ex parte piæ memoriæ GREGORII PAPÆ X. [d] Prædeceſſoris Noſtri citatus legitimè in præfixo ſibi termino peremptorio perſonaliter coram eo comparere poſtpoſuit; ſed quemdam Procuratorem ad ipſius Prædeceſſoris Noſtri Gregorii præſentiam deſtinavit, qui electioni hujuſmodi, & omni juri, quod eidem Canonico competebat ex eâ, nomine ipſius Canonici, a quo ſuper hoc ſpeciale mandatum habebat, ſpontè & expresſè renuntiavit in manibus Prædeceſſoris ejuſdem. Unde licet miniſterium tuum *Tribunien.* [e] Eccleſiæ, cui, ſicut accepimus, laudabiliter præfuiſti, utile valde foret; Nos tamen de ordinatione ipſius Eccleſiæ *Raguſinæ* taliter Paſtore carentis ſollicitè cogitantes, ac talem illi præeſſe Pontificem affectantes, quem laudabilia ſua merita redimerent, cujuſve non eſſet dubia charitas erga plebem ſuæ ſollicitudinis commendandam, in te tunc *Tribunienſem* Epiſcopum, cui vitæ honeſtas, commendabilis converſatio, & ſufficiens litterarum ſcientia ſuffragantur; quique ſpiritualium providentiam, & circumſpectionem temporalium obtines, nec non fervidam charitatem geris circa proſperum ſtatum illius Regionis, unde originem produxiſti [f], oculos direximus mentis Noſtræ. Quapropter tàm eidem Eccleſiæ *Raguſin.*, cujus in hoc utilitatem evidentem ſpecialiter attendimus, quàm Gregi Dominico paternâ intendentes diligentiâ providere; teque a vinculo, quo tenebaris aſtrictus eidem *Tribunienſi* Eccleſiæ de Fratrum Noſtrorum conſilio abſolventes, ac de perſonâ tuâ eidem *Raguſinæ* Eccleſiæ providentes, te ad ipſam transferimus de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, tranſeundi ad ſæpedictam *Raguſinam* Eccleſiam tibi liberam licentiam concedentes; palleo videlicet, quod eſt inſigne Pontificalis Officii, tibi nihilominus aſſignato, firmâ ducti fiduciâ, quòd tu, qui in commiſſo tibi Epiſcopatus officio hactenus fideliter ac utiliter diceris miniſtraſſe; de talento tibi credito, præſtante Domino, talenta referas potiora. Rogamus itaque Fraternitatem tuam, & hortamur attentè per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus ad præfatam Eccleſiam *Raguſinam*, cujus plenam adminiſtrationem in ſpiritualibus & temporalibus tibi committimus, cum plenitudine Noſtræ benedictionis accedens erga illius curam & regimen ſic te fructuoſum reddas & ſollicitum, quòd tua fama clareat per effectum, & in delectationem Nobis veniat, te ſpeciali benevolentiâ proſequi; tuiſque votis congruis favorem propitium impertiri.

Eique introditur Andreas Gauſonus,

quem Gregorius X. citat ad comparendum coram ſe,

citatuſque cedit juri ſuo,

& Pontifex transfert Tribunien. Epiſcopum ad Raguſin. Eccleſiam;

hortaturque, ut miniſterium laudabiliter, & fructuoſe gerat.

Datum Viterbii Nonis Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

IX.

Anno 1276. die 5. Decembris.

In eumdem modum *Capitulo, & Clero Eccleſiæ Raguſinæ.* In Supremæ &c. (*verbis competenter mutatis uſque*) potiora. Rogamus itaque Univerſitatem veſtram & hortamur attentè per Apoſtolica vobis ſcripta firmiter præcipiendo mandantes, quatenus dictum Archiepiſcopum, cui plenam adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ *Raguſin.* in ſpiritualibus & temporalibus duximus committendam, cum ad vos pervenerit, admittentes hilariter & devotè, ſibi tanquam Patri & Paſtori animarum veſtrarum impendatis obedientiam & reverentiam debitam; ejuſque ſalubribus mandatis & monitis efficaciter intendatis. Ita quòd ipſe lætetur in vobis devotionis inveniſſe filios, & vos in eo per conſequens Patrem habere benevolum gaudeatis. Alioquin ſententiam &c. Datum, *ut ſupra*.

In

(a) CLEMENS PAPA: Quartus hujus nominis.

(b) ALEARDUM: Quem *Adelardum* dicit Archiepiſcopus Arboren. Franciſcus Maſonus in Catalogo Archiepiſcoporum illius Civitatis annexo Conſtitutionibus Synodalibus a ſe anno 1712. editis.

(c) TRANSFERENTE: Anno 1268. die 3. Novembris ex diplomate 185. Clementis Papæ IV. *Rationis oculis &c.* ſupra relato fol. 165.

(d) GREGORII PAPÆ X.: Anno 1272. menſe Martio ordinati, & anno 1276. menſe Januario defuncti.

(e) TRIBUNIEN.: Vulgo *Trebigna* in Dalmatia, ſub Archiepiſcopo Raguſino, a qua Metropoli 16. mill. paſ. diſtat in ortum; olimque illi parebat, nunc vero a Turcis premitur.

(f) UNDE ORIGINEM PRODUXISTI: Nempe vel Raguſio, vel ex illius urbis agro, atque ditione.

Digitized by Google

a X.
Anno 1276. die 5. Decembris.

In eumdem modum *Comiti*[a] *& Communi Civitatis Raguſin.* In ſupremæ &c. (*uſque*) animarum veſtrarum honorificentiam debitam impendatis, ejuſque ſalubribus &c. (*uſque*) gaudeatis. Datum, *ut ſupra*.

XI.
Anno 1276. die 3. Decembris.
b

In eumdem modum *Suffraganeis*[b] *Eccleſiæ Raguſin.* In ſupremæ &c. (*uſque*) devotè ſibi tanquam Metropolitano veſtro impendatis obedientiam &c. (*uſque*) intendatis: Ita quod mutuæ charitatis ſtudio vobis, & ei materia liberè proſperandi proveniat, & tandem pacis æternæ largiente Domino cumuletur. Alioquin ſententiam &c. Datum Viterbii III. Nonas Decembris Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Fr. Henricum Baſilien. Epiſcopum *O. M. a juramento de viſitandis liminibus Apoſtolorum ſingulis bienniis abſolvit*. (Ex VATIC. REGES. Pontif. epiſt. 20. anni 1.)

XII.
Anno 1276. die 5. Decembris.
c

JOHANNES &c.

Venerabili Fratri Henrico[c] Epiſcopo *Baſilienſi*, *Sal. & Apoſt. Bened.*

Baſilien. Epiſcopi O. M.

EXHIBITA Nobis tua petitio continebat, quòd licèt *Baſilien.* Eccleſia jure Metropolitico Eccleſiæ ſit *Biſuntinæ*[d] ſubjecta; tuæ tamen conſecrationis tempore, quàm de manu felicis recordat. GREGORII X. PAPÆ prædeceſſoris Noſtri recepiſſe dignoſceris[e], de viſitandis liminibus Apoſtolorum ſingulis *bienniis* juramento præſtito promiſiſti: Quare humiliter petebatur pro parte tuâ a Nobis, ut cum tu alias ad id pro eo quod, ſicut dictum eſt, Metropolitanum habere dignoſceris; nec de jure, nec de conſuetudine tenearis; providere ſuper hoc tibi, & eidem Eccleſiæ tuæ de benignitate Apoſtolicâ curaremus. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati te, poſtquam juramentum fidelitatis debitæ tuo Metropolitano præſtiteris, ab hujuſmodi promiſſione, quam de viſitandis liminibus ipſorum Apoſtolorum feciſti, & juramento ſuper ipſa præſtito, auctoritate præſentium reddimus abſolutum.

d
a Gregorio X. conſecrati petitioni
e
Pontifex annuit, & abſolvit ut ſupra.

Datum Viterbii Nonis Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ut inſervientes, & in ejus ſervitio commorantes abſente Parocho cuicunque Regularium, etiam Ord. Minor. Sacerdoti peccata confiteri poſſint, ac ab eodem abſolvi. (Ex VATIC. REGES. Pontif. epiſt. 63. an. 1.)

XIII.
Anno 1276. die 5. Decembris.

JOHANNES &c.

Cariſſimæ in Chriſto Filiæ Mariæ Reginæ Franciæ *illuſtri*, *Sal., & Ap. Ben.*

CELSITUDINIS tuæ precibus benignum impertientes affectum &c.[f] Datum, *ut ſupra*.

f

Ne Cruceſignatos laicos negligentes contra Dominos ſuos debitas contributiones exigentes tueantur. (Ex REGESTO VATIC. Pontif. epiſt. 68. lib. 1. apud RAYNALDUM ad hunc annum n. 46.)

XIV.
Anno 1276. die 9. Decembris.
g

JOHANNES &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis[g], *ac Dilectis Filiis Eccleſiarum Prælatis per* Regnum Franciæ *conſtitutis*, *Sal., & Apoſt. Bened.*

Exordium.
h

CONSIDERANTES ferventis Chariſſimi in Chriſto Filii Noſtri *Philippi*[h] Regis Francorum Illuſtris devotionis affectum, quam ad *Terram Sanctam* ipſum habere manifeſtis indiciis profitetur; quodque Mundi hujus delicioſis otiis, quibus affluere poſſet Excellentia Regia, vilipenſis, ſponte ſeipſum abnegans vivificæ *Crucis* aſſumpto ſignaculo[i] ipſius *Terræ* negotium contra Chriſtiani nominis æmulos magnanimiter aſſumpſit, perſonaliter in ejus ſubſidium Deo prævio profecturus, eò negotium ipſum ſubventionis opportunæ ſuffragiis libentiùs adjuva-

i

(a) COMITI: Qui in aliorum, vel aliquorum Republica *Ducis* titulo cohoneſtatur.

(b) SUFFRAGANEIS: Qui tunc erant *Stagnen.*, *Boſinen.*, *Tribunien.*, *Roſonen.*, & *Biduanen.* al. Buduen.

(c) FR. HENRICO: Ex Ord. Minor., ut in epiſt. Gregorii X. *Petitio tua Nobis &c.* anno ſuperiore die 8. Aprilis emiſſa.

(d) BISUNTINÆ: Al. Veſontionen. vulgo *Beſanzon* in Burgundiæ Comitatu.

(e) RECEPISSE DIGNOSCERIS: Anno 1275. ante diem 20. Octobris, quo Lauſanæ præſens fuit juramento fidelitatis a Rodulpho Romanorum Rege *Gregorio X.* & Eccleſiæ Romanæ præſtito, ubi jam appellatur *Epiſcopus* apud Raynaldum ad eum ann. n. 37. & ſeqq.

(f) AFFECTUM &c.: Adeatur epiſtola 99. B. Gregorii X., eſt enim innovatio ejuſdem privilegii.

(g) EPISCOPIS: Quorum *Auraſicenſis* in Provincia ex Ordine FF. Minorum aſſumptus fuerat ex Gallia Chriſtiana Sanmarth. tom. 1.

(h) PHILIPPI: III. S. Ludovici filii *Audacis* cognomento.

(i) ASSUMPTO SIGNACULO: Anno 1270., quo cum genitore in Africam transfretavit.

Digitized by Google

juvamus, quo ipſum in manu ſuâ ſperamus feliciùs dirigendum. Eapropter, ut idem Rex tantò negotium ipſum animoſius proſequatur, quantò illud curæ Nobis & Apoſtolicæ Sedi fore cognoverit per effectum; Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus *Cruceſignatos* laicos Civitatum veſtrarum, Diœceſum, & locorum, qui tempore paſſagii generalis [a] in ſubſidium *Terræ Sanctæ* votum Domino non reddentes neglexerunt juxta emiſſum votum, vel tardaverint transfretare; niſi id de Apoſtolicæ Sedis, vel Legati ejus in *Franciâ* licentiâ ſibi conceſsâ diſtulerint; aut eos impedimento legitimo contigerit detineri; contra eorum Dominos ſeculares ab eis pro tempore, a quo *Crucis* ſignaculum aſſumpſiſſe dignoſcitur, tallias [b] debitas exigentes, nullatenus defendatis.

Mandat, id quod ſupra.

Datum Viterbii v. Idus Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo [c].

Ne moleſtus ſit Archiepiſcopo Roſſanen. *ſuper præſtatione* Decimæ *pro* Terræ Sanctæ *ſubſidio*. (Ex Vaticano Regesto Pontificio epiſt. 35. anni 1.)

XV.

Anno 1276. die 12. Decembris.

JOHANNES &c.

Venerabili Fratri [d] ... *Epiſcopo* Caſſanen. [e] *Collectori* Decimæ *in Siciliæ, & Calabriæ partibus deputato* [f], *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Archiepiſcopus Roſſan. paupertate premitur.

HABET aſſertio Venerabilis Fratris Noſtri *Angeli* Archiepiſcopi *Roſſanen.* [g] latoris præſentium, quòd ſuæ facultates Eccleſiæ adeo ſunt tenues & exiles, quòd ex earum ſibi proventibus nequeunt congruæ ſuſtentationis commoda provenire. Quare humilis inſtantia ſupplicationis expetiit, ut paupertati compatientes illius a præſtatione *Decimæ* *Terræ Sanctæ* ſubſidio deputatæ ipſum de ſpeciali gratiâ Sedis Apoſtolicæ reddere dignaremur exemptum. Nos autem more ſolito pii Patris volentes manum pietatis apponere ad indigentiam ipſius *Archiepiſcopi* relevandam, eum ab hujuſmodi præſtatione *Decimæ* de ſpeciali gratiâ tenore præſentium duximus eximendum. Quocirca Fraternitati Tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eumdem Archiepiſcopum ſuper ipſius præſtatione *Decimæ* aliquatenus non moleſtes. Nos enim *excommunicationis*, *ſuſpenſionis*, vel *interdicti* ſententias, ſi quas propter hoc in eum, vel eamdem Eccleſiam per te promulgari contigerit, irritas decernimus & inanes.

& rogat eximi a collatione Decimæ.

Pontifex indulget, & jubet, ut ſupra.

Datum Viterbii II. Idus Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Conſtituitur Epiſcopus Tudertinus. (Ex Regesto Vatic. epiſt. 76. apud Waddingum ad hunc ann. n. 3. Regeſ. Pontif.)

XVI.

Anno 1276. die 18. Decembr.

JOHANNES &c.

Dilecto Filio Fratri Bentivengæ [h] *Ordinis Fratrum Minorum Electo* Tudertin. [i], *Sal., & Apoſt. Bened.*

Exordium.

ONEROSA Paſtoralis Officii ſummi diſpoſitione Paſtoris, qui pro ſuis ovibus animam poſuit, Nobis licèt immeritis, cura commiſsa ſollicitâ Nos pulſat inſtantiâ; ut inter cætera, quæ undique negotia confluunt; quibuſve Noſter animus redditur multiplici varietate diſtractus; ad proviſionem Eccleſiarum vacantium ſollicitiùs intendamus; ne ipſis Paſtorum præſidio deſtitutis ambulantis in circuitu lupi rapacis aſtutia earum oves rapiat, & diſpergat; ne manus avida illarum bona diripiat; ne jura præſumptuoſus uſurpet: ideoque ſolliciti reddimur, ut eædem Eccleſiæ Paſtoribus guber-

(a) Passagii generalis: Nempe transfretationis ac expeditionis in Terram Sanctam.

(b) Tallias: De quibus dictum eſt in 1. hujus Operis tomo p. 126 & 261.

(c) Inflammatum egregie Francorum Regem ad arma ſacra Saracenis Aſiaticis inferenda, contracta ab ipſo cum Alfonſo Caſtellæ, & Legionis Rege diſcordia ob nepotes ex ſorore potiundi ſceptri ſpe deturbatos retardavit; inquit cit. Raynaldus n. 47., immo nunquam poſtea iter illuc ingreſſus eſt.

(d) Fratri ..: *Marco Aſſiſiati* ex Ord. Minor., ut in not. (c) ad epiſt. Gregorii X. *Eccleſia S. Severinæ &c.* anno 1273. die 1. Junii fol. 204. ſcriptam.

(e) Cassanen.: In Calabria, ut ibidem.

(f) Deputato: A B. Gregorio X. approbante Concilio Lugdunen. II. anno 1274., ex hujus Pontificis epiſt. xx. *Felicis record. Gregorius X. &c.* anno 1277. die 30. Januarii data, & inferius fol. 261. ſuo loco legenda.

(g) Rossanen.: In Calabria citeriori 3. mil. paſ. a littore ſinus Tarentini diſtantis, & Principatus titulo inſignitæ, de quo Archiepiſcopo conſuli poterit Ughellus tom. 9. Ital. Sac.

(h) Fr. Bentivengæ: De Bentivengis Aquaſpartani Oppido Diœceſis Tudertinæ Comitatus titulo inſignito.

(i) Tudertino: In Umbria ſub utraque Romani Pontificis ditione.

Digitized by Google

Joan. PP. XIX. al. XXI. An. Ch. 1276.

Vacante Eccleſia Tudertina per tranſlationem P. ad Anagninam, a

bernentur idoneis; & Rectores providi A regimen exerceant earumdem. Sanè *Tudertina* Eccleſiâ per translationem Ven. Fratris Noſtri *P.* [a] *Anagnin.* tunc Tudertini Epiſcopi, ad Anagninam Eccleſiam, nuper ſolatio deſtitutâ Paſtoris; Nos paternâ volentes ſollicitudine præcavere, ne ipſa Eccleſia *Tudertina* diſpendia prolixæ vacationis incurrat; & ad perſonam tuam, quam odor famæ Nobis reddit acceptam, cum habearis vir vitæ laudabilis, & converſationis honeſtæ, litterarum ſcientiâ præditus, morum honeſtate decorus, & diſcretionis maturitate conſpicuus, præclarus meritis, & aliàs in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectus, ſpecialis benevolentiæ dirigentes affectum, ſperantes quoque, quòd de virtutibus deſurſum tibi traditis inſignitus eamdem Eccleſiam *Tudertinam* ſalubri, dante Domino, regimine gubernabis; ipſaque utilis præſidio munita Paſtoris optatis affluet incrementis; te *Capellanum* dilecti Filii Noſtri *J.* [b] Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi Cardinalis ipſi Eccleſiæ, de Fratrum Noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis in Epiſcopum præficimus, & Paſtorem. Quocirca &c. (*uſque*) conſequi merearis.

commendatur in multis a Pontifice

Cappellanus Jo. Diaconi Cardinalis Urſini S. Nicolai in Carcere Tull., b

& Tudert. Epiſcopus eligitur.

Datum Viterbii xv. Kalendas Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Electio Fr. Franciſci Æſini O. M. in Epiſcopum Piſauren. *confirmatur*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 49.)

XVII. Anno 1276. die 23. Decembris. c d

JOHANNES &c.

Dilecto Filio Fratri Franciſco [c] *Electo* Penſaurien. [d] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Exordium.

SOllicitudinis Apoſtolicæ ſtudium circa diverſa, quæ Noſtris incumbunt humeris, agenda diſtrahitur; & juxta Paſtoralis Officii debitum ad ſingula Noſtræ diffundimus conſiderationis intuitum: ſed erga curam Eccleſiarum Nobis licèt immeritis, Domino diſponente, commiſſam animum potiſſimùm convertentes plenâ de ipſarum ſtatu ſollertiâ cogitamus, & illarum ſpecialiùs miſeremur, quas inſpicimus viduitatis incommoda deplorare; aſſiduæ meditationis excitati vigiliis, ut eis præficere ſtudeamus viros ſecundum cor Noſtrum idoneos in Paſtores. B Præſentatâ ſiquidem Nobis electione de te Fratre Domus Fratrum Minorum de *Eſio* [e] factâ in *Penſaurien.* Eccleſiâ tum Paſtoris regimine deſtitutâ; quia eam invenimus de perſonâ idoneâ canonicè celebratam, ipſam de Fratrum Noſtrorum conſilio auctoritate Apoſtolicâ confirmantes te ipſi Eccleſiæ præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, adminiſtrationi ejuſdem Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenariè committentes; C firmâ conceptâ fiduciâ, quòd dirigente Domino actus tuos, eadem Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam, in ſpiritualibus & temporalibus proſperè dirigetur; & ſalubria dante Domino ſuſcipiet incrementa. Reverenter itaque ſuſcipe jugum Domini: & ſuavi ejus oneri humiliter colla ſubmitte; manumque mittens ad fortia ipſius adminiſtrationem Eccleſiæ prudenter exequi ſtudeas; & Gregis tibi commiſſi cuſtodiam proſequi D diligenter, ſollerter, & conſtanter oppoſiturus te murum pro Domo Domini aſcendentibus ex adverſo, ut laudabili de ipſo redditâ in die diſtricti examinis ratione, Regnum Patris Æterni ab origine mundi præparatum Electis accipias, in dilecta Domini Tabernacula lætabundus introeas; & eumdem tibi commiſſum Gregem ad uberioris meriti retributionis cumulum introducas [f].

Electio Fr. Franciſci Æſini O. M. probatur, c

& a Pontifice confirmatur.

Electuſque jubetur onus commiſſum ſuſcipere.

Parab. 31. 19.

Ezech. 13. 5.

f

E Datum Viterbii x. Kalendas Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

In

(a) P.: *Petri Cajetani* Anagnini Bonifacii VIII. patrui, de quo Ughellus to. 1. Italiæ Sacræ in Anagn. Soran. & Tudert. Epiſcop.

(b) J.: *Joannis Cajetani* Urſini paulopoſt in Summum Pontificem electi. Fuerat etiam *Capellanus* Card. Stephani Hungari *Epiſcopi Praneſtini* ex binis inſtrumentis ejuſdem Epiſcopi Præneſt. anno 1264. Kal. Januarii apud Urbem veterem exaratis, & ab Urbano IV. confirmatis eodem anno die 6. 12. & 16. Januarii ex Regeſ. Vatic. epiſt. 26. & 36.

(c) Fr. Francisco: Ex Ord. Minor., ut infra.

(d) Pensaurien.: Leg. *Piſauren.* in Piceno nunc Marchia Anconitana, tunc uni Romano Pontifici Suffraganeo, nunc vero Archiepiſcopo Urbini.

(e) De Æsio: In eadem Provincia Marchiæ a Piſauro 30. circiter mill. paſ. in ortum diſtante; non *Ariminenſem*, neque Ordinis Prædicat., ut ex Taegio quidam illius Ordinis Scriptores tradiderunt.

(f) Introducas: Rexit hic Antiſtites ſuam Eccleſiam uſque ad ann. 1283., quo ex hac vita migravit ex Ughello tom. 2. Ital. Sac., cui hic Epiſcopus parum innotuit, & minus ejus Regulare inſtitutum; vidit illud, ejuſque deceſſum Waddingus in Adden. ad ann. 1296. n. 3. edit. 2., ſed promotionis tempus ignoravit.

Digitized by Google

XVIII. *Anno 1276. die 23. Decembris.*

In eumdem modum *Capitulo & Clero Penſaurien.* (*uſque*) incrementa. Quocirca Univerſitati veſtræ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus eidem *Electo* tanquam Patri & Paſtori animarum veſtrarum plenè, ac humiliter intendentes ei obedientiam & reverentiam &c. (*uſque*) intendatis. Alioquin ſententiam &c. Datum, *ut ſupra*.

Præſcribit modum reconciliandi redeuntes ad Eccleſiam hæreticos Caſtri Sermionen., *plectendique renuentes*. (Ex Reges. Vatic. apud Waddingum ad hunc annum n. 9., teſtante Raynaldo n.11.cit.Regeſ.ep.32., nunc vero 160.)

XIX. *Anno 1277. die 28. Januarii.*

JOHANNES &c.

Dilecto Filio Fratri Philippo [a] *Ordinis Minorum* Inquiſitori *hæreticæ pravitis in Marchia Tarviſina* [b] *auctoritate Sedis Apoſtolicæ deputato Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Inquiſitoris Tarviſinæ Marchiæ relatio de hæreticis Sermionen.

NUPER ad Apoſtolicam Sedem accedens in Noſtrâ propoſuiſti præſentiâ conſtitutus, quod Univerſitas, & Homines Caſtri de *Sermion.* [c] Veronen. Diœceſis a longis retroactis temporibus in eodem Caſtro ſcienter hæreticos [d] receptarunt, eiſdem impendendo conſilium, auxilium, & favorem; & nonnullos ex eis tàm mares, quàm mulieres putas eorum erroribus crediidiſſe; ac alios in hæreſeos crimine culpabiles multipliciter extitiſſe; nec *Inquiſitores* per Sedem ipſam hactenus in Tarviſinâ Marchiâ deputatos permiſerunt inquiſitionem facere in Caſtro prædicto, ubi erat receptaculum perfidorum; propter quod contra dictam Univerſitatem, & homines Caſtri prædicti per Inquiſitores eoſdem, & alios ſuper hoc juriſdictionem habentes eſſe dicuntur *excommunicationis, interdicti*, & pænarum aliarum gravium ſententiæ promulgatæ. Modernis autem diebus Univerſitas ipſa, & homines prædicti Caſtri, ut videtur, zelo *Fidei*, & devotionis inducti, ut ſibi Divinam miſericordiam, & dictæ Sedis gratiam propterea compararent; centum ſeptuaginta & octo inter mares & mulieres hæreticos conſolatos [e] ſecundum hæreticæ pravitatis abuſum commorantes in Caſtro prædicto procurarunt ad manus tuas, opem, & operam ad hoc officium præſtantibus Venerabili Fratre Noſtro . . [f] Epiſcopo *Veronen.*, & nobilibus viris Maſtino, & Alberto de la Scala [g] Veronen., ac *Pinamonte de Bonacolſis* [h] Mantuan. Civibus, devenire; ſperantes per hoc pœnas tam ſpirituales, quàm temporales, quas propter culpas hujuſmodi ſuis exigentibus meritis incurrerunt, miſericorditer relaxari. Unde cum ipſi, ut aſſerunt, redire velint ad mandatum Eccleſiæ reverenter, & petant ſibi abſolutionis beneficium miſericorditer impertiri; ſupplicaſti Nobis humiliter, ut providere in hac parte de benignitate Apoſtolicæ Sedis dignaremur. Nos igitur, qui circa cultum Catholicæ *Fidei* continuis vigiliis excitamur; eorumdem Univerſitatis, & hominum adhibitum in hac parte ſtudium commendantes, ac ſperantes, quod ipſi quantò magis manſuetudinis Apoſtolicæ gratiam ſibi benigniorem invenerint, tantò ferventius, quæ Deo ſunt placita, & ejuſdem *Fidei* augmentum proſequantur, & alii per hoc ad ſimilia invitentur; devotioni tuæ præſen-

Inquiſitores hæreſim impedientibus, *& cenſuris Eccleſ. irretitis,* *tandem ad gremium Eccleſiæ redire volentibus* *opera, & auxilio Epiſcopi Veron. & nonnullorum.* *Pontifex præſcribit, qualiter ſint recipiendi, & quinam,*

(a) Fr. Philippo: *Bonacolſi* Mantuano Patritio *Pinamontis* Mantuæ Principis filio ex teſtamento nobilis viri *Thomaſini de Fontana* Ferrarienſis anno 1297. conditi *Bononiæ in Capella Infirmariæ Fratrum Minorum die ultima Septembris indict. X.*, quod membraneum aſſervatur Ferrariæ in Tabulario Conventus S. Franciſci; & cujus executorum unus inſtituitur *Fr. Philippus Pinamontis de Mantua Epiſcopus Tridentinus*, ad quam Eccleſiam promotus fuit anno 1289., ut infra.

(b) In Marchia Tarvisina: Ubi *Inquiſitio* contra hæreticam pravitatem commiſſa fuit Ordini noſtro ab Innocentio IV. anno 1254. ex diplomate *Cum negotium Fidei &c.* die 12. Aprilis edito, & in 1. hujus Operis tomo relato fol.721.

(c) Castri de Sermion.: nunc pagi ad Benacum lacum in peninſula inter Brixiam ad occaſum, & Veronam ad ortum a Catullo Poeta celebrati,

(d) Hæreticos: *Patarenos* ex Regeſto Nicolai IV.

(e) Consolatos: Ita vocabant hæretici illi eos, qui in articulo mortis conſtituti ſalutis remedium abhorrentes *conſolatores* hæreticos ad ſe introduci curabant, & ab eis per impoſitionem manus *conſolationem* accipere rebantur, & vocitabant; de quo abuſu legendus Petrus Vallis Cernen. in Hiſt. Albigen. cap.2., & Raynaldus ad ann.1258. num.24. & ſeqq.

(f) Fratre Nostro . . .: *Manfredo de Robertis* Regienſi; de quo dictum eſt aliàs.

(g) De la Scala: Quorum genus & familia diu poſtea dominata eſt *Verona*, viciniſque illius Provinciæ locis: & *Alberti* fautoris Fr. Philippi Inquiſit. contra hæreticos fit mentio etiam in epiſt.162. Honorii IV. *Exhibita Nobis &c* data 4. Kal. Nov. anno Pontif. 2. ejus filio Priori Monaſterii S. Georgii in Brayda Veronen. ex Regeſ. Vatic.

(h) Pinamonte de Bonacolsis: Patre prædicti Fr. *Philippi* Inquiſitoris, & primo illius familiæ, quæ multis annis *Mantua* Principatum tenuit, cuique ſequenti ſeculo *Gonzagorum* genus ſucceſſit diutius regnaturum; Principatum *Pinamontis*, & officium Inquiſitoris Fr. *Philippi* ejus filii commemorat autor æqualis Fr. Salinbene Parmenſis Ord. Minorum in Chron. Ms. pag.360. & 392.

Digitized by Google

Johan. PP. XIX. al. XXI. An. Ch. 1277.

committens adhibendum consilium, & aſſenſum plurium.

ſentium auctoritate committimus, ut conſideratis providè quæ acta ſunt, & .... quæ nunc habentur, & haberi ſperantur in poſterum, ſi ſecundum Deum expedire videris, habito prius ſuper hoc conſilio, & aſſenſu ejuſdem Epiſcopi, necnon & alterius, ſeu aliorum *Inquiſitorum* ejuſdem Marchiæ, ſi plures ibi fuerint per Sedem deputati prædictam; requiſito quoque conſilio aliquorum diſcretorum Fratrum tuæ Provinciæ, de quibus tibi videbitur, in negotio ipſo procedas juxta formam inferiùs annotatam; ut ſcilicet ſi per Univerſitatem prædictam in.... [a] ſpecialiter *Syndicus* ordinatus coram te nomine Univerſitatis prædictæ culpas in prædictis per ipſam Univerſitatem hactenus commiſſas publicè confitens, ac humiliter recognoſcens, veſtris, & ipſius Sanctæ... [b] mandatis Eccleſiæ abjurando hæreſim, & jurando quòd in perpetuum non receptabunt, nec recipient, & non defendent hæreticos; immo ipſos capient, & in manibus *Inquiſitorum* dabunt; & officium Inquiſitionis inibi faciendum non impedient; ſed potius adjuvabunt, & cætera Capitula juxta formam Eccleſiæ, quæ conſuevit in talibus obſervari; & ſi qua etiam alia, ſpectatâ qualitate ... expedientia videbuntur; tu de miſericordiâ, & gratiâ ſpeciali relaxare, ac ..... [c] ſententias *Interdicti*, ſi quæ ob culpas prædictas in dictum Caſtrum latæ fuerunt; & .... [d] quam civiles Univerſitati prædictæ inflictas, vel etiam infligendas tàm ab hominibus, quàm a jure ob culpas confeſſas, & recognitas ab eodem *Syndico* ob crimen hæreſeos ab ipſâ Univerſitate commiſſas, his modo, tenore, ſive formâ in dictâ relaxatione adhibitis. Quòd ſi illa Univerſitas nullo [e] umquam tempore contra prædicta, ſeu prædictorum aliquod venerit a *Syndico* ipſo jurata, ipſa relaxatio nullum robur obtineat firmitatis; ſed tàm propter culpas præteritas, quàm etiam propter novas, non obſtante relaxatione prædictâ, exerceri poſſit rigor in ea diſtrictiſſimæ ultionis. Cum ſingularibus verò perſonis Caſtri prædicti tàm maribus, quàm fœminis hoc modo procedas, ut ſcilicet aliquem terminum competentem, prout tibi videbitur, univerſis, & ſingulis dicti Caſtri pro peremptorio termino ſtudeas aſſignare, infra quem ſinguli compareant coram te confitentes, & recognoſcentes, ſicut verè pœnitentes, humiliter culpas ſuas; quas in crimine hæreſeos hactenus commiſerunt; nihil omittentes ſcienter, quod & eorum culpas, & ſtatum poſſet aliquatenus aggravare; ipſorum quoque culpis redactis in ſcriptis, & juramento recepto, & abjuratione facta juxta formam in talibus conſuetam, tales abſolvas juxta formam Eccleſiæ ab *excommunicationis* ſententiâ, quam propterea incurrerunt. Illis autem omnibus, de quibus veriſimiliter præſumere poteris, quòd non fictè, ſed verè ad Eccleſiæ gremium revertantur; gratiam faciens ſpecialem ob culpas confeſſas, & recognitas ab eiſdem juxta diuturnitatem temporis, modum culpæ, & qualitatem exceſſus imponas pœnitentiam ſalutarem citra confiſcationem bonorum, mulctam, ſeu pœnam pecuniariam, retruſionem carceris, itinera peregrinationum, *Crucis* impoſitionem [f] ipſas pœnas proprio nomine expreſſas, necnon & tàm canonicas, quàm civiles eis, & ipſorum poſteritati propter eas impoſitas miſericorditer remittendo: His modo, tenore, & conditione adjectis, quòd ſi ulteriùs inveniantur recidivare [g] in priores errores; vel notabiliter aliquid facere contra ea, quæ juraverint ſe facturos; ſeu legitimè conſtare poterit, ipſos Eccleſiam decepiſſe occultando videlicet notabiliter aliqua, quæ culpas eorum meritò aggravarent; & ex quibus major eſſet eis pœnitentia injungenda; quòd ipſa relaxatio nullum robur obtineat firmitatis; ſed non obſtantibus relaxatione, & abſolutione prædictis, tàm propter culpas præteritas, quàm etiam propter novas procedetur ſtrictiſſimè contra eos, prout rigor juſtitiæ ſuadebit; niſi forſan aliqui de prædictis, qui præſumerentur ad Eccleſiæ

Inde procedendum modo præſcripto.

Si loci Univerſitas contra venerit, legis rigor in eam exerceatur.

De modo agendi cum ſingularibus perſonis accedentibus ad Eccleſiam,

& cum non ficte venientibus,

cum recidivis verò, & decipientibus,

(a) In...: Forſan *in hoc negotio*, vel ſimili re.
(b) Sanctæ...: Deeſt aliquid v.g. *ſtare voluerit*; eſt enim Codex læſus, & hiulcus ex cit. Waddingo.
(c) Ac... Supple *tollere debebis*.
(d) Et...: Supple *auferre pœnas tam canonicas*.
(e) Nullo: Leg. *ullo*.
(f) Crucis impositionem: Pro *Terra Sancta* ſubſidio, vel ſimili negotio.
(g) Recidivare: Pro *recidere*, ſeu in hæreſim iteratò cadere.

Digitized by Google

ſiæ gremium non fictè velle redire, prius A impedire ſatagerint; & quantum in eis fuerit, impediverint dictorum hæreticorum captionem, & ipſorum traditionem in manus tuas, & cæterorum; qui proſequebantur ipſum negotium; circa quos licet gratiâ miſericordiæ ſupradictæ velimus eos fore participes; non tamen tanta, ut circa prædictos pœnitentiarum relaxatio habeatur; ſi procedatur miſericorditer circa eos in præmiſſâ relaxatione pœnarum, prout ſecundum B Deum videris expedire. Circa alios verò, de quibus præſumeretur, quòd non verè, ſed fictè redirent; necnon, & circa non confitentes, & nolentes recognoſcere culpas ſuas; tu ſecundum hanc viam, & miſericordiæ ordinationem aliquatenus non procedas, ſed contra eos officii tui debitum exequaris juxta communem traditam tibi formam ſuper executione commiſſi miniſterii faciendâ. Et C ut Eccleſia per cujuſquam ſubreptionis aſtutiam in tanto nequeat falli negotio; inquiſitiorem nihilominus, præmiſſis confeſſionibus tàm Syndici, quàm ſingularium perſonarum nequaquam obſtantibus, facias diligentiam ſuper omnibus culpis, & offenſis tàm a dicta Univerſitate, quàm in ſingularibus perſonis ob crimen hæreſeos quomodolibet perpetratis: in recipiendis autem cautelis, & ſecuritatibus pro præmiſſis procedas, D prout melius videris expedire, faciens ſuper confeſſionibus, juramentis abſolutionibus, & relaxationibus, ac omnibus ſupradictis confici publica inſtrumenta; & illa cum diligentiâ conſervari.

atque reatum non confitentibus.

Cautela pro deceptione vitanda.

Datum Viterbii v. Kalendas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Mandat, ut circa collectionem Decimæ *in ſubſidium Terræ Sanctæ exequatur juxta ordinationem B. Gregorii X.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 83., teſte etiam Raynaldo ad hunc annum num. 8.)

XX.

Anno 1277. die 30. Januarii.

JOHANNES &c.

Venerabili Fratri M.[a] *Epiſcopo* Caſſanen.[b] *Collectori* Decimæ *in Calabria, & Sicilia deputato Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

a b

Statutum Gregorii X. cum Concilio Lugdunen.

FElicis record. Gregorius Papa X. prædeceſſor Noſter olim[c], approbante *Concilio Lugdunen.*, Decimam omnium Eccleſiaſticorum reddituum & Proventuum ad *Terræ Sanctæ* ſubſidium per *ſex annos* a feſto Nativitatis Beati Johannis Baptiſtæ tunc tranſacto noviſſimè numerandos conceſſit; tibique poſtmodum ſuis dedit litteris[d] in mandatis, ut prædictæ *Decimæ* colligendæ in *Calabria*, & *Sicilia* ſubſcripto modo ſollicitè curam gereres, videlicet quòd in ſingulis Civitatibus, & Diœceſibus partium earumdem de conſilio locorum Ordinarii, ac ejus vices Gerentis, ſi Diœceſanus ipſe abſens foret, & duorum fidedignorum de Eccleſiâ Cathedrali conſtitutorum in dignitatibus, ſeu aliorum quoad non exemptos, quoad exemptos verò de conſilio aliquorum proborum de contrata deputares duas perſonas fide, facultatibus, ſi tales invenirentur commodè, ac alias ydoneas ad collectionis hujuſmodi miniſterium exequendum. Collectores verò, quos, ut præmittitur, deputares, ſub formâ jurare faceres in eiſdem litteris annotata. Et tu nihilominus partes circuires eaſdem diligentiùs ſcrutaturus, qualiter in commiſſæ ſibi collectionis officio iidem ſe Collectores haberent; qualiter de *Decima* ipſis ſatisfieret ſupradictâ; collectamque per illos ex *Decima* ipſâ pecuniam de prædictorum Ordinarii, & aliorum conſilio faceres per Collectores eoſdem in tutis locis vel loco deponi. Tibi quoque E cum conſilio eorumdem Ordinarii, & aliorum mutandi Collectores ipſos, quoties expedire videres; ac eos compellendi ad reddendum coram eiſdem Ordinariis, & aliis tibi computum de collectis; & contradictores quoslibet per cenſuram Eccleſiaſticam auctoritate Apoſtolicâ compeſcendi plenam eâdem auctori-

c

de Decima pro Terra Sancta ſexennali,

d

& modo eam exigendi,

Collectoribuſque

eam facultate &c.

(a) M.: *Marco* Aſſiſiati, de quo paulo ante dictum eſt ad epiſt. 15. *Habet aſſertio &c.* anno præcedenti die 12. Decembr. datam fol. 257.
(b) Cassanen.: In Calabria, ut ibi.
(c) Olim: Anno 1274. ex actis Concilii Lugd. II.
(d) Litteris: Quæ non habentur; ſeries tamen, præter formam jurandi a Collectoribus *Decimæ*, exponitur in his litteris.

Digitized by Google

JOHAN. PP. XIX. al. XXI. An.Ch. 1277.

ctoritate poteſtatem conceſſit. Et ut A tàm tu, quam dicti Collectores fructum ex veſtris reportaretis laboribus; præmiſſa tibi, & eis in remiſſionem peccatorum injunxit; & nihilominus a præſtatione *Decimæ* pro annis illis, quibus circa ea laboraveritis, eſſe voluit vos immunes; Te præterea illius *Indulgentiæ* conceſſit eſſe participem, quæ *Cruceſignatis* perſonaliter transfretantibus in *Terræ Sanctæ* ſubſidium eſt conceſſa; & quod de pecunia ex ipsâ *Decima* colligenda ſingulis diebus, in quibus circa B præmiſſa vacares, unum *Auguſtalem* [a] perciperes pro expenſis. Non obſtante; ſi aliquibus a Sede Apoſtolicâ eſſet indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, quæ de indulto hujuſmodi, ac totâ ejus continentiâ de verbo ad verbum; & de propriis locorum, & perſonarum nominibus ſpecialem, plenam, & expreſſam non fecerint mentionem; C ſive quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, vel litteris quibuſcumque Dignitatibus, Ordinibus, locis, vel perſonis generaliter, aut ſpecialiter ſub quacumque formâ, vel conceptione verborum ab eâdem Sede conceſſis, de quibus, quorumve totis tenoribus de verbo ad verbum in litteris Apoſtolicis ſpecialis, plena, & expreſſa mentio eſſet habenda. Voluit etiam præfatus Prædeceſſor, D ut frequenter ſibi reſcriberes, quod actum eſſet in qualibet ex Provinciis ſupradictis tàm circa Collectores, quàm circa collectionem, quantitatem collectam, ipſius depoſitionem, locum depoſitionis, & modum. Cum igitur hujuſmodi negotium ſpecialiter reſideat cordi noſtro: & ad liberandam *Terram* ipſam de manibus impii mentis Noſtræ deſiderium dirigatur; Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, E quatenus ad executionem præfati negotii ſtudeas vigilanter intendere juxta prædictarum ipſius Prædeceſſoris continentiam litterarum ſic prudenter, & conſultè in hac parte te dirigens, ut ab eo, qui eſt bonorum omnium retributor, retributionis præmium, & a nobis laudis titulos, & gratiam aſſequi merearis.

Collectorum indulgentia, ac exemptio, cum obſtantium derogatione. Commiſit etiam in hac re actuum relationem Gregorius, & Pontifex injungit, & urget commiſſi negotii proſecutionem.

Datum Viterbii 11I. Kalendas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ut bona quæcumque temporalia, feudalibus exceptis, ad Monaſterium convolantium petere, & retinere valeant. (Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Claræ urbis Venetiarum apud N. V. Flaminium Cornelium to. 5. Eccleſ. Venet. legendo.)

XXI.

Anno 1277. die 4. Februarii.

JOHANNES &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus ... *Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii S. Mariæ Matris Chriſti* [b] de Venetiis *Ordinis S. Claræ Caſtellanæ Diœceſis* [c] *Salutem, & Apoſt. Bened.*

Devotionis veſtræ precibus inclinati præſentium vobis auctoritate concedimus, ut poſſeſſiones, & alia bona mobilia, & immobilia, quæ liberas perſonas Sororum veſtrarum Mundi relictâ vanitate ad Monaſterium veſtrum convolantium, & profeſſionem facientium in eodem jure ſucceſſionis, vel alio juſto titulo, ſi remanſiſſent in ſæculo, contigiſſent; & ipſæ potuiſſent liberè aliis erogare, *feudalibus* dumtaxat exceptis, valeatis petere, recipere, ac etiam retinere ſine juris præjudicio alieni [d]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

Concedit, ut ſupra. Clauſula prohib. &c.

Datum Viterbii 11I. Nonas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Decimas pro Terræ Sanctæ *ſubſidio in Treviren., Maguntin., & Salisburgen. Provinciis collectas deponi jubet ad tempus apud Fratres Prædicat. & Minores.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 113.)

JOHAN-

(a) Augustalem: Nempè *Solidum* monetam a Friderico II. Imp. in Apulia cudi juſſam, ut alias eſt dictum, parum ab *Imperiali* diverſam, cujus valorem indicavimus in 1. hujus Operis tomo. Sed cum Nicolaus III. B. *Epiſcopo Eugubino* præfatæ *Decimæ* in Ducatu Spoletano &c. Collectori *unum Florenum aureum* tribuerit; ut ex ejuſdem Pontificis Bulla *Inter cætera &c.* anno 1278. idibus Novembris edita; conjicimus *Auguſtalem* memoratum aut ejuſdem valoris cum aureo *Floreno*, aut circiter extaſſe.

(b) S. Mariæ Matris Christi: Olim, nunc autem *S. Claræ* nuncupati, de quo Monaſterio verba fecimus non ſemel in 1. hujus Bullarii tomo, & ibi videre licet fol. 245. 292. & 456.

(c) Castellanæ Diœcesis: Nunc autem *Venetiarum* Patr.

(d) Alieni: Idem Alexander IV. conceſſerat Clariſſis *Avenionen.* anno 1256. ex ejus Diplomate 236. & poſtea Nicolaus IV. Clariſſis *Aſſiſiat.* anno 1288. die 26. Maji, ut infra.

Digitized by Google

XXII.

Anno 1277. die 13. Februarii.

JOHANNES &c.

Dilecto Filio Magiſtro Rogerio *de Merlomonte Canonico Virdunen.* [a] *deputato Collectori* Decimæ Terræ Sanctæ *in Treveren.*, *Maguntina*, *& Salzeburgen. Provinciis Sal.*, *& Ap. Ben.*

a

Quamplures Eccleſiaſtici ſignum Crucis aſſumunt pro Terra S.

GRATANTER audivimus quamplures Eccleſiarum Prælatos, ac Clericos, & alias perſonas Eccleſiaſticas *Treveren.*, *Maguntinæ*, & *Salzeburgen.* Provinciarum zelo Fidei, & devotionis accenſos *Crucis* reverendæ ſignaculum in *Terræ Sanctæ* ſubſidium aſſumpſiſſe. Intendentes igitur & Prælatos, Clericos, ac Perſonas eaſdem in tàm ſalubri confovere propoſito, & *Terræ Sanctæ* negotii commodis providere; Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus *Decimas* omnium reddituum & proventuum *Cruceſignatorum* ipſorum integraliter exigens, vel exigi faciens ipſam in aliquibus tutis locis *Prædicatorum* & *Minorum* Ordinum Fratrum, de quibus videris expedire, deponas, aſſignandam, ſeu reſtituendam per illos, apud quos eam deponi contigerit, circa tempus generalis Paſſagii a Sede Apoſtolica ſtatuendi *Cruceſignatis* eiſdem perſonaliter proſequentibus votum ſuum. Alioquin ad utilitatem prædicti negotii ſollicitè conſervetur. Et ut ſuper præmiſſis efficaciorem valeas habere proceſſum, tibi compellendi per cenſuram Eccleſiaſticam *Cruceſignatos* eoſdem ad præſtationem Decimæ ſupradictæ taliter deponendæ plenam auctoritate præſentium concedimus facultatem. Non obſtante, ſi aliquibus, cujuſcumque Ordinis, ſeu dignitatis exiſtant, a Sede Apoſtolicâ ſit indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras dictæ Sedis plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum non facientes de indulto hujuſmodi mentionem.

Mandat Pontifex, quod ſupra

eam facultate &c.

& clauſ. derogat.

Datum Viterbii Idibus Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

A

JOHAN. PP. XIX. al. XXI. An. Ch. 1277.

A Collectore Decimæ *in Tuſcia pro Terra Sancta recipiat illam Rectoris S. Marci* Cortonen. *Cruceſignati & ſervet tempore tranſfretationis eidem Rectori reſtituendam.* (EX VATIC. REGES. PONTIF. epiſt. 89.)

XXIII.

Anno 1277. die 22. Februarii.

JOHANNES &c.

Dilecto Filio ... Guardiano Ordinis Fratrum Minorum de Cortona [b] *Aretinæ Diœceſis Sal.*, *& Ap. Ben.*

b

B

Rectoris S. Marci Cortonen. petitio

PETITIO dilecti Filii Nortoni Rectoris Eccleſiæ Sancti Marci *de Cortona* Aretinæ Diœceſis Nobis exhibita continebat, quòd ipſe zelo *Fidei* & devotionis accenſus ſigno vivificæ *Crucis* aſſumpto proponit in proximo generali paſſagio a Sede Apoſtolica ſtatuendo in *Terræ Sanctæ* ſubſidium proficiſci; ſed cum ei ad hoc propriæ non ſuppetant facultates, ſuper præſtatione *Decimæ* ſuorum Eccleſiaſticorum proventuum miſericorditer agi cum ipſo a Nobis humiliter poſtulavit. Unde Nos piè volentes ipſius ſalubre propoſitum confovere; ac petitioni ſuæ favorabiliter annuentes dilecto Filio Collectori Decimæ *Terræ Sanctæ* in partibus *Tuſciæ* [c] deputato per Noſtras damus litteras in mandatis, ut hujuſmodi Decimam ab eodem Rectore exigens eam tibi integrè aſſignare procuret, a te ſollicitè conſervandam, & reſtituendam circa tempus ejuſdem paſſagii dicto Rectori votum ſuum perſonaliter proſequenti: Ac idem Collector præfatum Rectorem ab *excommunicationis* ſententiâ, ſiquam incurriſſe dignoſcitur pro eo, quod eamdem ſolvere *Decimam* forſitan denegavit, juxta Eccleſiæ formam abſolvat, impoſitâ ſibi pro modo culpæ pœnitentiâ ſalutari, diſpenſans cum eo ſuper *irregularitate*, ſiquam noſcitur contraxiſſe, ſe forſan divinis Officiis immiſcendo. Quocirca Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prædictam *Decimam* ab eodem Collectore recipiens ipſam ſollicitè conſerva-

ſe cruceſignatum eſſe pro Terræ Sanctæ ſubſidio,

C

ideoque a danda Decima liberandum.

c

Pontifex Collectori in Tuſcia injungit

D

illius Decimam aſſignari prædicto Guardiano, ut ſupra;

E

Guardiano vero mandat id, quod dictum eſt.

(a) VIRDUNEN.: al. *Verdunen.*, & Verodunen. vulgo *Verdun* in Belgio ad Moſam Epiſc. ſub Archiepiſcopo Trevirenſi.

(b) DE CORTONA: Tunc Aretinæ Diœceſis Caſtro, ſed in ſequenti ſeculo ad Epiſcopalem dignitatem evecta, ut alias ſcripto tradidimus.

(c) TUSCIÆ: Refert Raynaldus in Annal. Eccleſ. ad hunc ann. n.8., in unaquaque Provincia, ac Regno deſtinatos fuiſſe Collectores *Decimæ* in Terræ Sanctæ ſubſidium a Lugdunenſi Concilio conſtitutæ, in Aragonia Magiſtrum *Benenatum*; in Sicilia & Calabria Epiſcopum *Caſſanen.*; in Anglia *Ardicionem* Primicerium Eccleſiæ Mediolanen.; *Raynerium* in Colonienſi Archiepiſcopatu; in Trevirenſi (addas Maguntino, & Saliſburgen.) *Rogerium*; & in Viennenſi *Albertum* ex Regeſ. Vatic., quis autem in *Tuſcia*, reticetur.

Digitized by Google

Johan. PP. XIX. al. XXI. An. Ch. 1277.

ſervare procures, eam circa tempus ejuſdem paſſagii Rectori aſſignaturus eidem votum ſuum perſonaliter proſequenti. Non obſtante indulgentiâ, ſi qua tibi, vel tuo Ordini eſt conceſſa, ut non tenearis intromittere te de negotiis, quæ tibi per litteras Apoſtolicas committantur, niſi de ea ſpecialis in eiſdem litteris mentio habeatur. Sic ergo te in hac parte gerere ſtudeas, ut inde præmium præſtoleris a Domino; tuaque devotio non immeritò valeat commendari.

Datum Viterbii viii. Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XXIV. Anno 1277. die 22. Februarii.

In eumdem modum *Collectori Decimæ Terræ Sanctæ in* Tuſciæ *partibus deputato*. Petitio dilecti Filii Nortoni &c. (*ut in alia uſque*) annuentes Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus hujuſmodi *Decimam* ab eodem Rectore exigens eam dilecto Filio Guardiano Ordinis Fratrum Minorum de *Cortona* integrè aſſignare procures ab ipſo ſollicitè conſervandam, & reſtituendam circa tempus ejuſdem paſſagii dicto Rectori votum ſuum perſonaliter proſequenti; Tuque illum ab *excommunicationis* ſententia, ſi qua incurriſſe dignoſcitur pro eo quod eamdem ſolvere *Decimam* forſitan denegavit, juxta Eccleſiæ formam abſolvas, impoſita ſibi pro modo culpæ Pœnitentia ſalutari, diſpenſans cum ipſo ſuper *irregularitate*, ſi quam no'citur contraxiſſe ſe divinis Officiis forſan immiſcendo. Datum, *ut ſupra*.

Fr. Columbano Epiſcopo Tragurien. O. M. dignitate ex ſenio abeunte, alius ei ſufficitur. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 107.)

XXV. Anno 1277. die 11. Martii.

JOHANNES &c.

a *Dilectis Filiis ... Archidiacono, .. Primicerio, & Capitulo* Tragurien. [a], *Salutem, & Apoſtol. Bened.*

Epiſcopus Tragurien. O. Min. variis ex cauſis fatigatus

VENERABILIS Frater Noſter *Columbanus* [b] Epiſcopus quondam *Tragurien.* longâ ſupportatione Pontificalis
b
c Sarcinæ fatigatus [c]; & ad eam ulterius ſufferendam debilitate multâ & inevitabili infirmitate proprii corporis, quam incurrit; ac ex ſenio, ad quod jam devenit, ſpecialiter procedente gravatus, ad
A regimen Præſulatus Officii ſe non poſſe ſufficere aſſeverans; ex zelo, quo erga Eccleſiam *Tragurien.*, cummiſſumque ſibi Dominicum Gregem fervebat, dimittere humiliter hujuſmodi officium Pontificatus elegit; ne per ejus impotentiam, vel defectum ipſius Gregis, aut Eccleſiæ poſſet profectibus quomodolibet deperire, attentè poſtulans ceſſionem ſuam a fel. record. Innocentio Papa Quinto [d] — ceſſionem poſtulat a Pontif., d
prædeceſſore Noſtro recipi; ſibique laſſo
B quietis locum, quem ſua requirebat conditio, benignius indulgeri, volenti præmiſsâ de causâ regimini Eccleſiæ cedere prælibatæ; quam ceſſionem ſponte oblatam poſt multiplicis tamen ſupplicationis inſtantiam, a dilecto Filio Gervaſio Archidiacono *Tragurien.*, & Oliverio Monacho Ordinis Sancti Benedicti Cappellano ipſius *Columbani* Epiſcopi ejus nomine, a quo habebant ad cedendum hujuſmodi regimini ſufficiens ac ſpeciale — eamque obtinet.
C mandatum; idem Prædeceſſor admiſit [e]; — e
ſicque proviſione Eccleſiæ prædictæ, quæ ob id Paſtoris carebat ſolatio in ejuſdem Prædeceſſoris arbitrio conſiſtente, ipſe felici ordinationi ejuſdem Eccleſiæ, quam paternè proſpiciebat pietatis oculo, & gerebat etiam in viſceribus charitatis, diligenter inſiſtens, operam præbuit feſtinatam, ut ipſi Eccleſiæ perſona juxta cor ſuum idonea præficeretur, ne illam
D viduitatis incommodum diutiùs pati contingeret in ſuum ſpiritualiter, vel temporaliter periculum, & diſcrimen; unde ad perſonam Venerabilis Fratris Noſtri *Johannis Tragurien.* Epiſcopi fide, ac devotione probatam, quam charitativum affectum habere non ambigebat erga plebem ſuo regimini commendandam, Apoſtolicæ conſiderationis intuitum dirigens ipſum tunc Præpoſitum Eccleſiæ de Grogoriſsâ *Zagabrien.* Diœceſis, & Canonicum Jeroſolimitanum, Virum multi- — cui ſubrogatur Joannes Præpoſitus Grogoriſſen.
E plicum decoratum varietate virtutum, & enitentium redimitum inſigniis meritorum in ſpiritualibus quoque, & temporalibus circumſpectum, prout fide dignorum aſſertio eumdem Prædeceſſorem inſtruxerat, de Fratrum Noſtrorum conſilio, — laudatur.

(a) Tragurien.: In Dalmatiâ ſub Archiepiſcopo Spalatenſi vulgo *Trau*, de qua alias diximus.
(b) Columbanus: Ex Ordine Minorum aſſumptus ex 71. epiſtola Alexandri IV.
(c) Fatigatus: Anno enim 1255. die 4. Julii promotus fuerat ad Epiſcopale regimen ex cit. 71. epiſtola.
(d) Innocentio Papa V.: Anno 1276. die 21. Januarii creato, & 22. Junii ejuſdem anni defuncto.
(e) Admisit: Menſe, ac die incerto; cum deſint litteræ Pontificiæ hujus ceſſionis & admiſſionis.

Digitized by Google

lio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis eidem Eccleſiæ *Tragurien.* in Dei nomine præfecit [a] in Epiſcopum & Paſtorem, illius curam in ſpiritualibus & temporalibus ſibi plenariè committendo, ac faciendo ſibi per Venerabilem Fratrem Noſtrum *B.* [b] Sabinenſem Epiſcopum munus conſecrationis impendi, ſpe firmâ conceptâ, quòd Eccleſia ipſa Divinâ comitante gratiâ per ejus induſtriam, & perſpicacem prudentiam, grata in utriſque felicitatis ſuſcipiet incrementa. Quocirca Univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur attentè, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus eidem *J.* Epiſcopo tanquam Patri & Paſtori animarum veſtrarum plenè ac humiliter intendentes obedientiam, & reverentiam debitam ſibi exhibere curetis. Alioquin ſententiam, quam ipſe ritè tulerit in Rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino inviolabiliter obſervari.

& conſecratur.

Datum Viterbii v. Idus Martii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XXVI. Anno 1277. die 11. Martii.

In eumdem modum *Clero, & Populo Civitatis & Diœceſis* Tragurien. Venerabilis Frater Noſter &c. (*verbis competenter mutatis, ut in alia, uſque*) incrementa. Quocirca Univerſitatem veſtram monemus, rogamus & hortamur attentè per Apoſtolica nihilominus vobis ſcripta mandantes, quatenus præfatum Epiſcopum devotè recipientes, & honeſtè tractantes ejus ſalubribus mandatis, & monitis humiliter intendatis. Ita quòd ipſe in vobis filios devotionis inveniſſe ſe gaudeat; voſque in eo Patrem habeatis aſſiduè gratioſum. Datum, *ut ſupra*.

XXVII. Anno 1277. die 11. Martii. c

In eumdem modum ... *Archiepiſcopo Spalaten.* [c] (*uſque*) incrementa. Quocirca Fraternitatem tuam rogamus & hortamur attentè per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus eumdem J. Epiſcopum, & *Tragurien.* Eccleſiam ſibi commiſſam ſuffraganeam tuam pro Noſtra & Apoſtolicæ Sedis reverentiâ habens propenſiùs commendatos ſic te ſibi favorabilem exhibeas, & benignum, ac ipſum & eamdem Eccleſiam benevolentiæ tuæ gratia proſequaris, quòd ipſe tuis fultus præſidiis commiſſum ſibi regimen utiliùs, & efficaciùs exequatur; & Nos propter hoc devotionis tuæ promptitudinem dignis in Domino laudibus commendemus. Datum, *ut ſupra*.

XXVIII. Anno 1277. die 9. Martii. d

In eumdem modum ... *Regi Hungariæ* [d] *Illuſtri &c.* (*uſque*) incrementa. Quocirca Serenitatem Regiam rogamus, & hortamur attentè, quatenus eumdem *Epiſcopum*, & Eccleſiam ſibi commiſſam pro Noſtra, & Apoſtolicæ Sedis reverentia habens propenſius commendatos, ſic te ſibi favorabilem exhibeas & benignum, ac ipſum & eamdem Eccleſiam tuæ benevolentiæ gratia proſequaris, quòd ipſe Regiis fultus præſidiis commiſſum ſibi regimen utiliùs, & efficaciùs exequatur; & Nos propter hoc Magnificentiam tuam dignis in Domino laudibus attollamus. Datum Viterbii VII. Idus Martii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Jubet Epiſcopo Tudert., det operam, ne Fratres Min. Provinciæ S. Franciſci a nonnullis moleſtiis afficiantur. (Ex Autographo Archivi noſtri Conventus Sancti Fortunati Tudertini.)

XXIX. Anno 1277. die 18. Martii. e

JOHANNES &c.

Venerabili Fratri ... [e] *Epiſcopo Tudertino Salutem, & Apoſtol. Bened.*

Exordium.

INUNDANS malitia perverſorum viris Sanctæ Religioni deditis adeo frequenter exhibet ſe infeſtam, quòd ipſi Divino cultui, ut deberent, vacare non poſſunt; dum illorum malitiis agitantur. Cum igitur, ſicut dilecti Filii ... Miniſter, & Fratres Ordinis Minorum adminiſtrationis *Sancti Franciſci* [f], Nobis ſignificare curarunt; nonnulli, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, ipſos graviter moleſtare præſumant: Nos & præſumptorum hujuſmodi refragari conatibus; & dictorum Miniſtri, & Fratrum gravaminibus volentes congruis remediis obviare, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenus ipſos Miniſtrum, & Fratres non permittas contra indulta Privilegiorum Sedis Apſtolicæ ab aliquibus indebitè moleſtari; Moleſtatores hujuſ-

Fratrum Provinciæ Umbriæ depoſitio, & recurſus ad S.A., f

pro quibus Pontifex jubet ut ſupra,

(a) Præfecit: Ante diem 22. Junii ex dictis.
(b) B.: *Bertrando* a S. Martino Gallo, de quo Scriptores Vitarum S. R. E. Cardinalium, & Ughellus to. 1. Ital. Sac., qui ignorarunt, uſque in hunc annum eum vitam produxiſſe.
(c) Archiepiscopo Spalaten.: N. Metropolitano ſupradictæ Civitatis ex dictis.
(d) Regi Hungariæ: Stephani V. defuncti filio *Ladislao* puero.
(e) Ven. Fratri ...: *Bentinvenga* ex Ord. Min. ſuperiore anno die 18. Decembris electo Epiſcopo ex epiſt. *Onerosa Paſtoralis &c.* paulo ante relata.
(f) Administrationis S. Francisci: Umbriæ videlicet, in qua *Tudertum* contineri conſtat.

conceſſione circumſcripta,

A modi per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo: Attentiùs proviſurus, ne de iis, quæ cauſæ cognitionem non exigunt; vel quæ indulta hujuſmodi non contingunt, te ullatenus intromittas. Nos enim, ſi ſecus præſumpſeris, tàm præſentes litteras, quàm etiam proceſſum, quem per te illarum auctoritate habere contigerit, omnino carere viribus ac nullius fore decernimus firmitatis; Hujuſmodi ergo mandatum Noſtrum ſic prudenter & fideliter exequaris, ut ejus fines ullatenus non excedas: Præſentibus poſt *triennium* minimè valituris [a].

& limitata.

Datum Viterbii xv. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Fr. Petrus de Camona *O. M. eligitur Epiſcopus* Aquenſis *in diviſione electorum, quo mortuo ante diſcuſſionem cauſæ, alter electus confirmatur.* (Ex Vaticano Regesto Pontif. epiſt. 142.)

XXX.

Anno 1277. die 2. Aprilis.

JOHANNES &c.

Dilecto Filio Magiſtro Petro de Pabeux Canonico Engoliſmen. [b] *, Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

Vacante Aquenſi Eccleſia

OLim *Aquenſi* Eccleſiâ [c] Paſtoris ſolatio deſtitutâ, & Canonicis ejuſdem Eccleſiæ tunc novem numero in diverſa dividentibus vota ſua, tres electiones in eâdem Eccleſiâ, videlicet quinque ex eis meliores, & majores, ſicut aſſeritur, unam de dilecto Filio Magiſtro *Arnaldo de Villa* Subdiacono, Cappellano, & Canonico Bajonenſi [d]; tres verò aliam de quondam *Fratre Petro de Camona* [e] Ordinis Minorum; & unus tertiam de dilecto Filio Magiſtro *Raymundo Barde* tunc Officiali Auxitano [f] in diſcordiâ celebrarunt; & tandem hujuſmodi electionum negotio per appellationes ad Sedem Apoſtolicam legitimè devoluto, fel. record. Gregorius Papa Decimus [g] prædeceſſor Noſter dilectum Filium Noſtrum J. [h] Sanctæ Mariæ in Coſmedin. Diaconum Cardinalem dedit Partibus Auditorem. Poſtmodum verò dicto *Petro* rebus humanis exempto, dicti tres Canonici, qui ſic eumdem elegerant, dilectum Filium Fratrem *Garziam Arnaldum* de Caupena Monachum Monaſterii de Berdoes [i] Ciſtercien. Ordinis, dicto negotio pendente coram Cardinali prædicto, in Epiſcopum elegerunt. Comparentibus itaque Magiſtro Senore deu Botador, & Martino de Bailen., ac Petro de Lanâ longâ Clericis pro parte eligentium dictum Magiſtrum *Arnaldum de Villa*; ac Guillelmo Raymundi de Monte Anzer, & Vitali de Uroſt Clericis pro parte eligentium dictum *Monachum*; & quondam Magiſtro Arnaldo de Sorduâ uno ex prædictis tribus Canonicis, Procuratoribus, & negotium prædictum proſequentibus, ut dicebant, dictus Cardinalis eumdem *Monachum*, an vellet electioni de ſe factæ conſentire, certo ſibi ſuper hoc aſſignato termino peremptorio, requiſivit, qui reſpondere ſuper hoc coram Cardinali prædicto non curavit. Lite igitur coram præfato Cardinali ſuper libello porrecto ſuper iis legitimè conteſtatâ; factiſque poſitionibus, & ad quaſdam ex eis reſponſionibus ſubſecutis; dictus Magiſter *Arnaldus* de Sorduâ diem clauſit extremum, & alii duo Canonici ex tribus prædictis, qui cum eo proſequebantur negotium ſupradictum, ſtatim poſt mortem dicti Magiſtri *Arnaldi de Sordua* a proſecutione dicti negotii deſiſtentes revocarunt totaliter, quicquid eorum nomine actum extiterat in negotio ſupradicto. Verùm cum in perſonas dicti Magiſtri *Arnaldi de Villa*, ſeu ipſum eligentium nihil dictum extitit, vel objectum, dictus Cardinalis cupiens in hac parte perfectæ maturitatis debitum obſervare, ad requiſitionem Procuratoris partis prædicti Magiſtri Arnaldi de Villa *Monachum* memoratum, & omnes alios, quorum intererat, fecit diverſis temporibus,

triplex in diſcordia facta eſt electio.

Cauſæ ad S. A. devolutæ datur Auditor,

& interim Petrus O. M. electus moritur, & alius ſubſtituitur,

(a) Valituris: Quaſi præſagiendo; nam in ſequenti anno factus eſt Cardinalis *Epiſcopus Albanenſis*, ut infra ſuo loco.

(b) Engolismen.: In Aquitania Epiſcop. ſub Archiepiſcopo Burdigalenſi.

(c) Aquensi Ecclesia: Aquæ Auguſtæ, quæ & Tarbellicæ vulgo *Acqs* in Aquitania ſub Archiepiſcopo Auxitano ad Aturrum fluvium vix 5. leucis ab ora orientali maris Oceani diſtantes.

(d) Baionensi: Etiam in Aquitania, & ad Aturrum fluvium Epiſcop. ſub Auxitana Metropoli 7. leucis ab *Aquis*, & 6. a confinio Hiſpaniæ diſtante.

(e) Fr. Petro de Camona: Annaliſtæ Minoritico, aliiſque prorſus ignoto.

(f) Auxitano: Civitatis Metropolitanæ in Vaſconia, & Aquitania.

(g) Gregorius Papa X.: Anno 1276. die 10. Januarii defunctus.

(h) J.: *Jacobus* Sabellus alias a nobis memoratus, qui poſtea fuit *Honorius IV.*

(i) De Berdoes: Cujus non meminit Ang. Manrique in Annal. Ciſtercien.

Digitized by Google

ribus, prout moris eſt, in audientiâ publicâ peremptoriè citari. Sed eodem *Monacho* per ſe, vel per alium coram Cardinali præfato minimè comparente, per annum & amplius expectato, & per publica Inſtrumenta ſufficienter oſtenſo, quòd idem Monachus dictum Magiſtrum *Arnaldum de Villa* ſuper hoc impetere nullatenus intendebat, quinimmo omni actioni, quæ ſibi competere poterat ex electione prædictâ, renuntiabat expreſsè; & pro parte dicti *Raymundi Barte* in dictâ causâ nemine comparente, ac Capitulo præfatæ *Aquenſis* Eccleſiæ dictam electionem de ipſo Magiſtro *Arnaldo de Villa* in eâdem Eccleſiâ celebratam unanimiter & concorditer petentibus confirmari, perſonam ipſius Magiſtri Arnaldi de Villa multipliciter commendando dictus Cardinalis fideliter Nobis retulit omnia ſupradicta. Nos itaque paternâ volentes ſolicitudine præcavere, ne ipſa Eccleſia prolixioris diſpendia vacationis incurrat, quæ per eumdem Cardinalem Nobis fuerunt expoſita, recipientes, & pleniùs recenſentes Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dictum Magiſtrum *Arnaldum de Villa* ex parte Noſtrâ peremptoriè per te, vel per alium citare procures, ut infra ſex ſeptimanas poſt citationem hujuſmodi perſonaliter Apoſtolico ſe conſpectui repreſentet examinationem juxta modum, qui ſervatur in talibus præſentialiter ſubiturus. Diem verò citationis & formam, & quicquid inde feceris, Nobis per tuas litteras harum ſeriem continentes ſtudeas fideliter intimare.

qui a causâ recedit,

& alter a majori parte electus ad examen evocatur.

Datum Viterbii IV. Nonas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Primo [a]. a

Ut Nuncios ſuos benignè recipiat; ea, quæ pro unione Eccleſiarum petierint, adimpleat; & ut ab aliis etiam impleantur, efficiat. (Ex ampliſs. Martenii, Durandique Collect. to.7. col.248. epiſt. 30.)

A JOHANNES &c.[b]

Cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro Michaeli Palæologo Imperatori Græcorum Illuſtri, Sal., & Apoſtol. Bened.

XXXI.

Anno 1277. die ...

b

De Latinæ, Græcæque Eccleſiarum unione B. Gregorii X. litteræ.

QUANTO gaudio, quantâque lætitiâ univerſalis Eccleſia de unionis negotio inter Latinos, & Græcos tuis laudabilibus promoto ſtudiis, in Domino exultavit, fel. rec. GREGORIUS PAPA[c] c
B prædeceſſor Noſter, dum adhuc peregrinationem præſentis vitæ perageret, tibi Nunciis & litteris[d], quamquam exultationis hujuſmodi magnitudo in te potior fuerit, quàm relatus expreſſerit, intimare curavit per alias exprimens litteras ſuæ intentionis exiſtere, *Legatum*[e] ad tuam præſentiam deſtinare. Et quidem & Nos, quem tunc de Fratrum Collegio exiſtentem quaſi cooperatorem hujuſmodi ſalubre negotium contingebat, de ipſius felici proceſſu tuis directo ſtudiis,
C & ſolertiâ procurato, grande concepimus gaudium, ad illud firmiùs ſolidandum intenſum deſiderium dirigentes. Cumque diſpoſitione Divinâ fuiſſemus licèt inſufficientibus meritis ad apicem Summi Apoſtolatus aſſumti[f] non ſolùm lætitia de promotionis dicti negotii felicitate ſuccrevit, verùm etiam idem proſequendi negotium ſuſcepiſſe cognovimus incrementum, cum jam illud in Nobis ſpecialis exquireret ſtudium promotoris. Et
D ideo piæ intentionis propoſito, ut conſultiùs debitum circa hoc Noſtri proſequeremur officii ſollicitam operam exhibentes ſtatum ejuſdem negotii perſcrutationis attentæ diligentiâ duximus recenſendum, quo cum fratribus Noſtris penſato prudentiùs ea, quæ per te acta ſunt, ſoliditate roboris plenioris comperimus indigere[g]. Ad quam celeriter obtinendam, ut in illis, in quorum imminet morâ periculum, efficaciùs, & quoad tuam
E Magnificentiam favorabiliùs procedatur, dilectum Filium *Hieronymum* Generalem

d e f g

Hujus Pontificis ſtudium pro dictæ unionis proſecutione.

Nomina Nunciorum Papæ.

(a) Tandem in ſequenti anno *Arnaldus de Villa* ſupradictus confirmatus fuit, & a Pontifice Nicolao III. conſecratus per litteras: *Licet continuata &c.* Nonis April. anno I. datas ex Vatic. Regeſ. Pontif. epiſt. 49. Nicolai III. anno I.

(b) JOHANNES &c.: Hæc etiam epiſtola inter illas *Innocentii V.* legitur in cit. Collectione Martenii &c., ſed ex dicendis in no.(b) ad ſequentem epiſtolam pertinet ad *Joannem XXI.*, teſte etiam Nicolao III. in *Memoriali* dato ſuis Nunciis, ubi epiſt. *Pacis æmulus* clarè tribuit *Joanni Papæ*, conſtat autem hanc eſſe ejuſdem Auctoris.

(c) GREGORIUS PAPA: Hujus nominis X.

(d) LITTERIS: Incip. *Occurrentes tibi &c.* apud Raynaldum ad ann. 1274. n. 19. legendis, & complenius apud Waddingum n. 27. *Exultat Mater Eccleſia &c.*

(e) LEGATUM: Ita & ad *Abbatem* Caſinen. ex epiſt. 13. Regeſ. Vatic. apud cit. Raynaldum n. 20., & Waddingum n. 28. pro induciis inter ipſum Palæologum, & Philippum Imp. CP., ejuſque ſocerum Carolum Siciliæ Regem ineundis paulo poſt Concilium Lugdunen. miſſum, nempe die 27. Julii cum Nunciis Palæologi: *Legatus* poſtea non ivit, quod ſciatur.

(f) ASSUMPTI: Anno 1276. die 15. Septembr.

(g) INDIGERE: Ita & in ſequenti epiſtola.

Digitized by Google

lem *Guidonem* Romanum, & Angelum S. Franciſci Provinciarum Miniſtros, & *Gentilem* de Rectovio Ordinis *Minorum* Fratres viros utique claros veræ Fidei claritate, voluntariæ paupertatis humilitate conſpicuos, humiles Chriſti pauperis ſectatores, de ipſo *Fratrum* conſilio deliberavimus præmittendos, Excellentiam tuam rogantes, & hortantes in Domino, quatenus pro Noſtrâ & Apoſtolicæ Sedis reverentiâ prædictos Nuncios benignè recipiens, quæ ad præmiſſam ſolidationem* petierint, ſtudeas cum omni plenitudine adimplere, opem nihilominus impenſurus & operam, ut ea etiam in aliis efficaciùs impleantur. Ex hoc enim tibi apud retributorem omnium bonorum, non ſine laudis humanæ præconio, & Apoſtolici favoris augmento accreſcet cumulus meritorum [a].

Rogat & hortatur Pontifex ad ſupra dicta.

* al. *ſoliditatem*

Hortatur, ut vias pacis cum hoſtibus Latinis excogitet, illas ſuis Nunciis O. M. communicet, Apocriſarios citò mittat, & cum prædictis hoſtibus inducias ineat. (Ex ampliſſ. Vet. Monumen. Collect. Marteni, & Durandi to. 7. n. 29. col. 246.)

XXXII.

Anno 1277. die...

JOHANNES &c. [b]

Cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro Michaeli Palæologo *Imperatori Græcorum Illuſtri, Sal., & Apoſt. Bened.*

De utriuſque Eccleſiæ unione ſpes.

PAcis æmulus, invidus charitatis, ſator ille zizaniæ, antiquus humani generis perſecutor, a longis retro temporibus [c] inter Latinos & Græcos, quos ejuſdem *Fidei* religio copulabat, ſemen diſcordiæ ſeminavit; ſed quamquam ſuæ inquietæ malignitatis aſtutia jactum ſemen ſategerit, mortiferis nutrire fomentis; ſperamus tamen humiliter, quòd Regis pacifici, qui pacis opera diligit, vincet in hoc benignâ clementiâ dolor ejus; & ipſius fraudibus metam ponet. Siquidem inter *Latinos*, & *Græcos* per ipſius miſericordiam quoad *ſpiritualia* [d] jam concordiæ ſegete ſuccreſcente, poteſt veriſimiliter ſpes devota ſupponere, quòd ipſe, qui defectum cujuslibet imperfectionis ignorat, cujus perfecta ſunt opera, ipſos Latinos & Græcos non ſolùm in ſpiritualibus tuâ illi cooperante ſolertiâ perfectiùs uniet, ſed & in *temporalibus* [e] ſuâ virtute reducet ad plenæ concordiæ unitatem. Quare Nos ferventi animo proſequi, quòd mediator Dei & hominis Jesus Christus, cujus licèt immeriti vices exercemus in Terris, piè inchoaſſe conſpicitur, intendentes; & Noſtræ humilitatis ſtudia volentes illius beneplacitis, prout poſſibilitas patitur, coaptare, votis uberibus affectamus, ut cujuſvis diſcordiæ ſeminariis amputatis, & fomite diſſenſionis extincto, eorumdem *Latinorum*, & *Græcorum* una ſit Fides mentium, & pietas actionum, eadem in illis animorum identitas vigeat, eadem concordia voluntatum; nec eidem unionis prædictæ negotio ex diſſenſione, quam *temporalium* inducit occaſio detrahatur in aliquo; ſed illa omnino ſubducta, eadem *Latinorum*, & *Græcorum* unio plenioris recipiat roboris firmitatem. Sanè habebat hactenus tranſmiſſæ variis prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus [f] tuæ petitionis inſtantia, quòd ſuper tractandæ inter *Latinos*, & *Græcos* unionis negotio tractatus initium a temporalibus ſumeretur [g], ſed Apoſtolicæ Sedis circumſpectio provida diligenter attendens, quòd te ad Romanæ Eccleſiæ gremium redeunte poterat & utilitati communi provideri faciliùs, & favorabiliùs etiam in *temporalibus* agi tecum; præelegit a *ſpiritualibus* inchoandum [h], ut illis tanquam dignioribus & & potioribus ſolidatis, minora poſſent com-

Quoad ſpiritualia concordiæ ſeges creſcit.

Speratur & de temporalibus.

Pontificis animus in his, ac ſtudium.

Palæologi de his tractatus apud Rom. Pontifices, ſed illorum contrarius.

(a) Meritorum: Quæ litteræ carent notis, quibus ſint exaratæ; ſed ex illarum lectione liquet, tempore, quo ſequentes, vel circiter datas fuiſſe.

(b) Johannes: In ſupracitata Collect. Martenii dicitur *Innocentius*, ſed perperam, cum hæc epiſtola *Joanni* tribuatur a Nicolao III. in ſuis litteris *Ex more quemvis &c.*, & *Sicut tuam novimus &c.* relatis ibi n. 66. & 71. & clarius in ſuo *Memoriali* dato Nunciis in cit. Collect. col. 286. ep. 23. num. 6., infraque epiſt. 70. Nicol. III. Scripſit quidem & *Innocentius V.* Palæologo, ſed ejus litteræ incipiebant *Dudum a Sede Apoſtol.*, al. *Ad Sedem Apoſtol.* teſte cit. Nicolao apud Raynaldum ad ann. 1278. n 12., illæ agebant ſolum de *ſpiritualibus*, iſtæ vero etiam de *temporalibus*; illas demum vulgavit Martene cum Durand. in to. 7. Veter. Monum. col. 242. epiſt. 28.

(c) A longis retro temporibus: Seu a ſeculo Eccleſiæ IX., ſchiſmateque Photiano, ut ex Annal. Eccleſ.

(d) Quoad spiritualia: Nimirum quoad unionem Græcæ cum Romana, Catholicaque Eccleſia ſchiſmate deteſtato.

(e) In temporalibus: De pacifica nempe Imperii CP. poſſeſſione, & concordia cum nonnullis Principibus Latinis.

(f) Romanis Pontificibus: Videlicet Urbano IV. vel potius Gregorio X. & inſequentibus.

(g) A temporalibus sumeretur: Seu a pacifica poſſeſſione Imperii, quod in primis cordi erat Palæologo.

(h) A spiritualibus inchoandum: Scilicet ab unione Eccleſiarum ut ſupra.

Digitized by Google

commodiùs promoveri. Licèt autem ea, A quæ per te quoad *ſpiritualia* ſuper eodem ſunt acta negotio, reperiremus de Fratrum Noſtrorum conſilio, ſicut per alias tibi notificavimus litteras [a], plenioris ſoliditatis robore indigere [b]; tamen con-

Pontificis tamen Providentia

ſultò pro tui cautela providimus ex nunc in *temporalibus* procedendum. Veremur etenim turbationum fluctus, colliſiones gentium, ſtrages hominum, perſonarum diſcrimina, damna rerum, & cetera gratiarum diſpendia non facilè numeranda, B quæ non ſolùm e vicino imminere conſpicimus, ſed jam quaſi digito licèt invito palpamus pro eo maximè, quòd Ca-

Imperatoris CP. Latini ratio contra Palæologum,

riſſimus in Chriſto Filius Noſter *Philippus* Imperator Conſtantinopolitanus ad Sedem Conſtantinopolitanam pertinere *Imperium*; & notorium fore, claræ memoriæ *Balduinum* Imperatorem Conſtantinopolitanum patrem ſuum, in cujus locum & jus ipſe ſuccedit, Civitate Conſtantinopolitana fuiſſe per violentiam C ſpoliatum [c]; & *Carolus* Rex Siciliæ Illu-

& Regis Siciliæ contra eumdem.

ſtris in nonnullis ipſius Imperii partibus jus ſibi competere [d] aſſerentes; ac de ſuâ, prout aſſeverant, juſtitiâ, præclaro ſanguine, victorioſis titulis, & ſtrenuæ nationis potentiâ confidentes non ſegniter tantum negotium aggredi, quin potius totis illis conatibus, intentis ſtudiis, ac ſuis, ſuorumque amicorum conflatis undique viribus, proſequi propoſito firmato D diſponunt [e]. Deſideramus itaque ſtatum tuum eò magis fore tranquillum, quò te continuatione laudabilium operum ſecutura ſincerè ad Eccleſiam eamdem devotionis affectu propenſiùs ſolidatis intentis deſideriis anhelamus, ut tot malis, tantiſque periculis ſollicitis Apoſtolicæ providentiæ ſtudiis obvietur, & pacis convertantur ad bonum, quæ conſidera-

Hortatur Pontifex Palæologum ad ſupradicta.

tâ Principum prædictorum inſtantiâ, & aliquorum imminentium negotiorum circumſtantiis attentè penſatis, evidentiùs ad guerrarum diſpendia diſponunt. Quocirca Magnificentiam tuam rogandam, monendamque attentiùs duximus; & hortamur paterno tibi ſuadentes affectu, quatenus tuæ quantæcunque potentiæ non innitens, nec ceteris exponens eventibus ſtatum tuum, ſed providâ meditatione conſiderans quàm dubii ſunt guerrarum exitus; quantis ſolent diſpendiis præveniri; ac tibi, poſteris, aliiſque tuis ſano, ſalubrique conſilio providens animum tuum ad concordiam præpares, diſponas ad pacem vias excogitans, per quas faciliùs, annuente Domino, valeant provenire; quaſque dilectis filiis *Hieronymo*

Nunciorum Pontif. O. M. nomina.

Generali [f] *Guidoni* Romano, & *Angelo* S. Franciſci Provinciarum Miniſtris, ac *Gentili* de Rectovio [g] Ordinis Minorum Fratribus Nunciis Noſtris de quorum fide poteris ſecurè confidere; prout utiliùs fore putaveris, communices, & eos informes etiam ſuper illis: nihilominus Apocriſarios tuos, & animum, & mandatum plenum habentes ad vias concordiæ proſequendas, & pacis actore prævio celeriter conſummandas ad prædictam Apoſtolicam Sedem infra quinque menſes poſt receptionem præſentium tranſmiſſurus. Noſtri quidem pectoris intima uberiùs lætabuntur, ſi ſic in præmiſſis agi concedat Altiſſimus, ut pax exinde perpetuis duratura temporibus ſubſequatur. Revera expedit, ut præmiſſa negligentiæ non exponas: niſi enim adeo efficaciter reſpondeatur, & citò, prædicti Principes ſibi reputantes illudi, nullo modo paterentur, ut aſſerunt, ſe inſtantis temporis commoditate, quam proculdubio non modicum æſtimant, defraudari: nec Nos ipſis jus

(a) LITTERAS: In Annal. Eccleſ. deſideratas, memoratas tamen in aliis incip. *Grandis affectus &c.* anno 1276. datis Patriarchæ CP., cæteriſque Græcorum Prælatis apud Raynaldum ad eum annum n.45.

(b) INDIGERE: Nempe ut Græci Præſules præſcriptam primum a Clemente IV., deinde a B. Gregorio X. *Fidei* formam ſuis conceptam verbis profiterentur, nec novam cuderent; & ad eam ſemper profitendam Sacramento ſe devincerent; tum Spiritus Sancti proceſſionem e Patre, *Filioque* inter Divina myſteria in Symbolo decantarent: cenſuris, quibus ob ſchiſma fuerant irretiti, exſolvi ſupplices a Sede Apoſtolica depoſcerent; nonnullaque alia, quæ in Nicolai III. litteris hac de re Nunciis ſuis ad Græcos datis, & infra referendis exprimuntur.

(c) SPOLIATUM: Anno 1261. ab ipſo Palæologo, ut in 2. hujus Operis tomo dictum eſt pag.486. (c), annoque 1272. vita functum.

(d) *JUS* SIBI COMPETERE: Ob matrimonium pro filia ſua Catharina cum Philippo Balduini II. filio contractum, quo Peloponeſum, & Achajæ Principatum acquiſierat anno 1269. ex And. Danduli Chronico lib. 10. cap.8.

(e) DISPONUNT: Et quidem in ſequenti anno inter eos pugnatum eſſe legimus apud Raynaldum ad annum 1278. num.14. & 15.

(f) HIERONYMO GENERALI: Miniſtro O. M., qui paulo poſt ſeu ineunte anno 1278. creatus eſt S. R. E. Cardinalis, & inde Summus Pontifex *Nicolai IV.* nomine.

(g) DE RECTOVIO: Leg. de *Bettonio* al. Vettonio vulgo *Bettona* Umbriæ Oppido Diœceſis Aſſiſiat. inter Mevaniam, & Peruſium apud Tiniæ, & Aſii fluviorum confluentiam ſito: Fr. *Gentilis* autem ex Inquiſitore hæreticæ pravitatis factus eſt Archiepiſcopus Rhegii in Calabria, aliiſque pro Apoſtol. Sede legationibus functus, ut infra ſuis locis videbitur.

Digitized by Google

A jus ſuum permiſſis remediis proſequi ſine juris injuriâ prohibere poſſumus. Quia verò, dum tractim præmiſſa ſuſcipiunt, a quibuſvis moleſtiis, & injuriis, quæ poſſunt exaſperare negotium, & pacis perturbare tractatum, expedit hinc inde penitus abſtinere; de treugis alicujus temporis propter hoc ſpecialiter ineundis juxta eorundem Noſtrorum perſuaſionem provideas Nunciorum [a]. Nos enim eorumdem Imperatoris & Regis animos ad treugas hujuſmodi jam duximus inclinandos [b].

Monet, & hortatur, ut ea, quæ ſui Nuntii O. M. ſuaſerint pro complemento præfatæ unionis perficiant, ac in aliis inſerere ſtudeant. (Ex eadem Marteni Collect. to.7. col.249. ep.31.)

XXXIII.
Anno 1277. die ...

JOHANNES &c.

Venerabilibus Fratribus Patriarchæ [c], *Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac Dilectis Filiis Abbatibus, cæteriſque Prælatis Græcorum, Sal., & Apoſt. Bened.*

Exordium.

Grandis affectus, quem circa tractatæ jam dudum inter Latinos, & Græcos unionis negotium Dei beneficio laudabiliter hucuſque promotum [d] in minori olim conſtituti officio tanquam Filius gerebamus, in paternum creviſſe dinoſcitur Nobis diſpoſitione Divinâ licèt immeritis ad apicem Apoſtolicæ dignitatis aſſumtis. Crevit quoque cum onere præconcepta præfati negotii felici promotione jucunditas, cum Nos jam non contingat ut filium, non ſolùm ut cooperatorem reſpiciat, ſed ſpecialis in Nobis ſtudium promotoris exquirat. Et ideo ad illius proſecutionem utpote inſidentis admodum

Pontificis affectus, & jucunditas de utriuſque Eccleſiæ unione.

cordi Noſtro intentum ſtudium dirigentes, & attendentes etiam diligenter conſummationem ipſius in vobis unionis, actore Deo, Fidei Catholicæ perutilem, mundo neceſſariam, & animabus etiam fructuoſam, illud ab ipſis penè promotionis Noſtræ primordiis quaſi præcipuum præelegimus proſequendum, diligentem curam, & curioſam diligentiam adhibentes, ut ejus circumſtantiis pleniùs indagatis ad votivam conſummationem eamdem efficaciùs procedatur. B Porrò piæ ſollicitudinis & devotionis affectum, quem vos ad ipſius unionis proſequendum negotium impendiſſe miſſæ hactenus fel. recordat. Gregorio Papæ [e] prædeceſſori Noſtro veſtræ litteræ [f] teſtabantur, ſedulâ meditatione penſantes; ac firmiùs ſperantes in Domino, quòd veſtris mentibus veræ lucis radiis illuſtratis, affectus hujuſmodi de bono in meliùs augeatur; & per evidentiam efficacioris operis clariùs C eluceſcat, plenis quoque deſideriis affectantes, ut antiqui diſcrimen ſchiſmatis, quod malorum incentoris aſtutia nefanda ſuggeſſit, novæ unionis antidoto terminetur, ad Cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum Michaelem Palæologum Imperatorem Græcorum illuſtrem, & vos dilectos Filios *Hieronymum* Generalem, *Guidonem* Romanæ, & *Angelum* S. Franciſci Provinciarum Miniſtros, ac *Gentilem* de Rectovio [g] Ordinis Minorum, D Fratres viros utique claros veræ Fidei claritate, voluntariæ paupertatis humilitate conſpicuos, & humiles Chriſti paupertatis ſectatores, Noſtros Nuncios latores præſentium deſtinamus, deſiderantes inter cetera, ut ad communis utilitatis augmentum non ſolùm quæ acta ſunt per eumdem pleniùs robur accipiant; ſed & in vobis per ipſum, ac vos in aliis quoad pro-

Clerique Græcanici ſimiliter.

Internunciorum Apoſtol. nomina.

(a) Nunciorum: Quorum legationem a nullo alio memorari nil mirum, cum Nicolaus III. in epiſt.65. *Ex more quemvis &c.* referat, nullum his litteris a Palæologo datum eſſe reſponſum offenſo, ut conjicimus, quod Joannes ſcripſerit, Balduinum Imp. CP. Civitate Conſtantinopolitana fuiſſe per violentiam ſpoliatum; ejus filium, & Regem Siciliæ in eum arma movere, diſponere, & in hac unionis cauſa a *ſpiritualibus* potius inchoandum, quam a *temporalibus*: aut quod etiam noverit Pontificem Joann. occubuiſſe.

(b) Inclinandos: Nullo temporis intervallo, nec loco, ubi data ſit hæc epiſtola, conſignata legitur: Verum cum *Joannes* anno 1276. die 15. Septembris *Pontifex Summus* fuerit electus, & die 27. dicti menſis coronatus; & die 15. Octobris Fr. *Hieronymum Generalem* Miniſtrum Ord. Min. cum *Jo. Generali* Magiſtro Ord. Prædicat. legaverit ad Regem Franciæ pro pace cum Rege Caſtellæ firmanda; die vero 20. Novembris ad Palæologum, Prælatoſque Eccleſ. Græcos miſerit *duos Epiſcopos* cum duobus Fratribus Ord. Prædicat. pro confirmanda Eccleſiarum unione ex Annal. Eccl. Raynaldi ad eum ann. n.45. & 47., quibus litteris Græci reſponſum dederunt anno 1277. menſe Aprili ex cit. Raynaldo n.28. & 39., & Pontifex obierit eodem anno 1277. die 16. Maji; conjicimus paulo ante obitum Pontificis has litteras exaratas, & Fratres Nuncios eò fuiſſe ablegatos.

(c) Patriarchæ: *Joanni Becco* anno 1275. in locum Joſephi Schiſmatici ſubrogato.

(d) Promotum: Anno 1274. in Concilio Lugd. II.

(e) Gregorio Papæ: Hujus nominis X.

(f) Vestræ litteræ: Incip. *Nos, qui Eccleſiaſticam &c.* apud Waddingum ad ann. 1274. n.4., & Raynaldum n.16. ſed apud hunc incompletæ, ſeu litterarum fruſta tantum.

(g) De Rectovio: leg. *de Bectonio*, ut in præcedentibus litteris.

Digitized by Google

professionem *Fidei*, & recognitionem A
Primatus Eccleſiæ Romanæ ipſa unio deſiderata perfectione lætetur. Quocirca

Pontifex hortatur Clerum CP., uti ſupra.

Univerſitatem veſtram monemus, & hortamur attentè obſecrantes in Domino Jesu Christo, quatenus recogitantes ſollicitè, quòd ad hoc Prælatos Dominus in Eccleſiâ ſuâ præfici voluit, ut exerceant in eâ, quæ ſoliciti ſunt Paſtoris: ad hoc in vineam ſuam illos operarios introduxit, ut ſuæ culturæ ſtudio uberior illa conſtituatur in fructu: ad hoc illos in B
ſpecula ſtatuit, ut aliis lumen veritatis oſtendant; ea, quæ vobis præfati Nuncii, quos ad hoc prævidimus deſtinandos; ſuper eiſdem profeſſione *Fidei*, & recognitione *Primatus* Eccleſiæ Romanæ, aliiſque contingentibus præmiſſa ſuaſerint; & vos ipſi cum omni promptitudine adimplere, & opportunè inſerere, ac fovere in aliis cum omni ſollicitudine ſtudeatis; ut illis glorioſiùs dilatatis, propagatiſque diffuſiùs ab eo, qui C
bonorum eſt omnium retributor, affluentis retributionis præmium cum laudis humanæ præconiis, & pleniori Sedis Apo-
a ſtolicæ gratiâ reportetis [a].

Memoriale, *ſeu Inſtructio Pontificis data ſuis ad Imp. Palæologum, Græcoſque Nunciis.* (Ex prædicta Martenii &c. Collect. to. 7. col. 253. ep. 34.)

XXXIV. JOHANNES &c. [b] D

Anno 1277. die...

b *Dilectis Filiis* Hieronymo *Generali*, Guidoni *Romanæ*, & Angelo *S. Franciſci Provinciarum Miniſtris*, *ac* Gen-
c tili *de Rectovio* [c] *Ordinis Minorum Salutem*, & *Apoſt. Benedictionem*.

IN commiſſi vobis executione negotii, dilectiſſimi Filii *Hieronyme* Generalis, *Guide* Romanæ, & *Angele* S. Franciſci Provinciarum Miniſtri, ac *Gentilis* E
de Rectovio Ordinis Minorum Fratres,
1. talis veſter proceſſus habendus. In primo igitur adventu veſtro benignè ſalutetis, & affectuosè benedicatis ex parte Noſtrâ cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum Michaelem *Palæologum* Imperatorem Græcorum Illuſtrem, & dilectum Filium Nobilem Virum *Andronicum* pri-
mogenitum Imperatoris ejuſdem. Item a
referetis pium, ſincerum, & ingentem affectum, quem Nos, & Fratres Noſtri gerimus circa negotium ſupradictum, &
etiam circa illos [d] ex eo maxime, quòd d
idem Imperator tamquam ſupernæ lucis radio illuſtratus ad promotionem dicti negotii ſic laudabiliter, & efficaciter la-
boravit. Poſt hæc autem præſentandæ 3.
ſunt Imperatori litteræ Apoſtolicæ, quæ mittuntur ſuper *ſpiritualibus*, & ſic in-
cipiunt: Innocentius &c. [e] *Cariſſimo in* e
Chriſto Filio Noſtro Michaeli Palæologo Imperatori Illuſtri Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Quanto gaudio &c.
Item præſentabitis litteras, quæ ſuper 4.
ſpiritualibus diriguntur Patriarchæ, &
Prælatis [f]. Item poſtmodum, ut ad *tem-* f
poralia competentior habeatur acceſſus, 5.
præmittetis, qualiter Romana Eccleſia Mater Fidelium & Magiſtra illos utpote jam ad ſuum gremium venientes inter alios Catholicos Principes plenis favoribus, quantum cum Deo, & ſine offenſa juſtitiæ poterit, intendens proſequi & fovere, ſollicitè cogitavit, & cogitat, ut unionis prædictæ negotium ſic ſubmotis impedimentis quibuſlibet ſolidetur, quòd actore Domino eorumdem Imperatoris & primogeniti, ac etiam poſterorum ſuorum ſtatus tranquillior, & firmior perſeveret. Et ideo eadem Romana Eccleſia non ſolùm ad ſolidandum ipſius unionis negotium quoad ſpiritualia, ſed ad tollendam etiam quoad temporalia omnem diſſenſionis, & turbationis materiam aciem ſuæ proviſionis extendens nihil eidem Imperatori celat, nihil operit, ſed tamquam ſollicita Mater & diligens omnia illi velut Dilecto Filio

(a) Reportetis: Hæc epiſtola pariter inter illas *Innocentii V.* reperitur; ſed ex dictis ad præcedentes litteras cenſenda eſt hujus Joannis XXI., qui ſimilem epiſtolam dederat anno 1276. 20. Movembr. de Nunciis *Ferentin.*, & *Taurin. Epiſcopis*, aliiſque: ut apud Raynaldum ad eum ann. n. 45. dataque verò hæc eodem tempore, quo ſuperiores; & quo etiam Pontifex de eadem re ſcripſit *Andronico* Michaelis Palæologi Imp. primogenito epiſt. incip. *Lucis Creator Omnipotens &c.*, quæ in cit. Martenii &c. collect. eſt 32. ibi col. 250. perperam etiam *Innocentio V.* adjudicata, ut & 33. ibi col. 252. ſcripta Jacobo *Ferentin.*, & Gaufrido *Taurinen.* Epiſcopis, biniſque *Dominicanis* ad cit. Palæologum Nunciis, quam certo liquet eſſe Joannis XXI.

(b) Johannes: Ex notatis ad præcedentes litteras male collocata ſunt iſta inter epiſtolas Innocentii V.

(c) De Rectovio: Leg. *de Bettonio*, ut ſupra.

(d) Circa illos: Nimirum circa Imperatorem, ejuſque primogenitum.

(e) Innocentius &c.: Reponendum *Johannes &c.* ex dictis.

(f) Prælatis: Incip. *Grandis affectus &c.*

Digitized by Google

Johan. PP. XIX. al. XXI. An. Ch. 1277.

Filio aperit, omnia manifeſtat, ſanum-
que, ac ſalubre conſilium tribuit, eum-
que reddit attentum, ut præſcius dili-
genter conſideret; & ſibi, ſuoque ſtatui
conſultè valeat per vias pacificas provi-
dere ſuper eo præſertim, quod nonnulli
Principes Latinorum ab Imperarore præ-
fato injuriam ſibi aſſerunt irrogari, qui
multum de ſuâ juſtitiâ, & potentiâ gen-
6. tis ſe dicunt confidere. Ad hæc autem
proſequenda, & amplius dilatanda, prout
Dominus dederit, magna ſumi poteſt in-
ſtructio ex aliis litteris, quæ mittuntur
ſuper *temporalibus* eidem Imperatori, &
a incipiunt: *Pacis æmulus* [a]: & poſt iſta
cautius prælibata ipſi ſunt Imperatori
7. præſentandæ. Quoad *ſpiritualia* ergo
petatur ab Imperatore prædicto, ut pro-
feſſionem *Fidei*, & recognitionem *Pri-
matus* Eccleſiæ Romanæ factas olim ab
ipſo, quarum tranſcriptum portatis, ad
præſens firmet proprio præſtando corpo-
8. raliter juramento. Item licet Logotheta
nomine ipſius Imperatoris abjuraverit
Schiſma in Concilio Lugdunenſi, quia
tamen Logotheta ſuper hoc mandatum
ejus non oſtendit, petatur ab ipſo Im-
peratore, quòd illud perſonaliter abju-
9. ret. Item perſuadeatis, & dicatis Impe-
ratori prædicto, quod ex abjuratione hu-
juſmodi magis apparebit ſinceritas men-
tis ſuæ, quòdque Romanam Eccleſiam
magis favorabilem, & gratioſam exinde
10. ſibi reddet. Item ſimile juramentum
quoad profeſſionem *Fidei*, & recognitio-
nem *Primatus* prædicti factas, & abjura-
tionem *Schiſmatis* faciendam, petatur &
recipiatur a primogenito ſupradicto.
11. Item ſuper his tàm ab Imperatore, quàm
a primogenito petantur litteræ ipſorum,
quæ ſcribantur in conſervabili pergame-
b no [b]; muniantur ſuâ ſubſcriptione ſolitâ,
c & aureâ *Bulla* bullentur [c], & multipli-
d centur tàm in papyro [d], quàm in perga-
12. meno hujuſmodi. Item ſuadeatur dili-
genter eidem Imperatori, ut det operam,
A ſuggerendo Prælatis, ut cum ipſi non-
dum fecerint profeſſionem *Fidei*, & re-
cognitionem *Primatus*, faciant, & ce-
tera etiam, quæ petuntur ab eiſdem Præ-
latis ad ſolidationem negotii. Deinde 13.
quia dum ea, quæ agenda ſunt, tractum
ſuſcipiunt, ab injuriis & moleſtiis, quæ
poſſent exaſperare negotium, & pacis
perturbare tractatum, expedit hincinde
penitus abſtinere [e]. Agendum eſt in pri- e
mis de *treugis* [f] alicujus temporis propter 14. f
B hoc ſpecialiter ineundis, dè quibus præ-
fatus Imperator juxta perſuaſionem ve-
ſtram provideat. Perſuadeatur autem de
tempore, in quo Imperatoris CP. [g], & g
Regis Siciliæ conſenſus habebitur. Item 15.
ſuper eo quod idem Imperator Græcorum
petiit, videlicet ut Romana Eccleſia uni-
ta Græcis ritus obſervet eorum [h]; reſpon- h
dendum eſt ſic: quod ipſa Eccleſia inten-
dit eos, quantum cum Deo poterit, fa-
vorabiliter proſequi, & fovere in illis ri-
C tibus eorum, de quibus Sedi Apoſtolicæ
videbitur, quòd per eos & Catholicæ
Fidei non lædatur integritas, & ſacro-
rum ſtatutis Canonum minimè deroge-
tur. Item petendum eſt a ſingulis Præ- 16.
latorum, & Clero, quod ipſi *Fidei* ve-
ritatem, & ejuſdem Romanæ Eccleſiæ
Primatum juxta ſeriem in litteris fel.
record. Gregorii Papæ [i] prædeceſſoris i
Noſtri dudum per te, fili Frater *Hiero-
nyme*, ac tuos Collegas [k] eidem Palæo- k
D logo deſtinatis expreſſam [l], quarum te- l
norem vobiſcum portatis ad præſens, ple-
nè & ſeriosè lectam, & expoſitam fideli-
ter, explicitè, ac apertè infraſcripto
modo abſque ullâ conditione, vel adje-
ctione occaſione præteriti temporis appo-
nendâ, ſeu etiam faciendâ, ſed ſimpli-
citer, & purè, ſicut petitur, recogno-
ſcant, acceptent, & profiteantur præſti-
to juramento. *Ego prælatus Fidei ve-* 17.
E *ritatem, prout plenè lecta eſt, & fideli-
ter expoſita, veram, Sanctam, Catholi-
cam, & Orthodoxam Fidem eſſe reco-
gnoſco*;

(a) Pacis æmulus: Quas, ut dixi, *Johanni XXI.* attribuit Nicolaus III.

(b) Pergameno: Seu membrana, pelliceaque charta.

(c) Bullentur: Barbarè pro *ſubſignentur*, ac *ſigillentur*.

(d) Papyro: Nempe lintea charta pro veterum papyro.

(e) Abstinere: Imp. *Palæologum* inter, & Imp. *Philippum*, Regemque Siciliæ *Carolum*.

(f) De treugis: Quæ jam pactæ fuerant a Kalendis Maji an. 1276. in unum annum ex dictis ad epiſt. 9. Gregorii X. no. (k) Hinc magis apparet, has litteras non eſſe *Innocentii V.*, cujus in brevi Pontificatu Induciæ adhuc durabant.

(g) Imperatoris CP.: *Philippi* proximè memorati.

(h) Observet eorum: Hic ſenſus abruptus eſt niſi legas *aſſervet*, vel *conſervet*, ideſt ſinat Græcis ſuos ſervare ritus.

(i) Gregorii Papæ: Hujus nominis X.

(k) Tuos Collegas: Quorum nomina legimus in epiſt. 10. & ſeqq. prælati Gregorii X. datis anno 1272.

(l) Expressam: In epiſt. videlicet 10. incip. *Qui miſeratione &c.*

Digitized by Google

gnoſco; eam accepto; & corde & ore pro-
fiteor: ipſamque, prout eam veraciter
tenet, fideliter docet, & prædicat Sacro-
ſancta Romana Eccleſia, me inviolabili-
ter ſervaturum, & in ea omni tempore
perſeveraturum, nec ab ea ullo unquam
tempore receſſurum, quoquomodo devia-
turum, vel diſcrepaturum promitto.
Primatum quoque ipſius Sacroſanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ, prout in præmiſſa ſerie
continetur ad ipſius Eccleſiæ obedientiam
ſpontaneè veniens fateor, recognoſco, ac-
cepto, & ſpontè ſuſcipio; & me omnia
præmiſſa tàm circa Fidei veritatem,
quàm circa ejuſdem Romanæ Eccleſiæ
Primatum, & ipſorum recognitionem ac-
ceptationem, ſuſceptionem, obſervan-
tiam, ac perſeverantiam ſervaturum
promitto. Manualem inſuper obedien-
tiam, & reverentiam vobis, Sanctiſſimi
a *Patris Domini* INNOCENTII QUINTI [a] *Di-*
vina providentia Summi Pontificis, &
ipſius Eccleſiæ Romanæ nomine ex nunc
exhibeo, & me ab illis nullo unquam
tempore receſſurum, corporaliter præſti-
to juramento promitto, & confirmo. Sic
me Deus adjuvet, & hæc Sancta Evan-
18. *gelia.* Volumus præterea, ut in eorum-
dem Prælatorum & Clericorum promiſ-
ſione veniat, quòd nec contra ſuam pro-
feſſionem, aliquid publicè prædicare,
aut occultè ſuadere præſumant; quinim-
mo illi, qui officium prædicationis exer-
cent, publicè prædicent, & exponant fi-
deliter ſuis populis eamdem *Fidei* veri-
b tatem; & cantent etiam *Symbolum* [b] vi-
delicet cum adjectione illa *Filioque*.
19. Cauſa ergo, quare ſic cantari volumus,
hæc eſt, quia de hoc ſpecialiter actum
c eſt [c]; & recognitio veræ *Fidei* occultari
non debet, ſed revelari potius & publi-
20. cè prædicari. Adjiciatis nihilominus ve-
ſtræ ſollicitudinis ſtudio in omnibus præ-
dictis profeſſionibus, & recognitionibus,
quas fieri contigerit alias idoneas ſecuri-
tates & cautelas, quas vobis circumſtan-
tiæ ſuggerent exigendas. Cæterum ad fa-
ciliorem, & pleniorem conſummatio-
nem prædictorum expedire putamus, ut
ad ſingula loca inſignia illarum partium,
ad quæ poteritis, & de quibus videbi-

A tis expedire, vos perſonaliter confe-
ratis conjunctim, & diviſim promiſſio-
nes ſimiles in eiſdem locis cum ſolemni-
tate, ac obſervatione ſimili recepturi.
De hujuſmodi autem profeſſionibus, & 21.
recognitionibus fiant publica inſtrumen-
ta multiplicanda in varia omnino ſimilia,
ſigillanda ſigillis authenticarum perſona-
rum, quas contigerit eſſe præſentes, ut
aliqua penes vos retinere; nonnulla poſ-
ſitis deponere, ſi, & prout videritis ex-
B pedire; & alia per diverſos Nuncios pro-
pter inopinatos caſuum fortuitorum
eventus ad Sedem Apoſtolicam, ut in ejus
conſerventur Archivio, cum cautelâ, &
diligentiâ omnimodâ remittatis. Et ut 22.
quantò ſolemniùs & ſalubriùs eſt nego-
tium, tantò in eo ſtudioſiùs & diligen-
tiùs procedatur; veſtris volumus curâ, &
ſtudio provideri, ut in Cathedralibus, &
aliis ſolemnibus Eccleſiis, & Monaſteriis
locorum, in quibus profeſſiones & reco-
C gnitiones hujuſmodi factæ fuerunt, &
etiam aliorum profeſſiones & recognitio-
nes eædem in libris authenticis redigan-
tur in ſcriptis, ut in futurum conſervent
rei geſtæ memoriam; & ipſius recentio-
rem poſteris notitiam repræſentent dili-
gentiùs conſervandæ.

Schedula, *ſeu alia inſtructio ſuper his, quæ ſunt in ſuperiori Memoriali a Pontifice mitigata, & præfatis* Nunciis *data.* (Ex eo-
D dem MARTENE &c. col. 257.)

Eidem. XXXV.

INTER cætera, quæ continentur in *Me-* 1.
moriali, habetur inſertum, ut Palæo-
logus abjuret *ſchiſma* publicé: ſi autem
obtineri non poterit, quòd hujuſmodi
abjuratio fiat publicè; fiat ſaltem præſen-
tibus pluribus viris probis, Prælatis vide-
licet, ac Religioſis, & Nobilibus, qui
ſuper hoc perhibeant per ſuas litteras te-
E ſtimonium veritati. Item cum dicatur in 2.
Memoriali, quòd Palæologus abjuret
ſchiſma proprio juramento: ſi id haberi
non poſſit, ſaltem ratificet, quòd fecit
Logotheta ejus nomine in Concilio Lug-
dunenſi cum repetitione, & expreſſione
omnium & ſingulorum, quæ per eumdem
Logothetam in eodem Concilio facta

ſunt,

(a) INNOCENTII V.: Leg. *Joannis XXI.* ex ſuprà dictis.
(b) SYMBOLUM: Nempe *Fidei* Conſtantinopolit.
(c) ACTUM EST: Nedum recenter inter Latinos & Græcos, ſed & antiquitus Catholicos inter, & Arianos: alioſque hæreticos.

ſunt, quia mandatum ejus ſuper hoc non A
oſtendit ſuper hujuſmodi ratificatione
Imperatoris litteris concedendis. Item
3. licèt in dicto *Memoriali* dicatur, quòd
multiplicentur litteræ ipſius Imperatoris
& Filii: tamen ſi hoc obtineri non poteſt,
4. ſaltem habeantur duæ, vel una. Item
licet dicatur in formâ juramenti præſtandi a Prælatis, quòd promittant manualem obedientiam, & reverentiam: tamen
ſi id omnino haberi non poſſit, dimittantur ſub cautâ & coloratâ dilatione, ne in B
totum videantur negligi, vel omitti: Inſtetur tamen prudenter, ſi unquam valeat
obtineri, & inducantur Prælati ad id.
5. Item licèt dicatur in *Memoriali*, ut de
profeſſionibus & recognitionibus Prælatorum fiant publica inſtrumenta multiplicanda in varia: tamen ſi non poteſt haberi multiplicatio inſtrumentorum, habeantur tamen plura, prout melius fieri
a poterit, & haberi [a]. Item cautè, & provi-
6. dè, ſicut Dominus dederit, procuretis, C
b quòd negotium ſuper *temporalibus*[b] ponatur in manibus Romani Pontificis Apoſtolicæ proviſionis arbitrio terminandum.

Alia inſtructio pro Nunciis ſuis de his, quæ habent facere cum Imperatore, ac aliis Græcis ſuper Memoriali & Schedula *ſupra relatis*.
(Ex eod. MARTENE loco cit.)

XXXVI. *Eiſdem*.

LIcet ea, quæ in *Memoriali* vobis D
exhibito continentur, prout exprimuntur ibidem, vel eadem ſaltem, ſicut in aliâ *Cedula* vobis a Nobis traditâ mitigantur plenis cupiamus affectibus adimpleri; quia tamen unionis inter Latinos & Græcos tractare negotium intendimus ſtudiis promovere ſollicitis; & ne per alicujus doloſam aſtutiam diſpendia turbationis incurrat, cautis præſidiis confovere volumus; & Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus duce prudentiâ in negotio procedentes tàm a Palæologo, & Primogenito ejus, quàm a Prælatis & Clero Græcorum prædicta omnia & ſingula in *Memoriali* contenta præfato, vel ſaltem eadem, prout in prædictâ traditâ vobis ſunt *Cedula*, mitigata, recipere ſtudeatis. Quòd ſi prædicti ea, prout ipſius *Memorialis* habet expreſſio, vel ſaltem ejuſdem *Cedulæ* mitigatio comprehendit, noluerint adimplere; vos ab ipſis ea, quæ poteritis, commoda recipere ſtudeatis, eis tunc apertiùs exprimentes, quòd illa taliter mitigata in hujuſmodi caſu nequaquam ſufficere dignoſcuntur: Verumtamen ad Apoſtolicæ Sedis notitiam eadem vivæ vocis oraculo perducetis [c]. c

Deſunt nobis hujus Pontificis Epiſtolæ ſequentes.

1. EPiſcopo Taracinen. prò noſtro *Ferentini* Cœnobio conſtruendo ex epiſtola Nicolai III. *Significarunt Nobis &c.* anno 1278. Idibus Maji data.
2. Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, aliiſque Prælatis Eccleſ. pro recipiendis, & ſubveniendis FF. Jo. Ord. Prædicat., & Hieronymo Ord. Minor. Generalibus Præf. ad Reges Franciæ, & Caſtellæ Apoſtolicis Legatis ex epiſt. ejuſdem Nicolai III. *Cum olim fel. record.* eodem anno 1278. 9. Kal. Maji ſcripta.
3. Priori Ord. Prædicat., Guardiano Ord. Minor *Lugdunen.*, & Decano Viennen. Eccleſ. ſuper controverſia inter Archiepiſcopum, & Capitulum, alioſve *Lugdunen.* ex epiſtola Martini IV. *Sicut ad Noſtrum &c.* an. 1283. 9. Januarii exarata.
4. Tartaris Orientalibus 6. Fratres Ordin. Min. legat, eiſque commendat pro Fidei Catholicæ promulgatione ex Salimbene Parmenſi autore ſynchrono in Ms. Chronico pag. 297.
5. Prædictis 6. Fratribus Ord. Min. ad *Tartaros* miſſis ex cit. autore.

SEDE

(a) ET HABERI: Omnia obtinuit Pontifex Nicolaus III. quoad *ſpiritualia*, ut infra ſuo loco.

(b) SUPER TEMPORALIBUS: Nempe ſuper diſcordia inter Palæologum, & Philippum Imp. CP., Regemque Siciliæ Carolum alias recenſita; idque etiam petiit Nicolaus III., ut ibi epiſtola 75., ſed nihil factum eſt.

(c) PERDUCETIS: Græcos quidem profeſſionem *Fidei* Catholicæ firmaſſe, & recognitionem *Primatus* Romanæ Eccleſiæ ſuſcepiſſe teſtatur *Nicolaus III.* in ſuis ad eoſdem litteris; tamen quædam remanſiſſe adimplenda ſcribit, ob quæ alios eò Nuncios tranſmittere coactus eſt, ut ibi legere eſt. Hujus porro 2. legationis Conſtantinopolitanæ *Hieronymi Generalis* meminerat vetus autor Chronici XXIV. Generalium O. M. addens: *utrum tamen iverit, non inveni*. Sed eos iviſſe colligimus ex Nicolai III. epiſtola *Sicut ex litterarum &c.* M. Palæologo anno ſequenti die 7. Octobr. ſcripta: *Miſſorum dudum ad te Nunciorum ipſius Eccleſiæ relatio perhibet*: ex alia epiſt. eidem, eodemque tempore: *Sedis Apoſtolicæ Nunciis tunc ad tuam præſentiam deſtinatis communicare &c.*: *ſuper his autem nullo a Magnitudine tua recepto reſponſo &c.* ſi enim non iviſſent, nullum etiam reſponſum erat recipiendum: item ex altera ejuſdem Pontificis ep. *Fraternitati tuæ litteras &c.* Patriarchæ, Prælatiſque Græcorum in ſequenti anno die 8. Octob. data illis verbis: *per Nuncios noviſſime ad hoc miſſos ex ejuſdem Eccleſiæ Rom. parte &c.*: necnon ex alia ejuſdem *Sicut tuam novimus &c.* Regi Siciliæ miſſa eodem anno die 18. Octobr., qua præmiſſo *Joannem Papam* M. Palæologo Imp. deſtinaſſe *Nuncios* etiam *ſupertemporalibus* ſubdit: *verum ſuper his adhuc optatus exitus non provenit*: nec ait eos non iviſſe, uti ſolent Rom. Pontifices ſcribere de iſtis.

Digitized by Google

SEDE VACANTE.

S. A. Nunciorum ſtudium, & labores commendant; ad inſiſtendum operi adhortantur, donec aut tractatus compleatur, aut a Sede Apoſtol. aliud mandatum receperint. (Ex Bibliotheca Vallicel. Rom. cod. Ms. C. n.49. pag.900., teſte etiam Raynaldo ad hunc ann. n.47.) A

I. Anno 1277. die ... Maji.

Miſeratione Divina Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales *dilectis Fratribus* Johanni *Magiſtro Prædicatorum*, & Hieronymo [a] *Generali Miniſtro Minorum Fratrum Ordinum, Salutem in Domino*. a

ADhibitum laudandæ ſollicitudinis ſtudium, & multiplices labores exactos in commiſſo induſtriæ veſtræ negotio ſuper reformandâ concordiâ inter excellentes Principes Chariſſimos Eccleſiæ Filios ... [b] *Franciæ*, ac ... [c] *Caſtellæ* Reges Illuſtres ex ſerie literarum, quas ſuper deſcriptione proceſſus in eodem negotio habiti nuper ex parte veſtrâ recepimus, colligentes ſtudioſam ſollicitudinem in Domino commendamus; & laboribus non indignè compatimur, nec immeritò congaudemus. Conſiderata enim illorum onera compaſſionem excitant; ſed dum ad illud inæſtimabile refectionis præmium, quod in Evangelio laborantibus & oneratis veritas pollicetur; oculus conſiderationis erigitur; conſiderantium animi ad congaudendum vobis potius invitantur. Cæterum cum illius in præmiſſis (b, c in margin; C, D)

A agatur obſequium, cui nunquam ſine retributionis ſpe certâ ſervitur; ſanctaque concordia utpotè Chriſtianitati perutilis Apoſtolicæ Sedis quamplurimum votis inſideat, eique admodum ſit votiva, præſentium vobis auctoritate mandamus, quatenus cæpto ſuper ipſius concordiæ reformatione tractatui per modos & vias, quas Dominus miniſtrabit, cum omni diligentiâ inſiſtatis nullo modo vos a proſecutione tractatus hujuſmodi ſubtrahentes, B donec de ipſius exitu, quem pacificum a pacis auctore humiliter imploramus, plenam certitudinem habeatis; niſi aliud ſuper hoc receperitis ab Apoſtolicâ Sede mandatum [d]. d

Ne copias in Italiam tranſmittat; neve ipſe huc deſcendat, antequam cœptus ineundi fœderis tractatus cum Carolo Siciliæ Rege *perfectus ſit; ſed Exarchatum Ravennæ, & Pentapolim Rom. Eccleſiæ reſtituat.* (Ex Ms. Cod. Vallicel. pag.67. apud Raynaldum ad hunc ann. n.48. & ſeqq.)

II. Anno 1277. die ...

Miſeratione Divina &c. [e] *Excellenti, & Magnifico Principi Domino* Rodulpho *Regi Romanorum Illuſtri, Chariſſimo ipſius Eccleſiæ Filio, Salutem in Domino*. e

QUamquam de vacatione Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Matris Noſtræ multipliciter anxiemur; quamquam illius conſideratio corda noſtra inceſſanter affligat; & filialis noſter affectus ad eam ad illius proviſionem utilem, quam totis præcordiis a Domino inſtanter expoſcimus, ſic nos urgeat, ſic univerſos

Exordium a curâ, & ſollicitudine pro ſtatu pacifico Principum Chriſtianorum conſervando.

(a) Hieronymo: De quo, ejuſque ſocio legationis legi poſſunt 2. & 3. epiſtolæ *Joannis XXI.* anno 1276. ſcriptæ.
(b) Filios ...: *Philippum*.
(c) Ac ...: *Alphonſum*, ad quos extat cit. epiſtola 2. Joannis XXI., & legatio dictorum Nunciorum.
(d) Mandatum: Quod an unquam prodierit, incertum: probabilius tamen exiſtimo, etſi epiſtola nullo ſit temporis intervallo ſignata, eam datam eſſe paulo poſt obitum Pontificis die 16. Maji ſecutum; pauloque poſt inde revocatum fuiſſe Fr. *Hieronymum*, ut obiret legationem Conſtantinopolitanam, ad quam deſtinaverat defunctus Pontifex; qua brevi expleta circa menſem Novembris reverſum Gallias repetiiſſe pro priſtino tractatu pacis complendo.
(e) Divina &c. Ut in ſuperiori epiſtola.

Digitized by Google

Sede Vacante An. Ch. 1277.

verſos conatus Noſtros vinculis ſolidæ charitatis aſtringat, ut nimirum a conſiderandis aliis, quaſi penitus abducamur; quia tamen totius Orbis, & veſter præcipuè, ac aliorum Chriſtianorum Principum Status pacificus Noſtris admodum inſidet animis; continere non poſſumus, quin ad illum Noſtræ convertamus conſiderationis intuitum; & ad procurandum, & conſervandum eumdem ſtudioſæ ſollicitudinis efficacem operam impendamus;

Recentibus Roman. Pontificum exemplis excitati.

præſertim cum ad id noſtrorum Patrum Romanorum Pontificum [a] recentia exempla nos excitent; in quorum proſecutione cum de Noſtro conſilio, & deliberatione proceſſerint, non ſolùm eorumdem Pontificum factum proſequimur; ſed & Noſtrum, ſicut infraſcriptorum ſeries manifeſtè declarat.

Gregorii X. ad id ſolicitudo.

Novit ſiquidem Excellentia Regia, quantâ fel. record. Gregorii Papæ X. tempore fuerit ſolicitudine, ac inſtantiâ laboratum [b], ut veſtris greſſibus in viâ pacificâ poſitis, veſtræ promotionis negotium quietiùs procederet, & ſecuriùs duceretur; ad quod, ſicut noſtis, varios idem Pontifex perutiles tractatus aſſumpſit; quos finaliter conſummari ejus, prout Domino placuit, de hoc mundo vocatio [c] non permiſit.

atque Innocentii V.

Quare venerandæ memor. Innocentius Papa V. ejuſdem Gregorii in Papali dignitate Succeſſor, conſultè conſiderans, quòd tranquillitati ſtatus publici, & veſtris præcipuè commodis, quibus in hoc providere paterno intendebat affectu, expediebat, ut tractatus hujuſmodi ante veſtræ Serenitatis adventum in Italiam firmitate debitâ vallerentur; Magnitudinem Regiam duxit per Apoſtolicas litteras [d]

rogantis Regem, ut Nuncios ſuos ad S. A. mitteret pro tractatu pacis,

rogandam in Domino, & hortandam vobis nihilominus perſuadens, ut quantò poſſetis celeriùs, aliquos viros idoneos pacem, & concordiam gerentes in votis, & a vobis plenum habentes, ad præmiſſa mandatum, ad eadem veſtro firmanda nomine curaretis ad ſuam præſentiam deſtinare: cum expediret omnino, & ſuæ propterea voluntatis exiſteret, ut iter ad veniendum in Italiam non aſſumeretis; & ſi aſſumpſeratis, nequaquam aſſumptum proſequeremini, antequam præmiſſa forent ſoliditate congruâ roborata;

mittentiſque ad eam Electum Albien.

Venerabili Fratre Bernardo Epiſcopo tunc electo *Albien.* ad veſtram propter hoc præſentiam deſtinato; qui cauſas utiles, & neceſſarias [e], non immeritò Pontificem ipſum *Innocentium* ad iſta movebant; & voluntatem ſuam ſuper illis, quamquam in prædictis litteris patenter expreſſam manifeſtiùs aperiret, quàm ex affectu ſincero conſuluerit, & cum Fratribus ſuis conſultâ deliberatione præhabitâ voluerit adimpleri.

Nuncius Regis ad Sedem Apoſtolicam accedit,

Tandem Venerabili Fratre ... *Baſilienſi Epiſcopo* [f] veſtro tunc Nuncio ad Sedem Apoſtolicam accedente; ac Excellente Principe Domino *Carolo* Illuſtri Rege Siciliæ Chariſſimo ipſius Eccleſiæ Filio apud Sedem exiſtente prædictam; præfatus Pontifex *Innocentius* laboravit ſolicitè, ac diligenter interpoſuit partes ſuas, ut tractatus hujuſmodi optatum exitum ſortirentur.

ſed Pontifex occumbit, & tractatus evaneſcit.

Sed eodem Pontifice *Innocentio*, ſicut de diſpoſitione proceſſit Altiſſimi, eum incurrente infirmitatis articulum; in quo temporalis curſum vitæ finivit [g]; tractatus ipſi deſideratæ conſummationis effectum conſequi minimè potuerunt.

Adrianus V. ſuccedit, & tractatui incumbit,

Inſuper piæ record. Adrianus Papa V. eidem Pontifici Innocentio in Apoſtolatus ſuccedens officio voluit, ut idem *Rex* ſe conferret Viterbium pro memoratis tractatibus proſequendis; ubi Venerabiles Fratres .. [h] Sabinen. Epiſcopum Joannem Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, & Jacobum Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diaconos Cardinales [i] ſuper proſecutione hujuſmodi deputavit.

ſed parum ſupervixit, & nihil egit.

Sed quia prædictus Pontifex *Adrianus* poſt promotionem ſuam breviſſimo tempore ſupervixit [k] aſſumpta proſecutio ad id, quod proſequentium intendebat inſtantia, non pervenit. Demum fel.

(a) Romanorun Pontificum: Quatuor infra relatorum.

(b) Laboratum: Anno 1274., & ſeq., ut in Annal. Eccleſ.

(c) De hoc Mundo vocatio: Anno 1276. die 10. Januarii.

(d) Per Apostolicas Litteras: Quæ in Annal. Eccleſ. non habentur.

(e) Necessarias: Supple *quæ*, ut apud Raynaldum ſupra cit.: *Albien.* vero Epiſcopi fit mentio in epiſtola 5. Joannis XXI. *Fel. record. Innocentius &c.*, & 6. *Habet fili &c.* anno ſuperiori datis.

(f) Basiliensi Episcopo: *Henrico* ex Ordine Minorum, de quo conſule no.(a) fol.228. ad epiſt. Gregorii X. *Ne Celſitudinem &c.* anno 1275. exaratam.

(g) Vitæ finivit: Anno 1276. die 22. Junii.

(h) Fratres ...: *Bertrandum* a S. Martino Gallum, qui adhuc hoc anno 1277. vitam agebat ex 25. epiſt. Joannis XXI.

(i) Diaconos Cardinales: Quorum primus ad Summum Pontificatum evectus dictus eſt *Nicolaus III.*, alter vero *Honorius IV.*

(k) Supervixit: Mortuus eodem anno 1276. die 18. Auguſti poſt dies 48. regiminis Pontificii.

Digitized by Google

Sede Vacante An.Ch. 1277.

Joannes XXI. tractatum aggreditur,

fel. record. Joannes Papa XXI. ad apicem Apoſtolicæ dignitatis aſſumptus, licèt libenter ſuper hujuſmodi tractatibus fuiſſet eorumdem Prædeceſſorum ſuorum ſtudia proſecutus [a]; quia tamen nec præfatus *Baſilienſis* Epiſcopus, nec quivis alius ad hæc transmiſſus, vel a vobis habens ad præmiſſa mandatum, veſtro firmanda nomine, in Romanâ Curiâ præſens erat; ipſe deſiderans præmiſſum negotium, ſcandalis, & impedimentis quibuſcumque ſubmotis, ad pacificum, & deſideratum exitum devenire, ut proceſſus veſter quietior eſſe poſſet; & propter hoc laudabiles in iis eorumdem Prædeceſſorum ſuorum ſemitas proſequens, Magnificentiam veſtram per ſuas litteras [b] attentè rogavit, & hortatus eſt in Domino Jesu Christo, ut cum omni feſtinantiâ, quâ poſſetis, aliquos viros idoneos pacis, & concordiæ zelatores plenum a veſtrâ Celſitudine mandatum habentes, ad eadem veſtro firmanda nomine, ad ipſius præſentiam mitteritis cum expediret admodum, & propterea ſuæ voluntatis exiſteret, ut iter ad veniendum in Italiam non aſſumeretis; & ſi aſſumpſeratis, nequaquam aſſumptum proſequeremini, donec eorumdem tractatum exitu cognito, vobis ab eo ſuper adventu veſtro ipſius, & Apoſtolicæ Sedis beneplacitum litteras ſpeciales, & Nuncios certitudinaliter panderetur. Voluit quoque idem Pontifex *Joannes*, ut prænunciaretis eidem, quando viros eos venturos ad ſuam præſentiam veriſimiliter crederetis; ut interim procuraret, quòd & præfatus *Rex* de ſuis provideret propter hoc Nuntiis deſtinandis, qui cum viris eiſdem in Curiâ Romanâ concurrerent, quò magis utriſque præſentibus in eorumdem proſecutione tractatuum proceſſus efficax haberet: & nihilominus dilectum filium *Fratrem Bartholomæum de Amelia* [c] de Ordine Minorum ad veſtram Celſitudinem deſtinavit, cauſas utiles, & neceſſarias, quæ ipſum non immeritò ad præmiſſa efficaciter inducebant, & voluntatem ſuam ſuper illis apertiùs expreſſurum, quàm ex affectu puro conſuluit, & nobiſcum conſultâ deliberatione

Regem per litteras precatus, ut quantocius Nuncios aliquos mitteret ad concordiam ineundam,

priusquam in Italiam ipſe deſcenderet.

miſitque etiam Nuncium ſuum Fr. Bartholomæum O. M.

A præhabita voluit adimpleri. Profectò intendebat hujuſmodi præmiſſorum Pontificum Romanorum, & ſpecialiter Innocentii, & Joannis paterna proviſio quieti ſtatus publici; & veſtris, ſicut in litteris eorumdem exprimitur, ſingulariter volens providere profectibus, ut omni diligentiâ caveretur, ne per veſtrum; aut veſtræ militiæ, ſive gentis adventum in Italiam, ad ſeditioſorum ſuſurra, quibus pluſquam expedit refertus eſt Orbis, vel eorumdem immiſſiones malevolas aliquid turbationis inſurgeret, quod dictorum conſummationi tractatuum impedimenti obicem miniſtraret. Verùm licèt & vos, memorato Pontifice Joanne adhuc vivente, Venerabilem Fratrem noſtrum *Tridentinum* Epiſcopum [d] propter hoc ad eamdem Sedem duxeritis deſtinandum, qui eodem Pontifice Joanne, prout ille, *qui aufert ſpiritum Principum*, permiſit, de hac luce ſubducto [e], a Curiâ præfatâ receſſit; & Nuntii præfati *Regis*, propter hoc eamdem Sedem e veſtigio adeuntes, ſe pro parte ipſius *Regis* paratos obtulerint ad eoſdem tractatus proſequendos, & prout eſſet expediens conſummandos; tamen propter memorati obitum Pontificis Joannis, & ipſius Epiſcopi *Tridentini* receſſum nullus in eiſdem Tractatibus potuit haberi proceſſus; nec eſt de ipſis, prout deſideramus, communibus utilitatibus fatisfactum. O utinam, Princeps inclyte, toti Orbi, nobis, & vobis fuiſſet ex alto conceſſum, ut aliquo prædictorum Pontificum longiori vitâ donato, tractatus ipſi conſummationem votivam, & Mundo perutilem recepiſſent! O utinam vel nunc noſtris deſideriis, & totius Chriſtianitatis commodis annuat Divina clementia, & celeriter, ut optamus, idoneum Eccleſiæ ſuæ Paſtorem indulgeat, cujus circumſpecta providentia, & provida circumſpectio cunctis Chriſtianitatis occurrat incommodis; & in iis, & aliis opportunum antidotum ſuæ proviſionis apponat! Sed ne interim, quæ per eoſdem Pontifices præcipuè Innocentium, & Joannem de Noſtro Conſilio proceſſerunt, non ſine veriſimili grandis conjecturâ

qua Pontificis intentione, quave ſuaſione.

Miſit & Rex ad S. A. Tridentinum Epiſcopum,

Pſal. 75. 13.

qui obeunte Pontifice receſſit, & pacis tractatus evanuit.

(a) Prosecutus: Statim ab initio ſuæ promotionis.
(b) Per suas litteras: Incip. *Habet fili &c.* ſupra relatas num. 6. fol. 251.
(c) Fr. Bartholomæum de Amelia: De quo in dictis Joannis XXI. epiſtolis.
(d) Tridentinum Episcopum: *Henricum* in epiſt. Gregorii X. *Solent ardua &c.* memoratum.
(e) Subducto: Anno 1277. die 16. Maji.

Digitized by Google

Cardinalium Senatus Pontificum cœptis incumbit,

râ diſcriminis negligere videamur; eorumdem Pontificum proviſionem laudabilem de Noſtro conſilio inchoatam imitatione, commodis publici ſtatus accomoda, proſequentes; Serenitatem Regiam affectuosè rogamus, & hortamur in Domino JESU CHRISTO, Celſitudini veſtræ attentiùs ſuadentes, quatenus aliquem, vel aliquos viros idoneos, zelatores tranquillitatis, & pacis plenum a veſtrâ magnificentiâ mandatum habentes ad tractatus eoſdem proſequendos, & nomine veſtro, Deo auſpice, conſummandos ad Sedem ipſam, quantò celeriùs poteritis, deſtinatis, veſtræ Magnificentiæ litteras præmiſſuri, per quas eidem Sedi de adventus Nuntiorum ipſorum tempore innoteſcat; ut & memorati Regis Nuncios eodem tempore cum ipſis in eâdem Curiâ concurrere procuremus. Speramus enim in Domino, & in Omnipotentiâ virtutis ipſius, quòd ipſo, in cujus ditione cuncta ſunt poſita; cui eſt in facili cuncta perficere ſine cujuſquam molimine tarditatis, miſericorditer faciente, interim erit eidem Eccleſiæ de *Paſtore* proviſum, qui veſtris, & ſæpefati *Regis* Nuntiis, & præſentibus eiſdem tractatibus ſolerter, prout expedire videbitur, intendet; & eos feliciter auctore Domino conſummabit. Quæſumus autem, & inſtanter expoſcimus, ut quod de veſtro adventu in Italiam per eoſdem præcipuè Pontifices INNOCENTIUM, & JOHANNEM de noſtro, ut præmittitur, conſilio ſunt proviſa, diligentiùs obſervantes nullam contra præmiſſam providentium intentionem in Italiam militiam, ſive gentem medio tempore deſtinetis; facturi, quòd hujuſmodi militia, ſive gens iter non proſequatur aſſumptum, ſi forſan jam iter arripuiſſent in Italiam veniendi; conſultiùs attendendo, quòd ex hoc contra votum, & beneplacitum ipſius Sedis, ac Noſtrum præmiſſis tractatibus non levis impedimenti parari poſſet occaſio; & iidem tractatus, quàm periculoſiſſimè impediri. Cæterum quæ circa ejuſdem Eccleſiæ Terras, & ſpecialiter *Exarchatum* Ravennæ, ac *Pentapolim* iidem Pontifices INNOCENTIUS, & JOHANNES a veſtrâ Magnificentiâ per prædictos ſuos Nuncios, & literas petierunt, Nos cum precum inſtantiâ repetentes affectuosè depoſcimus, & rogamus nunc ſaltem celeri executione compleri [a]. Advertat itaque Regalis circumſpectionis induſtria præſentem ipſius Matris Eccleſiæ ſtatum; & beneficiorum ejus non immemor ſuæ viduitatis incommodis, quibus ad præſens premitur, ab illis auxiliante Divinâ potentiâ celeriter liberandâ, filiali compatiatur affectu. Et ecce, dilecte fili, religioſum virum Fratrem *Martinum de Tuſcan.* [b] Ordinis Prædicatorum, quem fide dignum perhibet religionis ipſa profeſſio, ad veſtram præſentiam deſtinamus, ut præſentes vobis Noſtras litteras repræſentans, quæ continentur in eis, oraculo vivæ vocis exponat.

& Regem rogat, & hortatur ad id, quod ſupra

ſpem tribuens de Pontifice proxime eligendo, qui tractatui intendet,

urgens iterum, ne in Italiam Rex deſcendat, nec militiam tranſmittat ante tractatum.

Repetitque Ravennæ Exarchatum, & Pentapolim Pontificum exemplo,

mittens ad hæc Nuncium Fr. Martinum O. P.

Datum Viterbii Apoſtolicâ Sede Vacante Anno ... [c]

NICO-

(a) COMPLERI: Quod tandem anno ſequenti ſub *Nicolao III.* peractum eſt.

(b) FR. MARTINUM DE TUSCAN.: Vulgo *Tuſcanella* in Hetruria, non *Cuſanum*, ut habet Raynaldus citatus num.47., Scriptoribus tamen ſui Ordinis ignotum.

(c) ANNO ...: 1277. Inter menſes Maji & Novembris, quibus Sedes Romana vacavit: veriſimilius tamen eſt, tantum Eccleſiæ negotium a Cardinalium Senatu non dilatum, ſed paulopoſt obitum *Joannis XXI.* Regi commendatum. Nec poſſum non advertere, mirarique oſcitantiam autoris *Supplementi* Waddingiani ad hunc ann. n.1. aſſerentis, *Joannem PP.* Rodulpho Rom. Regi ſcripſiſſe hoc *Cardinalium* decretum tranſmittendo III. *Nonas Februarii*; cum iſtud exaratum fuerit poſt mortem ejuſdem Pontificis.

NICOLAUS III.

Nicolaus PP. III. An.Ch.1277.

Antea Joannes Cajetanus Urſinus Romanus ex S. R. E. Card. Diac. S. Nicolai in Carcere Tulliano electus eſt Viterbii in Romanum Summumque Pontificem anno 1277. die 25. Novembris, Romæ verò conſecratus, & coronatus die 26. Decembris ejuſdem anni; cumque Cathedram Petri rexiſſet annis II. menſibus VIII. diebus XXVIII. a die electionis; a coronatione verò annis II. menſibus VIII. minus II. diebus, migravit e vita Suriani in agro Viterbienſi die 22. Auguſti anno 1280.

Nuncios legat componendæ diſcordiæ inter eum, & Caſtellæ Regem cauſa, monetque, ut amplectendæ pacis aures animumque præbeat. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 3. apud Waddingum in Regeſ. Pontif. ad hunc annum num. 1. nunc 218. in Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. num. 1. pag. 553., atque ex parte etiam apud Raynaldum n. 56.)

I. Anno 1277. die 2. Decembris.

NICOLAUS

ELECTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

a *Cariſſimo in Chriſto Filio* [a] ... *Regi* Francorum Illuſtri *Salutem*, & *Apoſtol. Benedictionem*.

Exordium ab animo promovendi Regia commoda

QUanto ex poteſtate Apoſtolorum Principi, ejuſque ſucceſſoribus a Domino tradita humilitati Noſtræ ad promovenda commoda regia, diſpendiaque vitanda liberior conceſſa eſt ex cæleſti permiſſione facultas; tantò Noſter affectus ad claræ memoriæ patrem tuum Regem [b], Regnumque *Franciæ* in Nobis radicatus ab olim ad tuam Regalem Excellentiam, & ejuſdem Regni ſtatum provehendos ad proſpera, & a quovis diſcrimine præſervandos ferventior inardeſcit, adeo ut ſui fervoris inſtantia nec Nobis, nec Fratribus Noſtris, quos proviſioni Eccleſiæ cum ſollicitudine multâ vacantes clauſura diutina [c] non leviter moleſta vexarat, quietem aliquam quamquam ſatis neceſſariam indulgere permiſit, nec obſervantias Eccleſiæ Romanæ ſolitas obſervare. Hinc præter ipſius Eccleſiæ morem ſecundum quem ſolent litteræ Apoſtolicæ promotionem Romani Pontificis nunciantes, præſertim ad Principes, quaſcumque alias ipſius Pontificis prævenire; Nos Celſitudini Regiæ Patrem prius paternis exhibemus affectibus, quam litteratoriis ad hoc conceptis affatibus nuntiemus [d]. Vocati ſiquidem licet impares meritis, ad Apoſtolatus officium, in craſtinum vocationis [e] hujuſmodi Fratribus ipſis convenientibus una nobiſcum, poſt conſuetum charitatis alloquium; ad eoſdem amaram Nobis, & eis diſcordiam, quam inter ſe, & Chariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum ... Regem *Caſtellæ* [f], ac *Legionis* Illuſtrem pacis æmulus tuus, & illius, immò potius chriſtianitatis per ſe potiſſimè, ac ipſum contra hoſtes Fidei ampliatis profectibus invidens excitavit; ante omnia obtutibus Noſtræ conſiderationis expandimus animarum pericula, ſtra-

b præſertim vero Regni Franciæ.

Diſtinctum prodit erga Regem affectum;

perpenditque, quantum diſcordia noceat,

(a) Filio ... : *Philippo III.*
(b) Regem : *S. Ludovicum*.
(c) Clausura diutina : In Conclavi Viterbien., ubi ultra 6. menſes vacante Rom. Eccleſia ſteterunt Cardinales.
(d) Nunciemus : Litteras enim ſuæ promotionis encyclicas dedit anno ſequenti die 15. Januarii apud Raynaldum ad hunc ann. 1277. n. 58.
(e) In craſtinum vocationis : Nempe die 26. Novembris.
(f) Regem Caſtellæ : *Alphonſum X.* de quo non ſemel ſupra verba fecimus.

Digitized by Google

Nicolaus PP. III. An. Ch. 1277.

ſtrages corporum, damna rerum, impedimenta negotiorum Domini tuam ſingulariter expectantium potentiam promotricem; quæ niſi eam virtus præcedat Altiſſimi, procul dubio eadem diſcordia comminatur; in multa mentis amaritudine recenſentes. Specialiter autem tuam, ejuſdemque tui Regni, ob præmiſſam, ut intelleximus, excitatam diſcordiam [a] conſiderata commotio eò gravius Nos anxiat, & perturbat; quò eam periculoſiorem advertimus; & ſi veritati non parcitur, multorum judicio à laudabilibus Progenitorum tuorum ſemitis alienam. Nunquid enim *Gallicanæ* Eccleſiæ gladius in Catholicæ Fidei Profeſſores vel limari conſueverat, ut terreret; vel acui, ut feriret, aut Chriſtianum ſitire, vel effundere ſanguinem; ſeu Catholica Regna ſubvertere, vel etiam conculcare; in Chriſti blaſphemos ad ipſius exaltationem *Fidei*, & dilationem Chriſtiani cultus limatus hucuſque potius, & acutus? Hæc Fili cariſſime, quæſumus tecum ipſe conſidera; conſultiùs tecum penſa; & ſalubriùs Noſtris monitis, & conſiliis ex ſingularitate charitatis ad te Filium prædilectum præcedentibus [b] acquieſce; ad quæ Magnificentiæ tuæ plenius exprimenda & præparanda inter te, ac memoratum Regem pacis, & ſolidæ concordiæ fœdera per dilectos Filios Fratres *Johannem* [c] Magiſtrum Prædicatorum, & *Hieronymum* [d] Miniſtrum Minorum FF. Ordinum ad hæc Apoſtolicæ Sedis Nuntios reformanda, pariter & confirmanda dilectum Filium *Fr. Johannem de Viterbio* [e] ejuſdem Prædicatorum Ordinis Procuratorem religione, prudentiâ, & fidelitate conſpicuum, ac gratâ experientiâ Nobis, & Fratribus Noſtris acceptum ad tuam præſentiam, ut affectum, monita, & conſilia Noſtra preſſiùs tuis præcordiis imprimat, quam litteralis ſeries exprimat, deſtinamus. Sic enim ad promotionem Regalis proſperitatis afficimur, ut in iis & litteras Nuncii, & Nuntium litterararum exiſtimemus ſuffragio indigere; nec contenti ſumus alterutro; immò vix Noſtris deſideriis ſatisfacere poſſe reputemus utrumque, niſi quod ex eo quem ad dictum Genitorem tuum hactenus geſſimus, & ad te, idemque Regnum gerimus animo, de tuâ generoſitate veriſimili conjecturâ ſupponimus, quod præmiſſum Noſtræ ſingularis dilectionis affectum liberali gratitudine compenſabis; nec præcum Noſtrarum primitiis repagulum alicujus difficultatis oppones: Ex hoc itaque grandi concepta fiducia Serenitatem Regiam monemus, rogamus, & hortamur attente, obſecrantes in Domino Jesu Christo per aſperſionem ſui pretioſiſſimi Sanguinis obteſtantes, quatenus memorato *Fratri Johanni* de Viterbio in præmiſſis ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis & Noſtram benignam audientiam præbeas; & audita ſic promptè ad gratiam exauditionis admittas, quòd ad occurrendum tantis ipſius chriſtianitatis incommodis, & periculis obviandum, in hujuſmodi reformatione concordiæ, tua Noſtris vota conformes; & prædictorum Nunciorum Sedis ipſius conſiliis, ſuaſionibus, commonitionibus, aliiſque proceſſibus acquieſcas: Gratum ex hoc Creatori tuo, cujus proindè negotia, & præcipuè *Terræ Sanctæ* impedimentis ſubmotis efficaciorem excutionem habebunt, præſtaturus obſequium; & in hac Noſtrâ novitate Nobis, qui multo id deſiderio petimus, munus acceptabile oblaturus. Cæterum ſcire te volumus, quòd ad ſæpefactum *Regem* ſuper iis, quæ ad ipſum exigit præſentis negotii qualitas, & congruere publicæ utilitati putavimus, alium *Nuncium* [f] deſtinamus. Nec mireris &c. [g]

Datum Viterbii iv. Nonas Decembris [h], Anno Primo.

[Marginalia: a & quam ſuum animum anxiet. — b Nuncios ſuos ad pacem conciliandam mittit. — Quantopere ad Regiæ proſperitatis promotionem afficiatur repetens. — & exhortans, ut Nuncio ſuo aures præbeat, atque monitis adhæreat. — ut negotia Domini præſertim Terræ S. adimpleantur.]

Conciliandæ pacis cauſa inter eum, & Galliæ Regem ſe Nuncios mittere ſcribit, hortaturque illius amplectendæ animum adjiciat: (Ex Reges. Vatic. epiſt. 4. apud Waddingum in Regeſ. Pontif. num. 2. nunc 29. & inde in Bullario Ord. Prædicat. tom. I. n. 2. p. 554., teſte etiam Raynaldo n. 56.)

NICO-

(a) Discordiam: In no (g) ad epiſt. Joannis XXI. *Habet infauſti &c* expoſitam.

(b) Præcedentibus: Nimirum ſub Joanne XXI. ex epiſt. prædicta.

(c) Fr Johannem: Vercellenſem.

(d) Hieronymum: Aſculanum, de quibus dictum eſt in cit. epiſtola Joannis XXI.

(e) Fratrem Johannem de Viterbio: Aliis legationibus ſatis notum in Annalibus Eccleſiaſticis, & apud ſuos.

(f) Alium Nuncium: Videlicet *Fr. Benventum* O. M., ut in ſequenti epiſtola.

(g) Mireris &c.: V. 1. *Bulla* Gregorii X. *Dira perſecutionis &c.* ut ſupra fol. 173.

(h) Decembris: Addas *ſuſcepti a Nobis Apoſtolatus officii*.

Digitized by Google

II.

Anno 1277. die 2. Decembris.

NICOLAUS

ELECTUS EPISCOPUS &c.

Cariſſimo in Chriſto Filio[a] *... Regi* Caſtellæ, *&* Legionenſis *Illuſtri Sal.*, *& Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium a deſiderio promovendi commoda Regum,

QUANTO ex poteſtate Apoſtolorum Principi, ejuſque ſucceſſoribus a Domino tradita humilitati Noſtræ ad promovenda commoda regia, diſpendiaque vitanda liberior conceſſa eſt ex cœleſti permiſſione facultas; tantò animus Noſter ad id, faciente pacis auctore, directus ab olim nunc pleniùs inardeſcit. Verùm etſi ad omnium corda in pacis unanimitate ſervandâ noſtra ſuſpiret intentio; Principes tamen, alioſque Magnates, & Te præcipuè, ac cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum Regem *Francorum*[b] Illuſtrem eò magis deſideramus eſſe concordes, quò inter vos maximè, cæteroſque participes regiæ dignitatis periculoſa diſcordia[c] & pluribus eſt onuſta diſpendiis, & plures involvit; hujus quippe Noſtri ferventis deſiderii Nos ſic urget inſtantia; ut nec Nobis nec Fratribus Noſtris &c.[d] Propter quod ad præciſionem ipſius remedia, quæ præſens ſtatus Romanæ Curiæ, anguſtiæque temporis patiuntur, ſine moræ diſpendio proſequentes dilectum Filium *Fratrem Benvenutum*[e] de Ordine Minorum virum utique religione, prudentiâ, & fidelitate conſpicuum, ac gratâ experientiâ Nobis, & Fratribus ipſis acceptum, ad effectum ſuaſiones, noſtraque monita, & conſilia in præmiſſis Magnificentiæ tuæ pleniùs exprimenda, & præparanda inter te, ac memoratum Regem pacis, & ſolidæ concordiæ fœdera per dilectos Filios *Fratres Johannem*[f] Magiſtrum Prædicatorum, & *Hieronymum*[g] Miniſtrum eorumdem Minorum Fratrum Ordinum ad hoc Apoſtolicæ Sedis Nuncios reformanda pariter, & firmanda de ipſorum *Fratrum* concilio ad regalem præſentiam deſtinamus; Serenitatem regiam monentes &c.[h] Gratum ex hoc Creatori tuo &c.[i] Cæterum ſcire te volumus &c.[k] Nec mireris. &c.[l]

& potiſſimum Caſtellæ, ac Francorum,

quorum diſcordia ſe, & Cardinalium Senatum adeo vexavit.

Propterea mittere Fr. Benvenutum O. Min.,

& Generales Ord. Prædicat. & Minorum,

quorum monitis & ſuaſionibus hortatur, ut acquieſcat.

Datum, *ut ſupra.*

Miſſi jam ad Reges Galliæ & Caſtellæ pacis inter eos componendæ cauſa agant cenſuris in acquieſcere contemnentes. (Ex Regeſ. Vatic. epiſt. 6. nunc 221. apud Waddingum in Regeſ. Pontif. ad hunc ann. n. 3. & inde in Bullario Ord. Prædicat. to. 1. n. 3. p. 555. de eaque teſtatur & Raynaldus n. 56.)

III.

Anno 1277. die 2. Decembris.

NICOLAUS

ELECTUS EPISCOPUS &c.

Dilectis Filiis Fratribus Johanni[m] *Magiſtro* Prædicatorum, & *Hieronymo*[n] *Miniſtro* Minorum *Ordinum Generalibus Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium a moleſta conſideratione diſſenſionis

VOCATIS Nobis, licèt inſufficientibus meritis, ad Apoſtolatus Officium, occurrit quaſi confeſtim conſiderationis Noſtræ conſpectui acerbis infeſta moleſtiis periculoſa diſſenſio, quam inter Cariſſimos in Chriſto Filios Noſtros *Franciæ*, & *Caſtellæ* Reges[o] Illuſtres incentor malorum omnium ſuſcitavit[p], amaras Nobis ſuas circumſtantias, quas frequenter, dum Nos minor ſtatus haberet, intra pectoris clauſtra revocavimus, repræſentans. Hinc enim Noſtris ſe offerebant obtutibus impedimentum proinde facilè receptura pia Dei negotia, & præcipuè *Terræ Sanctæ*: hinc ſe animarum pericula; Chriſtiani ſanguinis non quævis effuſio; gravia rerum diſpendia; & non ſolùm eorumdem *Regum*, ſuarumque Gentium, ſed & totius quaſi Chriſtianitatis in ipſorum commotione damnoſa

inter Reges Galliæ, & Caſtellæ,

& malorum, quæ inde oriebantur.

(a) Filio ...: *Alphonſo X.*
(b) Regem Francorum: *Philippum III.*
(c) Discordia: Aliàs expoſita.
(d) Fratribus Nostris &c.: Ut in præcedenti epiſtola uſque *amaritudine recenſentes.*
(e) Fr. Benvenutum: Eugubinum poſtea Epiſcopum, patria Urbevetanum, & antea in Provincia Romana contra hæreticam pravitatem Inquiſitorem.
(f) Fr. Joannem: Vercellenſem.
(g) Hieronymum: De quibus in præcedentibus literis.
(h) Monentes &c.: Ut in præcedenti epiſtola uſque *proceſſibus acquieſcas.*
(i) Creatori tuo &c.: Ut ibi uſque *acceptabile oblaturus.*
(k) Volumus &c.: Ibidem uſque *Nuncium deſtinamus*, nempe Fr. *Joannem Viterbien.* O. P.
(l) Mireris &c.: Ut in fine 1. *Bullæ* Gregorii X. *Dira perſecutionis &c.* ut ſupra fol. 173.
(m) Johanni: Vercellenſi, de quo in epiſt. Joannis XXI. *Habet infauſti &c.*
(n) Hieronymo: Aſculano ex cit. epiſtola.
(o) Reges: Philippum, & Alphonſum.
(p) Suscitavit: Cauſam diſcordiæ inter eos petas ex no. (g) ad prædictam epiſtolam *Habet infauſti &c.* ut ſupra fol. 248.

Digitized by Google

noſa turbatio ingerebant. Hæc quidem Noſtri cordis intima ſtimulant; acutiſque ſtimulis inſtanter Noſtrum officium interpellant, ut ad occurrendum tanto Religionis Chriſtianæ diſcrimini per opportuna remedia ocyus exſurgamus. Conſiderantes itaque, quòd cum ad *Prælatos* omnes, & *Epiſcopos* maximè ſpectare noſcatur in Diœceſibus propriis exhortationibus priùs, & tandem ſuæ Juriſdictionis, ac poteſtatis vigore ad concordiam revocare diſcordes; multò magis ad Nos, qui licèt immeriti poteſtatis plenitudine fungimur, Apoſtolorum Principi, ſuiſque Succeſſoribus ex alto conceſſæ, ſingulariter pertinet in univerſali Eccleſiâ, cunctâve congregatione Fidelium pacem quærere; ac ipſam facere diligentiùs obſervari. Et attendentes inſuper, quòd in *Lugdunen. Concilio* [a] in favorem negotii *Terræ* prædictæ providâ fuit deliberatione ſtatutum; ut in toto Orbe Terrarum inter Principes præcipuè, ac alios Chriſtianos pax generaliter obſervetur; Itaque quòd per Eccleſiarum Prælatos diſcordantes reducantur ad pacem, vel firmam treugam certi temporis ſpatio inviolabiliter obſervandam, & acquieſcere contemnentes per *excommunicationis* in perſonas, & in terras ipſorum *interdicti* ſententias compellantur; Noſtri circa hoc partes officii cenſuimus exequendas; & vobis quos ad tantæ utilitatis opus fervore confidimus; & nequaquam ad eorumdem *Regum* ſtatum pacificum affici dubitamus executionem hujuſmodi deliberavimus committendam [b]. Ideoque Diſcretionem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attentè, vobis de Fratrum Noſtrorum conſilio per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus *Reges* eoſdem, & Gentes ipſorum non tantùm ab omni congreſſu bellico, & invaſione, ſeu inſultu alterutrius in alterum, aut in terras, vel bona cujuſlibet eorumdem, ſeu ad ipſorum quemvis ſpectantia quoquo jure immo etiam a præparatione ſeu diſpoſitione quâlibet ad præmiſſa, & invocatione quâvis circa ea, occaſione quorum eſt exorta diſſenſio inter eos, per *excommunicationis* in perſonas, & *interdicti* ſententias in terras eorum; non obſtante quâlibet indulgentiâ *Regibus ipſis*, vel eorum alteri, ſeu cuilibet alii, ſub quâcumque verborum formâ, vel expreſſione ab Apoſtolicâ Sede conceſſâ, quando, & prout ſecundum Deum expedire videritis, auctoritate Apoſtolicâ per vos, vel per alios, ſeu alium compeſcatis; nihilominus pervigili ſtudio, & inſtantiâ indefeſſâ pacis, & concordiæ reformandæ inter *Reges* eoſdem cæpto vacaturi tractatui; & cauſas, ac modos, per quos id obtinere efficaciùs poſſe putabitis, Nobiſcum, quantâ celeritate poteritis, ſerioſiùs reſcripturi; cum Noſtri ſit omnino propoſiti ſicNos hujuſmodi conferre negotio, ſic curioſas, ſic ſolertes circa illud curas impendere, ac omni, qua poterimus diligentiâ providere, quòd ſatis inter *Reges* ipſos hactenus zizaniis radicitùs extirpatis, diſcordiâque ſublatâ, ac extincto diſcordiæ incentivo, pacis, & concordiæ, Noſtris admodum votis accommodæ, mundoque perutilis, redintegratio ſolida inter eos celeriter, Deo auſpice, ſubſequatur. Nec miremini [c] &c.

Datum, *ut ſupra* [d].

Prælatorum, & Epiſcoporum eſt diſſidentes componere.

& in Concilio Lugdunen. ſtatutum eſt de univerſali pace ſervanda.

Mandat Pontifex ut ſupra.

Obſtantibus derogando,

& cauſas, modoſque conſequendæ pacis poſcendo.

Prædeceſſorum curis pro jungenda inter ipſum & Siciliæ Regem pace ſe ſucceſſiſſe ſignificat; non mittendum ante rem perfectam exercitum, ſed Nuncios repetens. (Ex Ms. COD. VALLICELL. apud RAYNALDUM ad hunc ann. n. 54. & 55., & ex REGESTO VATIC. epiſt. 7. teſte Waddingo ad ann. 1278. n. 16. nunc epiſt. 222.)

NICOLAUS IV.

ELECTUS EPISCOPUS &c.

Anno 1277. die 12. Decembris.

Chariſſimo in Chriſto Filio ... [e] *Regi Romanorum Illuſtri, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

SOLET nota Principum unio, ut pauca ſaltem exprimamus e multis, obſtruere ora iniqua loquentium, quærentium

Exordium ab unione Principum.

(a) LUGDUNEN. CONCILIO: II. anno 1274. celebrato.

(b) COMMITTENDAM: Quod egerat & ejus prædeceſſor Joannes XXI. anno præcedenti ex ſupracitata epiſtola, etſi Nicolaus nullam omnino illius mentionem faciat.

(c) MIREMINI &c.: Ut in 1. *Bulla* Gregorii X. *Diræ perſecutionis &c.* fol. 173.

(d) Eodem modo, ac die Kalendis Decembris ſcripſit Simoni S. Ceciliæ Cardinali in Francia Legato de eadem re epiſt. 220. Regeſ. Vatic. mutatis mutandis.

(e) FILIO ...: *Rodulpho* non ſemel recitato.

Digitized by Google

tium inter ipſos ſuis ſuſurris diſſeminare diſcordias; diſſenſionum accendere incentiva: Solet guerris indicere terminum; pacem inducere ſubditis; quietem & ſecuritatem publicam præparare. Hinc itaque inter Te, ac Chariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum Carolum *Siciliæ* Regem Illuſtrem primò fel. rec. GREGORII PP. X. ſtudiis initam [a], ac poſtmodum ſucceſſorum ipſius Romanorum Pontificum nequaquam proſecutione ſolicitâ deſtitutam, tantò ferventiori deſiderio cupimus perfectâ conſummatione donare, quantò illam utiliorem avertimus; quantove ad eam ſtudio pervigili procurandam eorumdem Pontificum prædeceſſorum Noſtrorum imitandis invitamur exemplis. Hujus quippe noſtri ferventis deſiderii Nos ſic urget inſtantia, nec Nobis, nec Fratribus noſtris &c. [b] conſiderationem Noſtram confeſtim ad præmiſſa convertimus, & deliberatione præhabitâ communi voto proſecutioni cœptorum de hujuſmodi unione inter Te, & memoratum Regem conſummanda tractatuum deliberavimus inſtanter, & celeriter inſiſtendum. Et licèt eorum, quæ circa tractatus eoſdem, & adventum tuum, gentiſve tuæ in Italiam per prædeceſſores ipſos, dictorum quoque Fratrum Noſtrorum Collegium, de quorum numero tunc eramus, Regali Magnificentiæ fuere ſuggeſta, ſit forſan repetitio audientibus oneroſa; Nos tamen illa repetenda cenſuimus; ut ex ipſis eorumdem Pontificum, Fratrum, Noſtrique manifeſtiùs aſſumenda votorum identitas, & ad eadem liberaliter proſequenda inſtantiùs Te inducat; cum tantorum tàm concors, exactâ deliberatione præmiſsâ, tuæ Celſitudini toties repetita ſuggeſtio evidentiùs arguat, quàm ad eam Dei beneplacitum, & zelus ad tranquillitatem publicam rectus, ac debitus exhortantium, & ſuggerentium animos coegerunt &c. [c] Cum igitur humilitatem Noſtram ad gerendum in eâdem Eccleſiâ Paſtoris miniſterium proviſio, ſeu potius permiſſio Divina vocarit; Noſque ut tractatæ inter Te ac memoratum Re-

Concordiam inter duos Reges a ſuis prædeceſſoribus tentatam proſequitur,

& repetit Regi Rom. ea, quæ ſui prædeceſſores,

A gem unionis, Orbi tam utilis, & Chriſtianitati, ad ipſius exaltationem, Deo auſpice, promptiorem per neceſſaria fœdera conſummentur, ſemper geſſerimus hactenus, eòque nunc pleniùs geramus in votis, quò id ſingulariùs ad Noſtrum novimus officium pertinere: Serenitatem Regiam monemus, rogamus, & hortamur attente in Domino JESU CHRISTO ſincero tibi ſuadentes conſilio & ſalubri, quatenus tot & tantorum in idem cum diſcuſ-B ſione, ac deliberatione perpensà convenientium preces, monitiones, exhortationes, ſuaſiones, & conſilia prudenter attendens, & ea proinde utilia & ſalubria non indignè ſupponens, illiſque conſultiùs acquieſcens aliquos ſolemnes Nuncios juxta præmiſſam dicti tui Notarii aſſertionem earundem litterarum tuarum adminiculatione ſuffultam, quos ad hujuſmodi conſummationem tractatuum Dei timor & publicæ utilitatis, & tran-C quillitatis amor afficiat, cum pleno mandato ad tractatus eoſdem tuo nomine proſequendos, conſummandos pariter, & firmandos ad Sedem eamdem, ſublatâ quâlibet, prout opportunitas curioſè captanda permiſerit, dilatione, tranſmittas tuis prænunciaturus litteris, quando eos ad ipſam Sedem æſtimes veriſimiliter perventuros; ut procuretur qualiter uno eodemque tempore inibi concurrant ſæ-D pefati Regis Nuntii cum eiſdem: interim tamen contra præmiſſam proviſionem & intentionem providentium in Italiam non venturus, nec miſſurus aliquam militiam, ſive gentem &c. [d] Petitionem autem ſuper ejuſdem Eccleſiæ terris, ac ſpecialiter *Exarchatu Ravennæ*, ac *Pentapoli* Regali Excellentiæ toties inculcatam abſque ulteriori procraſtinatione rogamus, & petimus efficacis executionis promptitudinem adimpleri. Cæterum ad E præmiſſa licèt præſentium ſerie ſatis expreſſa, verbo ſerioſiùs exprimenda, tuiſque preſſiùs imprimenda præcordiis; nec non & cauſas, quæ Nos, dictos prædeceſſores, & Fratres Noſtros ad eadem non immeritò induxerunt, prædictorum *Albien-*

rogans eumdem, ut ad tractatus perficiendos mittat Nuncios,

ipſe vero non veniat, nec milites tranſmittat.

(a) INITAM: Supple *unionem*.

(b) FRATRIBUS NOSTRIS &c.: Ut in 1. præcedenti epiſtola uſque *alloquium ad eoſdem*.

(c) COEGERUNT &c.: Hic Pontifex, inquit cit. Raynaldus, exponit, quanto ſtudio Romani Pontifices contenderint a Rodulpho, ut antequam in Italiam traduceret exercitum, firmiſſimo fœdere cum Carolo Siciliæ Rege inito controverſias componeret; eaque omnia repetens; quæ leguntur in epiſt. *Quamquam de vacatione &c.* a Cardinalium Collegio ad ipſum Rodulphum hoc anno Sede vacante directa, & paulo ſuperius allata: poſtea ſubjungit.

(d) GENTEM &c.: Hoc loco nonnulla præteriit Raynaldus.

Se iterum ei legare Fr. Bartholomæum.

ſis Epiſcopi [a], & Fratris Bartholomæi [b] jam tibi miniſterio revelatas, denuo repetendas eumdem *Fratrem* Regali Excellentiæ non ignotum conſultò deliberavimus deſtinare; & repetita ejus miſſio Nobis, & eiſdem Fratribus Noſtris ipſum acceptum perhibens, & habitâ de ipſo notitiâ, ſibi apud Te audientiam benigniorem obtineant; & certiorem fidem haberi ejus relatibus in præmiſſis &c. [c] Nec mireris &c. [d]

Dat. Romæ apud S. Petrum II. Idus Decembris ſuſcepti a Nobis Apoſtolatus Officii Anno Primo.

Res quaſdam ſuas olim Aſſiſii *in noſtro Cœnobio S. Franciſci depoſitas repetit, & cui conſignandæ, ſignificat.* (Ex Autographo in Archivo dicti Cœnobii ab Auctore Collis Paradiſi &c. lib. 2. p. 34. vulgato.)

V. Anno 1278. die 1. Januarii.

NICOLAUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Dilectis Filiis Cuſtodi ... [e], *Guardiano* [f], *& Fratribus* Aſſiſiat., *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Ad vos, & locum veſtrum prærogativam ſpecialis affectionis habentes [g] fecimus ab olim, dum eramus in minori officio conſtituti, nonnulla de rebus Noſtris per dilectos Filios Magiſtrum *Petrum Faciſtantem* tunc Camerarium, & *Fratrem Conſtantinum* [h] Ordinis veſtri familiares Noſtros in loco ipſo deponi a vobis fideliter conſervanda; & tandem nemini, niſi certo, & fideli Nuntio Noſtro de recipiendâ, & aperiendâ liberè Arcâ, in qua res ipſæ conſiſtunt, ſpeciales Noſtras deferenti litteras, aſſignandâ. Volentes itaque diebus iſtis ad Nos res ipſas deferri, dilectum Filium *Andream de Nivernis* [i] Clericum, & familiarem Noſtrum latorem præſentium, de cujus fidelitate confidimus, ad vos propter hoc ſpecialiter duximus deſtinandum; Devotioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus Arcam, & res eaſdem dicto *Andreæ* Noſtro nomine ſic liberaliter ſine diminutione quâlibet aſſignetis ad Nos juxta Noſtrum beneplacitum deferenda; quòd exinde poſſitis tamquam devotionis filii meritò commendari.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Kalendis Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Inquirant virum idoneum, cui Canonicatum & Præbendam in Eboracen. *Eccleſia olim a ſe obtentam contribuant.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 211. an. 1.)

VI. Anno 1278. die 5. Februarii.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis Magiſtris Oliverio Decano, & Johanni dicto Romano Cancellario Eccleſiæ Lincolnien. [k], *ac Fratri Nicolao de Burſer* Cuſtodi *Fratrum Minorum* Eboracen. [l] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium a beneficio Eccl. Eboracen. ſuſcepto in minor.,

Infra clauſtrum Noſtri pectoris grata commemoratione revolvimus, quòd *Eboracen.* Eccleſia Nobis a Noſtris quaſi primordiis dulcedinis ubera propinavit, Nos lactavit ut Filium [m], & veluti mater propitiatrix allexit, ac tandem in Nobis tunc Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali delectationis incrementa ſuſcepit, vireſcentibus hinc, & inde fructibus ſolidæ charitatis; Nunc autem ad apicem Apoſtolatus, Divinâ Clementiâ diſponente, provecti dictam *Eboracen.* Eccleſiam

(a) Albien. Episcopi: De quo in epiſt. 5. & 6. Joannis XXI. *Felicis recordat. Innocentius &c.*, & *Habet Fili chariſſime &c.*

(b) Fr. Bartholomæi: Amerini in pluribus epiſtolis præcedentibus memorati, ut in cit. 5. & 6. Joannis XXI.

(c) Præmissis &c.: Ita deſinit Raynaldus.

(d) Mireris &c.: Ut in fine epiſtolæ 1. Gregorii X. *Dira perſecutionis &c.*

(e) Custodi: Erat enim Sacer Conventus Aſſiſiat. caput *Cuſtodiæ* ſui nominis, ibique morabatur plerumque Præfectus dictæ Cuſtodiæ.

(f) Guardiano: Qui & ipſe privilegio Apoſtolico *Cuſtodis* titulo decoratur, ut viſum eſt in 1. hujus Operis tomo; hic autem ad alterius Cuſtodis diſcrimen *Guardianus* loci Præfectus appellatur.

(g) Habentes: Exciterat namque Ordinis noſtri *Protector*.

(h) Constantinum: Ex hac una epiſtola notum.

(i) De Nivernis: Vulgo *Nevers* civitate Galliæ Lugdunen. Ducatus nunc titulo inſignita, & Epiſcopali ſub Senonen. Metropolitano.

(k) Lincolnien.: Angliæ Civitatis Epiſcop. ſub Cantuarien. Archiepiſcopo in finibus Ducatus, Provinciæque Eboracen.

(l) Eboracen.: Vulgo *York* Angliæ alterius Metropolis in Septemtrionem Inſulæ, eratque 2. *Cuſtodia* Provinciæ Angliæ ex veteri *Provinciali* Ordinis apud Barthol. Piſanum Conform. XI., 6. verò apud antiquiorem Jordanum in Chronico Ms. Biblioth. Vatic., cujus caput fuit Conventus *Eboracen.* in Annal. Min. prætermiſſus.

(m) Nos lactavit ut Filium: In *Eboracenſi*, *Sveſſionenſi*, & *Laudenſi* Eccleſiis Sacerdotia geſſiſſe Nicolaum teſtatur Raynaldus ad ann. 1277. num. 53. ex ejus epiſt. 50. Regeſ. Vatic. anni 1. to. 1.

Digitized by Google

cleſiam dignè in memoria retinemus; & ſecum affectionem mutuam partientes Nobis, & ſibi caritativè compatimur, quòd poſt initam invicem copulam Cardinalatus obedientia ſic è veſtigio Nos aſtrinxit, quòd localis diſtantia præſentialibus amplexibus conſtringi paſſa non extitit jam conjunctos. Et ideo cupimus Nobis in eâdem Eccleſiâ perſonam dignam ex quadam prærogativâ ſubſtitui, quæ vitæ munditiâ Nos inibi repreſentet; & executione ſacri myſterii exhibeat Altiſſimo laudes dignas. Cum itaque *Canonicatum*, & Præbendam, quos in eâdem *Eboracen.* Eccleſiâ promotionis Noſtræ tempore habebamus, donationi Noſtræ duximus reſervandos; ac decrevimus irritum & inane, ſi ſecus de illis a quoquam ſcienter, vel ignoranter contigeret attemptari. Nos ſperantes, vos in hac parte concurrere votis Noſtris, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus aliquem virum idoneum de Civitate, vel Diœceſi, aut Provinciâ *Eboracen.*, vel ſaltem de Regno Angliæ litteratum, & induſtrum, honeſtate præclarum, & aliis virtutibus inſignitum, nullum Eccleſiaſticum beneficium obtinentem, conſtitutum in Sacerdotio, vel ad illud infra unum annum ſtatutis temporibus promoveri paratum, in quo Nos, & dicta *Eboracen.* Eccleſia meritò delectemur, circumſpectione providâ perquirentes, eidem in præfatâ Eccleſiâ perſonaliter reſidenti; ad quod ipſum adſtringi volumus, corporali præſtito juramento; *Canonicatum* & Præbendam eoſdem cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, auctoritate Noſtrâ conferre, & aſſignare curetis, facientes ipſum in præfatâ *Eboracen.* Eccleſiâ recipi ad eamdem Præbendam in Canonicum & in Fratrem. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo; Non obſtantibus de certo Canonicorum numero; ſeu quibuslibet aliis ipſius Eboracen. Eccleſiæ ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis juramento, confirmatione Sedis Apoſtolicæ vel quâcumque aliâ firmitate vallatis; ſeu ſi aliqui ſunt Apoſtolicâ, vel aliâ quavis auctoritate in eâdem Eccleſiâ recepti, vel ut recipiantur inſiſtant, quibus illum, cui de dictâ Præbendâ taliter providendum duxeritis, volumus in

quod alteri ſed digno peroptat impertiri.

Ideoque mandat, ut ſupra.

Obſtantibus derogando.

A ipſius præbendæ aſſecutione præferri, ſed nullum quoad alios Canonicatus & Præbendas per hoc præjudicium generari; ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim a Sede ſit indultum eâdem, quòd ad receptionem, vel proviſionem alicujus minimè teneantur; quòdque ad id compelli, ſeu quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint; & quòd de Canonicatibus, & Præbendis Eccleſiæ memoratæ, vel beneficiis ad eorum Col-
B lationem ſpectantibus cuiquam nequeat provideri per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem; & qualibet aliâ dictæ Sedis indulgentiâ generali, vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam effectus præſentium impediri valeat vel differri; & de qua cujuſque toto tenore fieri debeat in noſtris litteris mentio ſpecialis. Volumus autem, quòd ſi ille, cui juxta præmiſſam formam du-
C xeritis de Canonicatu, & Præbenda hujuſmodi providendum; in Presbyteratus officio non exiſtens infra unum annum, poſtquam ei fuerit de prædictis Canonicatu & Præbendâ proviſum, neglexerit in Presbyterum ſe facere promoveri; aut ſi ipſe ſic promotus, vel alius, qui Presbyter proviſionem ipſam receperit, reſidere inibi perſonaliter non curarit, vel aliud Eccleſiaſticum benefi-
D cium recipere contigerit, præbendam retinendo prædictam; Canonicatum & Prebendam eoſdem, quos ex tunc vacare decernimus, omnino dimittat; & Nos eos ex tunc donationi Apoſtolicæ reſervamus. Decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſuper premiſſis, vel ipſorum aliquo ſecus a quoquam ſcienter, vel ignoranter extiterit attemptatum. Cæterum licet ipſi *Eboracenſi* Eccleſiæ in præfatâ Præbenda in officio Sacerdo-
E tali, aliis præmiſſis adjunctis conditionibus, ex quodam ſingulari affectu perſonaliter ſerviri mandemus; volumus tamen, quòd eodem ſic ordinato, vel ordinando Presbytero decedente, dicta Præbenda, conditionibus ſublatis prædictis, ad ſtatum priſtinum juxta laudabiles conſuetudines in præfatâ Eccleſiâ obſervatas hactenus reducatur, ita quòd per hoc dictæ Præbendæ vel ſucceſſoribus Presbyteri memorati, qui præbendam ipſam habuerint pro tempore, nullum

& conditionem apponendo,

aliamque ordinationem.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch. 1278.

lum per hoc in poſterum præjudicium generetur. Et quia ſuper hoc cupimus gratâ perceptione lætari; quicquid in hac parte duxeritis faciendum, Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes, fideliter intimare curetis. Quòd ſi aliquem ex vobis abeſſe de regno ipſo contigeret, duo veſtrum præmiſſa nihilominus juxta formam vobis traditam exequantur.

Commiſſione temperata.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Nonis Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Moneat Epiſcopum Patavin., *ut Monaſterium* Cellæ *Ord. S. Claræ gravare deſiſtat, & ſatisfactionem eidem impendat; alioquin ipſi diem dicat.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt.4. anni 1.)

VII.

Anno 1278. die 9. Februarii.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio Angelo Brandi Plebano Eccleſiæ Sancti Moyſi de Venetiis [a] *Caſtellanæ Diœceſis Salutem, & Apoſtol. Benedict.*

Clariſſarum Patavin. querimoniam exponit

GRavem ad Nos dilectæ in Chriſto Filiæ ... Abbatiſſa [b] Monaſterii *de Cella Paduan.* [c] Ordinis Sanctæ Claræ querimoniam deſtinarunt, quòd Venerabilis Frater Noſter [d] ... Epiſcopus *Paduan.* [e] ad gravamina ipſarum aſpirans cultoribus Terrarum & Poſſeſſionum dicti Monaſterii inhibet pro ſuæ libito voluntatis, ne de Proventibus prædictarum Terrarum & Poſſeſſionum Abbatiſſæ & Conventui reſpondeant memoratis, in illos, qui hujuſmodi ſuæ monitioni non parent, *excommunicationis* ſententiam auctoritate propriâ promulgando in grave ipſarum Abbatiſſæ & Conventus & dicti Monaſterii detrimentum. Ad hæc idem *Epiſcopus* quædam Molendina ad dictum Monaſterium pertinentia contra juſtitiam occupans ea detinet taliter occupata; alias eiſdem Abbatiſſæ & Conventui diverſa gravamina, & injurias irrogando. Sanè clamores validos prædictarum Abbatiſſæ & Conventus ſuper præmiſſis de præfato Epiſcopo conquerentium ad audientiam Noſtram perveniſſe meminimus, dum adhuc eſſemus in minori officio conſtituti [f]; ſicque illos conculcatione quaſi continuâ percipimus exercuiſſe; quòd ex eis non immerito provocati dignè compellimur dictis Abbatiſſæ & Conventui contra injurias, & gravamina ſupradicta de congruo remedio providere. Quocirca Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus memoratum *Epiſcopum* ex parte Noſtrâ per te, vel per alium, ſeu alios moneas, ut infra quindecim dierum ſpatium poſt monitionem hujuſmodi à prædictis omnibus gravaminibus & injuriis omnino deſiſtens eiſdem Abbatiſſæ & Conventui ſuper illatis plenam & debitam ſatisfactionem impendat; alioquin ipſum ex tunc peremptoriè citare procures, quòd infra unum menſem poſt citationem hujuſmodi per Procuratorem idoneum ad totam cauſam ſuper prædictis omnibus ſufficienter inſtructum cum omnibus juribus, & munimentis ſuis compareat coram Nobis facturus & recepturus ſuper præmiſſis, quod ordo dictaverit rationis; & nihilominus idem *Epiſcopus* infra quatuor menſes a die prædictæ citationis computandos, ſe perſonaliter conſpectui Apoſtolico repræſentet niſi dictus Procurator ſic properaverit interim aliquam cauſam rationabilem oſtendere coram Nobis, quare dictus *Epiſcopus* a perſonali præſentatione per Nos merito debeat excuſari; quòd ante decurſum dictorum quatuor menſium ſuper excuſatione ſuâ, ſi eam admitti contigerit, litteræ Noſtræ obtineri valeant, & ad dictum Epiſcopum congruo tempore pervenire. Diem verò citationis, & formam, & quicquid inde feceris, Nobis

de gravaminibus ab Epiſc. Patav. illatis,

& rerum occupatione.

Mandat Pontifex, ut ſupra.

(a) S. Moysi de Venetiis: De qua Eccleſia veteri & illuſtri conſuli poterit cl. Flaminius Cornelius N. V. de Venet. Eccleſ.

(b) Abbatissa: Deeſt, *& Conventus*, ut tenor epiſtolæ, & ſequentia verba demonſtrant.

(c) De Cella Paduana: *Arcellam* vocat Waddingus ad ann.1220. num.5., & ad ann.1242. num.4. a S. P. Franciſco fundatum ex Scriptoribus Patavinis, apud quem locum obiit *S. Antonius* Patavin., in eoque floruit *B. Helena* Enſelmina ex cit. Waddingo; *Cella de Padua* tamen dicitur in teſtamento Zilii Teci Maroſticani anno 1253. condito.

(d) Frater Noster ...: Mag. *Joannes Baptiſta* Tranſalgardus al. Capiliſtius, de quo Ughellus to.5. Ital. Sac.

(e) Episc. Paduan.: Al. Patavin. tunc ſub Patriarcha Aquilejen., nunc verò ſub Archiepiſcopo Utinen., anno 1256. ereptæ Ezelino tyranno Civitati conſtitutus uſque ad ann.1283. ſedit.

(f) In minori officio constituti: Dum nempe eſſet Card. Protector Ordinis etiam S. Claræ, de quo pluries in hoc Opere.

Digitized by Google

bis per tuas litteras harum ſeriem continentes ſtudeas fideliter intimare.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum v. Idus Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Libertates omnes, exemptiones, & privilegia a quibuſcumque conceſſa confirmat. (Ex Autographo in Archivo noſtri Conventus S. Crucis *Viennen.* Auſtriæ aſſervato ſub plumbo.)

VIII. Anno 1278. die 23. Martii.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis [a] *... Miniſtro, & Fratribus domus Ordinis Minorum de* Vienna [b] *Patavien. Diœceſis* [c] *Salut., & Apoſtol. Bened.*

a

b c

Exordium.

SOLET annuere Sedes Apoſtolica piis votis, & honeſtis petentium precibus favorem benevolum impertiri: Eapropter dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes

C aſſenſu omnes libertates, & immunitates a prædeceſſoribus Noſtris Romanis

d Pontificibus [d] ſive per privilegia, ſeu

Confirmat, ut ſupra.

alias indulgentias vobis, & domui veſtræ conceſſas; nec non libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum a Regi-

e bus, & Principibus, [e] aliiſque Chriſtifidelibus rationabiliter vobis, & domui prædictæ indultas, ſicut eas juſtè & pacificè obtinetis, vobis, & per vos eidem domui auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, &

D præſentis ſcripti patrocinio communi-

Clauſula prohib. &c.

mus. Nulli ergo &c. Noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum x. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri

f Anno Primo [f].

A

Inquirant contra mores malos Abbatis, & Conventus S. Petri Aggeren., *corrigant, & reforment.* (Ex Vatic. Reges. Pont. epiſt. 18. ann. I., teſte & Waddingo ad hunc annum num. 33.)

IX. Anno 1278. die 23. Martii.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum Ilerden. [g] *....* *Guardiano* Dertuſen. [h]

g h

Minorum Fratrum Ordinum, ac ...

B *Archidiacono Majori* Terraconen. [i] *Salutem, & Apoſtolicam Benedict.*

i

Relatio delatorum

ACCEDENS ad Sedem Apoſtolicam *Guillelmus* Salviani Canonicus Monaſterii Sancti Petri *Aggeren.* ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Auguſtini *Urgellen.*

k Diœceſis [k] pro ſe, Bernardo Bonifilii, & Raymundo Pallareſii Concanonicis ſuis ſibi ſuper hoc adhærentibus; quorum eſt Procurator, ſæpe nobis inſinuatione clamosâ monſtravit, quòd *Petrus*, qui pro Abbate Monaſterii ſe gerit ejuſ-

Criminum Abbatis Aggeren.,

dem, propriæ ſalutis immemor ſervare non curat, quæ competunt obſervantiæ regulari; Reatu eſt perjurii, ſymoniæ, ac diverſis aliis criminibus irretitus; bona dicti Monaſterii dilapidat enormiter

quæ recenſentur.

& conſumit; & non ſolum per ſe ipſum prodigaliter dicti Monaſterii bona diſpergens, ſed & aliis exhibens prodigalitatis, ac pravæ converſationis exemplum circa ſe tenet Filios, quos poſt Religionem aſſumptam, de quadam impudicâ muliere impudicè ſuſcepit, & de bonis ipſis impudenter nutrit eoſdem, quorum unum induens habitum regularem, pluribus ejuſdem Monaſterii Canonicis

(a) Filiis ...: *Alberto* de Haimburgo ex Catalogo Miniſtrorum illius Provinciæ.

(b) Vienna: De quo Conventu, fundatione ejus, atque antiquitate videatur Diploma Martini IV. *Exhibita Nobis &c.* anno 1282. die 9. Februarii editum, infraque legendum.

(c) Patavien. Diœcesis: Tunc quidem, ſed poſtea ad Pontificalem dignitatem evecta, ut ad præfatum Martini Diploma oſtendetur.

(d) Rom. Pontificibus: Gregorio IX., Innocentio IV., Alexandro IV. &c., quorum Diplomata, quoniam ad nos ſero tranſmiſſa ſunt opera & labore A. R. P. Magiſtri Barnabæ *Straſſer* Viennenſis, dabuntur in Appendice hujus *Bullarii*.

(e) A Regibus, et Principibus: *Leopoldo VII.* in primis Duce Auſtriæ cognomento *Glorioſo*, qui anno 1224. Fratribus noſtris amplum ſpatium attribuit, auxitque *Primislaus IV.* al. *Ottocharus III.* Rex Bohemiæ pro Conventus ampliatione; & alii etiam Pomeria, vineas &c. addiderunt pro Fratrum ſuſtentatione, ubi nunc magnifica cernuntur ædificia videlicet Aulica Cancellaria, Domus Comitiorum DD. Statuum Archiducatus Auſtriæ, Palatium Legati Veneti, & Hoſpitale Cæſareum; ut refert, demonſtratque P. Fuhrmannus Ord. S. Pauli Eremitæ in *antiqua & nova Vienna* par. I. lib. 2. cap. 11., firmantque tabulæ veteres in Archivo dicti Conventus extantes.

(f) Has litteras, & privilegium renovarunt poſteriores Rom. Pontifices Bonifacius IX., Leo X. &c.

(g) Ilerden.: In Catalaunia Epiſc. ſub Tarracon. Archiepiſc. vulgo *Lerida*.

(h) Dertusen.: Ibidem Epiſc. ſub eodem Archiep. vulgo *Tortoſa*, ubi Fratres Minores locum obtinuerant tertium *Cuſtodiæ* Ilerden. in Provincia Aragoniæ ex veteri al. cit. *Provinciali* Ordinis noſtri apud Barthol. Piſanum Conform. XI., & Jordani Chronicon, etſi ejus non meminit Waddingus in Annal. Minor.

(i) Terraconen.: al. Tarraconen. antiquiſſima ibidem Metropolis, quæ tertiæ Hiſpaniarum parti nomen dedit.

(k) Urgellen. Diœcesis: In eadem Catalaunia Epiſc. ſub prædicto Archiepiſcopo.

Digitized by Google

nicis contradicentibus & invitis, ei mo-
tu proprio *Sacriſtiam*[a] ipſius Monaſterii,
nullâ ſuper defectu ſuorum natalium à
Sede ipſâ diſpenſatione habitâ, illicitè
conferre præſumpſit. Idem quoque Mo-
naſterii prælibati Canonicos, nec non
Clericos ſæculares Monaſterio ipſo ſub-
jectos, & à Juriſdictione Diœceſanorum
per Privilegia Sedis ejuſdem prorſus ex-
emptos, cum delinquunt graviter, nec
dum juxta ipſius Ordinis & Canonum In-
ſtituta, prout ad Paſtoris ſpectat officium
corrigere negligit, verùm etiam adeò ſinit
damnabiliter per abruta vitiorum laxatis
habenis diſcurrere; quòd iidem Canonici
ſumentes exinde audaciam delinquendi
pernitioſa ipſius Abbatis exempla, ſicque
in reprobum ſenſum dati, cultum Divi-
num, horaſque Canonicas proſequi jam
prorſus omittunt; & tàm ipſi quàm prædi-
cti Clerici Sæculares Eccleſiaſtica bona,
quæ in uſus pauperum converti deberent,
cum concubinis ſuis, quibus patenter ad-
hærent, & cum Filiis etiam, quos ſu-
ſceperunt ex eis, aliàſque in locis peni-
tus inhoneſtis tàm de die, quàm de nocte
conſummere, Concubinarum etiam, & Fi-
liorum ipſorum ad inſtar Laicorum cu-
ram gerere, ac eorum tractare negotia
publicè non verentur. Inſuper nonnulli
ex eiſdem Canonicis, abjecto Regulari
habitu, negotiationibus, & laſciviis ſæ-
cularibus ſe impudenter involvunt, quo-
rum aliqui ſe in dicto Monaſterio procu-
rarunt recipi mediante vitio ſymoniæ.
Ad hæc tàm propter incuriam & deſi-
diam ipſius Abbatis, ac propter hujuſ-
modi, & alias Canonicorum & Clerico-
rum ipſorum inſolentias, & diſcurſus,
quàm etiam propter multa & diverſa
enormia, quæ committuntur ibidem,
Deumque offendunt; & homines ſcan-
dalizzant, non ſolum dictum Monaſte- *Et ob quæ Monaſterium*
rium, quod florere in ſpiritualibus, &
abundare in temporalibus conſuevit, ſed
etiam membra ejus, in quibus à quinde-
cim annis præteritis Viſitationis officium
eſt neglectum, jam in utriſque adeo mi- *collapſum aſſeritur.*
rabiliter ſunt collapſa, & quotidie col-
labitur, quòd niſi per Sedem Apoſtoli-
cam de celeri remedio ſuccurratur eiſ-
dem, vix adjcient, ut reſurgant. Præ- *Iſa.24 20.*
A terea poſtquam dictus *Guillelmus* cauſa
proſequendi ſuper iis utilitatem ejuſdem
Monaſterii ad Sedem acceſſit eamdem,
præfatus Abbas motus ex hoc indebitè
contra eum, ipſum loco ſuo ipſius Mona-
ſterii auctoritate propria minus juſtè pri-
vavit, & *excommunicationis* ſententiam
tulit contra juſtitiam in eumdem. Quare
ſupradictus *Guillelmus* ſuo, & Bernardi,
ac Raymundi prædictorum nomine in-
ſtanter & ſuppliciter, non ſemel, ſed
B pluries multiplicatis clamoribus petebat
a nobis, ut providere ſuper præmiſſis pa-
ternâ ſollicitudine curaremus. Nos igi-
tur à tantis, talibuſque clamoribus ſuf-
fultus teſtimoniis quamplurium fidedi-
gnorum de partibus illis apud Sedem
eamdem exiſtentium, qui per dilectum
Filium Noſtrum G.[b] tituli Sancti Marci b
Presbyterum Cardinalem ſuper hoc au-
ctoritate Noſtrâ interrogati aſſeruére
concorditer & conſtanter dictos Abba-
C tem, Canonicos & Clericos eſſe ſuper
iis publicè diffamatos, avertere, ſicut
non decuit, nolentes auditum, qui Sa-
crorum Locorum diſpendiis libenter oc-
currimus, & commoda procuramus; Di-
ſcretioni veſtræ de qua fiduciam ſpecia- *Committit Pontifex inquiſitionem ſupradictam,*
lem in Domino gerimus, per Apoſtoli-
ca ſcripta mandamus, quatenus ad Mo-
naſterium ipſum perſonaliter accedentes,
& habentes præ oculis ſolum Deum in-
D quiratis ſuper præmiſſis eorumdem Ab-
batis, Canonicorum, & Clericorum
exceſſibus, omnique ſtatu ejuſdem Mo-
naſterii diligentiùs veritatem; & corri-
gatis auctoritate Noſtrâ, & reformetis *& reformationem.*
ibidem, tàm in capite, quàm in mem-
bis Regularibus, ſive ſæcularibus, quæ
correctionis, & reformationis officio vi-
deritis indigére, præfato Guillelmo ad
locum ſuum in eodem Monaſterio, ſicut
juſtum fuerit, reſtituto. Nos enim eum-
E dem *Guillelmum* a præmiſſa excommuni-
catione per dictum Abbatem, poſtquam
idem G. iter arripuit veniendi ad Sedem
eamdem, ut præmittitur, promulgata,
ne propter hoc impediretur Inquiſitionis
præmiſſæ proceſſus, fecimus per Cardi-
nalem eumdem juxta formam Eccleſiæ ad
cautelam abſolvi. Cæterum Guillelmo,
Bernardo, & Raymundo prædictis nego-
tium

(a) Sacriſtiam: Nempe officium Æditui, Sacrarii que Præfecti.

(b) G.: *Guillelmum*, de quo Scriptores Vitarum Rom. Eccl. Cardin., Ciacconius, Oldoinus &c.

tium hujuſmodi proſequentibus, cum, ſicut aſſerunt, adminiſtratores, propriumque non habeant ad hujuſmodi negotium proſequendum, de bonis ipſius Monaſterii faciatis expenſas ad hoc neceſſarias miniſtrari. Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo; non obſtantibus, ſi aliquibus à Sede Apoſtolicâ indultum exiſtat, quòd ſuſpendi, vel interdici, & excommunicari non poſſint; ſeu indulgentiâ [a] Sedis ipſius, qua vobis, Filii Prior, & Guardiane, aut veſtris Ordinibus dicitur eſſe conceſſum, quòd non teneamini vos intromittere de quibuſcumque negotiis per litteras Sedis ejuſdem non facientes plenam & expreſſam de conceſsione hujuſmodi mentionem. Quòd ſi non omnes iis exequendis intereſſe potueritis, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

Ac pro delatoribus expenſas

cum obſtantium derogatione,

& temperata juſſione.

Datum, *ut ſupra*.

Mittit ad Tartaros *pro converſione ipſorum ad Fidem Chriſti multis facultatibus, & privilegiis hos Nuncios communiens*. (Ex Reges. Vatic. ep.15. apud Waddingum ad hunc ann. n.11., teſtante idipſum Raynaldo n.22., nunc epiſt.230.)

X.

Anno 1278. die 1. Aprilis.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis Fratribus Gerardo *de Prato* [b], Antonio *de Parma* [c], Joanni *de Sancta Agatha* [d], *&* Andreæ *de Florentia* [e], *ac* Matthæo *de Aretio* [f] *Ordinis Minorum in Terras Tartarorum proficiſcentibus, Sal., & Apoſt. Bened.*

Exordium ab obligatione R. P. curandæ ſalutis omnium.

Æterni Paſtoris, licèt immeriti, vices tenentes in Terris ſupra vires Noſtras per hoc Nobis onus incumbere noſcimus; ſed ad id Nos eſſe potiſſimè obligatos advertimus, ut de ſalute cunctorum inceſſabili ſollicitudine cogitemus. Hanc profectò ferventi deſiderio cupimus, vigili attentione perquirimus, & quantum Nobis ex alto permittitur, vehementi ſtudio procuramus. Sed licèt mens Noſtra urgentibus agendis innumeris meditatione multiplici diſtrahatur, nunquam tamen ab illa oculum Noſtræ intentæ conſiderationis avertit. Imminet enim Nobis compaſſionis, ac doloris multa materia, quòd videmus plurimos diabolicâ fraude deceptos cordis cœcitate perire; nonnullos, qui viam ſalutis prorſus ignorant; multos verò, quoniam ab eâ damnabiliter declinarunt. Quare oportet, ne in commiſſi Nobis officii executione id, quod magis expedit per negligentiam omittamus, ut animarum ipſorum periculis, quibus poſſumus, remediis obviemus. Rogantes Altiſſimum, quòd errantibus, ut in viam poſſint redire juſtitiæ, veritatis ſuæ lumen oſtendat; ut cognoſcentes veram lucem, quæ Christus eſt, illa reſpuant, quæ huic inimica ſunt nomini; & ea, quæ ſunt apta, ſectentur. Cum autem, ſicut Magnificus Princeps *Abagha* [g] Rex Orientalium Tartarorum Illuſtris fel. record. Johanni Papæ [h] prædeceſſori Noſtro, ejuſque Fratribus, inter quos Nos tunc officium Cardinalatus habebat, ſuis litteris, & Nuntiis [i] intimavit, Chariſſimus in Chriſto Filius Noſter *Quolibey* [k] Magnus Cham Imperator, & Moderator omnium Tartarorum Illuſtris, qui *Chriſtianus* aſſeritur [l], & ipſi plenis expectent affectibus perſonas aliquas ad partes illas per Romanam

Litteras, & Nuncios Regis Tartarorum commemorat,

& Imperatoris ipſorum Tartarorum animum pro dilatanda Chriſti Fide.

(a) Indulgentia: Sæpe memorata *Quieti veſtra &c.* in 1. & 2. hujus Operis tomo.

(b) Gerardo de Prato: Tunc Oppido *Tuſciæ*, nunc Civitate Epiſcopatui Piſtorienſi unita; qui *Gerardus* germanus *Fr. Arlotti* Miniſtri Generalis poſtea ſocius fuit *Bonagratiæ* Miniſtri Generalis Ordinis inſequenti anno aſſumti.

(c) Antonio de Parma: Civitate Æmiliæ, ac Provinciæ *Bononien.*

(d) Joanni de S. Agatha: Extat Civitas Epiſcopalis in Principatu ulteriori ſub Archiepiſcopo Beneventano vulgo *S. Agata de' Goti*; extat & Oppidum in tractu Montis Feretri, ac finibus Flaminiæ, Tuſciæ, & Umbriæ Diœceſis S. Leonis vulgo *S. Agata di Monte Feltro* Provinciæ Bononien., ſunt & alia Oppida, ſeu loca hujus nominis in Italia Diœceſis Cremonen., & Imolen., ſed in duobus primis dumtaxat Fratres O.M. Cœnobia ſub initium Religionis habuerunt, & habent præſertim in ſecundo antiquius, ad quod hunc *Joannem* pertinere litteris mandavit Fr. Salimbene Parmenſis O.M. in Chron. Ms. pag.296. ubi refert, hunc cum FF. *Antonio* ac *Gerardo* ſupradictis, aliiſque tribus Fratribus O. M. miſſum fuiſſe etiam a Joanne XXI. ad Tartaros, ut pariter notavi in fine *Bullæ* ejuſdem Pontificis Joannis XXI. *Ex parte dilectorum &c.* dat. 28. Septembris 1276. ut ſup. fol.248. no.(d)

(e) Andreæ de Florentia: Provinciæ Tuſciæ Civitate notiſſima.

(f) Matthæo de Aretio: Ejuſdem Provinciæ Tuſciæ.

(g) Abagha: Nepos ex ſorore *Quolibey* Magni Cham Tartarorum Imperatoris, ad quos ſunt ſequentes litteræ.

(h) Johanni Papæ: Hujus nominis *XXI.*

(i) Suis litteris, et Nunciis: Quæ litteræ in Annal. Eccleſ. non habentur, & Nuncii Joannes, & Jacobus *Vaſſalli* ſciuntur ex ſequenti epiſtola.

(k) Quolibey: Al. *Quobley*, & *Cobila*, qui circa ann.1260. Mangoni ſucceſſit in Regno *Catay*, Tartarorumque Imperio; & ad quem ſunt litteræ poſt triduum datæ.

(l) Christianus asseritur: Ex Haitono Armeno, & Marino Sanuto, ipſoque Pontifice, a quo in hac, & ſequentibus epiſtolis appellatur *Chariſſimus in Chriſto Filius noſter*; quo titulo nonniſi Reges Chriſtiani, & Catholici donantur.

Digitized by Google

manam Eccleſiam deſtinari, per quas ipſi, Filii, populique ſui poſſint in Chriſtianâ *Fide* inſtrui; & ab eiſdem perſonis prædicti Filii, & Populi, aliique de ipſorum exercitibus baptizari. Nos Chriſti Vicarius, & Beati Petri, diſponente Domino, licèt immeriti, Succeſſores effecti, prædicti *Abagha* gratâ Nobis quamplurimum perceptione commoti; ut pro tantorum Principum, & Populorum procurandâ ſalute ſervitutis Noſtræ debitum exolvamus; ad vos, quos novimus viros Religionis claritate fulgentes, morum honeſtate decoros, & diverſarum virtutum titulis divinitùs inſignitos, ac litterali ſcientiâ multipliciter circumfultos propriam mentem convertimus, & oculos fiducialiter aperimus, ut vobis, de quorum ſtudioſis operibus fructus utiles, Deo placitos, & Nobis acceptos ſperamus, & credimus proventuros; ſuper hoc onus Noſtræ ſollicitudinis imponamus. Vos igitur ad partes eaſdem de Fratrum Noſtrorum conſilio tamquam ſalutis Angelos ad exercendum inibi opus Dominicum juxta profeſſæ Religionis officium prudenter accinctos, duximus deſtinandos, Devotioni veſtræ præſentium tenore, ac in remiſſionem peccatorum omnium injungentes, quatenus ſperantes in illo, qui ſuorum greſſus dirigit in ſalutem, illuc fiducialiter accedatis; & eoſdem *Abagham* [a], Filios, populos, & alios de exercitibus ſupradictis juxta datam vobis ab Altiſſimo gratiam, ad receptionem ſacri Baptiſmatis, & cognitionem veræ, & Orthodoxæ *Fidei* attentis monitis, efficacibus exhortationibus, & inſtructionibus ipſius *Fidei* generaliter, & ſingulariter inducatis, ut Divinâ cooperante Clementiâ, & ſermonem veſtrum miſericorditer confirmante, prædicti *Cham*, & *Abagha* Filii, & populi, ac alii memorati in profeſſione, ac obſervatione Catholicæ *Fidei* Fidelium Populis aggregentur; & per Omnipotentiam Divini nominis ſalvi fiant. Ut autem in præmiſſis eo ſecuriùs procedatis, quo per Nos ſicut his, & aliis, quæ ad commiſ-

Pontificis ad ea proviſionis mens, & ſollicitudo

verſa ad ſupradictos Fratres O. M., quos laudibus exornat,

& illuc deſtinat mandans, ut ſupra,

A ſum vobis ſpectant officium, majori fueritis auctoritate muniti; vobis, & cuilibet veſtrum præſentium tenore concedimus, ut in eiſdem partibus, ubi, quando, & quoties expedire videritis, proponere Verbum Dei, & conſtitutis ibidem, etiamſi aliqui ſint excommunicatione ligati, in verbis, officio, & cibo, ac aliis ſecurè communicare; ac ipſos *Abagham*, Filios, populos, ſeu quoſcumque alios converti ad unitatem Chri- B ſtianæ *Fidei* cupientes recipere, & baptizare juxta formam, quam in hoc eadem ſervat Eccleſia, liberè valeatis. Liceat etiam vobis communiter, vel diviſim ibidem redeuntibus ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ, qui ſunt *excommunicatione* ligati, abſolutionis beneficium juxta formam Eccleſiæ impertiri; & ſuper eo diſpenſare cum ipſis, cujuſcumque conditionis extiterint, qui ſacros receperunt *Ordines*, & Divina celebra- C runt Officia ſic ligati; niſi tales fraudolenter ſe ad partes illas pro his obtinendis gratiis tranſtuliſſent. Et ut ii, qui ad Eccleſiæ Catholicæ redierint unitatem, quòd inter ſuos habitent, eiſque communicent. Similiter quoque concedimus, ut omnium Fidelium dictarum partium *confeſſiones* audire; ac ipſis injungere pœnitentias ſalutares; & excommunicatos a *Canone*, vel alio modo juxta præ- D dictam formam abſolvere; dummodo injuriam, & damna paſſis ſatisfaciant competenter; ac occiſores quoque Clericorum, ac Religioſarum Perſonarum in prædictis Partibus conſtitutos abſolvere; dummodo Eccleſiis, Monaſteriis, & Perſonis per hoc læſis condignam ſatisfactionem impendant; fundare de novo ibidem *Eccleſias* in locis, ubi non ſunt ad hæc diſtinctæ Diœceſes, & Diœceſani Epiſcopi non habentur; & taliter fundatis idoneos inſtituere Rectores, & illis E qui de præfatis Populis noviter fuerint converſi, dare licentiam, ut uxores ſuas, cum quibus in gradibus a lege Divinâ non prohibitis [b] contraxerunt valeant retinere; dum tamen talis retentio ipſos conjuges

ac pluribus eos facultatibus, & privilegiis munient.

(a) Abagham: Qui Nuncios, & Prædicatores non poſtulaverat, ſed ejus avunculus *Quolibey* jam Chriſtianus optabat, ut & ad ſe, & ad ſuum etiam nepotem, eorumque populos mitterentur, qui eos in Chriſtiana Fide inſtruerent, & converterent. *Abagha* vero petierat, ut Chriſtianus exercitus transfretaret in Terram S., & ſuo conjungeretur ad Saracenos debellandos.

(b) Non prohibitis: Ut in primo gradu conſanguinitatis lineæ rectæ, ſecundum aliquos; nam de nonnullis aliis gradibus diſputant Doctores Theologiæ Moralis; & ſane hic Pontifex plures gradus a lege Divina prohibitos exiſtimat, ut primum gradum conſanguinitatis lineæ tranſverſæ, & forſan alios Levitici cap. 18.

Digitized by Google

ges ad mortale non pertrahat, & fieri poſſit, abſque contumeliâ Creatoris, & de Cauſis *Matrimonialibus*, quas in partibus illis ad audientiam veſtram, ſeu cujuslibet veſtrum deferri contigerit, legitimè cognoſcere, ac diſcordantes inter ſe ad invicem, quòd ad pacem, & concordiam redeant, & quòd inordinatè viventes de ſuis exceſſibus, ſicut juſtum fuerit, & expedire videritis ſatisfactionem exhibeant, compellere per cenſuram Eccleſiaſticam liberè valeatis. Volumus inſuper, quòd in Terris, & locis, in quibus vos hoſpitari contigerit, in illis ſpecialiter partium prædictarum, in quibus reſidentiam facietis; etiamſi ibidem Eccleſiæ, vel Oratoria non exiſtant; Miſſam, & cætera Divina celebrandi Officia, & in eiſdem partibus *benedicendi* Cœmeteria; *Indulgentias* dandi; *vota* commutandi; ac *veſtes* Sacerdotales, Altaria, Pallas, & Corporalia per eos, qui ex vobis ſunt Presbyteri, benedicendi, ubi Catholicorum Epiſcoporum copia non habetur; nec non omnia alia, & ſingula faciendi, quæ ad augmentum Divini nominis, & ampliationem Eccleſiæ *Fidei*, ac reprobationem, & irritationem illorum, qui ſacris *traditionibus* contradicunt; ſicut pro loco, & tempore videritis expedire, communiter, & ſingulariter liberam licentiam habeatis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Kalendis Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ad Imperatorem, & Regem Tartarorum *pro Chriſti Fide promulganda legat* 5. *Fratres O. M., eoſque Regi commendat, ut eis adſit, ſecuroque conductu muniat.* (Ex REGESTO VATICANO ep. 13. apud WADDINGUM ad hunc ann. n. 9. & RAYNALDUM n. 18. & 19., nunc epiſt. 238.)

XI.

Anno 1278. die 15 Aprilis.

A NICOLAUS &c.

Excellenti, & Magnifico Principi Abaghæ [a] *Regi Orientalium* Tartarorum [b] *Illuſtri viam agnoſcere veritatis.*

a b

Regis Tartarorum Nuncios, & litteras commemorat.

EXULTAVIT, & exultat in Domino Romana Mater Eccleſia in iis, quæ grata fel. record. JOHANNI PAPÆ [c] prædeceſſori Noſtro, & ejus Fratribus accepta quamplurimum Johannes *Vaſſalli* miles, & Jacobus Vaſſalli Magnificentiæ

c

B tuæ Nuncii eiſdem Prædeceſſori, & Fratribus ex parte tua quædam contenta litteris, & quædam expreſſa vivæ vocis oraculo portaverunt. Sub tuo namque nomine præſentatæ per eoſdem Nuncios eidem Prædeceſſori litteræ, ſicut aſſeritur, continebant, quòd ſi Chriſtianum exercitum in *Terram Sanctam* transfretare contigerit; Tu terram tuam, & proviſionem Victualium ipſius exercitus Chriſtiani, necnon & perſonam tuam,

qui multa pollicitus eſt Chriſtiano exercitui, ſi in Terram Sanctam transfretaret contra Saracenos.

C ac potentiam tui Exercitus contra inimicos Chriſtianæ *Fidei* videlicet *Saracenos* devotâ promptitudine offerebas. In fine verò continebatur earum, quòd eiſdem Nuntiis in omnibus, quæ pro parte tuâ dicerent, crederetur; ſub quâ credulitate rem Deo placitam eiſdem Prædeceſſori, & Fratribus, inter quos Nos tunc officium Cardinalatus habebat, amabilem retulerunt. Eſt quidem res ipſa digna lætitiâ, plena jubilo, tota Divinæ

D laudis extollenda præconiis, quæ ſi factis dicta frequentibus confirmentur, ſalutem tantarum continet animarum; videlicet quòd voluntas, & deſiderium ſit Chariſſimi in Chriſto Filii Noſtri *Quolibey* [d] Magni Chami Imperatoris, & Moderatoris omnium *Tartarorum* Illuſtris Avunculi tui, qui jamdudum fuiſſe aſſeritur baptizatus [e], & tuis inhæret affectibus; perſonas aliquas ad vos per Romanam Eccleſiam deſtinari, per quas in Chriſtia-

Imperatoris Tartarorum deſiderium, ut Fides Chriſti prædicaretur Abaghæ Regi, ejuſque populis.

d

e

(a) ABAGHÆ: Cui reſcripſit Clemens IV. anno 1267. vocaturque *Elchani Apacha*, quique ad Concilium Lugdunen. anno 1274. Oratores miſit, ac multum laboravit, ut vires ſuas cum illis Chriſtianorum jungeret ad Saracenos debellandos, ſed in vanum; de eoque Annales Eccleſiaſtici pluribus in locis agunt.

(b) REGI ORIENTALIUM TARTARORUM: Cum Tartari eorum Imperium Aſiaticum in IV. Regna *Catay*, *Cumania*, *Turqueſtani*, & *Tauriſii*, ſeu Aſiæ majoris ſibi diviſiſſent, ut narrat Marinus Sanutus lib. 3. par. 13. cap. 8. & ante eum Ayton Armenus cap. 4., & 32.; nec non M. Polus lib. 1. cap. 8. Abaghæ contigit Regnum *Tauriſii* Perſiam, & Mediam cum viciniis Provinciis complectens; *Catay* tamen Rex titulo *Magni Cham* ſeu Imperatoris fruebatur; aliique 3. Reges ei ſubdebantur: Porro Regnum *Abagha* finitimum erat Terris Sultani Babylonis, & Ægypti, quo cum præcipue bellum gerebat ex cit. Aytone cap. 32.

(c) JOHANNI PAPÆ: XXI. hujus nominis, ſed ejus litteræ in Annal. Eccleſ. non leguntur; earum tamen tenorem exhibet hic Pontifex.

(d) QUOLIBEY: Al *Cobila* vocatus, qui an. 1264. *Mangoni* ſucceſſerat in Regno Catay, Tartarorumque Imperio, & *Quobley* dicitur apud Raynaldum.

(e) BAPTIZATUS: Quod Haytonus Armenus, & Sanutus cit. teſtantur, & ipſe Pontifex in ſequenti epiſtola confirmat ei ſcribens *Chariſſimo in Chriſto Filio Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Digitized by Google

Nicolaus PP. III. An.Ch.1278.

na *Fide* vos, filii, populique veſtri inſtrui valeatis, & ab eiſdem prædicti Filii veſtri, & alii de utriuſque populo, ſeu exercitu baptizari. Lætetur ergo Mater Eccleſia, ſi Sponſo ſuo Jesu Christo, miſericordi operante Clementiâ, tot poſſet Filios per Baptiſmi lavacrum generare. Lætetur, & Paſtor Eccleſiæ, ſi Chriſtiana Plebs ſuis temporibus tanti Populi, quaſi infinito numero augeatur. Quid mirum ſi cœtus exultet Angelicus in tantarum perditarum ovium obtentâ ſalute, cui ſecundùm Evangelicam veritatem unius peccatoris pœnitentia ſuper nonagintanovem juſtis prædicatur acceptior? (*Lucæ 15. 4.*) O Noſtra beata tempora, ſi diebus Noſtris tale, ac tantum gaudium poſſemus illi Cœleſti Curiæ præſentare! Sanè quæ per eaſdem litteras tua obtulit prompta devotio, gratanter eorumdem Prædeceſſoris, & Fratrum non immeritò ſenſibus adhæſerunt: Grandia enim ſunt, immò maxima reputamus, quæ ſic devotè porrigit, & ſic promptè promittit tuæ Celſitudinis magnitudo. Nec eſt veriſimile, quin digitus Dei circa hoc operetur in Te; quòd tantus zelus ad negotium Chriſti cor tuum videtur accendere, ut te ipſum, populi tui robur, terram, ac victualia contra inimicos Chriſti deliberaveris exponenda. Super eo verò, quod de præfatis perſonis per eamdem Eccleſiam tranſmittendis prædicti Nuncii ſub prædictâ credentiâ retulerunt; dictus Prædeceſſor gratâ ſibi quamplurimum tuâ per eoſdem Nuntios factâ inquiſitione commotus certos Nuncios [a] propter hoc ad partes illas decreverat deſtinare, quos ad id diligenter accinctos ſuperveniens obitus Prædeceſſoris [b] ejuſdem ab impoſito eis itinere non indignè retraxit. Unde Nos poſt alicujus decurſum temporis [c] ipſius Chriſti Vicarius, & Beati Petri, diſponente Domino licèt immeriti, Succeſſores effecti ſuper omnia, quæ Nobis ex injuncto incumbunt Apoſtolatus officio, ad tuam, omniumque ſalutem Noſtræ intentionis dirigimus aciem; ad hanc præcipuè mentis Noſtræ firmamus affectum, circa eam diligenti

(*Pro qua re Joannes XXI. Nuncios, & Prædicatores mittere deſignaverat;*)

A ſtudio, & ſtudioſâ diligentiâ vigilantes, ut errantes ad viam veritatis reducere, omneſque Deo lucrifacere, ſuâ Nobis cooperante Gratiâ, valeamus. Unde tibi de oblato ſuccurſu actiones referimus gratiarum; & quod ſuper præmiſſis expediat, cum tempus adfuerit, prout rerum, & temporum exegerit qualitas, ſalubriter dante Domino diſponemus. Pro ſuâ quoque prædicti *Cham*, Filiorum, populique ſui, tuâ, populique tui procurandâ ſalute ſervitutis Noſtræ debitum exol-

(*de oblato contra Saracenos ſuccurſu Pontifex gratias agit.*)

B ventes, Fratres *Gerardum* de Prato, *Antonium* de Parmâ, *Joannem* de Sanctâ Agathâ, *Andream* de Florentiâ, & *Matthæum* de Aretio [d] Ordinis Minorum latores præſentium, viros Religione conſpicuos, honeſtate vitâ pudicos, morum claritate decoros, & Sacræ Scripturæ ſcientiâ præditos; ut Tu, Filii, Populuſque tui ipſum Dominum Jesum Christum Salvatorem Noſtrum ſalutaribus eo-

(*Et mortuo Jo XXI. leguntur a Nicolao ad Regem Nuncii,*)

C rum eruditionibus agnoſcendo, ac ab eis illi ex vobis, qui nullum Baptiſmum hactenus, vel non in formâ debitâ receperunt, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen*: (*Matth. 28. 19.*) auctoritate Noſtrâ ſecundum ritum, quem in hoc eadem ſervat Eccleſia Chriſti Baptiſmate baptizati, nomen ſuum glorioſum, *quod eſt ſuper omne nomen*, (*Philip. 2. 9.*) Chriſtianæ *Fidei* obſervatione colatis; de Fratrum Noſtrorum conſilio duximus deſtinandos. Qui-

D bus etiam per Noſtras litteras [e], & oraculo vivæ vocis injunximus; ut opportuno tempore, juxta prudentiæ tuæ motum ad præfatum *Cham* [f] ſe perſonaliter conferant, ut & ibi circa ſalutem animarum procurent juxta datam ipſis divinitùs gratiam, ac Deo miſerante, perficiant, quod eorumdem aſſeruit relatio Nunciorum, & Chriſti operante Clementiâ, devotâ mente cupimus, & ſperamus. Ideoque

(*Inde etiam ad Imperatorem.*)

E Magnificentiam tuam monemus, rogamus, & hortamur attentè, quatenus eoſdem *Fratres Minores*, ſeu illos ex eis, quos ad te pervenire contigerit; ſi forſan eorum aliquem mors, vel caſus aliquis a proſecutione injuncti eis per Nos itineris impediret; immò potiùs Nos in ipſis

(*Præfato Regi commendat dictos Nuncios.*)

(a) Certos Nuncios: Sed omnibus ignotos:
(b) Obitus prædecessoris: Anno 1277. die 16. Maji.
(c) Alicuius decursum temporis: Poſt ſex menſes, & 9. dies.

(d) Matthæum de Aretio: De quibus 5. actum eſt in ſuperiore epiſtola.
(e) Per nostras litteras: Videlicet præcedentes.
(f) Ad præfatum Cham: Catay magnum Tartarorum Imperatorem.

Digitized by Google

ipſis pro Divinâ, & Noſtrâ reverentiâ benignè recipiens, & honeſtè pertractans ſuper iis, quæ tibi ex parte Noſtrâ de ſuſceptione *Baptiſmi*, & inſtructione Chriſtianæ *Fidei*, ac ipſius obſervantiâ, & aliis, quæ ſalutem reſpiciant animarum, retulerint; fidem indubitatam adhibere procures, eos cum ſecuro conductu ad præfatum *Cham* cum expenſarum, & aliorum neceſſariorum proviſione, maturâ deliberatione tranſmittens. Et nihilominus cum Nos propter viarum pericula, longitudinem itineris, & incertitudinem temporis, per quod eoſdem in Partibus illis oporteat immorari, nequiverimus eiſdem in determinata, & certâ neceſſariorum ſufficentiâ providere; quandiu ipſos in Partibus illis morari contigerit, provideas diligenter, ac ſufficienter eiſdem in eundo, morando, ac redeundo ad Nos de ſecuro conductu, & neceſſariis opportunis; ut ipſi ad præſentiam Noſtram, & prædictorum Fratrum Noſtrorum cum optato fructu tanti populi ſperatæ ſalutis læti de ſuis laborioſis operibus tutè valeant remeare. *Chriſtianos* autem confluentes ad loca tuæ ditioni ſubjecta, vel morantes in eis [a] tuæ Munificentiæ commendamus; & ut ipſos favorabiliter proſequens protectione tuæ potentis dexteræ munias, & defendas; ut per hoc, & alia, quæ, ut ſperamus, exercebis opera charitatis, & gloriam in præſenti, & æternæ retributionis præmium recipias in futuro. Nos enim, & Fratres Noſtri Divinam Clementiam ſuppliciter exoramus, ut ſic Tibi, & Filiis eiſdem dies proſperitatis adaugeat, & actus Noſtros dirigat ad ſalutem, quòd vobis, populo, exercituque prædictis cum Catholicis in lucis ambulantibus claritate in felicibus veſtris ſucceſſibus æterni Patris oculi delectentur [b].

nec non & Chriſtianos. a

b

Datum, *ut ſupra*.

De vita, & morte Chriſti diſſerit; Imperatorem ad ejus Fidem converſum laudat; pro aliis ſe Nuncios mittere ſcribit, eoſque ipſi commendat. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 18. apud Waddingum ad hunc annum n. 10., & Raynaldum n. 20. & ſeqq. nunc ep. 229.)

XII.

Anno 1278. die 4. Aprilis.

NICOLAUS &c.

Cariſſimo in Chriſto Filio Quolibey [c] *Magno Imperatori, & Moderatori omnium* Tartarorum *Sal., & Apoſt. Bened.*

C

De Verbi Divini incarnatione, & vita, ac morte inſtruit.

Plasmator hominis Deus de parentis protoplaſti fraude factâ generi humano patienti compatiens, ut hominem redimeret peccati labe collapſum, quem ad imaginem ſuam, ſimilitudinemque formaverat, quemadmodum legis ænigmata figurabant, & Sanctis Patribus promiſſum fuerat in Prophetis ex nimiâ charitate miſit in mundum Filium ſuum Unigenitum Dominum Noſtrum Jesum Christum, ſibi coæternum, & majeſtate poteſtatis æqualem, factum ex muliere, ex cujus ſacro utero, non ex virili ſemine, ſed Sancti Spiritus operatione conceptus, inde pariendi completo tempore, permanente gloriâ maternæ Virginitatis, egreſſus, cunctis viſibilem ſe oſtendit; & tandem illos, pro quorum ſalute de excelſo ſolio ad ſolium infimum Mundi deſcenderat ſalutaribus inſtitutis informans, & viam vitæ ipſis indice perfectæ doctrinæ demonſtrans, poſt ſanctæ converſationis exempla; poſt Evangelicæ inſtructionis eloquia; poſtquam ſe verum hominem, verum Deum, ac Dei Filium ſacris Scripturis, ſignis, & virtutibus comprobavit; licèt eſſet impaſſibilis divinitate, verâ tamen, quam aſſumpſerat, humanitate paſſibilis, dignatus eſt ſub diræ Crucis ſupplicio mortem pati, ut pœnali præſentis vitæ fine pœnam mortis perpetuæ, quam protoplaſti poſteritas ipſius incurrerat tranſgreſſione, finiret; & de amaro calice ſuæ mortis temporalis hauriret homo vitæ dulcedinem ſempiternæ. Pro humani ergo redemptione generis ſe hoſtiam exhibens, illud, ſuæ ſalutis hoſte proſtrato, de opprobrio ſervitutis eripuit ad gloriam libertatis cœleſtis, ſibi patriæ hoſtium reſerando; & deinde licèt paſſus, mortuus, & ſepultus, ut homo, die tertiâ tamen a mortuis Divinâ virtute reſurgens, ac teſtibus peæordinatis a Deo ſuam veram Reſurrectionem, per quam & noſtram firmiter ſperamus, & credi-

a quo perfecta eſt humani generis redemptio,

ejuſdem geſta poſt mortem.

(a) Morantes in eis: In diſtributione Provinciarum, & Cuſtodiarum Ordinis anno 1260. Narbonæ in Capitulo Generali præſide S. Bonaventura facta legitur in *Vicaria Orientis 3. Cuſtodia Thauriſien.* ex 4. Cœnobiis conflata juxta Conform. xi. Barthol. Piſani.

(b) Delectentur: Reſpuit Abagha de ſuſcipiendo Baptiſmate ſaluberrima Pontificis monita, quem idolorum cultui mancipatum fuiſſe refert cit. Sanutus; maxime cum videret arma Chriſtianorum ſæpe promiſſa, nunquam ad Terræ Sanctæ ſuccurſum transfretaſſe.

(c) Quolibey: De quo videas no. (d) ad præcedentem epiſtolam fol. 291.

Digitized by Google

Matth. 28. 19. Mar. 16. 15.

credimus, manifeſtans, ipſos ad prædicandum Evangelium omni Creaturæ, ac baptizandum omnes gentes *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti* in univerſum Mundum tamquam ſalutis humani generis Angelos deſtinavit: & demum eiſdem videntibus, ut iidem Aſcenſionis, qui & Reſurrectionis Teſtes exiſterent, in Cœlum elevatus aſcendens Vicarium ſibi *Beatum Petrum* reliquit in Terris, cui animarum curam, ut earum ſaluti proſpiceret, amoris ejus conſtantia trinæ profeſſionis argumento probata commiſit, tradens ſibi claves Regni Cœlorum, per quas ipſe, ſuique poſt eum Succeſſores poteſtatem aperiendi omnibus, & claudendi ejuſdem Regni januam obtinerent; ac in eis in diſpenſatione cœleſtis gratiæ ſummæ poteſtatis auctoritas reſideret. Hæc ergo ipſis imminet ex Apoſtolatus officio cura præcipua ſalutem quærere ſingulorum; hanc exemplo Salvatoris pendentis in Cruce ſitit Chriſti Vicarius; hanc piſcando perquirit piſcatoris Petri Succeſſor; hæc Civitatem Dei obtentam lætificat; hæc etiam in umbræ mortis regione degentibus, per vias gradientibus tenebrarum aliquibus ſperata præſagii mentem Summi Paſtoris exhilarat; officium excitat curâ promovere ſollicitâ, quatenus ambulantes in tenebris videant lucem magnam. Porrò ab olim in eo Romana Mater exultavit Eccleſia, & fel. record. JOHANNES PAPA [a] prædeceſſor Noſter lætitiæ incrementa ſuſcepit, quos de te per *Abagham* Regem [b] Orientalium Tartarorum Illuſtrem Nepotem tuum [c] ſuis extitit auribus intimatum, videlicet, quòd dudum Te gratia Divina præveniens mentem tuam ſuâ Miſericordi Virtute commovit, ut ſemitas erroris abjiciens vias incederes veritatis recipiendo Chriſti *Baptiſmum* [d]; ut ſic regeneratus in Chriſto populo Fidelium jungereris. Ex hoc tua fertur accenſa devotio, ut Sacroſanctam Romanam reverearis Eccleſiam; cultum diligas Chriſtianum, & ipſos Chriſtianos ſub ditionis tuæ degentes *Imperio* caritativè foveas, favoribus munias, benignè pertractes, ac ipſos in libertate conſerves;

Vicarium ſuum reliquit in terris pro ſalute generis humani,

Joan. 21. 17.

cui imminet cura ſalutis humanæ.

Joan. 19. 28.

Recenſet Abaghæ Regis ad Joannem XXI. relationem

de converſione Quolibey Imp. ad Chriſti Fidem,

& in tantum, prout aſſeritur, gratia te Divina proſequitur, quòd Natos tuos ad cognitionem Chriſti, & ejus, quam prædicavit, & docuit veram Fidem pervenire deſiderans eos de auctoritate Romanæ Eccleſiæ appetas baptizari; ut ab ipſo Chriſto dici valeant veraciter Chriſtiani; & veteribus erroribus derelictis per viam veritatis euntes per bona opera ſuas animas poſſint reddere Creatori; nec hoc tantùm in Filiis, quin immo in toto tuo exercitu affectas, ſicut fertur, impleri. O, ſi ita ſit, laudanda paternitas, quæ ſuos Filios, ne pereant, dirigit ad ſalutem! O ducatus fidi Ducis errantis exercitus, dignis laudum præconiis attollendus, qui ductos in devium reducere conatur ad viam; exercet ſuis ſtudiis, ut errans exercitus a noxiis retrahatur exercitiis, & ad ſalutaria dirigatur! O Summi Dei laudanda Clementia, quæ tantum populum tantis erroribus, tanto tempore excœcatum oculos ſuæ pietatis aſpiciens ſemitas aperit, ut perducatur ad lucem! Confirmet autem Deus, quòd operatus eſt in Te; Tuque a Deo tibi factam gratiam devotâ mente conſerva; ut & ipſe, quam cæpit, adaugeat, quouſque hæc ſcintilla tenuis ſuâ, quæ prævenit, ſequente gratiâ in ardorem tranſeat ſalutiferæ charitatis. Cum autem idem *Abagha* dicto Prædeceſſori ſuis litteris, & Nuntiis, ſicut aſſeritur, intimarit, quòd tuis, ut dictum eſt, inhæret affectibus, perſonas aliquas ad te per eamdem Eccleſiam deſtinari, per quas in Chriſtiana *Fide* plenariè inſtrui, & ab eiſdem dicti Filii tui, & alii de tuo exercitu baptizari poſſitis, prædictus Prædeceſſor ejuſdem *Abaghæ* gratâ commonitione commonitus certos Nuncios propter hoc &c. [e] Verùm quia humanæ conditionis renitente naturâ, uno eodemque tempore diverſis locis præſentialiter adeſſe nequimus; ne ullatenus negligere videamur abſentes, ad eos viros diſcretos, & providos tranſmittimus vice Noſtrâ ipſorum miniſterio circa illos Apoſtolicæ ſervitutis debitum exolventes. Hinc eſt, quòd in ipſis Noſtræ promotionis exordiis, quæ præmiſſa ſunt, cum Fratribus Noſtris Sanctæ Romanæ

ejuſque de amplianda Fide in Filiis, & exercitu deſiderio.

Extollit Pontifex in Tartarorum converſione Divinam providentiam.

Pro complendo Quolibey deſiderio Joannes XXI. Nuncios deſignaverat,

Nicolaus ſuccedens Nuncios tranſmittit.

(a) JOHANNES PAPA: XXI. hujus nominis vulgo dictus.
(b) ABAGHAM REGEM: Ad quem eſt ſuperior epiſt.
(c) NEPOTEM TUUM: Ex ſorore.

(d) CHRISTI BAPTISMUM: Ut ex no. (e) ad ſupradictam epiſtolam fol. 291.
(e) NUNCIOS PROPTER HOC &c. Conſulas epiſtolam præcedentem uſque ad illa *gratia valeamus*.

Digitized by Google

Nicolaus PP. III. An.Ch.1278.

A manæ Eccleſiæ Cardinalibus recenſentes, pro tuâ, Filiorum, populorumque prædictorum procurandâ ſalute dilectos Filios Fratres *Gerardum* de Prato, *Antonium* de Parmâ, *Joannem* de Sanctâ Agathâ, *Andream* de Florentiâ, & *Matthæum* de Aretio [a] Ordinis Minorum latores præſentium, viros Religione conſpicuos, honeſtatis vitâ pudicos, morum claritate decoros, & Sacræ Scripturæ ſcientiâ præditos, ut Tu Filii, populuſque &c. [b] præmium recipies in futuro.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum II. Nonas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Jubet, ut per cenſuras Eccleſ. Reges Franciæ, *&* Caſtellæ, *eorumque ſubditos, & adhærentes a bello, & invaſione compeſcant.* (Ex Vat. Reges. Pontif. ep.235. an.1.)

XIII. Anno 1278. die 4. Aprilis.

NICOLAUS &c.

C *Dilectis Filiis Hieronymo quondam Minorum Fratrum Ordinis* Generali Miniſtro *S.R.E. Presbytero Cardinali* [c], *& Fratri Johanni* Magiſtro Ordinis *Prædicatorum* [d] *Sal., & Apoſt. Ben.*

Narratio facti, diſcordiæque,

FELICIS record. JOHANNIS PAPÆ [e] prædeceſſoris Noſtri tempore de ſuſcitatâ inter Cariſſimos in Chriſto Filios Noſtros ... [f] Francorum, & ... [g] Caſtellæ ac Legionis Reges illuſtres diſſenſionis materiâ perlato rumore; Pia Mater Eccleſia tantorum Principum tam periculoſam in utero colliſionem ſentiens; & pericula, quæ veriſimiliter comminabatur, attendens non torpuit otio, ſed ad eam ſopiendam otior exſurrexit exquirendis remediis, per quæ id poſſet, Deo auſpice, provenire, vacavit ſollicita; exquiſitis promptam manum executionis adjecit, vobis ad proſequenda eadem, & alia, quæ Dominus, & facti qualitas veſtræ induſtriæ manifeſtarent, ad partes illas cum quantâ celeritate potuit deſtinatis [h]. Nos itaque poſt ipſius prædeceſſoris obitum [i], prout Domino placuit, ad officium Apoſtolatus aſſumpti [k] eamdem circa præmiſſa ſollicitudinem eò intenſiori proſequentes affectu, quò etiam, dum Nos minor ſtatus haberet, afficiebamur, amplius ad concordiam inter Reges eoſdem ſolidius reformandam in ipſo Noſtræ aſſumptionis exordio cum Fratribus Noſtris deliberatione præhabitâ, & Regibus ipſis per Nuntios, & litteras Pacis fœdera ſolerti exhortatione ſuggeſſimus, eos ad illa exhortantes inſtanter, & vobis nihilominus aliis ſub certâ formâ dedimus litteris [l] in mandatis, ut Reges eoſdem, & Gentes ipſorum, non ſolum ab omni congreſſu bellico, & invaſione, ſeu inſultu alterutrius in alterutrum, vel in terras, aut bona cujuslibet eorumdem, ſive ad ipſorum quemvis ſpectantia quoquo jure, immo etiam a præparatione, ſeu diſpoſitione qualibet ad præmiſſa, & innovatione quavis circa ea, occaſione quorum eſt exorta diſſenſio inter eos, per *excommunicationis* in perſonas, & *interdicti* ſententias in Terras eorum, quando & prout ſecundum Deum fore videritis expediens, auctoritate Apoſtolicâ per vos, vel per alium, ſeu alios compeſcere ſtudeatis. Sanè nuper Nobis veſtris litteris [m] intimaſtis, quod cum ad memoratum Regem *Caſtellæ* Nuntium ſuper hujuſmodi negotio duxeritis deſtinandum, cujus reditum expectatis, pro eo non cenſuit veſtra Diſcretio novum Proceſſum juxta præmiſſi mandati Noſtri tenorem contra Reges ipſos, vel eorum aliquem attemptandum; quia ſi dictus *Rex Caſtellæ*, ut veſtris verbis utamur, ad firmandum illa, quæ in ſecundo tractatu continentur, prout vobis ſpem quaſi certam tribuerat, ſuum voluerit animum inclinare, ad illa procedere, quæ in præmiſſis Noſtris ad vos directis litte-

& Eccleſiæ ſollicitudinis pro ea ſopienda,

per ſupra relatos Ordinum Generales,

quos & Nicolaus adhibet, urgetque, ut rem cenſuris agant.

Prædictorum Nunciorum ad Pontificem animadverſio

(a) De Aretio: De quibus dictum in cit. epiſtola præcedenti.

(b) Populusque &c. Ut in prædicta epiſtola uſque *præmium recipias in futuro*; verbis nonnullis competenter mutatis.

(c) Cardinali: Hoc anno menſe Martio creato die 12. Sabbato 4. temporum, de quo infra epiſt.20.

(d) Ord. Prædicat.: Hoc etiam anno menſe Julio *Patriarcha* Hieroſolymitano declarato ex epiſt.42. infra relata.

(e) Johannis Papæ: Hujus nominis *XXI.*

(f) Filios Nostros: *Philippum* III. cognomento *Audacem*.

(g) Et ...: *Alphonſum* X., quorum diſſenſionis originem, & progreſſum refert Waddingus ad hunc annum num.19.

(h) Destinatis: Anno 1276. ex litteris *Probata fidei &c.* ſupra relatis.

(i) Prædecessoris obitum: Anno 1277. die 16. Maji eventum.

(k) Assumpti: Eodem anno 1277. die 25. Novembris.

(l) Litteris: Incip. *Vocatis Nobis &c.* dicto anno 1277. die 2. Decembr. datis.

(m) Vestris litteris: Quæ non habentur ne in Annal. quidem Eccleſ.

Digitized by Google

de Rege Caſtellæ, ejuſque Statu, Regnove varie agitato.

litteris continentur, minimè oportebit. Cum autem, ſicut per Nuntios ejuſdem Caſtellæ Regis, & publica jam famâ diffamante cognovimus, Rex, & Regna ipſius adeo, & a Fidei hoſtibus impetantur hoſtiliter, & a nonnullis ſuis domeſticis, ac aliis, a quibus veriſimiliter contra hoſtes eoſdem expectare deberent auxilium, ſic graviter infeſtentur, quòd verendum eſt, ne in grande Chriſtianitatis opprobrium, & ineſtimabile detrimentum non facile reparabilem ruinam incurrant; zelus Noſter ad occurrendum tanto Religionis Chriſtianæ diſcrimini non immeritò inardeſcit; & tutiùs æſtimantes ex abundanti forſitan in optatum eventum reſponſionis ejuſdem Regis *Caſtellæ* tanto, & tali negotio providere, quam ipſum in caſu contrario abſque neceſſariâ proviſione relinqui, vobis de Fratrum Noſtrorum conſilio per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ad compeſcendum ſæpefatos Reges, gentes ipſorum, ac inſuper adhærentes eiſdem, a congreſſu, invaſione, inſultu, præparatione, diſpoſitione, ac innovatione præmiſſis juxta præſcriptam formam, videlicet per *excommunicationis* in perſonas, & *interdicti* ſententias in Terras ipſorum, quando, & prout ſecundum Deum expedire videritis, procedatis. Non obſtante, ſi prædictis *Regibus*, vel eorum alterutri, ſeu quibuſlibet aliis cujuſcumque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus ſub quacumque formâ, vel expreſſione verborum a Sede Apoſtolicâ ſit indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari quavis auctoritate non poſſint, ſeu Terræ ipſorum Eccleſiaſtico *interdicto* ſupponi; & qualibet aliâ prædictæ Sedis indulgentiâ generali vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris, vel expreſſionis exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri.

Mandat Pontifex, quod ſuperius notatum eſt.

Obſtantibus derogando.

Datum, *ut ſupra*.

De eadem re ſecundum juſſa Joannis XXI. *Papæ*. (Ex eodem VATIC. REGES. PONTIF. epiſt.236. anni 1.)

NICOLAUS &c.

XIV. Anno 1278. die 4. Aprilis.

Eiſdem.

Relatio commiſſionis Jo. XXI.

INTER cætera, quæ fel. record. JOHANNES PAPA [a] prædeceſſor Noſter ad ſopiendam diſſentionem inter Cariſſimos in Chriſto Filios Noſtros ... Francorum, & ... Caſtellæ ac Legionis Reges illuſtres exortam, induſtriæ veſtræ commiſit vobis diſſolvendi, vacuandi, irritandi, & revocandi omnes pactiones, obligationes, confœderationes, & colligationes juramento, vel quacumque alia firmitate vallatas, necnon & relaxandi hujuſmodi, & alia quælibet juramenta a quibuſcumque præſtita, per quæ nutriri diſcordia, & pacis bonum inter Reges ipſos poſſet quomodolibet impediri, vel etiam retardari; prout ea ſecundum Deum videritis, diſſolvenda, vacuanda, irritanda, ſeu inſuper revocanda per ſuas ſub certâ formâ conceſſit litteras [b] facultatem. Quia verò ſicut intelleximus, eodem prædeceſſore vivente non fuit ad præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum earumdem litterarum auctoritate proceſſum; ne de veſtrâ in hac parte auctoritate dubitari quoquomodo contingat, Circumſpectioni veſtræ committimus, & mandamus, quatenus ad eadem juxta præſcriptam formam vobis ab eodem prædeceſſore Noſtro traditam auctoritate præſentium procedatis.

Jubet Pontifex id, quod ſupra.

Datum, *ut ſupra*.

Varias impertitur facultates, ac privilegia pro negotio Fidei, quo ad Tartaros mittebantur. (EX VATIC. REGES. PONTIF. ep.231. anni 1.)

NICOLAUS &c.

XV. Anno 1278. die 4. Aprilis.

Dilectis Filiis Fratribus Gerardo *de Prato* [c] Antonio *de Parma*, Johanni *de Sancta Agatha*, *&* Andreæ *de Florentia*, *&* Matthæo *de Aretio Ordinis Minorum in Terras* Tartarorum *proficiſcentibus Nuntiis Noſtris Salutem*, *&* *Apoſtolicam Benedictionem*.

CUM vos ad partes *Tartarorum* pro commiſſo vobis negotio *Fidei* cum Apoſtolicis litteris deſtinemus, Nos tanti negotii qualitatem, & ea, quæ poſſunt ipſum

(a) JOHANNES PAPA: XXI. hujus nominis.

(b) LITTERAS: Incip. *Probata fidei &c.* anno 1276. dat., ut in præcedenti epiſtola.

(c) GERARDO DE PRATO: De quo, ejuſque ſociis jam dictum eſt ad præmiſſam epiſt.10. *Æterni Paſtoris &c.*

Digitized by Google

ipſum contingere propter ſui præexcellentiam attendentes, devotioni veſtræ re-
1. cipiendi ad Ordinem veſtrum *duodecim perſonas* idoneas ad illum convolare volentes, cujuſcumque conditionis extiterint; ac eas ad profeſſionem, & alia Inſtituta ejuſdem Ordinis admittendi; voſ-
2. que ad invicem ab *excommunicationum*
3. ſententiis; & vobiſcum etiam ſuper *irregularitatibus*, ſi quas vos, vel aliquem veſtrum incurrere contigerit, ſi neceſſitatis articulus id exquirat, diſpenſandi;
4. ac diſtrahendi *res* veſtris uſibus deputatas, & alias ipſas eiſdem uſibus in proſecutione dicti negotii, prout expedire videritis, applicandi; deficientibus inſu-
5. per *famulis* vobis neceſſariis ſubſtituendi alios, etiamſi ſigno Crucis aſſumpto ſint *Terræ Sanctæ* itineri obligati, & voluerint *votum* emiſſum in laborem hujuſmodi commutare; ac cum eis ſuper commutatione hujuſmodi diſpenſandi; dummodo non ſint talis conditionis, aut ſtatus, quòd per hoc eidem *Terræ* grave præju-
6. dicium generetur; & eis, ſeu quibuslibet aliis Chriſtianam Fidem profitentibus, quos ad id per vos aſſumi permittimus, vobiſcum laborem ipſum gerentibus, illam ſuorum peccatorum *veniam* indulgendi, quæ conceſſa eſt Transfretantibus in dictæ *Terræ* ſubſidium, liberam vobis concedimus tenore præſentium facultatem.

Datum, *ut ſupra*.

Alias facultates concedit pro negotio prædicto. (Ex REGES. VATIC. epiſt. 232. anni 1.)

XVI. Anno 1278. die 4. Aprilis. a

Iiſdem.

CUM vos ad partes Tartarorum &c. [a] & conſiderantes attentiùs, quòd illud eò feliciùs ad laudem Divini nominis dirigetur, quò majoribus fueritis aliorum fulti conſiliis, præſidiiſque muniti; vobis, & cuilibet veſtrum aſſumendi aliquem, vel aliquos ex *Fratribus* veſtri Ordinis dumtaxat, quos idoneos eſſe noveritis, & Sanctæ Religionis illuſtratione conſpicuos; & eos ad id, ſi neceſſe fue-

A rit, per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendi; ac illi, vel illis ſemel, vel pluries, quotiens, & quando expedire videritis, committendi, quòd promotionem dicti negotii, & illud contingentia ex aliquâ causâ reſpexerit, liberam concedimus tenore præſentium facultatem.

Datum, *ut ſupra*.

Alias itidem. (Ex cit. REGES. ep.233.anni 1.)

XVII. Anno 1278. die 5. Aprilis. b

B *Eiſdem*.

CUM vos ad partes Tartarorum &c. [b] & cupientes attentiùs, ut illud ad laudem Divini Nominis feliciter compleatur, vobis, & cuilibet veſtrum *reconciliandi* aliquem ex Archiepiſcopis, vel Epiſcopis in partibus eiſdem degentibus, qui tamen ritè fuerint, & in formâ Eccleſiæ ordinati; aut *aſſumendi* unum de Catholicis Archiepiſcopis, vel Epi-
C ſcopis gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentibus, cujus miniſterio poſſitis liberiùs exequi circa negotium ſupradictum, quæ Pontificale requirunt Officium; ac illa per eum, quem reconciliari per vos, vel aſſumi contigerit, in neceſſariis caſibus dumtaxat, prout commiſſo vobis negotio expedire videritis, exercere, plenam concedimus tenore præſentium facultatem.

D Datum Romæ Nonis Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Præficitur Eccleſiæ Bracaren. *Archiepiſc. in Luſitania*. (Ex REGES. VATIC. epiſt. 25. apud WADDINGUM in Regeſ. Pontif. n.5.)

XVIII. Anno 1278. die 6. Aprilis. c d

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio Fratri Tellio [c] *Electo* Bracharen. [d] *Sal.*, & *Apoſtol. Bened.*

Exordium.

E MILITANTI Eccleſiæ, diſponente Domino, licèt immeriti præſidentes circa curam omnium Eccleſiarum ſolertiâ reddimur indefeſſâ ſolliciti; ut juxta Paſtoralis Officii debitum crediti Nobis Dominici gregis cuſtodiam utiliter gere-

Pp re,

(a) TARTARORUM &c. Ut in præcedenti epiſtola uſque ad *præexcellentiam attendentes*.

(b) TARTARORUM &c. Vide duas præcedentes epiſtolas die 4. Aprilis datas uſque ad eadem verba *præexcellentiam attendentes*.

(c) FR. TELLIO: Provinciæ Caſtellæ in Hiſpania Miniſtro O. M.

(d) BRACHAREN.: Vulgo *Braga* Regni Portugalliæ præcipuæ, & antiquiſſimæ Metropolis, ut cum Toletana pro dignitate contenderit.

Digitized by Google

Vacantem Eccleſiam Bracaren. a

re, Divinâ cooperante Clementiâ, ſtudeamus. Sanè *Bracharen.* Eccleſiâ per translationem Venerabilis Fratris Noſtri *O.* [a] Epiſcopi Tuſculani, tunc Archiepiſcopi Bracharen. in Epiſcopum Tuſculanum aſſumpti nuper ſolatio deſtitutâ Paſtoris: Nos paternâ volentes ſollicitudine præcavere, ne ipſa *Bracharen.* Eccleſia diſpendia prolixæ vacationis incurrat; & ad perſonam tuam, quam odor famæ Nobis reddit acceptam; cum habearis vir vitæ laudabilis, litterarum ſcientiâ præditus, diſcretionis maturitate conſpicuus, præclarus meritis, & aliàs in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectus; Noſtræ conſiderationis aciem extendentes; ſperantes quoque, quòd eamdem Eccleſiam ſalubri, dante Domino, regimine gubernabis; ipſaque utilis præſidio munita Paſtoris optatis affluet incrementis; te *Miniſtrum* Ordinis Fratrum Minorum in Regno *Caſtellæ* [b], licèt abſentem, prædictæ *Bracharen.* Eccleſiæ de Fratrum Noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis in *Archiepiſcopum* præficimus & Paſtorem, adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ tibi ſpiritualiter, & temporaliter plenariè committentes. Quocirca Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus a Domino devotè ſuſcipiens ſic curam, & adminiſtrationem prædictæ *Bracharen.* Eccleſiæ diligenter gerere ſtudeas, & ſalubriter ac utiliter proſequaris; quòd ipſa ſub tuâ vigilantiâ votivis amplietur commodis; & in omnibus, Divinâ cooperante clementiâ, proſperè dirigatur; tuque Noſtram & dictæ Sedis gratiam exinde tamquam benedictionis, & obedientiæ Filius, uberiùs conſequi merearis. Volumus autem, quòd Sedem Apoſtolicam adeas pro conſecrationis munere obtinendo.

Miniſtro Provinciæ Caſtellæ O. M. b

confert, & committit,

mandans ut curam & adminiſtrationem ſuſcipiat, utiliterque regat;

& pro conſecratione Sedem Apoſtolicam adeat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum VIII. Idus Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Conſtituitur Epiſcopus Groſſetanus *in Tuſcia.* (Ex Reges. Vatic. epiſt.45. apud Waddingum in Regeſ. Pontif. n.6.)

XIX.

Anno 1278. die 9. Aprilis.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri B. [c] *Epiſcopo* Groſſetan. [d] *Salutem, & Apoſtol. Bened.*

c d

Militanti Eccleſiæ &c. [e] Sanè vacante olim Eccleſia *Groſſetan.*, Capitulum ipſius Eccleſiæ *Bindum* de Monte Orgiali [f] ejuſdem Eccleſiæ Præpoſitum inibi poſtularunt. Negotio itaque poſtulationis hujuſmodi ad Sedem Apoſtolicam devoluto; Nos poſtulatione ipſâ ex cauſis variis non admiſsâ; volentes eidem Eccleſiæ paternâ ſollicitudine præcavere, ne prolixioris diſpendia vacationis incurreret; te Fratrem Ordinis *Fratrum Minorum* de Fratrum Noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis dictæ Eccleſiæ &c. [g], quòd eadem Eccleſia per diligentiam, & induſtriam tuam; cum habearis bonitate conſpicuus, Religionis honeſtate præclarus, & ſollicitudine circumſpectus, ac in magnis, & arduis comprobatus [h]; laudabilia in ſpiritualibus, ac temporalibus ſuſcipiet incrementa. Te igitur ad præfatam Eccleſiam cum plenitudine Noſtræ benedictionis, & gratiæ remittentes, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſic laudabiliter curam ipſius Eccleſiæ gerere ſtudeas; quòd tibi per vitæ meritum; & aliis proficias exemplum; Noſque perſonam tuam exinde præcipui favoris gratiâ proſequi non immeritò teneamur [i].

Exordium. e

Vacante Groſſeti Eccleſia, Præpoſitus illius Eccleſiæ in Antiſtitem poſtulatur, f

qui non admittitur,

ſed Fr. Bartholomæus O. M. ei præficitur, g

& commendatur; h

eique injungitur, ut laudabiliter curam Eccleſiæ gerat. i

Da-

(a) O.: *Ordeonio* Luſitano, de quo legendus Ughellus to.1. Italiæ Sacræ in Epiſc. Tuſcul.

(b) In Regno Castellæ: Tantum, nam etſi *Legionis* Regnum unitum erat illi *Caſtellæ*; tamen quoad regimen Minoriticæ Religionis ſpectabat ad *Provinciam S. Jacobi*, ſeu Compoſtellanam.

(c) Fr. B.: *Bartholomæo* Amerino a Johanne XXI. primum, exin ab hoc Nicolao ad Rodulphum Romanorum Regem legatum ex epiſt. *Solet nota Principum &c.* anno ſuperiore die 12. Decembr. data ſup. fol.282.

(d) Grossetan.: Al. Roſetan. in Tuſcia maritima, agroque Senenſi, cujus Archiepiſcopatui nunc ſubjectus agnoſcitur, qui tunc uni Romano Pontifici parebat.

(e) Ecclesiæ &c. Ut in præcedenti epiſtola uſque *clementia ſtudeamus*.

(f) De Monte Orgiali: Ejuſdem Diœceſis Groſſetanæ Oppido.

(g) Dictæ Ecclesiæ &c.: Ut in Bulla *Debitum officii &c.* pro B. Epiſcopo Eugubino data 5. Junii uſque *fiduciamque tenentes*; quo loco Pontifex aſſerit, ſe manibus propriis ei munus conſecrationis impendiſſe, quod Ughellus tom.3. Ital. Sac. tradit factum xv. *Kal. April.*

(h) Comprobatus: In ardua legatione ad Regem Romanorum ſupra citata.

(i) Teneamur: Addit Waddingus ad hunc ann. num.25., Pontificem litteras dediſſe etiam ad Ildebrandinum Comitem *S. Floræ*, & Ildebrandinum *Pitiliani* Comitem Tuſciæ Palatinum, ut ejuſdem Eccleſiæ jura in eorum Terris conſiſtentia benevolo favore protegerent, & defenderent.

Digitized by Google

Datum Romæ apud Sanctum Petrum v. Idus Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Primo [a]. a

---

Suprarelatos ad Tartaros Nuncios infraſcriptis valde commendat. (Ex cit. Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 234. anni 1.)

XX. Anno 1278. die 22. Aprilis.

NICOLAUS &c.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUM dilectos Filios Fratres Gerardum de *Prato*, Andream de *Florentia*, Antonium de *Parma*, Matthæum de *Aretio*, & Johannem de *Sancta Agatha* [b] Ordinis Fratrum Minorum latores præſentium ad partes *Tartarorum* pro quibuſdam Eccleſiæ Romanæ negotiis deſtinemus; Univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur attentè per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus *Fratres* eoſdem, & eorum familias abire liberè permittentes nullam eis in perſonis, vel rebus moleſtiam inferatis, quinimmo ipſos, cum eos per vos tranſire contigerit, ſalubribus dirigentes conſiliis, & favorabilibus auxiliis conſoventes, de ſecuro conductu in eundo, morando, & redeundo provideatis eiſdem, ſicut exțiterit opportunum, ita quòd exinde poſſit veſtra devotio meritò commendari. b

Datum Romæ x. Kalendas Maji, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Miniſtrum Generalem Ordin. Minorum jam creatum S.R.E. Cardinalem *ſignificat, de ejuſque ad S. A. reditu alias.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 24. apud Waddingum ad hunc annum num. 21. nunc epiſt. 239. ejuſdem Regeſti.)

A NICOLAUS &c.

XXI. Anno 1278. die 23. Aprilis. c

Dilecto in Chriſto Filio Fratri Hieronymo [c] *quondam Fratrum Minorum Generali Miniſtro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero* Cardinali *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium. Amos 9. 11.

SUmmus omnium Magiſter, & Opifex ore prophetico inquiens: *Suſcitabo Tabernaculum David, quod cecidit*, ac poſt pauca ſubjungens: *& ea quæ corruerant, inſtaurabo*: B Vicarios ſuos pro tempore futuros inſtruxit in Eccleſia Dei reparare, quæ decidunt; & ut neceſſarios Miniſtros ipſius, quos ſortis humanæ fragilitas frequentiùs ſubtraxit, & diutiùs manere non ſinit, remedio viciſſitudinariæ ſubſtitutionis inſtauret: & hinc Nos non ſine multâ mentis amaritudine, recenſentes ſolemnes a paucis retrò temporibus in Sacroſanctâ Romanâ Eccleſiâ cecidiſſe columnas; & multiplicatas in ipsâ C ex multorum *Cardinalium* ſubtractione ruinas; illas prætactam ſecuti doctrinam cum Fratribus Noſtris frequenti, & perpensâ deliberatione præhabitâ implere ſtuduimus, ſubtractorum vices aliis dilectis, ut credimus, & Electis a Domino de ipſorum Fratrum conſilio ſubrogatis [d]; ut eidem piæ Matri Eccleſiæ pro Patribus filii naſcerentur, quorum conſilio dirigi poſſit in dubiis, & fulciri ſuffragiis in adverſis. Inter D quos ad perſonam tuam, quam virtutum Dominus multis virtutibus inſignivit, conſiderationis convertentes intuitum te in *Presbyterum Cardinalem* [e] ipſius Eccleſiæ duximus aſſumendum. Licet itaque ad ſupportanda nobiſcum ejuſdem Eccleſiæ onera tua foret admodum apud Sedem Apoſtolicam præſentia opportuna; ne tamen negotium tuæ, ac dilecti Filii *Fratris Joannis* [f] Ordinis Fratrum E Prædicatorum Magiſtri [g] prudentiæ commiſſum [h] aliquod ex abſentiâ tuâ diſpendium

Pontificis ſtudium in ſubrogandis Cardinalibus.

d

quos inter deligit Miniſtrum Generalem O. M.

e

In legatione Gallica Hiſpanicaque poſitum.

f g h

(a) Hic Epiſcopus hoc anno menſe Octobri cum nonnullis Minoritis legatus eſt Conſtantinopolim ad Græcorum Imp. *Palæologum*, ut infra. Anno 1288. Civitatem *Callii* in Umbria tranſtulit ad alium locum ſub nomine *Civitatis S. Angeli Papalis* juſſu Summi Pontificis ex diplomate Nicolai IV. ab Ughello to. 2. Ital. Sac. in Epiſc. Callien. relato: annoque 1290. in *Flaminiam* legatus fuit, cui ſucceſſit Petrus Saracenus Epiſc. Vicentin. ex Chronico Forolivien. in to. 22. Script. Rer. Italic., & inde in *Angliam* ex Spondano num. 5., Waddingo num. 1., & Raynaldo num. 42.

(b) De S. Agatha: De quibus, eorumque miſſione videas præcedentes litteras 10. 15. & ſeqq.

(c) Hieronymo: Aſculano aliàs & ſupra memorato.

(d) Subrogatis: Septem enim *Cardinales* creavit hoc anno ex autore Synchrono Ptolomæo Lucenſi *Hiſt. Eccl.* lib. 23. cap. 26., 4. idus Martii in Sabbato 4. temporum, ex autore *Memorialis Poteſtatum Regen.*; & Guidone de Corvaria in *Fragmen. Hiſt. Piſan.* apud Murat. to. 8. & 24. Rer. Ital. Script., qui tamen 9. Cardinales creaſſe conſcribunt.

(e) Presbyterum Cardinalem: Tit. S. Pudentianæ.

(f) Fr. Joannis: Vercellenſis in pluribus præcedentibus epiſtolis commemorati.

(g) Magistri: Generalis.

(h) Commissum: Nempe legatio Gallica, & Hiſpanica ex ſuperioribus epiſtolis.

Digitized by Google

Nicolaus PP. III. An.Ch.1278.

dium patiatur; de tuo ad Sedem eamdem reditu certo modo duximus ordinandum Noſtrum circa hoc beneplacitum per alias Noſtras litteras [a] communiter tibi, & eidem Magiſtro directas apertius exprimentes; quod prout opportunitas facti conceſſerit, proſequaris.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum IX. Kalendas Maji, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Pacis proſecutioni Reges Franciæ *inter &* Caſtellæ *acrius inſiſtant; qua rectè diſpoſita, ad alia ſe conferre poſſint*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 237. anni I.)

XXII. Anno 1278. die 23. Aprilis.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis Hieronymo *quondam Minorum Fratrum Ordinis Generalis Miniſtro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Preſbytero* Cardinali, *& Fratri* Johanni Magiſtro *Ordinis Prædicatorum* [b], *Sal., & Apoſt. Bened.*

Nunciorum ſuorum litteras commemorat.

Litteræ veſtræ circumſpectionis, & cedulæ, quas Nobis dilectus Filius Frater *Johannes de Viterbio* [c] Ordinis Fratrum Prædicatorum ipſius Ordinis Prædicator [d] ad Nos deferendas, a vobis ſibi commiſſas ſollicitudine laudanda præmiſit; ea, quæ circa commiſſum induſtriæ veſtræ ab Apoſtolicâ Sede negotium acta ſunt poſt reditum Nuntii per vos ad Cariſſimi in Chriſto Filii Noſtri ... Regis *Caſtellæ*, ac Legionis illuſtris præſentiam deſtinati; nec non & cauſas, ac modos, per quos inter Cariſsimum in Chriſto Filium Noſtrum ... Regem *Francorum* illuſtrem, & ipſum Regem Caſtellæ poſſent pacis fædera efficaciùs reformari, plenè, ac ſollicitè deſcripſerunt, ſuper quo diligentiam veſtram, & ſtudium multipliciter acceptantes in Domino commendamus. Sanè dum damna & pericula gravia, quæ Religioni Chriſtianæ ingerit periculoſa inter eoſdem Reges excitata diſcordia, meditamur, dum utilitates, & commoda, quæ inter ipſos, Deo auſpice, reformanda concordia repromittit, attentè penſamus; adeo affectus accenditur; adeo cor noſtrum in meditationis ſcrutinio concaleſcit; ut nullo modo conſcientia patiatur, nos in incepti tractatus reconciliandæ inter dictos Reges pacis proſecutione tepeſcere, aſſumptum remittere qualitercumque propoſitum, vel Noſtris, aut veſtris in hoc opportunis laboribus indulgere. Verùm noſtis, quod memoratus Rex *Francorum* tanquam devotus Princeps, & benedictionis Filius Noſtris perſuaſionibus acquieſcens, & primitias Noſtrarum precum per litteras Noſtras, & memoratum *Fratrem Johannem* [e] ſibi porrectarum effectu carere non ſinens terminum de recolligendis aciebus ſuis a Kalendis inſtantis uſque ad Kalendas ſubſequentis Maji prorogavit; nihilominus interim, ut ſuis verbis utamur, aggreſſurus acerbum, ad quod impellente ipſum inimicorum atrocitate non fuerit provocatus. Nec latere vos volumus, quòd ſicut per litteras dilecti Filii *Fratris Benvenuti* [f] Ordinis Minorum, quem ad præfatum Regem *Caſtellæ* ſuper eodem negotio duximus deſtinandum, accepimus; idem Rex Caſtellæ multæ in hoc devotionis exhibens argumenta, Noſtris ſe offert in ſæpefato negotio acquieſcere monitis, ac parere mandatis [g]. Et ad hoc pleniùs explicandum Venerabilem Fratrem Noſtrum ..... Epiſcopum *Ovetenſem* [h] citò ſe veſtris præſentaturum conſpectibus, ad Noſtram decrevit præſentiam deſtinare; ſicut hæc per eumdem *Fratrem Benvenutum*, qui ſe ad Nos per Franciam rediturum in prædictis litteris ſuis aſſeruit, ad notitiam veſtram pervenient, vel jam forſitan pervenerunt. Ex iis itaque ſpe de Clementiâ Divinâ conceptâ, quod actor pacis, & ſalutis amator opus imperfectionis ignorans, qui jam Regum ipſorum animos ad talia

Actaque per eos commemorat.

Rex Franciæ ad tempus arma ſuſpendit,

Caſtellæ verò Rex Pontificis monitis acquieſcit.

Ex quibus concordiæ ſpes elucere viſa eſt.

(a) Noſtras Litteras: Quæ adhuc deſiderantur, niſi ſint ſequentes; ex aliis tamen certo conſtat rediiſſe Card. Hieronymum in Italiam anno ſequenti.

(b) Ord. Prædicat.: De quibus in præcedentibus litteris hoc anno die 4. hujus menſis datis.

(c) Johannes de Viterbio: Pontif. Nuncius ad Regem Franciæ ex 1. hujus Pontificis epiſt. *Quanto ex poteſtate &c.* anno ſuperiore die 2. Decembr. emiſſa.

(d) Prædicator: Leg. *Procurator* ex cit. *Quanto ex poteſtate &c.*, & ex alia Joannis XXI. *Creſcit facile &c.* anno 1276. apud Raynaldum ad eum annum n.31., & inde in novo Bullario Ord. Prædicat. to.1.

(e) Fr. Johannem: Viterbienſem.

(f) Fr. Benvenuti: De quo in 2. hujus Pontificis epiſt. *Quanto ex poteſtate &c.* Regi Caſtellæ directa eo anno, ac die, quibus ſupra citata Franciæ Regi miſſa.

(g) Parere mandatis: At fidem ille decoxit, ut inſequenti anno apparebit.

(h) Episc. Oveten.: Vulgo *Oviedo* in Aſturia, Regnoque Legionis ſub Archiepiſcopo Compoſtellano.

Digitized by Google

talia inclinavit, quod cæpit, ipſe perficiet, & uſque ad perfectum non ſolum præparatoria concordiæ inchoata inter Reges eoſdem, ſed & veram ſolidamque concordiam ſuâ pietate perducet, a cæptis non putavimus deſiſtendum; præſertim cum ante prædictorum Fratrum *Johannis*, & *Benvenuti* ad Nos reditum plenè de hujuſmodi negotii circumſtantiis inſtrui non poſsimus, & vos, ſicut ſcripſiſtis, ad ſæpefatum Regem Caſtellæ Nuntium miſeritis iteratò, cujus reſponſionem ſecundum præmiſſam ipſius *Fratris Benvenuti* aſſertionem poteſtis cum meliori fiduciâ, & omnino expedit, expectare.

In ea inſiſtere Nuntii jubentur.

Ideoque præſentium vobis auctoritate mandamus, quatenus nullo modo vos proſecutioni ejuſdem negotii ſubtrahatis, ſed inſiſtatis inſtanter, donec denuò receperitis de beneplacito Noſtro mandatum.

Si eorum abſentia periculo careat,

Si tamen negotium ſæpefatum, vel per adventum memorati Fratris *Benvenuti*; vel per reditum prædicti veſtri Nuntii ad eumdem Regem Caſtellæ ultimò deſtinati; ſeu aliàs ad eum ſtatum ſit fortè deductum, quòd nullum in ipſo periculum, nullave deſperationis conjectura poſsit ex abſentiâ veſtrâ timeri: Volumus, quod Tu, Fili *Cardinalis*, ad Sedem Apoſtolicam redeas [a];

Cardinalis ad Sedem Apoſtol. redeat, a

Tu verò, Fili *Magiſter*, ſicut memoratus Frater Johannes petiit, ad Generale *Capitulum* dicti tui Ordinis, quod inſtat [b], accedas, Noſtram, finito eodem Capitulo, præſentiam celeriter aditurus.

Magiſter verò Capitulum Gen. adeat, & inde Romam. b

Hoc autem conſcientiis veſtris committimus; & eas exinde oneramus; ſperantes, quod propter aliquam privatam occaſionem nequaquam alicui diſcrimini tantum negotium exponetis.

Datum *ut ſupra*.

Procurationes, & proviſiones pro ſe, ſuoque ſocio Magiſtro O. P. Eccleſ. Prælatis, & aliis imponat, & exigi committat. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt.240. ann. 1.)

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1278.

XXIII.

Anno 1278. die 23. Aprilis.

A NICOLAUS &c.

Dilecto Filio Hieronymo *quondam Fratrum Minorum Ordinis Generali Miniſtro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Preſbytero* Cardinali *Sal. & Apoſt.Bened.*

CUM olim fel.record. Johannes Papa [c] prædeceſſor Noſter, Te, ac dilectum Filium Fratrem *Johannem* Magiſtrum Ordinis Fratrum Prædicatorum pro quibuſdam Eccleſiæ Romanæ negotiis [d] deſtinaſſet, ac per ſuas ſub certâ formâ litteras [e] mandaviſſet, Vos a Venerabilibus Fratribus Noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis Filiis Electis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpoſitis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Plebanis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, nec non Eccleſiaſticis, & Religioſis perſonis, eorumque Capitulis, & Conventibus exemptis, & non exemptis Ciſtercien., Cluniacen., Præmonſtraten., Grondimonten., Camaldulen., Sancti Benedicti, Sancti Auguſtini, & aliorum Ordinum, ac Magiſtris Præceptoribus, & Fratribus Domorum Militiæ *Templi*, *Hoſpitalis* Sancti Johannis *Jeroſolymitani*, & Sanctæ Mariæ *Theutonicorum*, *Calatraven.*, & *Velen.* [f], ad quos eædem litteræ pervenirent, in eundo, morando, & redeundo in ipſorum domibus honore congruo ſuſcipi; & pro neceſſariis veſtris, & veſtræ familiæ certam quantitatem pecuniæ dilecto Filio Magiſtro *Aldegerio* ſcriptori Noſtro, quem idem prædeceſſor vobiſcum tranſmiſit; vel alii, cui hoc tu, & idem *Magiſter* committeretis, die quolibet exhiberi; ac nihilominus provideri vobis de ſecuro conductu, nec non de equitaturis, cum ex parte veſtrâ requiſiti exiſterent, ſubveniri. Noſque poſtmodum tibi, & dicto *Magiſtro* Noſtras litteras [g] duxerimus dirigendas, ut executioni dictorum negotiorum juxta formam vobis a prædicto prædeceſſore traditam inſiſtatis. Conſiderantes, quòd cum ad altiorem ſtatum eadem Eccleſia te vocarit [h], ampliori

c Joannis XXI. proviſio pro ſuis Nunciis

d e per litteras ad univerſos Eccleſ. Prælatos

f

de pecunia,

ſecuro conductu &c.

g

h

(a) Redeas: Reverſus eſt ipſe anno ſequenti recuperata valetudine, interfuitque Comitiis Gener. Aſſiſii eo anno circa feſta Pentecoſtes celebratis ex Waddingo ad eum annum num.8.

(b) Quod instat: Nonis Junii Mediolani præſide Fr. *Munione* Hiſpano præfati Joannis Vicario celebratum ex to.1. Actorum Capitulor. General. illius Ordinis pag.376.

(c) Johannes Papa: XXI.

(d) Eccl. Rom. negotiis: Nempe pro diſcordia inter Reges Franciæ, & Caſtellæ ſopienda, ut in epiſt. ſuperiori, & 2. ac 3. 4.que Joannis XXI.

(e) Litteras: Quæ ad nos non pervenerunt.

(f) Velen.: Legerem *Aviſen.* veteris apud Luſitanos equeſtris militiæ.

(g) Nostras Litteras: Incip. *Inter cætera &c.* hoc anno die 4. Aprilis datas.

(h) Te vocavit: Ad apicem *Cardinalatus* S.R.E.

NICOLAUS PP. III. An.Ch. 1278.

pliori familia, & majoribus ſumptibus indigebis; ac de tuâ circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinentes volumus, & præſentium tibi auctoritate committimus, ut procurationes tibi & dicto *Magiſtro* pro præmiſsis neceſſariis veſtris, & familiarum veſtrarum, nec non & proviſionem, ac ſubventionem de ſecuro conductu, & equitaturis prædictis, Archiepiſcopis, & aliis per te, vel per alium, ſeu alios imponas, & exigas; ac imponi, & exigi facias; prout tua Diſcretio viderit expedire. Non obſtantibus aliquibus Apoſtolicis privilegiis, vel Indulgentiis ſub quavis verborum formâ conceſsis quibuſcumque Eccleſiis, Ordinibus, Collegiis, Univerſitatibus vel perſonis, quòd excommunicari, ſuſpendi vel interdici nequeant, ſeu ad præſtandas procurationes Nuntiis Apoſtolicæ Sedis nullo modo, vel niſi ad eorum Eccleſias, vel loca perſonaliter acceſſerint, coarctari, ſive quibuslibet aliis, cujuſcumque tenoris exiſtant, quod nulli ſuper hoc volumus ſuffragari; etiamſi de ipſis, & eorum totis tenoribus oporteat per annotationem eorum plenam de verbo ad verbum in præſentibus fieri mentionem. Alioquin ſententias, quas per Te, vel alium ſeu alios tuleris in rebelles ratas habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam appellatione remotâ inviolabiliter obſervari. Cæterum volumus, quòd ſi memoratum *Magiſtrum* a te aliquo caſu ſeparari contingat, in præmiſſis committas alicui perſonæ idoneæ vices tuas quæ eidem *Magiſtro* ſuæque familiæ de neceſſariis conductu, ac ſubventione prædictis ſtudeat providere [a].

Datum, *ut ſupra* [b].

quam Pontifex mandat exigi — *obſtantibus derogando* — *& comminando.* — *Alia proviſio pro ſeco ex hypotheſi.*

Omnia privilegia, & exemptiones, ac indulgentias eis, & Monaſterio conceſſas confirmat. (Ex Autographo in Aſſiſiat. Archivo Monaſterii S. Claræ ſub plumbo.)

NICOLAUS &c. XXIV.

Anno 1278. die 2. Maji.

Dilectis in Chriſto Filiabus ... Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii de Panzo [c] Aſſiſinat. *Ordinis Sancti Benedicti* [d] *Sdl., & Apoſt. Bened.*

Exordium.

CUM a Nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum; tàm vigor equitati quàm Ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter, dilectæ in Domino Filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates, immunitates a prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, ſeu alias indulgentias vobis, & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum a Regibus, & Principibus, aliiſque Chriſti fidelibus rationabiliter vobis, ſeu Monaſterio prædicto indultas; ſicut juſtè ac pacificè obtinetis; vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu &c.

Clauſula prohib. &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum vi. Nonas Maji, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Sub protectione Sedis Apoſtolicæ recipit Monaſterium, & bona, eaque illis confirmat. (Ex eodem loco.)

NICOLAUS &c. XXV.

Anno 1278. die 2. Maji.

Eiſdem.

Exordium.

SACROSANCTA Romana Eccleſia devotos & humiles Filios ex aſſuetæ pietatis officio propenſiùs diligere conſuevit; & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia Mater ſuæ protectionis munimine confovere. Ea propter dilectæ in Domino Filiæ, veſtris juſtis poſtu-

(a) Harum litterarum meminit Waddingus ad hunc annum n.22., & ante eum Hieronymus Rubeus Raven. in Vita Nicolai IV. Papæ, qui addit, *Hieronymum* Chriſtiana permotum animi demiſſione nec ſtipem coegiſſe, & Pontifici per litteras eam dignitatem etiam atque etiam renunciaſſe; quod videtur accepiſſe ab Autore vetuſto xxiv. Miniſtrorum Generalium, vel a S. Antonino.

(b) Extat in cit. Vatic. Regeſ. Pontif. epiſt.241. data Prælatis Eccleſ., aliiſve in hac epiſt. commemoratis pro eodem negotio.

(c) De Panzo: De quo dictum eſt in no. (a. b) ad epiſt.285. Gregorii IX. *Cum a Nobis petitur &c.* anno 1238. die 17. Decembr. ſcripta, & in 1. hujus Operis tomo relata.

(d) S. Benedicti: Primitus quidem, ſed ab anno circiter 1238. dicitur *Ordinis S. Damiani*, ut in Bullis Gregorii IX. cit., Alexandri IV. *Haberi percepimus &c.* 23. Octobris 1259., Urbani IV. *A veſtræ ſolicitudine &c.* 1. Junii 1262., nec non Joannis XII. *Officii Noſtri debitum &c.*, & Martini V. *Humillimis ſupplicum &c.* propriis locis in hoc Opere videndis.

Digitized by Google

poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras, & locum, in quo divino eſtis obſequio mancipatæ, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub beati Petri, & Noſtrâ protectione ſuſcipimus: ſpecialiter autem Terras, Domos, Ortos, Vineas, Poſſeſſiones, Redditus, Prata, Silvas, Paſcua, Caſalina, & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Protectionis, & Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit &c.

Suſcipit ut ſupra.

Clauſula prohib. &c.

Datum, *ut ſupra*.

Confirmat omnia privilegia, & conceſſiones ſuorum prædeceſſorum, aliorumque huic Monaſterio factas. (Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Luciæ Civitatis Urbinat. Ordinis S. Claræ.)

XXVI.

Anno 1278. die 11. Maji.

NICOLAUS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus ... Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii Sancti Silveſtri de Iſchieto *ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Damiani Urbinat. Diœceſis Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

CUM a nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum &c. [a]

Datum Romæ apud Sanctum Petrum v. Idus Maji, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Intuitu quondam Fr. Dominici *O. M. Sedis Apoſtolicæ Pœnitentiarii ei Archidiaconatum* Santarenen. *in Eccleſia Ulyſſipon. confert.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 215. anni 1.)

XXVII.

Anno 1278. die 14. Maji.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio Magiſtro Johanni Archidiacono Santarenen. [b] *in Eccleſia Ulixbonen. Sal., & Apoſt. Ben.*

Exordium.

ADjutos morum & ſcientiæ meritis dignè proſequimur dono gratiæ congruentis, ut dum votiva perceptione bonorum perſpexerint ſe fecundos virtutum, adjectione continuâ ſe reddere gaudeant inſignitos. Sanè petitio tua nobis exhibita continebat, quòd vacante olim Archidiaconatu *Sanctarenen.* in Eccleſiâ Ulixbonen. per mortem Vincentii Johannis Archidiaconi *Sanctarenen.* in prædictâ Eccleſiâ, qui in partibus illis debitum naturæ perſolvit, fel. record. Johannes Papa Vigeſimus primus [c] prædeceſſor Noſter Archidiaconatum prædictum donationi ſuæ, ſicut, referente Venerabili Fratri Noſtro .... [d] Epiſcopo *Ulixbonenſi*, accepimus, reſervavit. Cum igitur Archidiaconatus prædictus occaſione reſervationis hujuſmodi adhuc vacare noſcatur; Nos attendentes tuæ merita probitatis, ſuper quibus laudabile tibi teſtimonium perhibetur; ac volentes tibi propter hoc, & ob memoriam quondam *Fratris Dominici* [e] de Ordine Minorum Apoſtolicæ Sedis Pœnitentiarii, cujus Nepos fuiſti, gratiam facere ſpecialem, Archidiaconatum prædictum cum juribus & pertinentiis ſuis ſic vacantes, Apoſtolicâ tibi auctoritate conferimus, & providemus etiam de eodem; decernentes irritum & inane, ſi ſecus de Archidiaconatu, juribus, & pertinentiis prædictis quavis auctoritate a quoquam contigerit attentari. Non obſtantibus aliquibus ejuſdem Eccleſiæ contrariis conſuetudinibus, vel ſtatutis juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quacumque aliâ firmitate vallatis; aut ſi eidem Epiſcopo, & dilecto Filio Decano, & Capitulo Ulixbonen. communiter, vel diviſim a dictâ Sede indultum exiſtat, quòd ad receptionem, vel proviſionem alicujus minimè teneantur, & ad id compelli non poſſint; aut quod de bene-

Archidiaconi Santaren. petitionis tenor.

Joan. XXI. Archidiaconatum vacantem ſibi reſervat,

quem Pontifex confert, ut ſupra.

Obſtantibus derogando.

(a) Et honestum &c.: Videas *Bullam* Gregorii X. anno 1273. die 16. Decembris ſupra fol. 211. editam; & præcedentem 24. hujus Nicolai.

(b) Santarenen.: De quo Oppido vulgo *Santaren*. Diœceſis Ulyſſiponenſis dictum eſt in 1. hujus Operis tomo pag. 9. no. (2)

(c) Johan. Papa XXI.: Superiori anno die 16. Maji defunctus.

(d) Fratre Nostro:

(e) Fr. Dominici: Noſtris hucuſque ignoti, &, ut videtur, patria Ulyſſiponenſis.

Digitized by Google

beneficiis, perſonatibus, ſeu dignitatibus ad collationem, vel electionem, ſeu diſpoſitionem ſuam ſpectantibus nulli valeat provideri per litteras Apoſtolicas, quæ de indulto hujuſmodi plenam & expreſſam non fecerint mentionem; ſive qualibet aliâ indulgentiâ dictæ Sedis generali, vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat; per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus præſentium impediri valeat, vel differri; & de quibus in Noſtris litteris fieri debeat mentio ſpecialis; ſeu quòd aliàs beneficiatus exiſtis. Volumus tamen, quòd poſtquam Archidiaconatum prædictum fueris pacificè aſſecutus, & fructus perceperis ex eodem, Magiſterium *Scholarum*, quod obtines in prædictâ Eccleſiâ [a], & quod ex tunc vacare decernimus, omnino dimittas. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Collationis, Proviſionis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu &c.

a Clauſula prohib. &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum II. Idus Maji, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Locus Fratrum de Pœnitentia J.C. Cæſarauguſtæ *cum primum illi deſierint detur Fratribus O. M.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 58. apud Waddingum ad hunc annum in Regeſ. Pontif. num. 7.)

XXVIII. Anno 1278. die 15. Maji.

NICOLAUS &c.

b c

Venerabili Fratri .... [b] *Epiſcopo* Cæſarauguſtano [c] *Sal.*, *& Apoſt. Ben.*

Expoſitio Fratrum Minor. Cæſarauguſt.

SUA Nobis dilecti Filii ... Guardianus, & Fratres Ordinis Minorum *Cæſarauguſtani* petitione monſtrarunt, quòd locus eorum [d] Civitatis Cæſarauguſtanæ, ubi manent ad præſens, in quo *Saracenorum* [e] decedentium corpora conſueverunt antiquitus ſepeliri; ob aeris corruptionem, & intemperiem, aliaſque multiplices incommoditates non ſolum habitationi eorumdem Fratrum ineptus, ſed & ipſis pernicioſus exiſtit. Quare iidem Guardianus, & Fratres Nobis humiter ſupplicarunt, ut cum in loco Fratrum, qui de *Pœnitentia Jeſu Chriſti* [f] dicuntur, Civitatis prætactæ; quorum Ordo non eſt de reſervatis per Conſtitutionem fel. record. Gregorii Papa X. prædeceſſoris Noſtri ſuper hoc editam in Concilio Lugdunenſi [g], in quo dudum viginti Fratres, & plures etiam ipſius Ordinis *de Pœnitentia Jeſu Chriſti* manere conſueverant, perpauci commorentur ad præſens; propter quod eſt veriſimiliter præſumendum, quòd poſt non magni temporis ſpatium locus ipſe juxta tenorem prædictæ Conſtitutionis [h] diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ relinquitur; ipſis Guardiano, & Fratribus Minoribus locum ipſum cum pertinentiis ſuis obtinendum ab eis, cum illum Fratres dicti Ordinis *de Pœnitentia Jeſu Chriſti* deſeruerint, concedere dignaremur. Nos igitur, qui dictum Ordinem Fratrum Minorum, ejuſque profeſſores ſincerâ in Domino diligimus charitate; volentes eiſdem Guardiano, & Fratribus in hac parte gratiam facere ſpecialem Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præfatum locum prædictorum Fratrum *de Pœnitentia Jeſu Chriſti* cum juribus, & pertinentiis ſuis eiſdem Guardiano, & Fratribus ex nunc auctoritate Noſtrâ per Te, vel per alium juxta infraſcriptam formam inhabitandum ab eis liberè conferas, & aſſignes. Volumus etenim, quòd ſi præfati Fratres *de Pœnitentia Jeſu Chriſti* ſive ſimul omnes ſive ſingulariter ſe transferre voluerint ad prædictum Ordinem Fratrum Minorum, vel alium, ſeu alios Ordines approbatos; ſuper quo eis, prædictâ Conſtitutione nequaquam obſtante, auctoritate Noſtrâ licentiam largiaris; eoſdem Guar-

d

e de neceſſitate mutandi locum.

f & petentium ſibi concedi locum Fratrum de Pœnitentia Jeſu Chriſti

g

h quamprimum diſpoſitioni S. A. relinquendum.

Pontifex mandat id, quod ſupra

cum facultate dictis Fratribus de Pœnitentia J.C. ſe transferendi ad alios Ordines, ſi libuerit.

(a) In prædicta Ecclesia: Nempe Ulyſſiponenſi.
(b) Ven. Fratri ...: Hugoni, qui anno 1287. obiit Romæ apud Aram-Cæli ſepultus, ejuſque oſſa anno 1295. Cæſarauguſtam translata a Fr. Romæo Miniſtro Prov. Aragoniæ repoſita ſunt ad Aram majorem ex Waddingo n. 37.
(c) Cæsaraugustano: Aragoniæ Civitatis primariæ, olimque Regum Aragoniæ Sedis tunc ſub Toletano Archiepiſcopo, poſtea in Metropolim erectæ.
(d) Locus eorum: Caput erat *Cuſtodia* ſui nominis in Provincia *Aragonia* ex diſtributione Provinciarum & Cuſtodiarum Ordinis anno 1260. Narbonæ in Comitiis Genèr. facta à S. Bonaventurà.
(e) Saracenorum: Quibus a Chriſtianis Civitas erepta eſt anno 1118.
(f) De Pœnitentia Jesu Christi: Pro quo Ordine vide I. hujus Operis tomum fol. 31. & 83.
(g) Editam in Concilio Lugdunen.: Anno 1274. cap. 23., vulgatamque in *Bulla* Gregorii X. *Unam ex conſultationibus &c.* anno 1275. die 31. Martii ſupra fol. 226.
(h) Constitutionis: Qua Religionum ſupprimendarum alumnis præcipiebatur, ut *nullum deinceps ad eorum profeſſionem admitterent*; ideoque quamprimum extinguendis.

Digitized by Google

Guardianum, & Fratres Minores ex tunc, alioquin quàm cito præfatum locum ab eodem Ordine Fratrum *de Pœnitentia Jeſu Chriſti* prædicto modo, vel aliàs contigerit derelinqui, ſicque ſecundum conſtitutionem eamdem in diſpoſitione Sedis remanere prætactæ, in corporalem poſſeſſionem ipſius loci, jurium, & pertinentiarum ejus pro ipſorum inhabitatione per Te, vel per alium inducas [a], & defendas inductos. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Non obſtante, ſi aliquibus &c.

a

Obſtantibus derogando.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Idibus Maji, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ut Epiſcopum & Clerum Ferentin. *moneat, & inducat ad deſiſtendum a moleſtiis Fratribus O. M. inferendis, & ad damna reſarcienda; alioquin eos citet ad comparendum, cauſamque coram ſe dicendam.* (Extat apud Theulum in Appar. Minor. Prov. Rom. lib. 5. cap. 2. p. 155. & ſeqq., ac apud Casimirum Rom. in Mem. Hiſt. Prov. Rom. cap. 11.)

XXIX.

Anno 1278. die 15. Maji.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio ... Campaniæ, Maritimæque *Rectori* [b] *Sal., & Apoſtol. Bened.*

b

Fratrum O. M. Ferentin. ad Rom. Pontificem delatio

SIGNIFICARUNT Nobis dilecti Filii ... Guardianus, & Fratres Ordinis Minorum de *Ferentino* [c], quòd ipſi a Loco, quem extra Civitatem Ferentinat. olim habebant, pro eo quòd ad commodum ipſorum habitationi non erat; ſicut eam fel. record. Alexander Papa [d] prædeceſſor Noſter vidit in minori officio conſtitutus [e]; ad alium, quem intra Civitatem ipſam ſibi congruum obtinent, cupientibus ſe transferre, dictus Prædeceſſor bonæ memoriæ ... Epiſcopo *Ferentinati* [f] per Apoſtolicas dedit litteras [g] in virtute obedientiæ in præceptis, ut eiſdem Guardiano, & Fratribus ſuper hoc aſſiſteret conſilio, & favore quoſcumque ſibi ſubditos ab indebitâ ſuper hoc eorum moleſtatione compeſcens. Poſtmodum autem cum dicti Guardianus, & Fratres ſe ad eumdem locum, quem in Civitate præfatâ obtinent, dicto Epiſcopo [h], ac etiam Clero Ferentinate ſcientibus, & non contradicentibus, transferentes incepiſſent conſtruere quamdam Domum; iidem Epiſcopus, & Clerus novum opus eiſdem Guardiano, & Fratribus pro ſuæ voluntatis libito nuntiarunt [i], propter quod ipſi ab incæpto opere deſiſtentes ad Petrum de Saxo Comitum Verulan. [k], tunc Vicarium bonæ memoriæ *Jordani* [l] Sanctorum Coſmæ, & Damiani Cardinalis Campaniæ, Maritimæque *Rectoris* [m] ſuper iis habuere recurſum. Porrò idem Vicarius ad locum ipſum accedens perſonaliter, & diligenter attendens, quòd ex hujuſmodi opere prædictis Epiſcopo, & Clero nullum generabatur præjudicium; conceſſit eiſdem Guardiano, & Fratribus in opere incepto licentiam procedendi. Cumque ipſi ad conſtruendam Domum eamdem ad opus eorum intenderent; Judex Poteſtatis Civitatis prædictæ, & quidam Cives Ferentinat. rogaverunt Guardianum, & Fratres eoſdem, ut conſtructionem Domus ejuſdem ſuſpendere curarent: Et licèt ipſi ſuper hoc illorum precibus annuiſſent; nonnulli tamen de Clero prædicto in Vigilia Aſcenſionis Dominicæ ad dictum locum, quem

c

d

de neceſſitate mutandi locum.

e

f g

Alexander IV. Epiſcopo Ferent. præcipit, ut Fratribus aſſiſt, & defendat.

h

Epiſcopus ſucceſſor cum Clero ſe opponit, & vetat.

i

k

l

Fratres ad Vicarium Rectoris Campaniæ, Maritimæque recurrunt.

m

qui poteſtatem facit conſtruendi.

Judex Prætoris & quidam alii rogant Fratres, ut opus ſuſpendant,

quibus Fratres annunt.

(a) Inducas: Quod contigit anno 1286. ad ſitum optimum in meditullio Civitatis, & veneranda olim Martyrum carnificina, inquit cit. Waddingus ad hunc annum n. 37., ubi fuſe locum deſcribit.

(b) Rectori: Anno 1274. *Guido Codeporcus* factus eſt Rector Campaniæ, & Maritimæ ex Contatore Hiſt. Tarracinen. lib. 1. cap. 8. p. 76. & 77.

(c) Ord. Min. de Ferentino: Vulgo etiam *Florentino* urbe Campaniæ Romanæ in colle ſub utroque Rom. Pontificis dominio 5. mill. p. ab Anagnia in ortum, & 6. a Fruſinone, cujus Fratrum Minorum locus quartus eſt *Cuſtodiæ* Campaniæ in Provincia Romana ex ſæpe citato veteri *Provinciali* Ordinis.

(d) Alexander Papa: IV. hujus nominis.

(e) Constitutus: Ideoque ante ann. 1255. extabat locus Fratrum noſtrorum Ferentini extra Civitatem.

(f) Episcopo Ferentinati: *Jacobo* Veliternati ex Ordine Minorum circa ann. 1253. promoto ex Theulo in Appar. Minor. Provinciæ Rom. lib 6. cap. 1. qui rexit annos circiter ſeptem, cum in hac epiſt. dicatur *bonæ memoriæ* ſub Alexandro IV.

(g) Dedit litteras: Quæ non apparent.

(h) Episcopo: Altero *Jacobo*, qui anno 1276. una cum Epiſcopo Taurinen. a Joanne XXI. legatus eſt Conſtantinopolim ad Græcos, ut ea, quæ in Lugdunen. Concilio profeſſi fuerant ſe amplecti, confirmarent ex Annal. Eccleſ., quemque Ughellus to. 1. Ital. Sac. aſſerit uſque ad ann. 1297., quo obiit, rexiſſe.

(i) Nunciarunt: Pro *accuſarunt*, litemque intentarunt.

(k) Verulan.: Quæ civitas parum a Ferentino diſtat.

(l) Jordani: *Pirunti* Tarracinenſis patria ab Urbano IV. creatus Card. obiit anno 1269. Sede Rom. vacante ex Scriptoribus de S. R. E. Cardinalibus, eumque nonnulli de *Comitibus*, alii de *Urſinis* perperam dixerunt: legi poterit Contator Hiſt. Tarracin. lib. 2. cap. 10. Extat ejus mentio in Clementis IV. epiſt. 535. Regeſ. Vatic. apud Raynaldum ad ann. 1268. n. 34.

(m) Rectoris: Quo munere functus eſt etiam ſub Innocentio, & Alexandro IV., cum eſſet Subdiaconus & Notarius Apoſtolicus ex cit. Contatore pag. 68.

Digitized by Google

quem iidem Guardianus, & Fratres in Civitate ipſâ obtinent, manu armatâ noctis tempore accedentes non ſolùm Domum ipſam, ſed etiam alias Domos diù antea conſtructas ibidem Diabolico ſpiritu concitati penitus deſtruere, ac vites & arbores ſitas ibidem incidere præſumpſerunt; nec non in quoſdam ex prædictis Fratribus injectis manibus, Dei timore poſtpoſito, temerè violentiùs damna gravia, & injurias Guardiano, & Fratribus irrogarunt eiſdem. Propter quod piæ memoriæ URBANUS PAPA [a] prædeceſſor Noſter dilecto Filio Rolando de Ferentino Cappellano Noſtro ſuis dedit litteris [b] in præceptis, ut vocatis, qui vocandi eſſent, inquireret ſuper præmiſſis de plano, & ſine judicii ſtrepitu diligentiùs veritatem; & quòd inveniret in authenticam ſcripturam fideliter redigi faciens illud prædicto prædeceſſori Urbano quàm citiùs deſtinare curaret; ut dictus prædeceſſor *Urbanus* inde ſufficienter inſtructus procederet ſuper eiſdem, prout procedendum videret. Cæterum eodem prædeceſſore *Urbano* viam univerſæ Carnis ingreſſo [c]; ac eodem Cappellano inquiſitionem, quam ſuper hoc fecerat, ad Sedem Apoſtolicam remitteret, felicis memoriæ CLEMENS PAPA [d] prædeceſſor Noſter Dilecto Filio Jordano [e] Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diacono Cardinali duxit negotium hujuſmodi committendum. Idem verò Cardinalis, cui tàm per inquiſitionem prædictam, quàm per confeſſionem prædicti Epiſcopi plenè conſtitit de præmiſſis; de ſpeciali mandato dicti prædeceſſoris Noſtri *Clementis* ſibi facto oraculo vivæ vocis Epiſcopo mandavit eidem, ut prædictas Domos refici faceret; & attentata in priſtinum ſtatum reducens non impediret, nec impedire permitteret, quominus prædicti Guardianus, & Fratres Domos prædictas inhabitarent; prout ante deſtructionem conſueverant earumdem: & licèt ad revocationem *Ferentinat.* Populi nominati Guardianus, & Fratres ad locum rediiſſent eumdem; dictus tamen Epiſcopus nec ad plenum Domus ipſas fecit refici; nec attentata hujuſmodi revocavit. Verùm cum poſtmodum prædicti Guardianus, & Fratres locum ipſum claudi; & quamdam Domum ibidem conſtruere feciſſent; dicti Epiſcopus, & Clerus novum opus nuntiare [f] curarunt; ſed ſuper hoc jus ſuum proſequi neglexerunt; quare iidem Guardianus & Fratres, ipſos ultra tempus a jure ſtatutum, videlicet per ſex Menſes, & ampliùs expectarunt; ſicque demum ipſis Guardiano, & Fratribus ad conſtructionem ipſius Domus de mandato prædicti *Jordani* [g] Cardinalis procedentibus, dicti Epiſcopus, & Clerus malitiam, quam contra prædictos Guardianum, & Fratres conceperunt, producentes in actum; ac injurias injuriis cumulantes clauſuram hujuſmodi dicti Loci, & quidquid dicti Guardianus, & Fratres poſt denunciationem hujuſmodi prædicti operis conſtrui fecerant, temeritate propriâ deſtruxerunt: Quidam autem Clerici ad locum ipſum de mandato nominati Epiſcopi accedentes, ac Oratorium aſcendentes illud diſcooperire, ac quamdam Campanam appenſam ibidem ad convocandum Fratres exinde aſportare nequiter præſumpſerunt in prædictorum Guardiani, & Fratrum non modicum præjudicium, & gravamen. Unde ipſis Guardiano, & Fratribus propter hoc ad ipſius prædeceſſoris *Clementis* providentiam recurrentibus, prædictus prædeceſſor *Clemens* prædicto *Jordano* [h] Cardinali viva voce mandavit, ut partibus convocatis hujuſmodi audiret negotium; & fine debito terminaret. Poſtmodum autem prædictis Guardiano, & Fratribus litigiorum anfractus vitare cupientibus, pacis, & concordiæ ſemitam, prout humilis eorum Religio exigit; & ſalutationis alloquium, quod Fratres prædicti Ordinis ex ipſius inſtitutione frequentant; ſalubriter amplexari; dictus prædeceſſor *Clemens* id habens gratum pariter, & acceptum præfato Jordano [i] Cardinali ſuis dedit

Sed Clerus inceptum opus deſtruunt, & damna, injuriaſque irrogant.

Urbanus IV. mandat Capellano ſuo cauſam cognoſcere, & referre.

Quo Pontifice mortuo Clemens IV. Jord. Diac. Card. S. M. in Coſmedin negotium committit,

qui Ferent. Epiſcopo jubet, ut attentata revocaret, nec Fratres a conſtruendo vetaret, impediretque.

Sed Epiſcopus minime paruit,

quinimo Fratribus diem dixit.

Inceptam fabricam deſtrui curavit,

& quædam inde aſportare.

Clemens IV. iterum dicto Cardinali rem terminandam injungit.

(a) URBANUS PAPA: IV. hujus nominis anno 1261. evectus 29. Auguſti.
(b) SUIS DEDIT LITTERIS: A nobis deſideratis.
(c) INGRESSO: Anno 1264. die 2. Octobris.
(d) CLEMENS PAPA: Et ipſe hujus nominis IV. anno 1265. 9. Febr. aſſumtus.
(e) JORDANO: Leg. *Jacobo*, nempe *Sabello* Romano, qui poſtea Summus Pontifex factus tulit nomen *Honorii IV.*
(f) NUNCIARE: Pro denunciare, & accuſare coram Judice, diemque dicere.
(g) JORDANI: Leg. *Jacobi*, ut ſupra (c).
(h) JORDANO: Reponendum *Jacobo*, ex pluribus enim diplomatibus Rom. Pontificum liquet his temporibus Cardinalem S. Mariæ in Coſmedin fuiſſe *Jacobum*, non Jordanem.
(i) JORDANO: *Jacobo*, ut ſupra.

Digitized by Google

a Et ut Epiſcopum, Clerumque monitione a moleſtiis inferendis averteret,

b alias non obtemperantes pœnis addicendos prædiceret,

c

d e qui tamen flecti, inducique nequiverant.

f Clementis IV. ſucceſſor Joannes XXI. cauſam Epiſcopo Tarracinen. demandat, ut ſupra,

g h

qui nihil magis profecit, atque alii.

dedit litteris [a] in mandatis, ut prædictos A Epiſcopum, & Clerum moneret efficaciter, & indiceret, quòd ab eorumdem Guardiani, & Fratrum moleſtationibus, & injuriis penitus conquieſcerent, & de illatis eis injuriis ſatisfactionem plenariam impendentes ipſos in eodem loco morari pacificè, ac Eccleſiam, domos, & officinas eis neceſſarias conſtruere liberè paterentur; manifeſtè prædicens eiſdem, quod niſi ejuſdem *Jordani* [b] Cardinalis monitionibus, & indictionibus B acquieſcerent in hac parte; dictus prædeceſſor *Clemens* contra ipſos taliter, prout expediens foret, procederet; quòd non ſolùm [c], ſed alii, ad quos debitam illorum animadverſionem pervenire contingeret, ſimilia committere cernerentur [d]. Et licèt prædictus Jordanus [e] Cardinalis Epiſcopum, & Clerum præfatos juxta mandatum Apoſtolicum ſuper præmiſſis monuerit; & eos ad complendum C prædicta induxerit diligenter; ipſi tamen monitis, & inductionibus hujuſmodi acquieſcere non curarunt. Quare fel. record. Johannes Papa XXI. [f] prædeceſſor Noſter Venerabili Fratri Noſtro Epiſcopo *Terracinen.* [g] ſuis dedit litteris [h], ut Venerabilem Fratrem Noſtrum Epiſcopum, & Clerum *Ferentinates* prædictos monere, & inducere procuraret; quòd a prædictorum Guardiani, & Fratrum moleſtiis, & injuriis omnino deſiſterent; & D de illatis eis injuriis ſatisfactionem plenam, & debitam impendentes, ipſos in eodem loco morari pacificè, ac Eccleſiam, domos, & officinas conſtruere pro ſuâ, & Apoſtolicæ Sedis reverentiâ liberè paterentur. Sed ipſi eiſdem Epiſcopi *Terracinen.* monitionibus, & inductionibus avertentes auditum non ſolùm prædicta facere non curarunt; quin immò injurias injuriis cumulantes memoratis Guardiano, & Fratribus, quos præfatus E Populus iteratò ad præfatam Civitatem

evocaverat, inhibere temerè præſumpſerunt, ne in opere prædicto ſic incepto procederent, in Magiſtros, & Operarios ipſius operis, ac omnes alios, qui dictis Guardiano, & Fratribus ad hoc darent conſilium, auxilium, vel favorem *excommunicationis* ſententiam promulgantes, ac facientes ipſos excommunicatos publicè annunciari; Quare ſupradicti Guardianus & Fratres Nobis humiliter ſupplicarunt, ut providere ipſis ſuper his paternâ ſollicitudine curaremus. Quia verò hujuſmodi gravamina dictorum Guardiani, & Fratrum non ſunt amplius æquanimiter toleranda; Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prælibatum Epiſcopum *Ferentinat.* [i], & Clerum ex parte Noſtrâ moneas efficaciter, & inducas, ut a præmiſſis moleſtationibus, & injuriis eorumdem Guardiani, & Fratrum penitus deſiſtere; ac ipſis de illatis eis damnis, & injuriis ſatisfactionem plenariam infra quindecim dies poſt monitionem tuam impendere, ac ſententias hujuſmodi revocare procurent. Proviſurus nihilominus, quòd per Inſtrumenta, & cautiones alias vallatas pœnarum adjectionibus, ſive alia remedia, de quibus videris expedire, taliter ſe obligent; quòd ſaltem hac vice finis hujuſmodi controverſiis imponatur; aut inter partes, ſi de ipſarum conſenſu proceſſerit, ſic amicabiliter ordines; quòd ſopitis prædictis controverſiis concordia inter partes firma proveniat memoratas. Quòd ſi Epiſcopus, & Clerus præfati infra menſem prædictos quindecim dies immediatè ſequentem hujuſmodi ordinationi tuæ acquieſcere, vel monitionibus parere non curaverint; tu eos ex tunc ex parte Noſtrâ peremptoriè citare procures; ut infra decem dies poſt citationem tuam idem Epiſcopus, & ſex de dicto Clero, quos magis in hoc culpabiles eſſe inveneris, perſo-

Epiſcopos & Clerus Ferent. excommunicationem intentant operariis fabricæ, Fratribuſque faventibus.

Fratres vero ad Nicolaum PP. recurſum habent, & ſupplicant,

qui ſupradicto Rectori mandat id, quod ſupra.

i

Non parentes ordinationi citari jubentur.

(a) Suis dedit litteris: Non extantibus.
(b) Jordani: *Jacobi* ex proxime notatis.
(c) Non solum: Deeſt *ipſi*, vel *præfati*.
(d) Cernerentur: Leg. *vererentur*, ita ſenſus epiſtolæ requirit.
(e) Jordanus: *Jacobus* ex ſupradictis; cum enim exaratum eſſet J., Scriba interpretatus eſt *Jordanum* ex ſuperiori Card. Jordano, ut infra in *Bulla* 43.
(f) Johannes PP.XXI.: Qui ab anno 1276. menſe Septembr. uſque ad menſem Maji an.1277. ſedit.
(g) Episcopo Terracinen.: *Fr. Franciſco* ex Ord. Min. aſſumto poſt ann.1268., cujus prima mentio extat ad ann.1273. menſe Majo apud Contatorem Hiſt. Terracin. lib.1. cap.8. p.76., & lib.4. cap.3. num.37., apud Waddingum vero ad ann.1274. n.35. edit.2.
(h) Suis dedit litteris: Quæ a nobis deſiderantur.
(i) Episcopum Ferentinat.: Vivebat igitur hoc tempore Ferentini Epiſcopus, atque adeo diverſus eſt ab illo, quem Pontifex ſuperius dixit *bonæ memoriæ*, defunctum, ut conjicitur, vel in fine Pontificatus Alexandri IV., vel ſub initium Pontif. Urbani IV., nam hoc loco Ughellus to.1. Ital.Sac., aut Catalogus horum Antiſtitum apud eum mancus, & incompletus apparet.

Digitized by Google

Nicolaus PP. III. An.Ch. 1278.

perſonaliter; alii verò per ſe, vel per A Procuratorem, ſeu Procuratores idoneos cum omnibus actis, juribus, & inſtrumentis ſuis hujuſmodi negotium contingentibus compareant coram Nobis recepturi pro meritis, ac facturi ſuper iis, quòd ordo dictaverit rationis; ſive parituri ordinationi, quàm ſuper præmiſſis duxerimus faciendam. Diem autem citationis, & formam, & quidquid ſuper præmiſſis duxeris faciendum, Nobis per tuas litteras harum ſeriem continentes fideliter intimare procures.

Datum, *ut ſupra*.

Confirmat Ordinem S. Claræ Aſſiſii, *non obſtante Conſtitutione Concilii Lugdunen.* (Ex Regesto Vatic. epiſt. 88. apud Waddingum ad hunc ann. in Regeſ. Pontif. n. 8., & ex Autographo ſub plumbo in Aſſiſiat. Archivo Monaſterii S. Claræ.)

XXX. Anno 1278. die 21. Maji.

NICOLAUS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monialium Pauperum incluſarum [a] *Monaſterii* Sanctæ Claræ Aſſiſinaten., *Sal., & Apoſtol. Bened.*

Exordium.

MUndi ſpernentes illecebras, & ſæculi blandimenta noxia fugientes Divinis obſequiis vos ſub paupertatis arctitudine ſalubri conſilio dedicaſtis; partem optimam eligentes, quæ a vobis, Deo auxiliante, perſiſtentibus in aſſumpto propoſito minimè auferetur: ex quo provenit, ut circa veſtrum, & veſtri ſtatum Monaſterii conſervandum benigniùs cogitemus, petitionibus veſtris, prout ſecundum Deum poſſumus, favorabiliter annuendo. Sanè Nobis expoſuit veſtræ devotionis humilitas, quòd cum Conſtitutio *Concilii Lugdunenſis* [b], per quam cunctæ Religiones, & Ordines mendicantes poſt *Generale Concilium* [c] adinventi, qui nullam confirmationem Sedis meruerunt Apoſtolicæ, revocantur; confirmatos per Sedem eamdem, poſt idem tamen Generale Concilium inſtitutos, quibus ad ſubſtentationem congruam redditus, & poſſeſſiones habere profeſſio, ſive Regula, ſive Conſtitutiones quælibet interdicunt; ſed per quæſtum publicum incerta mendicitas tribuere victum ſolet, ſuccidere decrevit, certo modo ſollicitudo vobis ingeritur, ne cum nullas habeatis poſſeſſiones, aut redditus [d], ſed per quæſtum hujuſmodi victus vobis provenire noſcatur; & ordo, quem profitemini, quamquam per dictam Sedem confirmatus [e], poſt prætactum tamen *generale Concilium* fuerit inſtitutus [f]; circa ſtatum veſtrum, & ipſius Monaſterii vobis per *Conſtitutionem* eamdem [g] aliquod præjudicium ſit paratum. Quare Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut providere ſuper hoc de benignitate Apoſtolicâ mandaremus. Nos itaque ſollicitè attendentes animarum profectus, qui jugiter ex veſtrâ Religione provenit, quæ a vobis dicitur laudabiliter obſervari; ac per hoc dignè vos intendentes in hac parte proſequi favore gratiæ ſpecialis, veſtris ſupplicationibus annuentes præſentium auctoritate decernimus, quòd nullum vobis, & eidem Monaſterio per *Conſtitutionem* ipſam præjudicium generetur; ſed vos, & Monaſterium ipſum per omnia in ſtatu, & firmitate, in quibus eratis ante *Conſtitutionem* eamdem, abſque immunitate, ac præjudicio aliquibus maneatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Conſtitutionis infringere, vel ei auſu &c.

Sanctimonialium Aſſiſiat. expoſitio | de Conſtitutione Concilii Lugdunen. | quam ſibi præjudicium generari dubitant, | & Sedem Apoſtolicam precantur. | Pontifex verò decernit, & firmat ut ſupra. | Clauſula prohib. &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum xi. Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Primo [h].

Epiſcopum Eugubinum *deligit, & ordinat*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 91. apud Waddingum ad hunc ann. in Regeſ. Pontif. n. 9.)

NICO-

(a) Pauperum inclusarum: Vere pauperes nihil poſſidentes, & vere incluſæ nunquam exeuntes.

(b) Constitutio Concilii Lugdunen.: II. anno 1274. celebrati ſub B. Gregorio X. incipiens: *Religionum diverſitatem &c.* ex cap. 23. dicti Concilii.

(c) Generale Concilium: Lateranenſe IV. anno 1215. coactum.

(d) Et redditus: Etſi complura Monaſteria Ordinis S. Claræ poſſeſſiones & redditus haberent, aliqua ab initio, aliqua curſu temporis; *Aſſiſiates* tamen adhuc anno 1459. nihil poſſidebant; ſed *ex eleemoſynis, & ſuis manifacturis vitam trahebant* ex *Bulla* Pii II. eo anno die ultima Maji data incip. *Ex injuncto Nobis &c.* quæ ſuo loco publicabitur.

(e) Confirmatus: Fere ſub initium ab Innocentio III. primum, deinde a ſubſequentibus Pontificibus, teſtante ipſamet S. Clara in ſuo *Teſtamento* propè mortem condito.

(f) Institutus: Loquetur forſan de *inſtitutione* per confirmationem Summi Pontificis; ceteroquin conſtat a S. P. Franciſco inſtitutum fuiſſe anno 1212. in vere, quod eſt triennio ante Concilium Generale.

(g) Per Constitutionem eamdem: Nempe Concilii Lugdunen. II.

(h) Idem diverſo tamen exemplo decrevit Nicolaus IV. anno 1278. die 11. Septembr. diplomate *Conſtitutio fel. record. &c.*

Digitized by Google

XXXI. Anno 1278. die 5. Junii.

a b

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri B. [a] *Epiſcopo* Eugubino [b] *Sal.*, *& Apoſt. Benedictionem.*

Exordium.

DEBITUM Officii Noſtri requirit, ut inter ſollicitudines alias, quibus aſſiduè premimur ſpecialiter circa Eccleſias ſolertiam adhibentes, ipſarum utilitatibus intendamus, in eo maximè, ut viduatis, ne longæ vacationis diſpendia patiantur, de talium celeriter noſtræ diligentiæ ſtudio provideatur ſubſtitutione Paſtorum, per quos ſpiritualiter, & temporaliter, auctore Domino, continuum ſuſcipiant incrementum. Dudum ſiquidem, Eccleſia *Eugubina* per mortem bonæ memoriæ Epiſcopi Eugubini [c] deſtitutâ Paſtore, dilecti Filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ ad tractandum de futuri Prælati ſubſtitutione in ſimul convenerunt; & demum, votis eorum in diverſa diviſis, quidam ex Canonicis ipſius Eccleſiæ dilectum Filium *Raynerium* natum Nobilis viri Andreæ de *Monte Millino* [d] Clericum conſtitutum in Minoribus poſtularunt; reliqui verò dilectum Filium *Ubaldum* ipſius Eccleſiæ Canonicum elegerunt in diſcordiâ in Epiſcopum *Eugubinum*. Hujuſmodi autem poſtulationis, & electionis negotio ad Apoſtolicam Sedem delato; ac lite ſuper eo coram fel. record. INNOCENTIO PAPA V. [e] prædeceſſore Noſtro per Procuratores partium legitimè conteſtatâ; & deinde factis poſitionibus, & reſponſionibus ſubſecutis, ac datis quibuſdam articulis coram dilecto Filio Noſtro *Guillelmo* [f] Tituli Sancti Marci Presbytero Cardinali, quem idem Prædeceſſor in eodem negotio dedit dictis Partibus Auditorem. Tandem dicto Prædeceſſore viam univerſæ carnis ingreſſo [g], præfatus *Ubaldus* pro ſe; & memoratus Procurator prædicti *Raynerii* ejuſdem Raynerii nomine, cujus ad hoc ſufficiens mandatum exhibuit, ſponte, ac liberè in Noſtris renunciaverunt manibus omni juri, quod eidem Raynerio, & Ubaldo ex prædictis poſtulatione, & electione forſitan competebat. Nos igitur de ipſius Eccleſiæ ordinatione ſollicitè cogitantes, ne prolixioris vacationis incommodis eadem Eccleſia expoſita remaneret; in te Fratrem *Minorum Ordinis* Profeſſorem direximus oculos noſtræ mentis; quem apud Nos de litterarum ſcientiâ, morum maturitate, prudentiâ, ſpiritualium, & temporalium providentiâ fide dignorum teſtimonium commendavit: Quapropter Gregi Dominico ſpeciali volentes diligentiâ providere de Fratrum Noſtrorum conſilio te ipſi Eccleſiæ præfecimus in Epiſcopum, & Paſtorem; tibique poſtmodum per Nos ipſos conſecrationis munus duximus impendendum; firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quòd per tuæ induſtriæ, & circumſpectionis fructuoſum ſtudium dicta Eccleſia, Deo auctore, tàm circa ſpiritualia, quàm temporalia gratis proficiet incrementis. Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus a Domino ſuſcipiens reverenter, curam, & adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ ſic diligenter geras, & ſollicitè proſequaris; quòd ipſa gubernatori circumſpecto, ac fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, ac bonæ famæ tuæ odor ex laudabilibus tuis actibus latiùs diffundatur; & præter benedictionis æternæ præmium, benevolentiæ Noſtræ gratiam exinde pluribus conſequaris.

Vacante Eugubina Eccleſia

c

duo ad illa deliguntur a diviſo Capitulo,

d

qui cauſam ad Summum Pontificem deferunt;

e

f

eoque mortuo cedunt omni juri in manibus ſucceſſoris.

g

Pontifex verò Fr. Benvenutum O. Min. promovet, & laudat,

conſecratque

mandans ut coram Eccleſiæ ſuſcipiat, & diligenter agat.

Datum Romæ apud S. Petrum Nonis Junii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Refert ea quæ Fr. Conradus O. *M. Nuncius Regis Rom. coram ſe fecit, & dixit, rogatque Regem, ut ea omnia aurea ſua* Bulla *confirmare velit* (EX REGES. VATIC. epiſt. 5. al. 4. apud AUTOREM diſſert. hiſtor. de Summo Sedis Apoſt. in urbem, Comitatumque Comacli imperio pag. 45., teſte etiam RAYNALDO ad hunc annum n. 61.)

NICO-

(a) B.: *Benvenuto* Urbevetano, anteà in Provincia Romana contra hæreticam pravitatem *Inquiſitori* anno 1268. ex monumentis Archivi ſecreti illius Civitatis; & anno 1277. legato ad Regem Caſtellæ pro pace inter illum, & Franciæ Regem componenda ex litteris *Quanto ex poteſtate &c.* eo anno 2. Decembris exaratis, forſan ille, qui anno 1275. ab una parte Capituli *Reatina* Eccleſiæ electus fuerat in Epiſcopum illius Eccleſiæ ex Ughello to. 1. Ital. Sac. in Epiſcopatu Reatin., & Waddingo ad ann. 1272. n. 25.

(b) EUGUBINO: In Umbria uni Romano Pontifici obtemperanti.

(c) EPISCOPI EUGUBINI: *Jacobi* ex Ughello to. 1. Ital. Sac.

(d) DE MONTE MELLINO: Agri Peruſini Oppido, a quo & illuſtris familia.

(e) INNOCENTIO PP. V.: Anno 1276. inter menſes Januarii & Junii regnante.

(f) GUILLELMO: Alias Guillermo Gallo de Brajo nuncupato prius Eccleſiæ Rhemenſis Archidiacono, ab Urbano PP. IV. ad purpuram evecto an. 1262. ex Oldovino; vel 1263. ex Ciacconio, Frizonio, & aliis.

(g) INGRESSO: Die 22. Junii anno 1276.

Digitized by Google

Nicolaus PP. III. An.Ch.1278.

XXXII.

Anno 1278. die 5. Junii.

Exordium.

NICOLAUS &c.

Cariſſimo in Chriſto Filio Rodulpho Regi *Romanorum Illuſtri Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

INtima mentis Noſtræ, Fili chariſſime, clarè circumſpicit præparatio Sedis tuæ in gremio Sedis Apoſtolicæ conſtituta; ſicut nuper ex iis, quæ dilectus Filius *Frater Conradus* [a] Miniſter Ordinis Fratrum Minorum ſuperioris Alamanniæ [b] Nuncius tuus ex parte tuâ Nobis aſſeruit, & fecit; collegimus inclyta tuæ Celſitudinis merita, quibus Deum, & Romanam Matrem Eccleſiam tamquam Princeps Catholicus revereris. Nec diſſimulare volumus, ſed advertere potiùs, quòd ſicut ſperatur, & creditur, Pater æternus tibi ſemitam ſuorum mandatorum aperiens Solium tuum, prout claris auſpiciis indicat, augebit, & diriget; magnificabit amplis honoribus, & erga eamdem Eccleſiam tuâ devotione ſucceſſivè vigente roborabit tuæ Celſitudinis incrementa; ſicque promereri dignoſceris, intra Sedis ejuſdem clauſtra recumbere; ac habere in Nobis, quod in Patre devotus filius promeretur.

Nuncium Regis ſe recepiſſe ſignificat,

Nuper quidem eumdem *Nuntium* [c] quem ad dictam Sedem ſpecialiter deſtinaſti, affectione paternâ recepimus; & ipſe in Noſtrâ, & Fratrum Noſtrorum præſentiâ conſtitutus, tanquam vir induſtrius, multâ ſollicitudine circumſpectus, & fidelis commiſſi ſibi negotii proſecutor ſinceram devotionem, & intentionem puram, quam ad eamdem Eccleſiam habuiſti, & habere dignoſceris, prudenter expoſuit;

ejuſque legationis relationem deſcribit,

& omnia & ſingula per quondam *Ottonem* Præpoſitum Sancti Guidonis Spiren. Regiæ Aulæ Cancellarium dicta, ſive promiſſa, acta, ſeu geſta, ac demum per te ipſum in præſentiâ bonæ memoriæ Gregorii Papæ X. prædeceſſoris Noſtri recognita [d], confirmata, innovata, de novo conceſſa, promiſſa, dicta, acta, ſeu geſta, ſtatuta, ſive jurata prædictus *Frater Conradus* in No- A ſtrâ, & eorumdem Fratrum præſentiâ tuo nomine, & parte tuum ſuper iis exhibendo mandatum diſtinctè, liberè, & expreſsè recognovit, ratificavit, approbavit, innovavit;

confirmantis ea, quæ Regis Cancellarius promiſerat coram Gregorium X.,

& nihilominus [e] ea omnia, & ſingula Beato Petro cæleſtis Regni clavigero, ac Nobis ejus licet immeritis ſucceſſori, cæteriſque Noſtris ſucceſſoribus, & Eccleſiæ Romanæ de novo donavit, atque conceſſit; & ad tuam conſcientiam ſerenandam, & ut B prædicta omnia plenariè ſolidarentur, ſtabilirentur, firmarentur, complerentur, & perficerentur; revocavit, caſſavit, annullavit, irritavit, & omnibus viribus vacuavit, quicquid contra prædicta, vel aliquod prædictorum per te, ſeu per alios tuos Nuncios ſpeciales, vel officiales tuo mandato, vel nomine, ſeu quemcumque alium, vel alios, quocumque modo, quacumque via factum eſſet, vel promiſſum, ſive juratum; vo- C lens, & tuo nomine expreſsè conſentiens, per hoc nullum jus tibi tàm circa poſſeſſionem, quam circa proprietatem accreſcere, vel ipſi Romanæ Eccleſiæ in aliquo deperire. Conſenſit itaque, & conceſſit, quòd Nos, & eadem Eccleſia Romana per Nos, & per alios tunc & ſemper poſſemus accipere, nanciſci, intrare, appræhendere abſque ullâ tui, vel alterius requiſitione, auctoritate, vel man- D dato obtentis, ſive petitis, poſſeſſionem, & quaſi omnium contentorum in prædictis privilegiis, confirmationibus, conceſſionibus, innovationibus, recognitionibus, donationibus, ſeu etiam juramentis, & omnium eorum, quæ pertinent ad prædicta. Promittens nihilominus, quòd Tu per te, vel per alium, ſeu alios non impedies Nos, vel Nuncios Noſtros in prædictis, & quolibet prædictorum, ſed potius in omnibus præfatis tàm adipiſcendis, quàm tenendis, & habendis E tuo poſſe perpetuò adjuvabis. Et ut hæc omnia omnimodæ perfectionis, & ſolidationis haberent plenariam firmitatem; tactis Sacroſanctis Evangeliis juravit in ani-

(a) Fr. Conradus: E Tubinga Sueviæ Civitate olim Lector Conſtantiæ, *qui mira gratia præditus fuit, & Sanctorum ferventiſſimus venerator in multis enituit*: inquit Thomas Cantipraten. lib.2. de Apib. cap.1. n.18., eumque ſe vidiſſe teſtatur ſcribens ante ann.1270. unde *Probi* cognomen ei adhæſit ex Chron. Ms. Saxon. apud Waddingum ad ann.1279. n.27. factus eſt poſtea Epiſc. Tullenſis.

(b) Superioris Alamanniæ; Cujus caput Argentina, unde & Provincia *Argentinen.* appellatur.

(c) Eumdem Nuncium: *Fr. Conradum* eo munere functum etiam anno 1274. in Concilio Lugdunen. ex ejus actibus ibi relatis, & in Annal. Eccleſ. Raynaldi ad hunc ann.1278. n.47. & ſeqq. publicatis.

(d) Recognita: Anno 1275. Lauſanæ menſe Octobris ex Annal. Eccleſ. Raynaldi ad eum annum num.37. & ſeqq.

(e) Nihilominus: Pro *inſuper*, vel *poſtmodum*,

Digitized by Google

animam tuam exhibens ſuper hoc ſpeciale mandatum, Te prædicta omnia, & ſingula perpetuo inviolabiliter ſervaturum; promittens, quòd Tu per te ipſum ea omnia, & ſingula faceres, promitteres, ſtabilires, plenè ſolidares, firmares, perficeres, atque jurares quandocumque per Nos, & prædictam Eccleſiam litteris, vel Nuntiis exiſteres requiſitus. Et poſtmodum dilectus Filius *Gottifridus* Præpoſitus Eccleſiæ Solien. Salzeburgen. Diœceſis &c. Familiaris Clericus, & Protonotarius tuus ex parte tuâ cum ſpecialibus mandato, & litteris ad Noſtram præſentiam deſtinatus traditi ſibi a Te auctoritate mandati juramenta fidelitatis, ſeu alia, quæ Rodulphus Cancellarius tuus a Civibus Bononienſibus, Imolenſibus, Faventinis, Forolivienſibus, Foropopulienſibus, Cæſenatibus, Ravennatibus, Ariminenſibus, Urbinatibus, nec non & aliis aliarum Civitatum, & Terrarum illarum Partium, atque Locorum, quæ ipſius Eccleſiæ juris exiſtunt, pro Te dicitur recepiſſe; & quicquid per eumdem Cancellarium, ſeu quemcumque alium in eiſdem Civitatibus, Terris, & Locis, ſeu per Poteſtates, Capitaneos, Conſiliarios, & Communia, ſeu alios homines ipſarum Civitatum, Terrarum, atque Locorum actum, geſtum, & recognitum extitit [a]; remittens revocans, caſſans, annullans, irritans, caſſa, nulla, & irrita nuntians, ac omnibus viribus vacuans eiſdem Poteſtatibus, Capitaneis, Conſiliis, & Communibus, ac aliis univerſis, & ſingulis ex parte tuâ omnia, & ſingula prædicta, & alia in eiſdem contenta litteris, nuntiavit; & denuntiando ſollicitavit, & induxit eoſdem, quòd Noſtrum, & ejuſdem Eccleſiæ recognoſcentes dominium, Nobis, & eidem Eccleſiæ, tanquam vero Domino in omnibus, & per omnia, ſicut debent, obediant, pareant, & intendant; prout hæc, & alia in Inſtrumentis publicis inde confectis, tenores quorum per eumdem *Fratrem Conradum*, Tibi tranſmittimus, ſerioſiùs continentur. Ut igitur tuæ ſinceritatis integritas interiùs, exteriùſque reluceat; & appareas vas ſincerum; præmiſſa omnia, & ſingula per ſpecialia privilegia Regali *aurea Bulla* munitâ promptè, liberaliter, & diſtinctè recognoſcas, ratifices, confirmes, innoves, & de novo concedas, ea omnia corporali præſtito juramento firmando. Et quia dudum abſque tuis, ſicut opinamur, & credimus, conſenſu, conſcientiâ, vel mandato Cancellarius tuus a Civibus Bononienſibus, Imolenſibus, Faventinis, Forolivienſibus, Foropopulienſibus, Cæſenatibus, Ravennatibus, Ariminenſibus, Urbinatibus, nec non & aliis aliarum Civitatum illarum Partium, atque locorum, quæ ipſius Eccleſiæ juris exiſtunt, juramenta fidelitatis nomine tuo recepit; tu maturè conſpiciens id in præjudicium juris ejuſdem Eccleſiæ ſubſecutum; quidquid per eumdem Cancellarium, ſeu quemcumque alium tuo nomine in prædictis Civitatibus, vel aliis locis, & Terris per homines ipſarum Civitatum, Terrarum, atque Locorum actum, geſtum, recognitum extitit, ſive juratum revoces, caſſes, annulles, irrites, caſſum, & irritum nunties, ac omnibus viribus vacues, ſtatuens, & expreſsè conſentiens, quòd per hoc nullum jus tibi accreſcat, vel ipſi Eccleſiæ depereat tàm circa poſſeſſionem, quàm circa proprietatem in Civitatibus, Terris, & locis eiſdem, ac hominibus, juribus, & juriſdictionibus eorumdem. Et quia decet Regales actus in omni claritate procedere; ut omnem obſcuritatem, quam frequenter generalitas conſuevit inducere; tollat Regalis expreſſio, ac jura Eccleſiæ prædictæ per tuam declarationem, quam decernas eſſe perpetuam, plenariè ſolidentur; recognoſcas, fatearis, & ſpeciali edicto ad perpetuam memoriam ſtudeas declarare, *Ravennam*, Æmiliam [b], Bobium [c], Cæſenam, Forumpopuli, Forumlivium, Faventiam, Ymolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, Adriam, atque *Gabellum* [d], Ariminum, Urbinum, Montem

Rogatque Regem, ut ea omnia aurea ſua *Bulla* confirmet, atque innovet,

[a] & revocantis geſta ab alio Regis Cancellario cum Civitatibus Rom. Eccleſiæ.

ac revocet ea, quæ ejus Cancellarius egit temere cum Civitatibus Rom. Eccleſiæ

dictas Civitates & loca declarando,

(a) EXTITIT: Quod Gregorius X. redarguit, & Joannes XXI. revocari rogavit ex Bulla *Habet Fili chariſſime &c.* ejuſdem PP. Joannis.

(b) ÆMILIAM: Juxta Paulum Diac. de Geſt.Longobard., qui Flaminiam ab *Æmilia* ſecernit, hanc ait ab Imola Placentiam uſque protendere; *Flaminiam* verò reliqua complecti uſque Sarſinam. Sed hoc loco *Æmilia* alio ſumitur ſenſu non quidem pro Civitate, ut quidam imperite ſcripſerunt, ſed pro Ravennaten. Exarchatu in *Æmilia* reſtricto.

(c) BOBIUM: Videlicet *Sarſinam* ita temporibus illis per nonnullos appellatam a Comitatu *Bobii* illius Diœceſis.

(d) GABELLUM: Oppidum Diœceſis Adrien. vulgo *Gravello*, ultra Padum Raven. Exarchatus ex hac parte terminans.

Digitized by Google

tem *Feretrum*, Territorium *Balnenſe* [a] cum omnibus finibus, Territoriis, atque Inſulis in Terra, marique ad Civitates, & loca prædicta quoquo modo pertinentibus ad Beatum Petrum Cæleſtis Regni clavigerum, & ad Nos, ac Succeſſores Noſtros Romanos Pontifices, & ad ipſam Romanam Eccleſiam pleno jure, integrè in ſpiritualibus, & temporalibus in ſolidum pertinere; ac Noſtri, & ipſius Eccleſiæ pleni juris, ditionis, & Principatus exiſtere. Et ad omnem dubitationis ſcrupulum in poſterum abolendum; & ut tua devotio erga ipſam Eccleſiam clariùs eniteſcat; prædicta omnia, & ſingula; prout meliùs, & efficaciùs valet intelligi; Nobis, & per Nos Succeſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus, & ipſi Eccleſiæ de novo, diſtinctè, liberè, plenariè, & expreſsè concedas, conferas, & dones; ut ſublatâ omnis contentionis, & diſſenſionis materiâ, firma pax, & plena concordia inter Eccleſiam, & Imperium perſeverent; præſertim, cum ea omnia, & ſingula ex Privilegiis, & declarationibus Prædeceſſorum tuorum Romanorum *Imperatorum* [b] clarè, ac diſtinctè pertinere ad Romanam Eccleſiam dignoſcantur. Et ut præmiſſa omnia Nobis, & eiſdem Succeſſoribus, & Eccleſiæ per Te, ac tuos Succeſſores Romanorum *Reges*, & *Imperatores* ſerventur; firmaque ſemper, & inconcuſſa permaneant; tuæ recognitionis, declarationis, & donationis privilegia ſuper iis de tuâ conſcientiâ, & expreſſo mandato conſcripta facias *Aurea Bulla* typario tuæ Majeſtatis impreſſa muniri; ac ipſa ad perpetuam ſoliditatem, & certitudinem pleniorem, Nobis, & ipſi Eccleſiæ ſub formis, quas per eumdem *Fratrem Conradum* tranſmittimus, liberaliter exhiberi. Et nihilominus, ut tua devotio claritate refulgeat; & longè, lateque ad aliorum notitiam deducatur; revocationem, caſſationem, annullationem, irritationem caſſi, & irriti nuntiationem, vacuationem, conſtitutionem, & conſenſum, & alia ſupradicta, prædictis, & aliis partium earumdem per ſpeciales litteras, & Nuntios fideles, utiles, & aptos ad talia, qui fideliter, & clarè, prout decet expediant, nec involvant, ſtudeas expreſſiùs nuntiare; liberaliùs tuâ puritate præſtito juramento promittens, quòd dicta privilegia, litteras, recognitiones, ratificationes, confirmationes, innovationes, juramenta, conceſſiones, donationes, & cætera, quæ per Te, vel de mandato tuo facta fuerint circa præmiſſa, & quodlibet præmiſſorum infra octo dierum ſpatium, poſtquam dante Domino Imperiale Diadema ſuſceperis [c], ſub *aurea Bulla* ſimiliter innovabis, facies, & de novo concedes, atque jurabis. Ac nihilominus fideliter, & promptè tuis magnificis ſtudiis procurabis, quòd *Principes* Alamanniæ tàm Eccleſiaſtici, quàm ſæculares ad præmiſſa ſuum adhibebunt aſſenſum, ut omnia in ſuâ ſoliditate remaneant; & de bono in melius, excluſis inde quibuslibet dubiis, proſperentur; & quietis ubertate vigente facundis titulis magnificetur in gentibus nomen tuum. Cæterum eumdem *Fratrem Conradum*, quem fidelitate conſpicuum, & ſollicitudine circumſpectum, tuorum culminum, & Imperii felicium ſucceſſuum zelatorem eſſe percipimus; ad te duximus remittendum; ut per ipſum de iis, quæ geſta ſunt, apertiùs informatus Noſtris, & ejuſdem Sedis beneplacitis liberiùs Te conformes; & quæ tui honoris incrementa reſpiciunt, celeriùs, & feliciùs proſperentur; Tuque præcellentibus laudum titulis apud Deum, & homines extollaris. Intendimus autem, quòd dictus *Frater* ad Nos infra inſtans Feſtum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, vel ſaltem Kal. Menſis Octobris proximè futuri revertatur [d] Nobis, quæ a te circa præmiſſa collegerit, portaturus, & fideliter relaturus. Et ſi ad promotionem, vel expeditionem præmiſſorum, & aliorum, quæ tractanda, agenda, & ordinanda videntur, unà cum ipſo *Fratre Conrado*, utile fore putaveris, alios Nuntios deſtinare, id tuæ prudentiæ in hac parte relinquimus, ut penſatis omnibus provideas, & facias, quòd videris expedire.

Datum, *ut ſupra*.

Petit

Margin notes: a; b; & Rom. Imperatorum privilegia de his aurea Bulla muniendo, — Idque renovando poſt Imperiale diadema ſuſceptum c; cum aſſenſu Principum Alemanniæ. — Nuncium Regis, quem laudat, remittit, — quemque, ut infra certum tempus revertatur, expoſcit. d

(a) Balnense: In finibus Flaminiæ, & Hetruriæ, ac Montis Feretri, ubi Oppida *S. Mariæ*, & *S. Petri* in Balneo ad Pentapolim attinentia.
(b) Rom. Imperatorum: Quæ recenſentur in ſequenti epiſtola.
(c) Susceperis: Quod nunquam factum fuit.
(d) Revertatur: Idque factum eſt menſe Septembri ex litteris Regis apud Raynaldum n.64.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1278.

Petit iterum ſibi declarari Civitates & Loca *ad Romanam Eccleſiam pertinentia, ad quæ transmittit Imperatorum nonnullorum antiqua privilegia*. (Ex REGES. VATIC. ep.5. apud RAYNALDUM ad hunc. ann. n.57. & ſeqq., & inde in Diſſert. Hiſt. de ſummo A. S. imperio in Civitatem, Comitatumque Comacli p.50. Append.)

XXXIII. Anno 1278. die 5. Junii.

NICOLAUS &c.

Chariſſimo in ChriſtoFilio Rodulpho *Regi Romanorum Illuſtri Sal., & Ap.Ben.*

Exarchatus Ravennat. & Pentapolis Loca præcipua ad Roman. Eccleſiam ſpectant

AD tuæ devotionis augmentum, & Jurium Romanæ Eccleſiæ claritatem, quòd Civitas *Ravennæ*, & *Æmilia*, *Bobium*, *Ceſena*, *Forumpopuli*, *Forlivium*, *Faventia*, *Imola*, *Bononia*, *Ferraria*, *Comaclum*, *Adria*, atque *Gabellum*, *Ariminum*, *Urbinum*, *Monſferetrum*, Territorium *Balnenſe* cum omnibus finibus, Territoriis, atque *Inſulis* in Terrâ, Marique ad Civitates, & Loca prædicta quoquo modo pertinentibus, ad Nos, & Romanam Eccleſiam pleno jure pertineant, per alias Noſtras litteras a Te, Fili chariſſime, cum expreſſione nominum prædictorum Civitatis, Caſtrorum, Villarum, atque Locorum ſub certâ formâ petimus declarari: & nihilominus ut erga eamdem Romanam Eccleſiam Matrem tuam Sinceritatis tuæ devotio ampliùs eluceſcat; omnia & ſingula de novo donari. Ne autem per hæc Nos aliquod novum petere; vel a tuis prædeceſſoribus *Imperatoribus* Romanis inſolitum exiſtimes poſtulare; & ad tuam conſcientiam pleniùs ſerenandam, qualiter illa cæteri prædeceſſores tui Romani *Imperatores* expreſſerunt; qualiter illa ad Rom.Eccleſiam pertinere ſub expreſſis Terrarum diſtinctionibus declararunt; Tibi de verbo ad verbum tenores privilegiorum ipſorum Imperatorum; ſicut in Archivis Romanæ Eccleſiæ reperimus, ſub Bulla Noſtrâ tranſmittimus: quorum etiam privilegiorum aliqua originalia, in quibus prædictorum, quæ petimus, habetur plena diſtinctio, dilecto Filio *Fratri Conrado* Nuntio tuo inſpicienda commiſimus; & quoad hunc articulum exemplanda conceſſimus; quatenus ſuper iis notæ ſibi veritatis fidelis aſſertor, declarationis per eum viſæ relator, omni nube de mente tuâ caliginoſæ dubitationis excluſâ, Te poſſit clariùs informare. Tenores autem præfati eorumdem *Imperatorum* quoad prædicta tales ſunt. „ In nomine Domini Dei „ Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ego LUDOVICUS *Imperator* [a] Auguſtus ſtatuo, & concedo per „ hoc pactum Confirmationis Noſtræ „ Tibi Beato Petro Principi Apoſtolorum, & per Te Vicario tuo Domno „ PASCHALI Summo Pontifici, & univerſali Papæ, & Succeſſoribus ejus in „ perpetuum, ſicut a prædeceſſoribus „ veſtris uſque nunc in veſtrâ poteſtate, „ & ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis, „ Civitatem Romanam &c. Nec non & „ Exarchatum Ravennatem ſub integritate cum Urbibus, Civitatibus, Oppidis, & Caſtellis, quæ piæ recordationis Domnus *Pipinus* Rex, ac bonæ „ memoriæ Genitor Noſter *Carolus* Imperator [b] Beato Petro Apoſtolo, & „ prædeceſſoribus veſtris jamdudum per „ donationis paginam reſtituerunt: hoc „ eſt, Civitatem *Ravennam*, & Æmiliam, Bobium, Cæſenam, Forumpopuli, Forumlivii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, & Adriam, atque Gabellum „ cum omnibus finibus Territoriis, atque Inſulis in Terrâ, Marique ad ſupradictas Civitates pertinentibus; ſimul & *Pentapolim*, videlicet Ariminum, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Auſimum, Humanam, Heſim, Forumſempronii, Montemferetri, Urbinum, & Territorium „ Balnenſe, Callis Lucidis [c], Eugubium cum omnibus finibus, ac Terris „ ad eaſdem Civitates pertinentibus „. Item tenor Privilegii *Ottonis* Imperatoris talis eſt. „ In nomine Domini Dei „ Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ego OTTO Dei gratiâ „ *Imperator* Auguſtus unâ cum *Ottone* „ glorioſo Rege Filio Noſtro Divinâ ordinan-

petit uti talia a Rodulpho declarari, & etiam de novo donari.

Ad cujus rei certitudinem Imperatorum privilegia tranſmittit,

Ludovici I.

Exarchatus Ravennas,

& Pentapolis,

Ottonis I. & II.

(a) LUDOVICUS IMPERATOR: I. cognomento *Pius*. Hoc diploma poſt alios aſſeruit & illuſtravit Vir celeberrimus, harum rerum peritiſſimus, Cajetanus Cennius, anno ſuperiore fato functus. Lege illius opuſculum Italica lingua ſcriptum, *Eſame del Diploma Ego Ludovicus*: ejus quoque præfationem *ad Monumenta Dominationis Pontificiæ* num.25.; item ejuſdem Operis tomum ſecundum in quo hoc ipſum Diploma novis curis nova luce donat.

(b) CAROLUS IMPERATOR: I. cognomento *Magnus*, cujus, & Pipini diplomata pro Eccl.Rom. non habentur.

(c) CALLIS LUCIDIS: Leg. *Calles*, *Luceolos*.

„ dinante providentia ſpondemus, atque promittimus per hoc pactum Confirmationis Noſtræ Tibi Beato Petro Principi Apoſtolorum, & Clavigero Regni Cœlorum, & per Te Vicario tuo Domno JOHANNI Summo Pontifici, & univerſali Papæ XII., ſicut a prædeceſſoribus veſtris uſque nunc in veſtrâ poteſtate, atque ditione tenuiſtis, Civitatem *Romanam* &c. Nec non Exarchatum *Ravennatem* ſub integritate cum Urbibus, Civitatibus, Oppidis, & Caſtellis, quæ piæ memoriæ Domnus *Pipinus*, & Domnus *Carolus* Excellentiſſimi Imperatores prædeceſſores videlicet Noſtri Beato Petro Apoſtolo, & prædeceſſoribus veſtris jamdudum per donationis paginam contulerunt: hoc eſt Civitatem *Ravennam*, & Æmiliam, Bobium, Cæſenam, Forumpopuli, Forumlivii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, & Adrianis [a], atque Gabellum, cum omnibus finibus Territoriis, atque Inſulis, Terrâ, Marique ad ſupraſcriptas Civitates pertinentibus: ſimul & *Pentapolim*, videlicet Ariminum, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Auſimum, Humanam, Heſim, Forumſempronii, Montemferetrum, Urbinum, & Territorium Balnenſe, Callis, Luciolis, & Eugubium cum omnibus finibus, & Territoriis ad eaſdem Civitates pertinentibus. „

a

Item tenor Privilegii HENRICI Imperatoris talis eſt. „ In nomine Domini Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ego HENRICUS Dei gratiâ Imperator Auguſtus ſpondeo, atque promitto per hoc pactum Confirmationis Noſtræ Tibi Beato Petro Principi Apoſtolorum, & Clavigero Regni Cœlorum, & per Te Vicario tuo Domno BENEDICTO Summo Pontifici, & univerſali Papæ, ſicut a prædeceſſoribus veſtris uſque nunc in poteſtate veſtrâ, ac ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis, Civitatem Romanam &c. Nec non & Exarchatum *Ravennatem* ſub integritate cum Urbibus, Civitatibus, Oppidis, & Caſtellis, quæ piæ recordationis Domnus *Pipinus*, & Domnus *Carolus*, & Domnus *Ludovicus*, & *Otto*, & itidem *Otto* Filius ejus prædeceſſores videlicet Noſtri Beato Petro Apoſtolo, & prædeceſſoribus veſtris jamdudum per donationis paginam contulerunt: hoc eſt, Civitatem *Ravennam*, & Æmiliam, Bobium, Cæſenam, Forumpopuli, Forumlivii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, Adriam, atque Gabellum cum omnibus finibus Territoriis, atque Inſulis, Terrâ, Marique ad ſupradictas Civitates pertinentibus. Similiter, & *Pentapolim* videlicet, Ariminum, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Auſimum, Humanam, Heſim, Forumſempronii, Montemferetrum, Urbinum, & Territorium Balnenſe, Callis, Luciolis; & Eugubium cum omnibus finibus, & Territoriis ad eaſdem Civitates pertinentibus. [b]

& Henrici I.

b

Datum, *ut ſupra*.

Inſtruit Fr. Conradum *O. M. Regis Rom. Nuncium de his, quæ dicere, & agere tenetur cum dicto Rege pro S. A., & quid pro concordia ejuſdem cum Rege Siciliæ*. (Ex epiſt. CAMER. n.7. apud WADDINGUM ad hunc ann. n.15.)

XXXIV. Anno 1278. die 5. Junii.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio Fratri Conrado [c] *Miniſtro Fratrum Minorum ſuperioris Alemanniæ* [d] *Sal., & Apoſt. Ben.*

c

d

Nuncius Regis Rom. remittitur cum inſtructione

CUM te ad chariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum *Rodulphum* Regem Romanorum Illuſtrem pro certis negotiis remittamus; ſic te gerere volumus in iis, quæ tibi imminent facienda. In primis eumdem *Regem* ex parte Noſtrâ cum benedictionis dulcedine ſalutabis. Item præſentabis ſibi litteras Noſtras [e], quæ incipiunt: *Intima mentis noſtræ &c.* Item alias, quæ incipiunt: *Ad tuæ devotionis augmentum*: Item alias, quæ

e

præſentandi litteras Pontif.

(a) ADRIANIS: Leg. Adriam, ut ſupra.
(b) Cæteras notas vide in præcedenti epiſtola.
(c) FRATRI CONRADO: De quo in ſupra relata epiſtola incip. *Intima mentis &c.*
(d) ALEMANNIÆ: Ut in prædicta epiſtola.
(e) LITTERAS NOSTRAS: Nempe duas præcedentes.

Digitized by Google

quæ incipiunt: *In aliis, quæ tibi diriguntur* [a]: Deinde facias ratificari, innovari, recognoſci, confirmari, & de novo concedi; & nihilominus [b] in tuâ præſentiâ corporali præſtito juramento firmari per ipſum *Regem* omnia, & ſingula, quæ per te facta fuerunt ſuo nomine coram Nobis; prout continentur in quinque Inſtrumentis confectis per manus Magiſtri Pauli de Reate Apoſtolicâ auctoritate, & nunc Cameræ Noſtræ Notarii tuo ſigillo ſignatis, quorum tenores tibi de verbo ad verbum facimus exhiberi; ita quòd de prædictis quinque Inſtrumentis ratificandis fiant quinque alia ſub aurea *Bulla* Regis, videlicet de quolibet unum ſecundum notam, quam tibi tradi fecimus, quæ incipit: *In nomine Domini. Amen. Nos Rodulphus Dei gratia Rex Romanorum ſemper Auguſtus. Ad æternam rei geſtæ memoriam recognoſcimus, & fatemur &c.* [c] Proviſo, quòd in diverſitate ratificationum prædictorum quinque Inſtrumentorum verba competentia factis cum diſcretione, & maturitate mutentur & ordinentur; ſicut per eamdem notam inſtructio tibi datur; diligenter attendens, quòd inter Teſtes alios, qui in ratificationibus hujuſmodi apponentur, ponantur *Principes*, & alii Nobiles cum ſubſcriptionibus eorumdem [d]. Item per ea, quæ in tenoribus Privilegiorum Romanorum Imperatorum propriis oculis inſpexiſti, referendo ipſi Regi, quomodo Civitas *Bononiæ*, *Ravennæ*, & cæteræ aliæ Civitates, & Loca, quæ in litteris directis eidem Regi expreſſiùs nominantur, ad Nos, & Romanam Eccleſiam clarè, & diſtinctè pertinere noſcuntur; quorum etiam Privilegiorum tenores per te dicto Regi ſub *Bulla* Noſtrâ tranſmittimus [e]; inducas eumdem Regem, ut omnia, & ſingula, quæ tàm in declarando, quàm in recognoſcendo, & de novo etiam concedendo, atque donando, & alia faciendo; prout in notis, quas tibi tradi fecimus, quarum una ſic incipit: *Summa Reipublicæ tuitio &c.* Et reliqua: *In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis; Rodulphus Divina favente Clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Ab eo ſolo &c.* [f]: continentur promptè, ac liberaliter faciat Nobis ſuper his ſuas litteras ſecundùm formam ipſarum notarum ſub *Bulla aurea* concedendo; & nihilominus omnia & ſingula, quæ fecit in Noſtrâ, & Noſtrorum Fratrum præſentiâ Magiſter Gottifredus Præpoſitus Eccleſiæ Solien. Salzeburgen. Diœceſis, ipſius Regni Protonotarius de mandato *Regis* ejuſdem, facias confirmari ſecundum formam, quam fecimus tibi exhiberi; & procures attentiùs per dictum *Regem* litteras, & Nuntios fideles, utiles, & aptos ad talia, qui fideliter, & clarè, prout decet, expediant; nec involvant, ad partes illas ſolemniter deſtinari per quos ea, quæ idem Rex fecerit in prætactis, ſolemniter publicentur [g]; & ad omnium notitiam deducantur; & per eoſdem circa prætacta omnia faciant, & integrè impleantur, quæ Nobis neceſſaria, vel utilia videbuntur. Item quia multùm inhæret Noſtris affectibus, ut inchoati tractatus ſolidandæ concordiæ inter chariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum *Carolum* Siciliæ, & prædictum *Rodulphum* Romanorum *Reges* Illuſtres, dante Domino, compleantur; & intentionis Noſtræ ſit ſuper iis, per vias, quas poterimus, dare operam efficacem; ne ex defectu Procuratorii, vel mandati ex parte ipſius Romanorum *Regis* bonum tantæ concordiæ contingeret impediri, vel etiam retardari; procurare ſtudeas diligenter, quòd idem *Rex* Romanorum mittat ſpeciales Ambaſciatores, & Nuntios [h] ad Nos cum plenariâ poteſtate tractatus reſumendi prætactos, illoſque proſequendi, nec non conſummandi, & circa dictam concordiam, charitatem, amicitiam, ac fœderis unionem ordinandi, componendi, paciſcendi, tranſigendi, compromittendi, promittendi, & confirmandi cautionibus opportunis; & omnia

& inducendi Regem ad confirmationem actorum

ſecundum notam traditam,

cum ſubſcriptionibus Principum Alemanniæ.

& cum privilegiorum recognitione

juxta traditas notas.

Pro concordia verò cum Rege Siciliæ ineunda

mittat Rex Roman. Nuncios ad S. A.

(a) Diriguntur: Suntque ſubſequentes poſt biduum datæ.

(b) Nihilominus: Ideſt *amplius*, ſeu *inſuper*.

(c) Fatemur &c.: Integram legimus apud Raynaldum ad annum 1279. num. 1.

(d) Subscriptionibus eorumdem: Quæ ibidem leguntur in fine num. 2.

(e) Transmittimus: In præcedenti Bulla incip. *Ad tua devotionis &c.*

(f) Ab eo solo &c.: Apud cit. Raynaldum n. 3. & ſeqq. legendas.

(g) Publicentur: Rem hanc executioni mandatam docent litteræ apud Raynaldum n. 53. & 54.

(h) Et Nuntios: Hos autem nempe *Fr. Conradum* ſupradictum, & Mag. *Godefridum* Eccleſiæ Solien. Præpoſitum Regiumque Protonotarium legavit Rex hoc anno nonis Septembris ex ejuſdem Regis epiſt. apud Raynaldum ad hunc annum num. 64.

Digitized by Google

nia alia plenè, liberè, generaliter, & ſpecialiter faciendi, quæ in ſolemnitate, ac expeditione tanti negotii requiruntur, abſque conditionali adjectione: *ſalvo jure*, vel *demembratione Imperii*, aut aliâ ſimili; cum tales clauſulæ captioſæ plurimùm videantur; cum intendamus ab eodem *Rege* Siciliæ ad ſolidationem prædictæ concordiæ poteſtatem ſimilem procurare [a]. His autem per ſollicitudinem tuam cum omni celeritate, quâ poteris, plenariè adimpletis; cum Privilegiis, litteris prædicti *Regis*, & aliis, quæ petimus, infra inſtans feſtum Nativitatis Beatæ Virginis, vel Kalendas futuri proximi Menſis Octobris ad Noſtram præſentiam revertaris [b], intentionem ejuſdem *Regis* Romanorum in his, & aliis, quæ tibi commiſerit, Nobis fideliter relaturus. Intendimus enim, quòd ſive *Rex* ipſe mittat alios Nuntios, ſive non; tu nihilominus ad Nos in prætacto termino in omnem eventum negotii redire aliquatenus non omittas. Cæterùm prætacta, quæ in memoriali hujuſmodi continentur; & eorum quodlibet ſic attentè percurras; diligenti ſollicitudine inveſtiges; ac ſollicitâ diligentiâ proſequaris; quòd nihil per incuriam negotio tanto depereat; nihilque ſuper iis tuæ negligentiæ valeat imputari; quin potius diligentiam tuam poſſimus exinde meritò commendare.

Quibus omnibus expletis quàm celerrime Nuncius ſupradictus reverti jubetur, & negotium diligenter proſequi.

Datum, *ut ſupra*.

Vrget Regem, *ut in die coronationis ejus, vel poſtridie omnia parata habeat pro confirmatione privilegiorum, aliorumque Romanæ Eccleſiæ facienda*. (Ex REGES. VATIC. ep. 4. apud Autorem Differt. Hiſt. de ſummo Sedis Apoſtolicæ Imperio in urbem, Comitatumque Comacli pag. 53. Append.)

XXXV. Anno 1278. die 7. Junii.

NICOLAUS &c.

Chariſſimo in Chriſto Filio Rodulpho *Regi Romanorum Illuſtri Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Alias ſuas litteras commemorat, & illarum tenoris partem.

IN aliis, quæ tibi diriguntur ex parte Noſtrâ litteris [c], inter alia contine-tur, quòd infra octo dies, poſtquàm dante Domino *Imperiale Diadema* ſuſceperis, Privilegia, litteras, recognitiones, ratificationes, confirmationes, innovationes, juramenta, conceſſiones, donationes [d] & cætera, quæ inter te, ac Nos, & Romanam Eccleſiam aguntur ad præſens; & quæ per te, vel de mandato tuo facta ſunt hactenus, & fieri contigerit circa prædicta, & quodlibet eorumdem ſub *aurea Bulla* ſimiliter innovabis, facies, & de novo concedes; & procurabis, quòd *Principes* Alemanniæ tàm Eccleſiaſtici, quàm ſæculares ad præmiſſa ſuum adhibeant aſſenſum. Verùm quia intendimus præmiſſa in *Coronationis* tuæ, vel ſaltem ſequenti die ſolemnitate debitâ ſolidari; Serenitatem Regiam præſentibus excitamus, quatenus id de mente Noſtrâ percipiens, ſic ad te omnia præcingere, ac ante tempora cum plenâ deliberatione, prout negotii qualitas exigit, ordinare procures; quòd hæc in die *Coronationis* [e] prædictæ, vel ſequenti juxta Noſtrum deſiderium, annuente Domino, ad laudem Altiſſimi, & exaltationem Chriſtiani Populi compleantur.

Ad quæ rogat Regem, ut ſupra.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum VII. Idus Junii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Confirmat ſententiam Inquiſitoris *Vmbriæ de admittendis quibuſdam Hæreticorum filiis in poſſeſſionem ſuorum bonorum*. (Ex REGES. VATIC. epiſt. 69. apud WADDINGUM ad hunc ann. in Regeſ. Pontif. n. 10.)

NICOLAUS &c.

XXXVI. Anno 1278. die 10. Junii.

Dilectis Filiis Nobilibus viris Raynaldo, & Vfreducio natis quondam Vgolini Petri Peregrini de Montorio *Narnien. Diœceſis* [f] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Supplicantium petitionis tenor

PETITIO veſtra Nobis exhibita continebat, quod dudum vobis humiliter exponentibus dilecto Filio *Fratri Nicolao* [g] de Ordine Minorum *Inquiſitori* hæreticæ pravitatis a Sede Apoſtolicâ

(a) PROCURARE: Idque egit, ut ex Regeſ. Vatic. habet cit. Raynaldus n. 65.

(b) REVERTARIS: Quod & factum eſt ex dictis proxime no. (d) fol. 312.

(c) LITTERIS: Incip. *Intima mentis Noſtra &c.* biduum ante datis ut ſupra fol. 310.

(d) DONATIONES &c.: Ut ibi prope finem.

(e) IN DIE CORONATIONIS: Quæ porro nunquam acta fuit.

(f) NARNIEN. DIŒCESIS: Quo in loco hæreſim eo ſeculo extitiſſe teſtatur Alexandri IV. epiſt. 540. *Inquiſitionis negotium &c.*, & Urbani IV. epiſt. 17. *Cum dilectus Filius &c.* in 2, tomo fol. 389. & 434.

(g) FR. NICOLAO: Patria Narnienſi juxta quoſdam.

Digitized by Google

câ deputato anteceſſorum veſtrorum culpam fuiſſe tam gravem, tamque ipſos in hæreſis crimine deliquiſſe, quod juxta legitimas, & Canonicas Sanctiones [a] nec ad ſucceſſionem Parentum, nec ad honores anteceſſorum ipſorum ritè poteratis, niſi de ſpeciali gratiâ, pervenire; ac poſtulantibus cum lacrymis in hac parte vobis, qui eratis labis hujuſmodi innocentes, nec unquam proponebatis parentes ipſos in errore alicujus hæreſis imitari; miſericorditer provideri; ut non obſtante culpâ prædictorum parentum vobis concederet, quod in bonis olim avitis, & paternis, quæ pro eo quòd quondam Ugoliuus Pater, & Petrus *Peregrini* Avus veſtri fuerunt hæreticâ labe infecti, ipſo jure confiſcata erant, & poterant ſententialiter confiſcari; ſuccedere valeretis; & promittentibus pro vobis, & ſucceſſoribus veſtris auctoritate matris, & aviæ tuarum, Ufreduciæ, tutricum, vos eadem bona Eccleſiæ Romanæ nomine ad Inquiſitionis ſervitium perpetuò poſſeſſuros; præſtantibus quoque vobis in ipſius *Inquiſitoris*, & aliorum præſentiâ juramentum de parendo mandatis ipſius Eccleſiæ, atque Noſtris; cum tunc Nos in minori officio conſtituti eſſemus a præfatâ Sede ſuper Inquiſitionis hæreticorum officio deputati [b], nec non & præceptis illis, quæ idem *Inquiſitor*, ejuſque ſucceſſores vobis injungerent in Inquiſitionis officium, & favorem; & quod ſemper in Fide Catholicâ maneretis, quam prædicta Romana Eccleſia credit, docet, & præcipit obſervari; & quòd non ſolum aliquibus cujuſcumque ſectæ hæreticorum non præſtaretis favorem; verum etiam perſequeremini totis viribus utriuſque ſexus hæreticos, & credentes, fautores, quocumque modo complices eorumdem; & quam citiùs ſciretis, id manifeſtaretis *Inquiſitori* hæreticorum, vel Epiſcopo, in cujus Civitate, & Diœceſi tales contigerent reperiri. Ad prædicta inſuper omnia, & ſingula obſervanda dicto *Fratri Nicolao* ſponte, ac ſcienter pro dictâ Romanâ Eccleſiâ vobis obligantibus omnia bona veſtra mobilia, & ſtabilia, jura, & actiones, quæ tunc habebatis,

(Inquiſitori exponentium amiſſionem bonorum & honorum ſuorum anteceſſorum ob eorum hæreſim; Et poſtulantium, ut in iis bonis ut innocentes ſuccedere valerent, cum promiſſione & juramento parendi, & hæreticos, eorumque fautores inſectandi, atque prodendi: & cautione datâ de Fide ſervanda,)

A & habere poteratis etiam in futurum, ita quòd bona eadem ſine ampliori conditione judicii dictæ applicarentur Eccleſiæ; ſi ex certâ ſcientiâ offenderitis in aliquo prædictorum. Idem *Inquiſitor* ad vos, veſtramque intentionem compaſſionis oculos extendens vos a pœnâ, qua propter dictorum parentum culpam eratis obnoxii, abſolvit, vobis nihilominus diſpenſando concedens, ut de cætero liberè uti paternis bonis poſſetis; illaque B tenere pariter, & habere, & cætera facere, quæ faciunt Catholici, & alii Orthodoxi; ſalvo ſemper, quòd ſi ullo umquam tempore conſtare poſſet, quòd vos, vel hæredes veſtri contra prætactam obligationem faceretis; dicta abſolutio, atque conceſſio nullius eſſet efficaciæ, vel valoris; prout in inſtrumento publico indè confecto, cujus tenor infra de verbo ad verbum ſubjicitur, pleniùs continetur. Licet igitur per hujuſmodi C gratiam ab ipſo *Inquiſitore* vobis factam ab omnibus pœnis contra filios, & poſteros hæreticorum a jure ſtatutis vos fore omninò abſolutos aliquibus videatur; quia tamen gratioſi favoris ſuper hoc Sedem Apoſtolicam adhiberi præſidium ſuppliciter petiiſtis: Nos attendentes, quòd de Matre, & Aviâ Catholicis procreati, ac nutriti cum ipſis nullâ umquam labe hujuſmodi criminis dicimini maculati, D ſed potius Catholici, & fideles ſupradictæ Fidei zelatores; eamque firmiter credere, & obſervare, prout eadem Romana Eccl aſia tenet, & docet, & præcipit obſervari; quòdque dictâ labe reſperſos perſequimini, ut aſſeritur, toto poſſe; ac volentes vobis æquitatem potius, quàm rigorem juſtitiæ in hac parte miſericorditer providere, prætactas abſolutionem, diſpenſationem, & conceſſionem per eumdem *Fratrem Nicolaum* vobis factas ap- E probamus, & ex certâ ſcientiâ confirmamus; ac nihilominus ad ſtatum veſtrum perfectiùs ſolidandum omnes pœnas, quibus forſan vos, veſtrique filii, ac poſteri eſtis ob prædictorum Ugolini, & Petri culpas obnoxii, totaliter relaxantes; ac concedentes vobis, ut vos, & iidem filii, atque poſteri bona ipſa libere tenere, ac ipſis uti, & de illis plenè ac liberè diſponere

(Inquiſitor eos abſolvit concedens ut bonis paternis uti poſſent. Et Pontifex confirmat ut ſupra.)

(a) SANCTIONES: Friderici II. Imp., & Innocentii IV. Papæ in 1. hujus Bullarii tomo vulgatas.

(b) DEPUTATI: Ex Urbani IV. Bulla 43. *Cupientes ut negotium &c.* in 2. tomo fol.452.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An. Ch. 1278.

nere valeatis, decernimus vos propter hoc nulli pœnæ, vel maculæ infamiæ ſubjacere; & quòd ad honores, & omnes actus legitimos poſſitis admitti; & ipſos plenariè exercere de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis. Per hoc autem, vel eorum aliquod nullam *Inquiſitori*, vel Inquiſitoribus dictæ pravitatis a præfatâ Sede deputatis in illis Partibus, vel in poſterum deputandis, ſeu quibuſcumque aliis, quibus hoc de jure competeret, adimimus poteſtatem; quin potius ipſam reſervamus expreſsè procedendi tàm contra vos, quàm contra prætactos veſtros filios, & poſteros ex illis, quæ tàm vos, quàm illos circa prædictum crimen committere forſan contigerit in futurum, vel pro eo etiam, quòd forſan ea, quæ a prætacto *Fratre Nicolao* vobis ſunt præcepta, injuncta, ſive mandata non curaveritis, ut prædicitur, obſervare ad pœnarum impoſitionem, quæ tàm vobis, quàm eiſdem filiis, & poſteris imponi deberet juſtitiâ exigente; ſed ſi de præteritis, quod abſit, reperiri poſſit in poſterum, vos in confeſſione veſtrâ Eccleſiam voluiſſe decipere; utpote quia contra ea, quæ in eâdem confeſſione dicto *Fratri* expreſſiſtis, inveniremini in crimine hæreſeos notabiliter deliquiſſe; prædictæ abſolutio, diſpenſatio, & conceſſio per eumdem *Fratrem*, ac noſtrâ in hac parte gratiâ vobis factæ nullius penitùs ſint momenti. Ne autem præter ea, ad quæ ex hac Noſtrâ ordinatione tenemini propter obligationes, & verba in prædicto Inſtrumento vobis, poſteriſque veſtris in perſonis, & bonis per alicujus levis tranſgreſſionis notam poſſit periculum imminere; præſentium vobis auctoritate concedimus, quòd prætextu prædictarum obligationum, & eorum, quæ in ipſo Inſtrumento continentur nullam pœnam ipſo facto aliquatenùs incuratis; & nullus abſque ſpeciali conſcientiâ, & expreſſo mandato Eccleſiæ memoratæ faciente de hac noſtrâ gratiâ plenariam mentionem præmiſſorum occaſione contra vos procedere valeat, vel in perſonis aut rebus quomodolibet aggravare. Tenor autem prædicti Inſtrumenti talis eſt:

Non intendens Inquiſitorum autoritati derogare.

Cautio pro levi eorundem tranſgreſſione.

Inſtrumentum promiſſionis ſupradictorum Inquiſitori factæ.

Anno 1270. die 23. Februarii. a b

„ In nomine Domini Amen: Anno ejuſdem Nativitatis MCCLXXII. [a] Sede Apoſtolicâ Paſtore vacante, die XXIII. Menſis Februarii, Indictione XIII. [b] per Venerabilem virum *Fratrem Nicolaum* Inquiſitorem hæreticæ pravitatis; in præſentiâ mei Notarii, & ſubſcriptorum Teſtium facta eſt obligatio ſub hac formâ. Univerſis in Chriſto fidelibus præſentes litteras inſpecturis *Frater Nicolaus* in adminiſtratione Sancti Franciſci [c] Inquiſitor hæreticæ pravitatis per Sedem Apoſtolicam deputatus pacem, & ſalutem in Domino ſempiternam. Venientes ad me Raynaldus adultus, & Ufreduciolus filii quondam Ugolini Domini Petri Peregrini, & ipſius Domini Petri nepotes virorum nobilium, quamquam in Chriſtianâ Religione degenerum, quia labe hæreticâ infectorum, expoſuerunt humiliter prædeceſſorum ſuorum culpam, fatentes tam gravem ipſam fuiſſe, tamque eos multipliciter in crimen pravitatis hæreticæ deliquiſſe, quòd juxtà leges civiles, ac canonicas ſanctiones nec ad ſucceſſionem Parentum, nec ad honores Anteceſſorum ipſorum, niſi de ſpeciali gratiâ poterant pervenire. Verùm quia prorſus hujuſmodi labis erant prædicti juvenes innocentes; nec umquam proponebant parentes ipſos in errore alicujus hæreſis imitari; cum lacrymis poſtularunt ſibi miſericorditer provideri, ut non obſtante priorum culpâ, concederem, quòd in bonis olim avitis, vel paternis, quæ ipſo jure erant confiſcata, & poterant ſententialiter confiſcari, ſuccedere poſſent, promittentes dicti Raynaldus, & Ufreduciolus pupillus pro ſe, & ſucceſſoribus eorum auctoritate Matris, & Aviæ ipſius Ufreduccioli tutricum, ipſa bona nomine Romanæ Eccleſiæ, & ad Inquiſitionis ſervitium perpetuò poſſeſſuros, & ad majorem hujus promiſſionis certitudinem, in meâ, & aliorum præſentiâ „ tactis

Litteræ Inquiſitoris.

c

(a) MCCLXXII. Leg. MCCLXX., ut infrà.

(b) INDICTIONE XIII.: Error eſt Librarii in anno 1272. quo in curſu erat *Indictio* XV., nec Apoſtolica Sedes vacabat, cum Gregorius X. electus fuerit anno præcedenti Kalendis Septembris; & ſi nondum an. 1272. menſe Februario coronatus erat, tamen Eccleſiam regebat, unde reponendum ajo *anno* MCCLXX. & indictione XIII.

(c) IN ADMINISTRATIONE S. FRANCISCI: Seu in Provincia Umbriæ.

Digitized by Google

,, tactis ſacroſanctis Evangeliis, jurave- A
,, runt obedire ſemper mandatis Sanctæ
,, Romanæ Eccleſiæ, ac Venerabilis Pa-
a ,, tris *D. Johannis* [a] Sancti Nicolai in
,, Carcere Tulliano Diaconi Cardinalis
,, a Sede Apoſtolicâ ſuper officio Inqui-
,, ſitionis pravitatis hæreticæ conſtitu-
b ,, ti [b], immò & præceptis meis, & ſuc-
,, ceſſorum meorum Inquiſitorum, quæ
,, & quanta eis fecerimus ore, nuntio,
,, vel litteris in Inquiſitionis officium, &
,, favorem, ſine fraude, ac totis viribus B
,, obedire; permanere etiam ſemper in
,, Fide Catholicâ, quam ſacroſancta Ro-
,, mana tenet Eccleſia, credit, docet, &
,, præcipit obſervari; & quòd non ſolùm
,, aliquibus cujuſcumque ſectæ hæreticis
,, favorem non præſtabunt; verùm etiam
,, utriuſque ſexus hæreticos, credentes,
,, fautores, & quoquo modo complices
,, eorumdem totis viribus perſequentur,
,, & quamcitiùs ſciverint, manifeſtabunt
,, Inquiſitori, vel Epiſcopo Civitatis. C
,, Verùm ad prædicta omnia, & ſingula
,, obſervanda, ac etiam inviolabiliter at-
,, tendenda ſpontè, ac ſcienter obliga-
,, runt mihi Inquiſitori pro Eccleſiâ Ro-
,, mana recipienti, ac legitimè ſtipu-
,, lanti omnia bona eorum mobilia, &
,, ſtabilia, jura, & actiones, quæ nunc
,, habent, & habere poterunt in futu-
,, rum; quòd ſi ex certâ ſcientiâ offen-
,, derent in aliquod prætactorum, præ-
,, dicta bona ſine ampliori conditione ju-
,, dicii ad Romanam Eccleſiam revertan-
,, tur; pro ut manu Vincentii Notarii
,, Inquiſitionis omnia iſta patent. Ego
,, igitur Inquiſitor, qui quantum valeo,
,, & ſcio, pietatis viſcera Sanctæ Matris
,, Eccleſiæ debeo imitari; ad prætactos
,, juvenes, nec non eorum innocentiam
,, oculum compaſſionis intendens, habi-
,, to priùs ſuper his prætacti Venerabilis
,, Patris *D. Johannis* diligenti tractatu E
,, pariter, & aſſenſu juxtà prædictas con-
,, ditiones, quemadmodum patent ma-
,, nu prætacti Notarii; ipſos Raynal-
,, dum, & Ufreduciolum a pœna, quâ

,, obnoxii propter dictorum parentum
,, culpam forent, abſolvo; & cum eis
,, prætacti Domini [c] auctoritate diſpen- c
,, ſo, quòd liberè de cætero uti poſſint
,, paternis bonis, tenere pariter, & ha-
,, bere, & cætera facere, quæ faciunt
,, Catholici, & alii Orthodoxi. Salvo
,, ſemper, quòd ſi ullo unquam tempore
,, conſtare poterit, quòd ipſi, vel hære-
,, des eorum contra prætactam obliga-
,, tionem fecerint; abſolutio, diſpenſa-
,, tio, & conceſſio nullius ſit efficaciæ,
,, vel valoris. In cujus rei teſtimonium,
,, & ad majorem rei debitam firmitatem
,, volo præſentes litteras mei ſigilli mu-
,, nimine roborari; & per Vincentium
,, meum, & nunc ipſius Inquiſitionis pu-
,, blicum Notarium publicari. Datum
,, in Eccleſiâ *Sancti Franciſci* loci Fra-
,, trum Minorum *de Narniâ* [d] Anno, d
,, menſe, & die, ac Indictione prætactis.
,, Angelutius Matthei ipſius Inquiſito- Teſtes rogati.
,, ris famulus. Jacobus Joannes Alta-
,, men. D. Conradus de Albiano. Ugo-
,, linus de Albiano. Frater Ægidius de
,, Caſtronovo. Frater Petrus de Podio
,, rogati ſunt Teſtes hujus rei. Ego Vin-
,, centius Anaſtaſii a Sanctâ Romanâ Ec-
,, cleſia Notarius conſtitutus his omni-
,, bus interſui, & de mandato, & aucto-
,, ritate ipſius Inquiſitoris ſcripſi, & pu-
,, blicavi.,, Nulli ergo omnino homi- Clauſula Pontif. prohib. &c.
D num liceat hanc paginam Noſtræ Confirmationis, Relaxationis, Conceſſionis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Vetrallæ [e] XII. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Primo. e

---

Super quodam matrimonio illicite contracto, attentis nonnullis circumſtantiis, diſpenſare valeant. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt.83. anni I.)

NICO-

(a) D. Johannis: Cajetani Urſini poſtea *Nicolaus III.* appellati.

(b) Constituti: Ab Urbano IV. ſub initium ſui Pontificatus ex ejus Bulla 43. *Cupientes ut negotium &c.* in 2. tomo ſol.452.

(c) Prætacti Domini: Joannis Diac. Card.

(d) FF. Minorum de Narnia: Quorum Cœnobium caput erat *Cuſtodia* ſui nominis ex diſtributione Provinciarum, & Cuſtodiarum Ordinis anno 1260. Narbone in Comitiis Gener. facta; captumque fuerat ſub Gregorio IX. non XI., ut Librarii, ſeu Typographi vitio legitur apud Rodulphium lib.2. fol.254.

(e) Vetrallæ: Oppidi prope Forum Caſſii antiquorum in Patrimonio S. Petri, Romanaque Provincia inter Sutrium, & Viterbium, in cujus Diœceſi reperitur, & a qua Civitate 7. mill. paſ. diſtat.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch. 1278.

XXXVII. Anno 1278. die 1. Julii. a b c d e

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri .... [a] *Archiepiſcopo* Auxitano [b], *& dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum de* Morlanis [c], *& ... Guardiano* Nugarolenſi [d] *Minorum FF. Ordinum Laſcurren.* [e], *& Auxitanæ Diœceſum Sal., & Apoſt. Ben.*

Fortii de Salis expoſitio

SUA Nobis dilectus Filius *Fortius de Salis* Laicus Auxitanæ Diœceſis petitione monſtravit, quòd licet ipſe cum quadam puellâ infra annos nubiles conſtitutâ ſponſalia contraxiſſet; tamen poſtmodum eâ, antequam ad hujuſmodi annos nubiles perveniſſet, viam univerſæ carnis ingreſsâ, *Julianam* ſororem ipſius Puellæ dictorum ſponſaliorum prorſus ignaram ſibi publicè in Eccleſiæ facie matrimonialiter copulavit; & ſibi cohabitans ut uxori multiplicem prolem ſuſtulit ex eadem. Quare dictus Laicus Nobis humiliter ſupplicavit, ut cum ex ipſius, & ejuſdem *Julianæ* ſeparatione grave poſſet in illis partibus ſcandalum generari, cum ipſo & eâdem Julianâ, quòd non obſtante publicæ honeſtatis [f] juſtitiâ, poſſit in contracto inter ſe matrimonio licitè remanere, diſpenſare de benignitate Sedis Apoſtolicæ curaremus. Nos itaque de Diſcretione veſtrâ plenam in Domino fiduciam obtinentes Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi priora ſponſalia ſic fuerint notoria, vel manifeſta, quòd ex ſequenti matrimonio cum ſorore prædictâ ſcandalum in populo ſit ſecutum, cum eis minime diſpenſetis; niſi ex ſeparatione matrimonii grave ſcandalum, vel graves inimicitiæ ſequerentur: Si autem ſcandalum non eſt ex ſequenti matrimonio ſubſecutum; vel ſi etiam ſecutum fuiſſet, ex ſeparatione tamen grave ſcandalum, vel grave odium timeretur; cum ipſis, quòd impedimento hujuſmodi non obſtante in eodem matrimonio licitè remanere valeant, auctoritate Noſtrâ diſpenſare curetis, prout ſecundùm Deum videbitis expedire.

atque ſupplicatio.

Injungit Pontifex ut ſupra.

Datum Viterbii Kalendis Julii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Privilegia & conceſſiones ſuorum prædeceſſorum, & aliorum quorumcumque Monaſterio factas confirmat. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo ejuſdem Monaſterii apud WADDINGUM ad hunc annum n.40. edit.2.)

XXXVIII. Anno 1278. die 2. Julii.

NICOLAUS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus ... Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii S. Claudii [g] *juxta flumen Topini extra muros* Fulginat. [h] *ad Rom. Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Damiani Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

CUM a Nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum &c. [i]

Datum Viterbii VI. Nonas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Primo [k].

Super ceſſione Abbatis S. Auberti Cameracen. *cognoſcant, & diſponant, prout expedierit.* (Ex VAT. REGES. PONTIF. ep.85. anni 1.)

XXXIX. Anno 1278. die 6. Julii.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri ... [l] *Epiſcopo* Cameracen. [m], *& dilectis Filiis ... Abbati Monaſterii de* S. Aceolo *Ambianen. Diœceſis* [n], *ac ... Cuſtodi Ord. FF. Min.* Cameracen. [o] *Sal., & Ap. Ben.*

Abbatis S. Auberti ſupplicationis tenor.

EX parte dilecti Filii Walterii Abbatis Monaſterii *Sancti Auberti* Cameracen.

(a) VEN. FRATRI ...: *Grimerio* an.1272. Idibus Januarii aſſumpto per translationem Vicedomini O. M. B. Gregorii PP. X. nepotis ad Præneſtinam Eccleſiam, ex Gallia Chriſtiana to.1. de Eccl. Aquenſi col.317.

(b) AUXITANO: De qua Metropoli diximus etiam in 1. hujus Operis tomo pag.647. (a)

(c) MORLANIS: Ut in cit. 1. tomo pag.294. (g)

(d) NUGAROLEN.: Conventus O. M. quartus *Cuſtodiæ Auxitanæ* in Provincia Aquitaniæ ex veteri al. cit. *Provinciali* Ord. noſtri apud Piſanum Conform.xi. tertius vero apud Chronicon Jordani Ms. Vatic., cujus mentionem facit Waddingus ad ann.1277. num.22., in teſtamento etiam Iſabellæ de Lebreto Comitiſſæ Arminiaci anno 1294. condito, & in to.4. Veter. Script. Martene, Durandique relato col.1390. legitur n.6. *Item Fratribus Minoribus Nugaroli ducentos ſolidos Morlanenſes*.

(e) LASCUREN.: Epiſc. Aquitaniæ ſub Archiepiſcopo Auxitano.

(f) PUBLICÆ HONESTATIS: Ex ſponſalibus enim validis oritur inter conſanguineos ſponſæ, & ſponſum impedimentum *publicæ honeſtatis* uſque ad primum dumtaxat gradum ex Conc. Trident. ſeſſ.24. cap.3.

(g) MONASTERII S. CLAUDII: Antea *S. Mariæ de Caritate* nuncupati ex *Bulla* 136. Alexandri IV. *Cum a Nobis petitur &c.* anno 1255. 11. Decembris edita, qua dicto Monaſterio confirmat Eccleſiam S. Claudii a Gregorio IX. emptam, & Sanctimonialibus donatam.

(h) FULGINAT.: In Umbria ad Tiniam nunc *Topino* fluvium Civitatis ſitæ.

(i) ET HONESTUM &c.: Ut in 23. *Bulla* hujus Pontificis hoc anno die 2. Maji Monaſterio *Aſſiſiat.* S. Claræ miſſa, & ſupra relata.

(k) Idem privilegium contulit Honorius IV. anno 1285. die 19. Novembris, ut infra.

(l) VEN. FRATRI ...: *Engeramo* de Querqui anno circiter 1275. aſſumto.

(m) EPISC. CAMERACEN.: Vulgo *Cambrai* in Belgio tunc ſub Archiepiſcopo Remenſi, nunc ad Metropolis dignitatem evectæ civitatis.

(n) AMBIANEN. DIŒCESIS: Vulgo *Amiens* etiam in Belgio Picardiæ quæ præcipua ſub Archiep. Remenſi.

(o) CUSTODI O. FF. MIN. CAMERACEN.: Nulla Cameracen. *Cuſtodia* legitur in veteri *Provinciali* Ordinis

Digitized by Google

meracen. Ordinis Sancti Auguſtini fuit A
Nobis humiliter ſupplicatum, ut cum ipſe propter ſui corporis infirmitatem, ac debilitatem, quam in eo parit proprietas ſenectutis, ad ſui proſecutionem officii jam impotens ſit effectus, ne, quod abſit, ſub ipſius umbrâ jamdictum Monaſterium patiatur in ſpiritualibus, & temporalibus detrimentum, ejus reſignationem recipi, & ſibi de bonis ipſius Monaſterii proviſionem congruam aſſignari de benignitate Apoſtolicâ manda- B
remus. Nos igitur ejuſdem Abbatis precibus inclinati, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, & utilitati dicti Monaſterii videritis expedire, & Conventus prædicti Monaſterii, vel majoris & ſanioris partis ipſius ad hoc accedat aſſenſus, ipſius Abbatis reſignationem recipere, & eidem proviſionem aliquam moderatam de bonis præfati Monaſterii juxta facultates ipſius, & dicti Abbatis neceſſitates pro C
ſuâ ſubſtentatione aſſignare curetis: Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Non obſtante Indulgentiâ [a], qua tibi, Fili *Cuſtos*, vel Fratribus tui Ordinis a Sede Apoſtolicâ dicitur eſſe conceſſum, quòd non tenearis te intromittere de quibuſcumque negotiis per litteras Sedis ipſius, niſi in eis de conceſſione hujuſmodi plena & expreſſa mentio habeatur.

Mandat Pontifex inquiri, ac diſponi ex compertis.

Cum clauſula derogatoria.

Datum Viterbii II. Nonas Julii, Pon- D
tificatus Noſtri Anno Primo.

Pro relaxatione cujuſdam matrimonii *committit diſquiſitionem, & facultatem præbet.*
(Ex Vatic. Reges. Pontif. ep. 89. anni I.)

NICOLAUS &c.

Nicolaus PP. III. An. Ch. 1278.

XL.

Anno 1278. die 7. Julii.

Venerabili Fratri .... [b] *Archiepiſcopo* Athenien. [c], *& dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, ac ... Miniſtro Minorum Fratrum Ordinum Provincialibus* Græciæ [d] *Sal.*, *& Apoſt. Bened.*

Mareſcalli Achajæ petitionis tenor

LECTA Nobis dilecti Filii Nobilis Viri Johannis de Sancto Ademaro *Mareſcalli* Principatus *Achajæ* [e] pronepotis claræ memoriæ B. [f] Regis Ungariæ petitio continebat, quòd cum dudum dictus Mareſcallus Nobilem Mulierem *Catharinam* nepotem quondam *Guillelmi* [g] Principis Achayæ, relictam quondam Guillelmi dicti de *Verona* Militis [h] tunc viduam, in faciem Eccleſiæ matrimonialiter deſponſaſſet; & ex ipſâ plures filios ſuſcepiſſet; tandem compertum eſt dictam *Catharinam* eidem Mareſcallo *quarto* affinitatis gradu fore conjunctam, videlicet cum dictus Guillelmus de *Verona* in quarto conſanguinitatis gradu Mareſcallo attinuiſſet eidem. Quare *Mareſcallus* ipſe morſum conſcientiæ inde habens ſuper hoc Apoſtolicæ Sedis miſericordiam imploravit; & aſſerens, quòd ex ſeparatione hujuſmodi matrimonii inter eum, & dictam *Catharinam* contracti in partibus illis multorum ſtrages acciderent, Provinciæ [i] guerræ, diſcordiæ, homicidia, & ſcandala plurima provenirent; humiliter petebat a Nobis, ut animarum, corporum, & præmiſſæ Provinciæ imminentibus inde periculis occurrentes, cum ipſo & *Catharinâ* præfatâ, quòd non obſtante hujuſmodi affinitatis gradu, in matrimonio ipſo tanquam Sponſi legitimi licitè remanere valeant, diſpenſare miſericorditer curaremus; maximè cum, ſi ſeparentur ab invicem, præter præmiſſa diſpendia magnum ſuſcitaretur inde ſcandalum in grave damnum totius

dinis noſtri, neque in diſtributione Provinciarum, & Cuſtodiarum Ordinis anno 1260. Narbone facta in Comitiis Gener., ſed Cameracen. Cœnobium erat 4. al. 6. *Cuſtodia* Atrebaten. in Provincia Franciæ ex cit. *Provinciali*; aut igitur aliquando capita Cuſtodiæ mutata ſunt, aut Cuſtos Atrebatenſis tunc Cameraci morabatur.

(a) INDULGENTIA: Toties in hujus Operis epiſtolis memorata *Quieti veſtræ &c.*

(b) VEN. FRATRI ...: N.

(c) ATHENIEN.: Olim Atticæ clariſſima Metropolis, nunc vulgo *Setines* ſub Turcis deficit in dies.

(d) PROVIN. GRÆCIÆ: Ita in Ordine Prædicatorum, in illo Minorum *Romania* vocabatur, de qua in ſuperioribus hujus Operis tomis dictum eſt; ibique Athenien. Cœnobium noſtrorum erat 2. *Cuſtodia* Thebanæ ex proxime cit. *Provinciali* Ordinis.

(e) ACHAIÆ: Hodie *Livadia* vulgo habens Peloponneſum nunc *Morea* ad auſtrum; niſi ſit *Achaja* minor in Peloponneſo nunc *Clarentia*.

(f) B.: *Bela* anno 1270. vita defuncti.

(g) QUONDAM GUILLELMI: *Villarduini* pluries in to. 2. hujus Operis memorati, qui Michaelis Angeli Deſpotæ Epiri, atque Ætoliæ filiam *Annam* duxerat uxorem, eratque Princeps *Achajæ*, & *Peloponneſi*, nunc *Morea*.

(h) MILITIS: Nimirum Equitis, & forſan de *Scaligeris* diu Veronæ principatum adeptis.

(i) PROVINCIÆ; Nempe Achajæ, Græciæque.

Provinciæ, ac inevitabile periculum perſonarum Nobilium generis utriuſque. Quia vos de facto, & facti circumſtantiis habere poteritis notitiam pleniorem; Diſcretioni veſtræ præſentium tenore committimus, quatenus, ſi præmiſſa vera ſunt; & timeatur de periculis, quæ narrantur; voſque ſecundum Deum hoc expedire videritis, ſuper quo veſtras conſcientias intendimus onerare; cum eiſdem *Mareſcallo* & *Catharina* ſuper præmiſſis auctoritate Noſtrâ diſpenſare curetis.

Pontifex committit ut ſupra.

Datum Viterbii Nonis Julii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Jubet, ut ſupremam Ordinis Minorum retineat Præfecturam uſque ad aliam proviſionem. (Ex Regeſ. Vatic. epiſt.41. apud Waddingum ad hunc ann. n.22., nunc epiſt.256.)

XLI.

Anno 1278. die 8. Julii.

NICOLAUS &c.

Dilecto in Chriſto Fratri Fr. Hieronymo *Presbytero* Cardinali [a] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Commendatur Cardinalis a prudentia,

PRUDENTIÆ tuæ circumſpectam induſtriam ex tuis laudabilibus actibus apertè colligimus, & illam multipliciter in Domino commendamus. Nam ſicut nuper ad Noſtrum pervenit auditum, poſtquam te in Eccleſiæ Romanæ Cardinalem aſſumpſimus [b] quia te *quondam Miniſtrum Ordinis Fratrum Minorum* miſſæ tibi litteræ Noſtræ deſcribebant; tu Miniſtri Generalis officium exercere ulteriùs dubitaſti. Verùm quia dictus Ordo ad præſens carere dicitur directore [c]; Nos circa ipſum, quem in Domo Domini prælucere conſpicimus, & corde tenemus, paternâ ſollicitudine vigilantes, ut nihil inibi quovis defectu poſſet excreſcere, quòd odorem tuæ famæ reprimeret, vel ejus decorem obnubilet, ſed potius, Deo propitio, protegatur a noxiis; ſalubria ſemper incrementa ſuſcipiat; & pacis affluat ubertate; præſentium tibi tenore mandamus, quatenus, donec circa id aliter proviſum extiterit, prædicto vaces, & intendas officio, ſicut ante aſſumptionem hujuſmodi faciebas; & illud, ac ea, quæ ad ipſum pertinent, plenè ac liberè, & ſpecialiter circa diſpoſitionem loci, & temporis celebrandi *Capituli Generalis* [d], prout ad laudem Dei, & quietem dicti Ordinis expedire cognoveris, exequaris.

ejuſque dubitatio exponitur

& diluitur, mandans ut ſupra.

Datum Viterbii VIII. Idus Julii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Locum Caſtri Urſini Fratribus Catanien. *O. M. alias ab Alexandro IV. conceſſum confirmat.* (Ex Autographo in noſtri Conventus S.Franciſci Meſſanen. Archivo apud Cagliolam in Hiſt. Provinciæ Siciliæ Ord. Min. Convent. Explor.3. manif.1.pag.69.)

XLII.

Anno 1278. die 12. Julii.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis ... Miniſtro Siciliæ [e], *& Fratribus Ordinis Minorum* Catanien. [f] *Sal., & Apoſt. Bened.*

Fratrum Catan. O. M. petitionis tenor

PETITIO veſtra Nobis exhibita continebat, quòd fel. record. ALEXANDER PAPA [g] prædeceſſor Noſter locum, qui *Caſtrum Urſinum* vulgariter nuncupatur, ſitum in Civitate *Catanien.*, in quo aliàs vos aliquandiù permanſiſtis, licèt poſtmodum propter perſecutiones quondam *Manfredi* [h] Principis Tarentini exinde receſſeritis [i]; vobis auctoritate Apoſtolicà confirmavit [k]; illumque de novo conceſſit [l] de gratiâ ſpeciali, decernens irritum, & inane quidquid contra confirmationem, & conceſſionem hujuſmodi a quoquam contigerit attentari. Verùm quia in litteris earumdem confirmationis, & conceſſionis ſpecialis mentio

de loco ob Manfredum Tyrannum derelicto, & ab Alexandro IV. confirmato.

(a) PRESBYTERO CARDINALI: Ex Ordine Minorum aſſumto.

(b) ASSUMPSIMUS: Hoc anno die 23. Aprilis per litteras *Summus omnium Magiſter &c.* ſupra relatas.

(c) DIRECTORE: Per aſſumtionem ejuſdem Generalis Miniſtri ad Cardinalitiam dignitatem.

(d) CAPITULI GENERALIS: Quod inſequenti anno celebratum eſt Aſſiſii ex Annal. Minor. ad eum ann. num.6. & ſeqq.

(e) MINISTRO SICILIÆ: *Fr. Jacobo* de Pernis Meſſanen. ex ſerie Miniſtrorum illius Provinciæ apud cit. Cagliolam pag.31.

(f) CATANIEN.: Adeas *Bullam* 182. Alexandri IV. *Sacra veſtra Religionis &c.* anno 1256. 27. April. editam, & aliam Gregorii X. *Sua Nobis &c.*

(g) ALEXANDER PAPA. IV. hujus nominis.

(h) QUONDAM MANFREDI: Qui ab anno 1258. uſque ad ann. 1266., quo cæſus eſt, totam Siciliam occupatam tenuit.

(i) RECESSERITIS: Quo anno id acciderit, incompertum, poſt tamen ann.1256. ex cit.epiſt. Alex.IV.

(k) CONFIRMAVIT: Anno 1256. per litteras *Sacra veſtra Religionis &c.* ſupra citatas.

(l) DE NOVO CONCESSIT: Datus enim fuerat antea ab Odone Capocio Epiſcopo Catanien. Electo ex cit. Alexandri PP. litteris.

Digitized by Google

tio non habetur, quòd Epiſcopus *Catanien.* in Civitate prædictâ juriſdictionem obtinet temporalem, vos dubitantes, ne ſuper eodem loco, in quo ad præſens moramini; & Eccleſiam jam fundatam habetis, & Cœmeterium benedictum; poſſit vobis inferre moleſtiam [a]; ſeu ſuper confirmatione, & conceſſione prædictis obſtaculum interponi; providere ſuper hoc vobis paternâ ſollicitudine curaremus. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quòd ſuper hoc ab eodem Prædeceſſore Noſtro factum eſt, ratum & gratum habentes id, hoc non obſtante, dummodo Epiſcopus *Catanien.* nullum aliud ſpeciale jus in loco ipſo habeat; auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; diſtrictiùs inhibentes, ne quis vos ſuper loco prædicto temerè moleſtare præſumat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Conceſſionis, & Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem &c.

Super quo dubium oritur Fratribus,

quod Pontifex evertit, & Alexandri conceſſionem confirmat.

Clauſula prohib. &c.

Datum Viterbii IV. Idus Julii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Nunciis ſuis pro pace inter eum & Caſtellæ Regem firmanda alium R. E. Cardinalem *ſe adjungere ſignificat hortaturque, ut aures eorum conſiliis præbeat, Nuncioſque & ipſe eò mittat.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 257. anni I., 42. verò ex Raynaldo ad hunc ann. n. 24.)

XLIII. Anno 1278. die 15. Julii.

NICOLAUS &c.

Cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro [b].... Regi Franciæ *Illuſtri Salutem, & Apoſtol. Benedict.*

Exordium.

JActa per inimicum hominem inter te, ac Cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum [c]... Regem Caſtellæ, ac Legionis illuſtrem zizaniorum ſemina; & intenſum Noſtrum deſiderium ad eadem, ne pernicioſam coaleſcant in ſegetem, radicitùs extirpanda nobis patenter oſtendunt in experientiæ libro, quod legitur: *Nil ſatis ſitienti Animæ feſtinatus*; ſed moram ipſa ei celeritas repreſentat. Anxia etenim mens, præſertim quam zelus veræ charitatis accendit, adoptatum cogitationibus æſtuat; curis effluit; meditationibus immoratur; quærit remedia; quæſitis adicit; quæſita & adjecta proſequitur; nec ſolers inquiſitio, vel adaucta proſecutio, efficit quominus in quærendo, & proſequendo creſcat anxietas; donec quod avidè ſequitur, efficaciter aſſequatur. Charitas namque torporis otium, & otii torporem ignorat; neſcit otioſa ſubſiſtere, ſed adeo profectibus inhiat; ut defectum æſtimet ſubſtituiſſe. Iis, Fili cariſſime, ſtimulis angimur, iis inſtigamur aculeis ad deſideratam Nobis, & toti quaſi Mundo votivam ſedationem inter te ac memoratum Regem exortæ diſcordiæ [d], divinâ favente Clementiâ, celeriter obtinendam: propter quod licet dilectos Filios *Hieronymum* Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyterum Cardinalem tunc Fratrum Minorum Generalem Miniſtrum, & *Johannem* Jeroſolymitanum Electum [e] tunc Magiſtrum Fratrum Prædicatorum Ordinum Mater Eccleſia fel. record. Johannis Papæ [f] prædeceſſoris Noſtri temporibus ad hoc per idoneos Miniſtros elegerit [g]; Noſque aſſumpti poſtmodum, ſicut Domino placuit, ad Apoſtolatus officium, electionem hujuſmodi tanquam laudabilem non immutandam cenſentes, ſed potius imitandam acceptaverimus [h], & nec immeritò acceptemus; probatum & procul dubio approbandum in tanto & tali negotio miniſterium eorumdem; ſicque dum ipſorum conſideramus induſtriam; dum alias in ubertate datas eis a Domino virtutes attendimus, non ignoremus de ipſis proſecutione ejuſdem negotii plenè proviſum; nihilominus tamen affectu paterno ferimur aliquid jam proviſis adjicere; illaque inſuper ratione, quæ arguit, ubi multa conſilia, ibi ſalus; nec non & conſideratione aliquarum facti circumſtantiarum inducimur, ut per Noſtram ſollicitudinem adje-

Effectus mentis vera charitate accenſæ,

qua Pontifex angitur pro ſedanda diſcordia

Joannis XXI. pro ea proviſionem adducens

a ſe quoque probatam;

cui tamen addendum cenſuit

(a) Inferre molestiam: Uti factum fuerat anno 1274. ab Epiſcopo & Clero Catanien. ex Bulla *Sua Nobis dilecti &c.* Gregorii X. nonis Julii emiſſa, & ibi ſuo loco vulgata.

(b) Filio Nostro ...: *Philippo* III. ſupra memorato.

(c) Filium Nostrum ...: *Alphonſum* X.

(d) Discordiæ: Jam in aliis litteris expoſitæ.

(e) Electum: Hoc menſe & anno, ut videtur promotum; non enim antea hic Joannes refertur *Electi* titulo.

(f) Johannis Papæ: XXI. hujus nominis.

(g) Elegerit: Anno 1276. idibus Octobris per litteras *Habet infauſti &c.* ſupra relatas.

(h) Acceptaverimus: Anno 1277. die 2. Decembris ex litteris *Quanto ex poteſtate &c.*

Digitized by Google

a O. SS. XII. Apoſtol. Presbyterum Card.

b quem Toloſam deſtinat ad pacis negotium proſequendum.

c

Obſecratque Regem, ut paci operam date velit,

d

& Nuncios proprios eò mittat,

adjectionem recipiat proviſionis hujuſmodi plenitudo; ideoque cum Fratribus Noſtris deliberatione præhabitâ dilectum Filium Noſtrum *Gerardum* [a] Baſilicæ duodecim Apoſtolorum Presbyterum Cardinalem virum laudandæ virtutis, ſcientiâ, & innatâ prudentiâ præditum, cultorem juſtitiæ, ſedulum pacis amicum, & concordiæ zelatorem. Licet ejus præſentiâ Nobis, & apud Nos Eccleſiæ Univerſali perutili careamus inviti, ad Civitatem *Tholoſanam* [b], quam locum ſatis communem partibus, & aptum eidem proſequendo negotio exiſtimavimus, decrevimus deſtinandum; ita quòd circa Feſtum Beati Lucæ inibi, Deo præduce, præſentiam ſuam exhibeat; dictique Cardinalis *Hieronymus*, & *Electus* [c] conveniant cum eodem, ut tuis, & præfati Regis Caſtellæ ſolemnibus Nuntiis comparentibus, coram eis iidem *Cardinales*, & *Electus* tam utile, tam neceſſarium negotium communi conſilio, & mutuo auxilio juxta datam eis a Deo prudentiam, & formam a Nobis habitam, proſequantur. Quocirca Serenitatem Regiam hortamur, & obſecramus in Domino JESU CHRISTO, in remiſſionem tibi peccatorum ſuadentes, quatenus, multiplicatis ſuper hoc ipſius Eccleſiæ monitionibus acquieſcens, & ſummi pacificique Regis intuitu ad pacem animum Regalem habilitans hujuſmodi ſolemnes Nuntios, quibus tui, & prædicti Regis Caſtellæ ſit cordi concordia ſuper toto negotio ſpecialiter ſuper treugua, & viſta [d] ſuper quibus aliquis tractatus eſt habitus plenè inſtructos, & ad omnia in eodem negotio neceſſaria, ſive utilia plenum a tuâ Celſitudine mandatum habentes, qui ſe in loco, & feſto prædictis coram eiſdem *Cardinalibus*, & *Electo* Nomine tuo præſentent; ac eorum ſalubribus monitis & perſuaſionibus acquieſcant, mittere non omittas; ut per hoc non ſolum Regno tuo quietem indulgeas; ſed & publicæ utilitati provideas, Dei ſervitiis, quæ per tuam, & præfati Regis diſcordiam impedimenta recipiunt, & præcipuè *Terræ Sanctæ* negotio conſulas; illumque tibi retributorem conſtituas, qui fidelium obſequia ſine retributione ineffabili non relinquet. Cæterum ſcire tuam Excellentiam volumus, quòd præfatum Regem Caſtellæ ſuper præmiſſis per alias Noſtras litteras [e] ſimiliter exhortamur; & nihilominus, quia intelleximus, magnâ eum infirmitate gravari, cupientes hujuſmodi negotio in omnem eventum, prout poſſumus, providere, in litteris eiſdem adjicimus, ut ſi forſan ipſum propter infirmitatem, vel aliàs in hujuſmodi Nuntiis deſtinandis impediri contingat; dilectus Filius nobilis Vir *Sanctius* [f] natus ejus ipſos in formâ ſimili ſtudeat deſtinare. Placeat igitur Magnificentiæ Regiæ, Nunciis Regiis, & *Nobili S.* [g] eorumdem venientibus ad Civitatem prædictam in veniendo, morando, & redeundo per totam Terram tuam in perſonis & rebus litteras concedere de ſecuro conductu.

ut Eccleſiæ, & Terræ Sanctæ negotiis conſulat.

Significans ſe ipſum ſcripſiſſe Regi Caſtellæ,

e

f

pro cujus Nunciis litteras ſecuritatis expoſcit.

g

Datum Viterbii Idibus Julii, Pontificatus Noſtri Anno Primo [h].

h

Confirmat Epiſcopum Fanen., *in cujus electione* Thomas *illius Eccleſiæ Præpoſitus tranſit ad Ordinem FF. Minorum*. (Ex REGES. VATIC. PONTIF. epiſt. 99. anni 1.)

NICOLAUS &c.

XLIV.

Anno 1278. die 15. Julii.

i k

Venerabili Fratri Fideſmido [i] *Epiſcopo* Fanen. [k] *Salutem, & Apoſt. Bened.*

Exordium.

RATIONIS oculis intuentes commoda, quæ vacantibus Eccleſiis de ſalubri

(a) GERARDUM: Blancum Parmenſem poſtea Sabinen. Epiſcopum multis & claris pro S. A. legationibus obitis illuſtrem apud Raynaldum in Annal. Eccleſ., & Vitarum S. R. E. Cardinal. Scriptores.

(b) THOLOSANAM: Ad quam ſuos Rex Caſtellæ Nuncios mittere detrectavit cauſatus inter alia eam urbem Gallicæ ditionis eſſe, nec parum detrahi ſuæ dignitati, ſi in ea tractatus hujuſmodi haberetur.

(c) ELECTUS: Hieroſolymitanus, qui ſupra.

(d) ET VISTA: Nempe colloquio, & congreſſu Gallice *entrevuë* ex Freſnen. Gloſſario, ubi *Philippi III.* Regis litteræ referuntur in *ſpeciales Nuncios deſtinavit cum poteſtate plenaria tractandi de facienda Viſta, ſeu colloquio de Nobis, & eodem Rege ſuper pace perpetua*: & infra: *Extitit conventum, quod pro Viſta ſeu colloquio hujuſmodi celebrando Nos apud Montem Marcianum, idem autem Rex apud Bajonam perſonaliter erimus*.

(e) NOSTRAS LITTERAS: Quæ non habentur, ſed harum ſimiles exiſtimantur, ſuntque epiſt. 43. Regeſ. Vatic. teſte Raynaldo ad hunc ann. n.24.

(f) SANCTIUS: Hujus diſcordiæ fons, atque miniſter, cujus artibus nunquam Reges convenire potuerunt.

(g) NOBILI S.: Nempe *Sancio* proxime relato.

(h) Sub initium ſequentis menſis ſimiles litteras dedit & ad S. tit. S. Cæciliæ Card. S. A. Legatum in Gallias, quæ ſuo loco exhibentur.

(i) FR. FIDESMIDO: De quo conſulendus Ughellus to.I. Ital. Sac., a quo dicitur *Fideſmundus*.

(k) FANEN.: In Piceno uni Rom. Pontifici ſubjecto ex cit. Ughello.

Digitized by Google

lubri proviſione proveniunt, reddimur corde ſolliciti, ut quando ad Apoſtolicæ Sedis providentiam propter hoc devotè recurritur circa id attentionis fructuoſæ ſtudium habeatur. Sanè Fanen. Eccleſiâ dudum Paſtoris ſolatio deſtitutâ, dilecti Filii *Præpoſitus* [a], & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ convenientes in unum, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe; poſt aliquos tractatus de futuri ſubſtitutione Paſtoris habitos, conſenſerunt in negotio hujuſmodi per viam procedere *compromiſſi*; & tribus ex eis videlicet dilectis Filiis *Foſcardo*, *Bontonieo* [b], & *Thomaſio* Canonicis Fanenſibus eligendi eâ vice perſonam idoneam in Fanen. Epiſcopum contulerunt unanimiter plenariam poteſtatem, promittentes, illum recipere, ac habere in ſuum Epiſcopum, quem iidem tres ſive de ſe ipſis, ſive de aliis Canonicis ejuſdem Eccleſiæ, aut etiam aliunde ad hoc ducerent eligendum; ſicque iidem tres tractatu ſuper hoc habito diligenti in te tunc ipſius Eccleſiæ Canonicum eligendum in Fanen. Epiſcopum convenerunt; dictuſque *Bontomeus* vice ſuâ, & hujuſmodi Collegarum ſuorum te de conſenſu eorum elegit canonicè in Fanen. Epiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ memoratæ. Poſtmodum ſiquidem *Thoma Fratre* Ordinis Minorum [c] tunc *Præpoſito* ejuſdem Eccleſiæ, ac Nicolao de Ancona, qui pro Canonico ipſius Eccleſiæ ſe gerens aſſerebat, ſe in hujuſmodi compromiſſo non fuiſſe contentum, electioni præmiſſæ de te factæ ſe indebitè opponentibus, & ex hoc ad Sedem Apoſtolicam ſe dicentibus appellaſſe, fel. record. GREGORIUS PAPA X. prædeceſſor Noſter bonæ memoriæ *V.* [d] Peneſtrinum [e] Epiſcopum in hujuſmodi negotio dedit partibus Auditorem. Verùm quamvis, poſtquam extitit aliquandiù in negotio ipſo proceſſum, dictus *Thomas* ad ſupradictum ſe tranſtuliſſet Ordinem Profeſſionis votum in eo ſolemniter emittendo; idemque *Nicolaus* electioni tuæ præmiſſæ ſuum præbuiſſet expreſsè conſenſum, ipſi tamen ad hoc de mandato Sedis Apoſtolicæ fuerunt ex ſuperabundanti citati: Cumque nullus comparuiſſet pro eis legitimus reſponſalis coram Peneſtrino Epiſcopo ſupradicto; quia eo interim viam univerſæ Carnis ingreſſo [f], dictum remanebat negotium indeciſum; piæ memoriæ JOHANNES PAPA XXI. prædeceſſor Noſter examinationem tàm ipſius electionis, quàm perſonæ tuæ bonæ memoriæ B. [g] Epiſcopo Sabinen. tunc viventi, ac dilectis Filiis Noſtris A. [h] tituli Sanctæ Praxedis Presbytero, & J. [i] Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diacono Cardinalibus Apoſtolicâ auctoritate commiſit. Eodem itaque prædeceſſore Noſtro JOHANNE poſt relationem ſuper præmiſſis per dictum Sabinen. tunc viventem, & Cardinales eoſdem ſibi factam viam univerſæ Carnis ingreſſo [k]; demumque ipſo Epiſcopo Sabinen. ſublato de medio [l]; Nos in examinatione perſonæ tuæ Venerabilem Fratrem Noſtrum L. [m] Oſtien. & Velletren. Epiſcopum loco ipſius Sabinen. Epiſcopi præfatis duobus Cardinalibus duximus adjungendum. Quia verò examinatione hujuſmodi de te habitâ, & per Oſtien. Epiſcopum & Cardinales ipſos relatione Nobis factâ de præmiſſis plenariâ & fideli, invenimus ſupradictam electionem de perſonâ idoneâ canonicè celebratam, eamdem ipſorum, aliorumque Fratrum Noſtrorum conſilio auctoritate Apoſtolicâ confirmavimus, præficientes te ipſi Eccleſiæ in Epiſcopum & Paſtorem, tibi tandem propriis Noſtris manibus munere conſecrationis impenſo, fiduciam namque firmam concepimus, quòd cum eſſe noſcaris litteratus, & providus ac in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectus, prædictæ Fanenſi Eccleſiæ per tuum Miniſterium honoris, & proſperitatis votivum Deo propitio proveniet

Vacat Fanen. Eccleſia.

Electores per viam compromiſſi procedunt.

Compromiſſariique Fideſmidum ſupradictum eligunt in Epiſc.

ſed Eccleſiæ Præpoſito cum alio Canonico ſe opponentibus,

Gregorius X. tribuit auditorem.

Interim Præpoſitus fit Minorita,

& Canonicus electioni aſſentitur.

Cauſa tamen aliis committitur

ad quorum relationem Pontifex electum confirmat,

& conſecrat.

(a) PRÆPOSITUS: *Thomas* paulopoſt Ordinem Fratrum Minorum amplexus, ut infra.

(b) BONTONIEO: *Bontomeus* infra, forſan legendum *Bonromeus*.

(c) THOMA FRATRE O. M.: In Annal. Minor. nunquam memorato.

(d) V.: *Vicedominum* ejuſdem B. Gregorii X. nepotem, & Epiſc. Præneſtin.

(e) PENESTRINUM: *Præneſtinum* vulgo *Paleſtrina*.

(f) INGRESSO: Anno 1276. die 6. Septembris, cum in infirmitate *Ordini Minorum* nomen dediſſet, & *Summus Pontifex* deſignatus, deſtinatuſque.

(g) B.: *Bertrando* a S. Martino Gallo ex Archiepiſcopo Arelaten. anno 1273. Card. creato, qui adhuc anno 1277. menſe Martio vivebat ex 25. epiſt. Joannis XXI. *Venerabilis Frater &c.*

(h) A.: *Anchero* Urbani IV. nepoti.

(i) J.: *Jacobo* Sabello Rom., qui poſtea evaſit ad Summum Pontificatum ſub nomine *Honorii IV.*

(k) INGRESSO: Anno 1277. die 16. Maji.

(l) DE MEDIO: Eodem anno, non an. 1274., vel 1275., ut quidam ſcriptis tradiderunt.

(m) L.: *Latinum*: Brancaleonem Urſinum Rom. Nicolai III. ex ſorore nepotem O. P.

Digitized by Google

Nicolaus PP. III. An.Ch.1278.

Rogatque, ut regimen ſuſcipiat, & ſollicitè ſe gerat.

niet incrementum. Rogamus itaque Fraternitatem tuam, & hortamur attentè per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus regimen ipſius Fanen. Eccleſiæ, cujus in ſpiritualibus & temporalibus plenam tibi adminiſtrationem commiſimus, gerens reverenter & ſollicitè, in ejus ampliandis honoribus, & profectibus procurandis, te ſic reddas ſine intermiſſione quâlibet ſtudioſum, ut apud remotos & proximos tua Fama clareat per effectum, ac in delectationem Nobis veniat, te condignâ gratiâ temporibus opportunis proſequi, tuiſque condignis deſideriis favorem benevolum impertiri.

Datum, *ut ſupra*.

Epiſcopum Anteraden. Tripolitani *Epiſcopi perſecutorem citent ad comparendum coram ſe ſub pœna*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt.102. anni 1.)

XLV. Anno 1278. die 23. Julii.

NICOLAUS &c.

a b *Venerabilibus Fratribus* ... Sydonien.[a], *&* ... Beriten.[b] *Epiſcopis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Epiſcopi Tripolitani conqueſtio de Anteraden. Epiſcopo,

c d QUERELAM gravem Venerabilis Fratris Noſtri *P.*[c] Epiſcopi *Tripolitani*[d] recepimus continentem, quòd ipſe propter atroces injurias, & diverſa gravamina, quæ ſibi, ſuæque familiæ Venerabilis Frater Noſter B. *Anteraden.*[e] Epiſcopus intulit, & procuravit etiam irrogari, cogitur a Tripolitanâ Eccleſiâ cum eâdem Familiâ deſtitutus omnibus proventibus ſuis Epiſcopalibus exulare. Ipſo namque Anteraden. Epiſcopo procurante, ac mandante, cujus conſilio ac conſenſu de Dominio Comitatus *Tripolitani* diſponitur, quondam Johannes Petri Saxonis, & Stephanus Anibaldi Milites[f] Romani, ac Petrus, & Theodinus Romicelli ejuſdem Johannis Nepotes

cujus nefaria facinora denudantur.

A de Eccleſiâ Sanctæ Mariæ de Turri *Tripolitanæ* Diœceſis violenter extracti, & 1.
immaniter interempti fuerunt[g], eorum- g
que corpora concremata. Milites quo- 2.
que Tripolitani, & ferè tota Familia
ipſius Epiſcopi Anteraden. dictum Epiſcopum *Tripolitanum* cum ſuâ Familiâ in Tripolitanâ Eccleſiâ, dum ibi maneret, perſonaliter obſiderunt, ita quòd idem Epiſcopus *Tripolitanus*, aut àliquis de dictâ familiâ ejus Eccleſiam ipſam, vel
B ejus domos exire aliquatenus non vale-
bant. Aliàs autem idem Anteraden. Epi- 3.
ſcopus a duodecim Militibus Tripolitanis, quòd prædictum Epiſcopum *Tripolitanum*, & quondam Petrum Nepotem ipſius Epiſcopi Tripolitani Theſaurarium ejuſdem Eccleſiæ Tripolitanæ tunc viventem interficerent, recepit corporaliter juramentum, tenendo librum in manibus, ſuper quod juramentum ipſum præfati Milites præſtiterunt; & illud eis
C etiam computando; & poſt hujuſmodi præſtitum juramentum apud quoſdam Ca-
nonicos Tripolitan. precibus inſtitit, ut 4.
ſi decedere præfatum Tripolitanum Epiſcopum contingeret, ipſum in Tripolitanum Epiſcopum poſtularent. Ac de-
mum prædicti Milites, qui ſic juraverunt, 5.
nocturno tempore ad portas ejuſdem Eccleſiæ *Tripolitanæ* lapides projecerunt, ſperantes, quòd dictus Epiſcopus *Tripolitanus*
D ad feneſtram veniret ſupra Portam ipſius Eccleſiæ exiſtentem; & dum quidam Clericus, qui in Camerâ ejuſdem Epiſcopi *Tripolitani* jacebat feneſtram aperiret eamdem, tres ſagittæ ſimul, & ſemel ex parte dictorum Militum credentium vulnerare ipſum Tripolitanum Epiſcopum emiſſæ fuerunt, quæ adhuc eiſdem feneſtræ oſtiis ſunt infixæ; quòd etiam ex relatione quorumdam ex prædictis conſtitit evidenter, qui ad cor redeuntes
E veniam, & abſolutionem ſuper iis ab eodem *Tripolitano* Epiſcopo petierunt. Tres inſu-

(a) Sydonien.: Al. *Sidonen.* nunc vulgo *Saide* in ora maritima Phœniciæ tunc Epiſc. ſub Archiepiſcopo Tyren., poſtea a Saracenis anno 1292. exciſa, nunc reſtaurata ſub Turcis cum portu capaci, ab Europæis præſertim Gallis frequentatur teſtimonio Baudrandi in Lexico Geograph.

(b) Beriten.: Al. *Beryten.* vulgo *Baruti* in eadem littorali Phœniciæ 35. mill. a Sidone in auſtrum diſtans, ſub Græcis uni Patriarchæ Antiocheno ſubjecta, ſub Latinis vero Archiepiſcopo Tyrenſi parere juſſa eſt.

(c) P.: *Paulus de Comitibus*, de quo vid. hujus Pontif. epiſt. *Ad audientiam Apoſtol. &c.* 1. Jun. 1279. dat.

(d) Tripolitani: Ut ibi.

(e) B. Anteraden.: Qui circa ann. 1271. ſucceſſor datus fuerat *Guillelmo* ex Ord. Min., ut dictum eſt ad epiſt. 2. B. Gregorii X. *Bona memoria &c* (g)

(f) Milites: Sive Equites ex nobiliſſimis familiis jam pridem extinctis.

(g) Interempti fuerunt: Quatuor hic referuntur, tres vero apud Sanutum Hiſt. lib. 3. par. 12. cap. 14., qui Boamundi patris morte anno 1274. vel 1275. ſecuta, & Boamundi filii in Antiocheno Principatu ſucceſſione, ſubjungit: *tunc etiam in Tripoli* (tunc Principis Sede) *non parva turbatio orta eſt, quia Romani, qui prius dominium terra habuerant, in vita alterius Principis multos laſerant milites, propterea nunc ab eis tres gladio interempti ſunt.*

Digitized by Google

6. inſuper Milites Tripolitani dilectum Fi- A
lium *Landonem* Canonicum Tripolita-
num Cappellanum Noſtrum, recepto ab
eodem Epiſcopo Anteraden. mandato,
ut eum morti traderent, dum cum præ-
fato Tripolitano Epiſcopo equitaret, Dei
timore poſtpoſito, cum enſibus & clavis
auſu ſacrilego vulnerarunt, quorum uni
poſtmodum idem Anteraden. Epiſcopus,
nullâ ſuper hoc ab eo ſatisfactione impen-
sâ, de facto beneficium abſolutionis im-
7. pendit. Alius verò ex eis quemdam fa-
miliarem ipſius Epiſcopi *Tripolitani* de
mandato dicti Epiſcopi Anteraden. im-
maniter interfecit. Cumque pro parte
ipſius Epiſcopi Tripolitani Nobilis Vir
a B.[a] Princeps *Anthiochen.* Comes Tripo-
litanus requiſitus fuiſſet, ut ſuper hoc de
hujuſmodi homicidâ faceret juſtitiam ex-
8. hiberi; dictus Epiſcopus Anteraden. in
præſentiâ ipſius Principis, & multorum
aliorum, aſſeruit, quòd niſi dictus Epi-
ſcopus de Civitate Tripolitana recede-
ret, ſicut factum fuerat de prædicto fa-
miliari ſuo, fieret de eodem; nec aliam
9. poſſet juſtitiam obtinere. Dicto itaque
Tripolitano Epiſcopo propter metum ſibi
ex hoc imminentem, qui cadere poterat
in conſtantem, ad Domum Militiæ Tem-
pli Tripolitan. cum dictâ familiâ nocturno
tempore fugiente, præfatus Princeps
juxtà iniquum conſilium Anteraden. Epi-
ſcopi ſupradicti præfatam Domum cum
multitudine Chriſtianorum & Sarrace-
norum, inter quos erat idem Anteraden.
Epiſcopus armatus cum duobus equis
coopertis, obſedit publicè comminan-
do, quòd niſi dictus Epiſcopus *Tripoli-
tanus* domum exiret eamdem, tàm ipſum
Tripolitanum Epiſcopum, quàm omnes,
qui cum eo erant, cujuſcunque condi-
tionis exiſterent, trucidaret, Et licèt
10. idem Princeps per Nobilem Virum R.
Comeſtabulum Regni Jeroſolymitani, &
Præceptores tàm Hoſpitalis S. Johannis
Hieroſolymitani, quàm Domus Sanctæ
Mariæ Theutonicorum dicto *Tripolitano*
Epiſcopo promiſiſſet eamdem Domum
dictæ Militiæ Templi, jura, & libertates
ipſius, poſtquam de illâ idem Tripolita-
nus Epiſcopus recederet, cuſtodire; &
quòd idem *Tripolitanus* Epiſcopus cum
totâ comitivâ & rebus ſuis ſecurè poſſet
exire Civitatem prædictam, & quocum-
que vellet abire; dicto tamen Epiſcopo
Tripolitano ad locum Fratrum Minorum
Tripolitan.[b] confiſo de promiſſione hu- b
B juſmodi accedente, idem Epiſcopus An-
teraden. Principi memorato in præſen-
tiâ multorum fidedignorum ſuggeſſit, ut
dictum *Tripolitanum* Epiſcopum capi fa-
ceret, & carceri deputari; ſicut Proavus
ſuus[c] erga bonæ memoriæ *Patriarcham* c
Antiochenum[d] feciſſe noſcitur; ſicque d
præfatus Epiſcopus *Tripolitanus*, cum id
ad ejus pervenerit notitiam, prædictam
Civitatem exivit[e], rebus ſuis ibidem di- e
miſſis; dictuſque Princeps præfato Ante- 11.
C raden. Epiſcopo inſtigante domum præ-
fatæ Militiæ *Templi* temerè occupavit[f]; f
ipſamque munivit Chriſtianis, & Sarra-
cenis, per quos quidem Sarracenos ſupra
Eccleſiam ipſius Domus Militiæ Templi
Lex Macometi tribus millibus Chriſtia-
norum præſentibus extitit publicata.
Præterea dictus Anteraden. Epiſcopus 12.
Caſale ſitum juxtà Montem Gibelli ad
ipſum Epiſcopum *Tripolitanum* perti-
D nens per exercitum prædicti Principis
propter hoc de mandato ipſius Antera-
den. Epiſcopi congregatum deſtrui, quan-
tum in eo extitit, procuravit. Nuntius
quoque cariſſimorum in Chriſto Filiorum 13.
Noſtrorum Philippi *Franciæ*, ac Caroli
Siciliæ Regum Illuſtrium, dum præfa-
tum Principem ſuper præmiſſis caritativè
argueret; idem Epiſcopus Anteraden. re-
ſpondit, quòd omnia, quæ poſt obitum
quondam B.[g] Principis *Antiocheni* Pa- g
E tris ipſius Principis facta fuerant, de con-
ſilio ſuo proceſſerant; illa non per eum-
dem Principem, ſeu dilectam in Chriſto
Filiam

(a) B.: *Boamundi* Filii, qui ob ætatem opera matris tutorem habebat Epiſcopum Anteraden. al. *Torteſen.*

(b) LOCUM FRATRUM MINOR. TRIPOLIT.: Quem Annales Minoritici ignorarunt; periit autem cum civitate anno 1289. 6. cal. Maji a Saracenis capta, atque incenſa ex coævis Scriptoribus.

(c) PROAVUS SUUS: *Raynaldus* anno 1154., ut legimus in Annal. Eccleſ. Baronii ad eum ann. n.7.

(d) PATRIARCHAM ANTIOCH.: *Almericum* al. Aymericum a Balduino II. Rege Hieroſolym. liberatum quidem carcere ex cit. Baronio, ſed exul anno 1155. morabatur Hieroſolymis, ex Boſchio de Patriarchis Antioch.

(e) CIVITATEM EXIVIT: Hoc anno 1278., vel præcedenti, contulitque ſe ad Sedem Apoſtolicam, quæ ei varias legationes commiſit, ut infra videbitur, ubi & cauſam diſſenſionis habebis ad citatam epiſtolam *Ad audientiam Apoſtolicam &c.*

(f) OCCUPAVIT: De diſſenſione inter Principem Antiochenum, & milites Templarios agit laudatus Sanutus cap.17.

(g) B.: *Boamundi* patris anno 1274. vel 1275. defuncti.

Digitized by Google

Filiam Nobilem Mulierem ... [a] Principiſſam Matrem ipſius, ſed per eumdem Epiſcopum *Anteraden.* tantum facta fuiſſe firmiter aſſeverans; plura inſuper alia eodem Anteraden. Epiſcopo operante contra dictum Epiſcopum *Tripolitan.* ejuſque Familiam, ac Romanos Tripoli commorantes commiſſa fore dicuntur, quæ Deum offendunt, & homines ſcandalizant. Sanè cum nonnulla præmiſſorum, quæ adverſus memoratum Epiſcopum *Anteraden.*, ut dicitur, proponuntur a fidedignis, Noſtris ſint auribus intimata; Nos igitur attendentes, quòd hæc Pontificali dignitati derogativa, & adverſantia penitus honeſtati in eodem *Anteraden.* Epiſcopo ſunt fortiùs deteſtanda, & actiùs punienda; quantò magis ex commiſſo ſibi Pontificatus officio tenetur a quibuslibet illicitis actibus abſtinere: ac nolentes ea ſub diſſimulatione tranſire, ne incorrecta præſtent audaciam committendi pejora, Fraternitati veſtræ in virtute obedientiæ ſub pœnâ *excommunicationis*, quam vos incurrere volumus, ſi præſens mandatum Noſtrum neglexeritis adimplere, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum per vos, vel per alium, ſeu alios eumdem Epiſcopum Anteraden., ubicumque fuerit, ſi hoc commodè fieri poſſe videbitur; alioquin apud Eccleſiam *Anteraden.*, vel alia vicina loca publicè, unde ad ejus poſſit notitiam pervenire, prout melius poteritis, ex parte Noſtrâ peremptoriè citare curetis; ſibi nihilominus ſub pœnâ *excommunicationis*, quam eo ipſo eum incurrere volumus, ſi Nobis ſuper hoc parere neglexerit; injungendo, ut infra octo Menſium ſpatium poſt citationem hujuſmodi ſe perſonaliter Apoſtolico conſpectui repræſentet, Noſtris ſuper prædictis mandato, & beneplacitis pariturus, ac facturus, & recepturus ſuper

Quorum nonnulla jam ad Pontificem delata fuerunt.

Mandat Pontifex ſupradicta.

A iis, quod ordo dictaverit rationis; prædicentes eidem, quòd ſi forſan infra præſcriptum tempus coram Nobis non curaverit comparere; Nos ex tunc, ejus abſentiâ non obſtante, contra eum, prout Nobis æquum, ſeu expediens fore videbitur, procedemus. Diem verò citationis, & formam, & quicquid inde feceritis, Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes ſtudeatis fideliter intimare.

B Datum Viterbii X. Kalendas Auguſti Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ut contra quoſdam Suriani hæreticos, *eorumque fautores quorumcumque locorum procedat.* (Ex Reges. Vatic. ep. ſecr. 21. apud Waddingum ad hunc ann. in Regeſ. Pontif. n.11.)

XLVI.

Anno 1278. die 23. Julii.

NICOLAUS &c.

C *Dilecto Filio* Fratri Sinibaldo [b] *de Ordine Fratrum Minorum* Inquiſitori *hæreticæ pravitatis* [c] *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

CUM, ſicut Noſti, contra Pandulphum militem, Stephanum Pandulphum, Petrum filios quondam *Porcarii* de *Syriano* [d] hæreſeos labe conſperſos, eorumque fautores, ipſorum culpis exigentibus, per te, ac alios *Inquiſitores* D hæreticæ pravitatis [e] diverſi habiti ſunt proceſſus [f]; Noſque poſtmodum Pandulphum, & alios ſupraſcriptos, & Guſtapanem, & alios exiſtentes in Caſtro Syriani per dilectum Filium Magiſtrum *Benedictum* de Anagnia Notarium Noſtrum [g] moneri fecimus, & requiri; quòd ad Noſtra, & Romanæ Eccleſiæ mandata redirent; expoſito eis ex parte Noſtra per Notarium eumdem, quòd ſi juſtitiam peterent, eam non negaremus eiſdem; quin

Contra Suriani Caſtri quoſdam hæreticos habiti proceſſus per Inquiſitores.

& a Pontifice invitati ad Eccleſiæ mandata

(a) Mulierem: *Mariam e Comitibus* Rom. Epiſcopi Tripolitani ſororem.

(b) Fr. Sinibaldo: De Lacu (Peruſino) poſtea Epiſcopo Melphienſi ad quem ſunt aliæ hujus Pontificis litteræ contra hæreticos Viterbii commorantes, ut ſupra.

(c) Inquisitori hær. pravit.: In Patrimonio B. Petri Hetruriæ, non autem in Marchia Tarviſina, ut excidit Waddingo ad ann.1280. n.1.

(d) De Syriano: Al. *Suriano* in agro Hortenſi Oppido 7. ab urbe Viterbii lapide diſtante Cæli clementia, & aquarum amœnitate celebri.

(e) Inquisitores hæret. pravit.: In eadem Provincia Romana, ubi plures hujus officii Miniſtri erant.

(f) Processus: Bonaventurà Theulus l.2. Appar. Minor. cap.4. p.70. refert Pontificem hoc anno die 26. Febr. *Inquiſitori* hær. prav. in Rom. Provincia ſcripſiſſe, ut ex bonis horum hæreticorum jam fiſco addictis 100. marchis argenti ſubveniretur Monaſterio S.Georgii Civitatis Hortanæ Ord. S. Claræ gravi paupertate laboranti; Pontificis litteræ incipiunt: *Dilecto Filio... Inquiſitori hæreticæ pravitatis in Romana Provincia conſtituto &c. Dudum, ſicut accepimus, inquiſitione diligenti pravia bona ad Pandulphum quondam Porcarii, Jacobutium &c. Datum Romæ apud S. Petrum IV. Kal. Martii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.*

(g) Notarium Nostrum: De *Cajetanis*, qui poſtea factus eſt S. R. E. Cardinalis, & Summus Pontifex nomine *Bonifacii VIII.*

Digitized by Google

quin etiam Nos paratos obtulimus ipſis miſericordiæ januam aperire, ſi ad illam ſe humiliter conformaſſent; prout conſideratis eorum exceſſibus, & aliis circumſtantiis, prout ſecundum Deum, & honeſtatis debitum expediens videretur, ipſi pertinaciâ cœcitatis obtuſi ſuos in rebellione damnabili animos obfirmarunt. Attendentes igitur, quòd niſi eorum protervitas opportunis remediis celeriter caſtigaretur; vigor Catholicæ Fidei multipliciter deperiret; volumus, & per Apoſtolica tibi ſcripta in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ad extirpandum tantum errorem ferventer intendens contra hæreticos, & fautores eoſdem, ſeu quoſcumque alios adhærentes, & faventes eiſdem, de quibuſcumque Provinciis, Terris, & Locis extiterint, ſpiritualiter, & temporaliter, prout ad exaltationem, & conſervationem ejuſdem Fidei, ac depreſſionem taliter damnatorum juxta formam contra tales tibi ab Apoſtolicâ Sede conceſſam procedere non omittas: Invocato ad hoc auxilio brachii Sæcularis [a].

in hæreſi obfirmantur.

Contra quos Pontifex mandat procedi omnimode.

Datum, *ut ſupra*.

Contra hæreticos Caſtri Soriani *hoſtiliter agat, & proſequatur; cum Inquiſitoris contra eoſdem proceſſus nil velit ei derogare*. (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epiſt. 22. anni 1., teſte etiam WADDINGO ad hunc ann. n. 33.)

XLVII.

Anno 1278. die 24. Julii.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio Nobili Viro Urſo [b] *de Filiis* Urſi [c] *de Urbe Mareſcallo Noſtro* Rectori *Patrimonii Beati Petri in Tuſcia Sal., & Apoſt. Bened.*

CUM ad recuperationem jurium, quæ in Caſtro de *Soriano* [d] ex conceſſione tibi factâ, ut aſſeris, a Monaſterio Sancti Laurentii [e] extra Muros Urbis tibi deberi proponis, detentores ipſius Caſtri de hæreſeos crimine per dilectum Filium *Fratrem Sinibaldum* [f] Ordinis

Narratio geſtorum Urſi contra hæreticos Sariani

A Fratrum Minorum, & alios *Inquiſitores* pravitatis hæreticæ condemnatos hoſtiliter inceperis aggredi, & aggreſſus hujuſmodi viriliter proſequaris; ac nihilominus dictus *Frater* contra detentores eoſdem ratione Inquiſitionis officii pro juribus Eccleſiæ Romanæ proceſſerit; & procedere intendit, ſicut aſſerit, & ſuos aggravare Proceſſus. Nos attendentes, quòd Detentores iidem, quos per dilectum Filium Magiſtrum *Benedictum* de B Anagnia [g] Notarium Noſtrum moneri fecimus, & requiri, quòd ad Noſtra, & Eccleſiæ prædictæ mandata redirent; expoſito eis ex parte Noſtrâ per Notarium eumdem, quòd ſi juſtitiam peterent, eam non negaremus eiſdem; quin etiam Nos paratos obtulimus ipſis miſericordiæ januam aperire, ſi ad illam ſe humiliter conformaſſent; prout conſideratis eorum exceſſibus, & aliis circumſtantiis ſecundum Deum, & honeſtatis debitum expediens C videretur; ad quæ ipſi pertinaciâ cœcitatis obtuſi ſuos in rebellione damnabili animos affirmarunt; quoſque dictum crimen ſubmerſit lapſu cœcitatis damnabilis in profundum, eorum quoque complices, qui ſe in eodem Caſtro pertinacia horribili receptarunt, ne contagio erroris damnabilis filios inficiant claritatis, ſunt penitus extirpandi: Devotioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus jura hujuſmodi, ſi qua tibi compe- D tunt, proſequendo, te pro Fide Catholicâ filium benedictionis exponas; & confidens in illo, qui pro ipſo pugnantibus bravium gloriæ repromittit, ſic intrepidè contra prædictos hæreticos, detentores, & complices, ac fautores eorum excitare ſtudeas exercitum Chriſtianum, quòd tuis exercitiis ſuperborum cornua conterantur; & tremiſcant etiam alii miſeri titubantes; Tuque Catholicus Chriſti pugil appareas, & pro Chriſto pugnan- E do proficias ad conſervationem *Fidei* Chriſtianæ: Non enim intendimus; quòd ex hujuſmodi tuis, & dicti *Fratris* [h] ſic com-

jam per Inquiſitores hær. prav. condemnatos,

qui a Pontifice ad reſipiſcentiam invitati

in ſui erroris pertinacia permanere voluerunt:

quare Pontifex mandat id quod ſupra.

(a) SÆCULARIS: Sequenti die Pontifex per litteras *Cum ad recuperationem &c.* Urſo *Urſino* conſanguineo ſuo, Mareſcallo Eccleſiæ, & Patrimonii B. Petri in Tuſcia *Rectori* a ſe conſtituto juſſit, ut hoſtili exercitu ſua proſequeretur jura in dicto *Suriani* Caſtro, hæreticorum puniret rebellionem, & memorato *Inquiſitori* auxilium præberet, ut eos ad pœnitentiam cogeret ex Waddingo ad hunc ann. n. 33.

(b) URSO: Pontificis fratri.

(c) URSI: Qui nunc *Urſini* dicuntur ex præcipuis Romanæ Urbis Principibus.

(d) DE SORIANO: De quo in ſuperiori epiſtola *Cum ſicut noſti &c.*

(e) S. LAURENTII: Unæ ex 7. præſtitutis Rom. Baſilicis pro Anno Sancto.

(f) FR. SINIBALDUM: Ut in dicta epiſtola,

(g) BENEDICTUM DE ANAGNIA: Cajetanum, qui poſtmodum factus eſt S.R.E. Cardinalis, & Summus Pontifex *Bonifacius VIII.*

(h) FRATRIS: Sinibaldi Inquiſitoris.

Digitized by Google

commixtis proceſſibus, ejuſdem Eccleſiæ, vel tuis juribus circa poſſeſſionem, vel proprietatem quomodolibet derogetur.

Datum Viterbii ix. Kalendas Auguſti Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Fr. Benvenuti O. M. in Reatinum *Epiſcopum poſtulatione rejecta, alius illi Eccleſiæ præficitur.* (Ex Vatic. Regeſ. Pontif. epiſt. 103. anni 1.)

XLVIII. Anno 1278. die 2. Auguſti. a b

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri P.[a] *Epiſcopo* Reatino[b] *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

Exordium;

IN Supremæ ſpecula Dignitatis quamquam immeriti, diſponente Domino, conſtituti circa generalem curam Eccleſiarum omnium juxtà Paſtoralis Officii debitum ſollicitâ diligentiâ, & diligenti ſollicitudine vigilamus, ſed ad illas potiſſimè, quæ viduitatis deplorant incommoda, tantò attentiùs Noſtræ conſiderationis retorquemus intuitum; tantòque ſtudioſiùs, ut eis Paſtores præficiantur idonei, opportunos labores, quantum Nobis permittitur ex alto, inceſſanter impendimus; quantò intuemur manifeſtiùs, quòd ex talium adminiſtratione Paſtorum fructus uberes ſpiritualiter & temporaliter eiſdem poſſunt Eccleſiis provenire; ad quarum procuranda commoda promptis, ac votivis deſideriis aſpiramus. Dudum ſiquidem *Reatina* Eccleſiâ per mortem bonæ memoriæ *Godefridi*[c] Reatini Epiſcopi Paſtoris regimine deſtitutâ; cum Canonici ejuſdem Eccleſiæ, qui tunc erant quatuordecim numero, non poſſent in unam concordare perſonam, ſeptem ex eis dilectum Filium *Jacobum* dictum *Sarracenum*[d] Canonicum ipſius Eccleſiæ eligere; ſex verò reliqui dilectum Filium *Benvenutum*[e] de Ordine Fratrum Minorum poſtulare in ſuum & prædictæ Eccleſiæ Paſtorem & Epiſcopum curaverunt. Negotio igitur electionis, & poſtulationis hujuſmodi Sedi Apoſtolicæ, cui prædicta Eccleſia immediatè ſubeſſe dignoſcitur, præſentato, fel. record. Gregorius Papa X.[f] prædeceſſor Noſter illud dilecto Filio Noſtro A.[g] tituli Sanctæ Praxedis Presbytero Cardinali commiſit[h], coram quo fuit ſuper illo annis pluribus litigatum. Verùm cum negotium ipſum fuiſſet uſque ad Noſtra tempora prorogatum; præfatus *Jacobus* juri, ſi quod ſibi ex electione hujuſmodi competebat, liberè reſignavit; poſtulationem autem præmiſſam, utpote a minori parte Canonicorum factam dictorum non duximus admittendam. Nos itaque conſiderantes attentè quòd prælibata Eccleſia eâ occaſione, quòd, ſicut præmittitur, quampluribus annis fuit deſtituta Paſtore, in ſpiritualibus, & temporalibus, gravia incurrerat detrimenta; & ſuper iis paterno ſibi compatientes affectu, ne ipſa vacaret diutiùs, & graviora prioribus diſpendia ſuſtineret, proviſionem ipſius Nobis, & Apoſtolicæ eidem Sedi eâ vice duximus reſervandam; intendentes eidem Eccleſiæ ſine moræ diſpendio, talem, auctore Deo, Paſtorem proponere, per quem ſibi poſſet votiva reſpiratio provenire. Unde licèt Miniſterium tuum Eccleſiæ *Soranæ*[i], cui laudabiliter præfuiſti[k], utile diceretur exiſtere; Nos tamen de ordinatione ipſius Eccleſiæ *Reatinæ* ſollicitè cogitantes in te tunc *Soranen.* Epiſcopum, cui vitæ honeſtas, commendabilis converſatio, & congrua litterarum ſcientia fidedignorum adjuta teſtimonio ſuffragantur; quique ſpiritualium providentiam, temporalium circumſpectionem, & ſinceram inſuper devotionem ad prædictam Sedem obtinens, Nobis, & Fratribus Noſtris acceptus redderis, oculos finaliter direximus Noſtræ mentis. Quapropter tàm eidem Eccleſiæ *Reatinæ*, cujus in hoc utilitatem evidentem proſpeximus, quàm Gre-

Eccleſia Reatina vacante,

duo in diſcordia eliguntur;

quibus datur Auditor.

Poſthæc alter cedit juri,

alter vero non admittitur,

& Pontifex ſibi proviſionem reſervat,

prædictum P. valde collaudatum

(a) P.: *Petro Romani de Surrentino* (leg. de Ferentino) *Capellano noſtro* a Clemente IV. epiſt. in to.2. Anecdot. Marten. & Durand. fol.465. nuncupato; *Gerra* vero Ferentinate anno 1286. ad Archiepiſcopatum Montis Regalis in Sicilia tranſlato, & inde ad Patriarch. Aquilejen. ex Ughello to.1. & 5. Ital. Sac.

(b) Reatino: De qua Civitate dictum eſt in 1. hujus Operis tomo pag.627. no. (d)

(c) Godefridi: Circa ann. 1271. defuncti, de quo Ughellus to.1. Ital. Sac.

(d) Jacobum dictum Sarracenum: Patritium Reatinum.

(e) Fr. Benvenutum: Hoc uno monumento notum, quo memoratur a Lelio in Hiſt. Montis Regalis ſub Petro Gierra X. Archiepiſc., Ughello cit., & Waddingo ad ann.1272. n.25.

(f) Gregorius PP. X.: Qui regnare cœpit anno ineunte 1272.

(g) A.: *Anchero* Urbani IV. nepoti.

(h) Commiſit: Anno 1272. ex ſupra cit. Lello, & Waddingo, vel 1275. ex Ughello.

(i) Soranæ: De qua Civitate diximus in 2. hujus Operis to. pag.53. (d)

(k) Præfuiſti: Ab anno 1266. ex cit. Ughello.

Digitized by Google

e Sorana ad Reatinam Sedem transferens,

Gregi Dominico paternâ credentes diligentiâ providere, te a vinculo, quo tenebaris *Soranæ* Eccleſiæ prælibatæ de Fratrum Noſtrorum conſilio duximus abſolvendum, & de perſonâ tuâ eidem Reatinæ Eccleſiæ providimus, teque ad ipſam transtulimus de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, tranſeundi ad eamdem *Reatinam* Eccleſiam tibi liberam licentiam concedentes, firmâ conceptâ fiduciâ, quòd tu, qui in commiſſo tibi officio hactenus fideliter, & utiliter miniſtraſti, de talento tibi credito, talenta, præſtante Domino, referes potiora; dicta verò *Reatina* Eccleſia per tuam induſtriam relevari gaudebit a noxiis, & in ſtatum reduci proſperum, ac ſpiritualiter, & temporaliter conſequi votivi ſtatus augumentum. Ideoque Fraternitatem tuam rogamus, & hortamur attentè per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus ad præfatam Eccleſiam *Reatinam*, cujus plenam adminiſtrationem in ſpiritualibus & temporalibus tibi committimus, cum plenitudine Noſtræ gratiæ, ac benedictionis accedens erga illius curam & regimen, ſic te fructuoſum reddas & ſollicitum, quòd tua fama clareat per effectum, & in delectationem Nobis veniat, præcipuâ te benevolentiâ proſequi, tuiſque votis condignis favorem propitium impertiri.

eamque ipſi maxime commendans.

Datum Viterbii IV. Nonas Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Det operam, ut Rex Franciæ *paci cum Rege* Caſtellæ *ſtudeat, & Nuncios ſuos ad locum pro ea deſtinatum tranſmittat*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 260. anni I.)

XLIX.

Anno 1278. die 3. Auguſti.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio S. [a] *tituli S. Ceciliæ Preſbytero Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato Salutem, & Apoſtol. Ben.*

Exordium.

SUPERSEMINATA per inimicum hominem inter Cariſſimos in Chriſto Filios Noſtros... Franciæ, &... Caſtellæ, ac Legionis Reges illuſtres zizaniorum ſemina &c. [b] Cum itaque memoratis Regibus unicuique videlicet ipſorum ſingulares ſub certâ formâ litteras dirigamus [c], ipſos rogantes, hortantes, & obſecrantes in Domino JESU CHRISTO, ac eis in remiſſionem peccatorum ſuadentes, ut, animis ſuis habilitatis ad pacem, quilibet ipſorum hujuſmodi ſolemnes Nuntios, quibus eorumdem Regum ſit cordi concordia ſuper toto negotio, & ſpecialiter ſuper treugua, & *Viſta* [d], ſuper quibus aliquis tractatus eſt habitus, plenè inſtructos, & ad omnia in ipſo negotio neceſſaria, ſive utilia, plenum ab eis Mandatum habentes, qui coram memoratis Cardinalibus, & electo in loco, & feſto prædictis eorum nomine ſe præſentent, ac ipſorum Cardinalium, & electi ſalubribus monitis, & perſuaſionibus acquieſcant, deſtinare procurent; Circumſpectionem tuam monemus, rogamus, & hortamur attentè per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus ad tantæ utilitatis concordiam reformandam inter Reges eoſdem, operoſam diligentiam, & diligentem operam impenſurus, eumdem Regem *Franciæ* in pacis ſemitas dirigas, directumque conſerves, ſpecialiter perſuaſurus eidem, ut hujuſmodi Nuntios juxtà præſcriptam formam mittere non omittat.

Significans ſe ad utrumque Regem litteras dediſſe

Monet, & hortatur, mandatque id, quod ſupra.

Datum Viterbii III. Nonas Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Primo [e].

Miniſtro Provinciæ Auſtriæ, ut ipſe aliique Fratres ejus Ordinis concionibus, & aliis modis incumbant converſioni Judæorum. (Ex Autographo in Archivo noſtri Conv. S. Crucis Viennen. in Auſtria.)

L.

Anno 1278. die 4. Auguſti.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio [f] ... *Miniſtro Ordinis Fratrum Minorum in Provincia* Auſtriæ *Sal., & Apoſtol. Bened.*

Exordium allegoricum, *Pſal.* 79. 9. 10.

VINEAM Soreth [g] velut electam plantavit dextera Dei Patris, & omne ſemen verum ſeminavit in ipſâ, Angelicâ

(a) S.: *Simoni* de Bria Gallo S. A. in Gallias Legato.

(b) SEMINA &c.: Adeatur 43. hujus Pontificis epiſt. *Jacta per inimicum &c.* hoc anno idibus Julii data Regi Franciæ uſque ad *habitam proſequantur*.

(c) LITTERAS DIRIGAMUS: Quas ad Regem Franciæ directas proxime citavimus incip. *Jacta per inimicum &c.*

(d) VISTA: Vid. no. (d) ad præd. 43. ep. fol. 224.

(e) Eodem modo, ac die univerſis Archiepiſcopis, & Prælatis Galliarum, mutatis mutandis ex epiſt. 272. cit: Regeſti Vatic., eodem etiam modo ſed nonis Auguſti ſcripſit G. Baſilicæ XII. Apoſtolorum Cardinali ex epiſt. 270. loci præfati.

(f) FILIO: *Fr. Alberto* Haimburgenſi, quem Catalogus Miniſtrorum Provinciæ Auſtriæ habet ab anno 1275. ad annum uſque 1281. rexiſſe, mortuum verò Viennæ anno 1312.

(g) SORETH: Ita legit Pegna, qui eam P. O. P. datam ex Archivo Inquiſitionis Bononien. edidit ad cal-

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1278.

Judæorum natio beneficiis a Deo cumulata

gelicâ cuſtodiâ ſepivit illam, lapides nocivos abjecit ex eâ. Hanc de Ægypto in luto, & latere ſub jugo Pharaonis oppreſſam in ſignis & prodigiis tranſferens, dux itineris ejus exiſtens in Terram promiſſionis adduxit. *Vinea* enim Domini exercituum domus Iſrael eſt, viri Juda delectabile germen ejus: Hanc ſic mirè translatam quaſi adhuc rudem campum vomere *Legali* proſcindens Prophetali doctrinâ ſulcavit, ut & ipſam ad maturam frugem ideſt ad regenerationis gratiam præpararet. Sed proh dolor! peccatorum ſpinis obſita nullum imbrem gratiæ ſpiritualis excipiens, quæ ſperabatur ut uvas educeret, labruſcas eduxit: undè ſperabatur judicium, proceſſit iniquitas: undè juſtitia, indè clamor. Hæc eſt *Vinea*, in quâ fici arbor ſcilicet Synagoga Judæorum plantata Evangelicâ veritate deſcribitur, cujus plantator Chriſtus, cætus Apoſtolicus cultor exiſtit: Hæc triplici tempopore quaſi tribus annis, ut fructum produceret expectata, infructuoſa reperta cultori ſuccidenda prædicitur: nam nec tempore *Circumciſionis* ad perfectum deducta eſt, quia circumciſionem animæ non quærebat; nec ſanctificata per *legem*, quia per eam tantum carnalia ſequebatur, nec tandem juſtificata per *Evangelii gratiam*, quia gratiam recipere noluit, quin potiùs latorem gratiæ juſtum injuſtè peremit; & quodammodo indurationem Pharaonis excedens omne curantis, & curæ refutavit antidotum adeo ut nec verbis, nec ſignis, nec Sacramentis, quinimmo nec ipſâ Chriſti, & Dei corporali præſentiâ molliretur. Multifariè enim, multiſque modis olim Deus loquens antiquis ipſius Synagogæ Patribus in Prophetis noviſſimè in fine temporis locutus eſt ipſis, & nobis in Filio, quem conſtituit hæredem univerſorum, per quem fecit & ſecula. Sed omnem eſcam abominata eſt anima ejus; & idcirco juſtè juſto Dei judicio reprobatam exterminavit eam aper de ſilva, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam; ablata eſt ſepes ejus, proſternata maceries, & in

eisdem tamen abutitur, — *Isa.5.4.* — *Luc.13.6.7.* — *Hebr.1.1.2.* — *Idcirco a Deo reprobatur,* — *6.18.* — *Psal.79.14.*

A direptionem poſita, ut deſerta; nec inventus eſt in terris amplius locus ejus. Verùm quia miſerationes Dei ſuper omnia ſua opera prædicantur, qui omnes ſalvos fieri, & neminem vult perire; qui ſeipſum pro Nobis, & ipſis hoſtiam ſalutis exhibuit Deo Patri, qui exaltatus a terra, expanſis in Cruce manibus, ad ſe cuncta trahere evangelicâ voce prædixit. Nos licet immeriti vicem ejus tenentes in terris, qui etiam Judaicam B perfidiam a ſuâ miſericordiâ non repellit, libenter pro illius populi obcæcatione labores appetimus, ut affectum Noſtrum Divinâ proſequente Clementiâ cognitâ veritatis luce, quæ Chriſtus eſt, a ſuis tenebis eruantur; Porrò quia Judæorum ipſorum quaſi per univerſum Mundum Divino judicio prævîſa diviſio ipſos ad recipiendum Sacramenta Fidei, ac doctrinam, commodè in unum convenire non patitur; neceſſitate Nos volun- C tarios urgente, compellimur per diverſas Mundi partes [a] diverſos ſeminatores eligere, per quos ſemen verbi Dei prout poſſibile eſt ſpargamus in ſingulos, quorum ſalutem univerſaliter, & ſingulariter affectamus. Ad te igitur inter alios ſub ſpe Divinæ gratiæ mentis Noſtræ oculos convertentes, cum tui Ordinis claritate reluceas, & credaris ubilibet per opera utilia, & exempla laudabilia D fructuoſus; & ex data tibi divinitùs gratia ſcire te confidamus, & poſſe fructus uberes in domo Domini germinare; Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus confidens in illo, cui proprium eſt ſpirituales gratias elargiri, tales umbrarum tenebris obcæcatos in commiſsâ tibi Provinciâ per te, ac alios Fratres tui Ordinis, quos ad hoc honeſtate morum, expertâ ſcientiâ, probatis virtutibus, circumſpectione providâ, E & experientiâ comprobatâ idoneos eſſe cognoveris, & quorum induſtria atque doctrina Divinis donis a Domino fæcundata intrepide pro Catholicâ Fide reluceat, & in ſui claritate non titubet, ſed tenebroſas mentes radiorum repercuſſione clarificet, & obſtinatas cervices reprimat

144.9. — *1.Timoth.2.4.* — *Joan.12.32.* — *Pontifex pro ejus liberatione laborans* — *Joan.14.6.* — a — *mandat id, quod ſupra.*

calcem Directorii Inquiſit. B.2. Nicol.III., & prima editio Bullarii Romani to.1. B.2. ſed in Bullario noviſſimo Ord. Prædicat. to.1. B.7. legimus *Serec*, a quo videtur exſcripſiſſe autor Bullarii Romani nuperrimæ editionis B.3. to.4., & quidem *Vallis Serec* legitur in lib. Judicum cap.16. n.4., ſed alia videtur.

(a) PER DIVERSAS MUNDI PARTES: Hinc liquet, hanc epiſt. non uni Provinciæ, vel alteri, ſed omnibus, ubi Judæi morabantur, datam fuiſſe: hinc extat hæc epiſtola etiam Miniſtro *Prov. Siciliæ* data, ut infra.

Digitized by Google

A primat perverſorum, Judæos eoſdem in terris, & locis, in quibus habitant, generaliter, & ſingulariter convocando ſemel, & pluries, ac toties repetitis inſtantiis, quoties proficere poſſe putaveris, prout melius fieri poterit, prædicationibus, ſalutaribus monitis & diſcretis inductionibus, evangelicis doctrinis informans ipſos ſtudeas juxta datam tibi a Domino gratiam fugatis tenebrarum nubibus ad viam reducere claritatis, ut renati fonte Baptiſmatis reluceant in B lumine vultus Chriſti; & exindè Chorus Angelicus delectetur: tu quoque, ac alii, quos ad proſecutionem tanti negotii duxeris eligendos perennis boni præmium, Noſtramque benedictionem, & gratiam vobis de bono in melius vindicetis. Et ut affectum, quem ad ſalutem ſtatus ipſorum gerit Mater Eccleſia percipiant per effectum; tu illos ex eis, quos ad ſuſceptionem Sacri Baptiſmatis gratia Divina perduxerit, Prælatis, ac C Dominis locorum, in quibus tales habitare contigerit, ex parte Noſtrâ affectuoſiſſimè recommendes ut Deo gratias in recuperatâ ove deperditâ, & Filio prodigo redeunti vitulum exultationis, & gaudii exhibentes eos caritativè foveant, favoribus muniant, benignè pertractent, nec in perſonis, aut rebus per Judæos, vel alios indebitè moleſtari permittant, quin potius in omnibus favorabiliter ipſis D aſſiſtant auxiliis opportunis. Sed ſi fortè, quod abſit, aliqui ex ipſis in eorum obſtinatâ perfidiâ perdurantes, & veluti aſpis ſurda ſuas aures incredulas obturantes, ne tui, & illorum, quos ad hæc ſalutis opera deputabis, vocem audiant, ut de tenebris ad lucem exeant incantantium ſapienter, tuas & per te ad hæc deputandorum Fratrum ſalutares convocationes aſpernantes refugerent; de iſtis E ſi tales inveneris, qui ſint, in quibus locis & ſub quorum dominio commorentur, Nobis reſcribere non omittas, ut circa pertinaces hujuſmodi de ſalutari eorum remedio, ſicut expedire videbimus, cogitemus. Ut autem de præmiſſis avidis Noſtris conceptibus juxta Noſtra deſideria ſatisfiat, frequenter Nobis intimare ſtudeas, qualiter commiſſum tibi negotium proſperetur, & qualem fructum ſeminata ſemina repromittant.

Qui convertentur Prælatis, ac Dominis commendentur, & tueantur.

Lucæ 15. ℣. 31.

Pſal. 57. ℣. 6.

qui vero obdurati reſiſtent, deferantur.

Datum Viterbii II. Nonas Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Primo.[a]

Ad partes tranſalpinas deſtinato concedit, ut opera Fratrum quorumcumque Ordinum utatur cum facultatibus. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 223. anno 1.)

LI.

Anno 1278. die 5. Auguſti.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio G.[b] Baſilicæ XII. Apoſtolorum Presbytero Cardinali Salutem, & Apoſtol. Benedict.

Magna tuæ circumſpectionis induſtria, quæ in altis, & arduis quid expediat, quidve deceat, longè latèque circumſpicit, non immeritò Nos inducit, ut tibi, in quo securè quieſcimus, quæ grandis ſunt etiam ponderis, committentes nunc te pro urgentibus negotiis[c], & cordi Noſtro quamplurimum inſidentibus ad tranſmontanas partes fiducialiter deſtinamus. Ut igitur in eiſdem negotiis, annuente Domino, tantò poſſis proſperari faciliùs, quò plurium diſcretarum perſonarum ſuffragio, & Noſtræ auctoritatis fueris adjectione munitus, Diſcretioni tuæ pro expediendis negotiis prælibatis ad te vocandi quoſcumque, & quotcumque *Prædicatorum Minorum*, & aliorum quorumlibet Ordinum Fratres, nec non retinendi tecum quot volueris ex eiſdem, ac ipſis alios de ſuis Ordinibus ſubrogandi; Contradictores quoque per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendi; ac dandi eis, dum tecum fuerint, licentiam equitandi, & veſcendi carnibus, illis ex eis exceptis, qui de carnibus non comedendis voto tenentur aſtricti; inter quos tamen Fratres *Prædicatorum*, & *Minorum* Ordinum non intendimus compræhendi; non obſtantibus contrariis conſuetudinibus, vel ſtatutis Ordinum Prædicatorum; ſeu quibuſcumque privilegiis, & indulgentiis

G. Cardinalis encomium

ad partes tranſalpinas deſtinati,

cui concedit id, quod ſupra

cum facultatibus,

ac obſtantium derogatione.

(a) Eodem die data eſt ſimilis epiſtola *Priori Provinciali* Fratrum Ord. Prædicat. in *Lombardia* in cit. Direct. Inquiſit., ac in Bullariis Romano, & Dominicano, ut innuimus, vulgata ex epiſt. 178. Reg. Vatic. teſte Raynaldo ad hunc ann. n. 78.

(b) G.: *Gerardo* Blanco Parmenſi, de quo ſuperius in epiſtola 43. *Jacta per inimicum &c.* hujus Pontificis fol. 323.

(c) Negotiis: Nempe pro concordia inter Reges Franciæ & Caſtellæ alias commemorata.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1278.

tiis Apoſtolicis, per quæ illi, vel eorum Prælati ſe poſſent in hac parte tueri, plenam auctoritate præſentium concedimus poteſtatem. A

Datum Viterbii Nonis Auguſti Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Omnia Privilegia Monaſterio S. Claræ Aſſiſiaten. *conceſſa confirmat*. (Ex Autographo in Archivo præfati Monaſterii extante ſub plumbo.) B

LII.

Anno 1278. die 8. Auguſti.

NICOLAUS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus .... Abbatiſſæ, & Conventui Monialium pauperum incluſarum Monaſterii Sanctæ Claræ [a] Aſſiſinat. *Sal., & Apoſtol. Benedictionem*.

Exordium.

CUM a Nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum; tàm vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii Noſtri ad debitum perducatur effectum. Quapropter, dilectæ in Domino Filiæ, veſtris juſtis ſupplicationibus inclinati omnes libertates, & immunitates a prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus per privilegia, ſeu alias indulgentias vobis, & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates, & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus, & Principibus, aliiſque Chriſti Fidelibus rationabiliter vobis indultas, ſicut eas juſte, ac pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolicâ confirmamus; & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Confirmationis infringere &c. C

Confirmat ut ſupra.

Clauſula prohib. &c.

Datum Viterbii vi. Idus Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Primo [b].

Nunciis infraſcriptis injungit negotium pacis peragendum, etiam ſejunctim, & ſi non omnes ſint una. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 272.)

LIII.

Anno 1278. die 9. Auguſti.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis G. [c] *Baſilicæ duodecim Apoſtolorum*, Hieronymo *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Preſbyteris Cardinalibus*, & Johanni *Hieroſolymitano electo Salutem*, & *Apoſtolicam Benedictionem*.

Cauſa commiſſionis.

AD tollendam inter Cariſſimos in Chriſto Filios Noſtros ... *Franciæ*, & ... *Caſtellæ* ac Legionis Reges Illuſtres ſcandali materiam, & concordiæ fœdera, pacis auctore prævio reformanda, multa vobis per diverſas Apoſtolicas litteras [d] duximus committenda. Quia verò illorum executio celeritatem deſiderat, ne ipſam per impedimentum alicujus ex vobis retardari contingat; volumus, & præſentium vobis auctoritate mandamus, quatenus ad eadem exequenda vos duo, Filii Cardinales, ſi tertius; vel alter ex vobis Cardinalibus, ſi reliqui duo impediti fuerint, vel abſentes, liberè procedatis.

Mandat dicta ſuperius.

Datum Viterbii v. Idus Auguſti Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Præficit Eccleſiæ Nepeſinæ, & *ordinat Fr. Thomam*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 126. apud Waddingum ad hunc ann. n. 12. Regeſti Pontif.)

LIV.

Anno 1278. die 9. Auguſti.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri Thomæ [e] *Epiſcopo* Nepeſino [f] *Salutem*, & *Apoſtol. Bened.* D

Exordium.

MILITANTI Eccleſiæ &c. [g] & quamquam aſſiduè circa ſingularum commoda vigilemus; tamen erga illas, quæ deplorant viduitatis incommoda, propenſiori curâ, e majori propulſamur inſtantiâ, ut eis præficiamus viros ſecundum cor Noſtrum idoneos in Paſtores. Dudum ſiquidem *Nepeſina* Eccleſiâ per mortem bonæ memoriæ *Laurentii* [h] Epiſcopi Nepeſini Paſtoris ſolatio deſtitutâ, dilecti Filii Canonici ipſius Eccleſiæ, obtentâ prius ab Apoſtolicâ Sede licentiâ providendi etiam Eccleſiæ de Prælato, prout moris eſt, convenientes in unum, dile- E

Vacante Nepeſina Eccleſia.

(a) Monasterii S. Claræ: Antèa *S. Damiani* nuncupatarum.

(b) Hoc ipſum privilegium iteravit Martinus IV. anno 1281. die 17. Novembris, ut infra.

(c) G.: *Gerardo*, ut in no.(a) ad 43. epiſt. fol. 324. ubi & de ſequentibus perſonis.

(d) Apost. litteras: Jam ſupra relatas.

(e) Ven. Fr. Thomæ: De quo & Ughellus to. 1. Ital. Sac.

(f) Nepesino: Urbis Hetruriæ in Patrimonio S. Petri prope *Sutrium*, cujus Epiſcopatus illi unitus fuit.

(g) Ecclesiæ &c.: Ut in hujus Pontificis *Bulla* 18. data hoc anno 6. April.

(h) Laurentii: Apud cit. Ughellum memorati.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An. Ch. 1278.

eligitur Fr. Bartholomæus O. M., a

dilectum Filium *Fratrem Bartholomæum* de Carbonaria [a] *Ordinis Minorum* ad Eccleſiæ prædictæ regimen concorditer poſtularunt; ſed eidem Fratri Bartholomæo ſuſcipiendi regimen ipſum a ſuo

cui licentia a ſuo Prælato denegatur.

Prælato licentiâ denegatâ, & poſtmodum præfatis Canonicis in diverſa dividentibus vota ſua, contigit duas in Eccleſiâ ipſâ electiones, unam videlicet de

Mox duo in contentione deliguntur,

Presbytero *Ægyptio* Sancti Apollinaris, & aliam de quodam *Joanne* Andreotti Sanctæ Mariæ in Tranſtyberim Eccleſiarum Canonicis, a memoratis Canonicis ejuſdem Eccleſiæ *Nepeſinæ* in diſcordiâ celebrari. Cum autem prædictus

quorum unus cedit juri ſuo, & alter exceſſit e vita.

Ægyptius ſpontè renuntiaſſet juri, ſi quod ei fuerat ex electione hujuſmodi acquiſitum; dictuſque *Joannes* naturæ debitum perſolviſſet: Nos proviſionem ejuſdem Eccleſiæ *Nepeſinæ* Nobis eâ vice duximus reſervandam; ac demum de ordinatione ipſius Eccleſiæ *Nepeſinæ* ſollicitè cogitantes; ac ei de tali perſonâ providere volentes, per quam ſalubriter gubernari valeret; in te prædicti *Ordinis Minorum* profeſſorem direximus oculos Noſtræ mentis; teque de Fratrum No-

Pontifex vero promovet Fr. Thomam O. M.,

ſtrorum conſilio præficimus eidem Eccleſiæ *Nepeſinæ* in Epiſcopum, & Paſtorem; tibique conſecrationis munus Noſtris manibus duximus impendendum, firmâ con-

& conſecrat

ceptâ fiduciâ, quòd cum tibi de competenti litterarum ſcientiâ, honeſtate morum, & vitæ, ac circumſpectione ſpiritualium, & temporalium fide dignorum teſtimonium ſuffragetur; dicta Eccleſia *Nepeſina* per tuum miniſterium ſpiritualiter, & temporaliter auctore Domino, grata ſuſcipiet incrementa. Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus humiliter ſuſci-

mandans ut impoſitum onus ſuſcipiat, Eccleſiæque curam ſolicite gerat.

piens impoſitum a Domino tibi onus, prædictæ *Nepeſinæ* Eccleſiæ ſollicitam curam geras, gregem Dominicum in illâ A tibi commiſſum doctrinâ verbi, & operis informando, ita quòd exinde perennis vitæ præmium mercaris; Noſque ſollicitudinem tuam dignis in Domino laudibus commendemus.

Datum, *ut ſupra*.

Poſtulationem Epiſcopi Lacedæmonen. in Coronen. Antiſtitem examinent, & ſi juri conſiſtat, confirment. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 120. anni 1., teſte etiam Waddingo ad hunc ann. n. 33.) B

NICOLAUS &c. LV.

Anno 1278. die 18. Auguſti.

Venerabili Fratri ... Olonen. [b], *& dilectis Filiis* ... *Priori Prædicatorum*, *&* ... *Guardiano Minorum Fratrum Ordinum de* Clarentia [c] *Olonen. Diœceſis Salutem, & Apoſtol. Bened.*

b

c

Relatio de Coronen. Eccleſia vacante, d

C TRansmissa Nobis, dilecti Filii Capitulum Eccleſiæ *Coronen.* [d] petitione monſtrarunt, quòd Eccleſiâ ipſâ Paſtoris ſolatio deſtitutâ, iidem convenientes in unum, Spiritus Sancti gratiâ invocatâ, Venerabilem Fratrem Noſtrum Haymonem Epiſcopum *Lacedemonen.* [e], virum, ut aſſerunt, litterarum ſcientiâ præditum, morum honeſtate conſpicuum, ac in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectum in ſuum, & ipſius Eccleſiæ *Coronen.* Epiſcopum canonicè & concor-

e

& Lacedæmon. Epiſcopo ad eam regendam poſtulato,

D diter poſtularunt; Unde cum *Lacedemonen.* Eccleſia teneatur a *Græcis* [f], prout aſſeritur, occupata; & propter hoc idem Epiſcopus in eâ non poſſit, nec unquam a tempore ſuæ promotionis ad illam, potuerit commorari; neque in Civitate vel Diœceſi *Lacedemonen.* Populus *Latinorum* exiſtat, quibus idem Epiſcopus neceſſe habeat miniſtrare aliqua Eccleſiaſtica Sacramenta; pro parte ipſius Capituli humiliter petebatur a Nobis, ut hujuſmodi

f

utpote cujus Eccleſia occupabatur a Græcis,

nemoque Latinorum erat in ea.

(a) Fr. Bartholom. de Carbonaria: Hoc uno nobis cognitum.

(b) Olonen.: Leg. *Olenen.* nunc *Canigriza* al. *Chaminiza* vulgo in Achaja Peloponneſi nunc *Morea* regione, ac in ora maris Jonii media inter Patras in Cœciam, & Promontorium Araxum in Africum ſub Archiepiſcopo Patrenſi, a qua Metropoli 10. mill. paſ. diſtare dicitur.

(c) Clarentia: Olim *Dyme* vocata in Peloponneſo 5. mill. paſ. ab Oleno diſtante ſub Latinis *Ducatus* nomine inſignita, Regioniſque primaria; nunc ſub Turcis deficit in dies: ubi ab initio fere Ordinis Fratres noſtri locum obtinuerant, qui erat Caput *Cuſtodiæ* ſui nominis in Provincia *Romaniæ*, ſeu Græciæ ex diſtributione Provinciarum & Cuſtodiarum Ordinis anno 1260. Narbone in Comitiis Gener. facta, & ex ſæpe cit. veteri *Provinciali* Ordinis noſtri apud Chronicon Jordani, & Barthol. Piſanum.

(d) Coronen.: Etiam in Peloponneſo vulgo *Coron* in ora ſinus Meſſeniaci, Provinciaque *Belvedere* ſub Archiepiſcopo Patrarum ſeu Patracenſi.

(e) Lacedemonen.: Quæ & olim *Sparta* nunc vulgo *Miſitra*, olim clariſſima etiam in Peloponneſi Laconica regione ſub Archiepiſcopo Corinthien., poſtea in Metropolim erecta, ſed ſub Turcarum dominio redacta parva cernitur.

(f) A Græcis: Quo apparet, Peloponneſum ſeu *Moream* tunc partim Latinis, partim vero Græcis paruiſſe, quod & clare ſignificat epiſtola Ogerii Protonotarii apud Raynaldum ad hunc ann. n. 13. & 14.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An. Ch. 1278.

Pontifex mandat inquiri, ut ſupra,

modi poſtulationem eorum admittere de benignitate Apoſtolicâ curaremus. Quia verò Nobis non conſtitit de præmiſſis, Diſcretioni veſtræ, de quâ fiduciam in Domino gerimus ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi vobis conſtiterit ita eſſe, inquiſitâ inſuper de modo poſtulationis præmiſſæ poſtulantium ſtudiis, & poſtulati meritis diligentiùs veritate, poſtulationem ipſam, ſi eam inveneritis de perſonâ idoneâ canonicè & & concorditer celebratam, auctoritate Noſtrâ admittere, ac Epiſcopum ipſum a vinculo, quo eidem Eccleſiæ *Lacedemonen.* tenetur aſtrictus, abſolvere ſtudeatis; eique tranſeundi ad prædictam Eccleſiam *Coronen.* eâdem auctoritate licentiam concedatis, facientes ſibi a ſubditis ejuſdem Eccleſiæ Coronen. obedientiam & reverentiam debitam exhiberi; alioquin dictâ poſtulatione ritè repulsâ, faciatis eidem Eccleſiæ *Coronen.* de perſonâ idoneâ per electionem canonicam, ſeu poſtulationem concordem legitimè provideri. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Non obſtante, ſi aliquibus a Sede Apoſtolicâ ſit indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Sedis ejuſdem non facientes plenam & expreſſam de Indulto hujuſmodi mentionem; vel ſi vobis, Filii Prior, & Guardiane, ſive Ordinibus veſtris ab eâdem ſit Sede conceſſum [a], quòd non teneamini vos intromittere de quibuſcumque negotiis per litteras dictæ Sedis, niſi de conceſſione hujuſmodi expreſſa in eis mentio habeatur. Quòd ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe, tu Frater Epiſcope, cum eorum altero ea nihilominus exequaris [b].

Obſtantibus derogando.

a

& mandatum temperando.

b

Datum Viterbii xv. Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Veronenſes ad mandata Rom. Eccleſiæ venire petentes abſolvant a cenſuris Eccleſ., & ab irregularitate diſpenſent quibuſdam conditionibus. (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epiſt. 132. anni 1. teſte etiam RAYNALDO ad hunc ann. n. 77., & WADDINGO n. 33.)

NICOLAUS &c.

LVI.

Anno 1278. die 18. Auguſti.

Dilectis Filiis .... Abbati *Monaſterii Sancti Andreæ* Mantuani [c]; Cuſtodi *Fratrum Minorum Cuſtodiæ Veronen.* [d] *ac Fratri Philippo* [e] *Ordinis Fratrum Minorum* Inquiſitori *Hæreticæ pravitatis in Marchia Terviſina* [f] *per Sedem Apoſtolicam deputato Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

c d e f

Exordium.

MANSUETUDINIS Apoſtolicæ plenitudo ſic circa Filios in affluentiâ pietatis abundat, quòd non ſolùm non punit, vel opprimit innocentes, verùm etiam in delictis, ut neminem ſuæ relinquat benignitatis expertem, viam abſolutionis libentiùs, quam condemnationis exquirit; & potiùs miſericordiæ ſinum pandit ad veniam, quàm judicium exerceat ultionis. Cum itaque ... Poteſtas ..., Capitaneus, Conſiliarii, Officiales, & Commune Civitatis *Veronen.* pro eo, quòd contra monitiones, comminationes, & inhibitiones Apoſtolicæ Sedis, & Legatorum ejus quondam *Conradino* [g] dudum Friderici olim Romanorum Imperatoris Nepoti auxilium impenderunt, conſilium & favorem; *excommunicationis* ſententiâ ſint ligati; & eadem Civitas, ac ejus diſtrictus Eccleſiaſtico ſubjaceant *interdicto*; iidem, tangente Domino cor ipſorum, humilitatis indicia prætendentes, ac ejuſdem Eccleſiæ miſericordiam implorantes *Paulum de Regio* [h] Doctorem Decretorum eorum Procuratorem & Nuntium cum ſpeciali mandato ad Noſtram præſentiam deſtinarunt pro præmiſſis veniam humiliter imploran-

Veronenſes Conradini Svevi aſſeclæ, & cenſuris conſtricti

g

tandem reſipiſcentes petunt a S. Abſolutionem;

h

(a) CONCESSUM: *Quieti veſtræ &c.* a Gregorio IX. & Innocentio IV.

(b) EXEQUARIS: Videtur autem *Haymo* confirmatus, & ad Coronen. Eccleſiam translatus; nam anno 1284. Lacedæmone ſedebat, vel Epiſcopus erat *Nicolaus*, qui & ipſe ſub Martino IV. poſtulatus fuit in Epiſcopum *Olenen.* ex 12. epiſt. Honorii IV. *Vacante dudum &c.* anno 1285. prid. Kal. Octobr. data.

(c) MONAST. S. ANDREÆ MANTUANI: A patre Com. Mathildis fundatum ex Mabillon. lib. 70. Annal. Benedict. ad ann. 1102. n. 54., nunc inter illius Civitatis Collegiatas præcipua.

(d) CUSTODIÆ VERONEN.: Quæ 3. erat, al. 4. Provinciæ Marchiæ Tarviſinæ al. *S. Antonii* ex diſtributione Provinciarum & Cuſtodiarum Ordinis an. 1260. Narbone in Comitiis Gen. facta, & ex veteri *Provinciali* Ordinis noſtri apud Chronicon Jordani Ms., & Barthol. Piſanum.

(e) FR. PHILIPPO: De quo agit epiſt. 19. Joannis XXI. *Nuper ad Apoſtolicam &c.* anno 1277. die 28. Januar. data, & eo loci relata.

(f) IN MARCHIA TERVISINA: Veronæ tamen, ut videtur, ſedem habenti.

(g) CONRADINO: Anno 1268. a Carolo I. Siciliæ Rege in acie victo, & paulo poſt nece ſublato.

(h) PAULUM DE REGIO: Lepidi in Æmilia.

Digitized by Google

plorantes. Nos autem, qui perniciem nolumus animarum, miſericordiæ januam aperientes eiſdem, Procuratorem ipſum ſatisfactionem debitam, obligationes, & alia omnia & ſingula infraſcripta pro prædictis humiliter offerentem nomine Poteſtatis, Capitanei, Conſiliariorum, Officialium, & Communis eorumdem, & de parendo Noſtris, & Eccleſiæ Romanæ mandatis ſuper iis ſufficientes cautiones juxtà Noſtrum beneplacitum exhibere, duximus benigniùs admittendum. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus recepto ab eiſdem Poteſtate, Capitaneo, Conſiliariis, Officialibus perſonaliter, & a Communi per Syndicum ad hoc ſpecialiter ordinatum, de ſtando Noſtris & Eccleſiæ prædictæ mandatis ſuper omnibus & ſingulis ſupradictis, populi ad hoc multitudine more ſolito convocatâ, ſolemniter & publicè juramento, eiſdem ex parte Noſtrâ ſub debito ipſius juramenti diſtrictè præcipiatis, quòd ipſi cum omni eorum diſtrictu & poſſe, perpetuis temporibus in ejuſdem Eccleſiæ devotione perſiſtant; nec unquam alicui Imperatori, Regi, ſeu cuilibet Principi, vel Civitati, aut cuicumque Univerſitati, ſeu perſonæ ſingulari, qui ſint inimici, vel adverſarii ejuſdem Eccleſiæ, vel ex cauſis probabilibus Eccleſiæ prædictæ ſuſpecti notabiliter habeantur, quomodolibet adhærebunt; nec cum ipſis vel eorum aliquo pactum ſeu pacta, vel ſocietatem, aut quamlibet confœderationem inient; & ſi fortè aliquo tempore ſcienter, vel ignoranter hactenus inierunt, illa & eorum quodlibet ſine alicujus intermiſſione temporis omnino diſſolvent, & ab illis ſine aliquâ contradictione recedent; nec aliquem pro Romano Imperatore, vel Rege recipient, aut habebunt contra voluntatem, vel mandatum Eccleſiæ ſupradictæ, quòdque illum, quem præfata Eccleſia pro Romano Imperatore, ſeu Rege acceptabit, vel habebit, aut in Imperatorem coronabit, & non alium, dicti Poteſtas, Capitaneus, Conſiliarii, Officiales, & Commune cum diſtrictu &

& Pontifex eorum petitioni annuens

mandat ſupradictis, ſi conditiones eis præſcriptas admiſerint,

quæ ſunt hujuſmodi

perſiſtere in devotione Eccleſiæ,

eius hoſtibus nunquam adhærere;

Imper. aut Regem Romanorum habere, quem ipſa probaverit,

Tom.III.

A poſſe prædictis pro Rege, aut Imperatore ſimiliter habebunt. *Inquiſitores* inſuper pravitatis hæreticæ officium Inquiſitionis hujuſmodi in Civitate & Diſtrictu prædictis liberè exercere permittent; nec eos ſuper hoc impedient, vel quomodolibet moleſtabunt, ſed impendent eis conſilium, auxilium, & favorem; & ipſos in ipſius officii executione fideliter adjuvabunt. Hæc omnia Poteſtati, Capitaneo, Conſiliario, Officialibus, & Communi

B prædictis ſub pœna *viginti milium librarum* uſualis monetæ [a], in quam incidant eo ipſo, ſi contra præmiſſa venerint, ſeu fecerint, vel aliqua præmiſſorum, diſtrictiùs injungendo. Et pro præmiſſis omnibus, & ſingulis per Poteſtatem, Capitaneum, Conſiliarios, Officiales, & Commune prædictos proceſſu temporis inviolabiliùs obſervandis ad pœnam prædictam, ſi contra præmiſſa ventum fuerit, eos ſpecialiter, & Fidejuſſores idoneos

C tàm facultatibus, quàm facilitate conveniendi faciatis nihilominus obligari. Quibus omnibus per eoſdem Poteſtatem, Capitaneum, Conſiliarios, Officiales, & Commune ſolemniter adimpletis, *quatuor millia librarum Veronen.* [b], quas in aliquo tuto loco Noſtro & Eccleſiæ Romanæ nomine deponi volumus in conſtructionem loci ad opus Fratrum Minorum in *Sermiono* [c] Veronen. Diœceſis

D convertendas [d] faciatis vobis ab eiſdem pro Nobis & eâdem Eccleſiâ exhiberi, prædictos Poteſtatem, Capitaneum, Conſiliarios, Officiales, qui ſunt, & qui fuerunt pro tempore, undecumque ſint, & Cives Civitatis, & Diſtrictus prædictorum id petentes humiliter ab eâdem *excommunicationis* ſententiâ juxtà formam Eccleſiæ abſolvendo, & *Interdictum* hujuſmodi, cui Civitas, & Diſtrictus prædicti propter hoc ſubjacere noſcuntur, auctoritate Apoſtolicâ relaxando. Cum

E *Clericis* autem tàm Religioſis, quàm Sæcularibus Civitatis & Diſtrictus eorumdem, qui durante *Interdicto* hujuſmodi facti immemores, vel juris ignari, nec in contemptu Clavium Divina Officia celebrarunt, injunctâ eis pro modo culpæ pœni-

Inquiſitorem hæret. pravit. non impedire, ſed ei opitulari;

idque ſub pœna pecuniaria,

a

b

c

d

ut ipſos abſolvant a cenſuris.

Clericos vero ab irregularitate diſpenſent,

V v

(a) Usualis monetæ: Illius nempe, quæ in uſu publico conſtituta eſt; explicat Du-Cange in ſuo Gloſſario.

(b) Librarum Veronen.: Ærei metalli juxta quoſdam, cum non dicantur *argenti*.

(c) In Sermione: Cujus Caſtri mentio eſt etiam in ſupra cit. epiſt. *Nuper ad Apoſtolicam &c.* (c)

(d) Convertendas: Cœnobium autem *Sermione*, pro Fratribus Ord. Minorum nunquam ſcitur excitatum fuiſſe, cum non appareat in veteri *Provinciali* noſtri Ordinis neque apud Jordanum Ms., neque apud Piſanum ſæpe citatos.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An. Ch. 1278.

pœnitentiâ competenti, liceat vobis hâc vice auctoritate Noſtrâ, de miſericordiâ quæ ſuperexaltat judicio, prout eorum ſaluti expedire videritis, diſpenſare. Quicquid autem ſuper iis duxeritis faciendum; modum quem in depoſitione pecuniæ prædictæ ſervabitis; & ubi eam depoſueritis, unà cum tenore præſentium redigi faciatis in duo publica documenta, unum conſervando in aliquo tuto loco nomine Noſtro & Eccleſiæ Romanæ; Reliquum verò ad Noſtram delaturi præſentiam, vel Nobis per fidelem Nuntium transmiſſuri. Quòd ſi non omnes iis exequendis intereſſe potueritis, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

& rem in acta referant. — *Juſſionis moderatio.*

Datum, *ut ſupra*.

Idipſum fiat cum Aſtenſibus. (Ex cit. VATIC. REGES. PONTIF. epiſt. 133. anni 1., teſte & RAYNALDO ad hunc annum num. 77., & WADDINGO num. 33.)

LVII.

Anno 1278. die 18. Auguſti.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri ..[a] *Epiſcopo* Albenſi[b], *& dilectis Filiis* ... Miniſtro *Provinciæ* Januen., *ac Fratri Nicolao de* Monte Calerio[c] *Ordinis FF. Minorum Sal., & Apoſtol. Bened.*

Exordium.

MANSUETUDINIS Apoſtolicæ plenitudo &c.[d] Cum itaque ... Poteſtas, ... Capitaneus, Rectores Societatum, Credendarii[e], & Commune Civitatis *Aſten.*[f] occaſione confœderationis per eos cum *Papienſibus*[g] initæ, a qua reſilire ad mandatum Eccleſiæ contumaciter contempſerunt, *excommunicationis* ſententiâ ſint ligati; & eadem Civitas, ac ejus diſtrictus Eccleſiaſtico ſubjaceant *interdicto*, iidem, tangente Domino cor ipſorum, humilitatis indicia prætendentes, ac ejuſdem Eccleſiæ miſericordiam implorantes Guillelmum de Guaſcho[h] de Monte Calerio eorum Procuratorem, & Nuntium cum ſpeciali mandato ad Noſtram præſentiam deſtinarunt pro commiſſis veniam humiliter poſtulantes. Nos autem, qui perniciem nolumus animarum, miſericordiæ januam aperientes eiſdem, Procuratorem ipſum ſatisfactionem debitam, obligationes, & alia omnia, & ſingula infraſcripta pro prædictis humiliter offerentem, nomine Poteſtatis, Capitanei, Rectorum Societatum, Credendariorum, & Communis eorumdem, & de parendo Noſtris, & Eccleſiæ Romanæ mandatis ſuper confœderatione prædictâ ſufficientes cautiones juxta Noſtrum beneplacitum exhibere, duximus benigniùs admittendum. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus recepto ab eiſdem Poteſtate, Capitaneo, Rectoribus, Credendariis per ſe ipſos, & a Communi per Syndicum &c.[i] & ſpecialiter confœderationem cum *Papienſibus* initam ſupradictis, ſine alicujus intermiſſione &c.[k] hæc omnia Poteſtati, Capitaneo, Rectoribus, Credendariis, & Communi prædictis ſub pœnâ *decem millium librarum* Turonen.[l], in quam incidant eo ipſo, ſi contra præmiſſa venerint, ſeu fecerint, vel aliqua præmiſſorum diſtrictiùs injungendo. Et ut præmiſſa omnia & ſingula per Poteſtatem, Capitaneum, Rectores, Credendarios, & Commune prædictos proceſſu temporis inviolabiliùs obſerventur ad pœnam prædictam, ſi contra præmiſſa ventum fuerit, eos ſpecialiter, & fidejuſſores idoneos tam facultatibus, quàm facilitate conveniendi faciatis pleniùs obligari. Quibus omnibus per eoſdem Poteſtatem, Capitaneum, Rectores, Credendarios, & Commune ſolemniter adim-

Aſtenſes cenſuris Eccl. illigati reſipiſcunt. — *& a S. A. implorant abſolutionem.* — *Pontifex eos exaudit,* — *& mandat ſupraſcriptis* — *cum his conditionibus.* — *& pœnis pecun.*

(a) VEN. FRATRI: *Simoni* ex Ord. Minor. anno 1262. ab Urb. IV., ut alias annotavimus, promoto.

(b) ALBEN.: De qua Civitate dictum eſt in 2. hujus Operis to. p. 119. (h)

(c) DE MONTE CALERIO: Vulgo *Moncaglier* nobili Oppido in Pedemonte Diœceſis Taurinen., ubi Fratres noſtri ſub initium Ordinis locum obtinuerunt, qui erat 3. *Cuſtodia Pedemontis* in Provincia Genuen. ex veteri alias cit. *Provinciali* Ordinis, nunc autem ad Provinciam *Pedemontis*, ſeu Taurinen. pertinens.

(d) PLENITUDO &c. Ut in præcedenti epiſt. uſque *exerceant ultionis*.

(e) CREDENDARII: Ideſt fidi, quibus ſecreta creduntur, ut explicat Du-Cange in ſuo Gloſſario med. & inf. lat.; ſeu tamquam *Præſidentes* ut habet Concilium Ravennenſe an. 1311. can. 26. teſte eodem Du-Cange.

(f) ASTEN.: Cujus mentio facta eſt in 1. hujus Operis to. p. 574. (b)

(g) PAPIENSIBUS: Poſt ann. 1259. relapſis, & *Conradino* in præcedenti epiſtola memorato adhærentibus, quamobrem a Clemente IV. denuo cenſuris ſunt ligati, eaſque confirmavit B. Gregorius X., ut eſt apud Campum in Hiſtoria Placentina parte 2. Regeſti Vaticani num. 190.

(h) DE GUASCHO: Quæ vetus, patritiaque familia viguit etiam Alexandriæ Statell.

(i) SYNDICUM &c. Ut in epiſt. præcedenti uſque *illorum quodlibet*.

(k) INTERMISSIONE &c. Ut ibi uſque *ſimiliter habebunt*.

(l) LIBR. TURONEN.: De quibus conſuli poterit tom. 1. hujus Operis pag. 228. (h)

Digitized by Google

adimpletis; *Quingentas marchas* argenti, quas in aliquo tuto loco Noſtro, & Eccleſiæ Romanæ nomine deponi volumus juxta Noſtrum beneplacitum in utilitatem Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ut illi delictorum ſatisfactio provenire noſcatur, cujus ſucceſſores fuerint injuriis provocati; & ea, quæ ad bonum ſtatum ipſius Baſilicæ, ac numeri Miniſtrorum ejus, & Divini cultus
a augmentum [a] ſunt in ipſâ Baſilicâ ordinata, poſſint commodius obſervari; ſicut expedire videbimus convertendas; vobis pro Nobis, & eâdem Eccleſiâ exhiberi faciatis ab eis; prædictos Poteſtatem, Capitaneum, Rectores, Credendarios, qui
b ſunt, & qui fuerunt pro tempore &c. [b] Quòd ſi non omnes iis exequendis intereſſe potueritis, tu Frater Epiſcope, ea nihilominus exequaris.

eoſdem abſolvi ut ſupra.

Mandatum temperando.

Datum, *ut ſupra*.

Quibuſdam conditionibus adimplendis abſolvant Mantuanos *ab Eccleſ. cenſuris, ejuſque Clerum ab irregularitate diſpenſent*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſtola 131. anni 1., teſte etiam Waddingo ad hunc annum num.33.)

LVIII.

Anno 1278. die 19. Auguſti.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis ... *Archipresbytero* Veronen., *Petrino de Saviela Canonico Mantuano Subdiacono & Cappellano Noſtro, ac*... Cuſtodi *Fratrum Minorum Cuſtodiæ Veronen.* [c] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

c

Exordium.

Apoſtolicæ Sedis benignitas affabilitate fecunda, miſericordiæ ſinum adaperit erga filios delinquentes, & eorum vota perluſtrans, exhibet ſe illis manſuetudinis ubertate propitiam non ſeveram, & quos ad ipſam devota pœnitudo reducit a gremio ſuæ gratiæ non excludit, nec veniæ relinquit expertes, ſed eis benigniùs miſeretur, & tales abſolvit libentiùs, quam condemnet. Sane dudum, ſicut accepimus, per quoſdam Cives Mantuanos, qui tunc Mantuanæ Civitatis Regimini præſidebant [d]; .. Abbate & quibuſdam Monachis Monaſterii *Sancti Andreæ* [e] Mantuani ab eâdem Civitate, ac ipſo Monaſterio violenter ejectis; & bonis ipſius temere occupatis, fel. record. Urbanus Papa [f] prædeceſſor noſter curam & adminiſtrationem ejuſdem Monaſterii in ſpiritualibus & temporalibus piæ memoriæ Adriano Papæ [g] prædeceſſori Noſtro, tunc Sancti Adriani Diacono Cardinali Apoſtolicâ auctoritate commiſit, ab ipſo, quamdiu viveret, retinenda; ac nihilominus bonæ memoriæ... [h] *Ferrarienſi* Epiſcopo ſuis dedit litteris in mandatis, ut prædictos Cives, quòd Monaſterium ipſum cum juribus & pertinentiis ſuis eidem Cardinali, vel ejus Nuntio ſuo nomine liberè aſſignarent; & eoſdem Abbatem, ac Monachos ad Monaſterium ipſum redire, ac ibidem ſecurè morari permitterent; monitione præmiſsâ per *excommunicationis* in perſonas eorumdem Civium, & Civitatem Mantuanam *Interdicti* ſententias appellatione remotâ compellere procuraret. Idem verò Epiſcopus, quia Cives præfati ab eo moniti prædictum Monaſterium eidem Cardinali, ſive ipſius Nuntio aſſignare non curarunt; & eoſdem Abbatem & Monachos ad dictum Monaſterium redire minimè permittebant; in Conſiliarios prædictæ Civitatis *excommunicationis*, & in Civitatem ipſam *interdicti* ſententias promulgavit auctoritate hujuſmodi litterarum, qui propter hoc excommunicationis ſententiâ ſunt ligati, & dicta Civitas Eccleſiaſtico ſubjacet *interdicto*. Demum verò, ſicut aſſeritur, ejectis de Civitate prædictâ quibuſdam ex ipſis Civibus, qui exceſſus hujuſmodi perpetrarant; & eiſdem Abbate, ac Monachis, quibus jura & bona dicti Monaſterii per commune Civitatis ejuſdem fuiſſe dicuntur plenariè reſtituta, reverſis ad Monaſterium ſu-

Quidam Mantuani Cives Monachos S. Andreæ expellunt,

d e

f

& Monaſterium ab Urb. PP. committitur O. Card. S. Adriani,

g

h

juſſione Ferrarien. Epiſcopo data pro Monaſterio aſſignando, & Monachis revocandis.

Epiſcopus vero non obtemperantes cenſuris percellit;

quorum nonnulli civitate pulſis,

& Monachis ad priſtina reſtitutis,

(a) Cultus augmentum: Uti refert Raynaldus ad hunc annum 1278. n.79., & 1280. num.25.
(b) Tempore &c. Ut in ſupra citata præcedenti epiſt. uſque *Nuncium tranſmiſſuri*.
(c) Custodiæ Veronen.: De qua diximus in no. (d) ad præmiſſam epiſt.56.
(d) Præsidebant: Quibus ſucceſſit *Pinamons Bonacolſus* patritius Mantuanus, qui multis annis dominatus eſt ex autore illorum temporum Fr. Salimbene Parmenſi in Chron. Ms. pag.360.

(e) Monasterii S. Andreæ: Adeatur no. (c) ad prædictam epiſt.56.
(f) Urbanus Papa: Hujus nominis IV., qui ſedit ab anno 1261. uſque ad initium menſis Octobris anni 1264.
(g) Adriano Papa: V. anno 1276. die 10. Julii proclamato.
(h) Bonæ memoriæ: B. *Alberto* Pandono Placentino, de quo videri poteſt Ughellus tomo 2. Italiæ Sacræ.

A prædictum ita, quod dicti Abbas & Monachi gaudent pacificâ & plenâ poſſeſſione bonorum Monaſterii memorati. Poteſtas, & Conſilium *Mantuan.*, ac idem Commune Romanæ Matris Eccleſiæ miſericordiam implorantes dilectum Filium *Petrum* Presbyterum Eccleſiæ Sancti Stephani Mantuani eorum Procuratorem & Nuntium cum ſpeciali mandato ad Sedem eamdem devotis ſtudiis deſtinarunt pro commiſſis veniam humiliter implorantes. B Nos autem, qui perniciem nolumus animarum, miſericordiæ januam aperientes eiſdem, Procuratorem ipſum ſatisfactionem debitam, obligationes, & alia omnia & ſingula infraſcripta pro prædictis humiliter offerentem nomine Poteſtatis, Conſilii, & Communis eorumdem; & de parendo Noſtris, & Eccleſiæ Romanæ mandatis ſuper omnibus, & ſingulis ſupradictis ſufficientes cautiones juxta Noſtrum beneplacitum exhibere, C duximus benigniùs audiendum. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus recepto ab eiſdem Poteſtate, Conſilio, & Communi de ſtando Noſtris, & Eccleſiæ ſupradictæ mandatis, ſuper omnibus & ſingulis ſupradictis ſolemniter & publicè juramento eiſdem ex parte Noſtrâ ſub debito ipſius juramenti diſtrictè præcipiatis, quòd ipſi cum eorum diſtrictu & poſſe perpetuis temporibus in ejuſdem Eccleſiæ devotione perſiſtant; quòdque *mille libras Veronen.* [a] in aliquo tuto loco deponant in utilitatem dicti Monaſterii convertendas, nullam de cætero eidem Monaſterio in perſonis & rebus ipſius moleſtiam illaturi. *Inquiſitores* inſuper hæreticæ pravitatis officium Inquiſitionis hujuſmodi in Civitate & diſtrictu prædictis liberè exercere permittent; nec eos ſuper hoc impedient, vel quomodolibet moleſtabunt; ſed impendent eis conſilium, auxilium & favorem, & ipſos, in ipſius officii executione fideliter adjuvabunt. Hæc omnia Poteſtati, Conſilio, & Communi prædictis ſub pœnâ *mille marcharum* Argenti [b], in quam incidant eo ipſo, ſi contra præmiſſa venerint, ſeu fecerint, vel aliqua præmiſſorum diſtrictiùs injungendo; & de præmiſſis omnibus. & ſingulis per Poteſtatem, Conſilium, & Commune prædictos proceſſu temporis inviolabiliùs obſervandis Mantuæ, vel Veronæ Fidejuſſores ſufficientes, & idoneas cautiones vobis faciatis exhiberi ab eiſdem: Quibus omnibus per eoſdem Poteſtatem, Conſilium, & Commune ſolemniter adimpletis; & dictis mille libris depoſitis, ſicut ſuperius eſt expreſſum; prædictos Poteſtatem, & Conſiliarios, qui ſunt, & qui fuerunt pro tempore, undecumque ſint, ab eadem *excommunicationis* ſententiâ juxta formam Eccleſiæ abſolvere; & *Interdictum* hujuſmodi, cui Civitas ipſa propter hoc ſubjacere dignoſcitur, ad eorumdem Poteſtatis, Conſiliariorum, & Communis petitionem humilem auctoritate Noſtrâ relaxare curetis. Cum *Clericis* autem tàm Religioſis, quàm Sæcularibus Civitatis ejuſdem, qui durante *Interdicto* &c. [c]

Cives deprecantur abſolutionem.

Pontifex preces eorum admittit,

& mandat conditionibus adimpletis

de mulcta pecun. a

&Inquiſitoribus hæret. pravit. in officio defendendis,

ſub pœna pecun. b

eoſdem a cenſuris abſolvi;

& Clerum ab irregularitate. c

Datum Viterbii XIV. Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

D *Itidem & cum Marchione* Montis Ferrati. (Ex cit. VATIC. REGES. PONTIF. epiſt. 134. etiam teſte RAYNALDO ad hunc ann. n. 77., & WADDINGO n. 33.)

NICOLAUS &c.

LIX. Anno 1278. die 20. Auguſti.

Venerabili Fratri ... [d] Epiſcopo, *& dilectis Filiis* ... *Abbati Sancti Andreæ* Vercellen. [e], *ac* ... *Miniſtro Ordinis Fratrum Minorum Provinciæ* Januen. [f] *Salutem, & Apoſtol. Bened.* d e f

Exordium.

E ROMANA Mater Eccleſia pietatis ubertate fecunda, & in agendis ſuis, miſericordiæ non oblita, ſic erga Filios maternæ dilectionis effundit, ac dilatat affectum, quòd ſtudio materno revocat aberrantes ab invio, illos ad gremium gratiæ

(a) LIB. VERONEN. De quibus ſupra fol. 337. nota (b) ad Bul. 56.
(b) MARCHARUM ARGENTI: Nimirum 500. libras argenti plerumque ex alias dictis.
(c) INTERDICTO &c. Ut in ſuperioribus litteris uſque in finem, ac *Datum &c.*
(d) VENERABILI FRATRI ....: *Aymoni Avogadro* Vercellenſi, qui ab anno 1272. uſque ad ann. 1303. ſedit ex Auguſtenſi ad hanc Eccleſiam translatus, ut habet Ughellus to. 4. Ital. Sacræ.
(e) VERCELLEN.: Cujus Monaſterii mentio abeſt ab Annal. Benedict. Mabill., tunc quidem Ord. S. Benedicti ut prodiit titulus *Abbatis*, nunc autem Canonicorum Regul. S. Aug.
(f) JANUEN.: Qui ex præmiſſa 56. epiſt. ſimilem habuit juſſionem.

Digitized by Google

tiæ ſuæ non ſpernit admittere, qui deceptivâ deceptione deluſi ab illius unitate decedere, vel eam provocare moleſtiis, aut injuriis afficere præſumpſerunt. Decet enim, ut clementi benignitate circa ſingulos affluat, quæ præeminet omnibus plenitudine poteſtatis. Licèt igitur Nobilis vir Guillelmus *Marchio Montis ferrati* ab olim ad effrenatam nequitiam laxans habenas, cum *Papienſibus* [a] Eccleſiæ Romanæ rebellibus contra inhibitionem Sedis Apoſtolicæ confederaverit ſe & ſuos; & *Hiſpanos* [b] etiam tunc exiſtentes in Lombardia contra inhibitionem eamdem tanquam inobedientiæ filius receptarit. Propter quæ tempore diverſis eſt *excommunicationum* ligatus ſententiis; & ejus Terræ ſubjacent Eccleſiaſtico *interdicto*. Nuper tamen idem Marchio ſanioris ſpiritus reſumpto conſilio, ſigna pœnitudinis tanquam ad cor reverſus oſtendens *Umbertum* de Caſtro veteri Clericum ejus ſpecialem Procuratorem & Nuntium ad Noſtram cum certo mandato præſentiam deſtinavit, obligationes, ſatisfactiones, & alia infraſcripta velut devotus fiducialiter offerens, & veniam pro commiſſis reverenter implorans. Nos autem, qui perniciem &c. [c] nomine Marchionis ejuſdem, & de parendo Noſtris, & Eccleſiæ prædictæ mandatis ſuper confederatione, & receptatione prædictis ſufficientes cautiones juxta Noſtrum beneplacitum exhibere, duximus benigniùs admittendum. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus recepto ab eodem Marchione de ſtando Noſtris &c. [d] innunget, & non alium dictus Marchio cum diſtrictu & poſſe prædictis pro Rege, ac Imperatore fideliter habeat; hæc omnia Marchioni prædicto ſub pœna *quinque millium Marcharum* argenti, in quam incidat eo ipſo, ſi contra præmiſſa venerit, ſeu fecerit, vel aliqua præmiſſorum diſtrictius injungendo; imponendi eidem *Marchioni* pœnitentias alias pro præmiſſis, ſicut expedire viderimus, poteſtate Nobis nihilominus reſervatâ; Et ut præmiſſa omnia & ſingula per Marchionem eumdem proceſſu temporis inviolabiliter obſerventur; ad pœnam prædictarum ſolvendam, ſi contra præmiſſa ventum fuerit, eum ſpecialiter, & nihilominus Fidejuſſores idoneos tàm in facultatibus, quàm facilitate conveniendi obligari faciatis. Quibus omnibus plenariè adimpletis, eumdem juxtà formam Eccleſiæ a *ſententiis* ipſis abſolvere, ac *Interdictum* hujuſmodi auctoritate Noſtrâ relaxare curetis; facientes de præmiſſis omnibus confici duo publica Inſtrumenta, unum cenſervando in aliquo tuto loco nomine Noſtro, & memoratæ Eccleſiæ; reliquum ad Noſtram delaturi præſentiam, ſeu Nobis per fidelem Nuntium tranſmiſſuri. Quòd ſi non omnes iis exequendis intereſſe potueritis; tu, Frater Epiſcope, ea nihilominus exequaris.

Datum Viterbii XIII. Kalendas Septembris Pontificatus Noſtri Anno Primo. [e]

(Marginalia: Montis Ferrati Marchio contra inhibitionem Eccleſiæ agens; in illius cenſuras incurrit, a quibus implorat abſolvi. Pontifex preces admittit, & mandat ſuperius dicta, ſub pecun. pœna &c. relaxando cenſuras, & mandatum temperando.)

Novarienſes *ad Eccleſiæ Rom. mandata redeuntes quibuſdam pactis obſervatis abſolvant a cenſuris, eorumque Clerum ab irregularitate diſpenſent.* (Ex Regesto Vatic. Pontif. epiſt. 136. teſtante etiam Raynaldo ad hunc ann. n. 77., & Waddingo n. 33.)

NICOLAUS &c. LX.

Anno 1278. die 5. Septembris.

Dilectis Filiis ... Abbati Monaſterii Sancti Ambroſii [f], *&* ... *Archipresbytero Eccleſiæ*, ac ... Miniſtro *Ordinis Fratrum Minorum Provinciæ* Mediolanen. [g] *Salutem, & Apoſtol. Bened.*

Exordium.

SEDES Apoſtolica circa Filios delinquentes nonnunquam plenitudinem benignitatis exercens, quos inſpicit in humilitatis ſpiritu degere, ac ſuper delictis ſuis veniam implorare ſuppliciter miſeri-

(a) PAPIENSIBUS: De quibus agitur & in dicta 56. epiſtola.

(b) HISPANOS: Ab Alfonſo X. Caſtellæ, Legioniſque Rege anno 1272. ſubmiſſos ad tutanda jura Imperialia ſibi a nonnullis promiſſa, contradicente Pontifice.

(c) PERNICIEM &c. Ut in præmiſſa 56. epiſtola uſque *humiliter offerentem*.

(d) STANDO NOSTRIS &c. Ut ibidem uſque *in Imperatorem coronabit*.

(e) Eodem modo, ac die ... Miniſtro Provinciæ *Mediolanen.* pro abſolutione Civium *Papienſium* ex epiſtola 135. hujus Pontif. in cit. Vatic. Reg., ep. vero 137. eidem Miniſtro, & Archipreſbytero Eccleſiæ Mediolanen. pro abſolutione Civitatis Vercellen. eadem die, ſed litteris incip. *Sedes Apoſtolica &c.*, uti ſequentes teſtibus cit. Waddingo, & Raynaldo.

(f) MONAST. S. AMBROSII: Anno 784. Benedictinis Monachis a Petro Archiepiſcopo traditi ex Mabillonio lib. 25. Annal. Bened. ad ann. eum n. 45., ubi addit, nunc a Canonicis ſecularibus, & Monachis Ciſtercien. occupari.

(g) PROV. MEDIOLANEN.: Cui tunc præerat *Protaſius* Mediolan. ex Rodulphio lib. 2. f. 273. apud Waddingum ad ann. 1277. n. 22.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1278.

Novarienſes contra inhibitionem agentes

a b

cenſuris involvuntur;

poſtea pœnitentes veniam expoſcunt.

c

ſericordi pietate proſequitur, & eorum ſupplicationibus aſſenſum benevolum impertitur. Cum itaque... Poteſtas, Conſilium, & Commune Civitatis *Novarien.*[a] pro eo, quòd Milites Hiſpanos [b] tunc exiſtentes in Lombardiâ contra inhibitionem Sedis Apoſtolicæ receptarunt; *excommunicationis* ſententiâ ſint ligati; & eadem Civitas, ac ejus Diſtrictus Eccleſiaſtico ſubjacent *Interdicto*; iidem tangente Domino cor ipſorum, humilitatis indicia prætendentes; ac ejuſdem Eccleſiæ miſericordiam implorantes Guidonem de Vemeniâ Canonicum Eccleſiæ S. Gaudentii *Novarien.*[c] eorum Procuratorem & Nuntium cum ſpeciali mandato ad Noſtram præſentiam deſtinarunt pro commiſſis veniam humiliter poſtulantes. Nos autem, qui perniciem nolumus animarum, miſericordiæ januam aperientes eiſdem, Procuratorem ipſum ſatisfactionem debitam, obligationes, & alia omnia, & ſingula infraſcripta pro prædictis humiliter offerentem, nomine Poteſtatis, Conſilii, & Communis eorumdem de parendo Noſtris & Eccleſiæ Romanæ mandatis ſuper confœderatione prædictâ ſufficientes cautiones juxtà Noſtrum beneplacitum exhibere, duximus benigniùs admittendum. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, recepto ab eiſdem Poteſtate, & Conſilio perſonaliter, & a Communi per Syndicum ad hoc ſpecialiter ordinatum, de ſtando Noſtris, & Eccleſiæ prædictæ mandatis ſuper omnibus, & ſingulis ſupradictis, populi ad hoc multitudine more ſolito convocatâ, ſolemniter & publicè juramento, eiſdem ex parte Noſtrâ ſub debito ipſius juramenti diſtrictè præcipiatis, quòd ipſi cum omni eorum diſtrictu & poſſe perpetuis temporibus in ejuſdem Eccleſiæ devotione perſiſtant, nec umquam alicui Imperatori, Regi, ſeu cuilibet Principi, vel Communitati, aut cuicumque Univerſitati, ſeu perſonæ ſingulari, qui ſint inimici, vel adverſarii ejuſdem Eccleſiæ, vel ex cauſis probabilibus Eccleſiæ prædictæ ſuſpecti notabiliter habeantur, quomodolibet adhærebunt, nec cum ipſis, vel eorum aliquo pactum, ſeu pacta, vel ſocietatem,

A aut quamlibet confœderationem inient; & ſi fortè aliquo tempore ſcienter, vel ignoranter hactenus inierunt, illa, & eorum quodlibet, & ſpecialiter confœderationem cum prædictis Militibus *Hiſpanis* tunc in Lombardiâ exiſtentibus initam ſine alicujus intermiſſione temporis diſſolvent, & ab aliis ſine aliquâ contradictione recedent, nec aliquem per Romanum Imperatorem, vel Regem recipient, aut habebunt contra voluntatem, vel

Pontifex indictis conditionibus

B mandatum Eccleſiæ ſupradictæ; quodque illum, quem præfata Eccleſia pro Romano Imperatore, ſeu Rege acceptabit, vel habebit, aut in Imperatorem coronabit, & non alium, dicti Poteſtas, Conſilium, & Commune cum diſtrictu & poſſe prædictis pro Rege, ac Imperatore ſimiliter habebunt. Hæc omnia Poteſtati, Conſilio, & Communi prædictis ſub pœna *quatuor millium marcarum* argenti, in quam incidant eo ipſo, ſi contra præmiſ-

& pœna pecun.

C ſa venerint, ſeu fecerint, vel aliquod præmiſſorum diſtrictiùs injungendo; imponendi eiſdem pœnitentias alias pro præmiſſis, ſicut expedire viderimus, poteſtate Nobis nihilominus reſervatâ. Et pro præmiſſis omnibus & ſingulis per Poteſtatem, Conſilium, & Commune prædictos proceſſu temporis inviolabiliùs obſervandis ad pœnam prædictam, ſi contra præmiſſa ventum fuerit, eos ſpecia-

D liter, & fidejuſſores idoneos tàm facultatibus, quam facilitate conveniendi faciatis pleniùs obligari. Quibus omnibus per eoſdem Poteſtatem, Conſilium, & Commune ſolemniter adimpletis, prædictos Poteſtatem, Conſilium, & Cives Civitatis, & Diſtrictus prædictorum id petentes humiliter ab eâdem *excommunicationis* ſententiâ juxtà formam Eccleſiæ abſolvatis; & *interdictum* hujuſmodi, cui Civitas & Diſtrictus prædicti pro-

mandat ſupradicta,

E pter hoc ſubjacere noſcuntur, auctoritate Apoſtolicâ relaxando. Cum *Clericis* autem tàm Religioſis, quàm Sæcularibus Civitatis, & Diſtrictus eorumdem, qui durante Interdicto hujuſmodi, facti immemores, vel juris ignari, nec non in contemptum Clavium Divina Officia celebrarunt, injunctâ eis pro modo culpæ pœnitentiâ competenti, liceat vobis hac vice

(a) NOVARIEN.: In Inſubria inter Mediolanum & Vercellas poſitæ, a quibus 10. mil. paſ. diſtat, & e Mediolano 25.

(b) HISPANOS: De quibus in præced. epiſt. n.(b).

(c) S. GAUDENTII NOVARIEN.: Quæ major eſt & præcipua illius Civitatis.

Digitized by Google

vice auctoritate Noſtrâ de miſericordiâ, quæ ſuperexaltat judicio, prout eorum ſaluti expedire videritis diſpenſare. Quidquid autem ſuper iis duxeritis faciendum, unà cum tenore præſentium redigi faciatis in duo publica documenta; unum conſervando in aliquo tuto loco nomine Noſtro, & Eccleſiæ memoratæ, reliquum Nobis portaturi, ſeu etiam per fidelem Nuntium transmiſſuri. Non obſtante, quòd tibi, Fili Miniſter, vel Ordini tuo dicatur eſſe conceſſum [a], quòd non tenearis te intromittere de quibuſcumque negotiis per litteras Sedis ipſius niſi in eis de conceſſione hujuſmodi plena & expreſſa mentio habeatur. Quòd ſi non omnes iis exequendis intereſſe potueritis, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

Obſtanti derogando. a

& juſſa moderando.

Datum Viterbii Nonis Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Super indigentia Monaſterii S. Salvatoris de Spongia *O. B., ejuſque proviſione inquirant, & referant.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 119. anni 1.)

LXI.
Anno 1278. die 5. Septembr.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis... Sancti Michaelis de Podio Borazii [b], *& de Correa* [c] *Monaſteriorum Abbatibus* Florentin., & Wulteranæ *Diœceſis*, *ac Guardiano Fratrum Minorum* Florentin. [d] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Expoſitio Monachorum S. Salvatoris de Spongia

EXPOSUERUNT Nobis dilecti Filii... Abbas & Conventus Monaſterii Sancti Salvatoris de *Spongia* [e] ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti *Wulterranæ* Diœceſis, quòd Monaſterium ipſum tanto premitur onere debitorum ab ipſius Abbatis, ut aſſeritur, prædeceſſoribus contractorum, libris, calicibus, & aliis ornamentis, & utenſilibus dicti Monaſterii propter hoc creditoribus obligatis, quòd, niſi per Apoſtolicæ Sedis providentiam ſuccurratur eidem, ne vorago uſurarum ipſius abſorbeat ſubſtantiam, eſt verendum; quæ ex hoc adeo eſt conſumpta, quòd non ſolùm quaſdam domos, & nonnulla Molendina dicti Monaſterii propter diſcrimina guerrarum deſtructa nequeunt reparare; imò vix bona ipſius Monaſterii, quæ extant, Abbatis & Conventus ſubſtentationi ſufficiunt eorumdem; quare dicti Abbas & Conventus vehementiùs formidantes, ne dictum Monaſterium ex iis periculum irreparabilis conſumptionis incurrat; Nobis humiliter ſupplicarunt, ut pro hujuſmodi exoneratione debitorum, reparatione quoque Molendinorum, & domorum eorumdem; non obſtante juramento, quòd idem Abbas de non alienandis poſſeſſionibus ipſius Monaſterii, inconſulto Romano Pontifice, præſtitit; vendendi de Poſſeſſionibus ipſius minus utilibus eis licentiam concedere dignaremur. Nos itaque de præmiſſis certificari pleniùs cupientes Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de prædictis poſſeſſionibus, & earum valore, & aliis circumſtantiis omnium præmiſſorum inquiratis diligentiùs veritatem; & quæ inveneritis, Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes ſtudeatis fideliter intimare; non obſtante indulgentiâ, ſi qua tibi, Fili *Guardiane*, vel Ordini tuo a Sede Apoſtolicâ eſt conceſſa, quòd non tenearis &c. [f]

de eorum Monaſterio ære alieno gravato

ſupplicantium pro facultate aliqua alienandi.

Pontifex injungit, quod ſupra dictum eſt,

obſtanti derogando

Datum, *ut ſupra*.

Inquiſitionem committit vitæ G. olim Ordinis FF. Minorum in Abbatem Nonantulanum *electi*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. ep. 127. anni 1.)

LXII.
Anno 1278. die 12. Septembr.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio Magiſtro Raymundo Augerii Decano Eccleſiæ Anicien. [g] *Cappellano Noſtro Sal., & Ap. Ben.*

Monaſterio Nonantul. Abbate deſtituto,

OLIM Monaſterio de *Nonantula* [h] ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente Ordinis Sancti Benedicti Mutinen.

(a) Concessum: Diploma incip. *Quieti veſtræ &c.* multoties allatum.

(b) De Podio Borazii: Leg. de Podio Bonitii vulgo *Poggibonzi* Diœceſis Florentinæ antiquitus *Caſtello Marturi* nuncupato, ubi anno 997. Hugo Tuſciæ Dux Eccleſiam *S. Michaelis* in Monaſterium Ord. S. Benedicti commutavit ex Mabillon. lib. 51. Annal. Bened. ad eum ann. n. 62.

(c) De Correa: Volater. Diœceſis nullibi mentio occurrit in cit. Annal. Bened.

(d) FF. Min. Florent.: De quorum loco dictum eſt in 1. hujus Operis tomo.

(e) De Spongia: Cujus non meminerunt Annales Bened. Mabillon.

(f) Tenearis &c. Ut in præcedenti epiſt. uſque in finem, ac *Datum*.

(g) Anicien.: Al. *Podien.* prope fl. Ligerim in monte Epiſc. ſub Archiepiſcopo Bituricen.

(h) De Nonantula: Ab *Anſelmo* Duce Forojulien. circa ann. 1252. condito ex Mabill. lib. 22. Annal. Benedict. ad eum ann. n. 62., & Ughello to. 2. & 5. Ital. Sac., nunc in commendam ſecul. traducto in Oppido Diœceſis Mutinen. inde 5. mill. paſ. & totidem ab Oppido S. Joannis in Perſiceto diſtante.

Digitized by Google

tinen. Diœceſis per mortem quondam Abbatis ejuſdem Monaſterii Paſtoris Regimine deſtituto; dilecti Filii Conventus ipſius Monaſterii ſuper novi inſtitutione Prælati die ad hoc præfixâ, prout moris eſt, convenientes in unum, ac per viam ſcrutinii procedentes dilectum Filium G.[a] prædicti Monaſterii Monachum in Abbatem ipſius Monaſterii unanimiter elegerunt; ac poſtmodum facientes fel. record. Innocentio Papæ V.[b] prædeceſſori Noſtro decretum electionis hujuſmodi per ſpeciales ſuos Nuncios propter hoc deſtinatos ad Sedem Apoſtolicam præſentari, a prædeceſſore ipſo, ut electionem confirmaret eamdem, ſupplicitar poſtularunt.

concorditer eligitur Fr.G. olim Ord.Min. in Abbatem.

Idem verò prædeceſſor bonæ memoriæ ...[c] Sabinenſi Epiſcopo, & dilectis Filiis Noſtris A.[d] tituli Sanctæ Praxedis Presbytero, & M.[e] Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinalibus examinationem electionis prædictæ commiſit, qui de modo ipſius electionis, & eligentium ſtudiis, cum idem electus tunc non eſſet in Curiâ apud Sedem eamdem, ſolerti diligentiâ inquirere; & quæ per inquiſitionem hujuſmodi reperta fuerunt, eidem Prædeceſſori referre fideliter curaverunt.

Sedes Apoſt. Electi examen 3. Cardin. committit,

Poſtmodum verò idem prædeceſſor diem clauſit extremum[f]; ac tandem dicto *electo* ad Sedem accedente prædictam, iidem Examinatores de ipſius electi meritis ſolerter inquirere ſtuduerunt; ac ab eis de iis, quæ invenerunt, fel. record. Johanni Papæ[g] prædeceſſori Noſtro relatione factâ fideli; quia repertum extitit, dictum electum Ordinis *Fratrum Minorum* fuiſſe profeſſum, & ipſum Ordinem exiviſſe; & antequam eſſet ab ejus obſervantiâ abſolutus, ad dictum Ordinem extitiſſe reductum, & juxta regularia inſtituta ipſius Ordinis Fratrum Minorum carceri mancipatum; quodque de ipſius electi vitâ, & conver- A ſatione in dicto Ordine habitâ, aliqua inhoneſta prædicto Johanni Papæ ſuggeſta fuerunt; ipſe Johannes Papa hujuſmodi negotio ſuperſedit.

& reperiuntur varia contra eum, eique derogantia.

Demum Nos ad apicem Apoſtolicæ dignitatis aſſumpti[h] prædicto Epiſcopo viam univerſæ carnis ingreſſo[i], Venerabilem Fratrem Noſtrum ...[k] Albanenſem Epiſcopum ſuper hujus examinationis negotio duximus ſubrogandum.

Pontifex iterum cognitionem cauſæ committit,

Attendentes itaque, quod ſecundum doctrinam Apoſtoli; citò B manus cuiquam non eſt aliquatenus imponenda; ac volentes reddi de hujuſmodi dicti *electi* egreſſu de ipſo Ordine, reductione ad eum, & incarceratione de ipſo, nec non & de qualitate vitæ, & converſationis habitæ in eodem Ordine, ac aliis eorum circumſtantiis certiores, ex officio Noſtro ſuper iis fore providimus inquirendum.

1. Timoth.5.22.

De tuâ itaque circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinentes Diſcretioni tuæ per Apo- C ſtolica ſcripta mandamus, quatenus perſonaliter ad *Bononienſem*; & *Mutinenſem* Civitates accedens, & habens præ oculis ſolum Deum in Civitatibus ipſis, in quibus fuiſſe dicitur converſatus, ſuper contentis in articulis, quos tibi ſub *Bulla* Noſtrâ mittimus[l] intercluſos, diligenter inquiras; & quod ſuper iis inveneris, Nobis per tuas litteras harum ſeriem continentes ſtudeas fideliter intimare; D ut ex tuâ relatione inſtructi quid ſuper hoc expediens, & dicto Monaſterio utile fuerit, poſſimus auctore Domino ordinare. Illos autem, quos ſuper iis ſcire credideris pleniùs veritatem, ſi ſe gratiâ, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remotâ compellas veritati teſtimonium perhibere.

& ſupradicto Capellano perquiſitionem Bononiæ, & Mutinæ,

cum inſtructione.

Datum Viterbii II. Idus Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo[m].

In

(a) G.: *Guidolinum* Ferrarienſem ex autore æquali Fr. Salimbene Parmenſi O. M. in Chron. Ms. pag.491., qui ait id factum ſub Fr. *Bonagratia* Provinciæ Bononiæ Miniſtro circa ann.1260.

(b) Innocentio PP. V.: Anno 1276. aſſumto die 21. Januar.

(c) Bonæ memoriæ: *Bertrando* a S. Martino paulo ante relato in Bulla 44. (g)

(d) A.: *Anchero*, ut in dicta Bulla (i).

(e) M: *Matthæo* Rubeo Urſino.

(f) Clausit extremum: Eodem anno 1276. die 22. Junii.

(g) Johanni Papæ: XXI. hujus nominis eodem anno die 15. Septembr. proclamato.

(h) Assumpti: Anno 1277. die 25. Novembris.

(i) Ingresso: Eodem anno, ut diximus in ſupra cit. Bulla 44. (l)

(k) Fratrem Nostrum: *Bentivengam* Ord.Min. hoc anno ex Tudertino Epiſcopatu tranſlatum.

(l) Sub Bulla Nostra mittimus: Sed hos ſcriba prætermiſit.

(m) *Obtinuerunt autem Fratres Minores cum magna violentia, quod non fuit Abbas: & Monachi illi expenderunt decem millia imperialium librarum, ut eum poſſent habere Abbatem; cumque non poſſent obtinere, videntes, quod laborabant incaſſum, non elegerunt alium Abbatem, ſed fecerunt eum dominum Abbatia* inquit præſatus Salimbene; cujus Chronicon, vel Codex cit. hoc loco mancus eſt, cum ei detractum ſit unum folium.

Digitized by Google

In controverſia Fratrum Piſani *Conventus cum N. V. Guidone Zaconis ſuper ejus filio, ut putabat, ſeducto videant, & decernant.* (Ex Autographo in Archivo noſtri Conventus S. Crucis Florentiæ.)

LXIII. Anno 1278. die 17. Septembr.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis Archipresbyteris, Raynerio de Montemagno, & Ubaldo Canonicis Eccleſiæ Lucanæ *Sal., & Apoſt. Bened.*

Fratrum Piſan. relatio.

SUA Nobis dilecti Filii... Guardianus, & Conventus Fratrum de Ordine Minorum *Piſarum* [a] petitione monſtrarunt, quod Nobili Viro *Guidone Zaconis* Cive Piſano ſuggerente Nobis mendaciter, quod prædicti Fratres *Johannem* Clericum filium ejuſdem Nobilis infra ætatis ſuæ annum tertiumdecimum, & ſub poteſtate paternâ conſtitutum in tantum ſeduxerant, quòd idem Johannes ipſorum Fratrum ſuaſionibus præter aſſenſum ejuſdem Nobilis Regularem habitum eorum ſuſceperat, & quòd dicti Fratres eumdem Johannem ſtatim in eodem habitu clam, ut a dicto Guidone, vel aliis ſuis conſanguineis videri non poſſet, Florentiam [b] deſtinarant: quòdque præfatus Nobilis eumdem filium ſuum ſibi reſtitui poſtulaſſet: & quòd pro eo quod prædicti Fratres id efficere pro ſuæ voluntatis libito denegabant; dictus Nobilis infra annum contra ſuſceptionem hujuſmodi, & contra ipſos Fratres, prout de jure poterat, legitimè reclamarat. Nos ad ipſius Nobilis ſupplicationis inſtantiam.... Archipresbytero Eccleſiæ Piſanæ Noſtris dedimus litteris [c] in mandatis, ut vocatis, qui vocandi eſſent; & auditis hinc inde propoſitis, quod canonicum eſſet, appellatione remotâ decernere procuraret; & faceret, quod decerneret, per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Cumque prædictus Nobilis eoſdem Guardianum & Fratres ſuper hoc coram eodem Archipresbytero auctoritate litterarum hujuſmodi convenisset;

Pontificis ſuper ea re proviſio

ex parte dictorum Guardiani & Fratrum fuit coram eodem Archipreſbytero excipiendo propoſitum, quod cum Fratribus ejuſdem Ordinis generaliter a Sede Apoſtolicâ ſit indultum [d], ut per litteras Sedis ipſius a quoque nequeant conveniri, niſi in eis de *Indulto* hujuſmodi plena ac expreſſa mentio habeatur, prout per exhibitionem Indulti prædicti erant legitimè probare parati; prædicti Guardianus & Fratres per litteras ipſas, quæ de Indulto prædicto nullam faciebant penitus mentionem, & in quibus nulla clauſula erat appoſita, per quam *Indultum* tolleretur prædictum, conveniri de jure non poterant, nec debebant: & quia prædictus Archipresbyter eos ſuper hoc audire contra juſtitiam recuſavit, ipſi ſentientes ex hoc indebitè ſe gravari, ad Noſtram duxerunt audientiam appellandum. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod canonicum fuerit, appellatione poſtpoſitâ ſtatuatis, facientes quod decreveritis, per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint vocati, ſi ſe gratiâ, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſurâ ſimili appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quòd ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

effectum non ſortita.

iterataque commiſſio

cum clauſulis.

Datum Viterbii xv. Kalendas Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Evocat ad ſe in Græciam mittendum pro Eccleſiarum unione. (Ex ampliſſima Martene & Durand. Collect. Veter. Monumen. to. 7. col. 258. epiſt. 36.)

LXIV. Anno 1278. die...

NICOLAUS &c. [e]

Dilecto Filio Fratri Bartholomæo de Bononia [f] *paginæ ſacræ Doctori Sal., & Apoſtol. Benedict.*

AD negotium unionis tractatæ inter Latinos & Græcos proſequendum in

(a) Pisarum: De quibus dictum eſt etiam in 1. & 2. hujus *Bullarii* tomis.

(b) Florentiam: Uti probationis locum.

(c) Litteris: Quæ non habentur ſaltem a nobis.

(d) Indultum: Diplomate incip. *Cum jam per ejus gratiam &c.* a Gregorio IX. conceſſo, & ab Innocentio IV. pluries confirmato.

(e) Nicolaus &c. In cit. Collect. ex Ms. Dom. Chauvelin Regiorum Sigillorum Cuſtodis ponitur hæc epiſtola inter illas *Innocentii Papæ V.* ſed collectores monuerunt, in Cod. Colbertino haberi inter epiſtolas *Nicolai III.*, quam lectionem ſecuti ſumus; cum deprehenderimus; plures alias litteras perperam *Innocentio V.* ibi aſcribi.

(f) De Bononia: In Italia, eumque anno 1279. jam Provinciæ Bononien. *Miniſtrum* interfuiſſe Comitiis General. Aſſiſii convocatis perhibet Waddingus ad annum 1379. num. 2.

NICOLAUS PP. III. An.Ch. 1278.

in partibus *Romaniæ* [a], proponimus aliquos viros idoneos celeriter deſtinare; inter quos te ſcientiæ dono [b], & aliis virtutibus tibi collatis a Domino attentè penſatis duximus eligendum præſentium tibi auctoritate mandantes, quatenus omni morâ poſtpoſitâ, cum, quantâ potes, celeritate ad præſentiam Noſtram venire procures [c].

Hæreticos e Tuſcia *in Lombardiam fuga elapſos capi permittant, & opitulentur*. (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epiſt. 124. anni 1.)

LXV.

Anno 1278. die 25. Septembr.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis Univerſis Inquiſitoribus *Hæreticæ pravitatis, & Fratribus Prædicatorum in* Lombardiæ *partibus* [d] *conſtitutis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Inquiſitoris Tuſciæ contra hæret. pravit. delatio

SIGNIFICANTE Nobis dilecto Filio *Fratre Guicciardino* [e] de Geminiano [f] Ordinis Fratrum Minorum *Inquiſitore* pravitatis hæreticæ in partibus *Tuſciæ* [g] nuper accepimus, quòd nonnulli utriuſque ſexus partium earumdem hæreticâ pravitate conſperſi, ſicut per depoſitiones Credentium, & Hæreticorum invenit, a facie ſuâ nequiter fugientes ad *Lombardiæ*, ac partes alias confugerunt, ne per *Inquiſitorem* eumdem pœnâ debitâ plecterentur. Nos autem nolentes, quòd tales de ſuis doloſis ſubterfugiis glorientur, Devotioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus illos de prædictis, quos in partibus, in quibus Inquiſitionis Officium exercetis, inveniri contigerit, per *Inquiſitorem* eumdem, vel per Nuntios ſuos capi, & eorum occupari bona liberè permittatis; nullam eiſdem *Inquiſitori*, & Nuntiis, quominus hæc exequi valeant, moleſtiam impenſuri; quin potius eis circa præmiſſa per vos & alios favorabiliter aſſiſtatis; & præbeatis conſilium, auxilium, & favorem, ſicut extiterit opportunum, ita quòd poſſitis exinde meritò commendari.

de quibuſdam hæreticis ad partes Lombardiæ confugientibus.

Mandat Pontifex id, quod ſupra.

Datum Viterbii VII. Kalendas Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Si verum ſit expoſitum ſuper quodam matrimonii *impedimento relaxationem concedant*. (Ex VAT. REGES. PONTIF. ep. 178. anni 1.)

LXVI.

Anno 1278. die 27. Septembr.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis ... *Priori* Prædicatorum, *& Miniſtro* Minorum *Fratrum Ordinum Provincialibus* Franciæ [h] *Salutem, & Apoſt. Bened.*

Domini Ciſonien. petitio

LECTA Nobis dilecti Filii Nobilis Viri *Hellini* Domini de *Ciſonio* Tornacen. [i] Diœceſis petitio continebat, quòd olim de contrahendo Matrimonio inter ipſum & dilectam in Chriſto filiam *Ælidim* natam dilecti Filii Nobilis Viri Arnulphi Domini de *Dieſtre* [k] Leodien. [l] Diœceſis tractatus fuit habitus, & conventiones etiam ſubſecutæ; dummodo ſuper *quarto* affinitatis gradu, in quo *Ælidis* ipſa dictum *Hellinum* compeꝛitur attigiſſe, cum eis Sedes Apoſtolica diſpenſaret. Cum itaque inter progenitores eorumdem *Hellini*, & *Ælidis* gravia guerrarum diſcrimina viguiſſe, ac vigere

de illicito matrimonii contracto,

& periculis, niſi matrimonium ſubſiſtat.

(a) ROMANIÆ: Sive Græciæ, Conſtantinopolique

(b) SCIENTIÆ DONO: Fr. Salimbene Parmenſis O. M. pluries in 1. & 2. huius Operis tom. relatus eo tempore ſuum Chronicon ſcribens ad annum 1287. ait, eo anno celebrata fuiſſe *Comitia* Provinciæ Bononien. *apud Ferrariam, & Generalis Miniſter Fr. Matthaus de Aquaſparta interfuit illi Capitulo; & Fr. Bartholomaus de Bononia magnus Cathedraticus Magiſter tunc temporis erat Provincialis Miniſter adminiſtrationis Bononia &c.* & pag. 457. ſcribit *Fr. Bartholomaum* Bononien *Theologia Magiſtrum Pariſien.* electum fuiſſe in *Miniſtrum Provincia Bononia* menſe Octobri an. 1285. *in Capitulo* pariter Bononiæ celebrato.

(c) PROCURES: Sunt litteræ ſine temporis nota, & loco, quibus datæ fuerint, ut ferme omnes in præfata collectione: tamen cum Pontifex hunc deſtinaverit ablegare cum aliis ad Græcos, & alios eò legaverit anno 1278. die 7. Octobris ex litteris eo die exaratis, & infra legendis; coniicimus, has quoque pauloante datas fuiſſe: ſed cur poſtea miſſus iſte non fuerit, nos hucuſque latet.

(d) IN LOMBARDIÆ PARTIBUS: Quæ a Genuen. Provincia Bononiam, & Ferrariam uſque ſe extendebant juxta Innocentii IV. diſtributionem anno 1254. menſe Majo editam.

(e) FR. GUICCIARDINO: In Annal. Minor. non memorato.

(f) DE GEMINIANO: Al. de *S. Geminiano* nobili Volaterranæ Diœceſis Oppido, de quo in 1. & 2. hujus Operis tom. dictum eſt.

(g) TUSCIÆ: Quæ a finibus Tuſciæ Romanæ, ſeu Patrimonii B. Petri ad Romanam Provinciam attinentis uſque ad fines Genuen. ditionis perveniebat ex cit. Innocentii IV. diſpoſitione.

(h) FRANCIÆ: In qua contrahentes degebant.

(i) TORNACEN.: Vulgo *Tournay* in Belgio, Gallicaque Flandria tunc ſub Remen., nunc ſub Cameracen. Archiepiſcopo.

(k) DIESTRE: Al. *Dieſta*, de quo Belgii Oppido dictum eſt in 1. hujus Operis to. pag. 566. (a)

(l) LEODIEN.: Vulgò *Liegi* & *Luych* in Belgio cunctis notiſſimæ.

Digitized by Google

gere dicantur, ita quòd niſi Matrimonium hujuſmodi conſumetur, in partibus illis fomites odiorum excreſcerent; & de multorum ſtrage, ac plurimis ſcandalis poſſet veriſimiliter dubitari; humiliter petebatur a Nobis, ut animarum, corporum, & Provinciæ periculis occurrentes providere ſuper hoc miſericorditer curaremus. Nos autem, qui ſalutem quærimus ſingulorum; & pacem Chriſti fidelibus libenter Noſtris ſtudiis procuramus; volentes hujuſmodi vitare pericula; maximè cum Venerabiles Fratres Noſtri [a] ... Archiepiſcopus Remen., & [b] Epiſcopus Tornacen., ac Cariſſimus in Chriſto Filius Noſter [c] ... Rex Francorum Illuſtris, & dilecti Filii Nobiles Viri [d] ... Flandrenſis, & [e] ... Nivernenſis Comites, & dilecta in Chriſto Filia Nobilis Mulier [f] .. Comitiſſa Flandriæ Nobis ſuper hoc penſantes prædicta pericula humiliter ſupplicarint; quia vos de facto, & facti circumſtantiis habere poteritis notitiam pleniorem, Diſcretioni veſtræ præſentium tenore committimus, quatenus, ſi præmiſſa vera ſint; & timeri poſſit de periculis, quæ narrantur, ſuper quibus veſtras intendimus conſcientias onerare; cum eiſdem *Hellino*, & *Ælidi*, quòd non obſtante hujuſmodi affinitatis gradu, Matrimonium ipſum conſummare, ac in eo remanere licitè valeant, auctoritate Noſtrâ, prout ſecundum Deum expedire videritis, diſpenſetis.

Pontifex periculis obviare volens

a b

c

& ad preces Regis Franciæ, ac Magnatorum

d e

f

committit ſuperius dicta.

Datum Viterbii v. Kalendas Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Jubet, ut Fratres mittat ad baptizandos Cumanos. (Ex Regesto Vatic. epiſt.179. apud Waddingum ad hunc ann.n.13.,quam citat & Raynaldus n.22.)

Tom.III.

A

NICOLAUS &c.

LXVII.

Anno 1278. die 7. Octobris.

g

Exordium cum Ordinis encomio.

Dilecto in Chriſto Filio ... Miniſtro *Provinciali Ordinis Fratrum Minorum Regni* Hungariæ [g] *Sal.,& Ap.Ben.*

Ex tuis, & aliorum *Fratrum* tui Ordinis claris operibus fragrantiam ſuavitatis aſſumimus; & benignè ſperamus, quòd ad hoc principaliter veſtra deſudet intentio, ut lucrifaciatis Christo animas verbo pariter, & exemplo. Quare de te plenam in Domino fiduciam obtinentes Diſcretioni tuæ præſentium auctoritate committimus, ut *Fratres* ejuſdem Ordinis, quos ad hoc idoneos eſſe cognoveris, de conſilio aliquorum diſcrerum Fratrum tuæ Provinciæ ad *Cumanos* [h], qui ad ſuſcipiendam Fidem Catholicam diſpoſiti eſſe videntur, transmittere valeas; ut eis prædicent verbum Dei; tibi, & per te *Fratribus* illis, qui jam miſſi ſunt illuc, vel quos propter hoc mitti contigerit, nihilominus concedentes, ut illos, qui ad Fidem prædictam converti voluerint, poſſint juxtà ritum, quem in talibus Romana obſervat Eccleſia, baptizare.

B

Committit Pontifex, ut ſupra.

h

C

Datum Viterbii Nonis Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Mandat in finibus Tartarorum *creari Epiſcopum ex proventibus Sedis Apoſtolicæ*. (Ex Reges. Vatic. epiſt.180. apud Waddingum ad hunc ann. n.12. teſte etiam Raynaldo n.22.)

D

NICOLAUS &c.

LXVIII.

Anno 1278. die 7. Octobris.

i k

Venerabili Fratri Philippo *Epiſcopo* Firmano [i] *Apoſtolicæ Sedis Legato* [k] *Salutem, & Apoſt. Benedictionem.*

Sicut dilectus Filius ... Miniſter Provincialis Fratrum Ordinis Minorum Regni *Hungariæ* [l] Nobis ſignificare curavit;

Miniſtri Provinciæ Hungariæ relatio

l

(a) Fratres Nostri ...: *Petrus* Barbet, qui ab anno 1271. uſque ad 1300. ſedit.
(b) Et ...: *Philippus* Meuſe Gandaven. ab anno 1274. uſque ad ann.1286. ſedem eam moderatus.
(c) Filius Noster ...: *Philippus* S. Ludovici Regis filius.
(d) Nobiles Viri ...: *Guido* Dampetra, cui anno ſuperiore Joannes XXI. *Decimas* Flandr. conceſſerat pro expeditione in Terram Sanctam ex Raynaldo ad ann.1277. num.8.
(e) Et ...: *Robertus* ejus filius.
(f) Nobilis Mulier ...: *Iſabella* præfati Guidonis conjux.
(g) Hungariæ: Octo *Cuſtodiis*, inter quas Tranſylvania numerabatur, conſtitutæ.
(h) Cumanos: Ad quos uſque ab initio Pontificatus Gregorii IX. miſſi fuerant Fratres Ord. Prædicat., illiſque Epiſcopus conceſſus; ut legimus in 1. tomo Bullarii illius Ordinis; nos quoque in 1. hujus noſtri Bullarii to. p.270. locum eorum, & Regionem indicavimus. Sed gens immanis, effera, & inſtabilis partim nunquam tota ad Chriſti Fidem converſa eſt; partim ex converſis plures vel omnes ad priſtinos reverſi ſunt errores; unde legenda eſt Ladislai Regis Hungariæ apud Raynaldum ad ann.1279. n.31. & ſeqq., & Nicolai ad eum epiſtola ibidem n.35. & ſeqq.
(i) Episcopo Firmano: In Piceno anno 1271. promoto ex Ughelli Italia Sac. to.2.
(k) A. S. Legato: In Hungariam, Poloniam, & circumadjacentes Regiones ex Raynaldo ad hunc ann. num.23.
(l) Hungariæ: Ad quem extant ſuperiores litteræ.

Digitized by Google

de Fratribus O. M. Tartaros ad Chriſti Fidem convertentibus,

ravit; quamplures *Fratres* ejuſdem Ordinis inter *Tartaros* commorantur, qui Fidem Chriſti gratioſis ſtudiis annunciantes eiſdem multos ex eis ad Fidem ipſam, Divinâ cooperante gratiâ, converterunt. Cum autem nullus ſit ibi Catholicus *Epiſcopus*, qui eoſdem *Fratres* ad Sacros Ordines valeat promovere; & *Civitas* de multo poſita in confinibus *Tartarorum* [a] jamdudum per prædictos Tartaros deſtructa fuerit; nec inibi *Epiſcopus*, & alii Catholici habitatores extiterint quadraginta annis, & amplius jam elapſis [b]: Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus pro utilitate animarum, ſi *Epiſcopus* inibi, ut prædicitur, eſſe conſueverit; de proventibus ad Sedem Apoſtolicam ſpectantibus, ſi qui provenire poſſent; ne vileſceret Pontificalis auctoritas [c]... & aliis circumſtantiis diligenter inquiſitis, quod de præmiſſis inveneris, Nobis per tuas litteras harum ſeriem continentes ſtudeas fideliter intimare [d].

a — & Civitate Epiſcopali ibi a Tartaris deſtructa,

b

quam inſtaurari Pontifex committit.

c

d

Datum, *ut ſupra*.

Hortatur ad complendum unionis Eccleſiarum negotium; rogatque, ut Nunciis *ſuis aſſiſtat in ea re, & auxilietur*. (Ex REGES. VATIC. epiſt.143. apud WADDINGUM ad hunc ann. n.3. & RAYNALDUM n.2. & ſeqq., nunc epiſt.273., extat & in ampliſſima MARTENE &c. Collect. Vet. Monum.to.7.col.258. epiſt.57.)

LXIX.

Anno 1278. die 7. Octobris.

NICOLAUS &c.

Cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro Michaeli Palæologo Imperatori Græcorum *Illuſtri Sal., & Apoſtol. Bened.*

Litteras Imperatoris Græcorum citat,

e

SICUT ex litterarum tuæ Magnitudinis Sedi Apoſtolicæ noviſſimè directarum [e] gratâ lectione collegimus, illud ad laudem tui nominis magis claret, immò clariùs ſyderis inſtar irradiat, quod

A ad Catholicæ Fidei veritatem, quam Sedes eadem tenet, docet, & prædicat, zelo devotionis afficeris; ipſam devotus amplecteris; ad ejus unitatem cunctos tibi ſubditos adducere ſatagis; & debitam ei reverentiam invariabili propoſito conſervare promittis. Quid enim puriore luce relucet in Principe, quàm *Fidei* rectæ ſinceritas, & vera religio? quæ cum in luminis, & vitæ dirigantur auctorem, tenebras reſpuunt, ſubjacere defectui neB ſciunt, nec verentur occaſum. Probant autem laudabilem tuæ in his ſinceritatis affectum ejuſdem veræ Catholicæque *Fidei* tua fidelis, clara, & aperta profeſſio; *Primatus* Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ devota recognitio, ſpontaneaque ſuſceptio; debitæ ſibi *obedientiæ* prompta, & humilis ſponſio corporaliter a te præſtito juramento firmata; *ſchiſmatis* abjuratio per te publicè facta, ac in earumdem litterarum ſerie juxtà formam per eamdem C Sedem pleniùs ſeriatim expreſſa; quas ipſi Sedi per tuos *Apocriſarios* præſentatas non ſolùm ad veritatis teſtimonium, ſed & ad memorabile tuæ laudis præconium tàm præſentibus, quàm poſteris memorandum in Archivis ejuſdem Eccleſiæ fecimus conſervari [f]. Sanè, Fili, dum ardorem deſiderii quoad *Latinos*, & *Græcos* antiquo ſchiſmate ſeparatos, in charitatis mutuæ vinculo, & unitate *Fidei* D uniendos per Sanctos Patres Romanos Pontifices prædeceſſores Noſtros eſt ſuſpiratum ardentiùs; & labores immenſos, quibus eſt hinc inde diutiùs laboratum, memoriâ recenſemus; quòd in præmiſſis actum ab Excellentiâ tuâ comperimus, tantò votis Noſtris cedet acceptiùs; quantò ſolet haberi gratiùs, & reputari præclariùs, quod anxiè quæritur, & labrioſiùs obtinetur. Et quidem cunctis Chriſtianæ Religionis communionem haben-E tibus in iis de reintegratione Religionis ejuſdem communis præſtantur excitativâ leti-

& exponit cum laude.

Quam laudabilis in Principe Fides ſincera & vera Religio,

quæ probantur in Palæologo ex ejus litteris.

f — Deſiderio, & laboribus Rom. Pontificum pro unione utriuſque Eccleſiæ

acceptius eſt opus Paleologi, & quare.

(a) IN CONFINIBUS TARTARORUM: Quam dixerim *Mylchonenſem*, de qua Joannes XXII. epiſt.151. apud Waddingum to.6. ad ann.1332. *Licet ex ſuſcepto &c.* data Archiepiſcopo Strigonien., ut Fr. Vitum Ord. Min. præficeret eidem Eccleſiæ, ſcribit, *Epiſcopatum Mylchonen. in Regno Hungaria in finibus videlicet Tartarorum ex inſtitutione ordinatum antiqua a tempore, quo dicti Tartari potenter dictum Regnum ſeu partes Hungaras intraverunt, fuiſſe per eos fatales & ſævos omnino deſtructum*.

(b) XL. ANNIS ET AMPLIUS JAM ELAPSIS: Et quidem jam ab anno 1239. Tartari in Europam ingreſſi varias Provincias, & loca devaſtabant; ut viſum eſt in 1. hujus Operis tomo p.297. Porro *Hungaria* Regnum tunc complectebatur *Serviam*, & *Bulgariam*, quæ uſque ad mare Euxinum protenditur; & in finibus dictæ Regionis Bulgariceæ videtur Civitas *Mylchonen.* extaſſe, fruſtrà apud Geographos inquirenda.

(c) AUCTORITAS...: Hic ingens hiatus, lacunaque interponitur non tam facile replenda.

(d) INTIMARE: Ex ſupracitata Joannis XXII. epiſtola elicimus nihil factum fuiſſe; nam uſque ad ann.1332. nondum Epiſcopatum illum reſtauratum fuiſſe teſtatur.

(e) NOVISSIME DIRECTARUM: Quas legimus apud Raynaldum ad ann. 1277. num.60. *Si mihi o Divinum & Sacrum &c.*

(f) CONSERVARI: Et ex illis poſtmodum in vulgus publicari.

Digitized by Google

letitiæ; ſed Nobis eò majoris jucunditatis & gaudii ſpecialiter cauſa ſuccreſcit, quò magis, dum minori fungebamur officio, eorumdem fuimus laborum participes, & deſiderii non expertes; quò ſingulariùs hæc a Nobis ad Apoſtolatus culmen aſſumptis diligentiam promotionis expoſcunt; quæ priùs cooperationis tantummodo commune Nobis, & aliis miniſterium exigebant. Sed & tu, Princeps Magnificè, te lætanter in his conſidera præducem; & lætare per alios etiam tuum imitaturos exemplum tibi retributionis præmium aliis concurrentibus meritis adaugendum. Conſidera, quòd fortes animo, nec debiles viribus, qui prudenter ſui operis afficiuntur ad exitum; quo plus fini propinquant, diligentiùs operantur. Sic & ii, qui in Agone contendunt, quò minùs reſtat decurſus inſtantia; eò currere nituntur inſtantiùs; & quò de victoriâ magis ſperant, ad bravium plus aſpirant. Eja igitur, & tu Fili, qui tantùm in te, ac aliis, & præcipuè in dilecto Filio Nobili Viro *Andronico* [a] nato tuo ſic deſideratis dediſti principium, tantum in ſic accepto unionis perutilis opere proceſſiſti; cum præſtò tibi fatearis potentiam virium; nec promptum diffitearis, aut diffiteri deceat animum; inſta opportunè; immò ſi opus fuerit, etiam importunus inſiſte. Inſta, ut quæ in te ipſo cœpiſti, feliciter in Prælatis, & aliis etiam ore, ac opere compleantur. Suppleantur omnino, quæ deſunt; nec ulteriùs prætermittantur, aut differantur omiſſa. Cum igitur, ſicut non ſolùm famæ, verum etiam miſſorum dudum ad te Nunciorum ipſius Eccleſiæ relatio perhibet, & veritas, & tua nihilominus aſſertio habeat, quòd totaliter a te hujuſmodi negotium, ejuſque dependet conſummata perfectio; tuæ decet eſſe ſollicitudinis, tuæ curæ, ut idem negotium celerem deſideratæ, ſed procul dubio nimium prorogatæ [b] conſequatur effectum.

Quem Pontifex excitat ad facti magnitudinem, & ad lætitiam.

Urget, ut incœptum opus compleatur etiam in aliis.

Idque ab ipſo penitus dependere.

Ideoque Nos, qui ad hoc ſummo deſiderio ſuſpiramus; tibi ſingulariter innitentes, ad id apud tuam Excellentiam, & cum eâ, quin potius, & per eam apud cæteros ſcilicet Prælatos, ac alios exactâ diligentiâ procurandum; Venerabilem Fratrem Noſtrum *Bartholomæum* Epiſcopum Groſſetanum [c], & dilectos Filios Fratrem *Bartholomæum* de Senis [d] Miniſtrum Syriæ, *Philippum* Peruſinum [e], & *Angelum* Urbevetanum [f] Lectores Ordinis Minorum, viros Catholicæ Fidei zelatores, ſcientiâ præditos, obſervatores voluntariæ paupertatis, & veræ humilitatis amicos ad tuam præſentiam deſtinamus; Celſitudinem tuam rogantes, & obſecrantes in Domino JESU CHRISTO, quatenus ipſos ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis & Noſtram eâ, quæ tantùm decet Principem, benignitate recipiens, illos, quæ ad pleniorem ejuſdem negotii conſummationem, ſoliditatem, roburque ſolidiùs tàm per te ipſum, quàm per alios facienda ſuaſerint, clementer audias; & ut efficaciter impleantur, ad augendum retributionis tuæ præmium, & ampliandum laudis titulum operoſus intendas. Cæterum moram *Apocriſariorum* tuorum apud Sedem eamdem, quam ipſius Sedis vacatio tibi, ut credimus, non ignota; & Noſtræ promotionis novitas induxerunt; habeat tuæ manſuetudinis circumſpectio excuſatam. Ad petitiones autem per eos coram fel. record. *Gregorio* [g], & *Innocentio V.* Romanis Pontificibus prædeceſſoribus Noſtris nomine tuo propoſitas, & noviſſimè in Noſtrâ & Fratrum Noſtrorum *præſentiâ* repetitas ſcimus per ſpeciales litteras ejuſdem prædeceſſoris *Innocentii* [h] plenè, prout ſuaſit facti qualitas fuiſſe reſponſum; quam quia nulla poſtmodum novitas immutavit; nec Nos ad eas reſponſionem putavimus immutandam [i].

Ob id Pontifex legat Nuncios ſuos,

quos rogat benigne ſuſcipiat, & ad opus perficiendum opem ferat.

Apocriſariorum Græcorum moram excuſat,

& ad eorum petitiones jam ſatis reſponſum aſſerit.

Datum Viterbii Nonis Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo. [k]

Horta-

(a) ANDRONICO: Ad quem ſunt litteræ proximè ſequentes *Age fili &c.*, quique poſtea patri ſucceſſit, & ſchiſma renovavit.

(b) PROROGATÆ: *Conſummationis* habet Raynald.

(c) B. EPISCOPUM GROSSETANUM: De quo videatur *Bulla* 19. *Militanti Eccleſiæ &c.* hoc anno die 9. Aprilis edita.

(d) BARTHOLOM. DE SENIS: Provinciæ Tuſciæ.

(e) PHILIPPUM PERUSINUM: Qui anno 1282. factus fuit *Epiſcopus Feſulanus* in Tuſcia ex Ughello to.3. Ital. Sac., Waddingo tamen ignotus; & alius ab illo, qui hoc tempore erat Miniſter Prov. Tuſciæ.

(f) ANGELUM URBEVETANUM: Provinciæ Romanæ in Tuſcia.

(g) GREGORIO: Nimirum X.

(h) INNOCENTII: Quæ in Annal. Eccleſ. non apparent, citantur tamen in *Memoriali* hujus Pontificis infra epiſt.76. n.28. incip. *Dudum ad Sedem Apoſtol.&c.*

(i) IMMUTANDAM: Petebant autem, ut in Græcos Principes, qui ad Philippum Imp., & Carolum Regem deſciverant, cenſuræ Eccleſ. ferrentur; & ab infeſtando Palæologo omnes avocarentur.

(k) Apud Waddingum legitur IX. *Octobris*; ſed legendum *Nonis Octobris*, ut apud Raynaldum.

Digitized by Google

Hortatur ad concordiam cum Imp. *CP. & Rege* Siciliæ, *pro qua inducias ineat, & Nunciorum ſuorum perſuaſionibus acquieſcat.* (Ex REGES. VATIC. epiſt. 144. apud WADDINGUM ad hunc ann. n. 4. & RAYNALDUM n. 15. nunc ep. 363. dicti Regeſ., ac apud MARTENE &c. to. 7. Vet. Monum. col. 261. ep. 38.)

LXX.

Anno 1278. die 7. Octobris.

NICOLAUS &c.

Eidem.

Exordium.

EX more quemvis opificem conſervatio ſui operis afficit; & ad vitanda ſollicitè quæcumque contrarii etiam ſuſpicionem inducerent, inſtinctus quaſi naturalis inducit. Porrò circa negotium unionis inter Latinos, & Græcos non ſine multo, & mutuo hinc inde labore promotum eminent evidenter Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ nec ſollicitudo diſſimilis, nec diſpar affectus. Siquidem fel. recor. JOHANNIS PAPÆ [a] prædeceſſoris Noſtri tempore Apoſtolicis directis Magnificentiæ tuæ litteris [b]; ne unio eadem ex diſſenſione, quam inter te ex parte unâ, & Cariſſimos in Chriſto Filios Noſtros... Imperatorem Conſtantinopolitanum [c], *Carolum* Siciliæ Regem [d] Illuſtres ex alterâ, *temporalium* ſubminiſtrat occaſio, diſpendium ſentiret in aliquo; facti circumſtantias non ſub involucro verborum involvere, nec ſub aliquo velamine velare ſtuduit; ſed revelatâ veritate dictorum *Principum* querelas aperuit; detexit inſtantiam; & propoſitum non celavit; nec omiſit; ſed ad communem cautelam, ſuæque puritatem conſcientiæ conſervandam piâ denunciavit intentione pericula, quæ diſſenſio eadem comminatur. Ad quæ vitanda conſultiùs prædictis *Principibus* exhortatis ad pacem; Magnificentiam tuam monuit, & rogavit attentiùs paterno affectu nihilominus perſuadens, ut proinde dubiis Guerrarum conſideratis, & vitatis eventibus, quos ſolent innumera diſpendia prævenire, animum tuum ad concordiam præparans; & diſponens ad pacem; & vias, ac modos per quos inter te, ac *Principes* memoratos pax, & concordia poſſent provenire, faciliùs diligenter excogitans illos Sedis Apoſtolicæ *Nuntiis* [e] tunc ad tuam præſentiam deſtinatis communicare, ac ipſos ſuper eis informare curares. Sed & nihilominus *Apocriſarios tuos* animum, & plenum ad proſequendum eoſdem modos, & vias, & etiam conſummandum, mandatum habentes infra certum terminum in literis ipſis expreſſum ad Sedem deſtinares eamdem. Sed ne et medio tempore per moleſtias vel injurias aliquas inter te, & præfatos *Principes* poſſet exaſperari negotium; ut ab illis abſtineretur omnino, *treugas* aliquas, ad quas memoratos *Principes* variis inductionibus inclinarat; prout prædicti Nuntii tui ſuggererent; perſuaſit iniri. Super his autem nullo a magnitudine tuâ recepto reſponſo; ex eo Nobis, & Fratribus Noſtris datur admirationis non injuſtæ materia; quòd cum prædiceris vir eſſe conſilii, vir magnæ prudentiæ; tantum ac tale ſpiritualis tui Patris conſilium, ne contempſiſſe dicaris, taliter præteriiſti; nec ipſum facto proſequens, nec ad illud ſcripto, ſeu verbo reſpondens; præſertim cum habuerit hactenus tua inſtans, & repetita petitio, quòd ad *Latinos*, & *Græcos* in charitate mutuâ ſolidandos, tractatus erat *temporalium* præmittendus: licèt ejuſdem Eccleſiæ circumſpecta proviſio non indignè a *ſpiritualibus* elegerit initium aſſumendum [f]. Quia verò per hæc monitioni Charorum inſiſtitur, ad quorum utilitatem ſtimulis charitatis urgemur; quamquam ex parte tuâ non fuerit efficaciter præmiſſa, ut decuit, admiſſa monitio; Nos tamen propterea nequaquam deſiſtendum a cæptis, ſed ad conſervationem unionis ipſius, & vitandum pervigili ſtudio quæcumque poſſent occaſionem turbationis ejus inducere; præmiſſum affectum ejuſdem Eccleſiæ proſequendum potius exiſtimantes Excellentiam tuam attentè rogamus, & affectuosè monemus exhortantes in Domino JESU CHRISTO, quatenus prudenter attendens,

Romanæ Eccleſiæ ſollicitudo, & affectus pro unione Græcorum cum Latinis,

& concordia cum Imp. CP. & Rege Siciliæ.

Pro evitandis bellis damna, diſpendiaque ferentibus.

Viæ & modi a Rom. Pontifice excogitati, ac Oratores poſtulati,

& induciæ utriſque perſuaſæ.

Ad quæ nihil Palæologus reſcripſit.

Rogat, & monet Pontifex de his, quæ ſupra retulimus.

(a) JOHANNIS PAPÆ: Hujus nominis XXI.

(b) LITTERIS: In Annal. Eccleſ. deſideratis; extant quidem illæ ad Patriarcham, alioſque Græcorum Prælatos apud Raynaldum ad ann. 1276. n. 45., ſed nihil concordiæ cum Imp. Latin. & Rege Siciliæ continent: eas tamen vulgarunt Martene & Durand. in ampliſſ. Vet. Monum. Collect. to. 7., ſed perperam *Innocentio V.* aſcriptas, ut ibi annotavimus ep. 32. *Joannis XXI.* incip. *Pacis æmulus &c.*

(c) IMPERATOREM CONSTANTINOP.: *Philippum* Balduini II. Imp. CP. filium ſolo titulo nominatum.

(d) SICILIÆ REGEM: Qui filiam ſuam Catharinam *Philippo* prædicto deſponſaverat ex Andrea Dandulo lib. 10. Hiſt. cap. 8., & generum Imperio CP. reſtituere conabatur.

(e) NUNCIIS: In prædictis litteris nominatis.

(f) ASSUMENDUM: Ut habet Gregorii X. epiſtola *Qui miſeratione &c.* anno 1272. 24. Octobr. ſcripta.

Digitized by Google

tendens, quanta ex hujuſmodi ſedatione diſcordiæ detur non ſolùm utrique parti, ſed etiam toti quaſi Chriſtianitati tranquillitas, quanta vitentur ex eâ pericula; quàm ſit eadem animarum ſaluti congrua, & ſoliditati tui, tuorumque ſtatus accomoda; juxta præmiſſas exhortationes, & perſuaſiones ejuſdem tuæ Matris Eccleſiæ ſine cunctatione aliquâ pacis ſemitas proſequaris, & in excogitandis prædictis viis, & modis Venerabili Fratre Noſtro *Bartholomæo* Groſſetano Epiſcopo, & dilectis Filiis Fratribus *Bartholomæo* de Senis Miniſtro Syriæ, *Philippo* Peruſino, & *Angelo* Urbevetano Lectoribus Ordinis Minorum Nuntiis Noſtris [a] circa illos, prout utiliùs fore putaveris, informandis nullam ulterius negligentiam habiturus: *Apocriſarios* tuos, viros quidem idoneos, viros pacificos ad pacem, & concordiam, ut præmittitur, animum, & mandatum habentes infra quinque Menſes poſt receptionem præſentium deſtinare ad ejuſdem Sedis præſentiam non omittas. Sed & ad compeſcendum hinc inde moleſtias, & injurias quæ poſſent partium animos invitare, circa treugas certi temporis cum dictis *Principibus* [b] ineundas eorumdem Nuntiorum Noſtrorum perſuaſionibus acquieſcas; penſans conſultiùs, quòd cum treugarum conventio ex utriuſque partis conſenſu dependeat; non expedit alterutram partium certam formam eligere; ſed ad communem, & æqualem decet eam animos inclinare: nec aliquid petere, quod vel abſurditatem ſapiat; vel a juſtitiâ, & ratione diſcordet.

Quatuor Nuncios ex Ord. Min. pro his ſuadendis Conſtantinopolim legat.

a

& poſcit Apocriſarios Conſtantinopolitanos,

b

atque ad inducias cum dictis Principibus ineundas adhortatur.

Datum, *ut ſupra*.

Operam in concilianda Romanæ Græcorum Eccleſia *navaſſe gratulatus ſolicitat, ut ſtudium ad ea, quæ deerant, ſupplenda converteret*. (Ex Reges. Vatic. ep. 145. apud Waddingum ad hunc ann. n. 5., & Raynaldum n. 5., qui partem tantum vulgavit; nunc epiſt. 364. præfati Regeſ., ac apud Martene &c. to. 7. Veter. Monumentorum col. 263. epiſt. 39.)

A

NICOLAUS &c.

Nicolaus PP. III. An. Ch. 1278.

Dilecto Filio Nobili Viro Andronico [c] *Primogenito Cariſſimi in Chriſto Filii Michaelis* Palæologi *Imperatoris Illuſtris Sal.*, *& Apoſt. Bened.*

LXXI.

Anno 1278. die 7. Octobris.

c

AGE, Fili, prudenter, & humiliter immenſa beneficia tui Creatoris attende; attende quanta tuæ juventutis auſpicia ſuæ dilectionis benedictione prævenit. Ipſe quidem, ut ſuæ circa te largitatis abundantiam in temporalibus taceamus, in te oculos interioris hominis ſuo lumine illuſtravit. Immiſit in tuæ mentis habitaculum lucem ſuam, dedit intelligere Catholicæ *Fidei* veritatem; ut in montem ſanctum ſuum, in communionem videlicet, & unitatem Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ per profeſſionem ipſius Fidei, recognitionem, & ſuſceptionem *Primatus* Eccleſiæ ſponſionem debitæ ſibi obedientiæ, abjurationem ſchiſmatis; quæ omnia tuæ teſtantur litteræ [d], quas noveris per Sedem Apoſtolicam gratanter, & benignè receptas, ſuo ducatu deductus; tandem in dilecta ejus tabernacula per continuationem bonorum operum feliciter adducaris. Ipſe ſic erga cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum Michalem *Palæologum* Imperatorem Græcorum Illuſtrem genitorem tuum, & te ipſum pium direxit ejuſdem Matris Eccleſiæ ſtudium; ut non ſolùm per hæc ei, & tibi ſpiritualiter conſuluerit ad ſalutem; ſed & ſalubribus multiplicatis perſuaſionibus, quæ in aliis eidem genitori tuo, tàm a fel. recor. Johanne Papa [e] prædeceſſore Noſtro, quàm a Nobis directis litteris [f] exprimuntur; temporaliter ad ſecuritatem ſtatus ſatagit provenire. Decet igitur, ut & tu, ne periculosè de tantis gratiis non comperiaris ingratus eidem Creatori tuo, pro omnibus, quæ tibi tribuit, aliquid gratitudinis pro tuæ poſſibilitatis viribus recompenſes. Cum itaque ad perfectiorem conſummationem unionis jam per ipſius genitoris, & tuam ſollicitudinem promotæ feliciter inter Lati-

Divina in eum beneficia recenſet,

B

Pſal. 42. 3.

maxime in profeſſione Fidei Cathol. & confeſſione Primatus Eccl. Rom.

C

d

& ſpiritualiter & temporaliter proficuis.

D

e

f

Pſal. 115. 3.

E

Quare adhortatur, ut pro tantis gratiis retribuat.

(a) Nuntiis Noſtris: In ſuperiore epiſtola etiam recenſitis.

(b) Dictis Principibus: Nempe Imperatore CP. Latin., & Rege Siciliæ.

(c) Andronico: Qui anno 1280. Orthodoxæ fidei confeſſionem renovavit, & Eccleſiarum unionem confirmavit ex litteris apud Raynaldum ad eum ann. n. 19. & ſeqq., tamen anno 1283. defuncto patri ſuccedens ſchiſma renovavit, & fovit.

(d) Tuæ teſtantur litteræ: Ann. 1274. & 1277. datæ, & in Annal. Eccleſ. Raynaldi publicatæ.

(e) Johanne Papa: XXI. ſuperiore anno e vivis erepto.

(f) Litteris: Quæ Joannis Papæ dicuntur, non apparent in Annal. Eccleſ., ſed nos edidimus ibi in 32a epiſt. dicti Pontificis.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1278.

Latinos, & *Græcos*, non ſolùm quæ per ipſum, & per te acta ſunt in Prælatis, & aliis agenda ſuperſunt; ſed & alia nonnulla ſupplenda [a], ad quorum proſecutionem de tuâ cooperatione ſpecialiter confidentes Venerabilem Fratrem Noſtrum *Bartholomæum Epiſcopum* Groſſetanum, & dilectos Filios Fratres *Bartholomæum de Senis* Miniſtrum Syriæ, *Philippum* Peruſinum, & *Angelum* Urbevetanum Lectores Ordinis Minorum [b] viros Catholicæ *Fidei* zelatores, ſcientiâ præditos, obſervatores voluntariæ paupertatis, & veræ humilitatis amicos ad ipſius Imperatoris, & tuam præſentiam deſtinamus. Magnitudinem tuam monemus, rogamus, & hortamur attentè in Domino Jesu Christo, quatenus providè penſantes, quòd ſolùm benè cæpiſſe non ſufficit, niſi perſeveranter uſque ad operis exitum perſiſtatur; ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis, & Noſtram eiſdem *Nuntiis* te favorabilem exhibens, & benignum in iis, quæ ad perfectionem ſolidam dictæ unionis faciendæ ſuaſerint; & ſpecialiter apud ſæpefatum Genitorem tuum, ut Noſtris conſiliis, & ſuaſionibus tibi, & eidem proculdubio, ut ſperamus, utilibus acquieſcat, ſollicitam operam ſtudioſus impendas: Per hoc etenim non ſolùm tibi laudis titulum, & retributionis meritum ampliabis; ſed & ſtatui tuo conſultiùs, auctore Domino, providebis.

Rogat & hortatur, ut Nunciis A. S. faveat, & ad perficienda, quæ deſunt, auxilietur.

Datum, *ut ſupra*.

Præfatos Nuncios *jubet prudenter*, *& ſollicitè ſe gerere*; *quæ negotia ſi non omnes*, *duo ſaltem eorum exequantur*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 369.)

LXXII. Anno 1278. die 7. Octobris.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri Bartholomæo *Epiſcopo Groſſetano*, *& dilectis Filiis Fratribus* Bartholomæo *de Senis Miniſtro Syriæ*, Philippo *Peruſino*, *&* Angelo *Urbevetano Lectoribus Ordinis Minorum Sal.*, *& Apoſtol. Ben.*

CUM vos ad partes Imperii *Romaniæ*, quibuſdam vobis commiſſis negotiis deſtinemus; Nos executionem ipſorum retardari, vel etiam impediri nolentes Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus in executionem hujuſmodi prudenter, & ſolicitè procedere ſtudeatis: quod ſi non omnes iis exequendis intereſſe potueritis, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

Datum, *ut ſupra*.

Suos ad Græcorum Imp. Nuncios *Ord. Min. commendat ut de ſecuro conductu in eundo*, *morando*, *& redeundo provideantur*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 370. anno 1.)

LXXIII. Anno 1278. die 7. Octobris.

NICOLAUS &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, *& Epiſcopis*, *& dilectis Filiis Abbatibus*, *Prioribus*, *Decanis*, *Archidiaconis*, *& aliis Eccleſiarum Prælatis*, *eorumque Capitulis*, *& Conventibus*, *nec non nobilibus viris Marchionibus*, *Ducibus*, *Comitibus*, *& Baronibus*, *Militibus*, *Poteſtatibus*, *Communitatibus*, *& Officialibus Civitatum*, *Caſtrorum*, *aliorumque locorum*, *ad quos litteræ iſtæ pervenerint*, *Sal.*, *& Apoſtol. Bened.*

CUM Venerabilem Fratrem Noſtrum *Bartholomæum Epiſcopum* Groſcetan., & dilectos Filios *Bartholomæum* de Senis Miniſtrum Syriæ, *Philippum* Peruſin., & *Angelum* Urbevetan. Lectores Ordinis Fratrum Minorum latores præſentium ad partes Romaniæ cum cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro Michaele *Paleologo* Imperatore Græcorum Illuſtri tractaturos aliqua ſuper quibuſdam arduis negotiis deſtinemus; Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur in Domino Jesu Christo, quatenus *Epiſcopum*, & *Lectores* eoſdem, ipſorumque familias iter ſuum peragere libere permittentes nullam eis in Perſonis, vel rebus moleſtiam, vel injuriam inferatis, nec ab aliis quantum in vobis fuerit permittatis inferri; ſed Epiſcopum, & Lectores prædictos tanquam Sedis Apoſtolicæ Nuntios, & familias, & bo-

(a) Supplenda: In præcedentibus litteris commemorata.

(b) Lectores Ord. Min.: In prædictis epiſtolis recenſitos, quos etiam univerſis Prælatis Eccleſ. commendavit hoc eodem die per litteras incip. *Cum Venerabilem fratrem &c.* ut infra.

Digitized by Google

& bona ipſorum cum ad vos pervenerint, benignè recipientes ipſis, cum ab eis ſuper hoc fueritis requiſiti, de ſecuro conducto in eundo, morando, & redeundo per Diſtrictus, & Dominia veſtra liberaliter providere curetis; Ita quòd Devotionem veſtram exinde commendare dignis in Domino laudibus meritò valeamus.

Datum, *ut ſupra*.

Eorum affectum in confeſſione veræ Fidei, *&* *agnitione* Primatus *Eccleſ. Rom. commendat; bortaturque ad complenda quæ reſtant, &* Nunciorum *ſuorum dictis acquieſcendum* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 146. apud Waddingum ad hunc annum num. 6. & Raynaldum num. 6. nunc epiſt. 365. cit. Regeſ. apud vero Martene &c. tom. 7. Vet. Monum. col. 264. epiſt. 40.)

LXXIV. Anno 1278. die 8. Octobris.

NICOLAUS &c.

a *Venerabilibus Fratribus* [a] .... Patriarchæ, *Archiepiſcopis & Epiſcopis*, *ac dilectis Filiis Abbatibus*, *cæteriſque Prælatis* Græcorum *Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

b FRATERNITATIS tuæ litteras [b], Frater Patriarcha, profeſſionem veræ, Catholicæque *Fidei*, quam Romana Eccleſia tenet, docet, & prædicat; aſpernationem, & abnegationem antiqui *Schiſmatis*, ut earumdem litterarum verbis utamur; recognitionem, & ſuſceptionem *Primatus* ipſius Eccleſiæ; ac ſponſionem *obedientiæ* ſpontaneam ad eamdem per te nomine tuo, & totius *Synodi* apud vos [c] antea celebratæ [d] certo modo factas inter alia continentes, Sedes Apoſtolica benignè recipit, & eas diligenter inſpiciens veſtrum ad negotium unionis inter *Latinos*, & *Græcos* Divino beneplacito inchoatum, & chariſſimi in Chriſto Filii Noſtri *Michaelis Paleologi* Græcorum Imperatoris Illuſtris, dilecti Filii Nobilis viri *Andronici* nati ejus, ac veſtra ſolerti cooperatione promptum, quem eædem litteræ prætendebant, notavit affe-

Græcorum Præſulum litteras refert de profeſſione veræ Fidei,

& ſuſceptione Primatus Rom. Eccl. &c.

c

d

quas probat, & commendat.

A ctum, probat multipliciter, & commendat: ſuper quo illi ſacrificium laudis offerimus & jubilationis hoſtiam immolamus, qui eorumdem Imperatoris, Nobilis [e], & veſtros oculos mentis aperuit intellectum tribuens; & vos ad agnitionem veritatis aducens & quidem Fratres & filii lætanter attendimus & gratanter accepimus multa in eiſdem litteris contineri profeſſioni ejuſdem veræ *Fidei* conſona; recognitioni dicti *Primatus* accommoda; *obedientiæ* ſponſioni congrua; & B abjurationi præfati *Schiſmatis* opportuna. Verùm cum in prædictis propenſo conſilio, & diſcuſſione ſollicitâ ejuſdem Eccleſiæ certa, quam eſſe decet in omnibus uniformem, forma ſit prodita, per memoratos Imperatorem, & Nobilem acceptata, jamdudum per eorum Nuntios in Generali *Lugdunen.* publicata *Concilio* [f]; & ab ipſis nuper in perſonis propriis publicè, ac ſolemniter iterata, C illam cenſuimus omnimodis obſervandam; præſertim cum expediat in iis uniformiter ab omnibus per hujuſmodi unionem vivendi in *Fidei* unitate procedi; & vos velut jam factos obedientiæ filios deceat ipſius Eccleſiæ veſtræ, omniumque Matris fidelium, & Magiſtræ fideli Magiſterio per obſervationis promptitudinem humiliter adhærere; ac juxta ejus beneplacitum, diſpoſitionem circa hujuſmodi negotium adimplere ſollicitè omnia, & D maximè illa, quæ ad ipſum conſummandum pleniùs, & ſolidiùs roborandum per Nuntios noviſſimè ad hoc miſſos ex ejuſdem Eccleſiæ parte requiſita, nec adimpleta fuerunt. Ideoque Venerabilem Fratrem Noſtrum *Bartholomæum Epiſcopum* Groſſetanum, & dilectos Filios Fratres *Bartholomæum* de Senis Miniſtrum Syriæ, *Philippum* Peruſinum, & *Angelum* Urbevetanum Lectores Ordinis Minorum [g], viros Catholicæ Fidei E zelatores, ſcientiâ præditos, obſervatores voluntariæ paupertatis, & humilitatis amicos ad hæc inter cætera ſpecialiter deſtinantes Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur, obſecrantes in

e

Sed certa Eccleſiæ forma omnibus uniformis deſideratur.

f

Ideoque novi mittuntur Nuncii.

g

 Domi-

(a) Ven. Fratr. .... : *Joanni Becco*, qui in Fide Catholica Rom. conſtans uſque ad mortem fuit, & ſub Andronico multa pertulit ex Annal. Eccleſ.

(b) Litteras : Quas legere eſt apud Raynaldum ad ann. 1277. n. 32. & ſeqq. ac 61.

(c) Apud vos : Apud Waddingum legitur *apud nos* minus vere.

(d) Celebratæ : Anno præcedenti, ut apud cit. Raynaldum num. 34.

(e) Nobilis : Ideſt *Andronici* filii.

(f) Lugdunen. publicata Concilio : II. An. 1274. ex Actis.

(g) Lectores Ord. Min. : Ut in præcedentibus epiſtolis.

Juxta quorum requiſitionem hortantur præmiſſa profiteri ad præſcriptam formam;

Domino Jesu Christo, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenùs juxta requiſitionem ipſorum, omnes, & ſinguli ſingulariter præmiſſam veram *Fidem* profiteamini; recognoſcatis, & ſuſcipiatis *Primatum*; abjuretis *Schiſma*; *obedientiam* promittatis: In his ſupradictam formam vobis per eoſdem Noſtros *Nuncios* præſentandam ſtudiosè per omnia obſervando; & in cæteris, ut prædicitur, non impletis, ac aliis, quæ iidem Nuncii ad perfectam conſummationem ejuſdem negotii duxerint requirenda, ipſis acquieſcendo humiliter, & cooperando efficaciter, quòd idem negotium celeriter abſque ulterioris moræ diſpendio ſtudio veſtro perfectiùs conſummatum, Nos, qui anxio, & immenſo id deſiderio affectamus, ac univerſalem Eccleſiam ſanctam Dei lætificet Civitatem; vobiſque non ſolùm apud Nos ad uberioris favoris cumulum, ſed apud retributorem bonorum omnium ad fœcundioris retributionis cedat augmentum.

& in explendis reliquis acquieſcere prædictis.

Datum Viterbii VIII. Idus Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ad tollendam inter Græcum & Latinum Imper., ac Siciliæ Regem diſcordiam, & alia Nuncios legat ad Græcos; eoſque pluribus facultatibus communit. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 147. apud Waddingum ad hunc ann. num.7. teſte & Raynaldo n. 12. nunc epiſt.366. cit. Regeſ. & apud Martene &c. Vet. Monum. col. 265. epiſt. 41. ex Mſ. cod. Colbertino, & Chauvelino.)

LXXV. *Anno 1278. die 9. Octobr.*

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri Bartholomæo Epiſcopo Groſſetano, *& dilectis Filiis Fratribus* Bartholomæo *de Senis Miniſtro Syriæ*, Philippo *Peruſino*, *&* Angelo *Urbevetano* [a], *Lectoribus Ordinis Minorum Nuntiis Noſtris Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

Pontificis deſiderium uniendi Latinos cum Græcis,

DESIDERANTES, ut ea, quæ ad unionis inter *Latinos*, & *Græcos* tractatæ negotium conſumandum, pleniùs & firmiùs roborandum; necnon & ad tollendum materiam turbationis, ſeu impedimenti unionis ipſius, quam inter chriſtianiſſimos in Chriſto Filios Noſtros *Imperatorem* Conſtantinopolitanum [b] & Siciliæ *Regem* [c] Illuſtres ex parte unâ, & cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum Michaelem *Palæologum* Imperatorem Græcorum Illuſtrem ex alterâ, diſcordia ſuper temporalibus ſubminiſtrat; in litteris [d], quas per vos eidem *Palæologo*, *Patriarchæ*, & Prælatis, & Clero Græcorum, & Nobili viro *Andronico* ejuſdem Imperatoris Græcorum Primogenito deſtinamus; & in *Memoriali* [e] ſuper illis ſub *Bulla* Noſtrâ vobis traditâ pleniùs continetur; deſiderato, Deo auſpice, impleantur effectu: volumus, & Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad partes illas perſonaliter accedentes tàm circa prædictos *Imperatorem*, & *Primogenitum*, quàm circa *Prælatos*, & alios præmiſſa ſtudeatis exequi diligenter. Et ut illa commodiùs, & faciliùs valeant provenire; vobis audiendi *Confeſſiones* confiteri volentium, & eis ſalutarem injungendi pœnitentiam pro commiſſis, ac ipſis abſolutionis impendendi beneficium ſuper illis; niſi fortè talia fuerint, propter quæ Sedes Apoſtolica ſit meritò conſulenda; *excommunicandi* [f] præterea auctoritate Apoſtolicâ eos de partibus illis, quos negotii unionis ejuſdem fore vobis conſtiterit turbatores, cujuſcumque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus exiſtant, & in terras ipſorum *Interdicti* ſententias proferendi; nec non & procedendi aliàs ſpiritualiter, & temporaliter contra ipſos, & terras eaſdem; prout utilitati negotii, conſideratis ejus circumſtantiis, videritis expedire: abſolvendi quoque juxta formam Eccleſiæ *Latinos*, & *Græcos* tàm Clericos, quam Laicos illarum partium ab *excommunicationis* ſententiâ, quam pro violentâ manuum injectione in Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas incurrerunt; niſi adeo gra-

& removendi ad id impedimenta,

uti diſcordiam inter Impp. Græcum, & Latinum, Regemque Siciliæ.

qua in re mandat Pontifex Nunciis ſuis operam navare diligentem,

eiſque facultates elargitur

ſuper cenſuris Eccl.

(a) Urbevetano: De quibus in præcedentibus epiſtolis; & quibus biduo poſt complures facultates attribuit litteris: *Cum vos ad partes &c.* Dat. Viterbii V. Idus Octobris anno I.

(b) Imperatorem Constantinopolitanum: Latinorum *Philippum* alias memoratum.

(c) Siciliæ Regem: *Carolum* ejuſdem Philippi ſocerum.

(d) In litteris: Præcedentibus quatuor.

(e) In Memoriali: Quod cit. Waddingus n.7. ait penes ſe exemplar habere, ſed non vulgavit; publici vero juris aliquas ejus partes fecit Raynaldus ex Regeſ. Vatic. ep.152. ad hunc ann. n.7. & ſeqq. integrum autem laudatus Martene col.267. ep.43., ex quo nos illud exhibemus.

(f) Excommunicandi: In dicto *Memoriali*, ſeu Inſtructione n.28. Pontifex explicat, contra quos procedendum.

Digitized by Google

gravis fuerit, & enormis exceſſus, pro-
pter quem ad Sedem eamdem oporteat
haberi recurſum; & diſpenſandi cum
& irregularitate, eiſdem Clericis ſuper *irregularitate*, ſi
quam contraxiſſe noſcantur, ſe ſic liga-
ti Divinis officiis immiſcendo; conce-
dendi etiam ſecuritatem plenariam No-
commeatuque pro Nunciis Græcorum. ſtro, & Eccleſiæ Romanæ nomine *Nun-*
tiis Imperatoris, Primogeniti, & Præ-
latorum ipſorum pro negotio ſupradicto
ad Sedem prædictam venire volentibus,
vobis ac vice Noſtrâ in prædictis par-
tibus exiſtentibus uſque ad certum tem-
pus, quod eis duxeritis præfigendum ple-
nam, & liberam præſentium auctorita-
te concedimus facultatem.

Datum Viterbii VII. Idus Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Memoriale, *ſeu Inſtructio de his, quæ agenda ſunt cum Imperatore, aliiſque Græcis ſuper præmiſſis litteris*. (Ex Regesto Vatic. Pontif. ep. 152. apud Raynaldum ad hunc annum n. 7. & ſeqq. nunc epiſt. 371., & ex cit. Martene to. 7. Vet. Monum. Collect. col. 267. epiſt. 43.)

LXXVI. Anno 1278. die ... Octobris.

NICOLAUS &c.

Eiſdem.

IN commiſſi vobis executione nego-
tii, Venerabilis Frater *Bartholomæe*
Epiſcope Groſſetane, & dilecti Filii Fra-
tres *Bartholomæe* de Senis Miniſter Sy-
riæ, *Philippe* Peruſine, & *Angele* Urbe-
vetane Lectores Ordinis Minorum, talis
veſter proceſſus habendus. In primo igi-
a tur adventu &c.[a] Item refereti eis di-
2. ligenter, quàm gaudenter, quàm beni-
gnè Nos & Fratres Noſtri receperimus
litteras eorum ſuper *Fidei* profeſſione,
Primatus Romanæ Eccleſiæ recognitione
ac ſuſceptione, *Schiſmatis* abjuratio-
ne, ac *obedientiæ* ſponſione tranſmiſſas:
quantum etiam gaudium fuit, & eſt exin-
de apud univerſos Latinos, & Græcos.
3. Poſt hæc præſentandæ ſunt Palæologo
litteræ, quæ mittuntur ſuper *ſpiritua-*
libus; & ſic incipiunt: Nicolaus &c.
A *Cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro M. Pa-*
læologo &c.[b] Deinde præſentandæ ſunt
litteræ, quæ mittuntur Nobili Viro An-
dronico nato ejuſdem Imperatoris; & ſic
incipiunt: Nicolaus &c. *Nobili Viro* b
Andronico primogenito &c. Age Fi- 4.
li &c.[c] Tertio præſentabitis litteras, c
quæ ſuper ſpiritualibus diriguntur Pa- 5.
triarchæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, &
aliis Eccleſiarum Prælatis, quæ inci-
piunt: Nicolaus &c. *Venerabilibus Fra-*
B *tribus Patriarchæ, Archiepiſcopis, &*
Epiſcopis, ac dilectis Filiis Abbati-
bus &c. Fraternitatis tuæ litteras &c.[d] d
Demum ut ad *temporalia* erga ipſos Im- 6.
peratorem, & primogenitum competen-
tior habeatur &c.[e] aciem ſuæ proviſio- e
nis extendens tempore fel. rec. Johan-
nis Papæ[f] prædeceſſoris Noſtri nihil ei- f
dem Imperatori celavit, nihil operuit,
ſed tamquam ſolicita mater & diligens
omnia illi velut filio prædilecto per lit-
C teras ſuas aperuit, & manifeſtare cura-
vit, ſanumque ac ſalubre conſilium tri-
buit, & eum attentum reddidit, ut
præſcius diligenter attenderet, & ſibi
ſuoque ſtatui per vias pacificas conſul-
tiùs provideret ſuper eo præſertim, quòd
nonnulli Principes *Latinorum*, qui mul-
tum ſe dicunt confidere de ſuâ juſtitiâ,
& potentiâ gentis ſuæ, ab Imperatore
præfato injuriam ſibi aſſerunt irrogari.
D Ad hæc amplius autem dilatanda, & ef-
ficaciter proſequenda, prout Dominus
miniſtrabit, magna ſumi poteſt inſtru-
ctio ex litteris memorati prædeceſſoris
Johannis, quarum tenorem habetis,
quæ incipiunt: Johannes &c. *Cariſſimo*
in Chriſto Filio M. Palæologo &c. Pacis
æmulus &c.[g] & ex Noſtris, quæ per vos g
ſuper temporalibus eidem Imperatori
mittuntur; & incipiunt: Nicolaus &c.
Cariſſimo in Chriſto Filio &c. Ex more
E *quemvis opificem &c.*[h] quæ quidem No- h
ſtræ litteræ poſt præmiſſa, ut prædici-
tur, prælibata eidem Imperatori per vos
ſunt præſentandæ; & ſuper his, quæ
continentur in eis, cautè ac prudentèr
inſtandum. Sed ante præſentationem, 7.
&in-

(a) Adventu &c.: Adeatur *Memoriale* Joannis XXI. in multis huic ſimile epiſt. 34. n. 1. uſque *Item referetis*.

(b) Palæologo &c. Deeſt *Sicut ex litterarum &c.* Dat. hoc anno die 7. Octobris epiſt. 69.

(c) Age fili &c. Suntque epiſt. 71. proxime relata.

(d) Litteras &c.: Nempe ep. 74. ibidem vulgata.

(e) Habeatur &c.: Ut in cit. *Memoriali* Joannis XXI. n. 5. uſque *turbationis materiam*.

(f) Johannis Papæ: XXI. nuncupati.

(g) Pacis æmulus &c. Videlicet epiſt. 32. illus Pontificis.

(h) Opificem &c. Nimirum epiſt. 70. paulo ſuperius legenda.

Digitized by Google

A & inſtantiam hujuſmodi petenda eſt ab
Imperatore prædicto multiplicatio litte-
a rarum [a] ſuper *Fidei* profeſſione, *Prima-
tus* recognitione ac ſuſceptione, & *obe-
dientiæ* ſponſione miſſarum ab ipſo per
Nuncios, qui noviſſimè redierunt; hoc
tamen mutato, ut non ſcribatur *fel.
b record. prædeceſſori Noſtro* Gregorio [b],
ſed Nobis. Ad hujuſmodi autem muta-
tionem non eſt importunè inſtandum,
ſed ita, ſi de plano poſſit haberi. Simi-
B lis multiplicatio petenda eſt a dicto pri-
mogenito; & attendendum, quòd hu-
juſmodi multiplicatio facienda eſt in con-
c ſervabili pergameno, non in papyro [c].
8. Item attendendum, quòd litteræ ſic mul-
tiplicandæ bullandæ ſint *Bulla aurea*,
ſicut & prædictæ jam miſſæ bullatæ fue-
9. runt. Item ſuadeatur diligenter eidem
Imperatori, ut cum Patriarcha, & alii
Prælati nondum fecerint profeſſionem
Fidei, recognitionem, & ſuſceptionem
C *Primatus* ejuſdem Eccleſiæ Romanæ,
abjurationem *Schiſmatis*, & *obedientiæ*
ſponſionem juxta formam ab eâdem Ec-
cleſiâ traditam, cui debent ipſi velut
obedientiæ filii maximè in his, quæ con-
ſummationem, robur, & firmitatem
unionis tractatæ reſpiciunt, tamquam
omnium Eccleſiarum Capiti, ſive matri
& magiſtræ devotè parére: ipſe Impera-
tor, qui fatetur, & aſſerit a ſe depen-
dere negotium, ſuamque fore in his
D omnibus liberam poteſtatem, det ope-
ram efficacem, ut & præmiſſa fiant a
Prælatis eiſdem; & cætera omnia, quæ
ad ſolidationem unionis ejuſdem per
Nos, ut inferiùs exprimitur ſunt peten-
da, plenariè per omnia compleantur.
10. Item ſuper eo quòd dictus Imperator in
præfatis ſuis litteris petiit, ut Eccleſia
Græcorum dicat Sanctum *Symbolum*,
ſicut dicebat hoc ante Schiſma, & ipſi
d E Græci maneant in ritibus ſuis [d]; reſpon-
dendum eſt, quòd unitas *Fidei* non pa-
titur diverſitatem in profeſſoribus ſuis
ſive in profeſſione, ſive in decantatione,
vel alia ipſius *Fidei* publicatione, & ma-
ximè in decantatione *Symboli*, quod
quantò magis in Eccleſia frequentatur,
tantò apparere debet amplius uniforme:
& ideo deliberavit eadem Romana Ec-
cleſia, & vult ipſum cum adjectione illâ
Filioque tàm a Latinis, quàm a Græcis
uniformiter decantari; & quia de adje-
ctione illâ ſpecialiter actum eſt; & reco-
gnitio veræ *Fidei* occultari non debet,
ſed revelari potius, & publicè prædica-
ri. De cæteris autem Græcorum ritibus 11.
ſic reſpondendum eſt ſcilicet quòd ea-
dem Romana Eccleſia intendit Græcos,
quantum cum Deo poterit &c. [e] Cæte- e
rum dum ea, quæ agenda imminent, 12.
tractabuntur, ab injuriis &c. [f] Hæc au- f
tem ſunt illa, quæ petenda ſunt a Pa- 13. 14.
triarchâ, ceteriſque Prælatis, & Clero
cujuslibet Civitatis, Caſtri, Vici, ſive
Loci, ſcilicet quòd ipſi omnes, & ſin-
guli ſingulariter *Fidei* veritatem, & ejuſ-
dem Rom. Eccleſiæ *Primatum* juxta ſe-
riem in litteris ejuſdem prædeceſſoris
Gregorii, quarum tenorem vobiſcum
defertis ad præſens &c. [g] In præmiſſis g
autem nullam decet Patriarcham, Præ- 15.
latos prædictos, aut Clerum conſuetudi-
nem, quòd jurare non conſueverunt,
allegare; cum nunquam caſus ſimilis ac-
ciderit, cujus poſſit conſuetudo præten-
di; nec hujuſmodi conſuetudines per
uſurpationem adverſus ſuperiores & jura
ipſorum & maximè adverſus Romanam
Eccleſiam tali tempore videlicet *Schiſ-
matis* contra canones uſurpatæ ſunt ali-
quatenus obſervandæ, nec dicendæ tàm
conſuetudines, quàm abuſus. Volumus 16. 17. 18. 19.
præterea, ut in eorum &c. [h] Item me- h
morandum, quòd poſt expeditum tracta- 20.
tum præmiſſorum, vel dum præmiſſa
tractantur, & executioni mandantur,
prout opportunitas obtulerit, & videbi-
tur expedire negotio, tangendum eſt,
quomodo Eccleſia Romana miratur, quòd
Prælati, & alii non curaverint adhuc ſta-
tui ſuo ex conſideratione præteriti tem-
poris providere. Cum enim ratione
Schiſmatis, in quo erant, multoties
latæ

(a) Multiplicatio litterarum: Idipſum petiit Joannes PP. in ſuo *Memoriali* n.11.

(b) Gregorio: X. hujus nominis: hæc omnia obtinuit Pontifex ex litteris *Palæologi*, & *Andronici* apud Raynaldum ad ann.1280. n.19. & ſeqq.

(c) Non in papyro: *Tam in papyro, quam in pergameno* ait Joannes PP. in cit. Memoriali n.11.

(d) In ritibus suis: Hoc ipſum petiit Palæologus a *Joanne XXI.* ex ejus Memoriali n.13.

(e) Cum Deo poterit &c. Ut in cit. Joan. Papæ Memoriali n.15. uſque *minime derogetur*.

(f) Ab injuriis &c. Ut ibidem n.13. & 14. uſque *conſenſus habebitur*.

(g) Ad præsens &c. Ut ſupra n.16. & 17. uſque *& hæc Sancta Evangelia*; mutato nomine *Joannis XXI.* in illud *Nicolai III.*

(h) In eorumdem &c. Ut ibi n.18. 19. 20. 21. & 22. uſque in finem, ſeu *diligentius conſervanda*.

Digitized by Google

latæ ſint ſententiæ contra eos, miran-
dum occurrit, quòd ipſi quoad relaxa-
tionem ſententiarum ipſarum tàm Præ-
lati, quàm alii Clerici, & perſonæ Ec-
cleſiaſticæ ſuper *irregularitate*, quam ex
conſequentiâ incurrerunt, ſe immiſcen-
do Divinis, nullum adhuc petierunt re-
21. medium adhiberi. Item miratur Eccle-
ſia, quòd Patriarcha, & alii Prælati poſt
confeſſionem *Fidei* factam, recognitum,
& ſuſceptum *Primatum* Eccleſiæ Roma-
næ, ac obedientiam promiſſam eidem
ſuper confirmatione ſtatus ſui nullam
22. proviſionem petere curaverunt. Ex hoc
autem ſumi poteſt occaſio, & ingreſſus
ad ſuggerendum Imperatori & aliis, ut
petant ab Eccleſiâ Romanâ *Cardinalem*,
qui ſuper his valeat providere, & ad
omnia alia, quæ infra de *Legato* dicun-
23. tur. Scire quidem vos volumus, quòd
Noſtræ intentionis exiſtit, *Legatum* ad
partes illas mittere *Cardinalem*, ut omnia
majori ſoliditate firmentur, & quaſi
quamdam executionem habeant per eum-
dem, ipſo tamquam *Legato* Sedis Apo-
ſtolicæ ipſius auctoritate, ac nomine ju-
riſdictionem, & alia, quæ ad *Legati*
a ſpectant officium inibì exercente [a]: pro-
pter quod volumus, quòd cautè ac dili-
genter ſtudeatis viam ejus adventui præ-
parare in collationibus habendis cum di-
cto Imperatore Græcorum aliqua inſe-
rendo, quòd multum eſſet utilis in par-
tibus illis præſentia *Cardinalis*, qui au-
ctoritatem plenam haberet. Et tandem
poſt talia tractata, & quaſi circa conſer-
vationem ipſorum ultra in verbo hujuſ-
modi procedendo, & ſuggerendo eidem
Imperatori, quòd ipſe *Legatum* peteret
Cardinalem; & ſive ad hoc induci poſſit,
ſive non; inveſtigandum eſt cum diligen-
tiâ & cautelâ, quomodo ſecurè poſſit in-
trare Terram, & ibi eſſe *Legatus*; & un-
de ſumtus habere, & quales. Et forſan
ad hoc melius & cautius inveſtigandum
utilius erit a primo uti quæſtionibus,
quàm aſſertionibus; ut quæratur ab eo,
ſi habetur ſcriptum, vel eſt memoria
apud eos, qualiter ibi *Legati* Sedis Apo-
ſtolicæ ſint admiſſi; qualiter honorati;
qualiter exhibiti; qualis obedientia, &
reverentia exhibeatur eiſdem; ubi ſpe-

A cialiùs conſueverunt convenire, quo-
modo Prælati, & alii veniebant ad voca-
tionem ipſorum; qualiter parebatur eis
in judiciis contentioſis, & aliis etiam:
cum qualibet, & quantâ familiâ conſue-
verant ibi eſſe. Et ſi reſpondeat ita ple- 24.
nè, quòd ea, quæ dixerit, ſufficiant;
prout ſtatus exigit *Cardinalis Legati*;
danda eſt opera, ut ipſius reſponſio ha-
beatur in ſcriptis, vel in ſcripturam eo,
ſi fieri poſſit, conſcio redigatur: ſi verò
B non ſufficiant ea, quæ dixerit; tunc
exprimenda ſunt ea, quæ inter Latinos
obſervantur circa *Legatos Cardinales* tàm
de conſuetudine, quàm de jure, videli-
cet quam plenam poteſtatem habeant in
Provinciis ſibi creditis; quàm plene ho-
norentur, & reverenter tractentur; &
humiliter paretur eiſdem, & honorificè
exhibetur. Hæc autem nec ita ſimul, 25.
nec ſic effuſo ſermone dicenda ſunt, quòd
gravia videantur, ſed verbis temperatis
C & moderatis, quæ non ſeducant, vel
retrahant, ſed inducant, & attrahant
animum audientis, inductis etiam ali-
quibus rationibus, & ſpecialiter quomo-
do *Legatus* maximè *Cardinalis* vicem
Papæ gerit, & perſonam repræſentat in
Provinciâ ſibi decretâ; & tàm ſpiritua-
liter quàm temporaliter conſulere, ac
remedium adhibere poteſt in multis.
Item quia multa puritas, & ſinceritas 26.
D videretur ex parte ipſius, & familiaritas
inter Eccleſiam Romanam, & ipſum;
nec non inter ipſam Eccleſiam Roma-
nam, & Græcam evidentiùs appareret,
ſi *Cardinalis Legatus* ad ipſius petitio-
nem & inſtantiam mitteretur; ſed & in
eo diligentia eſt adhibenda, ut quicquid
circa hoc poſſet ab ipſo per ſcripturam
haberi, habeatur. Item quia omnia, 27.
quæ circa iſtam materiam invenientur
ſive per ſigna, ſive per conjecturas, ſive
E per verba, illo attendantur diligentiæ
ſtudio, quòd poſtmodum plenariè, ſe-
riatim, & certitudinaliter, quantum
fieri poterit, referantur. Item attenden- 28.
dum, quòd in quibuſdam litteris, quæ
vobis Nunciis diriguntur, & incipiunt:
Deſiderantes, ut ea, quæ ad unionem &c.[b] b
Datur vobis ſub certâ formâ poteſtas
excommunicandi auctoritate Apoſtolicâ
eos

(a) Exercente: Quæ fruſtra excogitata fuere, atque dictata, cum nunquam Card. Legatus eò fuerit.

(b) Quæ ad unionem &c.: Videlicet proximæ præcedentes.

Digitized by Google

eos de partibus illis, quos negotii unionis ejuſdem fore vobis conſtiterit turbatores, cujuſcumque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus exiſtant; & in terras eorum *Interdicti* ſententias proferendi; nec non & procedendi aliàs ſpiritualiter, & temporaliter contra ipſos, & terras eaſdem, prout utilitati negotii conſideratis ejus circumſtantiis videritis expedire. Quòdque cum ſimilis poteſtas data
a fuerit per Sedem eamdem [a] duobus Epiſcopis videlicet *Ferentinati*, & *Taurinenſi*, qui una cum aliis noviſſimè per Sedem ipſam ad idem negotium deſtinati fuerunt; dictus Palæologus ipſos inſtantiſſimè requiſivit, & apud eos multoties, & multipliciter inſtitit, ut contra quoſdam Magnates, & Nobiles Græcos partium illarum, qui prædictis Imperatori Conſtantinopolitano, & Regi Siciliæ adhæſerunt, & ipſis ſe confœderaverunt ipſumque Palæologum impugnare dicuntur, tamquam contra turbatores prædictæ unionis procederent eos excommunicando, & excommunicatos publicè nuntiando, ac ipſorum Terras ſupponendo Eccleſiaſtico *Interdicto*: ipſi tamen Epiſcopi poſt inquiſitionem ſuper hoc factam non proceſſerunt in aliquo contra eos conſultiùs attendentes, quòd nec prædicti prædeceſſores Gregorius,
b & Innocentius [b] hujuſmodi Palæologi ejuſdem inſtantiæ ipſis generaliter contra omnes recedentes, & receſſuros a fidelitate ſuâ porrectæ annuere voluerunt; ſicut apparet in litteris ejuſdem Innocentii, quæ miſſæ fuerunt eidem Palæologo, quæ incipiunt ſic: *Cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro Palæologo &c. Du-*
c *dum ad Sedem Apoſtolicam &c.* [c] Unde & vos, ſi forſan idem peteretur a vobis, multum habetis attendere tàm ipſius prædeceſſoris Innocentii proceſſum,
d quàm dictorum [d] in hac parte conſtantiam, & maturitatem; ut & vos non faciles, nec præcipites in hoc inveniamini, ſed diligentes, ſolliciti, & maturi; & ita demum contra illos procedatis, ſi manifeſtè conſtiterit, eos eſſe turbatores unionis ejuſdem; non eo ipſo quòd a fi-
A delitate, ſeu ſubjectione dicti Palæologi ſe ſubtraxiſſe, præfatis Imperatori Conſtantinopolitano, & Regi Siciliæ adhæſiſſe, eiſque ſe confœderaſſe, ac eumdem Palæologum impugnare dicuntur; ſed ſi directè veniunt contra ipſam unionem; & directè impediunt, ne Græci & Latini in caritate mutuâ, unitate *Fidei*, Eccleſiæ Romanæ *Primatu* recognito & ſuſcepto ſub ipſius *obedientia* uniantur.
Item licet in proſecutione illorum, quæ 19.
B vobis commiſſa ſunt, ſummopere ſit cavendum, ne per vos aliquid dicatur, vel fiat, per quod negotium rumpatur; aut ipſius, quantum in vobis eſt, rupturæ detur occaſio: volumus tamen, ut non illa ſuperficie tenus; ſicut ab aliquibus hactenus factum eſt; ſed ſic eorum intima & profunda ſcrutemini, & reſponſionem affirmativam, vel negativam, ſeu reſponſionis denegationem expreſſam habere ſatagatis ad ſingula, ut in veſtro
C reditu Divinâ propitiante Clementiâ ita poſſit eadem Sedes ſuper toto negotio informari, quòd apertè videre valeat, quid in eo ſibi ſuperſit agendum.

NICOLAUS &c. LXXVII.

Eiſdem.

D Licet in *Memoriali* vobis tradito ſuper his, quæ apud cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum M. *Palæologum* Græcorum Imperatorem illuſtrem, ejus Primogenitum, & Prælatos, totumque Clerum Græcorum vobis imminent promovenda, inter cætera continentur in formâ juramenti præſtandi a Prælatis in eodem *Memoriali* contenta, quòd iidem Prælati promittant manualem *obedientiam* &c. [e] e

---

E *Facultatem impertitur aſſumendi* Interpretes *Græcos cujuslibet Ordinis, ac Profeſſionis, eoſque etiam compellendi ad Miniſterii proſecutionem ſi non ab omnibus, a duobus tamen eorum obeundam.* (Ex Vatic. Reges. Pontip. epiſt. 368. anno 1.)

NICO-

(a) Per Sedem eamdem: Nimirum a *Joanne XXI.* anno 1276.

(b) Gregorius, et Innocentius: *X.* anno 1274., & *V.* anno 1276.

(c) Sedem Apostol.: Eaſque legimus apud cit. Martene &c. to. 7. col. 286. epiſt. 23.

(d) Dictorum: Epiſcoporum *Ferentin.*, & *Taurinen.*, aliorumque.

(e) Obedientiam &c. Ut in Joannis XXI. *Schedula* poſt ejus Memoriale cit. n. 4. 5. & 6. uſque in finem, ſeu *arbitrio terminandum*; eſtque nunc in Regeſ. Vatic. epiſt. 367. dat. ut ſupra.

Digitized by Google

LXXVIII.
Anno 1278. die 11. Octobris.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri Bartholomæo Epiſcopo Groſſetan., *& dilectis Filiis Fratribus* Bartholomæo *de Senis Miniſtro Syriæ*, Philippo *Peruſino*, *&* Angelo *Urbevetano Lectoribus Ordinis Minorum Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

CUM vos ad partes *Romaniæ* cum Cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro Michaele *Paleologo* Imperatore Græcorum Illuſtri, & *Prælatis* illarum partium tractaturos aliqua ſuper magnis, & arduis negotiis deſtinemus: ad quorum proſecutionem non eſt dubium vos Fidelibus in utrâque linguâ peritis *Interpretibus* indigere; aſſumendi perſonas aptas, & ydoneas ad hujuſmodi Miniſterium, ſeu alias ad commiſſa vobis negotia utiles, cujuſcumque Ordinis, vel Profeſſionis exiſtant; & ipſas ad proſecutionem ipſius etiam compellendi plenam, & liberam vobis auctoritate præſentium concedimus facultatem; ita quòd ſi duo ex vobis in aſſecutione præmiſſorum contingat quomodolibet impediri; reliqui duo eadem nihilominus proſequantur. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Non obſtantibus, ſi perſonis eiſdem, aut quibuſlibet aliis cujuſvis Ordinis, Profeſſionis, aut Religionis exiſtant, vel ipſis etiam Religionibus, Profeſſionibus, vel Ordinibus ſit indultum, quod Profeſſores earum ad aliquod officium, vel miniſterium cogi, ſeu quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem; & quâlibet aliâ præfatæ Sedis indulgentiâ generali vel ſpeciali, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus præſentium quomodolibet impediri valeat, vel differri.

Concedit ut ſupra.

Obſtantibus derogando.

Datum Viterbii v. Idus Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

A

Pro motibus bellorum comprimendis, concordiaque cum Græco ineunda mittendi utrinque Nuncii *ad fœdus, vel inducias ſtatuendas*. (Ex REGESTO VATIC. epiſt. 153. apud WADDINGUM ad hunc ann. n. 17. nunc ep. 172. teſtante idipſum RAYNALDO n. 16., & apud MARTENE &c. to. 7. Vet. Monumen. col. 475. epiſt. 46.)

NICOLAUS PP. III. An. Ch 1278.

LXXIX.
Anno 1278. die 18. Octobris.

NICOLAUS &c.

Cariſſimo in Chriſto Filio [a] Regi Siciliæ *Illuſtri Salutem*, *& Apoſtol. Bened.*

SICUT tum novimus Excellentiam non latere, fel. record. JOANNES PAPA [b] prædeceſſor Noſter, certis ad partes Græciæ ſuper tractatu *Spiritualium* proſequendo Nuntiis [c] deſtinatis, Chariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum *Michaelem Palæologum* Imperatorem Græcorum Illuſtrem per ſuas ſub certâ formâ litteras [d] diligenter monuit, & induxit; ut ſuper *temporalibus*, quæ inter Chariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum *Philippum* Imperatorem Conſtantinopolitanum [e] Illuſtrem, ac te ipſum ex parte unâ & cum ex alterâ diſſentionis materiam ſubminiſtrant, animum ſuum habilitans, & diſponens ad pacem; ac vias, & modos excogitans, per quos poſſet ſuper eiſdem *temporalibus* ſedari diſcordia, & concordia provenire ſuper illis; prædictos ejuſdem Prædeceſſoris *Nuncios* informare, ac ſuos Apocriſarios ad pacem animum, & mandatum habentes proſecuturos eoſdem modos, & vias ad ejuſdem Prædeceſſoris præſentiam infra certum tempus in eiſdem litteris compræhenſum deſtinare curaret: Et ne interim hinc, vel inde moleſtiæ, vel offenſæ procederent, inter eos certas treugas certi temporis perſuaſit iniri. Verùm quia ſuper his adhuc optatus exitus non provenit [f]; Nos Venerabilem Fratrem Noſtrum *Bartholomæum Epiſcopum* Groſſetanum, & dilectos Filios Fratres *Bartholomæum* de Senis Miniſtrum Syriæ, *Philippum* Peruſinum, & *Angelum* Urbevetanum

Joannis XXI. Nuncios, & litteras ad Græcorum Imperatorem commemorat

pro concordia inter eum, & alios componenda

vias, & modos excogitantis,

ac Nuncios ad ſe depoſcentis, induciaſque ſuadentis.

Nuncii Pontificii pro ea re ac aliis mittuntur ad Græcos.

(a) FILIO...: *Carolo I.* pro Genero ſuo *Philippo* Imp. CP. cum Palæologo contendente, erat enim ille filius *Balduini II.* Imp. CP.

(b) JOANNES PAPA: Hujus nominis XXI.

(c) NUNCIIS: Quos habes in epiſt. 31. & ſequent. ejuſdem Jo. XXI. incip. *Quanto gaudio, quantaque &c.* ut ſupra fol. 267.

(d) LITTERAS: Hoc autem loco apud cit. Martene additur: *quas fecit cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro Philippo Imp. Conſtantinopolitano, & tibi tunc in Curia Romana præſentibus exhiberi*; quæ non habentur in Annal. Eccleſ., ſuperius tamen habes a nobis vulgatas num. 32.

(e) IMPERATOREM CP.: Titulo tenus, & Latinorum.

(f) NON PROVENIT: In 70. epiſt. *Ex more quemvis &c.* Pontifex ait, Paleologum nullum litteris illis reſponſum dediſſe.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1278.

tanum Lectores Ordinis Minorum [a] ad partes Græciæ ad proſequendum, quæ circa tractatum ſpiritualium inter *Latinos*, & *Græcos* opportuna reputavimus, deſtinantes ſuper temporalibus memoratis per Noſtras ſub certâ formâ litteras [b] apud dictum Palæologum eamdem monitionis, inductionis, & perſuaſionis inſtantiam iteramus. Ideoque Serenitatem Regiam monemus, rogamus, & hortamur attentè in Domino Jesu Christo, quatenus prudenter conſiderans, quòd ſedatio diſſenſionis ejuſdem ſpiritualiter, & temporaliter eſt multipliciter utilis; & ob hoc Nobis valde votiva; ſuper dictis treugis ineundis ita provideas, & ab eodem Imperatore Conſtantinopolitano [c] provideri procures; quòd vel inibi opportuno tempore ipſius Imperatoris Conſtantinopolitani, & tui Nuncii cum mandatis ſufficientibus ſint parati pro *treugis* [d] ineundis eiſdem, & ipſis firmitatibus opportunis, & debitis roborandis; vel ſi ipſi Imperatori, & tibi non videtur hoc poſſe in partibus illis de facili fieri, aut ſecuritatibus debitis roborari; cum Apocriſarios ejuſdem *Palæologi* juxta præmiſſam Noſtram inſtantiam venire contigerit; ejuſdem *Imperatoris Conſtantinopolitani*, & tuis Nunciis ad hoc concurrentibus coram Nobis, & ad omnia ſufficienter inſtructis, tàm ſuper ipſis treugis, quàm ſuper principali negotio liberè, & efficaciter auctore Domino procedatur.

Monet Pontifex, & hortatur Regem, ut inducias inire ſtudeat,

& Nuncios ad Sedem Apoſtolicam mittat.

Datum apud Caſtrum Capranicæ [e] xv. Kalendas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo [f].

Oſtendit, quomodo Nuncios Palæologi Imp. Græcorum *reddere poſſit ſecuros ſine dignitatis Regiæ, tractatuſque concordiæ diſpendio*. (Ex Vat. Reg. Pont. ep. 364. anni 1.)

NICOLAUS &c. LXXX. Anno 1278. die .. Octobris.

Eidem.

Licet a te pro Nuntiis Cariſſimi in Chriſto Filii Noſtri Michaelis *Palæologi* [g] Imperatoris Græcorum Illuſtris per alias Noſtras litteras [h] Regias ſecuritatis litteras poſtulemus; eaſque velut utiles, & oportunas negotio reformandæ concordiæ, de quâ agitur, concedi velimus; tu autem indemnitati Regiæ præcavens, faciendo eos aſſociari, vel aliàs ſecretè ac cautè poteris ordinare, & per Officiales, & alios fideles tuos diligentiùs præcaveri, ne per hoc durante ipſo tractatu quicquid poſſet in tuum, vel tuorum diſpendium machinari [i].

Datum apud Caſtrum Capranicæ xv. Kalendas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Dat copiam teſtandi, & de quibuſdam rebus libere diſponendi. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 87. anno 1. teſte etiam Waddingo ad hunc ann. num. 25.)

NICOLAUS &c. LXXXI. Anno 1278. die 21. Octobris.

Venerabili Fratri V. [k] *Epiſcopo* Egitanien. [l] *Sal., & Apoſtol. Bened.*

Exordium.

Quia præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem, & ea quæ viſibilem habent eſſentiam, tendunt viſibiliter ad non eſſe. Tu hoc ſalubri meditatione præmeditans diem tuæ peregrinationis extremum diſpoſitione teſtamentariâ deſiderans prævenire. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati, ut de bonis mobilibus Eccleſiaſticis tuæ diſpenſationi, ſeu adminiſtrationi commiſſis, quæ non fuerint altarium Eccleſiarum tibi commiſſarum miniſterio, ſeu alicui

Pontifex annuens concedit, ut ſupra cum exceptione,

(a) Lectores O. M.: In ſuperioribus epiſtolis commemoratos, & pro quibus eidem Regi alias litteras direxit incip. *Licet a te &c.* eodem die datas; eſtque epiſt. 374. cit. Regeſ. Vatic.; & alias *Variis dudum &c.* epiſt. 375. cit. Regeſ.

(b) Litteras: Incip. *Sicut ex litterarum &c.*, & *Ex more quemvis &c* proxime vulgatas.

(c) Imperatore Constantinopolitano: Latinorum *Philippo* ſupradicto.

(d) Pro treugis: Seu induciis ſed nunquam ineundis.

(e) Capranicæ: Hetruriæ Oppido in Patrimonio S. Petri Diœceſis Sutrinæ, a qua Civitate parum diſtat.

(f) Scripſit etiam Pontifex *Philippo Imp.* Conſtantinopolitano, ut inducias armorum iniret cum *Paleologo*, Oratores ad Sedem Apoſtolicam ad controverſiam dirimendam mitteret, & Græcorum apocriſariis liberum commeatum concederet ex cit. Waddingo, & Raynaldo n. 16., eſtque nunc epiſt. 173. cit. Regeſti Vatic.

(g) Palæologi: Cujus cum Nunciis ibant & Nuncii Pontificii O. M. ex epiſt. *Variis dudum &c.* paulo poſt legenda.

(h) Nostras litteras: Adhuc deſideratas.

(i) Machinari: Metuebat enim Rex Siciliæ, ne Nuncios Imp. Græcorum excipiendo, eiſque opitulando, adhuc diſcordia gliſcente, ſibi detrimentum inferret; hinc pro iiſdem litteras incompletas dedit, ut apparet ex cit. epiſt. *Variis dudum &c.*

(k) Ven. Fratri V.: *Valaſco* O. M., de quo in 1. & 2. huius Operis tom. crebra mentio facta legitur.

(l) Egitanien: In Luſitania eò tranſlato ex Famauguſtana Sede anno 1267. die 17. Septemb. ut ibi.

Digitized by Google

alicui ſpeciali Eccleſiarum earumdem Divino cultui, vel uſui deputata, vel quæ *Ordinis Fratrum Minorum*, quem fuiſti profeſſus, non exiſtant; nec non & quibuſcumque bonis mobilibus a te per Eccleſiam, ſeu Eccleſias licitè acquiſitis pro decentibus & honeſtis expenſis tui funeris, & pro remuneratione illorum, qui tibi viventi ſervierint, ſive ſint conſanguinei, ſive alii juxta ſervitii meritum, teſtari, ac diſponere poſſis, & aliàs priùs tuæ Eccleſiæ ære alieno deducto, ut ipſa Eccleſia non remaneat debitis obligata, de ipſis in pios uſus, ac licitos convertendis Fraternitati tuæ plenam & liberam auctoritate præſentium concedimus facultatem. Volumus tamen, ut in eorumdem Eccleſiaſticorum diſpoſitione bonorum juxta quantitatem reſidui erga Eccleſias, a quibus eadem percepiſti, te liberalem exhibeas; prout conſcientia tibi dictaverit, & ſaluti animæ tuæ videris expedire.

& præceptione.

Datum apud Burgum S. Johannis [a] XI. Kalendas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo [b].

Rogat, ut Regiis litteris ſecuritatis pro Nunciis Palæologi Imp. Græcorum de familiis, equitaturis, & bonis eorumdem mentionem adjiciat. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 375. anno I.)

LXXXII.

Anno 1278. die ... Octobris.

NICOLAUS &c.

Cariſſimo in Chriſto Filio .... Regi Siciliæ Illuſtri Sal., & Apoſtol. Ben.

Variis dudum [c] ſuper ſpiritualibus & temporalibus, quæ inter cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum *Philippum* Imperatorem Conſtantinopolitanum Illuſtrem, ac *Te* ipſum ex parte unâ, & Cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum Michaelem *Palæologum* Imperatorem Græcorum Illuſtrem ex alterâ diſſentionis materiam ſubminiſtrant, tractatibus habitis, ut hujuſmodi ſedaretur diſcordia, & concordia proveniret; Nos ſolerti ſtudio præcavere volentes; ne interim hinc, vel inde moleſtiæ, vel offenſæ procederent, quæ inter partes concordiam impedirent; Regali Excellentiæ nuper inſinuare curavimus [d], quod Venerabilem Fratrem Noſtrum *Bartholomæum Epiſcopum* Groſetan., & dilectos Filios Fratres *Bartholomæum* de Senis Miniſtrum Syriæ, *Philippum* Peruſin., & *Angelum* Urbevetan. Lectores Ordinis Minorum cum Nuntiis ejuſdem Palæologi, qui ex parte ſuâ propter hoc ad Sedem Apoſtolicam acceſſerunt, & ad ipſius præſentiam revertuntur, ad partes illius decernimus deſtinandos; Serenitatem Regiam monentes, rogantes, & attentiùs hortantes in Domino Jesu Christo, ut Nuntiis ejuſdem Palæologi tàm præſentibus quàm futuris, nominibus non expreſſis, litteras plenæ ſecuritatis Regiâ liberalitate concederes; ut ipſi per regnum, terras, & loca tàm citra mare quàm in partibus Romaniæ tuæ dictioni ſubjecta per terram & Mare in eundo, morando, vel aliàs quomodolibet ingrediendo, & exeundo Regnum, Terras, Loca, & Mare prædicta liberè ſine qualibet moleſtiâ procedere valeant, tractatu ipſo durante, Nobis hujuſmodi tuas litteras celeriter propter imminens tempus paſſagii per Noſtrum, qui ad te prædictas Noſtras litteras detulit, Nuntium tranſmiſſurus. Licet autem Tu tanquam devotionis Filius tuas ſuper hujuſmodi ſecuritate ſub certâ formâ litteras per eundem Noſtrum Nuntium, quod gratum, & acceptum habuimus, curaveris deſtinare; quia tamen in eis de familiis, equitaturis, ſomariis [e], & cæteris bonis Nunciorum ipſorum mentio non habetur; Serenitatem Regiam monemus, rogamus, & hortamur attentè in Domino Jesu Christo, quatenus ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis, & Noſtram ad omne ambiguitatis dubium ſubmovendum in eâdem formâ prædictarum litterarum tuarum de ipſis familiis, equitaturis, ſomariis, & cæteris bonis eorum expreſſam adjici faciens mentionem, alicui

(a) Apud Burgum S. Johannis: Poſt Oppidum Capranicæ Romam verſus, quò Pontifex tendebat, pervenitque prope finem hujus menſis.

(b) Obiit porrò *Valaſcus* paulopoſt *apud Sedem Apoſtolicam* nimirum Romæ ex 91. Bulla *In diſpenſatione &c.* infra relata.

(c) Dudum: Per Joannem XXI., & iſtum Pontificem, ut eorum litteræ teſtantur.

(d) Nuper insinuare curavimus: De qua re litteræ deſiderantur.

(e) Somariis: Pro Sarcinis, & utenſilibus vulgo *arneſi*, & *bagaglie*.

Digitized by Google

cui de præfatis Noſtris Nuntiis, qui te ſuper hoc duxerit requirendum, petitæ ſecuritatis litteras in formâ præmiſsâ cum hujuſmodi adjectione concedas.

a Datum Romæ apud S. Petrum [a] .... Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Conſtituitur Collector Decimæ *pro Terræ Sanctæ ſubſidio in Ducatu Spoletano, Marchia Anconitana, Patrimonio S. Petri Tuſcano, & Romania cum inſtructione colligendi.* (Ex Vatic. Regeſ. Pontif. epiſt. 189. anno 1., teſte etiam Raynaldo ad hunc ann. n.81.)

LXXXIII.
Anno 1278. die 13. Novembris.

NICOLAUS &c.

b c *Venerabili Fratri* B. [b] *Epiſcopo* Eugubino [c] *Salutem, & Apoſtol. Benedict.*

Pontificis ſollicitudo pro Terræ Sanctæ ſubſidio.

INTER cætera hoc præcipuum inſidet cordi Noſtro, ut ſubſidium contra immanes Saracenorum impetus, quibus *Terra Sancta* jugiter, proh dolor! infeſtatur, olim in generali Lugdunenſi *Concilio* [d] deliberatione providâ ordinatum fidæ perſonæ ſolertiâ colligatur; propter quòd cum Perſonam ſubtrahi contingat ad hoc per Sedem Apoſtolicam deputatam, illi aliam ſtudemus vigilanter ydoneam ſubrogare, ne quodammodò contingat dictæ *Terræ* negotium debitâ hujuſmodi ſubſidii præſtatione, ſuccreſcente negligentiâ, defraudari. Sanè dudum fel. record. Gregorius Papa [e] prædeceſſor Noſter quondam *Leonardum* Archidiaconum Spoletanum collectorem *decimæ* omnium Eccleſiaſticorum proventuum & reddituum, quam ipſe in *Terræ Sanctæ* ſubſidium, præfato approbante generali Concilio, conceſſerat in partibus Ducatus Spoletani, Marchiæ Anconitanæ, Patrimonii Sancti Petri in Tuſciâ, Romaniolæ, & Maſſæ Trabariæ [f], ut accepimus, deputavit: Verùm quia eodem *Leonardo* ſublato de medio collectio *decimæ* negligitur in partibus memoratis; Nos negotium dictæ Terræ cupientes ſedulis ſtudiis promovere, ut tandem, auctore Deo, votivo dirigatur proceſſu; ac

Collector Decimæ a Gregorio X. deputatus,

A de tuâ circumſpectione gerentes in Domino fiduciam pleniorem te in hujuſmodi collectionis miniſterio *decimæ* eidem Leonardo duximus ſubrogandum; Fraternitati tuæ præſentium auctoritate mandantes, quatenus prædictæ *decimæ* colligendæ in dictis partibus ſubſcripto modo ſollicitè curam geras, videlicet in ſingulis Civitatibus, & Diœceſibus partium earundem de conſilio Locorum Ordinarii, aut ejus Vicemgerentis, ſi Diœceſanus ipſe abſens fuerit, & duorum fide dignorum de Eccleſiâ Cathedrali conſtitutorum in dignitatibus, ſeu aliorum quoad non exemptos; quoad exemptos verò de conſilio aliquorum de contratâ deputes duas Perſonas fide, facultatibus, ſi tales inveniantur comodè, ac aliàs ydoneas ad collectionis hujuſmodi miniſterium exequendum. Collectores verò, quos, ut præmittitur, deputabis, in formâ jurare facias infraſcriptâ. Et tu nihilominus partes eaſdem circumeas diligentiùs ſcrutaturus, qualiter in commiſſo ſibi dictæ collectionis officio iidem ſe habeant collectores, qualiter ipſis de *decima* ſatisfiat, collectamque per illos ex *decima* ipsâ pecuniam de prædictorum Ordinarii, & aliorum conſilio facias per Collectores eoſdem in tutis locis vel loco deponi. Tibi quoque cum conſilio eorundem Ordinarii, & aliorum mutandi Collectores ipſos, quotiens videris expedire, ac eos compellendi ad reddendum coram eiſdem Ordinariis, & aliis tibi computum de collectis; & contradictores quoslibet auctoritate Apoſtolicâ per cenſuram Eccleſiaſticam compellendi plenam eâdem auctoritate concedimus poteſtatem. Et ut tàm tu, quàm dicti Collectores fructum de veſtris laboribus reportetis, præmiſſa tibi in eis in remiſſione peccatorum injungimus, & nihilominus a præſtatione *decimæ* per annos illos, quibus circa ea laborabitis, volumus vos eſſe immunes. Te præterea illius *indulgentiæ* concedimus eſſe participem, quæ Crucesignatis perſonaliter transfretantibus in terræ præfatæ ſubſidium

cui defuncto Pontifex ſubſtituit Epiſcopum Eugubin.,

eique declarationes pro iis cogendis adjecit,

& facultates in ſubcollectores.

Ipſi, ejuſque ſubcollectoribus dantur indulta.

Inſuper Epiſcopo Indulgentia, & pecunia

(a) Apud S. Petrum ...: Deeſt dies, & menſis quo data eſt epiſtola: ſed nonniſi poſt diem 22. *Octobris*, quo adhuc Pontifex *apud Burgum S. Joannis*, dedit præcedentes litteras; & cum *idibus Novembris* jam Romæ degeret ex inſequenti epiſtola; conjicimus, ante Feſtum diem *omnium Sanctorum* Pontificem Romam ſe contuliſſe, & exeunte Octobri has litteras dediſſe.

(b) B.: *Benvenuto* Ord. Min., de quo in aliis ſupra relatis litteris actum eſt.

(c) Eugubino: In Umbria hoc anno nonis Junii promoto.

(d) Concilio: II. anno 1274. celebrato.

(e) Gregorio Papa: Hujus nominis X.

(f) Maſſæ Trabariæ: In finibus Marchiæ Anconit., Romaniæ, Umbriæ, & Tuſciæ conſtitutæ.

Digitized by Google

Nicolaus PP. III. An. Ch. 1278.

dium eſt conceſſa; & quòd de pecuniâ ex ipsâ *decima* colligenda ſingulis diebus, in quibus circa præmiſſa vacabis, unum *florenum* aureum, vel valorem ipſius percipias pro expenſis; non obſtante, ſi aliquibus a Sede Apoſtolicâ ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, quæ de indulto hujuſmodi, ac totâ ejus continentiâ de verbo ad verbum, & de propriis Locorum, & Perſonarum nominibus ſpecialem, plenam, & expreſſam non fecerint mentionem; ſive quibuſlibet aliis privilegiis, indulgentiis, vel litteris, quibuſcumque dignitatibus, Ordinibus, locis, vel Perſonis generaliter, aut ſpecialiter, ſub quâcumque formâ, vel conceſſione verborum ab eâdem Sede conceſſis, de quibus, quorumve totis tenoribus de verbo ad verbum in Noſtris litteris plena, & expreſſa mentio ſit habenda. Volumus autem, ut frequenter Nobis ſcribere ſtudeas, quid actum fuerit in quâlibet Provinciâ tàm circa Collectores, quàm circa collectionem, quantitatem ipſius collectam, depoſitionem, locum depoſitionis, ac modum; & inſuper de præmiſſis fideliter ac ſollicitè proſequendis præſtes ſacroſanctis Evangeliis juramentum; conſiderans itaque quòd in præmiſſis negotium Dei proſequeris, & in conſpectu agis ejus, qui cuncta diſcernit; ſibique, nec non & Nobis, qui circa hæc omnem diligentiam adhibere intendimus, teneberis reddere rationem ab utroque pro meritis recepturus; ſic prudenter in illis habere te ſtudeas, ſic conſultè, quod in utriuſque judicio non ſolùm vites pœnæ, confuſioniſque diſcrimina, ſed laudis titulos, & gratiam, ac retributionis præmium aſſequaris. Forma autem juramenti, quod præſtare volumus Collectores eoſdem, hæc eſt. „ Juro ego ... a Vobis ... auctoritate Apoſtolicâ deputatus Collector ad exigendum, colligendum, & recipiendum *decimam* omnium reddituum, & proventuum omnium Eccleſiaſticorum ab omnibus Perſonis Eccleſiaſticis non exemptis in Civitate, & Diœceſi conſtitutis a Sede Apoſtolicâ pro ſubſidio *Terræ Sanctæ* conceſſam, quòd fideliter exigam, colligam, recipiam, atque cuſtodiam ipſam decimam, non diferendo in iis alicui Perſonæ cujuſcumque Ordinis, Status, conditionis, aut dignitatis exiſtat, prece, timore, gratiâ, vel favore, vel aliâ quâcumque de causâ in eam, integrè reſtituam, & aſſignabo prout a Vobis recepero in mandatis. Et ſuper premiſſis omnibus & ſingulis plenam & fidelem rationem reddam vobis; & ſi contingat vos officium, quod in præmiſſis geriris, dimittere, hæc eadem faciam juxta mandatum illius, qui ſubſtituetur in eodem officio; ſic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. „

cum obſtantium derogatione;

a quo & actorum notitiam exquirit,

& juramentum de fideliter re exequenda.

Forma juramenti.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Idibus Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ut vetera ab Imperatoribus Romanæ Eccleſiæ conceſſa privilegia a Principibus Alemanniæ *confirmari curet*. (Ex Reges Vatic. epiſt.48. apud Autorem Diſſert. Hiſt. de Summo Apoſtolicæ Sedis in Urbem Comitatumque Comacli imperio p.89. Append., teſte etiam Raynaldo ad hunc annum num. 44.)

LXXXIV.

Anno 1278. die 17. Novembris.

NICOLAUS &c.

Cariſſimo in Chriſto Filio Rodulpho Regi Romanorum *Illuſtri Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Exordium a laudibus Rodulphi.

CLaret in gentibus tuæ Serenitatis amænitas; refulgent in eâ radii claritatum, & ſuâ claritate proſperè ſuccreſcente reſplendent; ſicque infra Matris Eccleſiæ mœnia regale ſolium roboras, honoribus amplias, & adauges, feliciter magnificas incrementis: Talis quidem ſplendor mentem Noſtram clarificat, ſerenat, intrinſecat, & excitat affectus Patris ad Filium infra clauſtrum pectoris recumbentem; ut claris ſuccreſcas auſpiciis, ſecuré proficias, & in ipsâ Matre ſicut præclarus Filius ſolideris. Ad hoc enim cogitatus Noſtros extendimus, & plenis vigiliis roboramus; ut in quibuslibet tuis proceſſibus omnis maturitas obſervetur; ut ipſi conſultè, ac providè dirigantur, ad hoc intendimus, & ipſa laborat Eccleſia, quòd omnibus deliberatione plenariâ limitatis, & diſcuſſis, attentiùs Nos, & eadem Eccleſia grata jurium Noſtrorum perceptione lætemur, & illis clarâ diſtinctione fruamur; tuque tali præponderatione

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1278.

ne in omni puritate procedens quiete fulciaris acceptâ; & a futuris anfractibus præſerveris. Ad hoc quoque tua cum Noſtris debent vota concurrere; cum ex eis quies ſuccedat ſalubribus utriuſque, tua potiſſimè, qua ipſi Eccleſiæ charus aſtringeris, & affabiliter præſentaris. Sanè dudùm, ſicut noſti, Fili cariſſimè,

Nuncius Regis ad Sedem Apoſtolicam quid retulerit, exponit.

dilectus filius *Frater Conradus* [a] Miniſter Ordinis Fratrum Minorum ſuperioris Alemanniæ pro te ad Sedem Apoſtolicam deſtinatus devotionem ſinceram, & intentionem puram, quam ad Romanam geris Eccleſiam, Nobis & Fratribus Noſtris prudenter expoſuit, & omnia &c.[b] & pro te debitis, & plenis ſolemnitatibus recognovit, ratificavit, & etiam approbavit:

Et quid Gottifredus Regis Protonotarius,

& poſtmodum dilectus Filius *Gottifridus* &c.[c] tibi tranſmiſimus; & in aliis Noſtris tibi directis litteris[d] ſerioſiùs continentur. Nos autem, ut tuæ

Quæ Pontifex a Rodulfo petierit,

Serenitatis integritas reluceret, petivimus, quòd tu præmiſſa omnia, & ſingula per ſpecialia privilegia regali *Aurea Bulla* munita diſtinctè recognoſceres, ratificares, confirmares, innovares, & de novo concederes, omnia corporali præſtito juramento firmando; & ipſa privilegia ſuper iis, & aliis in eiſdem Noſtris contentis litteris de tuâ conſcientiâ, & expreſſo mandato conſcripta faceres *Aurea Bulla* typario tuæ Majeſtatis impreſſa muniri; ipſamque ad perpetuam ſoliditatem, & certitudinem pleniorem Nobis, & ipſi Eccleſiæ ſub formis, quas per eumdem *Fratrem* [e] tibi tranſmiſimus, exhiberi.

& obtinuerit.

Tu verò benedictionis Alumnus Apoſtolicis beneplacitis te conformans, aliqua ex eiſdem Privilegiis Nobis per eoſdem *Fratrem*, & Prothonotarium deſtinaſti; ſuper quo tuæ promptitudinis ſtudium multipliciter in Domino còmmendamus. Verùm quia nonnulla, quæ per Nos ordinata fuerant, & maximè præſtationem juramenti petitam, & aſſenſum *Principum*

Ad omiſſa vero ſupplenda novus Nuncius legatur,

omiſſa comperimus; dilectum Filium *Giffridum* de Anagnia [f] Decanum Eccleſiæ Sancti Audomari Morinenſis Diœceſeos Cappellanum Noſtrum ad te duximus deſtinandum; ut ſuppleantur omiſſa, & omnia ſoliditate debitâ complcantur; & pro celeriori præmiſſorum expeditione, prædicto Gottifrido ad te ad præſens cum eodem Decano remiſſo, prædictum *Fratrem Conradum* in Romanâ Curiâ retinemus, ut ipſe tractatum inter te, & chariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum *Carolum* Regem Siciliæ illuſtrem, prout negotii qualitas exegerit, proſequatur proſperâ, dante Domino, proſecutione complendum.

ſed Regis Nuncius retinetur, & quare.

Ut igitur affectus tuæ Devotionis, quem ſic gratanter inhærere ſenſibus Noſtris inſpicimus, in effectum perfectæ ſoliditatis appareat; & reſidere in omni puritate probetur; & ut proſperitas tuorum ſucceſſuum, videlicet de hoſtium tuorum depreſſione victoria [g], quos diebus iſtis in manibus tuis Divini judicii virga concluſit; in manſuetudinis gratiâ [h], quæ poſt triumphum regales actus adornat, te Nobis gratum, & aliis repræſentet acceptum; ac de Regiâ gratitudine poſt felicitatem majorem Nobis, & eidem Eccleſiæ manſueta præſagia repromittat; & ſucceſſivè Nos reddat de tuâ ſinceritate majori perfectione ſecuros;

De ejuſdem Regis victoria gratulatio Papæ,

Serenitatem Regiam rogamus, & hortamur attentè, quatenus eadem privilegia, juxta intentionem Noſtram, quam dictus Decanus tibi ex parte Noſtrâ explicabit, apertiùs ſuppleas, & perfici facias, & procures, quòd *Principum* Alemanniæ, quibus ſuper hoc ſcribimus [i], ad id accedat aſſenſus; ita quòd eiſdem privilegiis in omni claritate, & ſoliditate perfectis, ipſorum nova data ſuppletiones, & perfectiones hujuſmodi compræhendat; & Nos, ac eadem Eccleſia fructus, quos repromittis in floribus, perfectione ſincerâ juxta Noſtra deſideria colligamus; & exindè Nobis, & Tibi quietis arri-

qui ipſum rogat & hortatur ad id, quod ſupra indicatum eſt.

(a) Fr. Conradus: Supra in aliis litteris, & in Annal. Eccleſ. pluries memoratus.

(b) Et omnia &c. Videatur Bulla 32. *Intima mentis &c.* hoc anno die 5. Junii data ſub initium uſque *præſentia tuo nomine*.

(c) Gottifridus &c. Ut in dicta *Bulla* uſque *per eumdem Fratrem*.

(d) Litteris: Nempe proxime citatis.

(e) Eumdem Fratrem: Nempe *Conradum* futurum paulo poſt *Epiſcopum Tullen.* in Belgio.

(f) Giffridum de Anagnia: De quo & in epiſt.98. & alias infra.

(g) Victoria: Contra *Othocharum* Bohemiæ Regem hoc anno 26. Aug. in bello cæſum ex variis autoribus apud Raynaldum n.42. & ſeqq.

(h) Mansuetudinis gratia: Militem enim, qui in vitæ diſcrimen ipſum adduxerat, ſibi oblatum illæſum abire juſſit, ut ex Eberardo autore coævo tradit cit. Raynaldus num.43.

(i) Scribimus: Quæ litteræ deſunt etiam in Annalibus Eccleſiaſticis. Cæterum ſolemnem confirmationem Principum Germaniæ, qualem hìc petit Pontifex, lege in tomo 2. *Monumentorum Dominationis Pontificiæ*.

Digitized by Google

arrideant incrementa. Super præmiſſis autem per prædictum Decanum de cujus fidelitate, ac circumſpectione confidimus, pleniùs informari; & ejus inſtructionibus percipere poteris; quid præſens negotium ex eminenti ſuâ qualitate requirit.

Datum Romæ xv. Kalend. Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ne ad æmuli contemptum moveatur, perſuadet; ſed ad cœptum pacis tractatum in Vaſconiam *ſuos Nuncios mittere adhortatur.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 161. apud Raynaldum ad hunc annum num. 25., & 26. & inde in Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. num. 11., nunc epiſt. 380. Regeſ. Vaticani cit.)

LXXXV. Anno 1278. die 29. Novembris.

NICOLAUS &c.

a *Cariſſimo in Chriſto Filio* [a] ... Regi Francorum *Illuſtri Salutem, & Apoſt. Benedictionem.*

Illuſionem a Rege Caſtellæ ſibi, aliiſque factam exaggerat, & queritur.

QUam amarè, quam moleſtè tulerimus, negotii conſiderato diſpendio, contumaciam, & contemptum contra Nos, & Romanam Eccle-
b ſiam a cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro [b] Rege *Caſtellæ*, ac Legionis illuſtri non ſine tuâ, quod gravius ferimus & dilecto-
c rum Filiorum Noſtrorum *Gerardi* [c] Baſi-
d licæ SS. XII. Apoſtolorum, *Hieronymi* [d] S. R. E. Presbyterorum Cardinalium,
e ac *Johannis* [e] Hieroſolymitani Electi, quantum in eo fuit, illuſione commiſſos,
f per Noſtros ſibi directas litteras [f] non ſub verborum involucro, ſed explicito ſermone detegimus; & manifeſtis affati-
g bus revelamus &c. [g] cæterum, Princeps inclyte, devotionem, & humiliationem tuam meritis laudibus, & debitis gratiarum actionibus proſequentes illud Te tanquam Filium prædilectum volumus, ante oculos tuæ mentis habere; quòd nullius apud te tanti debet eſſe malitia, ut

Mulcere Philippum ſtudet, ne iras in Alphonſum concipiat.

perdas tuam innocentiam propter eam; vel maculam in gloriâ tuâ ponas. Quid autem glorioſiùs in potente, quàm, quæ ſuos Profeſſores exaltat, humilitas, quam ille, qui ait, *Quanto magnus es, humilia te in omnibus*, majorem eſſe perſuadet in magnis? Non deſeras itaque, Fili cariſſime, vias tuas, in te a tuis etiam progenitoribus derivatas. Devient, qui voluerint; tu ſemper rectitudinis ſemitas proſequaris; pacem amplectare; & quantum in te fuerit, cum omnibus eam habe. Contemne aliorum arrogantiam, & contemptum; cum in ſublimi poſitus, non ſit, undè contemni ab aliquo verearis. Ideoque cum memorati *Cardinales*, & *Electus* tanquam viri virtutis, fortes animo ſuam patienter ferentes inju-
riam [h], immò contemnentes omninò, h
Deique, ac Noſtrum beneplacitum proſequi cupientes diſpoſuerint, in Kalendis
Martii venturi proximo in *Vaſconia* [i] in i
loco congruo eidem tractando negotio convenire; Te, ac ſæpefatum Regem ſuis litteris exhortantes, ut ad locum eumdem ſolemnes Nuncios plenè in negotio ipſo inſtructos cum ſufficienti mandato in eodem termino deſtinetis; Serenitatem *Regiam* rogamus, hortamur, & obſecramus in Domino Jesu Christo, quatenus ad utilitatem publicam, & Dei negotia, quorum tibi promotio imminet conſiderationis intuitum, debitâ pietate convertens, nullius malitiâ te abduci patiaris ab illis. Sed ut liberius exequi valeas, ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis, & Noſtram eorumdem *Cardinalium*, & *Electi*, quin potius Noſtras exhortationes adimpleas, ſtatutis, & ſtatuendis per eos loco, & tempore ad eorum præſentiam hujuſmodi *Nuncios* cum pleno mandato & inſtructione tranſmittas; ut quantò conſtantiùs injuria non provocatus, altius in tuæ humilitatis proſecutione perſtiteris, tantò id majoris meriti, majoris appareat et virtutis.

Eccleſiaſt. 3. 20.

Hortatur, ut Nuncios ad locum deſignandum mittat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum
III. Kalendas Decembris [k]. k

Perſtrin-

(a) Filio ...: *Philippo* S. Ludovici filio.
(b) Filio Nostro ...: *Alphonſo* X.
(c) Gerardi: Blanci Parmen.
(d) Hieronymi: Aſculani ex Ord. Min. alias & ſæpe commemorati.
(e) Joannis: Vercellenſis ex Ord. Prædicat.
(f) Litteras: Nempe ſubſequentes.
(g) Revelamus &c. Hic nonnulla omiſi: Raynald.
(h) Injuriam: Pollicitus enim fuerat Alphonſus pro concordia inter eum, & Philippum tractanda mittere Nuncios ſuos Toloſam; mox leves rationes cauſatus eos legare detrectavit.
(i) In Vasconia: Vulgo *Guaſcogna*, ubi Regnum Navarræ ad montes Pirenæos.
(k) Decembris: Add. *Pontificatus Noſtri Anno Primo*; ut in ſequenti, & in Cod. Vatic. nunc epiſt. 380.

Digitized by Google

Perſtringit Regem Caſtellæ *contra promiſſa de mittendis Oratoribus defuiſſe; hortaturque ad abolendam contumaciæ notam, eos in Vaſconiam certo tempore mittat.* (Ex REGES.VATIC.ep.162. apud RAYNALDUM n.27, & ſeqq., nunc autem ep.381., & inde in BULLARIO Ord.Prædicat. to.1.n.12.p.562.)

LXXXVI.

Anno 1278. die 29. Novembr.

NICOLAUS &c.

a *Cariſſimo in Chriſto Filio*[a] ... *Regi* Caſtellæ, *&* Legionis *Illuſtri Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium.

b ETsi errantibus &c.[b] ſcire tuam Excellentiam volumus, Nos Civitatem
c prædictam[c] non negligenter, non

Qua conſilii maturitate delegerit Toloſam pro concordiæ tractatu.

inconſultè, ſed præmiſſo cum Fratribus Noſtris exacto deliberationis examine, tuis etiam *Nunciis* præſentibus in Curiâ Noſtrâ non inſciis, conſultiùs elegiſſe. Conſideravimus enim, cum quibus, & de quibus erat tibi tractatus habendus: Conſideravimus, quòd non exigebatur principalium perſonarum eâ vice præſentia, non de negotii conſummatione ſpes erat, ſed de præparatoriis agebatur; ut cum utriuſque partis Nuntiis negotio ad exitum optatum diſpoſito, & ad concordiam præparato, in loco cum ipſis Nunciis eligendo mutua conventio ſive juſta, ſive ipſius *Regis*, & tua, neceſſaria eidem, ut dicitur conſummando negotio ſequeretur; et quantò eſſet negotii expeditio promptior, tantò mora juſtæ brevior, & partium gravamina pauciora; quòdque cum etiam pro iſto eodem negotio aliàs tàm tui longè majores Nuncii *Regem* eumdem in terrâ ſuâ, quàm te in tuâ ſui hactenus adiiſſent; ratio non ſuberat præſumendi, quòd moleſtè ferre deberes, Nunciis tuis prædictam Civitatem pro loco ad prædicta idoneo deputari. Quæ igitur cauſa præmiſſis exhortationibus Noſtris, & precibus non parendi; minùs ſufficientes, ut dicitur, mittendo Nuncios
d & eos prohibendo ire *Toloſam*[d]. Quæ

Non detrahi in ea re Caſtellæ dignitati.

admirationis ratio de aſſignatione Civitatis ipſius prædicto *Regi* ſubjectæ, in quo per hoc Curiæ Caſtellæ detrahi poterat?
e Numquid ipſe *Rex*[e] tibi aſſignavit eamdem; vel ejus conſilio, ſive ad ipſius inſtantiam, aut eo etiam conſcio extitit aſſignata? Numquid non erat tuis Nunciis Noſtrâ diligentiâ plenè de ſecuritate proviſum? Quæ iterum admirationis ratio ex Civitatis prædictæ diſtantiâ, pro eo, quod te forſan conſuli oporteret, ſuper aliquibus conſummandis; cum non de conſummatione, ſed de præparatione ibi, ut præmittitur eſſet agendum? Numquid propterea dicti *Cardinales*, & *Electus* te abeunte in frontariam[f] contra Mauros ſequi debebant; aut fines excedendo mandati, juxta tuæ petitionis ineptitudinem, locum tibi viciniorem adire, ut Nunciorum tuorum, & non ipſorum laboribus parceretur? Nonne ineptum extitit, & proculdubio incivile[g], te locum tibi vicinum petere: cum tibi quantò vicinior, & ad eum tuis Nunciis aditus aptior, tantò eiſdem *Cardinalibus* & *Electo* remotior, & laborioſior peteretur; quaſi non plus tantis perſonis, quàm tuis eſſet Nunciis deferendum? quaſi non ſufficeret, quòd ſaltem præfati Cardinales[h] *Hieronymus*, & *Electus* uſque *Toloſam*, non propter dictum *Regem*, cujus in Franciâ, ubi tunc erat, copiam poterant habere faciliùs, & exquirere voluntatem; nec propter ſuos Nuncios, ſed propter tuos tantummodo laborarent? ſed & de termini tardâ notitiâ querela prudentiùs ſubſtitiſſet; cum eam confutet apertè, quòd ſicut dictus tuus Nuncius *Johannes* poſt terminum tibi cognitum a te miſſus pervenit inſufficienter ad eorumdem *Cardinalium*, & *Electi* præſentiam infra illum; ſic etiam potuiſſent, cum ſufficienti mandato alii pervenire. Attende itaque, ſi decuit propter hoc a tàm inſtanter, tàm affectuosè per Nos petitâ Nunciorum miſſione ceſſare; ſi operibus exhibes teneritatem, quam in præmiſſis admirationis tuæ rationibus verbis te habere prætendis; ne hujuſmodi negotio dilatio ingeratur, cui tu tantam pro nihilo ingeſſiſti ſine causâ, eaſdem Noſtras contemnendo exhortationes, & preces; nec tantis deferendo perſonis, ſed ipſarum tam levi-

Sui adeo ſervire commodis non debuiſſe.

ejuſdem querelas repellit.

(a) FILIO ...: Alphonſo X.
(b) ERRANTIBUS &c. Ut in cod. Vatic. uſque *Scire tuam*.
(c) CIVITATEM PRÆDICTAM: Nempe *Toloſam*, ut infra; ex his autem liquet epiſtolam eſſe truncam, eique principium deeſſe, quod eſt: *Etſi errantibus &c.* ex cit. cod. Vatic.
(d) TOLOSAM: Occitaniæ urbem, & ſub Rege Francorum, ſed non a finibus Hiſpaniæ multum diſſitam.
(e) IPSE REX: Francorum Philippus III.
(f) IN FRONTARIAM: Italicè *frontiera*, ideſt in confinium Regionis.
(g) INCIVILE: Pro *inurbano*.
(h) CARDINALES: Deeſt *Gerardus*.

Digitized by Google

Fidem feſelliſſe redarguit.

leviter evacuando labores. Eſt ne iſta oblatio, quam Nobis per Venerabilem Fratrem Noſtrum *Benevenutum* [a] Ordinis Minorum nunc *Epiſcopum Eugubinum* [b] a tuâ præſentiâ redeuntem ex parte tuâ meminimus præſentatam; per quam devotè, ac liberaliter offerebas te paratum in hoc negotio Noſtris acquieſcere monitis, & parére mandatis? Utinam, Princeps magnifice, oblationem eamdem, quam taliter huc uſque ſervare probaris in minimis, in futurum obſerves in magnis. Utinam ut ab iis, & iis ſimilibus cautiùs in futurum caveas. Conſideret Circumſpectio Regia, quòd prædicti *Regis* [c] humilitas tuam inobedientiam arguit; ſuæque obedientiæ promptitudo notabiliores tuos perhibet contumaciam, & contemptum. Profectò ſi tuum ſolum verteretur periculum in prædictis, poſſent nec immeritò Nos iſta movere ad te ipſum tuo in iis relinquendum arbitrio, & hujuſmodi negotium totaliter deſerendum. Sed quia memorati *Regis*, & diſſenſio tua multis eſt onuſta periculis, magnis eſt plena diſpendiis, multorum diſcrimina ſecum trahit, utilia Dei ſervitia impedit, animarum exitia, excidia corporum, vaſtitates rerum, & alia horrenda, quæ evertat Dominus, comminatur, cogit caritas, hortatur pietas, ut propterea non deſiſtamus a cæptis, ſed illis ſolertiùs inſiſtamus. Cum itaque memorati *Cardinales*, & *Electus* tanquam viri virtutis, fortes animo, nec tuo moti contemptu, nec contumaciâ provocati, ſed Dei, & Noſtrum beneplacitum proſequi cupientes diſpoſuerint in Kalendis Martii venturi proximo in *Vaſconia* in loco congruo proſecutioni ejuſdem negotii convenire; te, ac ſæpeſatum *Regem* ſuis litteris [d] exhortantes, ut ad eumdem locum ſolemnes *Nuncios* plenè in negotio ipſo inſtructos cum ſufficienti mandato in eodem termino deſtinetis; Serenitatem Regiam eò inſtantiùs, quò frequentiùs rogamus, hortamur, & obſecramus in Domino Jesu Christo, quatenus prudenter attendens, quòd talia ſaluti tuæ non congruunt, ſed & famæ detrahunt, & honori; animumque tuum ſuper concordiâ inter Te, & memoratum *Regem*, Deo auſpice reformanda, votis Noſtris in omni puritate conformans, juxta præmiſſam exhortationem eorumdem *Cardinalium*, & *Electi*, Nuncios, ſtatutis, & ſtatuendis per eos loco, & tempore ad ipſorum præſentiam ſic ſolemnes, ſic inſtructos, ſic ad pacem benevolos deſtinare procures; quòd contractam contemptus, & contumaciæ notam aboleas; nec tibi ampliùs impedimentum tàm utilis, tàm fructuoſæ, tàm communiter deſideratæ concordiæ a Deo, vel hominibus valeat imputari [e].

Ponendum tot malis, quæ bellum trahunt, modum.

Locus, & dies tractatus deſignantur.

Hortatur & obſecrat, ut Nuncios ad locum deſignandum pro tractatu pacis mittat.

& notam contemtus aboleat.

Datum, *ut ſupra*.

Reſcribit ſe juxta eorum litteras utrique Regi Franciæ & Caſtellæ ſcribere, ut in Vaſconiam *pro pace firmanda ſuos* Nuncios *mittant; rogatque eos, ut tanto negotio omni diligentia intendant*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 379.)

NICOLAUS &c.

LXXXVII. Anno 1278. die 29. Novembris.

Dilectis Filiis S.[f] *Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum*, Jeronymo *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteris Cardinalibus, & Venerabili* Fratri Johanni *Jeroſolymit. Electo Sal., & Apoſtol. Bened.*

Vestras recepimus litteras ſuper negotio, quod inter Cariſſimos in Chriſto Filios Noſtros [g] ... Franciæ, & ... Caſtellæ ac Legionis Reges Illuſtres agitur, induſtriæ veſtræ commiſſo, transmiſſas dictorum *Regis Franciæ* laudabilem obedientiam, & *Regis Caſtellæ* defectum, ac totum ſtatum negotii, quem proſperiorem eſſe vellemus, veſtrumque proceſſum in eo habitum nuntiantes, ac petentes, quòd eiſdem *Regibus* ſcriberemus, ut in Kalendis Martii venturi [h] proximò ad locum, quem duxeretis eidem tractando negotio in *Waſconia* deputandum ſolemnes ſuos Nuntios plenè inſtructos cum ſufficienti man-

(a) Benevenutum: Miſſum anno ſuperiore ad Alphonſum ex epiſt. *Quanto ex poteſtate &c.* 2. Decembris data.

(b) Episc. Eugubinum: Hoc anno promotum ex Bulla *Debitum officii &c.* Nonis Junii edita.

(c) Prædicti Regis: Francorum.

(d) Suis litteris: Quæ in Annalibus Eccleſiaſticis non habentur.

(e) Imputari: Sed fruſtra cuncta tentata; convenerant tandem ipſi Reges *Bajonæ* in Aquitania tunc juris Angliæ Regis; ſed & re infecta, concordiaque minime ſequuta diſceſſerunt.

(f) G.: *Gerardo*, ut in præcedenti epiſtola.

(g) Filios Nostros ...: Conſulenda eſt epiſtola præcedens.

(h) Kal. Martii venturi: Anno 1279.

Digitized by Google

mandato ad præſentiam veſtram mittant. Nos itaque unicuique *Regum* ipſorum juxta petitionis veſtræ ſeriem,&exigentiam materiæ ſcribimus [a]; & vobis tenorem litterarum directarum eiſdem, ut ex ejus inſpectione pleniùs inſtruamini, deſtinamus; Circumſpectionem veſtram rogantes, & hortantes attentè; ac vobis nihilominus per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus arduitatem ipſius negotii diligentiùs attendentes proſecutioni ejuſdem cum quantâ poteritis diligentiâ intendatis, ejus circumſtantias, & quicquid circa ipſum putabitis expedire, frequentiùs reſcripturi.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum III. Kalendas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Mandat, ut Ludovici IX. *Regis Franciæ actus, & merita, miraculaque fuſius deſcribat, quo queat ad illorum publicum examen deveniri*. (Ex Vatic. Reges. epiſt. cur. 169. apud Raynaldum ad hunc ann. n.38.)

LXXXVIII.

Anno 1278. die 30. Novembris.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio Simoni *Tituli S. Ceciliæ Presbytero Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

Gregorii X. juſſionem commemorat.

SIcut noſti fel. record. Gregorius Papa [b] prædeceſſor Noſter conſultâ deliberatione decrevit de meritis claræ memoriæ *Ludovici* [c] *Regis* Franciæ per te diligenti, ſecretâ, & providâ indagatione perquiri [d], antequam talis indagatio ad examen publicum deveniret. Cum itaque nuper ex parte Chariſſimi in Chriſto Filii Noſtri *Philippi* [e] *Regis* Francorum Illuſtris per Venerabilem Fratrem Noſtrum G. [f] *Ambianen.* Epiſcopum, & dilectum Filium Guillelmum Decanum *Abrincen.*, ac Nobilem Virum Rodulphum de *Strathis* Mareſcalcum Regium Nuncios ſuos peteretur a Nobis, ut procedi ad publicam inquiſitionem meritorum hujuſmodi faceremus: Nos prædeceſſoris ejuſdem in hac parte providis veſtigiis inhærentes, & attendentes, quòd licèt tu generaliter & ſuccinctè Nobis ſcripſeris de prædictis; quia tamen per litteras tuas, vel aliam inſtructionem Nunciorum tuorum, quos ſuper iis diligenter & cautè interrogari fecimus, ad Nos hujuſmodi indaginis, prout tanti proceſſus qualitas exigit, plena & idonea non pervenerat certitudo; Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus quicquid de præmiſſis, & eorum circumſtantiis, ac aliis, quæ pro ipſo Rege Deus miraculosè fuiſſe dicitur operatus in plenâ veritate perceperis, clarè ac diſtinctè per omnia ſerioſiùs ſcribas Nobis, ut tuis relationibus, ut præmittitur, clarè, diſtinctè, & ſeriosè perceptis lucidiùs appareat, quid in iis providendum extiterit, & in poſterum reſpondendum. Eâ quidem intentione potiſſimè, ſicut eidem Regi Philippo per alias Noſtras litteras [g] intimamus tuam hujuſmodi ſic diſcuſſæ proviſam continuare providimus, in hoc ei, & dicto Patri [h], ac Domui Regiæ ſpecialiter deferentes, ut in iis eis honeſtiùs, & ſalubriùs, dante Domino, conſulatur.

& Philippi Regis petitionem.

Pontifex veſtigia Gregorii ſequens

mandat ea, quæ ſupra ſunt notata.

Datum II. Kalendas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo [i].

Facultatem tribuit diſpenſandi ſuper cujuſdam impedimento Matrimonii, *prout expedierit*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. ep. 193. anni 1.)

LXXXIX.

Anno 1278. die 9. Decembris.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, & ... Guardiano Minorum Fratrum Ordinum, ac Lectoribus [k] *Ordinum eorumdem* Bononien. [l] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Narratio de matrimonio inter impuberes conſanguineos inſcienter contracto.

INtellecto dudum, quòd dilectus Filius *Lambertinus* natus dilecti Filii Nobi-

(a) Scribimus: Nempe præcedentes litteras.
(b) Gregorius Papa: Hujus nominis X.
(c) Ludovici: IX. hujus nominis.
(d) Perquiri: Sed litteræ hujus commiſſionis non habentur; datæ tamen poſt Kalendas Auguſti anni 1274. quo prædictus *Simon* Card. Legatus eſt in Gallias.
(e) Philippi: III. præfati Ludovici filii.
(f) G.: Guillelmum ortu Matiſconenſem ex Pariſien. & Bellovacen. Canonico, ac Laudunen. Decano, nec non ejuſdem Ludovici Regis Clerico ab Eleemoſynis hoc anno electum; ut habet Gallia Chriſtiana to. x. col. 1186.
(g) Litteras: In eumdem enim modum *Philippo Regi* ex cit. Regeſ. Vatic. epiſt. 168. apud laudatum Raynaldum, qui eas tamen non exſcripſit.
(h) Patri: Nimirum S. Ludovico.
(i) Waddingus ad hunc ann. n.34. docet, Pontificem conſtituiſſe Commiſſarios, qui inquirerent, *Guillelmum* Decanum Abrincen., & *Rodulphum* de Strathis Regium Mareſcallum ex epiſt. 78. Regeſ. Vatic.
(k) Lectoribus: Nunc Regentibus.
(l) Bononien.: In Italia, ac Flaminiæ Provincia ex circumſtantiis Cœnobiorum, familiarum, & officiorum.

Digitized by Google

a Nobilis Viri Comarii de *Galluciis* [a] Civis Bononien. tunc infra annos puberes conſtitutus cum dilectâ in Chriſto Filiâ *Johanna* natâ dilecti Filii Nobilis Viri *Galixii* Concivis dicti *Comarii* tunc minore duodecim annis ſponſalia primo; & tandem uterque ipſorum ad legitimam ætatem perveniens, & bannis in Eccleſiis b publicè prius propoſitis [b], ac contradictore nemine comparente, Matrimonium per verba de preſenti contraxit, carnali poſtmodum inter eos copulâ ſubſecutâ; & quia compertum extiterat, quòd *Lambertinus*, & *Johanna* prædicti in *quarto* Conſanguinitatis gradu ad invicem ſe contingunt; ad humilis ſupplicationis inſtantiam dicti *Lambertini*, cum Parentes dictorum *Lambertini* & *Johannæ* tempore contracti Matrimonii dictum impedimentum dicerentur penitus ignoraſſe; & quòd poſtquam id ad eorum pervenit notitiam, eoſdem a cohabitatione ſolitâ ſeparaſſe; & id occultum extitiſſe; ac quòd ex divortio, ſi inter eoſdem *Lambertinum*, & *Johannam* fieret, inter eorumdem Conſanguineos & Amicos ſcandala plurima, & graves inimicitiæ orientur; vobis ſub certâ formâ per litteras Noſtras injunximus [c], ut de præmiſſis c omnibus & ſingulis ſtuderetis inquirere diligentiùs veritatem; & quicquid inveneritis ſuper iis intimaretis Nobis fideliter per veſtras clauſas litteras earumdem litterarum Noſtrarum ſeriem continentes. Quibus omnibus per vos, ſicut ex tranſmiſſis Nobis litteris veſtris collegimus, adimpletis; Nos viſis, quæ miſſæ Nobis ſuper hoc eædem veſtræ litteræ continebant; qui ſalutem quærimus ſingulorum, pacem Chriſti fidelibus libenter Noſtris ſtudiis procuramus; dictum *Lambertinum* propter ſuæ ac ſuorum devotionis affectum, quæ ad Nos, & Romanam Eccleſiam habere dicuntur, intendentes proſequi favore gratiæ ſpecialis, Diſcretioni veſtræ, de quâ plenam A in Domino fiduciam obtinemus, præſentium tenore committimus, ut circa præmiſſa ſalubriter providentes, ſuper quibus veſtras intendimus conſcientias onerare, cum eiſdem *Lambertino* & *Johanna* ipſis conſentientibus ad invicem matrimonialiter vivere, ac ſecum petentibus diſpenſari, quòd impedimento hujuſmodi non obſtante, in eodem Matrimonio remanere licitè valeant, auctoritate Noſtrâ, prout ſecundum Deum expedire videritis, diſpenſetis. B Non obſtante indulgentiâ [d], qua vobis, vel Ordinibus veſtris dicitur eſſe conceſſum, d quòd non teneamini vos intromittere de iis, quæ vobis a Sede Apoſtolicâ committuntur.

& extra pubertatem conſummato,

a quo impedimento cognito petitur diſpenſari.

Pontifex commiſit rei perquiſitionem:

qua facta mandat Pontifex, ut ſupra.

Cum clauſ. derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum v. Idus Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

C

De quarumdam litterarum Apoſtolicarum tenore, earumque amiſſione, atque ſinceritate diſquirant, & documenta faciant. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 199. anni 1.)

XC.

Anno 1278. die 13. Decembris.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri Thomæ *Epiſcopo* Hereforden. [e], *& dilectis Filiis . . . Priori* Prædicatorum, *ac Miniſtro* Minorum *Fratrum Ordinum Provincialibus* Angliæ [f] *Salutem, & Apoſt. Ben.* e f

D

SUA Nobis dilectus Filius Magiſter Galfridus de *Aſpale* Clericus *Cancellarius* Cariſſimæ in Chriſto Filiæ Noſtræ Alianoræ [g] *Reginæ Angliæ* Illuſtris g petitione monſtravit, quòd fel. record. Innocentius IV. [h] cum eodem Magiſtro, h quòd præter duo beneficia Eccleſiaſtica curam animarum habentia, quæ tunc obtinebat primò, & poſtmodum piæ memoriæ E Alexander Quartus [i] prædeceſſores Noſtri Romani Pontifices, quòd Beneficia Eccleſiaſtica ſimilem curam ha- i bentia,

Cancellarii Reginæ Angliæ expoſitio

de pluribus Beneficiis Eccleſ. ſibi a S. A. conceſſis,

(a) De Galluciis: Veteri patritia familia jampridem extincta, ex qua ſequenti ſeculo floruit *Fr. Ægydius* Ordinis Prædicat. Epiſcopus Torcellanns, poſtea Archiepiſcopus Cretenſis.

(b) Propositis: Secundum vetera Eccleſiæ ſtatuta præſertim Concilii Lateranen. IV. anno 1215. coacti cap. 51.

(c) Litteras Nostras iniunximus: Sed hæ litteræ deſiderantur.

(d) Indulgentia: *Quieti veſtræ &c.* ſæpiſſime in hoc Opere relata, ac relaxata.

(e) Herefordem.: Urbis Angliæ in confinio Walliæ ſub Archiepiſcopo Cantuarien.

(f) Provincialibus Angliæ: Quorum Minorita videtur fuiſſe Jo. al. *Thomas Bungus*, de quo Waddingus in lib. de Scriptor. Ord. Min. agit.

(g) Alianoræ: *Philippi* Sabaudiæ Comitis filiæ, neptiſque *Bonifacii* Archiepiſcopi Cantuarien., & *Henrici III.* Angliæ Regis uxoris:

(h) Innocentius IV.: Anno 1254. defunctus.

(i) Alexander Quartus; Anno 1261. e vivis ſubtractus.

benticia, etiam ſi eorum aliqua *Perſonatus*, vel *Dignitates* [a] exiſterent, quorum proventus certum annuum volorem attingerent; ſi ei canonicè offerentur, liberè percipere, ac licitè retinere valeret; per ſuas ſub certâ formâ litteras diſpenſarunt. Verùm quia dictæ litteræ, quæ in quàdam Domo Civitatis Londonien. repoſitæ, ac tempore generalis turbationis Regni [b] *Angliæ* caſualiter ammiſſæ fuiſſe dicuntur; idem Magiſter dubitat, ne ſuper hujuſmodi *Beneficiorum* retentione poſſit ſibi obſtaculum interponi. Quare Nobis humiliter ſupplicavit, ut providere ſibi ſuper hoc de benignitate Sedis Apoſtolicæ curaremus. Nos itaque induſtriam veſtram ad hoc ex Officio Noſtro eligentes Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, vocatis, qui fuerint evocandi, de tenoribus ipſarum litterarum, & earum ammiſſione per vos ipſos, & non per alios diligentiùs inquiratis; & ſi de tenoribus, & & ammiſſione hujuſmodi, ac litteras ipſas vitio falſitatis carere legitimè conſtiterit, ſuper quibus conſcientias veſtras volumus onerare; tenores ipſos in authentica faciatis redigi documenta eamdem vim & auctoritatem cum originalibus habitura.

a — & conceſſionis litteris in Regni tumultu amiſſis,

b — ſupplicantis ſibi conſuli

Pontifex injungit ſupradicta.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Idibus Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

De Gadicen. ad Egitanien. *transfertur Eccleſiam*. (Ex Reges. Vatic. epiſt.210. apud Waddingum ad annum 1277. num 4. Reges. Pontif.)

XCI. Anno 1278. die 24. Decembris.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri Joanni [c] *Epiſcopo* Egitanien. [d] *Salutem, & Apoſt. Bened.*

c d

Exordium.

IN diſpenſatione Miniſteriorum &c. [e] Nuper ſiquidem *Egitanien.* Eccleſiâ per mortem bonæ memoriæ *Gualaſci* [f] Egitanien. Epiſcopi, qui apud Sedem Apoſtolicam diem clauſit extremum, Paſtoris regimine deſtitutâ: Nos proviſionem hac vice de Prælato ipſi Eccleſiæ faciendam Nobis duximus reſervandam, decernentes irritum, & inane, ſi quid contra reſervationem hujuſmodi contigerit attentari: Et demum nolentes, ut eadem Eccleſia diù ſine Præſule remaneret, ſed de tali perſonâ providere ipſi Eccleſiæ intendentes, quæ adminiſtrationem ejuſdem, quoad ſpiritualia, & temporalia ſalubriter exerceret; ad te *Fratrum Minorum* Ordinis Profeſſorem Noſtræ conſiderationis intuitum duximus convertendum; teque de Fratrum Noſtrorum conſilio a vinculo, quo tenebaris *Gadicen.* Eccleſiæ [g], cui præeras, abſolventes, & transferentes ad *Egitanien.* Eccleſiam ſupradictam, de Apoſtolicæ plenitudinis poteſtatis, te ipſi *Egitanien.* Eccleſiæ præfecimus in Epiſcopum, & Paſtorem, liberam tibi dantes licentiam ad eamdem *Egitanien.* Eccleſiam tranſeundi; firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quòd cum eſſe dicaris vir litterarum ſcientiâ præditus, religione conſpicuus, vitâ, & morum honeſtate decorus, ac in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectus, eadem *Egitanien.* Eccleſia, auctore Domino, per tuam ſolertiam, induſtriam, & providentiam circumſpectam ſpiritualiter, & temporaliter gratis proficiet incrementis; & tàm Clerus, quàm Populus tuo commiſſus regimini; tuâ ſalubri doctrinâ, & piæ actionis exemplo ad ſalutem ædificabitur animarum. Tu ergo tuum jactans in Domino cogitatum, ac juxta ſpem Noſtram, & gratiam a Domino tibi traditam, commiſſum tibi ſuper Gregem Dominicum virgæ vigilantis officium officioſè, ac vigilanter exercens, extirpandis vitiis, ac plantandis virtutibus ſollicitudine invigiles efficaci; & tamquam ſtella fixa in Eccleſiæ firmamento, tibi per vitæ meritum, & aliis proficiens per exemplum, dum plures erudieris ad ſalutem, in æternitatis

e — Vacantem Egitanien. Eccleſiam

f

Pontifex ſibi reſervat providendam.

cui præficit Fr. Joannem ſupra cit.

g — de Gadicen. eum transferendo,

& commendando;

hortaturque ad onus commiſſum vigilanter, ac utiliter exequi.

(a) Personatus, vel Dignitates: De quibus Beneficiis Eccl., eorumque diverſitate dictum eſt jam in 1. hujus Operis tomo.

(b) Turbationis Regni: A *Simone Monfortio* Leyceſtriæ Comite Regis Angliæ ſororio anno 1263. commotæ ex Weſtmonaſt. Flor Hiſt. ad ann.1265.

(c) Fr. Joanni: *Martini* primo *Gadicen.* Eccleſiæ Epiſcopo, ut in epiſtola 130. Clementis IV. *Olim fel. record. &c.* anno 1267. edita, & ibi relata.

(d) Egitanien.: In Luſitania, de qua conſulas Clementis IV. *Bullam* 138. *In diſpenſatione &c.* anno 1267. 17. Septembris exaratam.

(e) Ministeriorum &c. Ut in cit. Clementis IV. Bulla *In diſpenſatione &c.* uſque *fructificatio perſonarum*.

(f) Gualasci: Al. Valaſci, de quo in notis ad epiſtolam cit. *In diſpoſitione &c.* Clementis IV. an.1267.

(g) Gadicen. Ecclesiæ: Quam habes deſcriptam in notis ad ſupra cit. Clementis IV. Bullam *Olim fel. record. &c.* ſupra fol.121.

Digitized by Google

nitatis gloriâ gratulari, ac relucere inter alios clariùs merearis; & Nos in tuis delectari laudibus meritò valeamus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum IX. Kalendas Januarii Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Converſioni Judæorum *naviter tam ipſe, quam Fratres ejus Ordinis concionibus, aliiſve modis inſiſtant.* (Ex Autographo in Archivo Meſſanenſis Conventus noſtri S. Franciſci teſte Phil. Cagliola in Hiſt. Provinciæ Sicilien. Ord. Min. Convent. S. Franciſci Explor. I. Manif. 2. pag. 14.)

XCII. Anno 1278. die ... Decembris.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio [a] ... *Miniſtro Fratrum Minorum Adminiſtrationis Siciliæ Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.* a

VINEAM Soreth velut electam plantavit dextera Dei Patris &c. [b] b

Datum Romæ apud S. Petrum ... [c] c

Pontificatus Noſtri Anno Secundo [d]. d

Pro reformatione Eccleſiæ Eugubinæ *mandat in ea conſtitui Priorem Præpoſitum, & VII. Canonicos per Epiſcopum Firmanum cum conſenſu Epiſcopi Eugubini.* (Ex Vatic. Reges. apud Ughellum to. I. Ital. Sac. in Epiſc. Eugub.)

XCIII. Anno 1279. die 2. Januarii.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis Ubaldo *Priori & Capitulo Ordinis S. Auguſtini* [e] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.* e

Petitionis Capituli Eugub. tenor.

PETITIO veſtra Nobis exhibita continebat, quòd Ven. Frater Noſter *Philippus Firmanus* Epiſcopus [f], cui tàm authoritate Apoſtolicâ, quàm ex poteſtate per vos, filii Capitulum tranſlata, Nos ſuper reformatione veſtrâ, & Eccleſiæ *Eugubinæ*, ac aliarum Eccleſiarum ad vos, & eamdem Eccleſiam *Eugubinam* f

A ſpectantium vinculo vivæ vocis mandavimus, ut te Fili *Ubalde*, tunc Canonicum ipſius Eccleſiæ *Eugubinæ* præficeret in Priorem; nec non & Præpoſitum, & ſeptem Canonicos, quibus dicta Eccleſia *Eugubina* deſtituta fuerat, cum conſilio Venerabilis Fratris Noſtri *Benevenuti Epiſcopi Eugubini* [g], & dilectorum Filiorum Octaviani, & Pauli Canonicorum ipſius Eccleſiæ *Eugubinæ* in eâdem inſtitueret, aliaque faceret, ſtatueret, & ordinaret, quæ circa correctionem & reformationem veſtram prædictum Capitulum, ac ejuſdem Eccleſiæ *Eugubinæ*, quæ ob defectum Prioris, Præpoſiti, & Canonicorum, & longa diſſidia, & cauſarum certamina, quæ inter perſonas ipſius Eccleſiæ *Eugubinæ* non abſque gravi diſpendio ejuſdem, ac aliarum Eccleſiarum prædictarum, & plurimorum ſcandalo diutiùs duraverat, non modicum fuerat deformata [h] ... ſalubriter expedire: volens humiliter Noſtris in hac parte parére mandatis Te, Fili *Ubalde*, in *Priorem*, & cum conſilio *Epiſcopi*, & Canonicorum prædictorum Lambertum de S. Frigidiano, tunc Canonicum Eccleſiæ S. Mariæ Novæ de Urbe in *Præpoſitum*, Acerbum verò Preſbyterum, Datilium Maurini de Eugubio, Patritium Boni-Joannis de Fabro Bernardinum Benevenuti de Anagnia, Franconem Ubaldi, Albertum Bonajunctæ Sepulini de V. [i] Montis Juliani, ac Andream de Urbeveteri in *Canonicos*; & in Fratres inſtituit Canonicam in dictâ Eccleſiâ *Eugubina*; plura quoque alia fecit, & ſtatuit, & ordinavit circa hujuſmodi correctionem, & reformationem, quæ vobis, & eidem Eccleſiæ ſalubriter expedire proſpexit; prout in Inſtrumento publico inde confecto dicti *Epiſcopi* ſigillo ſignato pleniùs continetur. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quòd ſuper iis a prædicto Epiſcopo factum eſt, ratum, & gra-

g

h

Nomina Præpoſiti, & Canonicorum Eugubin.

i

Reformationem Canonicæ Eugub. Pontifex confirmat.

(a) Filio ...: *Jacobo de Pernis* Meſſanenſi ex cit. Cagliola pag. 21.

(b) Dei Patris &c. Ut ſupra in epiſt 50. hujus Pontificis hoc anno die 4. Auguſti data Miniſtro Provinciæ *Auſtriæ* uſque in finem, ac *Datum*.

(c) S. Petrum ...: Deeſt dies, ac menſis, quo data fuit epiſtola; ſed cum dicatur data Romæ apud S. Petrum anno 2., igitur poſt diem 25. Decembris, poſt quem incipiebat annus ſecundus Pontificatus Nicolai III., eratque Romæ a fine menſis Octobris, ubi perſtitit uſque ad initium menſis Julii, quo reverſus eſt Surianum & Viterbium.

(d) Cagliola citatus attribuit hanc epiſtolam *Nicolao IV.* ſed cum errore; nam ille anno 2. ſui Pontificatus ſtetit partim Reate, & partim Romæ *apud S. Mariam Majorem*, Nicolaus vero III. Romæ *apud S. Petrum*, ubi data eſt præſens epiſtola.

(e) Ord. S. Augustini: Deeſt *Eugubin.*

(f) Firmanus Episcopus: Anno 1272. in Piceno aſſumptus, & anno 1278. menſe Septembri Apoſtolicæ Sedis Legatus in Hungariam, Poloniam &c.

(g) Benevenuti Episcopi Eugub.: Ex Ord. Min. anno præcedenti die Nonis Junii promoti, ut ibi.

(h) Deformata ...: Supple *conſpiceret*.

(i) De V.: Ideſt *de Villa*, ut infra in Inſtrumento patet.

Digitized by Google

Nicolaus PP. III. An. Ch. 1279.

Inſtrumentum reformationis, & inſtaurationis Canonicæ Eugubinæ.

A & gratum habentes illud authoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem ejuſdem Inſtrumenti de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, qui talis eſt.

,, Philippus miſeratione Divinâ *Firmanus* Epiſcopus Religioſis Viris, &
,, in Chriſto dilectis Capitulo, & Cano-
,, nicis Eccleſiæ Eugubinæ Salutem, &
,, ſinceram in Domino charitatem. San-
,, ctiſſimus Pater D. Nicolaus Sanctæ
,, Romanæ Eccleſiæ Summus Pontifex
,, tàm auctoritate Apoſtolicâ, quàm ex
,, poteſtate per vos in eum translatâ ſu-
,, per reformatione Capituli, & Eccle-
,, ſiæ veſtræ, nec non & Eccleſiarum ad
,, vos, & Eccleſiam veſtram pleno jure,
,, & immediatè ſpectantium mandavit
,, Nobis oraculo vivæ vocis, ut *Ubal-*
,, *dum* Canonicum veſtrum in Priorem,
,, & Præpoſitum, & ſeptem Canonicos,
,, quibus eadem Eccleſia fuerat deſtitu-
,, ta, cum conſilio Venerabilis Patris
,, *Benevenuti* Dei gratiâ *Epiſcopi Eu-*
,, *gubini*, & dilectorum in Chriſto Octa-
,, viani, & Pauli Canonicorum, & Pro-
,, curatorum veſtrorum in eâdem Eccle-
,, ſiâ inſtituere curaremus; quæ circa
,, correctionem, & reformationem Ca-
,, pituli, & Eccleſiæ prædictorum, quæ
,, propter defectum Prioris, Propoſiti,
,, & Canonicorum, nec non propter lon-
,, ga diſſidia, & cauſarum certamina,
,, quæ inter vos nec abſque gravi veſtro,
,, & Eccleſiarum veſtrarum detrimento
,, multorum diutiùs Scandalo viguerunt,
,, multum fuerat deformata, conſpice-
,, remus ſalubriter expedire. Volentes
,, igitur mandatis Sanctiſſimi Patris præ-
,, dicti reverenter, & humiliter obedi-
,, re, prædict n Ubaldum in *Priorem*,
,, & cum Venerabili Patre *Benvenuto*
,, *Epiſcopo*, & Procuratoribus ſupraſcri-
,, ptis tractatu habito diligenti, cum
,, ipſorum conſilio Fratrem Lambertum
,, de S. Frigidiano Canonicum Sanctæ
,, Mariæ Novæ de Urbe in *Præpoſitum*,
,, Acerbum Presbyterum, Datilium Mau-
,, rini de Eug., Patritium Boni-Joannis
,, de Fabro, Bernardinum Benvenuti de
,, Anagniâ, Franconum Ubaldi, Alber-
,, tum Bonajunctæ Supolini de Villâ
,, Montis Juliani, & Andream de Urbe-
,, veteri in *Canonicos*, & Fratres inſti-
,, tuimus, & ordinamus in Eccleſiâ ſu-
,, pradictâ: Ipſoſque etiam de prædictis
,, Prioratu, Præpoſiturâ, & Canonica-
,, tibus inveſtimus: Decernentes irri-
,, tum, & inane, quidquid contra ordi-
,, nationem, inſtitutionem, & inſtitu-
,, tum hujuſmodi a quoquam contigerit
,, attentari. Quia verò per confeſſio-
,, nem, & aſſertionem dictorum Procu-
B ,, ratorum Nobis quaſi pro certo inno-
,, tuit, quòd decem, vel novem ex vo-
,, bis retroactis temporibus Eccleſiæ ve-
,, ſtræ Clauſtro, & Capitulo derelictis [a],
,, in decem, vel novem Eccleſiis, ſeu be- *Vita communis diſſolvitur.*
,, neficiis eidem Eccleſiæ veſtræ imme-
,, diatè ſubjectis ſinguli videlicet ſine ſo-
,, cio ſui Ordinis in ſingulis Eccleſiis,
,, ſeu beneficiis morabantur, oriebatur
,, ſcandalum, ſubtrahebatur Eccleſiæ de-
,, bitus numerus ſervitiorum, & Eccleſia
C ,, ipſa frequenter defectum non modi-
,, cum in Divinis Officiis, & aliis ſuſti-
,, nebat; ſtatuimus, & ordinamus, quòd
,, hujuſmodi Canonicis ad Clauſtrum *Eadem reſtituitur.*
,, ejuſdem Eccleſiæ revocatis nulli ex
,, Canonicis dictæ Eccleſiæ in Eccleſiis,
,, ſeu locis prædictis de ceterò taliter
,, commorentur, vel ad ipſorum regi-
,, men deputentur; ſed in eiſdem Eccle-
,, ſiis, & beneficiis per vos inſtituantur
D ,, Vicarii, quibus ex fructibus, & pro-
,, ventibus hujuſmodi Eccleſiarum, &
,, beneficiorum talis portio aſſignetur,
,, ex quâ poſſint commodè ſuſtentari, &
,, alia incumbentia eis onera ſupporta-
,, re. Reliquos autem Eccleſiarum, &
,, Beneficiorum prædictorum fructus, &
,, proventus ad communes ipſius Capi-
,, tuli, & Canonicorum Eccleſiæ veſtræ
,, perpetuò deputantes, ſtatuimus, ut
,, fructus, & proventus prædicti in uſus
E ,, hujuſmodi de cæterò convertantur.
,, *Nerum* quoque *Nepoliutii*, qui, va- *De Nero Nepoliutii.*
,, cante Eccleſiâ ipsâ *Priore*, ad quem
,, unâ cum Capitulo communiter in eâ-
,, dem Eccleſiâ Canonicorum inſtitutio,
,, & Archipresbyteratuum Eccleſiarum,
,, & Beneficiorum ad ipſum Capitulum
,, ſpectantium pleno jure, & immediatè
,, collatio ſpectare dignoſcitur, a Cano-
,, nicis

(a) Et Capitulo derelictis: Quæ vitæ communis inſtitutio Eugubium invecta fuerat a S. Ubaldo Epiſcopo ſub initium ſeculi præcedentis ex ejuſdem Sancti Vita.

Digitized by Google

aliiſque beneficiis Eccleſ., vacante Eccleſia Priore, proviſis.

„ nicis ipſius Eccleſiæ in Canonicum aſ- A
„ ſerit ſe fuiſſe receptum; & quoslibet
„ alios, vacante Eccleſiâ ipſa *Priore*, in
„ Archipresbyteratibus, & Eccleſiis ſeu
„ beneficiis ſupradictis inſtitutos, vel
„ receptos, ex hujuſmodi receptione, &
„ inſtitutione in prædictis Canonicatu,
„ vel Beneficiis declaramus jus aliquod
„ non habere. Donnum autem *Petrum*
„ *de Caſtello* [a] olim ejuſdem Eccleſiæ Ca-
„ nonicum pro eo, quòd propriâ teme-
„ ritate ab Eccleſiâ, & Capitulo ipſis B
„ diſceſſit; nec in ipſa per decem, & octo
„ annos, & amplius moram trahit, ſed
„ in Archipresbyterum cujuſdam plebis
„ Diœceſis *Ariminen.* eligi ſe conſen-
„ ſit; & in ipſâ Plebe tamquam Archi-
„ presbyter commoratur; nullum jus ha-
„ bere decernimus in Capitulo, vel Ec-
„ cleſiâ ſupradictis; nec eſſe tamquam
„ Canonicum de cœterò admittendum in
„ eâ; cum transferendo ſe ad aliam Ec-
„ cleſiam, & in ipſâ Archipresbyteratum C
„ recipiendo, Canonicatum, quem ha-
„ buiſſe aſſeritur in Eccleſiâ Eugubinâ,
„ tacitè renunciaſſe noſcatur. Præfatus
„ etiam Summus Pontifex Nobis man-
„ davit oraculo vivæ vocis, ut *Octavia-*
„ *no* Canonico veſtro cupienti diſcipli-
„ nis ſcholaſticis inſudare auctoritate ſuâ
„ provideremus de redditibus, & pro-
„ ventibus alicujus Eccleſiæ ad Capitu-
„ lum, & Eccleſiam veſtram *Eugubi-*
„ *nam* immediatè ſpectantis uſque ad ali- D
„ quos annos, de quibus vobis conve-
„ niens videretur, annis videlicet ſingu-
„ lis in vigintiquinque lib. Anconitanæ
„ monetæ [b]. Nos verò mandatis San-
„ ctiſſimi Patris prædicti reverenter obe-
„ dire volentes eidem Octaviano dum-
„ taxat in ſtudio commoranti uſque ad
„ quatuor annos, annis videlicet ſingulis
„ providemus in quantitate prædictâ; &
„ providere mandamus de redditibus, &
„ proventibus Eccleſiæ, ſeu Plebis *San-*
„ *cti Joannis* de Eugubio ad dictum Ca- E
„ pitulum pertinentis; in cujus rei te-
„ ſtimonium præſentes litteras juſſimus
„ Noſtri ſigilli munimine roborari.

a

Don. Petrus de Caſtello privatur Canonicatu,

& quare.

De Octaviano Canonico ſtudiis addicto

b

Pontif. proviſio.

„ Actum Viterbii in Hoſpitio, in quo
„ prædictus D. Epiſcopus *Firmanus* mo-
„ rabatur in Anno Domini MCCLXXVIII.
„ Indictione VI. die XIV. intrante Junio
„ Pontificatus Nicolai Papæ III. Anno
„ Primo. Interfuerunt ibi rogati teſtes
„ *Tebaldus* Ordinis Fratrum Minorum
„ Socius *Epiſcopi Groſſetani* [c], & Hen-
„ ricus Brito Clericus, & familiaris di-
„ cti Domini Epiſcopi Firmani. Ego
„ Philippus de Frochis Notarius Palatii
„ prædictis interfui, & de juramento
„ prædicti Domini Epiſcopi præſcriptas
„ litteras ſcripſi, & in publicam formam
„ redegi, & meum ſignum appoſui, &
„ me ſubſcripſi rogatus.

Anno 1278. die 14. Junii.

Teſtes rogati.

c

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

Clauſula Pontif. prohib. &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum IV. Nonas Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Examen electionis Abbatiſſæ S. Petri Benevent. *Ord. S. Bened. demandatur, ut ex repertis diſponatur.* (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epiſt. 19. anno 2.)

NICOLAUS &c. XCIV.

Anno 1279. die 9. Januarii.

Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, & .... Guardiano Minorum Fratrum Ordinum Beneventan. [d] *Sal., & Apoſt. Bened.*

d

EXHIBITA Nobis dilectarum in Chriſto Filiarum Conventus Monialium Monaſterii Sancti Petri [e] *Benevent.* ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti petitio continebat; quòd olim Monaſterio ipſo Abbatiſſæ regimine deſtituto, præfati Conventus, prout moris eſt, convenientes in unum, Spiritus Sancti gratiâ invocatâ dilectam in Chriſto Filiam *Agnetem* ejuſdem Monaſterii Monialem in ſuam, & dicti Monaſterii Abbatiſſam unanimiter, & concorditer elegerunt;

Monaſterio S. Petri Benevent. regimine deſtituto,

e

ad illud obeundum eligitur ſoror Agnes,

(a) DE CASTELLO: Cognomine, vel patria, incertum.

(b) ANCONITANÆ MONETÆ: Quæ ſeculo illo ejuſdem valoris cenſebatur cum Ravennati ex variis autoribus de monetis Ital.

(c) EPISCOPI GROSSETANI: Fr. Bartholomæi ex Ord. Min. ſuperiore anno 1278. Aprili menſe promoti.

(d) BENEVENTAN.: In Hirpinis, Regnoque Neapolitano, cujus O. M. Cœnobium primò memoratur a Waddingo ad ann. 1297. n. 52., cum tamen eſſet *Cuſtodia* ſui nominis in Provincia Terræ laboris hodie Neapolitana caput ſere ab exordio noſtri Ordinis.

(e) MONASTERII S. PETRI: Cujus mentionem agit Mabillon. in Annal. Benedict. lib. 63. ad ann. 1070. n. 77.

Digitized by Google

Nicolaus PP. III. An. Ch. 1279.

gerunt; & tandem Nobis per ſpecialem Procuratorem electionem hujuſmodi præſentantes petebant a Nobis humiliter, ut illam confirmare de benignitate Sedis Apoſtolicæ curaremus. Quare dictam electionem, & negotium hujuſmodi per quoſdam ex Fratribus Noſtris examinari fecimus diligenter: & quia in præſentato Nobis decreto electionis ejuſdem illud fuiſſe conſcriptum per manum cujuſdam Notarii publici narrabatur, cujus ſubſcriptio, & ſolemnitates, quæ requiruntur in talibus, in eodem decreto minimè apparebant; nec perſonæ aderant, quæ de facto, & facti circumſtantiis Nobis facerent plenam fidem; decretum ipſum eſt habitum veriſimili ratione ſuſpectum. Nos itaque ſuper iis ſalubriter providere volentes Diſcretioni veſtræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ſi vobis conſtiterit ad Nos Monaſterium ipſum nullo medio pertinere, inquiſitâ de modo electionis, ſtudiis Eligentium, & *Electæ* meritis diligentiùs veritate, ſi electionem ipſam inveneritis de perſonâ idoneâ canonicè celebratam; illam auctoritate Noſtrâ confirmare curetis, facientes eidem Electæ a ſubditis ſuis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi, ac ſibi munus benedictionis impendi; recepturi ab eâ poſtmodum pro Nobis, & eâdem Eccleſiâ fidelitatis ſolitum juramentum juxta formam, quam vobis ſub *Bulla* Noſtrâ mittimus intercluſam. Formàm autem juramenti, quod ipſa præſtabit, de verbo ad verbum per ejuſdem patentes litteras ſuo ſigillo ſignatas Nobis per proprium Nuntium, quàm citius poteritis, deſtinare curetis. Alioquin eâdem electione rite caſtatâ, faciatis prædicto Monaſterio de Perſonâ idoneâ per electionem canonicam provideri. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Non obſtante indulgentiâ, qua vobis vel Ordinibus veſtris dicitur eſſe conceſſum, quòd non teneamini vos intromittere de iis, quæ vobis a Sede Apoſtolicâ committuntur.

ejuſque confirmatio petitur;

quæ examini ſubjicitur.

Mandat Pontifex juxta examen decerni.

Obſtanti derogando.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum v. Idus Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Abbas Monaſterii S. Mariæ de Crypta a Capitulo Panormitano *ſine jure promotus amoveatur ad tempus, mox adbibitis conditionibus præficiatur eidem.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 73. anno 2.)

XCV.

Anno 1279. die 9. Januarii.

NICOLAUS &c. *Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, & .. Guardiano Minorum FF. Ordinum* Panormitan.[a] *Sal., & Ap. Ben.*

Accedens ad præſentiam Noſtram dilectus Filius, *Pannuntius* olim Abbas Monaſterii Sanctæ Mariæ *de Sparto*[b] Ordinis Sancti Baſilii Chephaluden.[c] Diœceſis humili Nobis relatione monſtravit, quòd olim Monaſterio Sanctæ Mariæ *de Crypta*[d] Panormitan. ejuſdem Ordinis per obitum quondam *Gabrielis* Abbatis ipſius Monaſterii *de Crypta* Paſtoris regimine deſtituto, Conventus ejuſdem Monaſterii convenientes in unum perſonam indignam, videlicet Fratrem *Cyprianum* Converſum ipſius Monaſterii *de Crypta* intolerabilem patientem in litteraturâ defectum ſcienter in Abbatem ejuſdem Monaſterii elegerunt; Capitulum verò Eccleſiæ *Panormitanæ*, Sede tunc Panormitanâ vacante[e], attendentes, quòd præfati Converſi perſonam indignam ſcienter, ut prædicitur, eligendo poteſtatem eligendi amiſerant eâ vice; ac credentes, quòd per hoc eſſet ad eos ipſius Monaſterii *de Crypta* proviſio devoluta; dictum *Pannuntium* in Abbatem dicti Monaſterii *de Crypta* eligere curaverunt ipſumque fecerunt in ejuſdem Monaſterii *de Crypta* corporalem poſſeſſionem induci, in quo quidem Monaſterio per tres annos, & amplius, antequam provideretur dictæ *Panormitanæ* Eccleſiæ de Prælato, adminiſtravit utiliter tanquam Abbas; & poſtmodum Venerabilis Frater Noſter *Petrus*[f] Archiepiſcopus Panormitanus ad Archie-

Relatio Electi ad regimen Monaſterii S. Mariæ de Crypta,

quo vacante Converſus Fr. fuerat electus;

ſed Capitulum Panormit. alium ſubſtituit

a Petro Archiepiſcopo Panormit. confirmatum.

(a) Panormitan.: Metropolis Inſulæ Siciliæ, cujus FF. Minor. Conventus memoratur a Waddingo ad ann. 1224. num. 39. ex Rodulphio, & fuſius Cagliola ex diverſis.

(b) S. Mariæ de Sparto: Pro quo conſuli poterit Rochus Pyrrhus in *Sicilia Sacra*, ac Not. Cephaluden.

(c) Chephaluden.: Al. *Cephaluden.* vulgò *Cefalù* in eadem Inſula Siciliæ ſub Archiepiſcopo Meſſanenſi.

(d) S. Mariæ de Crypta: De quo agit cit. Pyrrhus.

(e) Vacante: Per obitum.

(f) Petrus: Deſcriptus a laudato Pyrrho in Not. Panormit.

Digitized by Google

Archiepiſcopalem dignitatem aſſumptus præfatum *Pannuntium* ut Abbatem dicti Monaſterii *de Crypta* ad manualem obedientiam, & ab eo juramentum fidelitatis recepit; ſicque idem *Pannuntius* a tempore hujuſmodi electionis per præfatos Capitulum de ipſo taliter celebratæ dicti Monaſterii *de Crypta* exercuit pacificè regimen, & adhuc noſcitur exercere. Quare idem *Pannuntius* Nobis humiliter ſupplicavit, ut providere in hac parte ipſius ſtatui ſalubriter curaremus. Nos igitur attendentes, quòd in caſu præmiſſo dicti Monaſterii *de Crypta* ordinatio non ad præfatos Capitulum, ſed potius ad Sedem Apoſtolicam ſecundum inſtituta canonica pertinebat; propter quod prædicta ejuſdem *Pannuntii* electio a nominatis Capitulo ſic de facto præſumpta, nec non & quæ circa illam adhibita ſunt, nullius penitus ſint momenti; ac per hoc non electionem ipſam confirmare, ſed alio modo eidem Monaſterio *de Crypta* ſuper hoc conſulere paternâ diligentiâ intendentes; gerentes quoque de veſtrâ Circumſpectione fiduciam in Domino pleniorem Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, & tam ſuper iis, quàm de vitâ, & converſione, ac aliis meritis dicti *Pannuntii* diligentius inquiratis, & ſi eum inveneritis bonæ vitæ, ac converſationis honeſtæ, ac aliàs idoneum ad præfati Monaſterii *de Crypta* regimen exercendum, ab adminiſtratione dicti Monaſterii per aliquod brevis temporis ſpatium amovere curetis eumdem; & ſi ipſe poſtmodum erraſſe humiliter ſe recognoverit in præmiſſis, impoſitâ ſibi propter hoc pœnitentiâ ſalutari, ipſum eidem Monaſterio *de Crypta* auctoritate Noſtrâ in Abbatem præficere procuretis, facientes ſibi a Monachis, & Converſis ipſius Monaſterii *de Crypta*, ac aliis ſuis ſubditis obediri, ac de Abbatiæ ejuſdem Monaſterii *de Crypta* juribus, & proventibus integrè reſponderi. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Alioquin ex parte Noſtrâ prædictis Conventui injungatis,

Quam ſubſtitutionem, & confirmationem nullam eſſe cenſet Pontifex,

mandatque, uti ſupra dictum eſt.

cum ſolitis clauſulis,

A ut ſibi, & dicto Monaſterio *de Crypta* de perſonâ idoneâ in Abbatem ipſius Monaſterii aſſumendâ per electionem canonicam, vel poſtulationem concordem ſtudeant providere.. Non obſtante indulgentiâ, ſi qua vobis, Filii Prior, & Guardiane, ſpecialiter, vel Ordini veſtro generaliter a Sede Apoſtolicâ eſt conceſſa ne vos, & Fratres veſtrorum Ordinum teneamini cognoſcere inviti de cauſis, quæ vobis per litteras Apoſtolicas com-
B mittuntur.

& obſtantium derogatione.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum v. Idus Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Facultatem attribuit certis conditionibus Monaſteria Clariſſarum ingrediendi. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 641. anno 2.)

XCVI.

Anno 1279. die 20. Januarii.

NICOLAUS &c.

C *Dilectæ in Chriſto Filiæ nobili mulieri* Aulidi *Dominæ de Pyrois Cameracen. Diœceſis Salut.*, & *Apoſtolicam Benedictionem.*

Pium arbitramur & congruum &c. Hinc eſt quòd Nos tuis devotis precibus favorabiliter annuentes auctoritate tibi præſentium indulgemus, *S. Claræ* Ordinis Monaſteria... & eorum Clauſtra cum ... honeſtis mulieribus ... in
D anno libere poſſis cauſa devotionis intrare; dummodo tu, vel ipſæ Matronæ &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem XIII. Kalend. Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Conſtituitur Archiepiſcopus Cantuarien. (Ex Regesto Vatic. epiſt. 20. apud Waddingum ad hunc annum n. 13. Regeſti Pontif.)

XCVII.

Anno 1279. die 28. Januarii.

a b

NICOLAUS &c.

E *Dilecto Filio* Joanni [a] *Electo* Cantuarien. [b] *Salutem*, & *Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium.

Sollicitudinis Apoſtolicæ ſtudium circa diverſa, quæ Noſtris incumbunt humeris agenda diſtrahitur; & juxta

(a) Joanni: *Pekam* cognomento natione Anglo S. Bonaventuræ diſcipulo, de quo legendus eſt Waddingus in Annal. Minor., & in libro de Scriptoribus Minor.

(b) Cantuarien.: Vulgò *Cantorbery*, & *Canterbury* olim Regni Cantiæ caput, nunc adhuc totius Regni præcipu a Metropolis ſub ſe ultra 20. Epiſcopatus habens.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1279.

A xta Paſtoralis officii debitum ad ſingula Noſtræ diffundimus conſiderationis intuitum; ſed erga curam Eccleſiarum Nobis licet immeritis, Domino diſponente, commiſſam animum potiſſimè concernentes, plenâ de ipſarum ſtatu ſolertiâ cogitamus; & illarum ſpecialiùs miſeremur, quas inſpicimus viduitatis incommoda deplorare, aſſiduæ meditationis excitati vigiliis, ut eis præficere valeamus viros idoneos in Paſtores.

Vacante Eccleſia Cantuarien.

Sanè dudum *Cantuarien.* Eccleſiâ per translationem Venerabilis Fratris Noſtri *R.*[a] *Portuen.* Epiſcopi tunc Archiepiſcopi Cantuarien. in Epiſcopum Portuen.[b] aſſumpti ſolatio deſtitutâ Paſtoris;

poſtulatur ad eam Epiſcopus Bathonien.,

Capitulum ejuſdem Eccleſiæ Venerabilem Fratrem Noſtrum *R.*[c] *Bathonien.*, & *Wellen.* Epiſcopum[d] in *Cantuarien.* Archiepiſcopum poſtularunt; & Nobis poſtulatione hujuſmodi præſentatâ, ipſam, & eam contingentia Venerabili Fratri Noſtro *B.*[e] *Albanen.* Epiſcopo, & dilectis Filiis Noſtris G.[f] tituli Sancti Marci Presbytero, ac M.[g] Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinalibus juxta modum, quem in his Romana ſervat Eccleſia, examinandam commiſimus diligenter;

& poſtulatio examini committitur,

qui poſtulatione, ac contingentibus diſcuſſis eiſdem; quod perceperunt ex eis, Nobis providè retulerunt. Et quia per ea, quæ ex hujuſmodi relatione percepimus, præmiſſa poſtulatio tunc admitti non poterat; nec debebat propter aliqua ipſam contingentia, quæ ex qualitate ſui majorem indaginem meritò requirebant;

inventaque eſt majori indagine indigere.

& expediebat illâ ſollicitudine propenſiori perquiri, quod abſque tractu longi temporis non poterat fieri, cum facienda eſſet in partibus Anglicanis; & ut tempus indagationis, ſeu perquiſitionis hujuſmodi nedum ad indagationem, & perquiſitionem eaſdem, verùm etiam ad præſentationem prædicti *Bathonien.*, & *Wellen.* Epiſcopi, ſi ex qualitate negotii examinationi perſonæ locus exiſteret, utile redderetur; volumus per Procuratores dicti Capituli ſe ipſos, & dictum *Bathonien.*, & *Wellen.* Epiſcopum examinandum, ſi ut prædicitur, examinationi locus adeſſet, infra Kalendas Junii Apoſtolico conſpectui præſentarent. Poſtmodum verò quaſi è veſtigio nondum confectis aliquibus litteris ſuper dictis indagine, & proceſſu, ſed adhuc dictis Procuratoribus in Romanâ Curiâ morantibus; nonnulla dictæ poſtulationis negotium contingentia ad Noſtram, B & Fratrum Noſtrorum audientiam a fide dignis perſonis non leviter pervenerunt;

& tandem non admittenda.

propter quæ poſtulationem eamdem ſanâ conſcientiâ nec poteramus, nec debebamus admittere; & credebamus divino beneplacito magis acceptum, quòd idem Epiſcopus in ea vocatione, ad quam vocatus eſt, videlicet in *Bathonien.*, & *Wellen.* Eccleſiâ remaneret, quàm quòd ad *Cantuarien.* transferetur. Sicque commoti ex cauſis C urgentibus, & ſtimulis conſcientiæ coarctati, cum nulla juris neceſſitas Nos ea, quæ, ut prædicitur, ad Nos, & Fratres eoſdem pervenerant poſtulantibus, ſeu poſtulato patefacere, vel eis præſentibus indagare contingeret; ſed ad non admittendum poſtulationem ipſam, quæ dependebat a gratiâ ſolâ ex ipſis Noſtrâ, & dictorum Fratrum rationabiliter informatio percepta ſufficeret, expeditionem D proviſionis, accommodæ dilationis diſpendio, ex qua præfatæ poſtulationis, ut præmittitur, admiſſio ſequi non poterat, quin potius animarum pericula, perſonarum gravamina, damna rerum, patens læſio *Cantuarien.* Eccleſiæ clariùs imminebant, non immeritò præferentes; & circa ſtatum ipſius Eccleſiæ *Cantuarien.*, quam multo nitore fulgentem meritaneis affectibus intuemur, Noſtræ ſollicitudinis ſtudia convertentes, ne diutinæ vacationis incommoda deploraret; & E eidem *Bathonien.*, & *Wellen.* Epiſcopo, ne ſibi propter hoc inanes expenſas, & labo-

(a) R.: *Roberti* Kilvarbii Angli anno 1272. ad Cantuarien. Eccleſiam ex Ord. Prædicat. promoti.

(b) PORTUEN.: Et S.R.E. *Cardinalem* biennio poſt Viterbii mortuum, dum ex Anglia Romam contenderet ex Ughello to.1. Ital. Sac.

(c) R.: *Robertum* Bumel magni ingenii virum Eduardo Regi charum, qui anno 1274. aſſumtus obiit anno 1292. ex Catalogo Antiſtitum illius Eccleſiæ.

(d) BATHONIEN. ET VELLEN.: In Anglia ſub præfato Cantuarien. Archiepiſcopo Eccleſiarum uſque ab anno circiter 1100. unitarum, quapropter mihi corrigendum eſt id, quod in 1. hujus Bullarii tomo no.(h) ad Bull.154. Innocentii IV. *Ad audientiam noſtram &c.* pag.427., retuli; delendaque verba illa: *nec eo tempore Bathonia & Welles Epiſcopatus uniti erant, ut diceretur Epiſcopus BathWellen.*

(e) B.: *Bentivenga* Aquaſpartano ex Epiſcopo Tudertino ad *Albanen.* Eccleſiam, & S. R. E. Cardinalatum anno præcedenti translato.

(f) G.: *Guillelmo*.

(g) M.: *Matthæo* Rubeo Urſino Pontificis nepoti, & Ordinis noſtri paulopoſt Protectori,

Digitized by Google

labores adijceret, præcaventes poſtulationem ipſam de Fratrum eorumdem conſilio non duximus admittendam; & ad perſonam tuam ſcientiarum præditam, diſcretionis maturitate coſpicuam, præclaram meritis, religionis claritate fœcundam, quam produxit Regnum inclytum [a] offerens viros induſtrios, cui præſidet Rex devotus [b]; & quam Nobis acceptam ſperamus eidem Regi, & Anglicano populo affabilitatis gratiâ placituram; & aliâs in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectam Noſtræ conſiderationis aciem extendens; ſperantes quoque, quòd eamdem *Cantuarien.* Eccleſiam ſalubri, dante Domino, regimine gubernabis; ipſaque utilis præſidio munita Paſtoris optatis affluet incrementis & diffundet latiùs ſui luminis claritatem; te *Fratrum Minorum* Ordinis profeſſorem præfatæ *Cantuarien.* Eccleſiæ de Fratrum Noſtrorum &c. [c]

Ideoque Fr. Joanni Ord. Min. confertur Eccleſia, & laudatur.

Eique dicta Eccleſia commendatur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum v. Kalendas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Si vera compererint, quæ de Electo ad Magdeburgen. *Eccleſiam ferebantur, citent eum ad comparendum coram Summo Pontifice.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt.31. anno 2. etiam a Waddingo ad hunc annum num.28. citata.)

XCVIII.

Anno 1279. die 4. Februarii.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis Uberto dicto Blanco *de Placentia* [d] *Noſtro, & Viviano Archidiacono Aretin. Dilecti Filii Noſtri M.* [e] *Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconi Cardinalis Cappellanis, ac .... Guardiano Fratrum Minorum* Halberſtaden. [f] *Sal., & Apoſt. Bened.*

MAGDEBURGENSI Eccleſiâ [g] Paſtoris regimine deſtitutâ, inibi quædam electio de *Gunthero* [h] Theſaurario

Magdeburg. Sede Paſtore deſtituta,

A ipſius Eccleſiæ, ſicut aſſeritur, facta fuit: Cumque *Henricus* de Crunemberch Presbyter ipſius Eccleſiæ Canonicus hujuſmodi electioni ſe duceret opponendum; ac inter ipſum ex parte unâ, & Electores ipſius *Guntheri* ſuper hoc ex alterâ orta eſſet materia quæſtionis; tandem lite in hujuſmodi causâ in præſentiâ fel. record. JOHANNIS PAPÆ XXI. prædeceſſoris Noſtri legitimè conteſtatâ; & poſtmodum eodem prædeceſſore B viam univerſæ carnis ingreſſo [i], Nos cauſam eamdem dilecto Filio Noſtro M. [k] Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali audiendam commiſimus, & fine debito terminandam: Eodem verò Cardinali in causâ hujuſmodi procedente, factis poſitionibus, & reſponſionibus ſubſecutis; & datis etiam hinc, & inde articulis ſuper illis, quia per ea, quæ acta fuerant apud Sedem Apoſtolicam, plenè non poterant in causâ ipsâ liquere; vos, C Filii Uberte, & Archidiacone, fuiſtis ad partes illas pro recipiendis teſtibus, a partibus producendis juxta formam, quæ ſervatur in talibus, deſtinati. Verùm, ſicut nuper ad Noſtrum pervenit auditum, ſic causâ ipsâ pendente, Nobilis Vir *Renardus* de *Strahal* vaſſallus Eccleſiæ prædictæ, adjunctis ſibi nonnullis ejus in hac parte complicibus, & fautoribus *Magdeburgenſis*, *Miſinenſis*, *Lubucenſis*, *Brandeburgenſis*, & D *Numburgenſis* Civitatum, & Diœceſum, prædictum *Henricum*, negotium hujuſmodi perſonaliter proſequentem, & alios ejuſdem Henrici Socios temere cepit, & carcerali cuſtodiæ mancipavit, eos equis, & aliis bonis ſuis, quæ ſecum habebant, nequiter ſpoliando. Verùm quia dictus *Guntherus* nequitiæ ſtimulo concitatus captionem, & carcerationem hujuſmodi dicitur procuraſſe; Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus,

eligitur dictæ Eccleſiæ Theſaurarius, cujus electioni alius opponit,

cauſaque Cardinali committitur audienda.

Qua Romæ non eliquata duo ad partes illas deſtinantur.

Interim opponens, ejuſque ſocii Electo ſuadente carceri traduntur;

& mandat Pontifex ſupra dicta exequi.

(a) PRODUXIT REGNUM INCLYTUM: Fuit enim Anglus patria *Ciceſtrienſis*, vel illius *Diœceſis*, *Pariſiis, & Oxonia Lector, inde ſua Prov Miniſter, poſtea in Curia Romana Palatii Lector, & tandem anno* 1279. *Archiepiſcopus Cantuarienſis a Nicolao III. conſecratus, Ordinis ſui zelator præcipuus, carminum dictator egregius, geſtus, affatuſque pompatici, mentis benignæ, ac animi admodum liberalis*: inquit Nicolaus Trivet O. P. ſcriptor illius temporis in Chron. Regum Angliæ ad hunc annum.

(b) REX DEVOTUS: *Eduardus I.*, qui patri Henrico anno 1272. defuncto ſucceſſit.

(c) NOSTRORUM &c. Ut in Bulla *Militanti Eccleſiæ &c.* pro T. Electo *Bracharen.* anno 1278. die 6. April. uſque *conſequi merearis*.

(d) DE PLACENTIA: Flaminiæ in Italia urbe, ubi patritia familia *Blanca* adhuc ſeculo xv. florebat.

(e) M.: *Matthæi* Rubei Urſini Romani Pontificis nepotis, & Ordinis noſtri ſtrenui Protectoris.

(f) HALBERSTADEN.: In Saxonia caput *Cuſtodiæ* ſui nominis, de quo loco Waddingus meminit ad annum 1309. n.28., & antea ad annum 1234. n.13., quo jam extaſſe ſcribit.

(g) MAGDEBURGEN. ECCLESIA: Nobili Saxoniæ Metropoli Eccleſ.

(h) GUNTHERO: De Swalenberge a Krantio nuncupato.

(i) INGRESSO: Anno 1277. die 16. Maji.

(k) DILECTO FILIO NOSTRO M.: *Matthæo* Rubeo proxime memorato.

Digitized by Google

mus, quatenus, ſi vobis ſaltem famâ deferente conſtiterit, præfatum *Guntherum* in hoc culpabilem extitiſſe; vel ipſo mandante, ſeu conſentiente, aut aliàs quomodolibet acceptante præmiſſa præſumpta fuiſſe; ipſum per vos, vel per alium, ſeu alios ex parte Noſtrâ peremptoriè citare curetis, ut infra duos menſes poſt citationem hujuſmodi compareat perſonaliter coram Nobis pro meritis recepturus [a]. Diem verò citationis, & formam, & quicquid inde feceritis, Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes ſtudeatis fideliter intimare.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum II. Nonas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Facultatem impertitur commutandi Vota Reginæ Siciliæ, *ac diſponendi, ut expediens eſſet*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 72. anno 2.)

XCIX.

Anno 1279. die 5. Februarii.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio Fratri Raynerio [b] *Ordinis Fratrum Minorum Capellano, & familiari Cariſſimi in Chriſto Filii Noſtri* [c] ... Regis Siciliæ *Illuſtris, Salutem, & Apoſtol. Benedict.*

Reginæ Siciliæ expoſitio de propriis Votis.

EX parte cariſſimæ in Chriſto Filiæ Noſtræ *Margaritæ* [d] Reginæ Siciliæ Illuſtris fuit propoſitum coram Nobis, quòd ipſa plura *Vota* tàm *peregrinationum*, quàm *abſtinentiarum* emiſit, quæ adimplere non poteſt, niſi a cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro C. [e] Rege Siciliæ Illuſtri petitâ ſuper hoc licentiâ, & obtentâ, quam petere a *Rege* ipſo non audet; nec credit illam ab eo, ſi etiam peteret, obtinere. Quare pro parte dictæ *Reginæ* fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut Vota, & abſtinentias hujuſmodi faceremus in aliâ pietatis operâ commutari. De tuâ itaque Circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinentes Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcipta mandamus, quatenus prædictæ *Reginæ* ſuper hoc confeſſione diligenter auditâ, & conſideratis circumſtantiis univerſis, quæ fuerint attendendæ ſuper Votis hujuſmodi *peregrinationum*, auctoritate Noſtrâ facias id, quod ſecundum Deum animæ ipſius *Reginæ* ſaluti videris expedire. Super *abſtinentiis* verò prædictis eo modo te volumus proceſſurum, ut ſi propter ejuſdem *Reginæ* conditionem, vel ipſius Regis viri ſui ſcandalum, ſeu propter ipſarum impoſſibilitatem illas noveris non poſſe commodè obſervari, ſtatuendi ſuper hoc circa ipſam *Reginam* ſalubriter, auctoritate ſimili tibi libera ſit facultas.

Ac ſuper illis ſupplicatio.

Pontifex mandat id, quod ſupra.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Nonis Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Super illicito conjugio *committitur diſpenſatio, ſi vera ſint expoſita, & quibuſdam conditionibus adhibitis*. (Ex Vat. Reges. Pontif. epiſt. 40. anno 2.)

C.

Anno 1279. die 10. Februarii.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri ... [f] *Epiſcopo* Palentino [g], *& dilectis Filiis* .... *Priori Prædicatorum, &* ... *Miniſtro Minorum Fratrum Ordinum Provincialibus in Provincia* Caſtellæ [h] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Expoſitio de matrimonio illicito

LECTA Nobis dilecti Filii Nobilis Viri *Alvari* Didaci de *Norenna* Oveten. Diœceſis [i] petitio continebat, quòd cum ipſe dudum Nobilem Mulierem *Mariam* Johannis ſibi matrimonialiter copulaſſet; tandem compertum eſt, dictam *Mariam* eidem *Alvaro* quarto conſanguinitatis gradu fore conjunctam. Quare dictus *Alvarus* morſum conſcientiæ inde habens ſuper hoc Apoſtolicæ Sedis miſericordiam imploravit; & reatum ſuum humiliter recognoſcens pro illius ſatisfactione, ac remiſſione ſuorum pecca-

(a) Recepturus: Qui demum ſponte ceſſit juri ſuo ex epiſt. 49. Martini IV. *Sacroſancta Romana &c.* anno 1283. die 14. Maji edita, & infra ſuo loco vulganda; ubi & exitus hujus cauſæ reperietur.

(b) Fr. Raynerio: Anno ſequenti ad Epiſcopatum *Trojanum* evecto, ut ibi videbitur.

(c) Filii Nostri ...: *Caroli I.* ſæpe in hoc Opere memorati.

(d) Margaritæ: Secundæ præfati Caroli uxoris.

(e) C.: *Carolo* ſupradicto.

(f) Ven. Fratri ...:

(g) Palentino: In Regno Legionis tunc ſub Toletano, nunc ſub Burgenſi Archiepiſcopo.

(h) Castellæ: In qua Conjuges morabantur.

(i) Oveten. Dioec.: Vulgo *Oviedo* in Regno Legionis, Aſturiæque capitis ſub Metropoli Compoſtellana.

Digitized by Google

peccaminum de bonis ſuis *ducentas marchas* argenti convertendas in pios uſus, & pœnitentias alias ſe ſubiturum obtulit; ſicut expediens videremus, per hæc pœnitudinis ſigna devoto ſpiritu demonſtrando; aſſerens quoque, quòd ex ſeparatione hujuſmodi matrimonii inter eum, & dictam *Mariam* contracti in partibus illis ſcandala plurima provenirent, petebat a Nobis, ut animarum periculis, ac prædictis ſcandalis occurrentes cum ipſo, & *Maria* præfatâ, quòd non obſtante hujuſmodi conſanguinitatis gradu in matrimonio ipſo remanere licite valeant, diſpenſare miſericorditer curaremus. Nos autem hujuſmodi vitari pericula cupientes; quia vos de facto, & facti circumſtantiis habere poteritis notitiam pleniorem, Diſcretioni veſtræ præſentium auctoritate committimus, quatenus, ſi præmiſſa vera ſunt; & timeatur de periculis, quæ narrantur; voſque ſecundum Deum hoc expedire videritis, ſuper quo veſtras intendimus conſcientias onerare, dictis *Alvaro*, & *Maria* prius ad tempus, de quo vobis videbitur, publicè ſeparatis, & receptis ab eodem Nobili dictis *ducentis marchis*, ac impoſitâ eiſdem *Alvaro*, & *Mariæ* pœnitentiâ ſalutari, cum eiſdem ſuper præmiſſis ad ſupplicationem *Nobilis*, & *Mariæ* prædictorum auctoritate Noſtrâ diſpenſare curetis; prout animarum ſuarum ſaluti videritis expedire. Quibus omnibus providè adimpletis, de prædictis *ducentis Marchis centum* inter quinque *Prædicatorum*, & totidem *Minorum* Ordinum Conventus magis propinquos, & indigentes cuilibet videlicet Conventuum eorumdem *decem marchas* pro ipſorum, & locorum ſuorum utilitatibus tribuatis; & reliquas *centum* pro pauperibus mulieribus maritandis, & aliis piis ſubſidiis, & eleemoſinis providis ſecundum veſtras ſanas conſcientias expendatis, ita quòd poſſitis exinde apud Deum, & homines meritò commendari. Et ut de præmiſſis in poſterum notitiam habeamus modum, quem in diſpenſatione hujuſmodi matrimonii, & prædictarum ducentarum *marcharum* exhibitione ſervabitis, quod quantum, quibus, & quando de pecuniâ ipſâ dederitis ſingulariter, & diſtinctè, ſicut commodè fieri poterit, Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes fideliter reſcribatis.

&c petitio pro diſpenſatione.

Pontifex injungit, ut ſupra notatum eſt,

conditione appoſita,

& pecunia diſpoſita.

De prædictis notitiam exquirens.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum iv. Idus Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Electionem Abbatis Monaſterii S. Benedicti Salernit. Monoculi diſcutiendam injungit; & an Electus citandus ſit, ut ſe ſiſtat apud Sedem Apoſtol, (Ex Vat. Reges. Pontif. epiſt. 41. anno 2.)

CI.

Anno 1279. die 17. Februarii.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, & ... Guardiano Minorum Fratrum Ordinum Salernitan. [a] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

AD audientiam Noſtram pervenit, quòd dudum Monaſterio Sancti Benedicti [b] *Salernitan.* ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente Ordinis Sancti Benedicti Abbatis regimine deſtituto, Monachi ejuſdem pro futuri ſubſtitutione Abbatis convenientes in unum *Thomam de Ebulo* [c] ejuſdem Monaſterii Monachum defectum intollerabilem utpote oculorum orbatum altero patientem in ſuum Abbatem concorditer poſtularunt. Verùm idem *Thomas* mœtu defectus hujuſmodi, ut aſſeritur, Apoſtolicæ Sedis conſpectui ſe deferens præſentare pro negotio poſtulationis hujuſmodi proſequendo adminiſtrationi ipſius Monaſterii ſeptennio & amplius [d] jam elapſo ſe ingerere non ſine multâ temeritate proprio motu præſumpſit; & illius adhuc gubernationi in hujuſmodi præſumptione obfirmatus incumbit. Ne igitur hujuſmodi præſumptionis audatia, ſi veritati deſerviat, fiat aliis temeritatis exemplum; ac propter hoc per debitæ indaginis ſtudium cupientes ad præmiſſorum certitudinem pervenire Diſcretioni veſtræ

Ad regimen Monaſterii S. Benedicti Salernit. Monachus orbatus oculo deligitur,

qui temere miniſtrationem arripit ante confirmationem,

quare Pontifex mandat, ut ſupra,

(a) Salernitan.: De quorum Cœnobio agit Waddingus ad ann. 1238. n. 8., eſtque caput Cuſtodiæ ſui nominis in Provincia Terræ Laboris hodie Neapolitana.

(b) Monasterio S. Benedicti: De quo Mabillonius lib. 42. ad ann. 942. n. 42., & alibi lib. 55. ad annum 1025. num. 83.

(c) Ebulo: Vulgo Evoli Oppido Principatus citerioris 15. mill. paſ. Salerno diſtante in ortum Ducatuſque titulo florente.

(d) Septennio et amplius: Igitur ante annum 1272. promotus.

Digitized by Google

ſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, A quatenus prædictum *Thomam* ad veſtram præſentiam evocare, & tandem ab eo ſollicitè exigere ſtudeatis, cujus auctoritate miniſterium hujuſmodi gubernationis aſſumpſit; & an obtinuerit legitimè poſtulationem hujuſmodi admitti; & ſi fortè admiſſa non fuit, cur illius admiſſionis beneficium diſtulit poſtulare, vel proſequi poſtulationis hujuſmodi negotium; ſi exiſtit inchoatum? alia etiam, per quæ veritas ſuper hoc pateſiat, exacturi diligentiùs ab eodem. Demum verò, ex iis, quæ inveneritis, quæ veſtræ nunc conſcientiæ duximus relinquenda, forſan dictus *Thomas* non cenſetur citandus;

& cum hypotheſi.

nihilominus tamen de eorum qualitate, nec non & defectu præmiſſo Nos pleniùs per veſtras litteras informetis: Si autem ex hujuſmodi qualitate veſtræ Diſcretionis judicium citationis edictum decreverit proponendum; ipſum ex parte Noſtrâ peremptoriè citare curetis, ut infra unum menſem poſt citationem veſtram cum omnibus juribus, & monimentis ſuis compareat perſonaliter coram Nobis, recepturus ſuper hoc, quod juſtitia ſuadebit; & reſcribatis Nobis tandem ſimiliter per veſtras litteras harum ſeriem continentes tàm diem citationis, & formam, quam quæ ad inſtructionem Noſtram ſuper hoc noveritis oportuna.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum XIII. Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Præficitur Eccleſiæ Valvenſi, *& conſecratur a Pontifice*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 30. apud Waddingum ad hunc ann. num. 14. Regeſti Pontificii.)

CII.

Anno 1279. die 25. Februarii.

NICOLAUS &c.

a b

Venerabili Fratri Ægidio de Leodio [a] *Epiſcopo* Valven. [b] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium.

IN ſupremæ dignitatis ſpecula licèt immeriti, diſponente Domino, conſtituti curis continuis angimur, & pulſamur inſultibus ſucceſſivis; ut Eccleſiis Paſtoribus viduatis de talibus provideatur perſonis, quarum induſtriâ, & virtute eædem Eccleſiæ in ſuis juribus, & libertatibus conſerventur, reddatur tranquillior Cleri ſtatus, & commodis ſalutis, & gaudii plebs lætetur. Sanè dudum *Valven.* Eccleſiâ ſolatio deſtitutâ Paſtoris [c]; & Capitulo ipſius Eccleſiæ in diverſa dividentibus vota ſua, *Guidonem* Sanctæ Mariæ in Baſilicâ, & *Theodinum* B Bomniacen. Monaſteriorum [d] Abbates Ordinis Sancti Benedicti Theatin., & Valven. Diœceſis in *Valven.* Epiſcopum in diſcordiâ poſtularunt.

Eccleſia Valvenſi vacante, C

d

duo in diviſione Abbates poſtulantur,

Negotio itaque poſtulationum hujuſmodi ad Apoſtolicam Sedem deducto, fel. record. Gregorius Papa X. prædeceſſor Noſter dilectum Filium Noſtrum *M.* [e] Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconum Cardinalem deputavit ſuper hoc partibus Auditorem; coram quo diutiùs extitit inter partes ſuper ipſo C negotio diſceptatum.

e

quibus datur Auditor M. Cardin.

Et tandem eiſdem Abbatibus reſignantibus liberè poſtulationes hujuſmodi, earum proſecutiones, & omne jus, ſi quod eis ex ipſis poſtulationibus competebat; Nos proviſionem ipſis Eccleſiæ Nobis eâ vice duximus reſervandam, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus a quoquam contingeret attentari; ac poſtmodum volentes eamdem Eccleſiam a diſpendiis, quæ ſibi ex D vacatione diutinâ imminere poterant, præſervari; te Profeſſorem Ordinis *Fratrum Minorum* eidem Eccleſiæ præfecimus in Epiſcopum, & Paſtorem; & tibi munus conſecrationis de manibus Noſtris duximus imponendum, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quòd cum tu de honeſtate vitæ, ac morum, & providentiâ ſpiritualium, & temporalium fide dignorum teſtimonio commenderis; prædicta Eccleſia per tuam induſtriam, Deo E propitio, ſpiritualiter, & temporaliter gratis proficiet incrementis.

Pontifex aſſumit Fr. Ægidium O. M., & conſecrat, laudatque.

Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus humiliter ſuſcipiens impoſitum a Domino tibi onus prædictæ *Valvenſis* Eccleſiæ ſollicitam curam geras, gregem Dominicum in illâ tibi

Mandans ut impoſitum onus ſuſcipiat, & ſollicite regat.

(a) De Leodio: Vulgo *Liegi*, *al. Luyck* in Belgio ſatis noto.

(b) Valven.: Olim in Pelignis nunc in Aprutio citeriori *Sulmonenſi* Epiſcopatui unito.

(c) Destituta Pastoris: *Fr. Jacobi* Urbevetani Ord. Prædicat. anno 1263. aſſumti ex Ughello to. I. Ital. Sac., & Scriptoribus illius Ordinis, & ante annum 1276. defuncti.

(d) Monasteriorum: Annalium Benedict. ſcriptori ignotorum.

(e) M.: *Matthæum* Rubeum Urſinum Romanum ante ann. 1276. quo ineunte obiit Gregorius X.

Digitized by Google

tibi commiſſum doctrinâ verbi, & operis informando; ita quòd exinde perennis vitæ præmium conſequi merearis. A

Datum Romæ apud Sanctum Petrum v. Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [a].

a

Electio Cathanen. *Eccleſiæ nuncient, ut vel juri ad eam cedat, vel Apoſtolicæ Sedi ſe præſentet*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 43. anno 2. teſtante etiam Waddingo ad hunc ann. num. 28.)

CIII. Anno 1279. die 9. Martii.

NICOLAUS &c.

b c d

Venerabilibus Fratribus... [b] Sancti Andreæ, *&*... [c] Haberdonen. *Epiſcopis, ac dilecto Filio*... [d] *Miniſtro Provinciali Ordinis Fratrum Minorum in Scotia Salutem, & Apoſtol. Bened.*

Exordium.

COMMISSA Nobis Apoſtolatus cura requirit, ut more Paſtoris vigilis levemus Noſtros oculos in circuitu ad ſingula, quæ Noſtris incumbunt humeris; & quod Gregi commiſſo expediat, perquiramus; ne deſit in aliquo ſtudium Apoſtolicæ ſervitutis, ubi ſpecialiter agitur de ſubſtituendis Paſtoribus Eccleſiis viduatis. Dudum ſiquidem *Cathanen*. [e] Eccleſiâ Paſtoris ſolatio deſtitutâ, Capitulum ipſius Eccleſiæ in electionis negotio deliberantes per viam procedere compromiſſi compromiſerunt in quoſdam ex eis, qui conſentientes in *R. Decanum* ejuſdem Eccleſiæ ipſum in *Cathanen*. Epiſcopum concorditer elegerunt. Præſentatâ itaque Nobis electione hujuſmodi; & dictis Capitulo per Henricum de *Nottingam* [f] Procuratorem ad hoc conſtitutum exhibentibus ipſius electionis decretum, ejuſdem Capituli, & dicti compromiſſi tenorem ipſius Decani, & Canonicorum Eccleſiæ prædictæ ſigillis munitâ, & plurium Epiſcoporum *Scotiæ* deſiderantium, ſicut aſſeritur, confirmationem electionis ejuſdem, teſtimoniales ſuper meritis dicti *Decani* litteras, electionem quoque

e Vacante Eccleſia Cathanen.,

eligitur R. ejuſdem Eccleſiæ Decanus in Paſtorem,

f

ejuſque electio petitur confirmari ab Apoſt. Sede.

prædictam petentibus confirmari; ſuper electione ipsâ Examinatores dedimus juxtà morem Romanæ Eccleſiæ in talibus abſervatum. Et tandem Procurator ipſe in Noſtrâ præſentiâ conſtitutus confeſſus extitit, quòd prædictus *Decanus* habebat filium triginta annorum, & amplius genitum de ſolutâ; & quòd alium habere, licèt id ipſe non credere, dicebatur, aſſerens, quòd prædictus *Decanus* electioni de ſe factæ conſenſerat, permittendo ſe ad altare prædictæ Eccleſiæ more aliorum Electorum ſollemniter deportari cum decantatione *Te Deum laudamus*; ac recipiendo Canonicos prædictos ad oſculum, prout conſueverunt recipi ab Electis; & quòd præſens fuerat in ipſo Capitulo, quum prædictum Capitulum eidem Procuratori mandatum exhibuit pro confirmatione hujuſmodi poſtulandâ; licèt aſſertionem hujuſmodi non probarit; & nihilominus aliquorum relatus adjecit, quòd memoratus *Decanus* fuerat paraleſis morbo percuſſus; eſtque confectus ſenio, & debilitatus adeo, quòd impotens exiſtebat ad Paſtorale officium exequendum. Super iis itaque cum Fratribus Noſtris deliberatione habitâ diligenti; licèt nonnullis videretur, quòd idem *Decanus* a tempore præſentatæ ſibi electionis hujuſmodi juxtà Conſtitutionem Lugdunen. *Concilii* [g] non probabatur infra menſem præſtitiſſe conſenſum; quanquam dictus Procurator præfati Capituli dixerit eundem *Decanum* infra dictum menſem eumdem præſtitiſſe conſenſum, quod tamen aliquatenus non probavit; prædictum *Decanum* jure ſibi ex hujuſmodi electione quæſito eo ipſo fore privatum; pro eo, quod dictus *Decanus* per ſe, vel per Procuratorem infra trimeſtre tempus a tempore conſenſus præſtiti juxtà conſtitutionem eamdem [h] petere confirmationem ipſius electionis omiſit, eo ipſo ejus eſſet electio viribus vacuata; & ex eo etiam, quòd ex confeſſione prædicti Procuratoris de filio taliter procreato collegimus tanquam de Perſo-

B C D E

Interim Electi labes, & defectus denudantur.

g

h Ideoque confirmare differtur,

nâ

(a) Hic poſteà anno 1290. dignitatem dimiſit ex cit. Ughello, vivebatque adhuc anno 1318., quo Kal. Septembris *Sulmone* degens Indulgentias contulit Eccleſiæ S. Franciſci Oppidi *Taleacotii* ex Charta extante in Archivo noſtri Conventus S. Franciſci dicti Oppidi.

(b) Fratribus ...: N.

(c) Et ...: N.

(d) Filio ...: *Hugoni* de Bampton Joannis Pekam ſucceſſori ex Serie Miniſtrorum Provinciæ *Angliæ* apud Waddingum ad ann. 1400. n.36., dicitur autem hic *Miniſter Provinc. in Scotia*, eo quod Scotia pars erat, nempe *Cuſtodia* Provinciæ Angliæ.

(e) Cathanen.: In Scotia nunc ſub Archiepiſcopo S. Andreæ, tunc a Metropolitano exempta.

(f) Nottingam: Urbe & Provincia Angliæ.

(g) Concilii: II. anno 1274. celebrati cap. 5.

(h) Constitutionem eamdem: videlicet eodem cap. 5. ſupra memorati Concilii.

Nicolaus PP. III. An. Ch. 1279.

nâ inhabili celebrata irrita nunciandas; tamen non ſequentes juris rigorem, ſed manſuetudinis, & proviſionis in hac parte gratiæ potius inhærentes, per quam de Sponſo ydoneo Eccleſiæ provideretur eidem; & pudori dicti *Decani* ſub honeſto velamine parceretur; Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad notitiam dicti *Decani* præmiſſa omnia providè deducentes ſano conſilio ſuadeatis eidem, ut ſibi, & ipſi Eccleſiæ compatiens renuntiet liberè omni juri, ſi quod ei fuiſſet ex electione præfatâ forſitan acquiſitum; ut ex tunc Capitulum ipſum, prout aliàs ad ipſos pertinet, ſalubriùs eidem Eccleſiæ provideant de Paſtore. Alioquin de formâ electionis, *Electi* meritis, & de eo, quod de dictis filiis dicebatur, honeſtate vitæ, & converſationi ipſius *Decani*, morbo, ſenio, & debilitate, tempore, quo electioni conſenſit; & quòd ſibi extitit præſentata; & an ſciverit per Capitulum in Romanâ Curiâ electionis hujuſmodi cauſam agi, aliiſque pertinentibus ad prædictam diligenter inquirentes auctoritate noſtrâ aſſignetis memorato *Electo* terminum peremptorium; ſicut expedire videritis; quo ſi non renuntiaverit, & ſibi viderit expedire negotium electionis prædictæ proſequi, Apoſtolico ſe conſpectui perſonaliter repræſentet recepturus tàm ex iis, quæ ſunt in ipsâ Curiâ actitata, quàm ex aliis, quæ ex inquiſitione hujuſmodi reſultabunt, quod juſtitia ſuadebit; & ſubiturus examinationem ſuper litteraturâ, ſi fuerit examinationi ſubdendus; & per præſentialem aſpectum corporis ſuper prædictis morbo, & ſenio ſe potentem, & validum oſtenſurus; & prædicetis eidem, quòd ſive venerit, ſive non, ex tunc ad proviſionem ejuſdem Eccleſiæ, prout Nobis ex alto permiſſum extiterit, procedemus; ne tali prætextu Eccleſia prædicta cogatur diutinæ vacationis incommoda deplorare [a]. Diem autem aſſignationis hujuſmodi, eamdem inquiſitionem, & quicquid ex inquiſitione inveneritis antedicta, & feceritis in præmiſſis, Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes fideliter intimare curetis. Quòd ſi non omnes iis exequendis intereſſe potueritis, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

mandatque Pontifex id, quod ſupra.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum vII. Idus Martii Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Scripta quædam Decimam *pro Terra Sancta concernentia apud noſtros FF. Aſſiſii depoſita mandat aſſignari Epiſcopo* Eugubino *ejuſdem Decimæ collectori*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 48. anno 2. teſte etiam Waddingo ad hunc ann. num. 28.)

CIV.

Anno 1279. die 11. Martii.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio ... Cuſtodi *Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci* Aſſiſinat. *Sal.*, *& Apoſtol. Benedict.*

CUM nonnulli quaterni [b] rationum, ſeu alia ſcripta contingentia negotium [c] *Terræ Sanctæ* ſubſidio deputatæ per quondam Leonardum [d] Archidiaconum Spoletanum tunc Collectorem ipſius *Decimæ* in illis partibus deputatum [e], & alios vice ſuâ, vel de mandato ejus tàm ante ipſius Archidiaconi obitum, quàm poſt etiam, in Sacriſtiâ Sancti Franciſci de *Aſſiſio* conſignata eſſe dicantur; Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus quaternos, & ſcripta hujuſmodi Venerabili Fratri Noſtro ... [f] *Epiſcopo Eugubino* in collectione prædictæ *Decimæ* dicto Archidiacono ſubſtituto [g] ſine diminutione qualibet ſic liberaliter aſſignare procures, quòd poſſis exinde meritò commendari: Faciens de aſſignatione hujuſmodi confici publicum Inſtrumentum tranſmiſſurus Nobis illud, ac reſcripturus fideliter per tuas litteras harum ſeriem continentes, quid eidem *Epiſcopo* aſſignaveris; & quicquid in hac parte duxeris faciendum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum v. Idus Martii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Si quæ

(a) Tandem Decanus *Electus* ceſſit juri ſuo, & Pontifex ſubſtituit *Alanum* ex epiſt. Martini IV. *Dudum Cathanen. &c.* anno 1282. idibus Aprilis data, ut infra.

(b) Quaterni: Libelluli quatuor foliis compacti.

(c) Negotium: Deeſt *Decimæ*.

(d) Leonardum: In epiſt. *Inter cetera &c.* anno ſuperiore idibus Novembris data memoratum.

(e) Deputatum: A B. Gregorio X., ut in cit. epiſtola.

(f) Fratri Nostro...: *Benvenuto* Ord. Minor. de quo in dicta epiſtola 83. hujus Pontificis ſup. pag. 362. relata, not. (b)

(g) Substituto: Superiore anno die 13. Novembris, ut ex cit. epiſt.

Digitized by Google

Si quæ allata ſunt, vera repererint, ceſſionem regiminis Abbatis Calinen. *recipiant, & ad alterius Abb. electionem cum eorum aſſenſu deveniatur*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt.44.)

CV. Anno 1279. die 18. Martii.

NICOLAUS &c.

Venerabilibus Fratribus... [a] Veſtan. [b] *&*... [c] Leſinen. [d] *Epiſcopis, ac dilecto Filio... Guardiano Fratrum Minorum* Sipontin. [e] *Sal., & Apoſt. Ben.*

Abbatis Calenen. expoſitio

DILECTUS Filius Johannes Abbas Monaſterii *Calinen.* [f] ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti *Sypontin.* Diœceſis [g] Nobis per ſuas patentes litteras, & Nuntios propter hoc deſtinatos ad Noſtram præſentiam intimavit, quòd ipſe paralitico, & epilentico morbis, quibus jam per quinquennium, ut aſſeritur, laboraſſe, adeo eſt gravatus, quòd adminiſtrationem ejuſdem Monaſterii nequit utiliter juxta ſuum deſiderium exercere; propter quod ſub ejus curâ idem Monaſterium, niſi ſuper hoc per Sedis Apoſtolicæ providentiam congruum remedium apponatur, irreparabile poterit in ſpiritualibus, & temporalibus incurrere detrimentum. Hoc igitur dictus *Abbas* conſiderans diligenter; ac per hoc regimini cedere Monaſterii ejuſdem intendens per litteras & Nuntios prædictos Nobis humiliter ſupplicavit, ut ceſſionem ejus nomine a prædictis Nuntiis ſufficiens ſuper hoc ab eo mandatum habentibus in noſtris manibus faciendam admittere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos itaque volentes præfati Abbatis juſtis deſideriis, quantum cum Deo poſſumus, annuere in hac parte; ac dicto Monaſterio paternâ ſollicitudine providere; veſtrarumque perſonarum induſtriam eligentes ad hujuſmodi miniſterium exequendum, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolicâ ſcriptâ mandamus, quatenus ad præfatum Monaſterium vos perſonaliter conferentes, ac habentes præ oculis ſolum Deum, de univerſis circumſtantiis, quæ ſuper hoc attendendæ fuerint, inquiſitâ diligentiùs veritate; ſi prædicta inveneritis ita eſſe, prædicti *Abbatis* recipiatis vice Noſtrâ liberam ceſſionem; denuntiantes Conventui Monaſterii antedicti, ut juxta [h] litterarum Noſtrarum, quas eis ſuper hoc dirigimus, ſibi de perſonâ ydoneâ in Abbatem ipſius Monaſterii aſſumendâ, de veſtro conſilio, & aſſenſu canonicè ſtudeant providere. Nos enim decernimus irritum, & inane, ſi ſecus ſuper hoc dicti Conventus duxerint faciendum.

de morbis, quibus premebatur, & officio ſuo parum utilis aſſerebatur, ideoque ei cedere poſſe depoſcit. Pontifex vero mandat ut ſupra.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum xv. Kal. Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Poteſtatem teſtandi facit, ac diſponendi libere de nonnullis bonis. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt.47. anni 2.)

CVI. Anno 1279. die 25. Martii.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri Joanni [i] *Archiepiſcopo* Cantuarien. [k] *Sal., & Apoſt. Bened.*

QUIA præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem &c. [l]

Datum Romæ apud Sanctum Petrum VIII. Kalend. Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Quem-

(a) FRATRIBUS...: Anno 1296. ſedebat *Angelus* uſque ad ann.1302., quo deceſſit, ante eum uſque a Pontificatus Innocentii III. initio, nemo recenſetur in ſerie horum Antiſtitum apud Ughellum to.7. Ital. Sac.

(b) VESTAN.: Al. Apeneſten. urbis Apuliæ Dauniæ nunc *Capitanata* in ora littorali ad radices Montis Gargani ſub Archiepiſcopo Sipontino vulgo *Vieſta*.

(c) ET...: *Perono*: Sedebat is anno 1265., a quo anno uſque ad ann.1343. nullos Epiſcopos habet ſeries Ughelli to.8. *Peronus* tamen an.1289. cum pluribus aliis Antiſtitibus *Indulgentias* dedit pro dedicatione Eccleſiæ S. Salvatoris Clariſſarum prope S. Severinum Diœceſis tunc Camerinen. ex Mauro Sarto de Epiſc. Eugubin. n.32.,& autore *Camerini Sacri* p.233. n.14., aliaſque Indulgentias anno 1295. Eccleſiæ S. Martini Glanderien. Diœceſis Meten. ex to.1. Anecdot. Martene & Durand col.1275., ubi mendoſe legitur *Larinenſis*, & *Larienſis*.

(d) LESINEN.: In eadem Provincia *Capitanata*, ſed ſub Archiepiſcopo Beneventano, & a littore Maris Adriatici fere 3. mill. paſ. diſtantis, quæ Eccleſia ſeculo XVI. unita fuit ſuæ Metropoli Beneventanæ.

(e) SIPONTINO: Cujus FF. Minor. Cœnobii al. *Manfredonia* nulla mentio extat in Annal. Minor. Waddingi; erat autem primus locus *Cuſtodia Montana*, nempe Montis Gargani al, *S. Angeli* in Provincia S. Angeli juxta vetus *Provinciale* Ordinis apud Ms. Chronicon Jordani, & 2. *Cuſtodia Montis S. Angeli* apud Barthol. Piſanum in Conform.XI.

(f) MONASTERII CALINEN.: Memorati a cl. Mabillonio lib.61. Annal. Benedict. ad ann.1059. num.32., vocatque *Abbatiam S. Maria in Calena* ſitam in finibus Apuliæ inter Montem Garganum, & Mare Adriaticum juxta *Caſtellum Beſti*, al. Veſti, ut ſupra.

(g) SIPONTINÆ DIŒCESIS: Al. *Manfredonia* Archiepiſcopatus Apuliæ prope Montem Garganum funditus enim a Saracenis everſo *Siponto*, non procul poſtmodum a *Manfredo* Tarentinorum Principe circa annum 1250. alia Civitas excitata eſt ab ipſo, ejuſque aſſeclis *Manfredonia* vocata uſque in hodiernum diem; ſed quæ dici poſſet novum *Sipontum*.

(h) JUXTA: Supple *continentiam*, vel *tenorem*.

(i) JOHANNI: Pekam Anglo ex Ord. Min.

(k) CANTUARIEN.: Paulo ante nempe die 28. Januarii hujus anni aſſumto.

(l) INSTABILEM &c.: Ut in hujus Pontificis Bulla 81. ſupra relata uſque in finem, ac *Datum*.

Digitized by Google

Quemdam locum pro dilatando Cœnobio Comenſi *conceſſum confirmat*. (Ex Reges. Vatic. ep.76. apud Waddingum ad hunc ann. n.15. Regeſti Pontif.)

CVII. Anno 1279. die 29. Martii.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis ... Guardiano, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Cuman. [a] *Sal.*, *& Ap. Ben.*

Nomina fœminarum de Zeberto donantium. — Pro loco Fratrum arcto & incommodo. — Locum ſuum de Zeberto, quem Pontifex Fratribus concedit. — Conditione appoſita. — Clauſula prohib.&c.

SIcut nuper ad Noſtrum pervenit auditum, Alegrantia quondam Goffredi de *Lucino* Civis Cuman., Alegrantia quondam Joannis Poiri de *Lantate*, Valentia quondam Montenarii de *Prio*, & Sonerbella quondam Petri de *Guardinſaccis* Laicorum filiæ in loco, qui dicitur *Zebertum*, prope Foſſatum Civitatis Cuman. commorantes, quæ nullius Ordinis obſervantiæ ſunt aſtrictæ, ſed tamquam ſingulares perſonæ proprium habent, licet locum ipſum habeant in Communi, attendentes, quod locus ipſe vobis in arcto loco morantibus [b] accomodus exiſtebat; & cupientes, quòd locus ipſe vobis proveniret, pro animarum ſuarum remedio dictum locum ad eas de jure communiter pertinentem cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis; quia vobis poſſeſſiones, ſeu proprietates habere poſſe rigor veſtræ profeſſionis ademit, Finiberto Zachariæ Notario Civi Cuman. Noſtro, & Eccleſiæ nomimine contemplationi veſtri Ordinis, & ad veſtram conſolationem liberalitate piâ, & providâ donaverunt [c], transferentes in Nos, & Succeſſores Noſtros verum dominium, & poſſeſſionem loci, ac pertinentiarum, & jurium prædictorum, uſufructu in eis, dum vixerint [d], tantummodo reſervato; prout in Inſtrumento publico inde confecto pleniùs dicitur contineri. Nos autem donationem hujuſmodi piè, ac providè factam acceptantes, & etiam approbantes; attendentes quoque, quòd dictus locus veſter commodè dilatari non poteſt, pro horto habendo, ædificandis Domibus, & Ordinis veſtri decentiâ conſervanda; prædictum locum de *Zeberto* taliter vobis prædicti Ordinis contemplatione donatum vobis ad uſum veſtrum in veſtræ conſolationis augmentum auctoritate præſentium duximus concedendum; proprietate dicti loci de *Zeberto* Nobis, & eidem Eccleſiæ nihilominus reſervatâ; volentes quòd vos in perpetuum ipſo loco liberè uti; ac cum Noſtro, & Eccleſiæ Romanæ nomine tenere poſſitis; niſi forſan per Nos, ſeu Succeſſores Noſtros Romanos Pontifices ex certâ ſcientiâ conceſſionem hujuſmodi contigerit revocari [e]. Volumus autem, quòd per hoc prædictis mulieribus quoad uſumfructum prædictum nullum præjudicium generetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Acceptationis, Approbationis, Conceſſionis, & Reſervationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum iv. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Ut decedentibus loci de Zeberto Comi *dominabus Fratres Minores in illius poſſeſſionem inducant, & defendant*. (Ex Reges. Vatic. epiſt.77. apud Waddingum ah hunc ann. n.16. Regeſti Pontif.)

CVIII. Anno 1279. die 29. Martii.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri ... [f] *Epiſcopo* Alben. [g], *& Dilecto Filio Abbati de* Sancto Nazario [h] *Vercellen. Diœceſis Sal.*, *& Apoſtol. Bened.*

Mandat ut ſupra.

SIcut nuper ad noſtrum pervenit auditum [i]. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quate-

(a) Cuman., Mendoſe pro *Comen.*, *Cumæ* enim in Campania Felici ſunt non procul a Neapoli ad oram maris.

(b) Morantibus: Cujus loci initium, & fundatores ignorantur; erat tamen caput *Cuſtodiæ* ſui nominis in Provincia Mediolanen. ex diſtributione Provinciarum, & Cuſtodiarum Ordinis anno 1260. facta Narbone in Capitulo Gener. ſub S. Bonaventura.

(c) Donaverunt: Anno 1277. die 16. Maji.

(d) Dum vixerint: Igitur poſt earum mortem ad Fratres devolvebatur.

(e) Contigerit revocari: Quod nunquam huc uſque contigit.

(f) Ven. Fratri ...: *Simoni* ex Ord. Min. anno 1262. ab Urbano IV. evecto.

(g) Alben.: In Liguria, nunc Montis Ferrati ad fluvium Tanarum Civitatis dictæ *Alba Pompeja* ſub Archiepiſcopo Mediolanen., ac dominio Regis Sardiniæ inter Aſtam, & Foſſanum.

(h) De S. Nazario: Cujus Monaſterii nulla mentio fit in Annal. Benedict. cl. Mabilloni.

(i) Ad nostrum pervenit auditum &c.: Ut in epiſtola præcedenti uſque ad illa: *nullum præjudicium generetur*: mutatis mutandis, ut *locus ipſe vobis* mutetur *locus ipſe Guardiano & Fratribus Ordinis Minorum Cuman.*

Digitized by Google

quatenus, eiſdem mulieribus cedentibus, vel decedentibus, eoſdem Guardianum, & Fratres in corporalem poſſeſſionem prædicti loci de *Zeberto*, jurium, & pertinentiarum ejus vos vel alter veſtrum per vos, vel per alium, ſeù alios juxta Acceptionis, Approbationis, Conceſſionis, & Reſervationis Noſtræ tenorem inducatis auctoritate Noſtrâ, & defendatis inductos; contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo. Non obſtante &c.

Datum, *ut ſupra*.

Super electione Abbatiſſæ Monaſterii S. Joannis Licien. *Ord. S.B. cognoſcant, & juxta mandatum diſponant*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 52. anno 2.)

CIX. Anno 1279. die 12. Aprilis.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, & ... Cuſtodi Minorum Fratrum Ordinum Brunduſin. [a] *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem*.

Exordium.

ET ſi Religioſorum locorum, & perſonarum ipſorum ſollicitudo Nobis immineat generalis, de illorum tamen ſtatu proſpero cogitare attentiùs Nos oportet, quæ ad Romanam Eccleſiam nullo pertinent mediante, eorum occurrendo diſpendiis, & profectibus; prout donat Dominus, intendendo. Ex parte ſiquidem dilectarum in Chriſto Filiarum Conventus Monaſterii *Sancti Johannis Litien.* [b] ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti fuit propoſitum coram Nobis, quòd olim dicto Monaſterio per obitum quondam *Claritiæ* Abbatiſſæ ipſius Monaſterii, Abbatiſſæ regimine deſtituto, prædictæ Conventus, vocatis omnibus, quæ voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe, die ad hoc ſtatutâ ad tractandum de futuræ ſubſtitutione Abbatiſſæ convenientes in unum, ac volentes ſuper hoc per viam procedere compromiſſi dilectæ in Chriſto Filiæ *Mabiliæ* dicti Monaſterii Cantrici providendi vice dictarum Conventus præfato Monaſterio de Abbatiſſâ conceſſerunt liberam poteſtatem. Dicta namque Cantatrix deliberatione habitâ diligenti, dilectam in Chriſto Filiam *Flamengam* Monialem Monaſterii Sanctæ Mariæ [c] *Brunduſin.* ejuſdem Ordinis Mulierem utique litteratam, providam, & honeſtam, ac in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectam, per cujus induſtriam ſperatur præfatum Monaſterium *Sancti Johannis* poſſe ſalubriter gubernari, in Abbatiſſam ejuſdem Monaſterii Sancti Johannis auctoritate conceſſionis hujuſmodi poſtulavit. Quare ſupradictæ Conventus fecerunt Nobis humiliter ſupplicari, ut poſtulationem eamdem admittere curaremus. Nos igitur ad paupertatem ipſius Monaſterii *Sancti Johannis*, qua gravari dicitur, Paternum habentes reſpectum hujuſmodi negotium Circumſpectioni veſtræ, de qua plenam fiduciam in Domino gerimus, providimus committendum. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit dictum Monaſterium *Sancti Johannis* ad Nos nullo medio pertinere, inquiſitâ de modo poſtulationis, ſtudiis Poſtulantium, & Poſtulatæ meritis ſollicitè veritate; ſi poſtulationem ipſam inveneritis de perſonâ ydoneâ canonicè celebratam, auctoritate Noſtrâ poſtulationem admittentes eamdem dictam Flammengam memorato Monaſterio *Sancti Johannis* in Abbatiſſam præficere, ſibique munus benedictionis impendere procuretis. Recepturi ab eâ poſtmodum Noſtro, & Eccleſiæ Romanæ nomine fidelitatis ſolitæ juramentum, juxta formam, quam vobis ſub *Bulla* Noſtrâ mittimus interclusam; alioquin eâdem poſtulatione ritè repulsâ, faciatis ipſi Monaſterio Sancti Johannis per electionem canonicam de perſonâ ydoneâ provideri. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Formam autem juramenti, quod ipſa præſtabit, de verbo ad verbum per ejus patentes litteras ſuo ſigillo ſignatas per proprium Nuntium Nobis quantocius deſtinare curetis. Non obſtante indulgentiâ;

Vacante Monaſterii S. Jo. Litien. regimine,

via compromiſſi pro illo deligitur,

ad quod evehitur Monialis Flamenga Monaſt. S. Mariæ,

ejuſque confirmatio petitur a S. A.

Pontifex mandat id, quod ſupra.

Obſtanti derogando.

(a) Brundusin.: Vulgo *Brindiſi* Apuliæ Archiep. & Ordinis noſtri caput *Cuſtodiæ* ſui nominis.

(b) S. Johannis Litien.: De quo diximus ad 91. epiſtolam Gregorii IX. *Pervenit ad audientiam &c.* anno 1233. die 8. Martii datam, & in 1. hujus Operis tomo p.98. relatam.

(c) Monasterii S. Mariæ: Cujus mentio in Annal. Benedict. Mabillon. non occurrit.

gentiâ, qua vobis, & Fratribus veſtri Ordinis a Sede Apoſtolicâ dicitur eſſe conceſſum, ut de negotiis cognoſcere non teneamini inviti, quæ vobis a Sede committuntur eâdem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum II. Idus Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Copiam facit diſpenſandi ſuper quodam matrimonio illicitè contracto, & conſummato, niſi aliquid cauſæ in contrarium moveret. (Ex Reges. Vat. Pontif. ep. 88. anni 2.)

CX.

Anno 1279. die 17. Aprilis.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri ... [a] *Epiſcopo* Auguſten. [b], *& dilectis Filiis* ... *Abbati* Altecumbæ [c] *Ciſtercien. Ordinis*, *&* ... *Guardiano Fratrum Minorum de* Camberiaco [d] *Gebennenſis* [e], *& Gratianopolitanæ* [f] *Diœceſum Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

Villelmi de Caſtellario, uxoriſque ejus expoſitio

EXhibita Nobis dilecti Filii Nobilis Viri *Willhelmi* de *Caſtellario* Fratris Venerabilis Fratris Noſtri P. [g] Archiepiſcopi *Tarantaſien.* [h], & dilectæ in Chriſto Filiæ Nobilis Mulieris *Catharinæ* natæ Nobilis Viri Theobaldi de *Chor* uxoris ipſius Willhelmi Tarantaſien. Diœceſis petitio continebat; quòd cum dudum de contrahendo matrimonio inter eos tractatus habitus extitiſſet; quia ipſa Catharina cum quondam Jacobo Gonterii *Bovet* de Ayma eumdem Willhelmum *tertia*, & *quarta* conſanguinitatis linea contingente matrimonium antea, dum viveret, duxerat contrahendum; a quo utpote propter ſui frigiditatem maximam [i] ad illam carnaliter cognoſcendam penitus impotente dicta *Catharina* intacta, & virgo judicio fuiſſe dicitur Eccleſiæ ſeparata; fel. record. Gregorius Papa Decimus [k] prædeceſſor Noſter piæ memoriæ Innocentio Papæ Quinto prædeceſſori Noſtro tunc Electo Lugdunen. [l] per ſuas ſub certâ formâ ſcripſit litteras, ut cum *Willhelmo*, & *Catharina* prædictis auctoritate Apoſtolicâ diſpenſaret, quòd ad invicem, ſi vellent, matrimonium poſſent contrahere, impedimento hujuſmodi non obſtante. Sed eodem prædeceſſore Innocentio tunc Electo, antequam litteræ ipſæ ſibi præſentatæ fuiſſent, in Oſtien. & Velletren. Epiſcopum [m] primò, & tandem in Romanum Pontificem aſſumpto [n], nullus per eaſdem litteras habitus fuit proceſſus; Sic itaque negotio hujuſmodi ſe habente, *Willhelmus* & *Catharina* prædicti ad ſedandum graves inimicitias dudum inter eumdem Archiepiſcopum, & præfatum Theobaldum, eorumque Conſanguineos exortas, ex quibus magna pericula imminebant, ex ignorantiâ non credentes poſt impetrationem litterarum Apoſtolicarum fuiſſe ulterius diſpenſandum; ſed per ſolam impetrationem hujuſmodi diſpenſatum; poſt unius tamen anni decurſum a tempore ſeparationis hujuſmodi matrimonium invicem contraxerunt; & per plures annos inſimul habitantes prolem procreaſſe noſcuntur. Unde præfati *Willhelmus* & *Catharina* exinde habentes conſcientias remordentes; & aſſerentes, quòd ex ſeparatione hujuſmodi matrimonii, ſi fieret, multa ſcandala provenirent; humiliter petebant a Nobis, ut animarum, & corporum imminentibus inde periculis occurrentes cum eis, quòd, impedimento hujuſmo-

de matrimonio invicem contrahendo, alioque dictæ uxoris contractu juſte jam dirempto, ac pro 2. contractu Pontificia diſpenſatione commiſſa, ſed non emiſſa; atque matrimonio jam inito & conſummato; ſuper quo provideri ab A.S. petitum eſt.

(a) Ven. Fratri ...: *Simoni*, qui ab anno 1272. uſque ad ann. 1283. hanc Sedem tenuit ex to. 4. Italiæ Sacræ Ughelli.

(b) Augusten.: Vulgo *Aoſta* Latinis Auguſta Prætoria olim in Salaſſis, nunc in Pedemontana regione ad radices Alpium Grajarum nunc ſub Archiepiſcopo Tarantaſienſi, olim vero ſub Mediolanenſi.

(c) Altecumbæ: Anno 1135. ab Humberto Sabaudiæ Duce ad lacum Burgetum al. Caſtellioneum Rhodano proximum erectum ex Ang. Manrique in Annal. Ciſtercien. ad eum ann. lib. 9. cap. 4.

(d) De Camberiaco: Vulgo *Chambery* in Sabaudia, finibuſque Gallicæ ditionis Gratianopolit. Diœceſis, ubi Fratres noſtri ab exordio Religionis Minor. locum obtinuèrunt 4. al. 5. *Cuſtodia* Lauſanen. in Provincia Burgundiæ nunc *S. Bonaventura* ex veteri alias cit. *Provinciali* Ordinis.

(e) Gebennenſis: Al. & melius *Geneven.* vulgo *Genevra* Allobrogum in confinio Helvetiorum & Sabaudiæ, notiſſima perfugarum a Fide Catholica ſentina; *Gebenna* vero mons eſt in Gallia.

(f) Gratianopolitanæ: Vulgo *Grenoble* Delfinatus caput ſub Archiepiſcopo Viennenſi, a qua Metropoli 13. leucis diſtat.

(g) P.: Petri.

(h) Tarantasien.: In Sabaudia a Camberiaco 10. leucis in ortum inter Alpes Grajas Gallico vulgo *Mouſtiers*.

(i) Frigiditatem maximam: Unum ex impedimentis matrimonium dirimentibus ex cap. *Laudabilem* tit. *De frigidis & maleficiatis*.

(k) Gregorius Papa X.: Anno 1271. proclamatus.

(l) Electo Lugdunen.: Anno 1272. ex Scriptoribus ſui Ordinis Prædicat.

(m) Ostien. et Velletren. Episcopum: Anno 1273. initio menſis Junii.

(n) Rom. Pontif. assumpto: Anno 1276. die 22. Februar., & poſt 4. menſes defuncto.

Digitized by Google

juſmodi non obſtante, in ipſo matrimonio licitè remanere valeant, diſpenſare, ac prolem ſuſceptam, & ſuſcipiendam facere nuntiari legitimam miſericorditer curaremus. Quia verò vos de facto, & facti circumſtantiis habere poteritis notitiam pleniorem, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenus, ſi præmiſſa vera ſunt, & timeatur de ſcandalis, quæ narrantur; voſque ſecundum Deum hoc videritis expedire, ſuper quo veſtras intendimus conſcientias onerare, cum eiſdem *Willhelmo* & *Catharina* ſuper præmiſſis auctoritate Noſtrâ diſpenſare; ac prolem ipſam legitimam nuntiare curetis; niſi aliqua cauſa rationabilis in contrarium vos moveret. Quòd ſi hujuſmodi cauſa ſe in iis forſan ingeſſerit; illam, & totius negotii qualitatem, antequam ulteriùs in ipſo negotio procedatis, Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes ſtudeatis fideliter intimare.

Pontifex mandat ea, quæ ſupra dicta ſunt.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum xv. Kalendas Maji, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Erectionem Monaſterii S. Matthæi Caſtellanet. *Diœceſis injungit cognoſcendam, an expediat ſine aliorum præjudicio*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 113. anni 2.)

CXI.

Anno 1279. die 22. Aprilis.

NICOLAUS &c.

a b c

Dilectis Filiis L. [a] *Electo* Conſano [b], *&* ... [c] *Miniſtro Provinciali Fratrum Minorum Provinciæ* Siciliæ *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Nicolai Magiſtri petitionis tenor d

Lecta nobis dilecti Filii Nicolai Civis *Caſtellaneten.* [d] dicti *Magiſtri* petitio continebat, quòd ipſe dignum ducens, & ſalubre non immeritò reputans dare aliqua de bonis ſuis illi, qui ſibi contulit univerſa, & terrena pro cœleſtibus; ac momentanea pro æternis felici commercio commutare; Eccleſiam *Sancti Matthæi* ſitam in fundo, ſeu tenimento Civitatis ejuſdem *Caſtellaneten.* Diœceſis Monaſterio *Caven.* [e], quod ad nos & Romanam Eccleſiam immediatè pertinet, Ordinis Sancti Benedicti *Salernitanæ* Diœceſis in ſpiritualibus, & temporalibus pleno jure ſubjectam, ac olim totaliter dirutam, & deſtructam ſumptibus propriis reædificavit, ſive reparavit honorificè; ac ad ſtatum honeſtatis & cultus Divini reduxit, pietatis intuitu de Conſenſu Abbatis, & Conventus Monaſterii memorati ferventer cupiens, illam in Monaſterium præfati Ordinis erigi, quod proponit firmiter de terris, poſſeſſionibus, & aliis bonis ſuis adeo dotare decenter, quòd Abbas præficiendus ibidem, ſive de ipſius, ſive de dicti Monaſterii *Caven.* gremio tantummodo, & non aliunde impoſterum eligendus, nec non competens Monachorum, ac Fratrum ſub Regulari obſervantiâ præfati Ordinis ibidem Domino famulantium numerus poſſint exinde congruè ſuſtentari. Ita tamen, quòd hujuſmodi Monaſterium de novo in dictâ *Sancti Matthæi* Eccleſiâ erigendum præfato *Caven.* Monaſterio, ſicut ſubjecta eſt ſibi præfata Eccleſia, totaliter ſit ſubjectum. Abbas verò & Conventus ipſius Monaſterii *Caven.*, qui pro tempore fuerit, electionem Abbatis, quem in hujuſmodi novo Monaſterio *Sancti Matthæi* juxta præmiſſum modum canonicè contigerit eligi, examinent & confirment, ſi fuerit confirmanda. Electio quidem hujuſmodi ad Monachos ipſos ejuſdem Monaſterii novi pertineat; ac Abbas prædicti Monaſterii *Caven.*, qui erit pro tempore, dictum Monaſterium *Sancti Matthæi* opportunis temporibus viſitet; ac in eo corrigat, & reformet, quæ correctionis & reformationis officio viderit indigere; Epiſcopus autem *Caſtellaneten.*, qui erit pro tempore, Abbatem, qui ſic inibi eligetur, poſtquam per eoſdem Abbatem & Conventum *Caven.* legitimè fuerit confirmata, benedicere

de Eccleſia S. Matthæi diruta,

e

a ſe reparata,

& in Monaſterium O. B. erigenda,

atque dotanda,

Monaſterio Cavenſi ſubjicienda.

Epiſcopi Caſtellanet. jus.

(a) L.: *Laurentio* Blundo Tudert. Ordinis Prædicatorum ex Ughello tom. 6. Ital. Sac., & Scriptor. illius Ordinis.

(b) Consano: Al. *Compſano* Civitatis vulgo *Conza* olim Hirpinorum, nunc in Principatu ulteriori, atque confinio citerioris Regni Neapolitani Archiepiſcopatus dignitate ornatæ, 26. mill. paſ. a Benevento, & Salerno diſtantis.

(c) Et ...: *Jacobo* de Pernis Meſſanenſi ex Phil. Cagliola in Hiſt. Prov. Siculæ Minor. Convent. p. 31.

(d) Castellaneten.: Olim in Salentinis, nunc in Provincia Hydruntina Epiſc. ſub Archiepiſcopo Tarentino, a cujus ſinu 9. mill. paſ. hæc urbs diſtare narratur.

(e) Monasterio Caven.: In Principatu citeriori vix 4. mill. paſ. ab urbe, ſinuque Salernitano diſſito, ſeculoque XIV. in Sedem Epiſcopalem erecto, ac a quolibet Metropolitano exempto; de quo fuſe Ughellus to. 7. Ital. Sac. in Salernit. Archiepiſc., & to. 1. in Caven. Epiſc., necnon Mabillon. in Annal. Bened.

cere habeat; ſi tamen benedictionem hujuſmodi liberaliter, & ſine pravitate aliquâ voluerit exhibere; antiquo *cenſu*, quem præfatus Epiſcopus in ſupradictâ Eccleſiâ *Sancti Matthæi* conſuevit percipere, ſibi plenariè reſervato. Quare ſupradictus Civis humiliter poſtulari fecit a Nobis, ut complemento hujuſmodi ſui pii deſiderii benignum aſſenſum dignaremur favorabiliter impertiri. Verùm quia Nobis non conſtitit de præmiſſis; Nos de veſtrâ circumſpectione confiſi Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi; ſi tam prædicti Epiſcopi, quàm eorumdem Abbatis & Conventus *Caven.*, quàm etiam omnium aliorum, quibus poſſet exinde præjudicium generari, ad univerſa ſingulaque præmiſſa ſpontaneus accedat aſſenſus; & aliquod canonicum non obſiſtat ſuper præmiſſis, ſuper quibus veſtram intendimus conſcientiam onerare, auctoritate Noſtra providere curetis; prout ſecundum Deum ad Divini cultus augmentum ſine alieni tamen juris præjudicio videritis expedire [a].

Pontifex rem committit terminandam, ut ſupra.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum x. Kalendas Maii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Facultatem tribuit condendi teſtamentum, ac de quibuſdam rebus diſponendi. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 83. anno 2.)

CXII.

Anno 1279. die 3. Maji.

NICOLAUS &c.

Venerab. Fratri ... [b] *Epiſcopo* Egitanien. *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

Quia præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem &c. [c]

Datum Romæ apud S. Petrum v. Nonas Maii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [d].

Pecuniam a Fr. Nicolao *Montis Calerii* O.M. *receptam in depoſitum certis Cameræ Apoſtolicæ Mercatoribus perſolvat.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 11. anni 2.)

CXIII.

Anno 1279. die 7. Maji.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio Thomæ Macaluſi [e] *Civi Januenſi Salutem, & Apoſt. Benedictionem.*

Sicut per litteras dilecti Filii Fratris Nicolai de *Monte Calerio* [f] Ordinis Minorum dilecto Filio Noſtro M. [g] Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali tranſmiſſas Nobis innotuit; idem *Frater* de tuâ fidelitate confiſus mille octingentas quinquaginta duas libras Januinorum [h]; quas pro ſatisfactione quorumdam exceſſuum ab hominibus Civitatis *Aſtenſis* nomine Noſtro receperat, apud te Noſtro, & Eccleſiæ Romanæ nomine duxit fiducialiter deponendas [i]. Cum igitur per Nos ordinatum extiterit inter alia, quòd hujuſmodi pecunia juxtà Noſtrum beneplacitum in utilitatem *Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe*, ut illi delictorum ſatisfactio provenire noſcatur, cujus Succeſſores fuerunt injuriis provocati; & ea, quæ ad bonum ſtatum ipſius Baſilicæ, ac numeri Miniſtrorum ejus, & Divini cultus augmentum [k] ſunt in ipſâ Baſilicâ ordinata, poſſint commodiùs obſervari, ſicut expedire viderimus, convertatur; & eadem *Baſilica* pro emendis rebus immobilibus dictâ pecuniâ indigére noſcatur ad præſens; Nos pecuniam ipſam dilectis Filii Loffo Bonaguidæ, & Lapo Arnolphi de Societate *Pulciorum* [l], & *Rimbertinorum* de Florentiâ, ac Bartholomæo Bellinſoni, ac Andreæ Clariti de Societate Filiorum Rollandi Bonſignoris de

Narratio de pecunia apud ſupradictum depoſita;

quam Pontifex diſpoſuit pro Baſilica S. Petri,

& aſſignari jubet Mercatoribus Cameræ Apoſtol.

(a) Expedire: An autèm iſtud Monaſterium Sancti Matthæi Caſtellan. executioni demandatum fuerit, non inveni.

(b) Ven. Fratri ...: *Joanni Martini* O.M. anno ſuperiore die 24. Decembr. *In diſpenſatione &c.* e Gadicenſi ad Egitanien. Cathedram tranſlato.

(c) Instabilem &c. Adeatur *Bulla* 81. hujus Pontificis pro *Valaſco* Egitanien. Epiſcopo edita.

(d) Initio menſis ſequentis eidem Pontifex attribuit adminiſtrationem *Gadicenſis* Eccleſiæ per litteras *Vacante dudum &c.* paulopoſt relatas.

(e) Macalusi: Quæ nobilis familia ſeculo 14. erat etiam Patavii, ex qua Raynaldi Marchionis Eſtenſis, Ferrariæque Principis uxor fuit *Conſtantia*, cujus ſepulcrum cum inſcriptione cernitur Ferrariæ in noſtra S. Franciſci Eccleſia ante Aram majorem.

(f). De Monte Calerio: Vulgo *Moncaglier* in Provincia Pedemontis Oppido Diœceſis Taurinen., de quo, ejuſque incola *Fr. Nicolao* extitit ſermo ex epiſt. 57. ſupra legenda.

(g) M.: *Matthæo* Rubeo Urſino Pontificis nepoti, & paulopoſt Ordinis noſtri Protectori.

(h) Januinorum: Solidorum, vel denariorum Reipublicæ Genuenſis.

(i) Deponendas: Unde videtur fuiſſe unus ex Collectoribus Pontificiis; ſed ob quos exceſſus mulcta pecuniaria fuerit *Aſtenſibus* irrogata nobis incompertum.

(k) Cultus augmentum: De qua re legi poterit Raynaldus ad ann. 1278. n. 79., & 1280. n. 25.

(l) Pulciorum: Ex qua nobili familia floruit præ ceteris *Beata Helias* in Monaſterio Monticelli Florentiæ Ordinis S. Claræ anno 1320. defuncta, de qua Minor. Annales ad eum ann. n. 2.

Digitized by Google

a de Senis Mercatoribus [a] Cameræ Noſtræ aſſignari volentes, volumus, & præſentium tibi auctoritate præcipiendo mandamus, quatenus hujuſmodi pecuniam eiſdem Mercatoribus, vel alicui ex eis præſentes litteras deferenti liberaliter, & ſine aliquâ difficultate integrè nomine Noſtro, & Eccleſiæ prædictæ perſolvas; Nobis, & eidem Cameræ pro utilitate hujuſmodi, ut prædicitur, aſſignandam, faciens de ſolutione hujuſmodi confici publicum Inſtrumentum per dilectum Filium *Ferrarium* de Januâ Curſorem Noſtrum, quem propter hoc ſpecialiter mittimus ad eamdem Cameram deferendum. Nos enim dictis Mercatoribus communiter, & in ſolidum auctoritate præſentium plenam concedimus facultatem faciendi tibi nomine Noſtro ſuper hoc ſufficientem quietationem, & refutationem plenariam, poſtquam eis, vel ipſorum alicui fuerit per te de ipſâ pecuniâ integrè Noſtro nomine ſatisfactum. Ita quòd occaſione dicti Depoſiti ſuper eâdem pecuniâ tu, vel hæredes tui non poſſitis impoſterum aliquatenus impeti, vel etiam moleſtari.

quibus facultatem tribuit pro acceptilatione.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Nonis Maji, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Inſtruit, modoſque dictat, quibus ab hæreſis labe purgetur Viterbienſis *Civitas, accedentes ſincera, ſpontaneaque confeſſione gratioſè recipiendo; decipientes verò, & minimè reſipiſcentes jure plectendo.* (Ex Reges. Vat. Pontif. epiſt. 84. anno 2., teſte etiam Waddingo ad hunc annum n. 28., & Raynaldo ad ann. 1278. num. 78.)

CXIV.

Anno 1279. die 8. Maji.

NICOLAUS &c.

b c *Dilecto Filio* Fr. Sinibaldo [b] *de Lacu Ord. FF. Min.* Inquiſitori *Hæreticæ pravitatis in* Romana *Provincia* [c] *a Sede Apoſtolica deputato Sal., & Ap. Ben.*

Exordium. Pſal. 111. 5. Pſal. 79. 9.

QUI cuncta ſolus ordinans ſemper miſeretur, & comodat, vineam, quam tranſtulit miſeratus populo ex Ægypto, Operariis voluit coli fidelibus; & Miniſtris fidelitatis nitore pollentibus cuſtodiri; ne apri de ſylvâ ferox aviditas ipſam depaſci valeat; vel eam nudatam macerie manus vindemiet prædatoris. Quare Nos, quibus licèt immeritis ſummus ipſe Pater-familias vineam ipſam cuſtodiendam commiſit, ſedulis nimirum pulſamur vigiliis, id quoque deſideranter expoſcimus, id gliſcimus ſupra cuncta, ut in ipſâ fidis cultorum ſtudiis, ſurculis, qui ſunt infidelitatis, ſuccisis, palmites ejus exhuberent fructibus; & propagines dulcedinis latiùs extendantur. Unde non immeritò pungimur, cum in exterminium ejuſdem vineæ aculei conſurgunt errorum botros ejus in labruſcas convertere infra latibulum nequitiæ ſatagentes. Verùm hujuſmodi aculei, proh dolor! in locis aliquibus mentes aliquorum Fidelium vulnerarunt; & prout crebrâ inſinuatione audivimus, & interdum experimento didicimus veritatis, infra Civitatem *Viterbien.* [d] nondum totaliter exterminati ſuperſunt; licèt ad reprimendum erroris hujuſmodi, dum minori fungebamur officio, & curam generalis *Inquiſitionis* pravitatis hæreticæ per Sedem Apoſtolicam gerebamus [e], ſtudia Noſtra, ſollicitudines converterimus, & labores; quòd nec mirum eo magis invitè referimus, quo Civitatem ipſam ſpecialiter infra clauſtrum Matris Eccleſiæ conſtitutam [f] ferventiùs cupimus talibus erroribus expiari; & expiatam reflorere virtutibus; & abolitâ notâ damnabili clariùs in Catholicæ Fidei ſoliditate vigere, ut unde interdum amaritudinis poma guſtavimus, fructus dulcedinis Deo placidos colligamus. Eidem itaque Civitati, & *Viterbien.* Civibus, qui de Civitate ipſâ traxerunt originem, & degentes ibidem in eâ, & ejus Diſtrictu majorem partem ſuorum bonorum obtinent, & inter alios ſucceſſivè proceſſu temporis ad ſupportanda ejuſdem Civitatis onera computantur; ac etiam

Pſal. 79. 14.

d Viterbii nondum hæreſis prorſus exterminata.

e

f quam funditus extirpari Pontifex peroptat.

(a) Mercatoribus: Quo apparet, temporibus illis *mercaturam* a nobilibus familiis exercitam fuiſſe; non quidem tenuem, quæ ſordida putanda eſt ex Cicer. 1. Offic., ſed magnam, locupletam, & ſplendidam. Videantur etiam epiſtolæ 2. & 3. B. Gregorii X., & 28. ac 70. Urbani IV.

(b) Fr. Sinibaldo: Ad quem extat etiam hujus Pontificis epiſt. 46. *Cum ſicut noſti &c.* anno ſuperiore die 23. Julii data, ibique relata.

(c) In Provincia Romana: Ad quam Viterbienſis Civitas attinebat, & attinet.

(d) Civitatem Viterbien.: Cujus tamen Cives *tamquam Fidei zelatores* laudaverat Alexander IV. epiſt. 559. *Ex inſinuatione &c.* anno 1260. idibus Maji data, & in 2. hujus Operis tomo vulgata p. 396.

(e) Gerebamus: Juſſu Urbani IV. anno 1262., ex ep. 43. ejuſdem Pontificis *Cupientes ut negotium &c.* in dicto 2. tomo hujus Operis pag. 452. relata.

(f) Constitutam: Utpote caput Patrimonii S. Petri in Tuſcia.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An. Ch. 1279.

etiam aliis natione forſitan aliunde, qui hactenus cum ſuis familiis elegerunt in Civitate prædictâ perpetuam manſionem, ita quòd *Viterbien.* Cives legitimè cenſeantur; & ad omnes actus prædictæ Civitatis in gradu ſuo, ſicut alii admittuntur; nec de ipſorum acceſſu vel diſceſſu poſſit veriſimiliter dubitari; & debito paſtoralis officii, qui omnium zelamur ſalutem, quodam pietatis affectu non compati eò ſtrictiùs nequeuntes, quò eos Nobis longa, & familiaris converſatio [a] pleniùs reddit notos: & intendentes manſuetudinis gratiâ experiri benigniùs, utrum reſiduum erroris ejuſdem liquore paternæ gratiæ, temperato rigore, juxtà Noſtra deſideria extinguere ad laudem Divini nominis valeamus; & confidentes in Domino, quòd hujuſmodi Noſtræ diſpoſitionis affectus tuæ ſollicitudinis miniſterio ſalutarem conſequetur effectum, Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prædictis Civibus præconiâ voce, & aliàs ſollemniter, & publicè convocatis, & coram te denique conſtitutis juxtà datam a Deo tibi gratiam, ſalutis verbo propoſito, omnibus ex eiſdem Civibus, qui extiterint hujuſmodi crimine involuti credendo hæreticorum erroribus, illis favendo, vel eos etiam receptando, aut aliàs eis in depreſſionem Catholicæ Fidei adherendo, aut dando eis publicè, vel occultè conſilium, auxilium, vel favorem, trium menſium terminum a tempore publicationis præſentium computandum peremptoriè præfigas eiſdem, infra quem ſuum ſpontanei confiteantur reatum, ad quod tanta talium multitudo eſſe, ac tam humilis, ac pura confeſſio apparere poterunt, quòd tempus hujuſmodi, conſideratis, quæ conſideranda ſunt in talibus, eſſet meritò adaugendum. Et ut ex hujuſmodi confeſſione ſpontaneâ miſericordiæ janua faciliùs aperiatur ad gratiam, & exinde pœnæ mitigatio meritò ſubſequetur; volumus, quòd illos, contra quos occaſione hujuſmodi criminis ad citationem, vocationem, vel aliàs etiam proceſſum non eſt; ſive ex habitâ quavis inquiſitione, vel aliquorum depoſitione, ſeu confeſſione, aut ex quibuſcumque inquiſitionis

ex longa, & familiari cum eis converſatione [a]

jubens Inquiſitori cives hæreſi infectos, vel fautores convocare,

qui ſponte crimen fateantur,

confitenteſque gratiam conſequantur,

A proceſſibus contra eos inveniretur, vel tangeretur aliquid, ſive non, qui infra dictum terminum, reatum ſuum humiliter tibi, vel alii, aut aliis tui, vel alterius Ordinis, de quibus videris expedire, & quem, vel quos ad id duxeris eligendos, ſuper quo tibi, & eis auctoritate præſentium licentiam impertimur; confitebuntur, & plenè, alioſque bonâ fide detexerint, quos noverint hujuſmodi crimine irretitos, ſive deceſſerint, ſive vivant, B ad ſua bona plenè reſtituas; etiam ſi occaſione propriorum delictorum publicata eſſent de jure, vel per ſententiam hominis publicanda; dum tamen nondum ſint per ſententiam hominis publicata; quòd de bonis ſuis teſtari, ac aliis, quibus poſſit de jure ſuccedi ex teſtamento, vel ab inteſtato legitimè ſuccedere valeant liberè permiſſurus; & eorum poſteritates a pœnis indictis abſolvas prædictis ſic confeſſatis abſque crucis, vel C carceris, aut alterius notabilis ſigni impoſitione; aliàs tamen injunctâ eis pœnitentiâ ſalutari, & pœnâ aliâ competenti, de miſericordiâ, quæ ſuperexaltat judicium, priùs ad Eccleſiæ unitatem admiſſis. Super reſtitutione verò ad famam, & alios legitimos actus ſuperſedeas ad præſens; nam ſuper hoc ſecundum qualitatem confitentium, & ſigna converſionis, & pœnitentiæ, quæ oſtendent, poterit per Sedem Apoſtolicam dante Domino provideri. D Si verò prætextu delicti alterius perſonæ bona, quæ tenent, eſſent publicata de jure, vel etiam publicanda, ſuper hoc Noſtrum beneplacitum requiratur. Illorum inſuper, qui ſuum, vel alienum hactenus reatum ſunt minùs plenè confeſſi, ſive citati, vel vocati fuerint hactenus, ſive non, & infra eundem terminum reatum ſuum humiliter confitebuntur, & plenè, alioſque bonâ fide E detexerint, quos noverint hujuſmodi crimine irretitos, ſive deceſſerint, ſive vivant, admittatur confeſſio, & ſuper bonis, quæ tenent, ſive ratione propriorum delictorum ſint publicata de jure, ſive per ſententiam hominis publicanda; dum tamen, ut ſupra dictum eſt, per hominem ſuper bonorum hujuſmodi confiſcatione proceſſum non fuerit, quoquomodo

& qualem, quantamve

Super reſtitutione famæ &c. ſuperſedendum.

De quibuſdam eorum bonis voluntas Pontificis requiratur

addita conditione,

(a) FAMILIARIS CONVERSATIO: Electus enim Pontifex fuit Viterbii, & pluribus menſibus ibi moram duxit, ut videre eſt, & cunctis clarè patet ex ejus epiſtolis ſupra relatis.

modo Noſtrum beneplacitum requiratur. Volumus inſuper, ut ſi qui ſe dixerint hactenus de hujuſmodi crimine plenè confeſſos, & infra terminum gratiæ ſupradictum voluerint iterando confeſſionem hujuſmodi humiliter perſiſtere in eâdem, & detexerint bonâ fide alios, quos noverint hujuſmodi crimine irretitos; & ratione propriorum delictorum ad confiſcationem bonorum, quæ tenent, per hominem quoquomodo proceſſum non eſt, quantum libet ipſa bona ratione delictorum hujuſmodi propriorum ſint publicata de jure, vel per hominem publicanda, ſuper eis Noſtrum beneplacitum requiratur. Proviſurus attentiùs, quòd in omnibus caſibus, in quibus beneplacitum Noſtrum requiri præcipimus, non intromittas te quaſvis pœnas imponere; donec, ſicut prædicitur, Nos requiſiveris ſuper illis, & Nos in præmiſſis tibi contigerit reſpondere. Præmiſſos autem gradus; quos in prædictis obſervandos eſſe cum multâ deliberatione providimus, clarè, & diſtinctè intelligi volumus, & per omnia obſervari: Tanta enim ſic prompta, & laudanda poterit prædictorum eſſe confeſſio, quòd ampliorem erga eos gratiam extendemus; ſed in iſtis gratioſis primordiis experiri decrevimus in illis, qualiter ad factas, & faciendas eis gratias ſe coaptent. Quòd ſi ad pœnas pecuniarias per te contra tales, vel eorum aliquos in caſibus, in quibus juxtà formam præmiſſam fieri poterit, procedi contigerit; attentè provideas, quòd pecunia hujuſmodi penes unum *Prædicatorum* a Priore; & unum *Minorum* a Guardiano Fratrum Ordinum, & eorum Conventibus; unum Clericum a Venerabili Fratre Noſtro ... Epiſcopo & Capitulo; & unum Civem a Communi *Viterbien.* electos, quibus eodem modo alios ſubſtitui volumus, ſi eos, vel eorum aliquos abeſſe contingeret, vel deeſſe, in loco vel locis tutis ſic providè ſub eorum communi cuſtodiâ deponatur, quòd de dictâ pecuniâ non fiat illa diviſio, quæ ſecundum conſtitutiones Apoſtolicas de tali pecuniâ fieri conſuevit; nec ad manus tuas, vel cujuſcumque *Inquiſitoris* deveniat, ſed liberè ad mandatum Noſtrum poſſit haberi; cum Noſtræ intentionis exiſtat, quòd eadem pecunia in pios uſus, & pietatis opera in eâdem Civitate, vel ejus diſtrictu, ſicut & quando expedire viderimus, convertatur. Reſervatâ Nobis, & tibi plenariâ poteſtate, ac liberâ facultate, ut ſi tales reperiri poſſint in confeſſione ſuâ per te, vel alium, aut alios auctoritate præſentium recipienda, ut prædicitur, Eccleſiam decipere voluiſſe, utpote quia ultra ea, quæ ſic confeſſi fuerint inveniretur eos in hæreſeos crimine antea notabiliter deliquiſſe; aut, quod abſit, in ipſo crimine impoſterum delinquerent, vel Fidem Catholicam impugnarent; ſeu *Inquiſitionis* contra hæreticos officium impedirent, ſeu pœnitentiam, ſive pœnas eis propter hoc impoſitas, vel imponendas malitioſè, ſeu culpabiliter non ſervarent; vel aliquis de liberis, ſeu poſteritate ipſorum in hæreſeos crimine deliquerit hactenus, vel delinqueret in futurum; aut impugnaret Fidem Catholicam; ſeu dictum officium impediret; tàm Nos, quàm tu prædictos tales, ipſorum liberos, & poſteritatem ex culpis ſuis præteritis, quas non confitebuntur, ſi invenirentur, vel futuris. Illum verò, vel illos de liberis, ſeu poſteritate ſuâ ex eo quòd appareret commiſiſſe hactenus, vel committerent in futurum quoad ſe, & ſuam poſteritatem abſolutè & liberè, prout Nobis placuerit, vel tibi juxtà formam in talibus traditam expedire videbitur, punire poſſimus, & etiam ex culpis prædictis, pro quibus jam puniti fuerunt, ac ſi cum ipſis non fuiſſet actum, miſericorditer ſuper illis ad aliarum pœnarum impoſitionem procedere liberè valeamus; prout videbitur procedendum; etiam ſi culpæ ipſorum præteritæ, per quarum occultationem decepiſſent Eccleſiam, vel futuræ; nec non & illius, vel illorum de dictis liberis, & poſteritate culpæ præteritæ, vel futuræ ex ſui qualitate ad tantam pœnarum acerbitatem per ſe ſufficere minimè viderentur. Non obſtantibus proceſſibus circa eos habitis, & habendis, & declaratione, expreſſione, ac pœnarum relaxatione; & aliis ſupradictis. Per præmiſſa autem, vel aliquod præmiſſorum nullam *Inquiſitori*, vel Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis a Sede Apoſtolicâ in illis partibus deputatis, vel impoſterum deputandis, ſeu quibuſcumque aliis, quibus hoc de jure competeret, adimimus poteſtatem; quin potius illam reſervamus expreſſè

Marginal notes: ut de confeſſis, & alios hæreticos revelantibus — tunc a pœnis imponendis abſtineatur, — idque qua de cauſa. — De pœnis pecuniariis proviſio. — Penes quos dicta pecunia deponenda, — & quomodo convertenda. — In Eccleſiæ vero deceptores, — & recidivos, — eorumque liberos, ac poſteros ita delinquentes — poteſtas ſit infligendarum pœnarum. — Cum obſtantium derogatione,

Digitized by Google

ſè contra infectos labe hujuſmodi juxtà formam in talibus traditam procedendi; ſalvis tamen iis, quæ ſuperiùs exprimuntur, quæ in ſuâ volumus ſemper ſtabilitate perſiſtere; nec gratiæ conceſſæ per Nos gratioſo effectu privari; & fiant ad perpetuam memoriam ſuper præmiſſis omnibus publica Inſtrumenta. Si verò aliqui in hujuſmodi fœdâ voluerint inimici hominis ſuggeſtione fece putreſcere; & ſuum reatum, ut præmittitur, infra præmiſſum terminum contempſerint confiteri; tu ex tunc ceſſante omnino ſpe remiſſionis, & gratiæ, contra eos procedas juxtà formam contra reſperſos hujuſmodi crimine tibi Apoſtolicâ Sede conceſſam, ut quos perfuſio ſalutaris non mollit ad gratiam conſequendam ordinata, in eos rigoris juſtitiæ juſta ſeveritas vel compeſcat a ſcelere, vel juſtis aculeis feriat obſtinatos. Reſcripturus Nobis clarè ac diſtinctè per tuas litteras harum ſeriem continentes, quidquid in præmiſſis duxeris faciendum.

contra perſiſtentes in hæreſi procedendum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum VIII. Idus Maji, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Fr. Tancredum *O. M. evehit ad Epiſcopatum, & conſecrari facit.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 60. alias 90. apud Waddingum ad hunc ann. n. 17. Reges. Pontif., & Ughellum to. 9. Ital. Sac. n. 10.)

CXV.

Anno 1279. die 15. Maji.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri Tancredo *de Monte Fuſculo* [a] *Epiſcopo* Neocaſtren. [b] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium.

MILITANTI Eccleſiæ diſponente Domino &c. [c] Dudum ſiquidem intellecto, quòd *Robertus* [d], qui pro *Neocaſtren.* Epiſcopo ſe gerebat, ſimoniacum habuerat ingreſſum; bona Neocaſtren. Eccleſiæ dilapidabat, & enormiter conſummabat; quòdque incontinentiæ vitio laborabat; & ſuper his, & aliis gravibus, & enormibus exceſſibus erat pu-

Robertus Neocaſtren. Eccleſiæ incubator

A blicè diffamatus; ipſum auctoritate Litterarum Noſtrarum citari fecimus, ut coram Nobis certo termino perſonaliter compareret, prout præmiſſorum qualitas exigeret, recepturus; ei nihilominus omni alienationis genere interdicto; ſicut in eiſdem Litteris pleniùs continetur. Eodem itaque *Roberto* coram Nobis, licèt poſt præfixum ſibi terminum, generaliter comparente, ſuper præmiſſis tam per Nos, quàm per alios ex Fratribus Noſtris incepimus inquirere diligen-
B ter; & tandem idem *Robertus* liberè in Noſtris manibus honori, & oneri ceſſit ſpontaneus; ne forſan compelleretur invitus. Nos autem ceſſionem hujuſmodi admittentes proviſionem ejuſdem Eccleſiæ illa vice Nobis duximus reſervandam, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus a quoquam ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Et tandem paternâ volentes ſollicitudine præcavere,
C ne ipſa Eccleſia diſpendia prolixæ vacationis incurreret; ad perſonam tuam, cum habearis virtute laudabilis, religionis claritate conſpicuus, præclarus meritis, & aliàs in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectus, Noſtræ conſiderationis aciem extendentes, ſperantes quoque, quòd eamdem Eccleſiam ſalubri, dante Domino, regimine gubernabis, ipſaque utilis præſidio munita Paſtoris optatis afluet incrementis; te *Fratrem Mino-*
D *rum* Ordinis profeſſorem eidem Eccleſiæ de Fratrum Noſtrorum conſilio in Epiſcopum præfecimus & Paſtorem; tibique munus conſecrationis per Venerabilem Fratrem Noſtrum ... [e] *Portuen.* Epiſcopum [f] fecimus exhiberi. Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus &c. [g].

citatur ad comparendum coram Pontifice,

& ſponte cedit honori, & oneri.

Pontifex Fr. Tancredum O.M., quem laudat, aſſumit,

& conſecrari facit,

mandans ei, ut onus ſuſcipiat, & utiliter Eccleſiam regat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Idibus Maii, Pontificatus noſtri Anno
E Secundo [h].

Ordinem laudibus exornat, exortationibus Fratres munit, & ſe eorum orationibus commendat. (Ex Reg. Vat. epiſt. Curial. 17. apud Waddingum ad hunc ann. n. 7.)

NICO-

(a) De Monte Fusculo: Diœceſis Beneventanæ Oppido in Provincia Terræ Laboris, Regnoque Neapolitano.

(b) Neocastren.: Civitatis olim Brutiorum nunc Calabriæ citerioris ſub Archiepiſcopo Rhegino.

(c) Domino &c. Ut in *Bulla* 18. hujus Pontificis anno ſuperiore die 6. Aprilis data uſque *clementia ſtudeamus*.

(d) Robertus: De quo apud cit. Ughellum.

(e) Fratrem Nostrum: *Robertum* Kilvarbii O.P.

(f) Portuen. Episcopum: Et S. R. Eccleſiæ Cardinalem.

(g) Mandamus &c. Ut in prædicta *Bulla* uſque *conſequi merearis*, deruto verbo *Bracharen.*

(h) De hoc Epiſcopo loquuntur & plures epiſtolæ Martini IV., ut infra.

Digitized by Google

CXVI.

Anno 1279. die 16. Maji.

NICOLAUS &c.

Capitulo *Generali* [a] *Ordinis Fratrum Minorum*.

Quid ad Comitia Generalia convenit?

CONVENIENTIBUS vobis in unum, qui Chriſti pauperis paupertatis ſemitas voluntarii effecti participes delegiſtis, jam non eſt, niſi quæ Dei ſunt, conſtanter appetere; vias mandatorum ejus dilatato corde percurrere, primum ſequendo pauperem FRANCISCUM veſtri Ordinis plantatorem; qui Mundi caduca reſpuens, Mundum mundè pertranſiens, Mundo vivendo moriens vixit Deo, qui vivens præmium ſibi æternæ vitæ promeruit; & vobis vivendi *Regulam* velut adoptionis filiis reliquit; ut vos Chriſto junctus adjungeret, & hæres ejus effectus vos Chriſto redderet cohæredes. Hic eſt *Ordo*, quem Sponſus in Canticis geminando commemorans bis hortum repetit, binum ejus fructum *contemplativum*, & *activum* [b] patenter inſinuans, bis concluſam ſepem Divinæ legis, & cuſtodiæ Angelicæ innuens, vel potiùs vallum prædictæ *Regulæ*, & ſpecialem cuſtodiam ipſius Ordinis, quam de ipſo Romana gerit Eccleſia, manifeſtans. Hic eſt fons ſcientiarum fluenta ſcaturiens, ſignatus paupertatis inſigniis; & in ſui primo Inſtitutore Chriſti *Stigmatibus* inſignitus. Propterea Ordinem ipſum, quem ſic in domo Domini prælucere conſpicimus, a Noſtris quaſi primordiis ſenſibus noſtris infiximus; in ejus affectione concrevimus; & tenerrimè intra præcordia Noſtra portamus; circa eum ſollicitudine vigilantes, ut nullius ibi ſuccreſcentis herbæ contagium famæ ſuæ reprimat odorem, vel ejus decorem obnubilet; ſed, Deo propitio, protegatur a noxiis; ſalubria ſemper incrementa ſuſcipiat; & pacis affluat ubertate. Dignè igitur plenis in Domino gaudiis exultamus, dum vos illius ſectatores inſpicimus, qui delitias terreſtres aſpernans aſperitatis onera ſupportavit; ut inter electos Dei appareret prælucidus in excelſis, cujus vos *Regulam* profitentes exiſtitis eximii teſtimoniorum Domini Sectatores: nec indignè lætamur, quòd in vobis eadem delectatur Eccleſia; & in fragrantiâ veſtrorum operum odorem ſuavitatis aſſumit. Nam ſuper vos nomen Domini percipimus invocatum; & poſt vocem revocationis æternæ in regione vivorum vos ſibi credimus placituros. O beatæ ſuavitas paupertatis, qua Mundi derelictis illecebris ad felicitatis gloriam pervenitur! O beata terrenarum delitiarum abjectio, qua Spiritus humilitatis reficitur gratiâ ſalutari; & tandem gratiâ ipſâ refecti coronam gloriæ promerentur! Profectò quæ Ordinem ipſum contingunt, Nobis ipſis aſcribimus, nec circa illa locum vigiliis indulgentes. Quare dum de inſtanti veſtro generali Capitulo [c] celebrando hactenùs ageretur; præſentiam dilecti filii Noſtri *Hieronymi* Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis [d] ibi cognovimus eſſe utilem, & propter hoc ei litteras Noſtras [e] ſub certâ formâ direximus, ut præſentialibus ejus affatibus tàm Sanctæ Congregationis reficeretur amœnitas; & in agendis procedendo conſultiùs vobis, & eidem *Ordini* grata ſolamina provenirent: ſed eodem Cardinale ſui corporis infirmitate detento, ab aliquibus citra diebus non credidimus ipſum incœptum reditum [f] ea proſecutione poſſe perficere, quòd eidem *Capitulo*, prout deliberatio Noſtra conceperat, intereſſet. Nihilominùs tamen ſi ſic ſibi propitiaretur Altiſſimus, quòd ad dictum *Capitulum* poſſet decenti tempore pervenire, ſicut nunc ex aliquorum relatione ſentimus, illum ad vos pro conſolatione veſtrarum mentium diſponimus deſtinare [g]. Quòd ſi for-

Elogium S. P. Franciſci,

& Ordinis FF. Minorum encomia.

Cantic. 4. 12.

Pontificis erga eumdem ingens affectus.

Paupertatis Evangelicæ laus.

Admonet, incertum eſſe, an Card. Hieronymus æger Comitiis adſit,

Miſſurus tamen eum, ſi per valetudinem licuerit.

(a) CAPITULO GENERALI: Aſſiſii in feſto Pentecoſtes die 21. Maji indicto ab Hieronymo Aſculano Cardinali, penes quem adhuc Ordinis regimen extabat juxta epiſtolam *Prudentia tua &c.* ei datam anno ſuperiori die 8. Julii.

(b) CONTEMPLATIVUM, ET ACTIVUM: Præter enim Evangelicam *paupertatem* S.P. Franciſcus omnium primus excogitavit, & invexit *vitam* activam & contemplativam in Ordin. Regular.

(c) GENERALI CAPITULO: 24. ſecundum Waddingum ad hunc ann. n.6., at verius 25., unum enim eum fugit, quod alias indicabitur.

(d) CARDINALIS: Presb. tit. S.Potentianæ ex Ord. Min., Ordiniſque Vicarii Gen.

(e) LITTERAS NOSTRAS: Quæ hucuſque deſiderantur.

(f) INCŒPTUM REDITUM: E Gallica legatione, de qua in ſuperioribus pluribus epiſtolis actum & notatum eſt.

(g) DESTINARE: Advenit tandem (ſubjungit cit. Waddingus n.8.) Præſes Cardinalis tardius, quàm ſolebant alia celebrari Comitia, circa feſtum Pentecoſtes eo anno die 21. Maji actum, & jam a ſe creatum Vicarium Generalem *Fr. Bonagratiam* communibus ſuffragiis, licet abſentem, expetitum in *Miniſtrum Generalem* confirmavit, ceteraſque actiones Capitulares proſequutus eſt auctoritate Apoſtolica, donec Electus advenit.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch. 1279.

ſi forte aliquo caſu id compleri nequiverit; confidimus, quòd omnipotens Dominus vobis in iis vias ſuæ miſerationis aperiet; vos ad ſalubria diriget; ac propitiabitur votis veſtris, ita quòd ex veſtris actibus in divinis beneplacitis radicatis, fructus vobis, & eidem *Ordini* utiles, Deo, ac Nobis placitos, dante Domino, reſultabunt. Verùm Paſtoralis officii debitum exequentes vos ad quæque ſalubria paternis monitis, & benignis exhortationibus invitamus, affectantes ex intimis illa veſtris inſidere præcordiis in his potiſſimè, quæ hoc tempore circa directionem ipſius *Ordinis*, ac conſervationem Inſtitutionum ſalutarium, ex quibus locus, & honor acquiritur, agenda percipimus, ut charitatis, & unionis Noſtræ funiculus ſic alimento veræ pacis, & inviolabilis concordiæ foveatur, quòd nullam ſui partem cujuſvis debilitet adverſitatis, ſeù commotionis impulſus, quin potiùs illæſus, & ſtabilis nullius corrumpentis maculam habiturus, perpetuò ad laudem divini nominis conſervetur. Super quo ſunt vobis in ſpeculum, & exemplar illius almi merita *Confeſſoris*, qui *Ordinem* prædictum inſtituit, coluit, & cultum claritate beatitudinis illuſtravit. Cæterùm ut vobis, qui ſpiritualium operatione proficitis, & ob nomen Domini corporalitèr laboratis, propter utrumque charitatis ordinatæ præmium rependatur univerſis, & ſingulis de Ordine veſtro, qui ad præfatum *Capitulum* convenerint, nec non & aliis Chriſtifidelibus, qui congregatis in ipſo *Capitulo* Fratribus, ipſo durante, pietatis ſuæ manus porrexerint adjutrices; dummodò verè pœnitentes extiterint, & confeſſi: Fratribus ſcilicet., qui circa præmiſſa ſollicitè laborarint, & operosâ ſedulitate vacarint, *unum annum*; & aliis, qui congregatis ibidem pias eleemoſynas erogarint, *centum dies* de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditèr relaxamus. Cum autem

Piæ ac ſalutares ejuſdem exhortationes.

Congregandis in Capitulo, aliiſque manus adjutrices porrigentibus Indulgentias elargitur.

A imbecillitatem Noſtram oporteat divinæ manus ſuſtentari præſidiis, Devotionem veſtram rogamus, & hortamur in Domino, quatenus pias affectiones veſtras circa Nos excitet debitum charitatis; & inſpectis Noſtræ mentis affectibus, Nos in veſtris orationibus Divinæ Clementiæ commendetis; ut per interceſſionem veſtram in adminiſtratione commiſſa Nobis dignetur ſua Miſericordia Noſtros ſupportare defectus; & actus Noſtros in ſuorum dirigere ſemitam mandatorum. B

Seque eorum orationibus commendat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum XVII. Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Antiochenum Principem perſtringit, & objurgat ob gravamina, & injurias Epiſcopo Tripolitano, *Equitibuſque Templariis irrogatas*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 112. apud Raynaldum ad hunc ann. n. 49. & ſeqq.) C

NICOLAUS &c.

CXVII.

Anno 1279. die 1. Junii.

Nobili viro Boamundo [a] *Principi* Antiocheno *Comiti Tripolitano*.

AD audientiam Apoſtolatus Noſtri pervenit, quòd tu non attendens, ut convenit, quòd Venerabilem Fratrem noſtrum P. [b] Epiſcopum *Tripolitan.* [c] te decet tam rationi officii Pontificalis, quo D præeminet, quam etiam conſanguinitatis [d], qua ſibi noſceris conjunctus intimæ dilectionis affectu proſequi, ac multipliciter venerari; eumque, ac Tripolitanam Eccleſiam tamquam devotionis filium non ſolum aliquibus injuriis afficere, vel moleſtiis perturbare, verùm etiam ipſos a quibuſcumque tuæ ditioni ſubjectis eos indebitè moleſtantibus poteſtate tibi traditâ defenſare; ſed ad injurias, & gravamina ejuſdem Epiſcopi ad ſuggeſtionem E forſitan aliquorum, qui tuum non zelantur commodum, vel honorem, aſpirans dictum Epiſcopum præter atroces injurias

Antiochiæ Principem perſtringit ob Epiſcopum, & Eccleſiam Tripolitan. vexatam.

(a) Boamundo: Qui *Boamundo* patri anno 1275. die 11. Maji defuncto ſucceſſit in Principatu adhuc ætate minor ſub tutela matris, & Epiſcopi Tortoſæ ex Sanuto lib. 3. par. 12. cap. 14.

(b) Venerabilem Fratrem Nostrum P.: *Paulum* ex *Comitibus* Signiæ Anagninis filium *Pauli* Proconſulis Romani ex monumentis apud Waddingum ad annum 1274. n. 11.

(c) Episcopum Tripolitan.: In Syria, Phœniciaque maritima vulgo *Tripoli di Soria* tunc ſub Patriarcha Antiocheno, promotum circa ann. 1270. per translationem, ut conjicitur, *Guillelmi* Fraxinent Angli O. P. ad Eccleſiam *Bethleemiticam* ex Raynaldo ad ann. 1265. n. 12., & autore novi Bullarii illius Ordinis to. 7. p. 513., anno 1274. interfuit Concilio Lugdunen. ex Waddingo ad eum ann. n. 11.

(d) Consanguinitatis: Cum eſſet avunculus Principis ex cit. Marino Sanuto.

Digitized by Google

rias & gravamina [a] per te, ac tuos ſibi, ſuæque familiæ irrogata, Dei timore, ac reverentiâ, quam ad ipſum Epiſcopum tanquam Patrem ſpiritualem habere teneris, poſtpoſitis, ab Epiſcopali Sede *Tripolitana* auſu ſacrilego ejeciſti &c. [b] Nec iis contentus dum dictus Epiſcopus in domo Militiæ Templi Tripolitani maneret, in qua ſe propter metum, qui cadere poterat in conſtantem, cum ſuâ familiâ receptarat, contra Epiſcopum ipſum tam Chriſtianorum, quàm Saracenorum exercitu congregato, eum in domo ipsâ hoſtiliter obſediſti; erectiſque pluribus machinis contra ipſum, ac demum eodem Epiſcopo de dictâ domo turpiter, ac violenter ejecto, eamdem domum nequiter invaſiſti, boniſque omnibus inventis ibidem ablatis, deputaſti ad ejus cuſtodiam Saracenos, Dei nomen in illâ jugiter blaſphemantes, ut quæ domus Dei, & orationis eſſe conſueverat, fieret Infidelium Synagoga. Nec expaviſti ad Sanctorum reliquias, & alia Divino cultui dedicata ſacrilegas manus extendere illa irriverenter de dictæ domus ſacrario aſportando. Propter quæ, ac alios manifeſtos exceſſus per te contra eoſdem Epiſcopum, & Eccleſiam Tripolitanam commiſſos tam tu, quam alii eorumdem exceſſuum patratores auctoritate ipſius fuiſtis *excommunicationis* ſententiâ innodati; & demum tuis, & tuorum culpis exigentibus *Tripolitana* Civitas eâdem auctoritate fuit ſuppoſita Eccleſiaſtico *interdicto*; & in illos, qui interdictum hujuſmodi non ſervarent, ſimilis excommunicationis ſententia promulgata &c. [c] Græcos quidem, quos ab obedientiâ Romanæ Eccleſiæ vetus error abduxit non permittis ad unitatem, & Catholicæ Sedis obſequium, juxta quod majores eorum Romanæ Eccleſiæ promiſerunt in Concilio Lugdunen. noviſſimè celebrato [d], & tam eos, quàm alias perſonas Eccleſiaſticas diverſos ritus habentes; quæ Romanæ Eccleſiæ obedientes exiſtunt, cujuſcunque ſint ordinis, & dignitatis Eccleſiaſticâ libertate uti non ſinens eos capi, & incarcerati facis, & cogis redimi ſicut ſervos. In quoſdam inſuper Italicos præſertim Romanos, qui zelo Fidei, ac devotionis accenſi ad partes ſe tranſtulerunt tranſmarinas intendentes illic perſonaliter ſe Crucifixi obſequio deputare; quoſque quondam *Boamundus* Princeps Antiochenus pater tuus de ipſorum ſtrenuitate, conſilio, ac probitate confiſus eos ad propriæ perſonæ cuſtodiam, ſuæque Terræ munimen ſuſcepit, illos tanquam ſibi & eidem Terræ perutiles decentibus feudis, & ſtipendiis honorando; qui ei, dum viveret, grata ſervitia fideliter impenderunt; immaniter ſæviens oblitus ſervitiorum hujuſmodi, dictique patris erga ipſos veſtigia non ſecutus eorum aliquos crudeliter perimi; quoſdam in tuâ domo, & alibi acerrimis cædi verberibus; aliquos diverſis contumeliis affici impunè permittens, reliquos per te bonis ſuis omnibus deſtitutos cogis miſerabiliter mendicare &c. [e] Quo animo Nos & Noſtræ juriſdictioni ſubditos ad ſuccurſum Terræ Sanctæ diſponimus, quo exemplo ad id Reges, & Principes de totius Mundi finibus invitamus, cum te ipſorum ſuffragiis non modicum indigentem tam dirum ipſius Eccleſiæ *Tripolitanæ* jurium & libertatum ipſius perſecutorem conſpicimus, & in Fideles Chriſti ſævire tam crudeliter intuemur reprehenſibiliter &c. [f] Nec attendis, quantum indiges Divinæ veritatis auxilio; quantumque tibi poſito in medio nationis perverſæ Apoſtolicæ Sedis expediat proviſio repentina, qui clauſis oculis ſanæ mentis erigendo malè verticem contra Deum, Tripolitanam Eccleſiam, imo Fidem diverſis afflictionis jaculis impugnaſti, ad cujus devotionis obſequia etſi te præmiorum meri-

a — Epiſcopus etiam ejicitur,

b — & Templariorum domus expilatur.

Latæ in Tripolitanos Eccl. cenſuræ.

c — Græcos Princeps ab unione Eccl. diſtrahit,

d

& Romanos variè affligit, & ſpoliat.

e — Objurgatur a Pontifice,

f — eique minæ intentantur.

(a) GRAVAMINA: Orta enim diſſenſio inter milites, & Romanos, qui ſub Principe patre defuncto dominabantur; *quia Epiſcopus Tripolitanus Romanus Romanos defendebat, nam avunculus erat Principis; Epiſcopus verò Tortoſa Principis tutor milites defendebat, inter Epiſcopos orta diſſenſio radix fuit multorum malorum ſequentium, ac inter Principem, & Templarios diſcordia ſeminarium*: inquit laudatus Mar. Sanutus.

(b) EJECISTI &c. Anno 1278., vel paulo ante ex Raynaldo ad eum annum n. 81.; ubi tradit Pontificem per Epiſcopos Sidonien. & Berythen. diem dixiſſe Epiſcopo Anteraden. vulgo *Tortoſa*, ut ad Curiam Rom. accederet. Et interjectis nonnullis de bonis occupatis, & clientibus divexatis ſubdit.

(c) PROMULGATA &c. Pergit Pontifex exprobrare Eccleſiaſticos ab ipſo vinculis mancipatos, ac ſacra profanare juſſos, Religioſos viros, & Moniales atrocibus affectos injuriis: tum addit: inquit cit. Raynaldus.

(d) NOVISSIME CELEBRATO: Anno 1274.

(e) MENDICARE &c. Objurgat etiam illatas a patre *Tripolitanæ* Eccleſiæ injurias, quas ille morte oppreſſus, ut a Gregorio X. erat juſſus, ſarcire non potuerat, non refeciſſe: ſubjicitque.

(f) REPREHENSIBILITER &c. Ut apud cit. Raynald.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1279.

merita repromiſſa Fidelibus non invitant, deberet ſaltem Dei timor, & Apoſtolicæ Sedis ita terrere &c. [a]

Datum Romæ apud S.Petrum Kalend. Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [b].

Committitur ei cura & adminiſtratio Eccleſiæ Gadicenſis. (Ex Reges. Vatic. epiſt.95. apud Waddingum ad hunc annum n.18. Regeſti Pontificii.)

CXVIII. Anno 1279. die 1. Junii.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri Joanni [c] *Epiſcopo* Egitanien. [d] *Sal.*, *& Apoſtol. Benedictionem*.

Epiſcopum Gadicen. a ſe ad Egitanien. Eccleſiam tranſlatum narrat,

VACANTE dudum *Egitanien.* Eccleſiâ per mortem bonæ memoriæ *V.* [e] Egitanien. Epiſcopi; Nos de proviſione ipſius Eccleſiæ cogitantes te tùnc *Gadicen.* [f] Epiſcopum a vinculo, quo Gadicen. tenebaris Eccleſiæ, abſolutum, ad eamdem Egitanien. Eccleſiam duximus transferendum [g]. Verùm quia propter generalem perturbationem Regni *Portugalliæ*, in quo ipſa *Egitanien.* Eccleſia conſiſtit, inter Prælatos ipſius Regni, & claræ memoriæ A. [h] Portugalliæ Regem exortam [i], cujus occaſione ſunt iidem Prælati ſuis redditibus Eccleſiaſticis ſpoliati; tu pacificam poſſeſſionem Epiſcopatus *Egitanien.* habere, ſicut aſſeris, hactenus nequiviſti [k]; ſuper hoc Sedis Apoſtolicæ providentiam humiliter imploraſti. Nos autem, juris decentiâ ſuadente, in-

Egitanien. vero ſuis redditibus ſpoliatam;

A congruum reputantes, quòd tali prætextu tu adminiſtratione ſic careas Eccleſiæ utriuſque; vel in contemptum Pontificalis officii rerum inopiam patiaris; ac intendentes, quòd eadem *Gadicen.* Eccleſia tali occaſione non fluctuet, ſed in ſtatu proſpero conſervetur a diligenti adminiſtratore directa, curam & adminiſtrationem ipſius *Gadicen.* Eccleſiæ [l] taliter vacantis ad præſens ſpiritualiter, & temporaliter tuæ Circumſpectioni committimus

idcirco Gadicen. adhuc vacantis adminiſtrationem attribuit Epiſcopo Egitaniæ

B per te plenè in omnibus gubernandam uſque ad Noſtræ beneplacitum voluntatis; prout tibi ante abſolutionem, & tranſlationem hujuſmodi competebat. Ita tamen, quòd ſi hujuſmodi beneplacito Noſtro durante, poſſeſſionem eamdem [m] fueris pacificè aſſecutus; beneplacitum ipſum re ipsâ expiret; tuque ex tunc de adminiſtratione ipsâ te nullatenus intromittas. Quocirca Fraternitati tuæ per

adjecta tamen conditione,

C Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus curam, & adminiſtrationem hujuſmodi juxtà commiſſionis Noſtræ tenorem ſic laudabiliter gerere ſtudeas, quòd exinde retributionis æternæ tibi proveniat incrementum.

& jubet, ut adminiſtrationem laudabiliter gerat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Kalendis Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

D *Modum agendi cum* Roman. Rege *deſcribit*, *ut ille fœdus ineat cum Carolo* Siciliæ Rege *Matrimonio Filiæ ejus cum primogenito alterius ineundo*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt.41. to.2. anni 2., teſtante etiam Raynaldo ad hunc annum num.11.)

NICO-

(a) Terrere &c. Ut ibidem, ubi addit mixta precibus imperia, ut excurrente octimeſtri Oratores ad ſarcienda Eccleſiæ Tripolitanæ damna mittat: ac ſi in pertinacia obdoruerit, minas intentat, Divinas, humanaſque pœnas ſe diſtricturum; ac Templarios, Hoſpitalarios, & Theutonicos Equites in ipſum concitaturum ex cit. Raynaldo.

(b) Ceterum Princeps *Boamundus* anno 1278. conſtituit judices Nicolaum de Lorgne Magnum Militum Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolym. Magiſtrum, & Rogerium S. Severini Comitem Marſici (qui anno 1277. menſe Junio conſtitutus fuerat *Bailivus* Regni Hieruſalem, miſſuſque in Palæſtinam a Rege Siciliæ Carolo ex Sanuto lib.3. pat.12. cap.16.) in controverſia inter ipſum, & præfatum Epiſcopum Tripolit. ex inſtrumento n.155. Codicis diplomat. Ord. *Militum* prædictorum nuper publicati, quo tempore dictus Epiſcopus legatus fuerat Pontif. ad Rodulphum *Rom. Regem* ex Raynaldo ad ann.1279. n.11., poſtea ad *Peruſinos* ex Martini IV. epiſt. *Diebus iſtis &c.*

(c) Fr. Joanni: *Martini* Luſitano etiam in ep.91. memorato.

(d) Episcopo Egitanien.: Videas Bullam *In diſpenſatione &c.* anno præcedenti die 28. Decembris editam.

(e) V.: *Valaſci*, ut in dicta, aliiſque pluribus præcedentibus *Bullis* nominati.

(f) Gadicen.: A Clemente IV. anno 1267. promotum per litteras *Olim fel. record. &c.* die 27. Maji datas.

(g) Transferendum: Anno ſuperiori die 24. Decembris ex cit. Bulla *In diſpenſatione &c.*

(h) A.: *Alphonſum III.* hoc anno die 16. Februario menſe defunctum ex Ant. Brandano lib.15. Monarch. Luſit. cap.47.

(i) Exortam: Ut habetur ex ſupra relata Gregorii X. Bulla *de Regno Portugalliæ &c.* anno 1275. die 4. Septembr. edita.

(k) Nequiviſti: Etſi *Alphonſus* Rex prope mortem pœnitens a ſe injuſte occupata reſtitui juſſiſſet, Filiumque *Dionyſium* Regni hæredem ad ſarciendas injurias Eccleſiis illatas obſtrinxiſſet ex Raynaldo ad hunc ann. n.29., *Dionyſius* tamen nonniſi anno 1289. cum Epiſcopis & Eccleſiaſticis perſonis ſui Regni compoſitionem admiſit, ut apud cit. Raynaldum ad eum ann. n.16. & ſeqq.

(l) Gadicen. Ecclesiæ: Utpote extra Portugalliæ Regnum, & ſub Regis Caſtellæ ditione.

(m) Possessionem eamdem: Nempe *Egitanienſis* Eccleſiæ.

Digitized by Google

CXIX.

Anno 1279. die 7. Junii.

a b

Nicolaus PP. III. An. Ch. 1279.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri P.[a] Tripolitano Epiſcopo[b] *Sal, & Apoſtol. Benedictionem*.

Cauſa deſcribendi modum c

UT in commiſſis tibi[c] per Nòs cum eâ, qua convenit, cautelâ tutè procedas; modum, quem te ſervare volumus in proceſſu, tibi ad tui inſtructionem ſub brevitate deſcribimus. In primis igitur

agendi cum Rege Rom. d

RegemRomanorum[d] ex parte Noſtrâ cum paternæ benedictionis dulcedine ſalutabis: Deinde ſibi litteris illis, quæ incipiunt *Mundum &c.*; & aliis, quæ incipiunt *Dum ad ea &c.*; ac aliis, quæ incipiunt *In aliis &c.*; aliis quoque, quæ incipiunt: *Pro unitate &c.*[e] præſentatis, exponas eidem, quòd Nos conſiderantes ſuæ promotionis auſpitia, quæ a Deo fuiſſe conjicitur; & ea, quæ Matri ſuæ Romanæ Eccleſiæ devotionis aſſiduæ præſentavit inditia; ac confidentes devotionem hujuſmodi in ipſo ſemper augeri, ſub tali de ipſo, nec immeritò conceptâ fiduciâ de ſui ſtatu proſpero, & ſuorum felicitate ſucceſſuum delectamur; quibus ſub verborum convenientium decentiâ explicatis prudenter & cautè exponas eidem loci & temporis oportunitate captatâ, quomodo ab olim Romana Eccleſia quieti Regis ipſius, tranquillitati mundi, ac *Terræ Sanctæ* negotio plurimum expedire cognoſcens, quòd idem, & Cariſſimus in Chriſto Filius Noſter C.[f] *Siciliæ* Rex Illuſtris ad invicem ſinceræ charitatis unione, & vinculo indiſſolubilis amicitiæ jungerentur; ſuos ad hoc cogitatus appoſuit, ſollicitè laboravit, & tandem Nos ab ipſius Noſtræ promotionis initiis ſollicitudines iſtas Nobis aſſumpſimus; tractatus ipſos accepimus; & recenſendo præterita, ponderando præſentia, nonnullos articulos dudum cum multâ inſtantiâ pro ipſius Regis *Siciliæ* parte petitos

plures præſentando litteras, e

& exponendo S. A. de illius proſpero ſtatu delectatione,

Ejuſdemque Sedis cogitata, & labores pro fœdere inter eum, & Siciliæ Regem, f

pro quo nonnullos articulos diſcuſſit.

A unâ cum Fratribus Noſtris cum multa maturitate diſcuſſimus; & demum multis ex eis, qui graviores hactenus videbantur, amotis; & aliis, ut decuit, temperatis, aliquos articolos in favorem ipſius *Regis Romanorum* addendos fore prævidimus; & ut nexus unionis hujuſmodi ſolidior haberetur, tractatum olim matrimonium inter Filiam[g] ipſius Regis Romanorum, & primogenitum Filii ipſius Regis *Siciliæ*[h] voluimus conſummari, & B tandem poſt labores non modicos, favente Divinâ Clementiâ votis Noſtris, hæc omnia conſenſu & voluntate ejuſdem Regis *Siciliæ* proceſſerunt; ſicut articuli ſuper hoc confecti declarant. Deinde ad conſummationem felicem prædictorum omnium ipſorum articulorum ſervatâ ſubſtantiâ cum debitâ maturitate procedas, aperiens *Regi Romanorum* præfato ſuper traductione *Puellæ*[i], de qua in eiſdem articulis continetur, animi Noſtri moC tum, quem in hoc ſervari volumus: Intendimus enim, quòd *Puella* prædicta immediatè cum honorificentiâ debitâ traducatur; ut Matrimonii hujuſmodi deſiderata conjunctio ad laudem Dei, & pacem mundi optatâ celeritate Populis innoteſcat[k]. Si autem hæc omnia unà cum Matrimonio, ſicut ſperamus, & volumus, feliciter compleantur; tibique innotuerit, ea, quæ per dilectum Filium *Giffridum* de Anagniâ[l] Decanum Eccleſiæ SanD cti Audomari Cappellanum Noſtrum petivimus ab ipſo Rege Romanorum, & Principibus, eſſe perfecta; tunc demum, & non ante, nec aliter, quòd tibi in virtute obedientiæ, & ſub vinculo præſtiti juramenti diſtrictè præcipimus, eidem Regi litteras Noſtras, quæ incipiunt: *Promptitudinem &c.* præſentabis, exponens eidem prudenter, & cautè ſuper iis, quæ continentur in ipſis litteris, Noſtræ intentionis affectum; & eidem litteras, quæ

Inter quos matrimonium ejus filiæ cum nepote Regis Siciliæ, g h

i

& illud quam cito conſummandum optari.

k

l

Quibus peractis alias litteras præſentari jubet,

(a) VENERABILI FRATRI P.: *Paulo* de Comitibus Romano ex Ord. Min., de quo ſupra in hujus Pontificis epiſtola 45. anno præcedenti die 23. Julii ſcripta.

(b) TRIPOLIT. EPISCOPO: In Phœnicia, Terrave Sancta, ut ibi.

(c) COMMISSIS TIBI: Oretenus ne, an per litteras, ignotum; legationis enim munere fungebatur in Germania ad Rodulphum Romanorum Regem ex his litteris, & aliis, ut infra.

(d) REGEM ROMAN.: *Rodulphum* alias ſuperius memoratum.

(e) PRO UNITATE &c.: Quæ epiſtolæ omnes ab Annal. Eccleſ. abſunt.

(f) FILIUS NOSTER C.: *Carolus I.*

(g) INTER FILIAM: *Clementiam* nomine ex Ptolem. Luc. Hiſt. Eccl. lib.23. cap.34.

(h) ET PRIMOGENITUM FILII R. SICILIÆ: *Carolum Martellum* Caroli II. cognomento *Claudi* filium.

(i) PUELLÆ: Scilicet *Clementiæ* ſupradictæ.

(k) INNOTESCAT: Id certe innotuit Ptolemæo Luc. ſupra relato, qui eo tempore ſcribebat; tradiditque loco cit. filiam Rodulphi nuptui traditam fuiſſe Carolo Martello Regis Siciliæ ex filio nepoti.

(l) GIFFRIDUM DE ANAGNIA: Ad quem Pontifex litteras dedit *Intendentes ea &c.* anno ſequenti die 2. Martii, vocatque *litterarum noſtrarum contradictarum Auditorem*; de quo & ſuperiori epiſt. 84., qua præcedenti anno miſſus fuerat ad Rodulphum pro rebus Eccleſiæ ab eo clarè declarandis, atque reddendis.

Digitized by Google

Nicolaus PP. III. An.Ch.1279.

& Regis Rom. facta redigi in actus.

quæ diriguntur Principibus ſuper eâdem A materiâ, ſignabis per ſuos Nuncios, vel tuos Religioſos, vel alios, ſi magis voluerit, deſtinandas. Ea verò, quæ per ipſum *Regem Romanorum* fieri contigerit in prædictis, diligenter & cautè redigi facias in ſcripturam deferendam per te Nobis, vel per fidelem Nuncium tranſmittendam. Quibus omnibus auxiliante Deo expeditis feliciter, revertaris.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum vII. Idus Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo. B

Quid in tractatu pacis inter Reges Franciæ *&* Caſtellæ *componendæ Sedis Apoſtolicæ Nuncii egerint, deſcribit; rogatque, ut tandem aliquando paci ſe conformet.* (Ex Reges. Vatic. epiſt.25. apud Raynaldum ad hunc ann. num.21. & ſeqq., & inde in Bullario Ord.Prædicat. to.1. num.14.)

CXX.

Anno 1279. die 9. Junii.

NICOLAUS &c.

Cariſſimo in Chriſto Filio [a] Regi Caſtellæ, *ac* Legionis *Illuſtri Salutem, &* C *Apoſtolicam Benedictionem.*

Digne quidem ab olim in horrendorum tuæ ac Cariſſimi in Chriſto Filii Noſtri... [b] Regis Francorum Illuſtris diſcordiæ [c] perceptione rumorum Eccleſiâ concitatâ, fel. record. Johannes Papa XXI. prædeceſſor Noſter tot animarum, corporumque periculis, rerumve diſpendiis occurrere cupiens dilectum Filium Noſtrum *Hieronymum* Tituli Sanctæ Potentianæ Presbyterum Cardinalem tunc Fratrum Minorum Generalem Miniſtrum, & Fratrem *Johannem* Magiſtrum Fratrum Prædicatorum Ordinum ad hoc elegit [d] idoneos, injuncto eis, ut tuam, & ipſius Regis præſentiam adeuntes Te, ac ipſum ad pacem, & concordiam juxtà datam eis ex alto prudentiam ſolicitis monitis, & efficacibus exhortationibus inducere procurarent. Et poſtmodum Nobis licèt inſufficientibus meritis ad Apoſtolatus apicem evocatis, illico perículoſa illa diſſenſio ſe Noſtris obtutibus præſentavit, in quâ gravibus piorum negotiorum undique concurrentium,

De miſſis a Joanne XXI. legatis,

& Succeſſoris ea de re ſolicitudo, & anxietas,

D

& præcipuè *Terræ Sanctæ* periculis recenſitis, quæ mentaneis videramus oculis etiam in minori officio conſtituti, officii debitum Noſtra præcordia pupugit; & Noſtrorum primordia cogitatuum ad occurrendum per opportuna remedia tanto, & univerſali diſcrimini diris aculeis ſtimulavit; nec indulſit menti Noſtræ quietem; ita quòd, ſenſibus Noſtris circa hoc cogitatibus profundis obtuſis, ingerebat ſe Nobis adjectio cogitatus, quòd penſatâ diligenter negotii qualitate, ac perſonis ſublimibus, inter quas diſcordia ipſa vertitur; & aliis horum altis circumſtantiis ex impulſu quotidianarum ſolicitudinum circumſpectis, propter hoc aliquis ex Noſtris Fratribus mitteretur, cujus præſentiam altitudo tanti negotii meritò requirere videbatur: Sed quia eorumdem Fratrum Noſtrorum tunc paucitas, & aliquorum ex ipſis debilitas, urgenſque moleſtia deliberationi hujuſmodi Noſtri ſcrutinii reſtituerunt; ne circa idem negotium, quod ſic Nobis erat, & eſt cordi, ſolicitudo Noſtra quovis modo torperet; Venerabilem Fratrem Noſtrum *Benevenutum* ipſius Minorum Ordinis profeſſorem nunc Epiſcopum Eugubinum ad Te, ac adRegem præfatum, dilectum Filium Fratrem *Johannem* de Viterbio Procuratorem ipſius Prædicatorum Ordinis, in effectum ſuaſiones, Noſtraque monita, & conſulta in præmiſſis per ipſum *Benevenutum* Tibi, & per eumdem *Procuratorem* dicto Regi pleniùs exprimenda, & præparanda inter te, ac memoratum Regem pacis, & ſolidæ Concordiæ fœdera per Cardinalem, & Magiſtrum eoſdem tunc ad hoc Apoſtolicæ Sedis Nuncios reformanda pariter, & firmanda duximus deſtinandos [e]; eidem Fratri *Johanni* de Viterbio inter alia in quâdem ſpecialitate commiſſo, ne quidquam omittere videremur; ut apud eumdem Regem pro ſuſpenſione, ſeu dilatione ſaltem cujuſlibet proceſſus hoſtilis contra te ad tempus inſiſteret; quo interim facultas adeſſet pleniùs eidem negotio providendi; & in hac parte de opportunâ ſolicitudine nihil omiſ-

qui alios Nuncios deſtinat, & adjungit,

E

quorum alter Franciæ Regem pro ſuſpenſione armorum deprecatur,

(a) Filio: *Alphonſo X.*
(b) Filii Nostri: *Philippi III.*
(c) Discordiæ: Conſulenda Joannis XXI. Bulla *Habet infauſti &c.* anno 1276. 15. Octobris edita ſupra pag.242. appoſita.

(d) Elegit: Ut ex dicta Bulla *Habet infauſti &c.* aliiſque pluribus præcedentibus dat. ann. 1277. 2. Decembris, 1278. 29. Novembr. &c.
(e) Destinandos: Ex litteris *Quanto ex poteſtate &c.* anno 1277. die 2. Decembris datis,

Digitized by Google

a omiſſo, dilecto Filio Noſtro *Simoni* [a] Tituli Sanctæ Ceciliæ Presbytero Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato ſpeciales Literas
b Noſtras [b] ſub certâ formâ direximus, ut iis, quæ tam *Hieronymo* Cardinali, & *Magiſtro*, quàm Procuratori prædictis eidem Legato referenda commiſimus, diligenter inſpectis; eos in commiſſione proſecutionis hujuſmodi juxta datam ſibi a Deo prudentiam dirigeret, & ſtudioſiùs informaret. Porrò dum inter Nos, & prædictum *Hieronymum* Cardinalem, ac *Magiſtrum* ſe variæ conſultationes, & reſponſiones ingererent; compulit non evitanda neceſſitas, qua inceſſanter circa negotium ipſum impellimur, Nobis ipſis non parcere, vel aliorum laboribus indulgere; ſicque provido eorumdem Fratrum Noſtrorum communicato conſilio, dilectum Filium Noſtrum *Gerardum* Baſilicæ SS.XII. Apoſtolorum Presbyterum
c Cardinalem ad partes illas transmiſimus [c], ut per eumdem, & dictum *Hieronymum* tunc in Cardinalem, ac *Magiſtrum* eumdem tunc in Hieroſolymitanum electum aſſumptos, tuis, & memorati Regis Nunciis convenientibus invicem apud Civitatem *Toloſanam*, (quam locum ſatis congruum partibus, & acceptum eidem negotio exiſtimavimus,) certo ad hoc per Nos ſtatuto termino, hujuſmodi negotium tractaretur; eiſdem Cardinali, & Electo, Tibi quoque, ac Regi præfato propter hoc, ſicut te latere non credimus, ſpeciales litteras deſtinando; & ex præſentiâ talium perſonarum eidem per Nos, prout decebat, deputatarum tractatui finem Deo placitum ſperabamus. Utinam id Altiſſimus Noſtris deſideriis miniſtraſſet. Nam, ſicut accepimus, tuis Nunciis, ſeu ipſorum aliquibus occaſione loci prædicti certis intermiſſionibus ſubornatis negotium ipſum, quòd invitè referimus, refugium ſolaminis non accinxit; ſed diffugium tractus longioris
d indixit; quo per eorumdem G. . . . [d] & Hieronymi Cardinalium, ac Magiſtri litteras amarè, nec indignè percepto, ut

Apoſtolicæ Sedis *Legatum* ceteris miſſis adjungit Pontifex,

atque G. Cardinalem SS.XII. Apoſtolorum.

Imputat Alphonſo Pontifex pacis tractatum eum extraxiſſe.

A omnibus vias præcluderemus eventibus, eorum conſultationi reſpondimus, quòd tibi, & ſæpedicto Regi pro alio termino aſſignando in *Vaſconia* Noſtras literas, prout ipſi Nobis ſcripſerant [e], miſeramus; mandantes eiſdem, quòd iidem arduitatem ipſius negotii attendentes, cum quantâ poſſent diligentiâ, ejuſdem negotii proſecutioni vacarent. Verùm eodem Cardinale *Hieronymo* ſui corporis infirmitate detento; & pro arduis negotiis,
B ac evidenti utilitate, immò neceſſitate potius, exinde Noſtrâ licentiâ recedente [f], dicti *Gerardus* Cardinalis, & *Magiſter*, ac tui, & dicti Regis Nuncii poſt diverſas diſcuſſiones ſuper hoc habitas in *Burdegalen.* [g] Civitate finaliter, ut ſingulariter omittamus enarrare ſingula, convenerunt: & cum ad tractatum pacis reformandæ; vel ad treguas ineundas inter alia proceſſiſſent; prout antea etiam ſuper iis tractatus extiterat inchoatus, nec pa-
C cem, nec treguam hinc & inde, proh dolor! iidem Nuncii acceptarunt: quinimmo, quod acerbiùs guſtare compellimur, tractatibus ipſis omnino ſucciſis, diſcordes exinde diſceſſerunt. Profectò Nobis ipſis talibus transfixis aculeis, eiſdem *Gerardo* Cardinali, & *Magiſtro* ruboris poſt tot labores affectis incendio & tibi, ac Regi præfato ad majorem forſan rancorum amaritudinem deductis, & prædictis
D tractatibus ſic ſucciſis; nec minùs eidem *Terræ Sanctæ*, cui per hoc multipliciter deperire dignoſcitur, animo perplexi compatimur; & cogitatus plurimi Noſtris ſenſibus inculcantur. Multâ enim mentis turbatione perpungimur, cum tot ſolicitudines, & labores, & vigilias inſpicimus ſic inaniter pertranxiſſe, quòd unde favum ſperabamus deguſtare dulcedinis, calix Nobis amaritudinis propinatur. Mul-
E tâ, nec mirum, anxiamur anguſtiâ; dum in abſentiâ talium perſonarum incommoda pertuliſſe ſenſimus; & ipſos inſperato rubore videmus affectos, qui ſperabant poſt labores ad Divinam gloriam exultationis bravium reportare. Et multa Nos angit

e

f

g

Burdigalenſis Conventus re infecta diſſolutus.

Quantum ex eo dolorem hauſerit Pontifex

(a) SIMONI: Gallo, qui poſtea ad Summum Pontificatum evectus *Martini IV.* nomen tulit.

(b) LITTERAS NOSTRAS: Quæ in Annal. Eccleſ. non leguntur.

(c) TRANSMISIMUS: Ex litteris *Quam amare &c.* anno 1278. die 29. Novembris datis.

(d) G.: *Gerardi* ſupra laudati.

(e) SCRIPSERANT: Ut habetur in cit. litteris *Quam amare &c.*, & *Etſi errantibus &c.*, alias *Scire tuam &c.* eodem die ſcriptis; ſed illæ aliæ litteræ de loco *Vaſconia* non apparent.

(f) RECEDENTE: Hoc anno, quo interfuit Aſſiſii Comitiis Generalibus circa feſtos dies Pentecoſtes celebratis ex epiſt. *Convenientibus vobis &c.*

(g) BURDEGALEN.: Vulgo *Bordeaux* in Aquitania, Guiennæque Metropoli ad Garumnam fluvium.

Digitized by Google

angit anxietas; dum ſic electos Principes diffidere conſpicimus; quorum diſſidio multi Principes, & Populi concitantur; & de gravioribus futuris periculis poteſt & meritò dubitari. Multa inſuper cordis afflictio præcordiales Noſtros actus obnubilat; dum per hoc prædictæ *Terræ Sanctæ* negotium ſic deperit, quòd ipſa *Terra* de ſuæ reſpirationis remedio graviùs hæſitat; compellitur Agarenorum [a] injuriis laceſſita in Divinæ Majeſtatis offenſam, & opprobrium Populi Chriſtiani. Ad hæc confidentes in illo, qui ſperantes in ſe nullatenus derelinquit, in novi caſus acerbitate ſub ſpe ſummi conſilii nova conſilia perquirere procuramus. Et quia ubi multa conſilia, ibi ſalus; cum Fratribus Noſtris deliberatione præhabitâ maturè providimus *Legatum*[b], & *Gerardum* Cardinales prædictos ad Noſtram præſentiam revocare; ut eorum, qui de prædictorum tractatuum circumſtantiis notitiam obtinent pleniorem, informatione directi, & eorumdem Cardinalium, aliorumque Fratrum Noſtrorum conſiliis, auxiliiſque ſuffulti vias utiliores ad præmiſſa dante Domino perquiramus, per quas Noſtræ, & Tuæ, dictique Regis, & veſtrorum Regnorum quieti, prædicto quoque *Terræ Sanctæ* negotio, de ſalutari, & opportuno remedio conſulturi; cum Noſtri ſit omnino propoſiti; ſic Nos hujuſmodi conferre negotiis, ſic ſolertes circa illa curas impendere, ac omni, qua poterimus, diligentiâ providere; quòd extincto diſcordiæ incentivo, pacis, & concordiæ, Noſtris admodum votis accommodæ mundoque perutilis, & eidem opportunæ negotio redintegratio ſolida, & *Terræ Sanctæ* remedium proſperum celeriter Deo auſpice ſubſequantur &c. [c] Serenitatem Regiam hortamur, & obſecramus in Domino Jeſu Chriſto, quatenus animi tui decentiam manſuetudine Regia muniens ſic ad pacis, & unitatis gaudia te conformes, odiorum fomitibus a te prorſus excluſis, quòd Deo, & Nobis gratificeris; ut gratus Tibi, & Regno tuo de quiete provideas; & tandem retributionis æternæ præmium merearis.

maxime propter Terram Sanctam auxilio deſtitutam a Saracenis omnino vaſtandam.

Cardinales ad ſe revocare ſcribit pro majori rerum cognitione, & deliberatione.

Regemque hortatur ad pacem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum v. Idus Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Bona, quæ in ſubſidium Terræ Sanctæ *a Fidelibus collata ſunt, aſſignent collectori* Decimæ *illis in partibus degenti*. (Ex REGES. VATIC. PONTIF. epiſt. 130. anni 2., teſtante etiam WADDINGO ad hunc annum n.28.)

NICOLAUS &c.

CXXI. *Anno 1279. die 13. Junii.*

Dilectis Filiis Univerſis Prioribus Prædicatorum, *ac Guardianis* Minorum *Fratrum, ac Ordinum, ac Fratribus eorumdem Ordinum per* Datiæ [d], *&* Svetiæ [e] *Regna conſtitutis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

INTELLEXIMUS, quòd pia devotio Fidelium illarum partium nonnulla vobis exhibuit in *Terræ Sanctæ* ſubſidium convertenda, quæ vos cupitis certæ perſonæ de Noſtro beneplacito aſſignare. Nos itaque veſtram in hac parte Diſcretionem multipliciter commendantes Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus bona hujuſmodi dilecto Filio Magiſtro *Bernardo Amalrici* [f] Cappellano Noſtro, Canonico Remenſi Collectori *Decimæ* in illis partibus Deputato ſtudeatis Noſtro, & ejuſdem *Terræ* nomine integraliter ſub authenticis litteris aſſignare; quod, & quantum aſſignaveritis Collectori prædicto Nobis fideliter reſcripturi, & tranſmiſſuri litteras memoratas.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Idibus Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Fratribus Ord. Min. concedit in Villafranca *Elnen. Diœc. locum Fratrum de* Pœnitentia *Jeſu Chriſti*. (Ex REGES. VATIC. epiſt. 105. apud WADDINGUM ad hunc ann. n. 19. REGESTI PONTIF.)

NICO-

(a) AGARENORUM: Seu Saracenorum.
(b) LEGATUM: Scilicet *Simonem* ſupra memoratum.
(c) SUBSEQUANTUR &c.: Sed fruſtra laboravit Pontifex; neque enim ab Alphonſo quidpiam obtinere potuit, ſed ſub *Sancio* filio concordia terminata eſt anno 1289. ſedente *Nicolao IV.* ex Annal. Eccleſiaſticis. Porro Raynaldus hoc loco nonnulla prætermiſit.

(d) DATIÆ: Perperam loco *Dania* vulgo *Danimarka*.
(e) SVETIÆ: Quæ unam cum *Dania* in utroque Prædicat. & Minor. Ordine Provinciam fere ab exordio eorum conſtituebat.
(f) AMALRICI: Quem Wadd. dicit *Almaria*. & Raynaldus ad ann. 1278. n. 81. plures *Decimarum* pro Terra Sancta Collectores referens non commemorat.

Digitized by Google

CXXII.

Anno 1279. die 27. Junii.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis .... Guardiano, & Fratribus Ordinis Minorum de Villa Franca [a] *Elnen. Diœceſis* [b]. *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

De Fratribus Pœnitentiæ J. C. apud Villamfrancam relatio,

NUper exponentibus vobis accepimus, quòd homines *Villæ Francæ* Elnen. Diœceſis attendentes, quòd in loco Fratrum de *Pœnitentia Jeſu Chriſti* [c], dictæ Villæ, quorum Ordo non eſt de reſervatis per conſtitutionem [d] fœl. record. GREGORII PAPÆ X. prædeceſſoris Noſtri ſuper hoc æditam in Concilio Lugdunen. [e], in quo ante dictum Concilium tredecim, & plures etiam Fratres ipſius Ordinis *de Pœnitentia Jeſu Chriſti* manere conſueverunt, tres tantummodò morabantur; cum reliqui poſt prædictum Concilium ſe ad loca alia tranſtuliſſent [f]; quòdque in præfatâ *Villa* ſitâ in Montanis, & a populoſis Civitatibus nimis remotâ nulli Religioſi alii exiſtebant, quorum miniſterio poſſet ſaluti conſuli animarum; ac per hoc affectantes in dicta Villâ *Fratrum Minorum* condecens Collegium collocari, apud Miniſtrum [g], & Fratres dicti Ordinis Fratrum Minorum in Provinciali *Capitulo* congregatos precibus inſtiterunt, ut aliquos Fratres ipſius Ordinis ad dictam Villam tranſmitterent inibi moraturos. Sanè dicti Miniſter, & Fratres in eodem Capitulo conſtituti conſiderantes, quòd exindè magnus profectus provenire poterat animarum, tredecim *Fratres* ipſius Ordinis Minorum ad memoratam Villam, ut inhabitarent ibi aſſiduè, tranſmiſerunt;

& hominum illius Villæ Fratres Ord. Minor. affectantium,

qui locum ipſis Fratribus contiguum Fratribus de Pœnitentia J.C. conceſſerant,

iidemque homines quemdam fundum prædicto loco eorumdem Fratrum *de Pœnitentia J. C.* contiguum, quem juſto titulo acquiſierant, veſtræ habitationi, & uſui conceſſerunt, piâ intentione ſperantes, quòd idem locus, in quo dicti Fratres *de Pœnitentia J. C.* morantur, ad hujuſmodi uſum veſtrum in poſterum deveniret; emerunt nihilominus homines memorati ab Abbate, & Conventu Monaſterii *Sancti Michaelis* dictæ Diœceſis dominium, ac cenſum, quæ in dicto loco Fratrum *de Pœnitentia J. C.* dictum Monaſterium obtinebat, ut ſi dictum locum veſtro uſui Sedes Apoſtolica decerneret concedendum, poſſet dictus locus Fratrum *de Pœnitentia J. C.* a vobis abſque obligatione qualibet, & onere habitari.

locum etiam Fratrum Pœnitentiæ J. C. a cenſu Monaſterio Coxanen. debito redimentes.

Cum itaque prædictus locus veſtro uſui a prædictis hominibus ſic conceſſus, ut aſſeritis, nimis arctus exiſtat; dictuſque locus ipſorum Fratrum *de Pœnitentia J. C.* ad ampliationem ipſius loci a dictis hominibus ſic conceſſi, & habitationem veſtram ſit plurimum opportunus; ſitque veriſimiliter præſumendum, quòd poſt non magni temporis ſpatium locus ipſe dictorum Fratrum *de Pœnitentia J. C.* juxta prædictam Conſtitutionem [h] in diſpoſitione Sedis Apoſtolicæ remanebit; Nos, qui Ordinem veſtrum, ejuſque Profeſſores ſincerâ diligimus in Domino charitate, volentes vobis in hac parte gratiam facere ſpecialem, uſum, & habitationem præfati loci prædictorum Fratrum *de Pœnitentia J. C.* vobis in veſtræ conſolationis augmentum, auctoritate præſentium duximus concedendas; quouſque per Nos, vel Succeſſores Noſtros ex certâ ſcientiâ conceſſionem hujuſmodi contigerit revocari; proprietate ejuſdem loci Fratrum *de Pœnitentia J. C.* Nobis, & dictæ Sedi nihilominùs reſervata [i]. Et damus etiam Venerabili

Pontifex concedit, ut ſupra;

(a) VILLAFRANCA: Dicta *Confluentum* ad aliarum diſcrimen, in Occitania, Comitatuque Ruſcinonenſi ad fluvium Thetim, & ad radices Pyrenæorum olim ſub Hiſpanis, nunc Regi Franciæ ſubjecta, cujus locus Fratrum Minorum 7. al. 3. erat *Cuſtodia Narbonen.* in Provincia *Provincia* ex antiquo *Provinciali* Ordinis apud Polychronicon, & Barthol. Piſanum Conform. xi. Salimbene Parmenſis, qui eo tempore ſcribebat, in Chron. Ms. p. 459. hanc dicit *Villamnovam*, & in loco Fratrum Minorum anno 1285. ſepultum fuiſſe *Petrum* Aragoniæ Regem, cujus Sacramen. Confeſſionem loci *Guardianus* exceperat: Mariana verò Hiſt. Hiſpan. l. 14. c. 9. ſcribit, *corpus Petri ad S. Crucis Cœnobium prope Villamfrancam* eſſe ſepultum eo anno 6. idus Novembris.

(b) ELNEN. DIŒCESIS: Al. Helenen. vulgo *Elna* in ſupradicto Comitatu Ruſcinonen. olim Hiſpanorum, ſed ab anno 1640. Regno Franciæ adjectæ, cujus Epiſcopatus a Clemente VIII. anno 1604. *Perpinianum* translatus eſt ſub Archiepiſcopo Narbonenſi.

(c) DE PŒNITENTIA J. C.: De quibus dictum eſt ad Clementis IV. *Bullam Ad conſequendam &c.* anno 1265. 30. Novembr. emiſſam.

(d) CONSTITUTIONEM: Incip. *Religionum diverſitatem &c.*

(e) LUGDUNEN.: II. anno 1274. cap. 23. ex Actis dicti Concilii.

(f) TRANSTULISSENT: Juxta conceſſionem ipſis Fratribus factam a præfata Conſtitutione.

(g) MINISTRUM: Provinciæ Aragoniæ.

(h) CONSTITUTIONEM: Concilii Lugdunen; ſupra relati.

(i) RESERVATA: In dicta enim Conſtitutione inquit Pontifex: *Nos enim ea* (loca) *diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ reſervamus in Terræ Sanctæ ſubſidium, vel pauperum, aut alios pios uſus . . . convertenda.*

Digitized by Google

a b c

Mandans Epiſcopo Elnen., & Abbati Coxan., ut loci poſſeſſionem Fratribus tribuant.

rabili Fratri Noſtro .... [a] Epiſcopo *Elnen.*, & dilecto Filio Abbati Monaſterii Sancti Michaelis de *Coxano* [b] Elnenſis Diœceſis ſub certâ formâ Noſtris litteris [c] in mandatis, ut ſi dicti Fratres *de Pœnitentia J. C.* ſive ſimul omnes, ſive ſingularitèr ad aliquos Ordines approbatos ſe transferre voluerint; alioquin quam citò præfatum locum prædictorum Fratrum *de Pœnitentia J. C.* ab eiſdem Fratribus de Pœnitentiâ prædicto modo, vel alio contigerit derelinqui; ſicque juxta Conſtitutionem eamdem in diſpoſitione Sedis remanere prædictæ; vos in Corporalem poſſeſſionem ipſius loci Fratrum *de Pœnitentia J. C.* jurium, & pertinentiarum ejus pro veſtro uſu, & habitatione inducant, & defendant inductos.

Clauſula prohib. &c.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Conceſſionis, & Reſervationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum v. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Committit eis executionem ſupradictæ conceſſionis. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 106. apud Waddingum ad hunc ann. n. 20. Regeſti Pontif.)

CXXIII.

Anno 1279. die 27. Junii.

NICOLAUS &c.

d

Venerabili Fratri ... Epiſcopo Elnen. [d], *& dilecto Filio ... Abbati Monaſterii Sancti Michaelis de* Coxano *Elnen. Diœceſis Sal., & Apoſtol. Bened.*

Expoſitio Fratrum O.M. Villæ Franca.

EXPOSUERUNT Nobis dilecti Filii ... Guardianus, & Fratres Ordinis Minorum de *Villa Franca* Elnenſis Diœceſis, quòd homines dictæ Villæ attendentes &c. [e] Cum itaque prætactus locus uſui prædictorum Guardiani, & Fratrum a prædictis hominibus ſic conceſſus, ut aſſerunt, nimis arctus &c. [f] Quocirca

e

f

A Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut ſi dicti Fratres *de Pœnitentia Jeſu Chriſti* &c. [g] Contradictores &c. Non obſtante &c.

Mandat Pontifex id, quod ſupra.

g

Datum, *ut ſupra*.

Pro cujuſdam illiciti Matrimonii *diſpenſatione facultas ſi verum ſit expoſitum.* (Ex cit. Reges. Vatic. epiſt. 149. anni 2.)

CXXIV.

Anno 1279. die 5. Julii.

NICOLAUS &c.

B *Dilectis Filiis ... Priori* Prædicatorum, *& Miniſtro* Minorum *Fratrum Ordinum Provincialibus in* Francia [h] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

h

Tenor expoſitionis Joannis de Muteyo.

EXPONENTE Nobis Johanne de *Muteyo* Armigero Conſanguineo Venerabilis Fratris Noſtri ... [i] Archiepiſcopi *Treveren.* nuper audivimus, quòd dudum, homine inimico miniſtro, Robertus de *Muteyo* Treveren. Diœceſis Armiger C Patruus ipſius Johannis quondam Johannem dictum Merendel de *Colonier* Armigerum interfecit; propter quod adeo ſunt graves inimicitiæ ſuſcitatæ; quòd fœdera pacis, quæ ſuper hoc interveniſſe dicuntur, ſicut idem Johannes de Muteyo aſſeruit, violantur utrinque; ac ex violatione hujuſmodi multa & gravia provenire perſonarum pericula dubitatur, niſi dictus Johannes de *Muteyo* cum dilectâ D in Chriſto Filiâ Hudetâ natâ Theobaldi de *Sorbeis* Neptis prædicti Johannis de *Colonier* matrimonialiter copuletur. Unde cum idem Johannes de *Muteyo*, & Hudeta *quarto* affinitatis gradu ad invicem, ſicut aſſeritur, ſe contingant; dictus Johannes de *Muteyo* Nobis humiliter ſupplicavit, ut providere ſuper hoc miſericorditer curaremus. Nos autem, qui ſalutem quærimus ſingulorum, ſcandalis, ac periculis hujuſmodi occurrere E cupientes, quia vos de facto, & facti circumſtantiis habere poteritis notitiam ple-

i

De nece Jo. Merendel per Robertum de Muteyo,

qua pax violatur,

niſi conjugio illicito præcaveatur,

pro cujus relaxatione ſupplicatur.

(a) FRATRI NOSTRO: *Bertrando*, qui hoc anno interfuit *Concilio* Biterren. die 4. Maji coacto, & dicitur *Bertrandus*, ſed inſequenti anno die 20. Martii, ſe dicit *Bernardum Sala* in epiſt. ad Archiepiſcopum Narbonen., rexitque uſque ad ann. circiter 1290. ex nova Gallia Chriſt. to. 6.

(b) S. MICHAELIS DE COXANO: In valle Confluentina anno 878. erecti ſub tit. primum *S. Germani* Antiſiodoren. Epiſcopi, poſtea *S. Michaelis*, ex Baluzio in Marca Hiſpan. lib. 4., & Mabillon. lib. 38. Annal. Benedict. ad eum ann. n. 17., anno 1091. reformati a Monachis S. Victoris Maſſilien.

(c) NOSTRIS LITTERIS: Quæ ſubſequuntur.

(d) ELNEN.: Vide notas epiſtolæ ſuperioris.

(e) ATTENDENTES &c.: Ut in dicta epiſtola uſque *& onere habitari*, mutatis verbis mutandis, ut *veſtræ habitationi* in *Fratrum habitationi &c.*

(f) NIMIS ARCTUS &c. Ut ibidem uſque *nihilominus reſervata*.

(g) JESU CHRISTI &c. Etiam ibidem uſque *defendatis inductos*.

(h) IN FRANCIA: Utpote finitimi contractum inituris.

(i) FRATRIS NOSTRI ...: *Henrici* de Feſtinga, de quo in 2. hujus Operis tomo pluries actum eſt; ferturque obiiſſe anno 1286. poſt tot perſecutiones.

Digitized by Google

Pontifex committit ſupradicta.

plenioreṁ, præſentium vobis tenore committimus, quatenus, ſi præmiſſa vera ſunt; & timeri poſſit de ſcandalis, & periculis, quæ narrantur; idque conſideratis circumſtantiis univerſis videritis faciendum, ſuper quibus omnibus veſtras intendimus conſcientias onerare, cum eiſdem *Johanne* de Muteyo & *Hudeta*, quòd, affinitate hujuſmodi non obſtante, matrimonialiter copulari liberè valeant, auctoritate Noſtrâ, prout ſecundum Deum expedire videritis, diſpenſetis. Non obſtante indulgentiâ [a], qua vobis, vel Ordinibus veſtris dicitur eſſe conceſſum, quòd non teneamini vos inviti intromittere de iis, quæ vobis per litteras Apoſtolicas committuntur, niſi in eis de Indulto hujuſmodi ſpecialis mentio habeatur.

Obſtanti derogando. a

Datum apud Montem Roſolum [b] III. Nonas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

b

Super quodam alio Matrimonii *impedimento diſponendi facultas tribuitur juxta id, quod expedierit*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 148. anni 2.)

CXXV. Anno 1279. die 5. Julii.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri .... [c] *Epiſcopo* Engoliſmen. [d], *& dilectis Filiis Raymundo Electo* Petragoricen. [e], *ac* ... *Miniſtro Provinciali Ord. FF. Min. in Provincia* Aquitaniæ [f] *Sal.*, *& Ap. Ben.*

c d e f

Relatio D. Mirabelli, & Meudis Mauritanen.

SICUT exhibita Nobis dilecti Filii Nobilis Viri Arthaudi Domini Caſtri de *Mirabello* [g], & dilectæ in Chriſto Filiæ Nobilis Mulieris Meudis natæ quondam Benedicti de *Mauritania* [h] petitio continebat; ipſi, qui *quarto* ſunt

g h

A gradu Conſanguinitatis conjuncti, ad ſedandas graves & capitales inimicitias dudum inter Progenitores ipſorum exortas, ex quibus ſtrages hominum, domorum incendia, rapinæ, ac violationes Eccleſiarum, aliaque diverſa pericula provenerunt, & majora provenire poſſe veriſimiliter dubitatur, niſi per Sedem Apoſtolicam apponatur remedium ſalutare; de Conſilio Prælatorum, Baronum, aliorumque Magnatum illarum partium, ſicut B aſſeritur, affectant matrimonialiter copulari. Quare humiliter petebatur a Nobis, ut animarum, & corporum periculis occurrentes providere ſuper hoc miſericorditer curaremus. Nos autem, qui ſalutem quærimus ſingulorum; & pacem Chriſtifidelibus libenter Noſtris ſtudiis procuramus; volentes hujuſmodi vitare pericula, quia vos &c. [i], cum eiſdem *Archaudo*, & *Meude*, quòd conſanguinitate hujuſmodi non obſtante &c. [k], qua C tibi, Fili *Miniſter*, vel Ordini tuo dicitur eſſe conceſſum &c. [l]

de inimicitiis conſanguineorum non ſedandis

niſi eorum conjugio,

pro quo diſpenſationem petunt.

Pontifex injungit ut ſupra.

i k l

Datum, *ut ſupra*.

Dignitatem Cantoris *Eccleſiæ* Morinen. *vacantem*, *ſibique reſervatam*, *injungit*, *ut alicui idoneo committant*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 197. anni 2.)

CXXVI. Anno 1279. die 12. Julii.

NICOLAUS &c.

D *Dilectis Filiis Raymundo Electo* Petragoricen. [m], *& antiquiori Prædicatorum in actu regendi, ac Minorum Ordinum Magiſtris* Pariſius *Regentibus* [n] *in Theologica facultate Sal.*, *& Ap. Ben.*

m n

LICET *Cantoria* [o] Eccleſiæ *Morinen.* [p], quam quondam Magiſter Nicolaus di-

o p Munere Cantoris Morinen. vacante,

(a) INDULGENTIA: Incip. *Quieti veſtra &c.* ſæpiſſime adducta, ac relaxata.

(b) MONTEM ROSOLUM: Al. Roſeum & Roſulum vulgo *Monteroſi* Oppidulum Patrimonii inter Romam & Viterbium 20. mill. utrinque diſtans in ſpiritualibus ad Abbatem trium Fontium extra Romam pertinens.

(c) FRATRI ...: *Guillelmo* de Blaye ab anno 1275. uſque ad ann. 1309. ſedenti ex nova Gallia Chriſt. to. 2.

(d) ENGOLISMEN.: In Aquitania ſub Archiepiſcopo Burdigalenſi nunc *Ducatus* titulo inſignita.

(e) PETRAGORICEN.: Ibidem ſub eodem Archiepiſcopo, de qua civitate dictum eſt aliàs: porro *Raymundi* de *Albarocca* nobili familia electionem ignoravit P. Dionyſ. Sammarth., qui nonniſi ab anno 1283. incipit ſcribere de eo in to. 2. novæ Galliæ Chriſt.

(f) PROV. AQUITANIÆ: In qua negotium tractandum erat.

(g) MIRABELLO: Galliæ Oppido in Pictavien. Provincia, Diœceſique, a qua Civitate 5. leucis diſtare dicitur in Boream.

(h) MAURITANIA: Al. *Maritonio* vulgo *Mortagne* Oppido etiam Pictavien, Provinciæ in limite Andegavenſis tractus, a qua Civitate 10. leucis in meridiem, 9. a Nannetis in ortum hybernum, & vix 3. a limite Britanniæ diſtat. Eſt & *Moritonia* vulgo *Mortagne* amplum oppidum Galliæ Lugdunen. in Prov. Perticenſi vix 2. leucis a confinio Normanniæ ex Baudrando; de quo forſan loquitur epiſtola.

(i) QUIA vos &c. Ut in præcedenti epiſt. uſque *conſcientias onerare*.

(k) NON OBSTANTE &c. Ut ibi uſque *indulgentia*.

(l) CONCESSUM &c. Etiam ut ibi uſque *Datum &c.*

(m) PETRAGORICEN.: Etiam in ſuperiori epiſtola adhibito, atque deſcripto.

(n) PARIS. REGENTIBUS: Quorum Minorita videtur fuiſſe *Thomas Dokingus* Anglus his temporibus florens, de quo Waddingus in lib. de Scriptor. Ord. Min. ex pluribus autoribus agit; & nos in eodem noſtro particulari Opere Manuſcripto fuſius conſcripſimus aliàs publicando.

(o) CANTORIA: Pro Cantoris officio in Eccleſia.

(p) MORINEN.: In Belgio; Flandriaque occidentali, ac boreali Arteſia, de qua dictum eſt in 2. hujus Operis tomo p. 335. (i)

Digitized by Google

Nicolaus PP. III. An.Ch.1279.

dictus *de Theſauro* Cappellanus Noſter Cantor ipſius Eccleſiæ, qui nuper apud Sedem Apoſtolicam diem clauſit extremum, per ejus obitum apud Sedem eamdem vacare noſcatur ad præſens; ſicque nullus præter Nos *Cantoriam* conferre poſſit eamdem, conſtitutione fel. record. Clementis Papæ [a] prædeceſſoris Noſtri (illius collatio ad S. A. pertinet,) ſuper Eccleſiis, Perſonatibus, Dignitatibus, & Beneficiis Eccleſiaſticis apud Sedem eamdem vacantibus, per Romanum dumtaxat Pontificem conferendis editâ [b] obſiſtente; ac nihilominus *Cantoriam* ipſam infra tempus ſtatutum per moderationem piæ memoriæ Gregorii Papæ Decimi prædeceſſoris Noſtri ſuper hoc adhibitam in Concilio Lugdunen. [c] donationi Apoſtolicæ ſpecialiter duximus reſervandam, (quam ſibi Pontifex reſervat;) decernentes irritum & inane, ſi ſecus de eâdem Cantoria contigerit attemptari. Nos ſperantes, quod de *Cantoria* ipſa per vos ſalubriter, & providè diſponatur; & de illâ non minus provideatur Eccleſiæ quam perſonæ, cui *Cantoriam* ipſam duxeritis conferendam; Diſcretioni veſtræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, (mandatque conferri perſonæ idoneæ,) quatenus prædictam *Cantoriam* alicui de Canonicis ejuſdem Eccleſiæ, quem ad id idoneum eſſe putaveritis, ſcientiâ, vitâ, moribus, & ætate, nihilque ſibi obviet de Canonicis Inſtitutis, ſuper quibus veſtras intendimus conſcientias onerare, auctoritate Noſtrâ providere curetis. Non obſtantibus Conſtitutione, ac Reſervatione prædictis (obſtantibus derogando,); vel quòd electio Cantoris ejuſdem Eccleſiæ ad Capitulum Eccleſiæ prædictæ dicitur pertinere; ſeu Indulgentiâ [d], qua vobis, Filii Magiſtri, vel Ordinibus veſtris ab eâdem Sede dicitur eſſe conceſſum, quòd non teneamini vos intromittere de iis, quæ vobis a Sede committuntur eâdem; proviſo, (addita conditione,) quòd ille, cui de *Cantoria* ipsâ per vos provideri contigerit, prout ipſius Cantoriæ Cura requirit, ad Ordines ſe faciat ſtatutis temporibus promoveri, & perſonaliter reſideat in Eccleſiâ ſupradictâ. Et quia ſcire cupimus diligentiam, quam in præmiſſis duxeritis adhibendam; A quod ſuper iis feceritis, Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes Nobis fideliter intimetis. Quòd ſi non omnes iis exequendis intereſſe potueritis, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. (moderataque juſſione.)

Datum Suriani iv. Idus Julii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Expoſitio Regulæ S.P. Franciſci pro Fratribus Ord.Minor. (Ex Sexto Decr. lib.5. tit.12, *de Verbor. Significat.* c. 3., Speculo Minor. trac. 2. p. 4., Firmamentis trium Ord. Min. par.4. f.5., & ex Reges. Vat. ep.156., atque ex Archivo Aracœlit.) B

CXXVII.

Anno 1279. die 14. Auguſti.

NICOLAUS &c.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Exiit, qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum de ſinu Patris in Mundum veſte ſc. humanitatis indutus Dei Filius Jesus Christus (*Luca* 8. 5.) Verbum Evangelicum ſaturus in ſingulos probos & reprobos, inſipientes & gnaros, C ſtudioſos & deſides, & juxta Prophetam Colonus futurus in terrâ (*Hier.* 14. 8.) ſemen ſuum doctrinam Evangelicam ſine differentiâ diſperſit in omnes: qui omnia tracturus ad ſe omnes ſalvare venerat; qui tandem ſeipſum Deo Patri pro ſalute omnium in redemptionis humanæ pretium immolavit. Licèt tamen hoc ſemen in ſingulos communicativâ Dei charitate diſperſum aliud ceciderit ſecus D viam ſuper corda ſcilicet dœmonum ſuggeſtionibus pervia: aliud ſuper petram (*Luc.* 8. 6.) corda ſc. nullo Fidei vomere penetrata: aliud inter ſpinas corda ſc. divitiarum (7.) ſollicitudinibus lacerata; & ideo unum pravis affectibus conculcatum; aliud aridum, quia gratiæ carebat humore; reliquum legitur inordinatis ſollicitudinibus ſuffocatum; aliud tamen mite cor & docile terra bona ſuſcepit (8.). Hæc eſt *Minorum Fratrum* E mitis & docilis in paupertate & humilitate per almum Chriſti Confeſſorem *Franciſcum* radicata Religio, qui ex illo vero ſemine germinans germen illud per *Regulam* ſparſit in filios, quos ſibi & Deo per ſuum miniſterium in obſervantiâ Evangelii generavit. Iſti

(a) Clementis Papæ: Hujus nominis IV.
(b) Edita: Inter ann. 1265. & 1268., quibus ſedit in Petri Cathedra.
(c) Conc. Lugdunen.: II. anno 1274.
(d) Indulgentia: Incip. *Quieti veſtra &c.* paulo ante memorata.

Digitized by Google

Jacob. 1. 21. A Iſti ſunt filii, qui docente Jacob, Verbum æternum Dei Filium inſitum humanæ naturæ in horto Virginalis Uteri potens ſalvare animas in manſuetudine ſuſceperunt. Hi ſunt illius ſanctæ *Regulæ* profeſſores, quæ *Evangelico* fundatur eloquio, vitæ CHRISTI roboratur exemplo, fundatorum militantis Eccleſiæ *Apoſtolorum* *Jacob. 1. 27. 17.* ejus ſermonibus, actibuſque firmatur. Hæc eſt apud Deum & Patrem munda & immaculata Religio, quæ deſcendens a Patre luminum per ejus Filium B exemplariter, & verbaliter Apoſtolis tradita, & demum per Spiritum Sanctum *Beato Franciſco*, & eum ſequentibus inſpirata totius in ſe quaſi continet teſtimonium Trinitatis. Hæc eſt, cui atteſtante Paulo *Galat. 6. 17.* nemo de cetero debet eſſe moleſtus, quam Chriſtus paſſionis ſuæ ſtigmatibus confirmavit volens inſtitutorem ipſius paſſionis ſuæ ſignis notabiliter inſigniri. Sed nec ſic contra ipſos *Fratres Minores* & *Regulam* hoſtis antiqui ceſſavit C aſtutia; quin potius contra eos nitens ſuperſeminare zizania interdum æmulatores agitatos invidiâ, iracundiâ, & indiſcretâ juſtitiâ concitavit mordentes Fratres, & eorum *Regulam* quaſi illicitam, inobſervabilem, & diſcriminoſam caninis latratibus lacerantes; non attendentes hanc ſanctam *Regulam*, ut prædicitur præceptis, ac monitis ſalutaribus inſtitutam, Apoſtolicis obſervationibus roboratam, D per plures Romanos Pontifices [a] approbatam, & per Sedem Apoſtolicam confirmatam, tot Divinis teſtimoniis communitam, *Pſal. 92. 5.* quæ credibilia facta ſunt nimis in tot ſanctis Viris [b] in obſervantiâ hujus *Regulæ* degentibus, & finientibus dies ſuos, quorum nonnullos Sanctorum Catalogo Sedes eadem ex eorum vitâ & miraculis fecit aſcribi; ac noviſſimè quaſi diebus iſtis per piæ memoriæ GREGORIUM PAPAM DECIMUM [c] prædeceſſorem Noſtrum approbatam eſſe ex evidenti utilitate, E quam de ipſa conſequitur univerſalis Eccleſia, extitit in Generali Lugdunenſi Concilio [d] declaratum. Nec Nos minus attendimus, immò profundiùs cogitamus, ſicut penſare debent ſubtiliùs ceteri Catholicæ Fidei profeſſores, quòd ipſe Deus Ordinem prædictum & ejus obſervatores inſpiciens ſic eos ab inſurgentibus in ipſos rancoribus ſalutari præſidio præſervavit, quòd nec ipſos fluctus tempeſtuoſus alliſit; nec animos in Ordine degentium conſternavit, quin potius in vigore Regulari concreſcant, & amplientur in ſuorum obſervantiâ mandatorum. Verumtamen ut Ordo prædictus quibuslibet præciſis anfractibus diſtinctâ & purâ vigeat charitate; ſic, ut Fratres ejuſdem Ordinis nuper in Generali Capitulo [e] congregati providerant; dilectis Filiis [f] Generali, & nonnullis aliis Provincialibus ejuſdem Ordinis Miniſtris, qui in Capitulo ipſo convenerant, in Noſtrâ præſentiâ conſtitutis [g]; cum ad plenam obſervationem ejuſdem *Regulæ* in vigore ſpiritus eorum fervére noſcatur intentio; viſum eſt Nobis mordacibus hujuſmodi vias mordendi præcludere; aliqua, quæ in ipſa *Regula* videri poterant dubia, declarare; nonnulla etiam per prædeceſſores Noſtros declarata [h] pleniori claritate differere; in aliquibus etiam *Regulam* ipſam contingentibus puritati eorundem conſcientiæ providere. Nos autem, qui a teneris annis [i] ad Ordinem ipſum affectus Noſtros ereximus, in illis ſuccreſcendo cum aliquibus ejuſdem Confeſſoris ſociis, quibus ejus vita & converſatio nota erant, ſuper ipſâ *Regula*, & ſanctâ ipſius beati Franciſci intentione frequenti collatione tractavimus; & tandem Cardinalis, ac poſtmodum ejuſdem Ordinis per dictam Sedem Gubernator, Protector, & Corrector effecti [k] conditiones prædicti Ordinis ex imminenti Nobis curâ palpavimus; in Apoſtola-

Cauſa hujus Conſtitutionis.

(a) PER PLURES ROM. PONTIFICES: Ab Innocentio III. uſque ad ſua tempora.

(b) IN TOT SANCTIS VIRIS: Quorum nonnullos retulit S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 24.

(c) GREGORIUM PP. X.: In Sexto ſupracitato legimus *Nonum*; ſed Gloſſæ autor monuit legendum eſſe *Decimum*.

(d) LUGDUNEN. CONCILIO: II. anno 1274. celebrato cap. 23. incip. *Religionum diverſitatem &c.*

(e) IN GENERALI CAPITULO: Aſſiſſii hoc anno 1279. circa feſtum Pentecoſtes coacto ex Annal. Minor.

(f) FILIIS...: Fr. *Bonagratia* a S. Joanne in Perſiceto ibi in Miniſtrum Generalem aſſumto, *Gualtero* Franciæ, ... Bononiæ, *Joanne* Hiberniæ, & aliarum Provinciarum Miniſtris ex Annal. Waddingi ad ann. 1379. num. 2., quibus addo Fr. *Philippum* Peruſinum Tuſciæ Prov. *Miniſtrum* ex ejus epiſt. ad Gen. Miniſtrum Gondiſalvum.

(g) PRÆSENTIA CONSTITUTIS: *Suriani* in Tuſcia Romana, ac Patrimonio S. Petri, quò a Pontifice vocati ſe contulerant ex cit. Annal. ad hunc ann. num. 8.

(h) PER PRÆDECESSORES NOSTROS DECLARATA: Nempe Gregorium IX., Innocentium, & Alexand. IV., ac B. Gregorium X.

(i) A TENERIS ANNIS: Et cauſam legimus apud Waddingum ad ann. 1222. n. 2. & 3.

(k) PROTECTOR, ET CORRECTOR EFFECTI: Anno 1263. ex cit. Waddingo ad eum ann. n. 15.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1279.

ſtolatus officio tam de piâ intentione Confeſſoris prædicti, quàm de iis, quæ *Regulam* ipſam, & ejus obſervantiam contingunt, Noſtros ad Ordinem præfatum convertimus cogitatus: & tam ea, quæ per eoſdem prædeceſſores Noſtros approbata & declarata eſſe noſcuntur, quàm & ipſam *Regulam*, & eam contingentia maturitate diſcuſſimus, nonnulla in præſenti ſerie ſtatuimus, declaravimus, & certiùs approbavimus, & approbata firmavimus, edidimus, & conceſſimus plura etiam ordinando ſerioſiùs & clariùs, quæ infraſcriptis articulis pleniùs exprimuntur.

Articulus I. De obſervantia Evangelii.

In primis quia, ſicut intelleximus, ab aliquibus hæſitatur, an Fratres ejuſdem Ordinis tam ad conſilia, quàm ad præcepta Evangelii teneantur; tum quia in *Regulæ* prædictæ principio [a] habetur: *Regula & vita Minorum Fratrum hæc eſt ſc. Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſanctum Evangelium obſervare vivendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate*: tum ex eo quòd in eâdem *Regula* [b] continetur ſic: *finito verò anno probationis recipiantur ad obedientiam promittentes vitam iſtam ſemper & Regulam obſervare*: tum etiam quia in fine ipſius Regulæ [c] continentur hæc verba: *paupertatem, & humilitatem, & ſanctum Evangelium Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſervemus*. Licèt felicis recordat. GREGORIUS PAPA NONUS prædeceſſor Noſter hunc articulum, & nonnullos alios ejuſdem Regulæ declaraverit [d]; quia tamen ejus declaratio propter aliquorum inſurgentium in Fratres, & *Regulam* mordaces inſultus; & multorum poſtea emergentium caſuum conſiderandos eventus in aliquibus obſcura, in aliquibus ſemiplena, & in multis etiam contentis in ipſa *Regula* inſufficiens videbatur [e]: Nos obſcuritatem, ac inſufficientiam hujuſmodi perfectæ interpretationis declaratione amovere volentes, & cujuslibet ambiguitatis ſcrupulum in eiſdem de ſingulorum mentibus plenioris expoſitionis certitudinem amputare dicimus, quòd cum in principio *Regulæ* non A abſoletè, ſed cum quadam modificatione, vel determinatione ſeu ſpecificatione ponatur: *Regula & vita Minorum Fratrum hæc eſt ſc. Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſanctum Evangelium obſervare vivendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate*: quæ tria eadem *Regula* multum arctè proſequitur, & nihilominus alia nonnulla ſubnectit præcipiendo, prohibendo, conſulendo, monendo, hortando, & ſub aliis verbis ad aliquem mo- B dorum reducibilibus prædictorum, de intentione *Regulæ* liquere valet apertiùs, ut illud quod in profeſſione quaſi abſolutè ſubnecti videtur: *promittentes vitam iſtam ſemper & Regulam obſervare*: & quod in fine ſubnectitur: *& ſanctum Evangelium Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſervemus*: totum ad ipſius *Regulæ* modificatum, vel determinatum, ſeu ſpecifica- C tum principium reducatur, videlicet ad obſervantiam Evangelii, ut prædicitur, per ipſam *Regulam* in ipſis tribus modificatam, vel determinatam, ſeu ſpecificatam: cum non ſit veriſimile, Sanctum verbum ab ipſo ſemel cum quadam modificatione, vel determinatione, ſeu ſpecificatione prolatum; licet quaſi ſuccinctoriè repetitum voluiſſe in ſuâ repetitione datâ ſibi per eum modificatione, vel determinatione, ſeu ſpecificatione ſine D certâ causâ carere: & utriuſque juris argumenta [f] Nos doceant, ea, quæ in principio, ad medium, & ad finem; illa verò, quæ in medio, ad finem atque principium; & quæ in fine, ad utrumque, vel eorum alterum ſæpe referri. Et dato quod abſolutè diceretur omnino: *promitto ſanctum Evangelium obſervare*: niſi profeſſor hujuſmodi intenderet ſe ad omnium conſiliorum obſervantiam obligare, quod vix, aut nunquam poſſet E ad litteram obſervare; propter quod talis promiſſio illaqueare profitentis animam videretur, clarè videtur promiſſionem hujuſmodi ad alium intellectum abſque intentione promittentis non debere perſtringi, niſi ut obſervantiâ Evangelii ſit, ſicut tradita reperitur a Chriſto, videlicet

(a) PRINCIPIO: Sivè cap.1.
(b) REGULA: Cap.2.
(c) IN FINE IPSIUS REGULÆ: Cap.12.
(d) DECLARAVERIT: Anno 1230. per Conſtitutionem incipientem *Quo elongati &c.* in primo hujus Operis tomo relatam.
(e) INSUFFICIENS VIDEBATUR: Quia non omnia *Gregorius* declaravit, ſed ea dumtaxat, de quibus rogatus fuerat.
(f) JURIS ARGUMENTA: Nimirum in *Regulis juris*

Digitized by Google

delicet quòd præcepta ut præcepta, & conſilia ut conſilia a promittentibus obſerventur. Quem intellectum etiam in eiſdem verbis habuiſſe idem beatus Franciſcus in ſerie ſui proceſſus in *Regula* patenter oſtendit; cum aliqua Evangelica conſilia inducat ut conſilia ſub verbis monitionis, exhortationis, & conſilii; nonnulla verò ſub prohibitione, ac verbo præcepti: propter quod patet, quòd non fuit loquentis intentio, quòd Fratres ex profeſſione hujus *Regulæ* ad omnia conſilia ſicut ad præcepta Evangelica tenerentur; ſed ſolum ad illa, quæ in eâdem *Regula* præceptoriè, vel inhibitoriè, ſeu ſub verbis æquipollentibus ſunt expreſſa.

Ad quæ conſilia Evangelica teneantur Fratres ex Regulæ ſuæ profeſſione.

Unde Nos ad Fratrum ejuſdem Ordinis conſcientias plenariè ſerenandas declaramus, quòd ex profeſſione ejuſdem *Regulæ* Fratres ad ea tantum Evangelica obſervanda conſilia aſtricti ſunt, quæ in ipsâ præceptoriè, vel inhibitoriè, ſeu ſub verbis æquipollentibus exprimuntur. Ad nonnulla verò per Evangelium data conſilia eò magis ſecundum exigentiam ſui ſtatus tenentur pluſquam cæteri Chriſtiani, quò per ſtaſtum perfectionis, quem per profeſſionem hujuſmodi aſſumpſerunt, ſe obtulerunt holocauſtum Domino medullatum per contemptum omnium mundanorum [a]. Ad omnia autem, quæ in ipsâ *Regulâ* continentur tàm præcepta, quàm conſilia, quàm cætera, ex voto profeſſionis hujuſmodi non aliter tenentur quàm eo modo, quo in *Regulâ* ipsâ traduntur, ut ſcilicet teneantur ad eorum obſervantiam, quæ in eâdem *Regulâ* ipſis ſub verbis obligatoriis inducuntur: cæterorum verò obſervantiam, quæ ſub verbis monitoriis, exhortatoriis, informatoriis, ſeu quibuſcumque aliis continentur eatenus magis condecet de bono & æquo eos proſequi, quo imitatores tanti Patris Chriſti ſemitas arctius elegerunt.

Articulus II. de obſervantia paupertatis, & abdicatione proprietatis.

Porrò cum *Regula* ipſa expreſsè contineat [b], quòd *Fratres nihil ſibi approprient nec domum, nec locum, nec aliquam rem*: ſitque declaratum per eumdem prædeceſſorem Gregorium Nonum, & nonnullos alios, hoc ſervari debere A tàm in ſpeciali quàm etiam in communi; quam ſic arctam abdicationem venenoſis obtrectationibus aliquorum inſenſata depravavit aſtutia: ne Fratrum eorumdem perfectionis claritas talium imperitis ſermonibus laceretur; dicimus, quòd abdicatio proprietatis hujuſmodi omnium rerum tàm in ſpeciali, quàm etiam in communi propter Deum meritoria eſt, & ſancta, quam & Chriſtus viam perfectionis oſtendens verbo docuit, B & exemplo firmavit: quamque primi fundatores militantis Eccleſiæ, prout ab ipſo fonte hauſerant, in volentes perfectè vivere per doctrinæ ac vitæ ipſorum alveos derivarunt. Neque his quiſquam putet obſiſtere, quòd interdum dicitur Chriſtum loculos habuiſſe: nam ſic ipſe Chriſtus, cujus perfecta ſunt opera, in ſuis actibus viam perfectionis exercuit, quòd interdum infirmorum imperfectionibus condeſcendens, & viam C perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas ſemitas non damnaret; ſic infirmorum perſonam Chriſtus ſuſcepit in loculis, ſic & in nonnullis aliis infirma humanæ carnis aſſumens, prout Evangelica teſtatur hiſtoria, non tantum carne, ſed mente condeſcendit infirmis: ſic enim humanam naturam aſſumpſit quòd in ſuis operibus perfectus exiſtens in Noſtris factus humilis, in propriis remanſit excelſus. Sic & ſummæ charitatis D dignatione ad actus quoſdam noſtræ imperfectioni conformes inducitur, quod a ſummæ perfectionis rectitudine non curvatur. Egit namque Chriſtus, & docuit perfectionis opera; egit etiam & infirma; ſicut interdum in fugâ patet, & loculis; ſed utrumque perfectè perfectus exiſtens ut perfectis & imperfectis ſe viam ſalutis oſtenderet, qui utroſque ſalvare venerat, qui tandem mori voluit E pro utriſque.

Joan.12.6. & 13.29.

8. 59.

Abdicatio proprietatis in Fratrum Minorum Regula indicta licita eſt, & meritoria.

Nec quiſquam ex his inſurgat erroneè, quòd taliter propter Deum proprietatem abdicantes tamquam homicidæ ſui, vel tentatores Dei vivendi diſcrimini ſe committant: ſic enim ſeipſos committunt Divinæ providentiæ in vivendo, ut viam non contemnant proviſionis humanæ, quin vel de his offeruntur liberaliter, vel de his, quæ

(a) Omnium mundanorum: Ut ait etiam laudatus *Gregorius IX.* in ſua declaratione ſed brevius, hic autem fuſius.

(b) Contineat: In cap.6.

Nicolaus PP. III. An.Ch.1279.

quæ mendicantur humiliter, vel de his, (A) quæ conquiruntur per laboritium, ſuſtententur; qui triplex vivendi modus in Regulâ providetur expreſsè. Profectò ſi juxta promiſſum Salvatoris nunquam deficiet Fides Eccleſiæ, per conſequens nec opera miſericordiæ ſubtrahentur, ex quo Chriſti pauperibus omnis ratio diffidentiæ cujuslibet videtur eſſe ſublata. Et quidem ubi (quod non eſt aliquatenus præſumendum) hæc cuncta deficerent, ſicut nec cæteris, ſic neque ipſis (B) Fratribus *Jure Poli* in extremæ neceſſitatis articulo ad providendum ſuſtentationi naturæ via omnibus extrema neceſſitate detentis conceſſa præcluditur; cum ab omni lege extrema neceſſitas ſit excepta. Nec talem abdicationem proprietatis omnimodè renunciationem uſus rerum cuiquam videatur inducere: nam cum in rebus temporalibus ſit conſiderare præcipuum proprietatem, poſſeſſionem, uſum fructum, jus utendi, & ſimplicem (C) facti uſum; & ultimo tamquam neceſſario egeat, licet primis carere poſſit vita mortalium, nulla prorſus poteſt eſſe profeſſio, quæ a ſe uſum neceſſariæ ſubſtentationis excludat: verùm condecens fuit ei profeſſioni, quæ ſponte devovit Chriſtum pauperem in tantâ paupertate ſectatri, omnium abdicare dominium, & rerum ſibi conceſſarum neceſſario uſu fore contentam. Nec propter hoc quòd proprietatem uſus, & rei cujuſcunque (D) dominium a ſe abdicaſſe videtur, ſimplici uſui omnis rei renunciatum eſſe convincitur qui inquam uſus non juris, ſed facti tantummodo nomen habens quod facti eſt tantummodo in utendo præbet utentibus nihil juris, quinimmo neceſſariarum rerum tam ad vitæ ſuſtentationem, quàm ad officiorum ſui ſtatus executionem, excepto quod de pecuniâ infra ſubjungitur moderatus uſus ſecundum eorum *Regulam*, & veritatem omnimodam conceſſus (E) eſt Fratribus; quibus rebus Fratres licitè uti poſſunt, durante concedentis licentiâ; & juxta quod in præſenti ſerie continetur. Nec his obviare dignoſcitur quod civilis providentia in humanis rebus humanè conſtituit, videlicet non poſſe uſum vel novum fructum a dominio perpetuo ſeparari; quæ ne dominium Dominis (ſemper abſcedente uſu) redderetur inutile, temporalem utilitatem tantum in conſtituendo proſpiciens iſta decrevit. Retentio namque dominii talium rerum cum conceſſione uſus [a] facta pauperibus non eſt infructuoſa Domino cum ſit meritoria ad æterna, & profeſſioni pauperum opportuna; quæ tantò ſibi cenſetur utilior, quantò commutat temporalia pro æternis. Profectò non fuit Confeſſoris Chriſti *Regulam* inſtituentis intentio; quinimmo contrarium in eâ conſcripſit, contrarium vivendo ſervavit; cum & ipſe temporalibus ad neceſſitatem uſus fuerit; & in pluribus locis in *Regulâ* uſum talem licere Fratribus manifeſtet: dicit namque in Regulâ [b]: *Clerici faciant Divinum Officium, ex quo habere poterunt Breviaria*: ex hoc patenter inſinuans, quòd Fratres ſui habituri eſſent uſum Breviarii, & librorum, qui ſunt ad Divinum Officium opportuni: in alio quoque Capitulo [c] dicitur, quod *Miniſtri & Cuſtodes pro neceſſitatibus infirmorum, & aliis Fratribus induendis per amicos ſpirituales ſolicitam curam gerant ſecundum loca, & tempora, & frigidas Regiones, ſicut neceſſitati viderint expedire*: alibi etiam exhortans [d] Fratres per congruum laboris exercitium ad otium evitandum dicit, quòd *de mercede laboris pro ſe & ſuis Fratribus corporis neceſſaria recipiant*: in alio quoque Capitulo [e] continetur, quòd *Fratres vadant pro eleemoſyna confidenter*. Habetur etiam in eâdem *Regulâ* [f], quòd *in prædicatione, quam faciunt, ſint examinata & caſta eorum eloquia ad utilitatem & ædificationem populi annunciando eis vitia, & virtutes, pœnam, & gloriam cum brevitate ſermonis*: Sed conſtans eſt, quòd hæc ſupponunt ſcientiam; ſcientia requirit ſtudium; exercitium vero ſtudii convenienter haberi non poteſt ſine uſu librorum: ex quibus omnibus ſatis claret ex Regulâ, ad victum, veſtitum, Divinum cul-

Legislatoris Franciſci intentio.

(a) Cum concessione usus: Id autem convellit *Joannes XXII.* Conſtitutione *Ad Conditorem Canonum &c.* ſed leg. eſt Wadd. ad ann.1222. n.57. & ſeqq.
(b) Regula: Cap.3.
(c) Capitulo: Nempe 4.
(d) Exhortans: Cap.5.
(e) Capitulo: Nimirum 6.
(f) Regula: Cap.9.

Digitized by Google

cultum, & ſapientiale ſtudium neceſſariarum rerum uſum eſſe conceſſum Fratribus. Patet itaque ſanè intelligentibus ex prædictis *Regulam* quoad abdicationem hujuſmodi non ſolum obſervabilem, poſſibilem, & licitam, ſed meritoriam & perfectam; & eò magis meritoriam, quò per ipſam profeſſores ipſius magis a temporalibus propter Deum, ſicut prædicitur, elongantur. Ad hæc cum Fratres ipſi nihil ſibi in ſpeciali acquirere, vel eorum Ordini poſſint etiam in communi: & cum aliquid propter Deum ipſis offertur, conceditur, vel donatur; ea (ſi ſecus non exprimat) offerentis, concedentis, vel donantis veriſimile fuiſſe credatur intentio, ut rem hujuſmodi oblatam, conceſſam, vel donatam perfectè concedat, donet, & offerat, a ſe abdicet, ac in alios transferre cupiat propter Deum; nec ſit perſona, in quam loco Dei congruentiùs hujus rei dominium transferatur, quàm Sedes præfata, vel perſona Rom. Pontificis Chriſti Vicarii, qui Pater eſt omnium & Fratrum Min. nihilominus ſpecialis: ne talium rerum ſub incerto videatur eſſe dominium, cum Patri Filius ſuo modo, ſervus Domino, & Monachus Monaſterio res ſibi oblatas, conceſſas, vel donatas acquirant; omnium utenſilium, & librorum, ac eorum mobilium præſentium, & futurorum, quæ & quorum uſum facti ſcilicet Ordini, vel Fratribus ipſis licet habere, proprietatem & dominium, quod etiam fel. rec. INNOC. PAPA IV. prædeceſſor Noſter feciſſe dignoſcitur [a], in Nos, & Rom. Eccleſiam plenè & liberè pertinere hac præſenti Conſtitutione in perpetuum valiturâ ſanximus. Præterea loca empta de eleemoſinis diverſis, & oblata, ſeu conceſſa Fratribus ſub quacunque formâ verborum (licet Fratres ſibi cavere debeant, quòd in hujuſmodi verbis ſtatui ſuo incompetentibus non utantur) a diverſis, ſeu pro indiviſo poſſidentibus ſeu certas partes in ipſis locis habentibus in quibus ipſi poſſidentes pro indiviſo, ſeu certas partes habentes nihil ſibi in oblatione, ſeu conceſſione hujuſmodi reſervaverint; ſimiliter in jus, & dominium, ac proprietatem Noſtram, & Eccleſiæ prædictæ eâdem auctoritate ſuſcipimus. Loca verò, ſeu domos, pro habitatione Fratrum a ſingulari perſonâ, vel Collegio ipſis Fratribus ex integro concedenda, ſeu etiam offerenda, ſi talia de voluntate conferentis Fratres inhabitare contigerit, perſeverante tantum voluntate concedentis inhabitent; ac illa liberè (præter Eccleſiam, & Oratoria ad Eccleſiam deſtinanata, & Cimiterium, quæ tàm præſentia, quàm futura in jus, & proprietatem Noſtram, & prædictæ Romanæ Eccleſiæ ſimili modo & auctoritate recipimus) mutata concedentis voluntate ac ipſis Fratribus patefacta dimittant. In quorum locorum dominio ſeu proprietate nihil Nobis, vel præfatæ Rom. Eccleſiæ retinemus omnino, niſi ea ſpecialiter de Noſtro, ſeu ipſius Romanæ Eccleſiæ recipiantur aſſenſu: Et ſi in eiſdem locis reſervaverit ſibi dominium in concedendo concedens propter inhabitationem Fratrum, tale dominium in jus Eccleſiæ ſæpedictæ non tranſeat ſed potius plenè liberum remaneat concedenti. Inſuper nec utenſilia, nec alia, quorum uſum ad neceſſitatem, & officiorum ſui ſtatus executionem licet habere (non enim omnium rerum uſum habere debent, ut dictum eſt) ad ullam ſuperfluitatem habere divitias, ſeu copiam, quæ derogent paupertati, vel theſaurizationem ſapiat; vel eo animo, ut ea diſtrahant, ſeu vendant, recipiant, nec ſub colore providentiæ in futurum, nec alia occaſione; quinimmo in omnibus appareat in eis quoad dominium omnimoda abdicatio, & in uſu neceſſitas. Hæc autem ſecundum exigentiam perſonarum, & locorum Miniſtri & Cuſtodes ſimul, & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus & Cuſtodiis cum diſcretione diſponant: cum de talibus interdum perſonarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnullæ aliæ circumſtantiæ plus minuſve, ac aliter provideri requirant. Iſta tamen ſic faciant, quòd ſemper in eis, & eorum actibus paupertas ſancta reluceat, prout eis ex eorum *Regulâ* invenitur indicta.

Cui competat dominium rerum Fratribus Min. conceſſarum.

Cæterum cum in eâdem *Regulâ* ſit ſub præcepti diſtrictione prohibitum [b], ne *Fratres recipiant per ſe, vel per alios* dena-

Articulus III. De modo ſe habendi circa eleemoſynas pecuniarias.

Tom. III. Fff

(a) DIGNOSCITUR: Anno 1245. per Conſtitutionem incip. *Ordinem veſtrum &c.* ab *Alexandro IV.* repetitam anno 1257. die 20. Feb. ut in 2. tomo fol. 196. a quo non fuerunt alieni *Gregorius IX.* & *X.* in ſuis declarationibus ſupracitatis.

(b) PROHIBITUM: Cap. 4.

Digitized by Google

Nicolaus PP. III. An. Ch. 1279.

denarios vel pecuniam ullo modo: idque Fratres in perpetuum ſervare cupiant, & velut injunctum neceſſe habeant adimplere: ne ipſorum puritas in hujuſmodi obſervatione præcepti maculetur in aliquo; vel Fratrum conſcientiæ aliquibus aculeis ſtimulentur; articulum iſtum propter detrahentium morſus profundiùs, quam Noſtri prædeceſſores fecerint, aſſumentes, ac ipſum clarioribus determinationibus proſequentes dicimus in primis, quòd Fratres ipſi a mutuis contrahendis abſtineant; cum eis mutuum contrahere, ipſorum ſtatu conſiderato, non liceat: poſſint tamen ipſi, ſatisfactione pro eorum neceſſitatibus facienda, quæ pro tempore occurerint (ceſſantibus eleemoſinis, de quibus ſatisfieri commodè tunc non poſſet) citra cujuslibet obligationis vinculum dicere, quòd per eleemoſynas, & alios amicos Fratrum ad ſolutionem hujuſmodi faciendam intendunt fideliter laborare. Quo caſu procuretur a Fratribus, quòd ille, qui dabit eleemoſynam per ſe vel per alium non nominandum ab ipſis, ſi fieri poterit, ſed ab eo potius juxta ſuum beneplacitum aſſumendum, hujuſmodi ſatisfactionem faciat in totum vel in partem; prout Dominus ſibi inſpirabit. Si tamen hoc ipſe nollet facere, vel non poſſet; vel quòd receſſus ejus immineat; aut quia quibus hoc velit committere, notitiam non habet fidelium perſonarum; ſeu quacunque aliâ occaſione, vel causâ; declaramus, & dicimus, quòd in nullo *Regulæ* puritas infringitur, aut quomodolibet ipſius obſervantia maculatur, ſi Fratres ipſi alicujus vel aliquorum ſibi curent dare notitiam, vel aliquem ſeu aliquos nominare aut etiam præſentare, cui vel quibus, ſi eleemoſynam facienti placuerit, committi poſſit executio prædictorum; ac ipſius habeatur aſſenſus ſuper ſubrogationibus infraſcriptis: ita tamen quòd penes ipſum dantem dominio, proprietate, ac poſſeſſione ipſius pecuniæ cum liberâ poteſtate revocandi ſibi pecuniam ipſam ſemper uſque ad converſionem ipſius in rem deputatam plenè, liberè, ac integrè remanentibus, in ipsâ pecuniâ nihil omnino Fratres juris habeant, nec adminiſtrationem, ſeu diſpenſationem, nec contra perſonam nominatam ab eis, vel non nominatam, cujuſcunque conditionis exiſteret, in judicio, vel extra actionem, proſecutionem, aut aliquod aliud jus qualitercunque perſona prædicta in commiſſione hujus ſe haberet.

Occurritur caſui.

Liceat tamen Fratribus ſuas neceſſitates inſinuare; ac ſpecificare, vel exponere perſonæ prædictæ, ac eam rogare, quòd ſolvat. Poſſint etiam perſonam eamdem exhortari, ac inducere, quòd fideliter in re commiſsâ ſe habeat; & animæ ſuæ ſaluti in commiſsâ ſibi executione provideat, ita quòd ab omni ejuſdem pecuniæ adminiſtratione, ſeu diſpenſatione, & contra perſonam prædictam actione & proſecutione, ut prædictum eſt, Fratres abſtineant omnimodo. Si verò perſonam hujuſmodi nominatam, vel non nominatam a Fratribus quominus per ſe poſſit exequi, quod prædicitur, contigerit per abſentiam, infirmitatem, voluntatem, ſeu locorum diſtantiam, ad quæ ipſe nollet accedere, in quibus eſſet ſolutio facienda, vel occaſione alia præpediri; liceat Fratribus cum conſcientiæ puritate quantum ad unam aliam perſonam ſubrogandam ad præmiſſa in nominando, & aliis, ſi ad primum dantem non poſſint, vel nollent habere recurſum; cum iſtâ perſonâ facere, ſicut cum primâ ſupra proximè, declaramus eis licere. Duarum enim perſonarum miniſterium per viam ſubrogationis, ut dictum eſt, communiùs & generaliùs videtur poſſe in prædictorum executione ſufficere, cum prædicta ſatiſfactio præſumatur poſſe celeriter expediri. Si tamen interdum propter locorum diſtantiam, in quibus eſſet ſatisfactio facienda, & conditiones, ſeu circumſtantias alias, caſus emergeret, in quo videretur plurium perſonarum ſubrogandarum miniſterium opportunum; liceat ipſis Fratribus in hoc caſu juxta negotii qualitatem ſervato modo prædicto plures perſonas aſſumere, nominare, ſeu præſentare ad iſtud miniſterium exequendum. Et quia oportet, & expedit Fratrum neceſſitatibus non ſolum pro quibus jam eſſet ſolutio ſeu ſatisfactio facienda; ut ſupra proximè dictum eſt; ſed & imminentibus, ſive tales neceſſitates ingruentes immineant quæ brevi tempore expediri valeant, ſive tales licet paucæ comparativè, quarum proviſio neceſſario tractum temporis habeat, ut in libris ſcribendis, Eccleſiis, ſeu ædificiis ad

Qui modus pro neceſſitatibus futuris.

Digitized by Google

ad uſum habitationis eorum conſtruendis, libris,& pannis in locis remotis emendis, & aliis ſimilibus, ſi quæ occurrerint, cum moderamine ſupradicto ſalubriter provideri; ſicut in iſtis neceſſitatibus clarè diſtinguimus, ſic in eis Fratres poſſe tutè, & ſanâ conſcientiâ procedere declaramus; videlicet ut in ingruenti, vel imminente neceſſitate, quam brevi tempore, vel quam interdum ex aliquibus circumſtantiis non ſic brevi, ut ſupra in proximo caſu dictum eſt, valeat expediri, tam quoad dantem eleemoſynam, quàm quoad nominatum, vel ſubſtitutum in omnibus, & per omnia, ſicut in articulo ſolutionis pro neceſſitatibus præteritis faciendæ ſupra proximè declaramus, procedatur. In eâ verò neceſſitate quantumcunque præſentialiter ingruenti, quæ tamen qualitate ſui, ut prædicitur, tractum temporis habet annexum, quia in eo caſu veriſimile eſt, quòd tunc ratione diſtantiæ locorum, quam expeditio neceſſitatis ipſius ex ſui conditione requiret; tunc etiam circumſtantiarum ipſius neceſſitatis ratione penſatâ frequenter caſus acciderent, in quibus ad expeditionem neceſſitatis hujuſmodi oporteret, quòd per diverſas manus & perſonas tranſiret pecunia neceſſitati hujuſmodi deputata, quarum omnium perſonarum impoſſibile quaſi eſſet Dominum principalem pro ipsâ neceſſitate pecuniam deputantem, ſeu etiam ſubſtitutum ab eo, & tertium etiam ab ipſo ſubſtituto (ſi caſus talis accideret) poſtea ſubrogatum habere notitiam; declaramus, & dicimus, quòd in hoc articulo præter dictos duos modos in neceſſitatibus præteritis & ingruentibus quæ poſſint brevi tempore, vel interdum non brevi, ut ſupra exprimitur, expediri, ut prædiximus obſervandos, ad conſervandam ipſius *Regulæ*, ac profeſſorum ejus omnimodam puritatem; quòd ſi præſto ſit eleemoſynæ hujus largitor, vel ejus Nuncius, qui poſſit hoc facere, expreſsè illi prædicetur a Fratribus, quòd ſi placeat, ut dominio talis pecuniæ cum liberâ poteſtate revocandi ſibi pecuniam ipſam penes ipſum ſemper, uſque ad converſionem ipſius in rem deputatam, liberè remanente, ut in aliis duobus caſibus ſuperius dictum eſt, per quorumcunque manus pecunia, ſeu eleemoſyna ipſa tractetur, ſive perſonas ab eodem, vel a

A Fratribus nominatas, totum ſuo conſenſu, voluntate, ac auctoritate procedat, quo aſſenſum ſuum præbente, ſecurè Fratres re emptâ, vel acquiſitâ de illâ pecuniâ per quemcunque juxta modum annotatum ſuperius uti poſſint. Ad majorem autem omnium prædictorum claritatem, hac in perpetuum valitura proviſionis ſerie declaramus, quòd Fratres præfatis modis, ut prædicitur, circa pecuniam in ſupportandis eorum præteritis & ingru- B entibus neceſſitatibus obſervatis non intelliguntur, nec dici poſſunt per ſe, vel per interpoſitam perſonam pecuniam recipere contra *Regulam*, vel profeſſionis ſui Ordinis puritatem, cum manifeſtè pateat ex prædictis prædictos Fratres non ſolum a receptione, proprietate, dominio, ſive uſu ipſius pecuniæ; verùm etiam a contrectatione qualibet ipſius, & ab ea penitus alienos. In eo verò caſu quando, antequam ipſa pecunia in licitum rei habendæ C vel utendæ commercium ſit converſa, concedentem pecuniam mori contigerit: ſi concedens in concedendo dixerit, vel expreſſerit, quòd perſona deputata pecuniam ipſam in neceſſarium uſum Fratrum expenderet; quicquid de ipſo concedente vivendo, vel moriendo contingeret, ſive concedens hujuſmodi hæredem reliquerit, ſive non; poſſint Fratres ad perſonam deputatam, non obſtante conce- D dentis morte, vel hæredis contradictione, pro illa pecunia expendenda recurrere ſicut poterant ad ipſum Dominum concedentem. Quia verò puritatem ipſius Ordinis intimâ cordis affectione zelamus, cum in prædictis caſibus ad determinatam neceſſitatem, ut prædicitur, per aliquem pecuniam concedi contigerit, concedens pecuniam rogari poſſit a Fratribus, quod ſi quid de ipsâ pecuniâ habitâ neceſſitate determinatâ ſupererit; E conſentiat ipſe concedens, quòd reſiduum præfatæ pecuniæ in res alias pro aliis ipſorum FF. prædictis neceſſitatibus convertatur: quo non conſentiente prædictis ipſum reſiduum, ſi quòd fuerit, reſtituatur eidem. Caveant tamen Fratres, quòd ſollicitè ſe coaptent, ut non plus ſcienter concedi conſentiant, quàm veriſimiliter æſtimari poſſit rem neceſſariam, pro qua pecuniâ ipsâ conceditur valituram. Et quia in prædictorum ſerioſâ expoſitione a dante, vel a recipiente de

Quid ſi moriatur eleemoſynam faciens.

De pecunia, quæ ſuperſit.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1279.

de facili poſſet errari; ut clariùs utilitati dantium, puritati Ordinis, ſimplicitati aliquorum ſimplicium, ſaluti animarum hinc inde ſecuriùs conſulatur, intellectum illum, qui ſatis in hoc caſu a ſanè intelligente percipitur, præſentis, ac in æternum valituræ Conſtitutionis ſerie lucidamus volentes illum ad communem deduci notitiam, videlicet quòd ſemper quando pecunia Fratribus ipſis mittitur, vel offertur, niſi expreſsè per mittentem vel offerentem aliud exprimatur, prædictis modis prorſus oblata intelligatur & miſſa. Non enim veriſimile eſt aliquem eleemoſynæ ſuæ ſine expreſſione modum ullum velle præfigere, per quem & donans merito, vel illi, quorum neceſſitatibus intendit per donum hujuſmodi providere, vel effectu doni, vel ſuæ conſcientiæ puritate fraudentur.

De legatis Fratribus in ultimis voluntatibus factis.

Ad hæc quia Fratribus ipſis interdum in ultimis voluntatibus ſub diverſis modis nonnulla legantur; neque expreſsè quid de his agendum ſit in *Regulâ*, vel prædeceſſorum Noſtrorum declarationibus continetur; ne in ipſis dubitari contingat in poſterum providendo legantibus, & Fratrum conſcientiis præcavendo declaramus, ordinamus, & dicimus, quòd ſi teſtator modum ſecundum quem Fratribus eorum conditione inſpectâ recipere non liceret, exprimat in legando, ut ſi legaret Fratribus Vineam, vel Agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel ſimilia verba in ſimilibus proferret, aut modos ſimiles in relinquendo ſervaret, a tali legato, & ejus receptione per omnem modum Fratres abſtineant. Si verò modum licitum Fratribus in legando teſtator expreſſerit, ut ſi diceret: lego pecuniam pro Fratrum neceſſitatibus expendendam, vel Domum, Agrum, Vineam, & ſimilia ad hoc quòd per certam perſonam, vel perſonas idoneas diſtrahantur, & pecunia de rebus ipſis accepta in ædificia, vel alia Fratrum neceſſaria convertantur, aut in legando ſimilibus modis, vel verbis utatur, in hoc caſu illud in omnibus & per omnia conſideratis eorum neceſſitatibus, & moderaminibus ſupradictis quantum ad Fratres ſervari decernimus, quod per Nos eſt ſuperius in conceſſis pecuniariis eleemoſynis declaratum. Ad

A quæ legata ſolvenda tam hæredes teſtatorum, quam executores ſe liberales exhibeant, quàm Prælati, & etiam Sæculares, quibus de jure, vel de conſuetudine proviſio iſta competeret, cum expedierit, ſe ex officio ſuo promptos exhibeant ad pias voluntates decedentium adimplendas. Nam & Nos etiam per modos licitos, & Fratrum Regulæ congruos intendimus providere, quòd nec pia defunctorum deſtituatur intentio; & hæredum cupiditas legitimis ictibus feriatur; ac ipſi Fratres pauperes opportunis
B auxiliis non fraudentur. Si verò Fratribus ipſis generaliter aliquid abſque modi expreſſione legetur; hoc in legato ſic indeterminatè relicto in omnibus, & per omnia intelligi ac ſervari volumus, & in perpetuum præſenti Conſtitutione jubemus, quod ſupra in pecunia, ſeu eleemoſyna Fratribus indeterminatè oblata, vel miſſa voluimus ac expreſſimus obſer-

De legatis indiſferenter factis.

C vari, videlicet ut ſub modo licito Fratribus intelligatur eſſe relictum ita quòd nec legans merito, nec Fratres ipſi effectu relicti fraudentur. Quia verò dominium librorum, & aliorum mobilium, quibus tàm Ordo, quàm Fratres utuntur, quæ tamen non ſint dominii aliorum, ad præfatam Eccleſiam ſpecialiter ſpectare dignoſcitur, quæ libros & mobilia interdum contingit ſeu expedit

De commutatione rerum mobilium,

D vendi, vel etiam commutari; Fratrum utilitatibus, vel eorum conſcientiis providere volentes eâdem auctoritate concedimus, ut commutatio talium rerum, & ad eas res quarum uſum Fratribus licet habere, de Generalis & Provincialium Miniſtrorum in ſuis adminiſtrationibus conjunctim, vel diviſim auctoritate procedat; quibus etiam de diſpoſitione uſus talium rerum concedimus ordinare. Si verò res hujuſmodi æſtimato

& de venditione earundem rerum.

E prætio vendi contingat, cum Fratribus ipſis per ſe, vel per alium recipere pecuniam Regulâ prohibente non liceat; ordinamus, & volumus, quòd talis pecunia ſeu pretium recipiatur, & expendatur in rem licitam, cujus uſum Fratribus licet habere per Procuratorem a præfatâ Sede, vel a Cardinali gubernationem per ipſam Sedem gerenti ejuſdem Ordinis deputandum juxta modum in ſuperioribus neceſſitatibus præteritis, & ingruentibus ordinatum. De vilibus autem

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch. 1279.

De rerum vilium largitione.

tem mobilibus, vel parum valentibus liceat ex præſenti Noſtrâ conceſſione Fratribus pietatis, ſeu devotionis intuitu, vel aliâ honeſtâ, & rationali cauſâ, obtentâ ſuper hoc prius Superiorum ſuorum licentiâ, juxta quod inter Fratres in Generali, vel Provincialibus Capitulis tam de ipſis rebus vilibus, ſeu parum valentibus, & earum valore, quàm præfatâ licentiâ, ſcilicet a quibus, & qualiter ſit habenda, extiterit ordinatum; intra, & extra Ordinem aliis elargiri.

Articulus IV. De veſtibus Fratrum. a

Licèt autem contineatur in *Regulâ* [a], quòd Fratres *habeant unam Tunicam cum Caputio, & aliam ſine Caputio*, & videri poſſit illa fuiſſe inſtituentis intentio, quòd neceſſitate ceſſante pluribus non utantur: declaramus quòd poſſint Fratres de licentiâ Miniſtrorum & Cuſtodum conjunctim & diviſim in adminiſtrationibus ſibi commiſſis, cum eis videbitur, penſatis neceſſitatibus, & aliis circumſtantiis, quæ ſecundum Deum, & *Regulam* attendendæ videntur, uti pluribus; nec per hoc videantur a *Regulâ* deviare cum etiam in ipſâ dicatur expreſsè, quòd Miniſtri & Cuſtodes de infirmorum neceſſitatibus & Fratribus induendis ſollicitam curam gerant ſecundum loca & tempora & frigidas Regiones. Et quamquam *Regula* prædicta [b] continear, quòd de *Fratribus induendis, & neceſſitatibus infirmorum Miniſtri tantum, & Cuſtodes ſollicitam curam gerant*; & dictio illa *tantum* ſic Miniſtros & Cuſtodes in hac curâ perſtringere, quòd ab eâ cæteros excludere primâ facie videatur: quia tamen ſollicitè conſiderare Nos convenit, & tempus *Regulæ* inſtitutæ, quo Fratres ipſi ad comparationem præſentem numero pauci erant, & forſan Miniſtri ac Cuſtodes videbantur tunc ad iſta poſſe procuranda ſufficere, ac nihilominus multiplicationes Fratrum, & moderni temporis qualitatem; nec ſit veriſimile Beatum *Franciſcum* inſtitutorem *Regulæ* vel ipſis Miniſtris & Cuſtodibus impoſſibilitatis jugum voluiſſe præfigere, vel ex ipſius impoſſibilitatis conſequentiâ Fratres ipſos ſuis neceſſitatibus velle carere; concedimus, quòd ipſi Miniſtri & Cuſtodes poſſint per alios hujus curæ ſollicitudinem exercere. Debent etiam & alii Fratres curam hujus, quæ præfatis Miniſtris & Cuſtodibus præcipuè incumbit ex *Regulâ*, cum ſibi ab illis commiſſa fuerit, gerere diligenter.

Articulus V. de modo laborandi, & quorum ſit. c

Continetur quoque in *Regulâ* [c], quòd *Fratres, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter, & devotè ita, quòd excluſo otio animæ inimico ſanctæ orationis & devotionis Spiritum non extinguant*. Quia verò ex verbo iſto Fratres de otioſitate vitæ, & de *Regulæ* tranſgreſſione improbè notare interdum hactenus aliqui ſunt conati: Nos morſus hujuſmodi nefarios reprimentes declaramus, quòd conſideratis verbis prædictis & formâ ſeu modo loquendi, ſub quibus Fratres ad hujuſmodi exercitium inducuntur; non videtur ea fuiſſe inſtituentis intentio, quòd vacantes ſtudio, vel Divinis Officiis, & Miniſteriis exequendis manuali labori, ſeu operationi ſubjiceret, vel ad hoc illos arctaret, cum exemplo Chriſti, & multorum Sanctorum Patrum labor iſte ſpiritualis tantò illi præponderet, quantò quæ ſunt animæ corporalibus præferuntur. Ad alios verò, qui ſe in prædictis ſpiritualibus operibus non exercent (niſi tales aliorum Fratrum licitis ſervitiis occupentur) ne otioſè vivant, verba prædicta declaramus extendi; niſi & tales tam excellentis & notabilis contemplationis, & orationis exiſterent, quòd meritò propter hoc non eſſent a tanto bono & pio exercitio ſubtrahendi. Fratres enim quantumcunque ſtudio, vel Divinis Miniſteriis non vacantes, ſed aliorum Fratrum ſtudio, vel aliis Divinis Officiis & Miniſteriis vacantium ſervitiis inhærentes, cum ipſis eiſdem, quibus ſerviunt ſuſtentari merentur, quod aſtruitur illa æqua lege ſancitum, quam ſtrenuus pugnator ille David juſtè decrevit, videlicet quòd deſcendentium ad prælium, & remanentium ad ſarcinas portio æquaretur. *1. Reg. 30. 24.*

Articulus VI. De Prædicatoribus. d

Verum quia expreſsè continetur in *Regulâ* [d], quòd *Fratres non prædicent in Epiſcopatu alicujus Epiſcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum*: Nos in hoc & deferentes *Regulæ*, & nihilominus

(a) REGULA: Cap.2. & 4.
(b) REGULA PRÆDICTA: Cap.4.
(c) IN REGULA. Cap.5.
(d) IN REGULA: Cap.9.

Digitized by Google

Nicolaus PP. III. An.Ch.1279.

nus auctoritatem Apoſtolicæ plenitudinis conſervantes dicimus, quòd prædictum verbum ad litteram, ſicut *Regula* ipſa protulit, obſervetur, niſi per Sedem Apoſtolicam circa hoc pro utilitate populi Chriſtiani ſit conceſſum, vel ordinatum aliud, vel impoſterum concedatur, ſeu etiam ordinetur. Et quia in eodem Capitulo Regulæ immediatè ſubjungitur, quòd *nullus Fratrum populo audeat prædicare, niſi a Miniſtro Generali fuerit examinatus & etiam approbatus, & ab eo officium prædicationis ſibi conceſſum*: Nos & ſtatum præteritum ipſius Ordinis in paucitate ſui, & modernum in ampliato Fratrum numero, ac utilitatem animarum ut condecet advertentes concedimus, quòd nedum Generalis examinare, & approbare prædicaturos Fratres in populis, ac illis concedere licentiam prædicandi, quatenus perſonæ idoneitatem, & prædicationis officium licentia ipsa reſpiceret, prout in *Regulâ* continetur; verùm etiam Provinciales Miniſtri hoc poſſint in Capitulis Provincialibus cum Diffinitoribus; quod etiam hodie obſervari dicitur, & in Fratrum privilegiis contineri: quam quidem licentiam præfati Miniſtri revocare, ac ſuſpendere valeant, & arctare, ſicut & quando id eis videbitur expedire.

Articulus VII. Quorum interſit recipere ad Ordinem, & quomodo.

Sed quoniam in deſideriis Noſtris hoc geritur, ut ad Dei gloriam ſalus proficiat animarum; ac dictus Ordo, per quem jugiter ad amorem Divinum affectio Chriſtianæ Religionis accenditur, merito, & numero augeatur; concedimus, & præſenti ſtatuto firmamus, licere non ſolum *Generali*, ſed etiam *Provincialibus Miniſtris* perſonas fugientes a ſeculo in Fratres recipere: quæ Provincialium Miniſtrorum licentia per ipſum Generalem, ſicut expedire viderit, poſſit arctari. *Vicarii* verò Provincialium Miniſtrorum ex officio Vicariæ licentiam hanc ſibi noverint interdictam, niſi per Miniſtros eoſdem, quibus hoc poſſe committere Vicariis, & aliis licere decernimus [a], hoc ipſis Vicariis ſpecialiter committatur. Caveant tamen ipſi Provinciales, quòd hoc non indiſcretè, non paſſim, ſed ſic conſideratè committant; ſicque illos, quibus hoc committi contigerit, fidelibus conſiliis fulciant, quòd omnia diſcretè procedant: nec indifferenter omnes admittantur ad Ordinem, ſed illi tantum, qui ſuffragantibus eis litteraturâ, idoneitate, vel aliis circumſtantiis poſſint utiles eſſe Ordini, ſibique per vitæ meritum, & aliis proficere per exemplum.

Articulus VIII. De electione Miniſtri Generalis.

Inſuper dubitantibus Fratribus prædicti Ordinis, an, pro eo quod in *Regulâ* [b] dicitur, ut *decedente* Generali Miniſtro *a Provincialibus Miniſtris, & Cuſtodibus in Capitulo Penthecoſtes fiat electio ſucceſſoris*, omnium Cuſtodum multitudinem oporteat ad Generale Capitulum convenire; an, ut omnia cum majori tranquillitate tractentur, ſufficere poſſit, ut aliqui de ſingulis Provinciis, qui vocem habeant aliorum, interſint: taliter reſpondemus, ſcilicet ut ſingularum Provinciarum *Cuſtodes* unum ex ſe conſtituant, quem cum ſuo Provinciali Miniſtro pro ſeipſis ad Capitulum dirigant, voces ac vices ſuas committentes eidem, quod etiam cum conſtituerint per ſeipſos, ſtatutum hujuſmodi duximus approbandum: quod idem prædeceſſor Gregorius Nonus in caſu hujuſmodi dicitur reſpondiſſe.

Articulus IX. De ingreſſu Monaſteriorum Monialium.

Denique quia continetur in *Regula* [c] ſupradictâ; quòd *Fratres non ingrediantur Monaſteria Monacharum præter illos quibus a Sede Apoſtolica conceſſa fuerit licentia ſpecialis*: quamquam hoc de Monaſteriis pauperum Monialium incluſarum Fratres hactenus intelligendum eſſe crediderint, cum earum Sedes præfata curam habeat ſpecialem; & intellectus hujuſmodi per Conſtitutionem quamdam tempore datæ Regulæ, vivente adhuc Beato Franciſco, per Provinciales Miniſtros fuiſſe credatur in Generali Capitulo declaratus: iidem Fratres certificari nihilominus ſe poſtularunt, an hoc de omnibus generaliter, cum Regula nullum excipiat, an de ſolis Monaſteriis intelligi debeat Monialium prædictarum? Nos utique generaliter id eſſe prohibitum de quarumlibet cœnobiis Monialium

(a) Licere decernimus: Id vero illis negàvit *Gregorius IX.*, ſed permiſit *Innocentius IV.*, cujus ferme verba hic Pontifex exſcripſit.

(b) In Regula: Cap.8.
(c) In Regula: Cap.11.

nialium reſpondemus: & nomine Monaſterii volumus clauſtrum, domos, & officinas interiores intelligi, pro eo quod ad loca, alia ubi homines ſeculares conveniunt, poſſunt Fratres illuc cauſa prædicationis, vel eleemoſynæ petendæ accedere, quibus id a Superioribus ſuis pro ſuâ fuerit maturitate, vel idoneitate conceſſum, exceptis ſemper prædictarum Monaſteriis incluſarum; ad quæ nulli datur accedendi facultas ſine Sedis ejuſdem licentiâ ſpeciali: quod etiam ipſe idem prædeceſſor GREGORIUS IX. in eo caſu dicitur reſpondiſſe [a].

Articulus X. an Teſtamento B. Franciſci Fratres teneantur.

Cæterum ſanctæ memoriæ Confeſſor Chriſti *Franciſcus* Fratribus mandaſſe dicitur circa ultimum vitæ ſuæ, cujus mandatum ipſius dicitur *Teſtamentum*: quòd verba ipſius Regulæ non gloſſentur: & ut verbis utamur ejuſdem; quòd ſic, vel ſic intelligi debeant, non dicatur; adjiciens quod Fratres nullo modo aliquas litteras ab Apoſtolicâ Sede petant; & aliqua quædam interſerens, quæ non poſſent ſine multâ difficultate ſervari: propter quod Fratres hæſitantes, an tenerentur ad obſervantiam teſtamenti prædicti dubitationem hujuſmodi per eumdem prædeceſſorem GREGORIUM IX. petierunt de ipſorum conſcientiis amoveri. Qui, ſicut aſſeritur, attendens periculum animarum & difficultates, quas propter hoc poſſent incurrere, dubietatem de ipſorum cordibus amovendo dixit Fratres ipſos ad ipſius mandati obſervantiam non teneri, quòd ſine conſenſu Fratrum & maximè Miniſtrorum, quos univerſos tangebat, obligare nequivit; nec ſucceſſorem ſuum quomodolibet obligavit, cum non habeat imperium par in parem. Nos autem circa præſentem articulum nihil duximus innovandum.

Articulus XI. De hujus Conſtitutionis firmitate, ac publicatione.

Ad hæc a nonnullis prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus circa declarationem ipſius *Regulæ*, & ipſam *Regulam*, ac eam contingentia diverſas litteras intelleximus emanaſſe: ſed nec per hoc mordacium prædictorum contra *Regulam* ipſam, & Fratres quievit inſultus; nec per ipſas litteras ſtatui Fratrum providetur in multis, in quibus de novo, vel aliter neceſſario providendum eſſe, multorum poſtea caſuum contingentium experientia indicavit. Nos itaque, ne litterarum hujuſmodi, & præſentis Conſtitutionis diverſitas, vel intellectus adverſitas in prædictorum obſervatione Fratrum animos perturbaret; & ut pleniùs clariùs, & certiùs eorum ſtatui, & obſervantiæ prædictæ *Regulæ* conſulatur; in omnibus & ſingulis illis articulis, quos Conſtitutio ipſa continet, quamquam ipſi, vel eorum aliqui contineantur in aliis litteris Apoſtolicis ſupradictis, hanc Noſtram Conſtitutionem, Declarationem, ſeu Ordinationem tantum a Fratribus ipſis preciſé, ac inviolabiliter decernimus perpetuis temporibus obſervandam. Cum igitur ex prædictis & aliis per Nos cum multâ maturitate diſcuſſis *Regula* ipſa licita, ſancta, perfecta, & obſervabilis, nec ulli patens diſcrimini evidenter appareat; illam & omnia ſupraſcripta per Nos ſtatuta, ordinata, conceſſa, diſpoſita, decreta, declarata etiam, & ſuppleta de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbamus, confirmamus, & volumus exiſtere perpetuæ firmitatis; in virtute obedientiæ diſtrictè præcipientes, quòd hæc Conſtitutio, ſicut cæteræ Conſtitutiones, vel decretales epiſtolæ, legatur in ſcolis [b].

Articulus XII. Ejuſdemque depravationis inhibitione ſub pœna &c.

Et quia ſub colore liciti nonnulli contra Fratres ipſos, & *Regulam* in legendo, exponendo, atque gloſſando poſſent virus ſuæ iniquitatis effundere, ac Conſtitutionis intellectum ipſum, diverſas, & adverſas ſententias producentes ſuis adinventionibus depravare: & opinionum diverſitas, ac diſtorſio intellectus multorum pios animos poſſet involvere, & a Religionis ingreſſu multorum corda ſubtrahere; talium detrahentium vitanda perverſitas cogit Nos ipſis viam ad prædicta præcludere; & certum procedendi modum hanc Conſtitutionem legentibus præfinire. Itaque ſub pœna *excommunicationis*, & privationis officii, ac beneficii diſtricte præcipimus [c], ut præſens Conſtitutio, cum ipſam legi contigerit

(a) RESPONDISSE: *Innocentius* tamen IV. de ſolis Monaſteriis *incluſarum S. Damiani* intelligendum dixit; idque confirmavit *Alexander IV.*, ſi genuina eſt declaratio Regulæ ei aſcripta.

(b) LEGATUR IN SCOLIS: Hinc eam *Bonifacius VIII.* inſeruit in 6. Decret. tit. *De verborum ſignificat.*, ut ſupra diximus.

(c) DISTRICTE PRÆCIPIMUS: Sed hanc *Conſtitutionem* convellere volens *Joannes XXII.* obſtacula omnia in ea poſita ſuſtulit, edita Conſtitutione *Quia nonnunquam*

Digitized by Google

tigerit, ſicut prolata eſt, ſic fideliter exponatur ad litteram; concordantiæ, contrarietates, ſeu diverſæ, & adverſæ opiniones a lectoribus ſeu expoſitoribus nullatenus inducantur: ſuper ipsâ Conſtitutione gloſſæ non fiant, niſi forſan per quas verbum, vel verbi ſenſus, ſeu conſtructio, vel ipſa Conſtitutio quaſi grammaticaliter ad litteram, vel intelligibiliùs exponatur: nec intellectus ipſius per legentem depravetur in aliquo, ſeu diſtorqueatur ad aliud, quàm littera ipſa ſonat. Et ne Sedem prædictam contra detractores hujuſmodi oporteat ulteriùs laborare, univerſis, ac ſingulis cujuſcumque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus diſtrictè præcipimus, ne contra prædictam *Regulam*, & ſtatum prædictorum Fratrum, ſeu contra præmiſſa per Nos ſtatuta, ordinata, conceſſa, diſpoſita, decreta, & declarata, ſuppleta, & approbata, & etiam confirmata dogmatizent, ſcribant, determinent, prædicent, ſeu prave loquantur publicè, vel occultè. Sed ſi quid penes aliquem in his ambiguitatis emerſerit; hoc ad culmen prædictæ Sedis Apoſtolicæ deducatur: ut ex auctoritate Apoſtolicâ ſua in hoc manifeſtetur intentio, cui ſoli conceſſum eſt in his ſtatuta condere, & condita declarare. Gloſantes verò in ſcriptis Conſtitutionem ipſam aliter quàm eo modo, quo diximus; Doctores inſuper, ſive Lectores dum docent in publico, & ex certâ ſcientiâ, & deliberatè intellectum Conſtitutionis hujuſmodi depravantes, facientes quoque commentum, ſcripturas, ſeu libellos: & ex certâ ſcientiâ, & deliberate determinantes in ſcolis, ſeu prædicantes contra prædicta, vel aliqua, ſeu aliquod prædictorum, non obſtantibus aliquibus privilegiis, vel indulgentiis, aut litteris Apoſtolicis, quibuſcumque dignitatibus, perſonis, ordinibus, aut locis Religioſis, vel ſecularibus generaliter, vel ſingulariter ſub quacunque formâ, vel expreſſione verborum conceſſis, quæ nolumus aliquibus in præmiſſis quomodolibet ſuffragari; excommunicationis ſententiæ, quam ex nunc in ipſos proferimus, ſe noverint ſubjacere; a qua per neminem niſi per Romanum Pontificem poſſint abſolvi. Inſuper tam iſtos, contra quos per Nos excommunicationis eſt prolata ſententia, quàm alios, ſi qui fuerint, contra præmiſſa, vel eorum aliquod venientes ad Noſtram, & Sedis memoratæ volumus deduci notitiam; ut quos proviſus modus æquitatis non arcet a vetitis, compeſcat rigor Apoſtolicæ ultionis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Declarationis, Ordinationis, Conceſſionis, Diſpoſitionis, Suppletionis, Approbationis, Confirmationis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis &c.

cum obſtantium derogatione.

Clauſula prohib. &c.

Datum Suriani XIX. Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.[a]

Reco-

quam &c. anno 1322., quæ inter Extravag. legitur tit. *De Verbor. ſignific.* Hinc anſam arripuit Raynaldus ad ann. 128?. num. 27., ut erraret, aſſerendi, Nicolaum III. in hac decretali rerum futurarum inſcium ex ingenti in Minoritas ſtudio rerum omnium, quæ illis concedebantur, uſu permiſſo, Sedi Apoſtolicæ dominium reſervaſſe; ex quo inquit, ingentia poſtea ſcandala, quæ Eccleſiam concuſſerunt, emerſere; Franciſcanorum nonnullos in ſuperbiam elatos Religioſos ceteros deſpectui habuiſſe &c. At ſi rerum Minoritarum peritior extitiſſet, & Waddingum de hac controverſia ad ann. 1322 n.57. & ſeqq., ac ad ann.1324. num 4. & ſeqq. perlegiſſet; calamum, & verba temperaſſet: didiciſſetque, non unum Nicolaum, ſed ante eum, & poſt etiam fere omnes Rom. Pontifices idipſum ſtatuiſſe: Nicolaum non ex ſe ſolo, ſed quatuor utriuſque juris Doctoribus præſtantiſſimis adhibitis *Conſtitutionem* edidiſſe: neque quorundam ſuperbiam ceteros Ordines Religioſos aſpernantium diſſidium excitaſſe cum omnes Minoritæ fa erentur etiam paupertatem Fratrum Ord. Prædicat. eſſe *altiſſimam* ex dictis Romanorum Pontificum ideoque Franciſcanæ paupertati parem: ſed defenſionem *decretalis* Nicolai III. a Minoritis ſuſceptam, cauſam dediſſe altercationi.

(a) Suriani XIX. Kal. Septembr. &c. Ex quibus liquet hanc *Conſtitutionem* eſſe *Nicolai III.*, & non *IV.*, ut quidam a depravato 6. Decr. & Extravang. Com. Codice decepti tradiderunt: nam Nicolaus IV. anno ſui Pontificatus II. menſe Auguſto non *Suriani*, ſed *Reate* degebat ex ejus epiſtolis. Deinde præter ea, quæ ad hunc ann. n.11. refert Waddingus, Conſtitutionem hanc citat ipſemet Nicolaus III epiſt. Pictavien. Epiſcopo miſſa anno 1280 idibus Junii, & incip. *Circa ea, quæ ſummo &c.* ut infra: ab eo editam teſtatur etiam *Bonagratia* Miniſter Generalis in litteris encyclicis ad univerſos Provinciarum Miniſtros hoc anno 1279. 8. Idus Octobris datis; & Fr. Philippus Peruſinus Prov Tuſciæ tunc Miniſter in epiſt. ad Gondiſalvum Generalem Miniſtrum apud Waddingum ad annum 1217. n.6. legenda; atque Petrus Jo Olivi in *Impugnatione* 37. articulorum adverſus opiniones quorundam Doctorum edita Nemauſi anno 1285. & poſt ejus *Quodlibeta* Venetiis anno 1509. a Lazaro Suardo cuſa: ac eodem tempore Ptolemæus Lucenſis lib. 23. Hiſt. Eccleſ. cap.28., & Nicolaus Trivet O.P. in Chron. Regum Angliæ ad ann.1277. in to. 3. Spicil. Dacher; ſed & ipſe Nicolaus IV. Conſtitut. *Ad ſtatum paciſicum &c.* anno 1288. die 13. Maji edita; atque Fr. Salimbene Parmenſis O. M., qui eo tempore ſcribebat, pag.417., autorque Catalogi XV. Miniſtrorum Generalium Ordinis uſque ad Generalem *Conſalvum*, & annum 1305. deducti Ms. Regiæ Taurinen. Bibliothecæ. Nos autem inter variantes hujus Bullæ lectiones eam ſelegimus, quæ in Firmamentis trium Ordinum Min. apponitur tamquam quæ cæteris antiquior & accuratior nobis viſa eſt.

Digitized by Google

A

Recognoſcit, & confirmat Bullam Honorii III. *Regulam FF. Minorum approbantis*. Ex Reges. Vatic. epiſt.157., & Arch. Aracæl. num.32. ſub plumbo; apud Waddingum ad hunc annum num.21. Regeſti Pontif.; teſtimonio etiam Raynaldi num.52. & ex Speculo Minorum trac.2. f.1.; extat Autographum Jaderæ ex Gonzaga par.2. Conv. 12. Prov. Dalmatiæ.)

CXXVIII. Anno 1279. die 21. Auguſti.

NICOLAUS &c.

a *Dilectis Filiis* [a] . . . Generali, *& Provincialibus Miniſtris ac Cuſtodibus, & Univerſis Fratribus Ordinis* Fratrum Minorum *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

B

Atteſtatio Pontificis pro Bulla Honorii III.

LITTERAS fel. rec. Honorii Papæ III. prædeceſſoris Noſtri *Regulam* veſtram, & confirmationem ipſius continentes, non abolitas, non cancellatas, non vitiatas, verâ *Bulla* bullatas [b] inſpeximus diligenter; quarum tenorem de verbo ad verbum ex certâ ſcientiâ præſentibus fecimus annotari, decernentes, ac ſtatuentes, ut idem tenor, eamdem vim, eumdemque vigorem, ac idem robur per omnia obtineat ſic inſertus, quæ ipſæ litteræ *Bulla* ipsâ munitæ obtinere noſcuntur; etiamſi dictæ litteræ nunquam in poſterum apparerent; & eadem ſibi fides in judicio, & extra judicium adhibeatur omninò, quæ prædictis originalibus litteris præberetur. Prædictus verò tenor litterarum earumdem talis eſt: *Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis Filiis Fratri Franciſco, & aliis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Solet annuere Sedes Apoſtolica &c.* [c] Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam Noſtræ Atteſtationis, & Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

Bulla Honorii III.

Clauſula prohib. &c.

Datum Suriani [d] xiI. Kal. Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Recenſet, & confirmat diploma Gregorii IX. *pro Stigmatibus S. P. Franciſci*. (Ex Reges. Vatic. epiſt.155.; & Arch. Aracæl. num.107. ſub plumbo; apud Waddingum ad hunc annum num.22. Regeſti Pontif. teſte & Raynaldo num.52.; extat et Bononiæ in Archivo Conventus S. Pauli in Monte ex Gonzaga par.2. Conv. 2. Prov. Bonon., ubi per errorem attribuit Gregorio X.; & apud Rodericum in Bull. pro Regul. Bul. 4. ex Autographo Conventus S. Franciſci Salmanticen.; nec non in ſupplem. Annal. Waddingi num.1.; ac Jaderæ ex cit. Gonzaga Conv. 12. Prov. Dalmatiæ; Viennæque Auſtriæ in Archivo noſtri Conventus S. Crucis.)

CXXIX. Anno 1279. die 25. Auguſti.

NICOLAUS &c.

Univerſis Chriſtifidelibus, ad quos litteræ iſtæ pervenerint Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.

C

Pontificis atteſtatio pro Bulla Gregorii IX.

LITTERAS fel. record. Gregorii Papæ IX. prædeceſſoris Noſtri, non abolitas, non cancellatas, non vitiatas, verâ *Bulla* bullatas [e] inſpeximus &c. [f] Prædictus verò tenor earumdem litterarum talis eſt: Gregorius *Epiſcopus Servus Servorum Dei univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Confeſſor Domini glorioſus Beatus Franciſcus &c.* [g] *Datum Viterbii Nonis Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno XI.* [h] Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam hujus Noſtræ Atteſtationis, Annotationis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire &c.

Bulla Gregorii IX.

Anno 1237. die 5. Aprilis.

D

Clauſula Nicolai prohib. &c.

Datum Suriani viiI. Kal. Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

E

In controverſia cum Archiepiſcopo Eboracen. *ſuper Crucis geſtatione hortatur, ut modeſtè, ac temperatè agat pro communi bono, ac quiete*. (Ex Reges. Vatic. epiſt.153. apud Waddingum ad hunc ann. num.15. Annal.)

(a) Filiis . . . : *Bonagratia* de S. Joanne in Perſiceto hoc anno in Comitiis Generalibus Aſſiſii celebratis circa feſtum Pentecoſtes electo.

(b) Bullatas: Anno 1223. die 29. Novembris.

(c) Sedes Apostolica &c.: Adeatur Bulla 14. Honorii III. in 1. hujus Bullarii tomo pag.15. uſque in finem.

(d) Suriani: Al. *Syriani* Oppido Patrimonii S. Petri Diœceſis Hortenſis 7. mill. a Civitate Viterbii diſtante.

(e) Bullatas: Ideſt ſubſignatas anno 1237. die 5. Aprilis, ut infra.

(f) Inspeximus &c.: Ut in præcedenti Bulla uſque *literis preberetur*.

(g) B. Franciscus &c. Ut in Gregorii IX. *Bulla* 233. in 1. hujus Operis tomo p.214. uſque *ſolatium exultetis*.

(h) Hoc diploma magna ex parte deſcripſit, & confirmavit Alexander IV. anno 1256. litteris incip. *Grande, & ſingulare &c.*

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1279.

CXXX.

Anno 1279. die 20. Septembris.

a b

Super controverſia inter Archiepiſcopos Cantuar. & Eborac. de Cruce geſtanda

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri [a] .... *Archiepiſcopo* Cantuarien. *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

c

CUM inter *Cantuarien.*, & *Eboracen.* [b] Archiepiſcopos, qui fuerunt pro tempore, ſuper bajulatione *Crucis* [c] fuerit, ſicut te ignorare non credimus, diutiùs litigatum; nec adhuc hujuſmodi cauſa litigii ſit ſopita; cupimus ſic circa negotium ipſum efficaciter ſollicitudinis Noſtræ partes apponere, quòd eidem cauſæ finis proſperitatis adveniat; obvietur jurgiorum anfractibus; & exindè tàm Eccleſiis, quàm populis illarum partium, quos charitativâ dilectione proſequimur, ſpiritualis gaudii, & optatæ quietis commoda ſubſequantur; prout per alias Noſtras litteras [d] in brevi, dante Domino, evidentiùs apparebit. Ut igitur ceſſantibus hinc indè turbinibus, via lucidior Noſtris conceptibus præparetur; ex quâ negotium hujuſmodi faciliùs dirigat gratia ſalutaris; Fraternitatem tuam rogamus, & hortamur attentè, quatenus quod in hac parte ſcribimus, debitâ maturitate præmeditans in jucundo adventu Venerabilis Fratris *Guillelmi* [e] Eboracen. Archiepiſcopi nuper cum gratiâ Noſtræ benedictionis ad Eboracen. Eccleſiam accedentis ſuper hoc ſalvis tuis, & Eccleſiæ tuæ juribus, ſic te providè gerere ſtudeas; ſic prædeceſſorum tuorum rigorem tuâ modeſtiâ temperare procures; quòd negotium ipſum juxta conceptus eoſdem efficacius ad laudem Altiſſimi, ſalutem animarum, quietem prædictarum Eccleſiarum, & populi valeat terminari; tuque poſſis exinde meritò commendari.

cupit, ut tandem finis apponatur.

d

Rogatque, ut in adventu novi Antiſtitis Eboracen. temperate agat Cantuarien.

e

Datum Viterbii xiI. Kalendas Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

A

Fr. Joanni Amerino O. M. in Sutrien. *Epiſcopum electo, facultate a ſuo Miniſtro opportunè non obtenta alter ſufficitur*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 164. anni 2.)

CXXXI.

Anno 1279. die 22. Septembr.

f g

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri [f] *Epiſcopo* Sutrin. [g] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Exordium.

h

B

IN ſupremæ dignitatis ſpecula &c. [h] Sanè dudum Eccleſiâ *Sutrina* Paſtoris ſolatio deſtitutâ, dilecti Filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ prius obtentâ plenâ licentiâ eligendi, ad tractandum de proviſione faciendâ ipſius Eccleſiæ de Prælato, prout moris eſt, convenerunt in unum; & tandem poſt multiplices tractatus ſuper hoc habitos inter eos in dilectum Filium *Fratrem Joannem de Amelia* [i] Ordinis Fratrum Minorum vota ſua unanimiter dirigentes ipſum in *Sutrinum* Epiſcopum canonicè, & concorditer elegerunt. Verùm quia poſtmodum idem Frater à ... Miniſtro [k] ſui Ordinis acceptandi electionem hujuſmodi infra tempus debitum licentiam non obtinuit; propter quod juxta Lugdunenſis ſtatuta *Concilii* [l] à jure cecidiſſe dinoſcitur, ſi quod ſibi ex electione hujuſmodi fuerat acquiſitum; Nos proviſionem ejuſdem Eccleſiæ eâ vice Nobis duximus reſervandam; & demum de ipſius ordinatione attentiùs cogitantes, ne vacationis incommodis diutiùs ſubjaceret; & talem illi cupientes præeſſe Pontificem, quòd ipſum clara meritorum ſuorum inſignia redimerent; nec dubia eſſet ipſius charitas erga plebem ſuo regimini commendandam; & in cujus fide fida recumberet ſecuritas ſubditorum; in te direximus oculos Noſtræ mentis, quem Nobis, & Fratribus Noſtris de litterarum ſcientiâ, morum maturitate, prudentiâ, ſpiri-

Eccleſia Sutrina Paſtore vacante,

C

Electores in Fr. Jo. Amerinum O. Min. concordarunt,

i

k

qui a ſuo Miniſtro opportune facultatem non obtinuit;

l

quare Pontifex ſibi proviſionem reſervavit.

D

(a) Ven. Fratri .... : *Joanni Peckam* Anglo ex Ord. Minor. aſſumto hoc anno die 28. Januar. per litteras *Solicitudinis Apoſtolicæ &c.*

(b) Eboracen. : Vulgo *York* ſecundam Regni Angliæ Metropolim.

(c) Crucis: In Provincia Cantuarienſi, cujus Antiſtites obſtabant, diuque litigatum eſt.

(d) Nostras litteras : Quæ nondum nobis innotuerunt.

(e) Guillelmi : Wicwani a Pontifice hoc anno conſecrati.

(f) F. : *Floraſius*; de quo legendus Ughellus to. 1. Ital. Sac., quique obiit 1282.

(g) Sutrin. : In Etruria, Patrimonioque S. Petri ad àmnem *Pozzolo* 5. mill. a Nepe in occaſum, cui Epiſcopatus unitus eſt, & 3. a Capranica in ortum.

(h) Specula &c. : Ut in epiſt. 102. hujus Pontificis hoc anno die 25. Febr. data uſque *plebs lætetur*.

(i) Fr. Jo: de Amelia : Rerum Minoriticarum Scriptoribus hucuſque ignoto.

(k) Ministro : Provinciæ Romanæ, erat enim Sutrii locus 3. al. 4. *Cuſtodiæ* Romanæ ex aliàs & ſæpe cit. veteri *Provinciali* Ordinis noſtri; præeratque tunc *Guido*, quem Joannes XXI. anno 1277. deſtinarat cum nonnullis aliis Nuncium ad Imp. Palæologum ex ejuſdem Joannis epiſt. 30. & ſequ.

(l) Lugdun. statuta Concilii : II. anno 1274. celebrati cap. 5.

Digitized by Google

A ſpiritualium, & temporalium providentiâ, & ad Romanam Eccleſiam devotione ſincerâ familiaris experientia [a] dinoſcitur approbaſſe. Quapropter gregi Dominico ſpeciali volentes diligentiâ providere, de conſilio eorumdem Fratrum Noſtrorum, te ipſi Eccleſiæ præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem, tibique munus conſecrationis Noſtris manibus duximus impendendum; firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quòd eadem Eccleſia, auctore Deo, per tuæ induſtriæ, ac circumſpectionis fructuoſum ſtudium præſervabitur a diſpendiis, & ſpiritualibus proficiet incrementis. Tolle igitur jugum Domini tam leve collis humilibus, quàm ſuave, ac in dilectione Dei paſcendum ſuſcipe gregem ejus, ſuper quem noctis vigilias diligens ſollicituſque cuſtodi, ut liber non pateat aditus invaſori; & Dominus inſuſpicabili horâ venturus, ſi te invenerit ſic agentem curſu conſummato, qui tuo labori proponitur; & fide ſervatâ, quæ tuæ ſollicitudini dimittuntur, te fidelem compertum in modico, ſupra multa conſtituat; ac in dilecta gaudiorum ſuorum Tabernacula introducat.

Inde ſupradictum aſſumit, & conſecrat,

eique regimen Eccleſiæ commendat.

Datum Viterbii x. Kalend. Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Duo in Archiepiſcopum Viennen. *a duobus Capitulis diviſim electi citentur ad comparendum intra certum terminum, quo elapſo non accedentes a jure ſuo cadant.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 150. anni 2., teſte etiam Waddingo ad hunc annum num. 28.)

Tom. III.

CXXXII.

Anno 1279. die 22. Septembr.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis ... *Abbati* Sancti Petri *foris Portam Viennenſem* [b], .. *Priori Prædicat.* Lugdunen. [c], *& Guardiano Min.* Viennen.[d] *FF. Ordinum, vel eorum Viceſgerentibus Sal., & Ap. Ben.*

Exordium.

EX incumbenti Nobis curâ Paſtoralis officii Eccleſiarum omnium ſalubriter ſtatui diſponendo, inſtantia quotidiani Noſtri laboris invigilat, ut ſollicitudinis B debitum, ad quod univerſis Eccleſiis jugo Apoſtolicæ ſervitutis aſtringimur, circa earum ſingulas exſolvamus in eo potiſſimè, ut ea per Noſtræ providentiæ ſtudium ſubducantur, quæ tempore vacationis ipſarum inter earum perſonas materiam diſſenſionis enutriunt; & Eccleſias ipſas diſpendioſâ vacatione fluctuare compellunt; nam prout interdum experimento palpavimus, ex hujuſmodi vacatione diutinâ in ſpiritualibus damna gravia, & in temporalibus detrimenta C proveniunt Eccleſiis viduatis. Dudum ſiquidem Eccleſiâ *Viennen.* [e] per obitum bonæ memoriæ *Guidonis* [f] Archiepiſcopi Viennen. deſtitutâ Paſtore, dilecti Filii Capitulum ipſius Eccleſiæ *Cantorem* ejuſdem Eccleſiæ; ac dilectum Filium Capitulum Eccleſiæ de *Romanis* [g] Viennen. Diœceſis aſſerentes, ad ſe unà cum eiſdem Viennenſi Capitulo electionem Viennen. Archiepiſcopi pertinere; ac D dictum Capitulum ipſius Eccleſiæ de *Romanis* eſſe in poſſeſſione, vel quaſi juris eligendi Viennen. Archiepiſcopum unà cum Viennenſi Capitulo ſupradicto, Magiſtrum *Guillelmum* de Valentiâ [h] Archidiaconum Vindocinen. [i] in Eccleſiâ Carnoten. [k] in Viennen. Archiepiſco-

Viennen. Eccleſia Paſtore viduata, Capitulum Viennen. unum ſibi præficit,

alterum vero Capitulum Romanen.

 pum

(a) Familiaris experientia: Verſabatur igitur in Curia Romana; & forſan eſt ille *Fr. Floraſius* Vicentinus Ord. Min. ſub Urbano IV. pluribus muniis pro S. A. occupatus, ut in 2. hujus Operis to. legere eſt.

(b) S. Petri foris portam Viennen.: Olim Monachorum S. Benedicti, nunc Canonicorum Secularium ex Mabillon. in Annal. Benedict. lib. 37. ad ann. 875. n. 65.

(c) Lugdunen.: Nondum enim anno 1311. Ordo Prædicat. locum obtinuerat *Vienna* Allobrogum, Galliæque Narbonen., nunc Delphinatus, aut illius in Diœceſi.

(d) Minor. Viennen.: Qui ibi vivente S P Franciſco, & ut quidam volunt, ab anno 1217. habitabant; certe anno 1260. locus *Viennenſis* caput erat *Cuſtodia* ſui nominis in Provincia *Burgundia* ex alias cit. diſtributione Provinciarum, & Cuſtodiarum Ordinis, quæ eo anno Narbone in Comitiis Gen. dicitur facta. Fr. Salimbene Parmenſis O. M., qui anno 1248. erat in eo Conventu, pag. 306. ſui Chron. MS. ait Archiepiſcopum Viennen. *Ordinem B. Franciſci multum* dilexiſſe, & *amicum* fuiſſe *Fr. Hugonis de Digna*, ac *amore Fratrum Minorum* feciſſe *fieri pontem lapideum ſuper Rhodanum, eo quod Fratribus ultra fluvium in territorio ſuo ad habitandum dederat locum*: nempe ad *S. Columba* plateam ultra Rhodanum, quæ fuit 2. hujus Cœnobii fundatio circa ann. MCCXL. facta, non circa ann. MCCXC., ut apud Gonzagam legitur teſte Vaddingo ad ann. 1290. n. 25.

(e) Viennen.: Vetuſtiſſima Galliæ Narbonenſis Metropoli, atque adeo notiſſima.

(f) Guidonis: De quo conſuli poterunt Sanmarthani in Gallia Chriſtiana.

(g) De Romanis: Vulgo *Romans* Oppido Galliæ Narbonenſis in Delphinatu ad fluvium Iſaram 10. leucis a Vienna Metropoli in meridiem, & 3. a Valentia in cæciam diſtante.

(h) De Valentia: Vulgo *Valence* in Delphinatu paulò infra confluentes Iſaræ in Rhodanum Epiſc. ſub Archiepiſcopo Viennen.

(i) Vindocinen.: Vulgo *Vendoſme* Belſiæ Provinciæ Civitatis Turonen. Provinciam ad meridiem habentis, tituloque *Ducatus* præfulgentis.

(k) Carnoten.: Vulgo *Chartres* Epiſc. tunc ſub Senonen., nunc ſub Pariſien. Archiepiſcopo.

Digitized by Google

pum elegiſſe dicuntur. Et tandem certis in hujuſmodi electionum negotio appellationibus ad Sedem Apoſtolicam interjectis; ipſoque negotio propoſito coram Nobis; licèt Boſo dictus Poultres Canonicus ipſius *Viennen.* Eccleſiæ, ac aliqui Procuratores Capitulorum eorumdem in Noſtrâ præſentiâ comparerent; quia tamen nec ipſi *Electi*, nec alii de prædictis Capitulis comparebant, per quos de qualitate Proceſſus, & hujuſmodi eligendi jure debita informatio, & inſtructio poſſent haberi, tali prætextu *Viennen.* Archiepiſcopi ſubſtitutio retardatur. Nos autem ſollicitis ſtudiis præcavere volentes, quòd prædicta *Viennen.* Eccleſia occaſione hujuſmodi diſcordiæ jam exortæ, vel quæ ob id oriri poſſet impoſterum, diù paſtoris ſolatio non fraudetur; Diſcretioni veſtræ in virtute obedientiæ diſtrictè precipiendo mandamus, quatenus vos, vel duo; aut unus veſtrum, receptis præſentibus cum omni celeritate, qua poteritis, mandatum Apoſtolicum exequentes eoſdem *Electos* ex parte Noſtrâ peremptoriè citare curetis; ut infra ſex ſeptimanas a die citationis hujuſmodi, ſi electiones hujuſmodi proſequi voluerint; vel aliàs ſua crediderint intereſſe, cum omnibus actis, juribus, & munimentis ſuis, & ipſarum Eccleſiarum ipſos *Electos*, & jus eorum, ſeu præmiſſa contingentibus quoquomodo Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent; mandantes nihilominus Capitulis eiſdem, quòd eorum ſingula quatuor, aut tres ad minus Canonicos de ſtatu Eccleſiarum negotii & juris prædictorum, ac circumſtantiarum omnium præmiſſorum notitiam obtinentes, cum ſufficientibus mandatis plenè, ac diligenter ad omnia præmiſſa inſtructos, ſimiliter cum omnibus actis juribus, munimentis ſuis, ac ea contingentibus quomodolibet, ad Nos infra prædictum terminum mittere non omittant, ut *Electis*, & Canonicis ipſis præſentibus per dictos Canonicos ſpecialiter tam ſuper proceſſibus dictarum electionum, & meritis Eligentium, ac Electorum; quam ſuper proprietate, poſſeſſione, vel quaſi juris eligendi, quod iidem Capitulum ipſius Ec-

in contentione Electi non comparent coram Pontifice,

qui injungit id, quod ſupra.

A

cleſiæ de *Romanis* ad ſe, ut prædicitur pertinere proponunt, veritas apertius declaretur; & obvietur ſalubriùs anfractibus jurgiorum; ac patefactâ Nobis ſuper prædictis pleniùs veritate, tam ſuper ipſo electionum negotio, quam ſuper jure prædicto poſſimus de jure, vel aliàs de æquitate, prout ipſis Eccleſiis expedire viderimus, præſentialiter, & impoſterum providere. Si verò dicti *Electi* commodè perſonaliter citari, vel eiſdem Capitulis

B

præmiſſa nuntiari non poſſent; nihilominus tam in *Viennen.*, quàm de *Romanis* Eccleſiis ſupradictis proponatis publicè hujuſmodi mandati, & citationis edictum, firmitatem pleni roboris habiturum, prænuntiantes *Electis* eiſdem, quòd ſi ipſi, vel eorum alter venire ad Nos perſonaliter juxta formam citationis ejuſdem infra terminum prædictum omiſerint, dicti Electi, vel ex eis ille, qui, ut prædicitur, venire neglexerit vel infra terminum eum-

C

dem, aut ſaltem infra quindecim dies prædictas ſex ſeptimanas immediatè ſequentes, de Canonico impedimento, ſi quod eſſet, quare perſonaliter venire nequiverint, Nobis non fecerint plenam fidem; eo ipſo ex tunc omni jure, quod eis, vel ei quomodolibet competeret, vel competere poſſet ex prædictis electionibus, ſint privati; & eiſdem Eccleſiis ab eis, vel eo penitus abſolutis, ſi ambos cadere ab hujuſmodi electionum ju-

D

re contigerit, proviſionem ipſius Eccleſiæ *Viennenſis* eâ vice Nobis reſervamus de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis. Decernentes ex nunc in eo caſu irritum & inane, ſi ſecus a quoquam extiterit attentatum. Reſervatâ Nobis, ſive dicti Electi, & Canonici, vel eorum aliqui venerint, ſive non, procedendi medio tempore ſuper prædictis electionibus, & jure eligendi, ac aliis ſpectantibus ad

E

prædicta, & etiam contra Electos, & Capitula eadem, & eorum quodlibet, ſicut expedire viderimus, juxta Canonicas ſanctiones, & præſertim juxta mandatum Noſtrum [a] de Electis, & Poſtulatis, ac perſonis, quæ electionibus, & poſtulationibus hujuſmodi interfuerant, ad Sedem Apoſtolicam accedendis ſub certâ formâ in audientiâ publicâ promulgatum cita-

Si citari nequiverint, vel ea nunciari,

citationis edictum publicetur.

cum pœna caducitatis, ſeu privationis,

reſervata Pontifici electione,

& in Electos Electoreſque ſanctionum executione.

a

(a) JUXTA MANDATUM NOSTRUM: Incipiens *Cupientes Eccleſiarum vacationibus* &c. in 6, Decretalium titulo de electionibus, & electi poteſtate; c. *Cupientes*.

Digitized by Google

citatione, mandato, & permutatione per vos faciendis nequaquam obſtantibus, plenariâ poteſtate. Diem autem citationis hujuſmodi, & quicquid in præmiſſis duxeritis faciendum, Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes celeriter, & fideliter intimare curetis. Non obſtante Indulgentiâ, qua vobis, Prior, & Guardiane, vel veſtris Ordinibus &c.[a]

Cum clauſula derogatoria.

Datum, *ut ſupra*.[b]

Super criminibus Abbatis S. Salvatoris linguæ Meſſanen. *O. B. inquirant, an evocandus ſit ad Sedem Apoſtol.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 185. anni 2.)

CXXXIII.

Anno 1279. die 1. Octobris.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis .... Priori Prædicatorum, & .... *Guardiano* Minorum *Fratrum Ordinum* Meſſanen.[c] *Sal., & Apoſtol. Bened.*

Monachorum Baſilien. Meſſanen. delatio de eorum Monaſterio collapſo per ejuſdem Archimandritam, cujus facinora, criminaque recenſentur:

SICUT dilecti Filii Fratres Nyſus de Sancto Leone, Paſnutius Nyſus de Ducio, & Leontius Monachi Monaſterii *Sancti Salvatoris*[d] de linguâ *Meſſan.*[e] Ordinis Sancti Baſilii[f] ſuâ Nobis petitione monſtrarunt; Monaſterium ipſum, quod hactenus florere in ſpiritualibus, & abundare in temporalibus conſuevit, propter malitiam, & incuriam *Yſachii*, qui gerit ſe pro *Archimandrita*[g] dicti Monaſterii, in utriſque miſerabiliter eſt collapſum. Idem namque *Archimandrita* non curans proſequi, quæ competunt obſervantiæ Regulari vitam ducit admodum diſſolutam incontinentiæ vitio publicè laborando, ac intolerabilem patiens in litteraturâ defectum bona dicti Monaſterii dilapidavit, & adhuc dilapidat enormiter, & conſummit; prædictus quoque *Archimandrita* datus in reprobum ſenſum litteras ſub nomine Sedis Apoſtolicæ præſumptione damnabili fabricari fecit, ſeu etiam fabricavit, ac perjurii & homicidii criminibus irretitus, irregularitatis notâ reſperſus, & ſymoniæ labe pollutus diſſolvere dictum Ordinem, & ejus obſervantias non expavit in animæ ſuæ periculum, & ejuſdem Monaſterii non modicum detrimentum. Quare prædicti Monachi Nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum ipſi memoratum *Archimandritam* ſuper iis, & aliis diverſis criminibus, ſuper quibus eum conſtanter aſſerunt publicâ infamiâ laborare, parati ſint apud Sedem ipſam legitimè accuſare; admittere eos ad accuſationem hujuſmodi dignaremur facientes dictum Archimandritam propter hoc perſonaliter ad Noſtram præſentiam evocari. Verùm quia, ſi præmiſſa veritati nituntur, veriſimile fore videtur, tot, & talia de ſtatu Monaſterii & *Archimandritæ* prædictorum ad veſtram notitiam perveniſſe, ita quod ſuper iis, quæ committimus vobis, abſque inquiſitione aliquâ, vel indagine ad unum vel ad aliud poſſitis veſtros animos informare; Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi ſecundum Deum & conſcientias veſtras vobis videbitur fore ad petitam citationem hujuſmodi procedendum, dictum *Archimandritam* ex parte Noſtrâ peremptoriè citare curetis, ut infra duorum menſium ſpatium poſt citationem veſtram perſonaliter, alioquin per ſe, vel per Procuratorem idoneum Noſtro ſe conſpectui repreſentet facturus, & recepturus ſuper hoc, quod ordo dictaverit rationis; ut Nos ſuper hujuſmodi negotio aliqualiter informati ſive propter ordinem judicii, cujus forma id expoſceret; aut aliam cauſam quantumque, quæ ad perſonalem citationem hujuſmodi Nos moveret, certius ordinare poſſimus, an idem Archimandrita ſit perſonaliter ad Noſtram præſentiam evocandus. Diem verò citationis & formam, & quicquid inde

petuntque, eum evocari ad S. A., ut accuſatoribus reſpondeat.

Pontifex ponens hæc eſſe nota ſupradictis mandat ſuperius notata,

(a) ORDINIBUS &c.: Sæpè, & paulò antè etiam diſpenſata.

(b) Aſſumptus eſt poſtea *Guillelmus* Valentinus, quem anno 1286. a Ludovico Comite Sabaudiæ carceri traditum docent Honorii IV. litteræ apud Raynaldum ad eum ann. n. 29.

(c) MESSANEN.: Siciliæ clariſſimæ Metropolis, ubi uterque Ordo Prædicat. & Minor. ab eorum primordiis locum obtinuerat.

(d) MONAST. S. SALVATORIS: De quo Pyrrhus Rochus conſuli poterit in not. Meſſanen.

(e) DE LINGUA MESSAN.: Al. *in lingua Phari* a loco extra Civitatem in ora maris nuncupata; cujus Monaſterii Monachorum *Archimandritam* ferunt dediſſe anno 1212. diſcipulis S. P. Franciſci locum cum Oratorio *S. Leonis Papa* in cit. lingua Phari ad tertium ab Urbe lapidem, ut eſt apud Cagliolam in Hiſt. Sicula Min. Convent. p. 43.

(f) ORDINIS S. BASILII: Videlicet Græcorum nationis.

(g) ARCHIMANDRITA: Nempe Monachorum Præfecto, velut Abbate.

Digitized by Google

inde feceritis Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes ſtudeatis fideliter intimare. Non obſtante aliquâ indulgentiâ Sedis Apoſtolicæ, per quam vobis, vel Ordinibus veſtris &c. [a]

obſtanti derogando.

Datum Viterbii Kalendis Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Eligitur Epiſcopus Tullenſis *in Belgio, eique Eccleſia commendatur.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 167. apud Waddingum ad hunc ann. num. 23. Regeſ. Pontif.)

CXXXIV.

Anno 1279. die 4. Octobris.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio Fratri Conrado [b] *Electo* Tullen. [c] *Sal., & Apoſt. Bened.*

Exordium.

IN ſupremæ dignitatis ſpecula &c. [d] Sanè vacante dudùm Eccleſiâ *Tullen.* per obitum bonæ memoriæ *Gilonis* Epiſcopi *Tullen.*, primò de quondam Joanne de *Fronteneto* ipſius Eccleſiæ Canonico, qui hujuſmodi electionis proſequendo negotium apud Sedem Apoſtolicam diem clauſit extremum; & poſtmodum de Rogero *Archidiacono* de Portu in eâdem Eccleſiâ fuerunt electiones inibi celebratæ. Opponentibus itaque ſe quibuſdam ex Canonicis Eccleſiæ prædictæ hujuſmodi electioni de Archidiacono ſupradicto, ſuper ipſo negotio ad Sedem prædictam deducto extitit apud Sedem eamdem diutiùs litigatum; & tandem eodem *Archidiacono* liberè reſignante omne jus, quod ſibi ex electione hujuſmodi competebat; Nos eâ vice proviſionem ejuſdem Eccleſiæ Nobis duximus reſervandam; & paternâ volentes ſollicitudine eamdem Eccleſiam a diſpendiis, quæ ſibi ex vacatione diutinâ imminere poterant, præſervari: Te tunc Miniſtrum *Fratrum Ordinis Minorum* ſuperioris Alemanniæ [e] licet abſentem prædictæ *Tullen.* Eccleſiæ, de Fratrum Noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ Sedis plenitudine poteſtatis in Epiſcopum præfecimus, & Paſtorem, adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ tibi ſpiritualiter, & temporaliter plenariè committentes. Quocirca Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus &c. [f]

Vacante Eccleſia Tullen. duo ad eam eliguntur, quorum unus e vita exceſſit, alter juri ſuo ceſſit. Pontifex vero promovet Fr. Conradum O. M. eique Eccleſiam Tullen. commendat.

Datum Viterbii IV. Nonas Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [g].

Canonicatum Lucanum cum Plebanatu Maſſæ Piſcat. *permutari permittant, ſi nihil obſiſtat.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. ep. 173. anni 2.)

CXXXV.

Anno 1279. die 7. Octobris.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis .... Abbati Monaſterii Sancti Michaelis de Guamo [h] Lucanæ *Diæceſis, & ... Priori Prædicatorum, ac ... Guardiano Minorum Fratrum Ordinum* Lucan. [i] *Sal., & Ap. Ben.*

Plebani Maſſæ Piſcat. petitio

EXHIBITA Nobis dilecti Filii Guillelmi *Antelminelli* [k] de Luca Plebani Ple-

(a) VESTRIS &c.: Ut in epiſt. præcedenti uſque *mentio habeatur*.

(b) FR. CONRADO: Tubingano O. M. de quo videnda eſt not. (a) ad epiſtolam 32. *Intima mentis &c.* anno ſuperiore nonis Junii ſcriptam.

(c) TULLEN.: In Lotharingia ſub Archiepiſcopo Trevirenſi.

(d) SPECULA &c. Ut in *Bulla* 102. hoc anno die 25. Februarii pro Fr. Ægidio Epiſcopo *Valvenſi* uſque *gaudii plebs lætetur*.

(e) SUPERIORIS ALEMANNIÆ: Al. *Argentina*, quæ illius Provinciæ caput erat; ut in Narbonenſi diſtributione Provinciarum anno 1260. facta, ſi ſincera eſt: nam in epiſt. B. Gregorii X. anno 1274. dicitur Provincia *Alemannia* apud Waddingum ad eum annum n. 33., *Argentina* verò primum legitur in veteri *Provinciali* Ordinis apud Jordanis Chronicon Ms. Vatic. circa ann. 1334. editum; cum in encyclicis litteris anni 1322. apud Waddingum n. 52. extet H. Miniſter *ſuperioris Germaniæ*.

(f) MANDAMUS &c. Ut in dicta *Bulla* uſque *conſequi merearis*.

(g) Agit de hoc Epiſcopo Waddingus & ad hunc ann. n. 27., & ad ann. 1296., quo ex hac vita migravit, n. 7., priorique loco ait quoſdam aſſerere, eum dignitatem dimiſiſſe; alios vero depoſitum fuiſſe anno 1287., eo quod in Concilio Herbipolenſi eo anno die 18. Martii a Legato Pontificio coacto eidem Legato 4. partem proventuum Eccleſ. per quatuor annos expoſcenti ſe oppoſuerit, ita ut nihil obtinere quiverit, & quidem de ejus oppoſitione omnes coævi, ſupparesque Scriptores conſentiunt; de depoſitione vero non omnes: at Chronica dumtaxat ab Heterodoxis vulgata, interpolataque; ut mihi veriſimilius ſit non depoſitum, ſed eum dignitatem ſerò depoſuiſſe, cum illum inveniam anno 1289. menſe April. Romæ in Aula Pontif. cum pluribus aliis Antiſtitibus *Indulgentias* contuliſſe Capellæ S. Cuniberti, & paulo poſt *Reate* Monaſterio SS. Morandi & Chriſtophori ex Bollandi Continuat. Act. SS. ad diem 9. April. & 3. Junii, annoque 1295. cum 22. Præſulibus *Romæ* extantibus *Indulgentias* conceſſiſſe Eccleſiæ S. Martini Glanderien. Metenſis Diœceſis Ordinis S.B. ex tom. 1. Anecd. Martene &c. col. 1275. Poſtea ex Vatic. Tabul. oblatum eſt nobis Bonifacii VIII. diploma, quod inſequenti tomo dabitur, & quo conſtat, eum anno 1295. dumtaxat, & paulo ante mortem poſtulaſſe a Pontifice facultatem dimittendi Epiſcopatum.

(h) S. MICHAELIS DE GUAMO: Hujus in Annal. Bened. Mabill. nulla memoria occurrit, niſi ſit illud ab Allone Duce ædificatum, ut eſt lib. 34. ad ann. 851. n. 33.

(i) LUCAN.: In Tuſcia, quo ſuppletur Waddingus non ante ann. 1289. n. 49. hujus Cœnobii mentionem faciens: cum tamen recenſio Provinciarum & Cuſtodiarum Ordinis noſtri Narbone anno 1260. in Comitiis Gen. facta, & ab eo primum vulgata *Lucan.* Cœnobium caput habeat *Cuſtodiæ* ſui nominis.

(k) ANTELMINELLI: Ex qua generoſa ſtirpe ſeculo ſequenti floruit *Caſtruccius* armorum vir ſtrenuus ſuæ patriæ, Piſtoriique Dominus, Comes Lateranenſis, Romæ Senator, & Imperialis Aquilæ Vexillifer declaratus a Ludovico Bavaro Imp., de eoque etiam Annales Minor. Waddingi.

Digitized by Google

a Plebis Maſſæ Piſcatorum *Piſtorien.* [a] Diœceſis petitio continebat, quòd ipſe Plebanatum ſuum ejuſdem Plebis, & di-
b lectus Filius Orlandus *Thomaſii* [b] Canonicus Eccleſiæ Lucanæ Canonicatum, & Præbendam, quos in ipsâ Eccleſiâ *Lucana*

cupere ſe ſuam Eccleſiam cum Canonicatu Orl. Thomaſii permutare

obtinet, ad invicem deſiderant permutare; & quòd utilitati tàm dictæ Plebis, quàm ejuſdem Eccleſiæ expediret quòd idem *Orlandus* Plebanatum ejuſdem Plebis, & prædictus *Guillelmus* Canonicatum &

idque utriuſque utilitatis cauſa,

Præbendam obtineret eoſdem. Quare dictus Guillelmus Nobis humiliter ſupplicavit, ut permutationem hujuſmodi de benignitate Apoſtolicâ fieri per diſcretum aliquem mandaremus; Nos itaque

Plebani examine probato,

ipſius *Guillelmi*, quem per dilectum Filium *Fratrem Fernandum* Iſpanum [c] Or-
c dinis Fratrum Minorum de Litteraturâ examinari fecimus diligenter; & inventus eſt in illâ convenienter idoneus; ſupplicationibus inclinati Diſcretioni veſtræ

Pontifex mandat inquiri ſuper utriuſque moribus, ac rei utilitate;

per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo veſtrum, per vos tantum, ſi tam eorumdem *Guillelmi*, & *Orlandi* quieti, quàm Plebis & Eccleſiæ prædictarum utilitati videritis expedire, de vitâ & converſatione ipſius Guillelmi & Orlandi, ſuper quibus notitiam non habemus, inquirentes ſolerter, ſi eos bonæ converſationis & vitæ, ac eumdem Orlandum competentis ſcientiæ eſſe repereritis, & eis aliquod canonicum

ſi nihil eis obſiſtat,

non obſiſtat, ſuper quibus veſtras intendimus conſcientias onerare, a prædicto Guillelmo *Plebanatus* ejuſdem Plebis, & ab ipſo Orlando *Canonicatus* & Præbendæ, quos in Eccleſiâ ipsâ obtinet, cum ab eis fueritis humiliter requiſiti, auctoritate Noſtrâ liberâ reſignatione receptâ, præfatum Plebanatum eidem *Orlando*, dictos verò Canonicatum & Præbendam

permutatio admittitur,

memorato *Guillelmo* conferre, & aſſignare curetis. Inducentes eumdem Orlandum in ipſius Plebanatus, & prædictum Guillelmum in dictorum Canonicatus & Præbendæ corporalem poſſeſſionem, & defendentes inductos, ac facientes dictum Orlandum in Plebanum prædictæ Plebis ut eſt moris, admitti; dictum verò Guillelmum in eâdem Eccleſiâ ad dictam Præ-
A bendam in Canonicum recipi, & in Fratrem; & prædicto *Orlando* de ipſius Plebanatus; dicto verò *Guillelmo* de ejuſdem Præbendæ redditibus & proventibus integrè reſponderi, Stallo in Choro, & loco in Capitulo ipſius Eccleſiæ præfato Guillelmo cum plenitudine juris canonici aſſignatis. Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Non obſtantibus qui-

cum obſtantium derogatione,

buſcumque contrariis ſtatutis, & con-
B ſuetudinibus Eccleſiæ & Plebis prædictarum, juramento, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, aut aliâ quavis firmitate vallatis, ſeu ſi aliqui ſuper proviſionibus faciendis de Plebanatibus, Perſonatibus, Dignitatibus, & Præbendis, vel Beneficiis aliis in illis partibus generales, vel ſpeciales a prædictâ Sede litteras impetrarunt, etiamſi ad inhibitionem, reſervationem, vel decretum, ſit earum auctoritate proceſſum; vel ſi aliqui in prædictâ Eccleſiâ,
C Apoſtolicâ, vel aliâ quavis auctoritate in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant, quibus per hoc quoad alios Plebanatus, Perſonatus, dignitates, Præbendas, & Beneficia, nullum volumus præjudicium generari, aut ſi aliquibus ab eâdem ſit Sede indultum, quòd ad receptionem, vel proviſionem alicujus minimè teneantur, quòdque ad id compelli, aut interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, & quòd
D de Plebanatibus, Perſonatibus, Dignitatibus, Præbendis, & Beneficiis ad eorum collationem, vel præſentationem, ſeu electionem ſpectantibus nulli valeat provideri per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem; ſive qualibet aliâ ipſius Sedis indulgentiâ generali, vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſ-
E ſam, vel totaliter non inſertam effectus præſentium impediri valeat, vel differri, & de qua cujuſque toto tenore de verbo ad verbum ſit in Noſtris litteris habenda mentio ſpecialis; aut indulgentiâ &c. [d] Volumus tamen, quòd dictus

d

& addita conditione,

Orlandus, prout ipſius Plebanatus cura requirit, ad Ordines ſe faciat ſtatutis tem-

(a) PISTORIEN.: Media fere inter Florentiam ad ortum, & Lucam ad occaſum, a qua 20. mill. diſtat.
(b) THOMASII: Familiæ veteris in varias Italiæ, & Siciliæ partes diviſæ.

(c) FR. FERNANDUM ISPANUM: Quem in ſequenti anno Pontifex ad Epiſcopat. *Burgen.* evexit die 21. Maji.
(d) INDULGENTIA: Paulo ante de more ad tempus relaxata Bul. 103.

Digitized by Google

temporibus promoveri; & in eâdem Plebe reſidentiam faciat perſonalem: Alioquin hujuſmodi gratia quoad ipſum Orlandum nullius penitus ſit momenti. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus de hujuſmodi Plebanatu, ac Canonicatu, & Præbendâ a quoquam contigerit attentari. Proviſo, quòd ſuper præmiſſis nulla penitus pravitas, vel aliquod aliud vitium intercedant.

Datum Viterbii Nonis Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Evehitur ad Archiepiſcopatum Rhegin., *&* *conſecratur a Pontifice*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 165. apud Waddingum ad hunc ann. num. 24. Regeſ. Pontif.)

CXXXVI. Anno 1279. die 9. Octobris.

NICOLAUS &c.

a b

Venerabili Fratri Gentili [a] *Archiepiſcopo* Regin. [b] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Exordium;

Recte tunc Eccleſiarum utilitati proſpicitur, & idemnitati ſalubriter præcavetur; cum diſcretis, & providis earum cura committitur; & viduatarum regimini Paſtores idonei proponuntur. Unde Romanus Pontifex, cui ex officio Apoſtolatus incumbit de univerſis Eccleſiis ſollicitè cogitare; hoc maximè circa ipſas attendit, & ad id propenſiùs incitatur; ut per bonos, & dignos gubernentur Rectores; per duces perſpicuos in ſuis gregibus dirigantur. Olim ſiquidem *Regin.* Eccleſiâ per obitum bonæ memoriæ *Jacobi* [c] Archiepiſcopi Regin. Paſtoris regimine deſtitutâ, dilecti Filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, prout Nobis exponere curaverunt, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe; convenientes in unum, Spiritus Sancti gratiâ invocatâ, dilectum Filium *Robertum* de Caſtellione Decanum ipſius Eccleſiæ, quaſi per inſpirationem in Regin. Archie-

Vacante Eccleſia Rhegien. c

eligitur in illius Paſtorem Decanus ejuſdem Eccleſiæ,

A piſcopum communiter, & concorditer elegerunt; ac idem Decanus ſuum præſtitit hujuſmodi electioni conſenſum; dictique Capitulum facientes Nobis poſtmodum ejuſdem electionis decretum per ſuos ad hoc Procuratores idoneos, & Nuntios præſentari, & Nobis, ut electionem confirmaremus eamdem, ſuppliciter poſtularunt. Nos igitur electionem ipſam, & perſonam Electi per aliquos ex Fratribus Noſtris, prout moris eſt, B examinari fecimus diligenter; & quia invenimus eam de perſonâ in ſcientiâ ad regimen ejuſdem Eccleſiæ patiente defectum minus canonicè celebratam; electionem eamdem de Fratrum Noſtrorum conſilio, exigente juſtitiâ, caſſavimus, & irritavimus; & caſſam, & irritam nuntiantes Nobis eâ vice proviſionem prædictæ Eccleſiæ duximus reſervandam. Cæterum periculis, quæ per vacationem diutinam poſſent eidem Eccleſiæ immi- C nere, proviſione celeri occurrere intendentes; ac illam ad ipſius regimen deſiderantes perſonam aſſumi, cujus eſſent Nobis virtutum merita non ignota; & per cujus induſtriam poſſet eadem Eccleſia in ſpiritualibus, & temporalibus ſalubriter gubernari; in te *Fratrum Minorum* Ordinis profeſſorem direximus Noſtræ Conſiderationis intuitum, quem Nobis de litterarum ſcientiâ, vitâ D laudabili, converſatione placidâ, morum honeſtate, diſcretionis, & conſilii maturitate, prudentiâ ſpiritualium, & temporalium providentiâ fide dignorum teſtimonia, ac familiaris, & diutina experientia [d] approbaſſe noſcuntur. Quapropter volentes gregi Dominico ſpeciali providere diligentiâ, de prædictorum Fratrum Noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ Sedis plenitudine poteſtatis te prædictæ Eccleſiæ præfecimus in Archie- E piſcopum, & Paſtorem; tibique *Conſecrationis* munus Noſtris manibus duximus impendendum; firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quòd dicta Eccleſia per tuam ſolertem induſtriam, & pruden-

ejuſque electionis confirmatio a Sede Apoſtolica poſtulatur,

quæ talem electionem irritam pronunciat,

& ſupradictum Fr. Gentilem ad eam aſſumit,

& magnopere laudat,

d

eique conſecrationis munus confert.

(a) Fr. Gentili: De Bettonia Umbriæ Oppido Diœceſis Aſſiſiatis, ut dictum eſt ad epiſt. 30. Joannis XXI. & ſeq. anno 1275. nonis Febr. interfuit conceſſioni *Eccleſia S. Joannis* prope Mevaniam Fratribus Ordinis noſtri ex inſtrumento dictæ conceſſionis in Tabulario noſtri Mevanien. Cœnobii, & Romano SS. Apoſtolorum Status Conv. Prov. S. Franciſci pag. 19., ubi corrupte legitur: *Fratre Cuntile de Vittonio Inquiſitore haretica pravitatis*.

(b) Regin.: Olim Brutiorum caput, nunc Calabriæ ulterioris Metropolis.

(c) Jacobi. De quo poterit conſuli Ughellus tom. 9. Ital. Sac.

(d) Familiaris, et diutina experientia: Extiterat enim contra hæreticam pravitatem *Inquiſitor* in ſua S. Franciſci, ſeu Umbriæ Provincia, & Nicolaus ante Pontificatum ejuſdem Inquiſitionis Præfectus.

Digitized by Google

dentiam circumſpectam in ſpiritualibus, & temporalibus, Deo auctore, proficiet incrementis &c. [a]

a

Datum Viterbii VII. Idus Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Aſſumitur ad regendam Eccleſiam Daren. *in Hibernia*. (Ex Reges. Vatic. epiſt.178. apud Waddingum ad hunc ann. num.25. Regeſti Pontif.)

CXXXVII. Anno 1279. die 27. Novembris.

NICOLAUS &c.

b c

Dilecto Filio Fratri Nicolao *de Cuſoach* [b] *Electo* Daren. [c] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Exordium. d

RATIONIS oculis intuentes &c. [d] Olim ſiquidem *Daren*. Eccleſiâ per mortem bonæ memoriæ *Simonis* [e] Daren. Epiſcopi deſtitutâ Paſtore, ac ejuſdem Eccleſiæ Canonicis, qui ad tractandum de ſubſtitutione Prælati convenerunt in unum, in diverſos dividentibus vota ſua; duas in ipsâ Eccleſiâ electiones, unam videlicet de dilecto filio Magiſtro Stephano *Decano*, & alteram de Guillelmo ejuſdem Eccleſiæ *Theſaurario* contingit ab ipſis Canonicis in diſcordiâ celebrari. Cauſâ igitur prædictarum electionum per appellationes partium ad Sedem Apoſtolicam devolutâ, fel. record. GREGORIUS PAPA X. [f] prædeceſſor Noſter in eâ dilectum Filium Noſtrum *A*. [g] Tituli Sanctæ Praxedis Preſbyterum Cardinalem dedit eis partibus Auditorem. Poſtmodum autem cum jam eſſet coram Cardinale prædicto in cauſâ præfatâ concluſum; memorato *Theſaurario* jus, ſi quod ex præfatâ electione factâ de ipſo competebat eidem, ſponte per ſuas patentes litteras reſignante; demum prædictus *Decanus* conſtitutus perſonaliter coram Nobis omni juri liberè, ac ſponte ceſſit, quod ſibi ex

e

Daren. Eccleſia Paſtore deſtituta,

duo deſignantur in contentione

f

quibus a S. A. datur Auditor.

g

uterque tamen laſſus juri ſuo ceſſit.

prædictâ electione celebratâ de ipſo forſan fuerat acquiſitum. Nos itaque de ipſius Eccleſiæ ordinatione, quæ diù vacationis incommoda eſt perpeſſa, ne prolixioris vacationis diſpendiis expoſita remaneret, ſolerti diligentiâ cogitantes, ac ei de tali perſonâ providere volentes, cujus ſtudio, & providentiâ dicta Eccleſia poſſit ſalubriter gubernari; Noſtræ conſiderationis intuitum in te *Fratrum Minorum* Ordinis Profeſſorem duximus convertendum; teque, cui clara morum vitæ, ac ſcientiæ merita, prudentia ſpiritualium, & temporalium providentia ſuffragari dicuntur; de Fratrum Noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis Eccleſiæ prædictæ præfecimus in Epiſcopum, & Paſtorem, firmâ conceptâ fiduciâ, quòd eadem Eccleſia, Deo auctore, per tuum Miniſterium præſervabitur a noxiis, & gratis temporaliter, & ſpiritualiter proficiet incrementis. Tolle igitur jugum Domini tàm levè collis humilibus, quàm ſuavè, in dilectione Dei paſcendum ſuſcipe gregem ejus, ſuper quem noctis vigilias diligens, ſollicituſque cuſtodi; ut liber non pateat aditus invaſori; & Dominus inſuſpicabili horâ venturus, ſi te invenerit ſic agentem, curſu conſumato, qui tuo labori proponitur, & horâ fide ſervatâ, quæ tuæ ſollicitudini committitur, te fidelem compertum in modico ſupra multa conſtituat; & in dilecta gaudiorum ſuorum tabernacula introducat.

Pontifex vero Fr. Nicolaum O. M. eligit,

eum adhortans jugum ſubire, & gregem ſolicite paſcere.

Matth.25. 21.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum V.Kalendas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [h].

h

Præficit Eccleſiæ Pictavienſi, *& conſecrat*. (Ex Reges.Vatic. epiſt.174. apud Waddingum ad hunc annum num. 26. Regeſti Pontif.)

NICO-

(a) INCREMENTIS &c.: Videatur *Bulla* 91. *In diſpenſatione &c.* anno præcedente die 24. Decembr. pro Epiſcopo *Egitanien*. edita uſque in finem, ac *Datum*.

(b) FR. NICOLAO DE CUSOACH: Ord. Minor., ut infra.

(c) DAREN.: Vulgo *Kildaren*. in Hibernia ſub Archiepiſcopo Dublinen. in Lagenia Provincia Comitatus titulo inſignita.

(d) INTUENTES &c.: Ut in hujus Pontificis Bulla 44. uſque *ſtudium habeatur*.

(e) SIMONIS: De quo legi poterit Jac. Varæus de Epiſc. Hibern.

(f) GREGORIUS PP. X.: Anno 1276. ineunte defunctus, quo apparet, Simonem cit. vivere deſiiſſe anno 1275.

(g) A.: *Ancherum* Pantaleonem Pontificis ex fratre nepotem.

(h) Hic inſequenti anno munus conſecrationis a Pontifice accepit ex epiſt. *Rationis oculis &c.* eodem exemplo eo anno die 13. Maji eidem data.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1279.

CXXXVIII.

Anno 1279. die 4. Decembris.

a b c Exordium. Vacante Ecclesia Pictavien.

NICOLAUS &c.

A

Venerabili Fratri Gualtero [a] *Episcopo* Pictavien. [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

MILITANTI Ecclesiæ &c. [c] Sanè dudum *Pictavien.* Ecclesiâ Pastoris ſolatio destitutâ; Capitulum ipsius Ecclesiæ duas electiones, unam videlicet de Rodulpho *Decano*, reliquam verò de Joanne *Capicerio* [d] ejusdem Ecclesiæ in diſcordiâ celebrarunt. Negotio igitur electionum earumdem per appellationes ad Sedem Apostolicam devoluto, post multos, & varios processus apud eamdem Sedem habitos in eodem, iidem *Decanus*, & *Capicerius* omne jus quòd eis ex electionibus hujuſmodi competebat, ſponte ac liberè in Nostris manibus reſignarunt. Nos autem paternâ volentes ſollicitudine præcavere, ne dicta Ecclesia diſpendia prolixioris vacationis incurrat; & ad perſonam tuam, quam odor famæ Nobis reddit acceptam; cum habearis vir vitæ laudabilis, litterarum ſcientiâ præditus, diſcretionis maturitate conſpicuus, præclarus meritis, & aliàs in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectus; aciem Nostræ mentis convertimus; ac ſperantes, quòd eamdem *Pictavien.* Ecclesiam &c. [e] te tunc Ministrum Ordinis *Fratrum Minorum* in Franciâ [f] prædictæ *Pictavien.* Ecclesiæ de Fratrum Nostrorum conſilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis in Episcopum præfecimus, & Pastorem; tibique munus conſecrationis Nostris manibus duximus impendendum. Quocirca Fraternitati tuæ &c. [g]

d duo in diſcordia eliguntur ad eam,

qui postea omne jus Pontifici dimiſerunt.

B

Pontifex Fr. Gualterum valde commendatum

C

e

f eidem Ecclesiæ præficit, & conſecrat.

D

g

Datum Romæ apud Sanctum Petrum II. Nonas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Commendat Fr Gualterum O. *M. a ſe* Pictavien. *Ecclesiæ aſſumptum in Episcopum.* (Ex NOVA GALLIA CHRIST. P. Dion. Sanmarth. to.2. col.339. Instrum. dictæ Eccl. n.20.)

CXXXIX.

Anno 1279. die... Decembris.

NICOLAUS &c.

Cariſſimo in Christo [h] .... Regi Francorum *Illuſtri Sal., & Ap. Ben.*

h Exordium.

DIVINÆ gratia Majestatis acquiritur, ſi Ministris ejus, & his præcipuè, qui Pontificali ſunt præditi dignitate, condignus honor impenditur, & favor neceſſarius exhibetur. Sanè dudum Pictavienſis Ecclesiâ &c. [i] Rogamus itaque Serenitatem Regiam, & hortamur attentè, quatenus te præfato *Episcopo* pro Divinâ, & Apostolicæ Sedis reverentiâ reddens affectu benevolum, & opere gratioſum ejuſdem Ecclesiæ jura, quantum in te fuerit, benigno favore protegas & defendas, ita quòd idem *Episcopus* in exequenda ſollicitudine ſibi tradita poſſit proſperari facilius; & Nos Celſitudinem Regiam dignis inde laudum præconiis attollamus.

i Commendat, ut ſupra.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum [k] Pontificatus Nostri Anno Secundo.

k

Ad Ecclesiam Raguſinam *regendam deligit Inquiſitorem hær. prav. Marchiæ Tarviſinæ.* (Ex REGES. VATIC. epist.184. apud WADDINGUM ad hunc annum num.27. Regesti Pontif.)

CXL.

Anno 1279. die 5. Decembr.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio Philippo [l] *Electo* Raguſin. [m] *Sal., & Apoſt. Bened.*

l m Exordium.

MILITANTI Ecclesiæ &c. [n] Dudum ſiquidem *Raguſin.* Ecclesiâ per mortem bonæ memoriæ *Salvii* [o] Raguſini

n Raguſina Ecclesia Pastore vacante,

o

(a) FR. GUALTERO: Brugenſi in Belgio Ord. Min., ut infra.

(b) PICTAVIEN.: In Aquitania ſub Burdegalen. Archiepiſcopo.

(c) ECCLESIÆ &c.: ut in *Bulla* anno præcedenti 6. April. emiſſa *uſque ſtudeamus*.

(d) CAPICERIO: Al. *Primicario*.

(e) ECCLESIAM &c.: Ut in prædicta *Bulla* uſque *affluet incrementis*.

(f) IN FRANCIA: Ubi erat Cœnobium *Brugenſe*; non in *Turonia*, ut excidit Waddingo ad hunc ann. n.12., & in lib. de Scriptor. Ord. Minor., qui tamen ad ann. 1379. n.2. ex Speculo Minor. habet fuiſſe Ministrum Provinciæ *Franciæ*.

(g) FRATERNITATI TUÆ &c.: Ut in ſupracitata *Bulla* uſque *conſequi merearis*.

(h) FILIO ....: *Philippo III.* cognomento *Audaci*.

(i) ECCLESIA &c.: Ut in præcedenti epist. uſque *duximus impendendum* mutatis mutandis.

(k) S. PETRUM: Deest dies, & menſis, quo data est hæc epist., ſed vel eodem, quo ſuperior, vel paulopost, certe ante diem 26. Decembris, quo annus 3. Pontificis incipiebat hoc anno 1279.

(l) PHILIPPO: *Bonacolſi* Mantuano Ord. Min., de quo dictum est ad epist. 18. Joannis XXI. *Nuper ad Apoſtolicam Sedem &c.* anno 1277. 28. Januar. datam.

(m) RAGUSIN.: In ora Dalmatiæ Reſpublica etiam Turcis nota; ſub quorum clientela, vel potius jugo gemit.

(n) ECCLESIÆ &c. Ut in *Bulla 54.* anno ſuperiore die 9. Augusti data uſque *idoneos in Paſtores*.

(o) SALVII: In 8. epist. Joannis XXI. ſupra relata dicitur *Silvius* ex *Tribunien.* Ecclesia ad hanc Metropolim translatus anno 1276. Nonis Decembris; unde liquet parum ſupervixiſſe.

Digitized by Google

ni Archiepiſcopi Paſtoris ſolatio deſtitutâ, Canonici ejuſdem Eccleſiæ, quondam *Fratrem Marcum* [a] de Venetiis Ordinis Minorum in Archiepiſcopum Raguſin., ut dicitur, elegerunt; ſed eodem *Fratre Marco*, antequam eſſet ejus electio confirmata, naturæ debitum perſolvente; prædicti Canonici ad tractandum de futuri ſubſtitutione Paſtoris inſimul convenerunt; & dubitantes, ne, ſi ad electionem procederent & non poſſent omnes pariter in unam concordare perſonam, exinde oriretur inter ipſos diſſenſionis materia, per quam eis, & ipſi Eccleſiæ diſpendia imminerent; deliberaverunt communi conſenſu, & unanimi voluntate, ut Nobis humiles preces porrigerent, quòd dignaremur eidem Eccleſiæ auctoritate Apoſtolicâ de Paſtore idoneo providere; ac ſuper hoc ſubſequenter tam ipſi, quàm dilecti Filii Nobilis vir *Comes* [b], Conſilium, & Commune Civitatis *Raguſinæ* Nobis ſuas ſupplicatorias litteras per certum eorum Nuncium deſtinarunt. Nos igitur dictorum Canonicorum votis volentes favorabiliter annuere in hac parte de ipſius Eccleſiæ ordinatione celeri, ne prolixioris vacationis expoſita maneret incommodis, attentè duximus cogitandum, & poſt vigilem, quam ad ponendam ibidem approbatam, idoneamque perſonam appoſuimus diligentiam, in te præfati *Ordinis* profeſſorem, tunc executioni officii *Inquiſitionis* [c] contra hæreticos in Marchiâ Tarviſinâ commiſſi tibi a Sede Apoſtolicâ inſiſtentem; quem Nobis & Fratribus Noſtris de litterarum ſcientiâ, morum maturitate, prudentiâ ſpiritualium, & temporalium providentiâ fide dignorum teſtimonia commendarunt; direximus oculos Noſtræ mentis. Quapropter gregi Dominico paternâ volentes diligentiâ providere, de dictorum Fratrum Noſtrorum conſilio, te ipſi Eccleſiæ præficimus in *Archiepiſcopum*, & Paſtorem, firmâ ſpe, fiduciâque tenentes, quòd eadem Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam in executione negotiorum tuæ ſollicitudini a præfatâ Sede commiſſorum [d] hactenus comprobatam, grata in ſpiritualibus, & temporalibus, auctore Domino, ſuſcipiet incrementa. Quapropter &c. [e]

Fr. Marcus Venetus O M. eligitur a Capitulo, qui moritur ante confirmationem, & Capitulum Romano Pontifici proviſionem committit, & precatur. Pontifex vero aſſumit Inquiſitorem, ut ſupra, quem oppido commendat, & hortatur onus ſuſcipere &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum v. Idus Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [f].

Hortatur, ut Apoſtol. Sedis Legato aſſiſtant, ne Fides Catholica in Regno Hungariæ *detrimentum patiatur*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 199. anni 2., al. epiſt. 8. ex Raynaldo ad hunc ann. num. 34.)

CXLI.

Anno 1279. die 9. Decembris.

NICOLAUS &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis Filiis Electis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Præpoſitis, Plebanis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, & Miniſtris, Guardianis, & Cuſtodibus, ac Capitulis, & Conventibus Ciſtercien., Sancti Benedicti, Præmonſtratenſis, Prædicatorum, & Fratrum Minorum, *& aliorum Ordinum, & Univerſo Clero, nec non* Hoſpitalis *Sancti Johannis Hieroſolymitani, Militiæ* Templi, *& Sanctæ Mariæ* Theutonicorum *Magiſtris, Præceptoribus, & Fratribus per Regnum Hungariæ conſtitutis, Venerabili Fratri Noſtro* Philippo Epiſcopo Firmano [g] *Apoſtolicæ Sedis Legato in Officio ſibi commiſſo fideliter aſſiſtentibus Sal., & Apoſtol. Benedictionem*.

Exordium.

MILITANTIS Eccleſiæ Pater æternus proprium Filium Jesum Christum, præter quod nemo aliud ponere poteſt, poſuit fundamentum, ad cujus Eccleſiæ regimen voluit Chriſti clementia Romanum Pontificem vice ſui deputari Miniſtrum; ut ejus *Fidem*, inſtructionem, atque doctrinam eloquio veritatis Evangelicæ traditas cuncti renati fonte Baptiſmatis teneant, & obſervent. Qui enim ſub hac *Fide* laudabiliter

(a) Fr. Marcum: His tantum litteris notum.
(b) Comes: Qui alibi vocatur *Poteſtas*, Prætor, atque Dux.
(c) Inquisitionis: Ex cit. epiſt. *Nuper ad Apoſtolicam* &c.
(d) Commissorum: Quorum illud unum nobis innotuit ex cit. epiſt. *Nuper ad Apoſtolicam* &c.
(e) Quapropter &c.: Ut in ſupradicta Bulla 51. *Militanti Eccleſia* &c. uſque in finem, ac *Datum*,
(f) Hic tamen hanc Eccleſiam recuſavit, admiſit vero *Tridentinam*, & *Mantuanam*, ut infra videbitur.
(g) Philippo Episc. Firmano: De quo Ughellus to. 2. Ital. Sac. cumulate diſſerit; ut & in Annal. Eccleſ.

liter curſus vitæ peregerint, ſalvationis gratiam merebuntur, & qui ab ipsâ declinaverint, ſunt damnationis æternæ ſententiâ feriendi. Hoc itaque Miniſterium Apoſtolicæ ſervitutis expoſcit; hoc ſollicitudo noſtra requirit; & ad hoc continuis vigiliis anxiamur potiſſimè, ut *Fides* ipſa ubilibet ſervetur, & vigeat, ſubmotis quibuslibet nubibus clarè reluceat, & effundat in ſingulos illam profitentibus liberè ſuos radios claritatis; nec minus pro Eccleſiaſticâ libertate ſervandâ curis quotidianis inſiſtimus; & quietem quærimus Fidelium Populorum in iis Paſtoralis officii debitum exſolventes. Unde non indignè de ... Illuſtris *Hungariæ* Regis [a], Regnique ſui ſalute more Patris ſolliciti cogitantes, ab olim intellectis tumultuoſis motibus dicti Regni, & ſeditioſis tumultibus Incolarum illius, qui per diſſidia ſimultatum alterutrum diſſidebant; & mutuis congreſſibus collidebantur immaniter; qui quidem dono pacis poſtpoſito Regale ſolium graviter deprimebant; ejuſque depreſſo regimine non ſolum in Regno ipſo vaſtabantur bona Fidelium, ſed jura Eccleſiarum, & aliorum piorum locorum diripiebantur enormiter; & libertatem Eccleſiaſticam inſolentia damnabiliter conculcabat; animarum quoque ſubſequebantur deploranda pericula, nefanda perſonarum excidia, & alia ferè innumera detrimenta; Nos veriſimiliter hæſitantes, ne ex iis *Fidem* ipſam vacillare, libertatem eamdem, & juſtitiam conculcari, ac errores ſciſmaticos pullulare contingeret, licet conſideraremus interdum, ſi concurriſſet cum poſſibilitate decentia, Noſtram ibibem exhibere præſentiam, ut circa hæc præſentialiter ſtudia Noſtra verſando apud Deum & Patrem retributorem omnium, in ſic gratis & acceptis obſequiis mereremur; ipſis *Regis* culmina præſervaremus a fluctibus; & tàm præfatum Regem, quàm dicti Regni Populum præſentialibus reficeremus affatibus, & exhibitionibus ſpiritualium gratiarum; quia tamen id non patiebatur Noſtra conditio; nec emergentium undique negotiorum immenſitas permittebat; Venerabilem Fratrem Noſtrum *Philippum* Epiſcopum *Firmanum* Apoſtolicæ Sedis Legatum, de cujus induſtriâ, circumſpectione providâ, & Fidei puritate confidimus; ad partes illas tanquam pacis Angelum de Fratrum Noſtrorum conſilio duximus deſtinandum [b]; ut perſonam Noſtram Prælatis, eidem *Regi*, ac aliis illarum partium Catholicis, & aliis præſentaret & quæ Deo placitura, dictoque Regno ad ſalutem profutura, & ad Chriſtianæ *Fidei*, ac ejuſdem Regis ſtatus fulcimenta pertinere cognoſceret, auctoritate Noſtrâ munitus impleret. Utinam in hac parte Noſtris deſideriis ſatisfiat! Profectò ipſum *Regem* affectibus Paternis alloquimur [c]; & ei Noſtræ mentis aperimus intrinſeca; ut de Patris pectore colligat, quòd ſuæ proſperitatis commoda quærimus, & in ejus ſucceſſibus proſperis delectamur; devota quoque horum attentione percipiat, quòd ejus ſalutis Zelatores exiſtimus; nec omittimus actus illius dirigere precibus, interdum linire commonitis, & ad eumdem Regem, cum expedit, correctionis Paternæ virgam extendere; ac, illâ feriente, ab eo indecentia quæque prorſus excutere; ut illis expiatis, mundè retineat Deo Patri; & Nobis Filius præſentetur electus; ut exultent corda Fidelium in lumine vultus ſui; & ille proſperè procedens & regnans tandem participationem æternæ gloriæ mereatur, & ſi qua forſan ex Noſtris eloquiis amara colligeret; tenere eum volumus, quòd ex amoris dulcedine talis amaritudo procedit, & finaliter ab illo gratè percepta dulceſcet. Licet itaque in primo ipſius *Legati* progreſſu diſplicuerit Nobis, & meritò, quòd, ſicut audivimus, ipſe Rex ejus reformidans adventum & ingreſſum, forſitan dubitans, illum dicebatur (quod invitè referimus) impedire; cum non deceret de Patre Filium dubitare, nec opinari; ſeu debere præſumere, quòd Romana Mater Eccleſia, quæ munifica ſingulis, non ſolum

De bellis civilibus in Hungaria exortis.

Epiſcopus Firmanus ad ea ſopienda legatus.

Rex initio adverſatur S. A. Legato.

(a) Hungariæ Regis: *Ladislai*, qui Stephano V. patri anno 1272. defuncto adhuc pupillus ſucceſſit in Regnum.

(b) Duximus destinandum: Anno præcedenti ex litteris menſe Septembris datis apud Raynaldum ad eum annum n.23. legendis.

(c) Alloquimur: Litteras Pontificis ad *Regem* refert cit. Raynaldus ad hunc ann. 1279. n.35. ejuſdem tenoris cum iſtis, mutatis tantum perſonis convenientibus.

Digitized by Google

A ſolum Filios benedictionis gratè complectitur, & dulcedinis lactat uberibus; verùm etiam oberrantibus, ut neminem ſuæ relinquat benignitatis expertem, potius manſuetudinis ſinum pandit ad gratiam, quàm in illos judicium exerceat ultionis; in ipſum *Regem* ſæviens quicquam ei nocivum tranſmitteret; vel Celſitudini Regiæ ac Regno prædicto, quod in memoriâ Noſtrâ tenemus acceptum, quod Chriſti Miniſtros producit electos, & viros religione fœcundos, B inclitos Catholicæ *Fidei* profeſſores; & in quo degit Catholicus Populus mandatorum Domini ſectator eximius, peregrinationibus, pœnitentiis, & aliis piis vacans operibus; prout in pluribus experimur; fomenta negaret propinare ſalutis; tamen reſumpſimus in mente lætitiam gratanter audito, quòd ipſe Rex poſtmodum, ingreſſu dicti Legati percepto, ſe ipſius inductionibus, & ſalutaribus monitis regali Manſuetudine conformavit [a], & animum ſuum ad Omnipotentem Dominum, ut videbatur, devotè convertens, dicta ſibi per eumdem *Legatum* tam ſuper obſervatione *Fidei*, ac decretorum, & conſuetudinum progenitorum ejus, & conſervatione libertatis Eccleſiaſticæ, quàm hæreticorum expulſione de Regno prædicto ſervare; ac in Terris ejus ſervari facere ſuper altare tactis Evangeliis promiſit; quodque ipſius Legati monita ſuper liberatione Chriſtianorum, quos *Cumani* [b], & alii Pagani ſub ſervitute tenebant, benigne recolligens; quòd Chriſtianos a Cumanorum obſequiis retraheret; quòd compelleret Cumanos ad habitandum in domibus ſolo fixis; & ex eis baptizatos potiſſimè ad deſtructionem cogeret Idolorum; nullum etiam Infidelem, vel quem ſciret excommunicatione ligatum in Officialem Regium, vel familiarem admitteret; quòd tam in eodem Rege, quàm in illis de Regno ejus dimiſſo Paganorum abuſu reſumeret Chriſtianorum habitum tàm in veſtibus, quàm Capillis: *Cumanos* inſuper reſtituere Monaſteria, & Eccleſias occupata per ipſos; ac Apoſtatas dicti Regni ad Ordines redire compelleret, cum ab eorum Prælatis exiſteret requiſitus; & quædam alia directionem Regni, & ſalutem continentia ſtatus ipſius coram ligno Crucis ſolemniter in Altari, primo & iterum Regiâ fide datâ Hungarico more juravit [c], & dum exoptaretur, quòd in hujuſmodi propoſito ſalutari concreſceret; prædicta ſic promiſſa pluries, & jurata, per eum non fuerunt, proh dolor! ut ſperabatur, impleta; quamquam *Cumanorum* Nuntii certos recepiſſent, & approbaſſent articulos, uno excepto videlicet de barbis radendis, & crinibus breviandis; ad quod ipſum, Prælatis & Baronibus Regni prædicti eumdem Legatum inducentibus ipſe Rex eidem *Legato*, quòd cætera alia ſervari faceret, promiſit, Coronam & Regnum ejus propter hoc ſpecialiter obligando. Et poſtmodum, pro eo quod præmiſſa, quæ promiſerat, & juraverat, ut prædicitur adimplere diſtulerat; C ipſum graviter deliquiſſe humili ſpiritu recognoſcens iterum cum obligatione ſimili per manum dexteram Regiâ fide datâ, Hungarico more ſimiliter & denuò ipſum Regem excommunicatum, & Regnum ejus propter hoc juſtè Interdicto fuiſſe ſuppoſitum recognoſcens, tactis Sacroſanctis Evangeliis juravit, & renunciando appellationibus, exceptionibus, & impugnationibus quibuslibet promiſit etiam D implere per omnia ſupradicta. Sed nec iis non ſine notâ ſui nominis, prout decuit, obſervatis, miramur, & mirando ipſi compatimur; & compatiendo dolemus, quòd eum famam Regalis nominis reprehenſivæ inconſtantiæ in Principem maximè, lacerari remorſibus negligentiæ, ac in vetita totiens non ſine Dei offenſâ, & inconſtantiâ notabili, relabente, prædicta ſic per eum jurata totiens, E & promiſſa, & obligationibus roborata, ne dicamus contempta, reperiuntur omiſſa. Et demum audito, quod idem Rex improvidè appellationis refugio, immò potius diffugio ſe commiſerat; & prætextu appellationis hujuſmodi quaſi baculo harundineo incautus inhærens non ſolum *Legato* non parebat eidem, ſed

illius poſtea conſiliis obſecutus,

pollicetur libertatem Eccl. tueri;

Hæreticos expellere;

Cumanos reprimere;

eos ad fixas ſedes, & Baptiſmum cogere;

cenſura ligatos honoribus non afficere;

Apoſtatas ad Ordines Relig. revocare.

Reſilit Rex a promiſſis.

Cenſuris defixus iterum ad officium redit.

iterumque fidem infregit,

& Legati ſententiam nititur eludere.

(a) CONFORMAVIT: Cujus conformationis litteras vulgavit idem Raynaldus ibi num.30. datas hoc anno menſe Junio.

(b) CUMANI: Qui eſſent, & ubi eorum ſedes, diximus in 1. hujus Operis tomo pag.270. (c)

(c) JURAVIT: Ut in ſupradictis ejus litteris.

Digitized by Google

ſed ſe ipſum, nec non & alios ab ejus Prælatorum ſibi adhærentium obedientiâ non abſque notæ macula interdum comminationibus, inductionibus, interdum pænarum inflictionibus retrahebat; in eo potiſſimè tanto graviori dolore propungimur, & anxiamur anguſtiâ, quantò incautiùs ſuper iis ſe ipſum, animam, & Regnum ſua dicitur involuiſſe; unde progredi videtur in devium, & niſi reſiliat, in ruinam. Nos itaque more Paſtoris de commiſſo Nobis grege Dominico, & ſalute ſuâ juxta officii Noſtri debitum, ne videamur in eo, ac Regno prædicto negligere, quod in Catholicis Chriſtianis amamus; ſedulò cogitantes, ac licet nondum ad Nos ex parte ipſius *Regis* ſuper proſecutione appellationis hujuſmodi Nuntii, ſeu Procuratores ſui venerint; præmiſſis abſque intermiſſione temporis occurrentes eumdem Regem, ne ſub talibus nubibus ceſpitando præcipitet Paſtoris miniſterio non adjutus, ad ejus & Regni ſui ſalutem ſub ſpe ſummi Patris promptis adhibitis ſtudiis prævenimus. Attendat igitur idem Rex inclytus; cogitet, & revolvat, quo ducitur, & a quibus; quid poſtpoſuerit, & cui, vel quibus inhæſerit. Attendat ſe ipſum, & videat, quid dicitur, dum auditur, quòd Regalis Domus *Hungarica*, quæ conſuevit Athletas Chriſti contra Infideles producere; ac inſurgere ad reprimendam aſtutiam Barbarorum; & quæ viros enutrivit electos, Catholicæ *Fidei* profeſſores, Deum, & Matrem Eccleſiam reverentes, cultores juſtitiæ, Religionis Chriſtianæ ſervatores præcipuos, & piorum operum ſedulos ſectatores, tali & tanto, quòd ex præmiſſis colligitur, nephando contagio maculetur. Attendat, quòd in præſenti negotio agitur cauſa Chriſti, a quo non eſt appellationibus divertendum; nam ipſe ſcrutator cordium judicat illos Deus. Quibus allegationibus ſe muniendum, ut dicitur, juramentorum, & tot promiſſionum violator maximè contra *Fidem*, libertatem Eccleſiaſticam, in notoriis inſuper, in eo etiam, quod eſt tempore periturum, contra renuntiationem ſuam, ac ſalutem propriam ſub pallio talis appellationis inobediens coram Chriſti Vicario præſentatur? Reſpuunt interdum in talibus appellationes nedum Divina, ſed humana judicia. Quibus ſe poterit apud juſtum Judicem excuſare ſuffragiis; dum ſalutem ſuam, & Regalis nominis famam poſtpoſuiſſe ſic dicitur; & patitur, quòd ſub ejus prætextu in Regno ſic Catholico, unde conſcripta ſanctorum merita colit Eccleſia, fluctuet *Fides* Chriſti? Quibus defenſionibus poterit coram illo ſubſiſtere, qui patiens, & humilis miſeretur & comodat; & tandem provocatus ad iram mucrone duræ ſententiæ ferit, & deprimit obſiſtentes? Abſit, quòd ipſe Rex talibus contractetur inſultibus: Abſit, quòd tantum Principem, & ſic electum Regnum, ſicque copioſam fidelium multitudinem periclitari Noſtro tempore videamus. O quanta producimus, & quam amara ſuſpiria; dum Regem eumdem, ac dictum Regnum, ſic Nobis cara, tantis videmus ſubjacere periculis! O quam profundè diſtrahimur; dum aſtutias Infidelium ſubtiliùs cogitamus; & quanto langore diffundimur, dum timemus nequitiam ſitientium Chriſtiani Populi colludere veritatem! Nam ipſi *Sciſmatici* cum Rege prædicto barbarico more luctantes, ſibi ſe ipſos ſeditioſâ calliditate ſubjiciunt, ut tandem ſibimetipſis ſubjiciunt ejus nominis claritatem; ad quæ Divinam Clementiam orationum ſuffragiis humiliter imploramus, ut dignetur ab oculis ſuis omnem nubem excutere, per quam poſſet in eum ſuperioris luminis beneficium impediri; ut excluſâ tenebrarum caligine, quid ſit, & ubi, quid agat, quidve ſuis mereatur actibus, tàm exteriori quàm interiori lumine contempletur; & nihilominus illius vices gerentes in Terris, qui pro ove deperditâ ad flagella duci, clavis affigi, & tandem mortem ſubire voluit; ut mortem noſtram moriendo redimeret; & quas prothoplauſti delicto meruimus, miſerias tolleret Infernales; Nos, & Fratres iidem non ſolum in iis adhibere, quæ videbuntur opportuna remedia; ſed Nos ipſos etiam, prout tenemur pro conſervatione Catholicæ *Fidei*, ſi expedierit, exhibere proponimus; ut ſuam, & Regni præfati ſalutem etiam, ſi oportuerit, non ſolum ſpiritualibus, ſed temporalibus correctionibus procuremus. Et licet ſperemus in bonorum omnium directore, quòd ipſe

Pontificis pro eo ad officium adducendo ſtudium.

Ruere eum in exitium demonſtrat.

Divinas iras ei objicit.

Religionem Chriſt. adductam in periculum proponit.

Sedem Apoſt. officio ei non defuturam.

ipſe eumdem *Regem* reducet ad gratiam, & diriget per ſuorum ſemitam mandatorum; ſi tamen, quod abſit, in præſenti varietate ipſe *Rex* calleſceret; firmâ fide tenemus, quòd Nobis aderit ipſe Deus propitius, & ſuâ potentiâ prævalebit; dignè quoque confidimus ſic Vos, Barones, & Populum Regni præfati ad Deum & Matrem Eccleſiam ſincerâ devotione fervere; & in Divinis beneplacitis radicatos, quod non ſolum *Regem* in talibus non confoveretis flagitiis; ſed zelo *Fidei*, & fervore Chriſtianæ Religionis accenſi potius in ejus actus reprobandos inſurgeretis pro conſervandâ gloriâ Redemptoris. Exurgat igitur per ſe ipſum *Rex*; & imbutus, ſpiritu ſalutari, mente conſurgat, animum ſuum Regali conſtantiâ, & ad Creatorem ſuum, ſerenâ magnanimitate reformet, & illi purè, ac ſimpliciter irrefragabili ſoliditate ſtudioſiùs ſe conformet; & ejus nutibus dirigat actus ſuos, a quo dependent omnium mors, & vita. Exurgat, nec tepeat illius ſe beneplacitis humili ſpiritu devovere, cujus eſt proprium miſereri ſemper & parcere. Conſurgat fortis, & prudenter audiat verba, quæ ipſi Chriſti Vicarius alloquitur; illa ſumat, ſumptaque diligenter attendat; nam ipſum, dante cauſam, deducunt ad verbera, ut ipſummet correctione Paternâ reformet; nec avertat manſuetudinem Matris Eccleſiæ Filium trahentis ad ubera, ut ipſum maternâ dulcedine liniat, & reficiat gratiâ ſalutari; & exurgens humiliter de ſuâ prædictus *Rex*, vel cujuſvis alterius contra Deum potentiâ non confidat. Sicque faciens ſicut Catholicus Chriſtianus Regalibus circumfultus virtutibus, de quadam Deo placidâ neceſſitate virtutem, & in dicto *Legato* perſonam Noſtram devotè contemplans, ſicut Nobis in prædictis, & aliis Legato parere prætextu cujuſquam appellationis indebitè, vel incauti conſilii non dimittat eidem: ſed ei potius ſic promptè, ac humiliter acquieſcat, promptitudine Regali corrigat per ſe in hac parte commiſſa; & pœnitudine plenâ, & intentione perfectâ placeat Altiſſimo quòd Nos & dicti Fratres per ipſius *Legati* ejuſdem Regis, Veſtrum, & Baronum

& Præſules, Proceresque opem laturos.

Valida ad Regem exhortatio.

Minæ mollibus verbis mixtæ.

Jubetur Rex S. A. Legato obtemperare.

A Regni præfati litteras, & alias etiam, optata, & Deo accepta gaudia cum efficaci & devotâ Regali promptitudine de ſuis actibus, dante Domino, velociter colligamus. Ipſe quoque pius Pater ipſi Regi placatus arrideat, ſolium, & Regnum prædicta ſolidet, dirigat, & reformet; ac eum, dictumque Regnum ubertate fœcundet; & idem progenitorum ſuorum ſequens clara veſtigia, quolibet nubilo fugato, reluceat; & plenè

B percipiens nominis Divini fragantiam, & efficaciùs ad amorem ejus allectus ad dona cœleſtis gratiæ valeat tanquam benedictionis Filius pervenire; nec cogamur, quod faceremus invitè circa hæc alia remedia cogitare [a]. Verùm quia ſenſibus Noſtris eſt illa ſollicitudo continua, ut quantumcumque cætera Orbis Terræ negotia, quæ Nobis incumbunt ex Apoſtolicæ ſervitutis Officio, diverſimodè Noſtrum animum diſtrahant; ſpe-

C cialiter ad dictum *Regem*, ac vos, & ſtatum veſtrum mentis intima convertamus; & dum tantum Regnum, & ſic devotum Populum fluctuare conſpicimus, nequimus Nobis requiem indulgere, cum talibus fluctibus principaliter fluctuemus. Et tandem poſt cogitatus varios, & emiſſa ſuſpiria ad Deum Patrem ſpem Noſtram reducimus; & in vobis non indignè quieſcimus, quos ſentimus ſincerâ devotione fervere, ſperantes quòd

D Nobis, & vobis, Patre Patrum aſſiſtente propitio, tempora proſperitatis advenient, & augebuntur ad laudem ſui nominis dies boni. Aſſumat itaque veſtra Devotio conſtantiæ ſpiritum; & ſingulorum animis robur virtutis adjiciat, ne quibuſvis anfractibus inibi *Fides* Catholica deliteſcat, ſed vobis aſſiſtentibus dicto *Legato*, & offirmantibus de bono in melius actus veſtros, *Fides* ipſa fuga-

E tis ſciſmaticis glorioſiùs dilatetur. Super eo verò quod dicto *Legato* laudabiliter & fideliter aſtitiſtis, puritatis veſtræ conſtantiam, devotionem perfectam, quam ad Deum geritis, & perfectionem, qua *Fidem* ipſam excolitis, dignè percipimus; & illas multipliciter in Domino commendantes ſperamus, quod bonorum omnium retributor ſtudia veſtra oculo benigno reſpiciens hæc & alia, quæ

a Specialis S. A. cogitatio erga Hungarici Regni ſtatum,

cujus Prælatos, Primoreſque excitat ad Cathol. Fidem promovendam.

(a) REMEDIA COGITARE: Hucuſque Pontificis cit. epiſtola ad Regem apud cit. Raynaldum.

Digitized by Google

quæ ipſo inſpirante feceritis, vobis munificentiæ ſuæ gratia multiplicatis manipulis compenſabit.

Datum, *ut ſupra* [a].

Ut liberent Fratres Minores a gravaminibus Epiſcopi Placentini. (Ex Reges. Vatic. epiſt.20. apud Waddingum ad hunc annum num.28. Regeſti Pontif.)

CXLII. Anno 1280. die 5. Januarii. b c

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri.... [b] *Epiſcopo* Parmen. [c] *& dilectis Filiis Cremonen. & Sancti Auxiani de Trangran. Mutinen. Diœceſis Eccleſiarum Archipresbyteris Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium. Pſal.119.4. Pſal.118.104.

FRAGILITATIS humanæ malitiâ ſuccreſcente, ſagittæ potentis acutæ paſſim adverſus humiles perſonas conſpicuas meritis virtutum conſurgunt; & eas maximè, quarum vigiliæ Dominici gregis pedibus ſunt lucernæ, & lumen ſemitis ejus, inſultationibus terrent, ſedulis vulnerant multipliciter, & jacturis. Quare Miniſtros Dominicos præſertim Pontificali dignitate præditos in earum præſidium decet defenſionis excitare dexteram; & eos conſolationis ſolatiis confovere. Sed proh dolor! Venerabilis Frater Noſter *Philippus* [d] Epiſcopus Placentinus [e], ut proponitur, ab his pietatis actibus Paſtoralis officii charitatem avertens, & contemnens advertere, quòd in horto Dominico relegati a ſæculo per ſanctæ contemplationis otium, & ſpecialiter *Minorum* Ordinis profeſſores, quaſi oliva fructifera, & ſpecioſa in campis piorum fructuum exuberant ubertate, & ſtudiis virtutum intenti ſalutaris unguenti conſilio mentes plurium conſolidant, errorum ſpiculis ſauciatas; dilectis Filiis... Guardiano, & *Fratribus* Placentin. [f] ejuſdem Ordinis ſe ſuper diverſis articulis moleſtum reddit graviter, notabiliter & infeſtum. Nam ſicut dudum crebrâ inſinuatione accepimus, cum dicti Guardianus, & Fratres locum, quem in Civitate Placentinâ obtinebant, infra eamdem Civitatem, prout poterant ex Apoſtolico indulto [g], mutaſſent; Poteſtate [h], Conſilio, & Communi Placentinis id gratum habentibus, & acceptum; idem *Epiſcopus* ad injurias, & moleſtias *Fratrum* eorumdem aſpirans, præter omnium Redemptoris offenſam nota, qua indè reſpergitur, non vitata, ordinaſſe, vel conſenſiſſe dicitur, quòd per quoſdam Clericos Placentinos quædam *Crux* lignea, quam in loco prædicto dicti *Fratres* cum magnâ ſolemnitate infixerant [i], poſt quindecim dies exindè de nocte contemptibiliter fuit evulſa, & fracta, ac projecta turpiter in latrinam. Dictos quoque *Fratres*, nullâ canonicâ monitione præmiſsâ, etiam poſt comparitionem legitimam, & privilegiorum allegationem, & nihilominus appellationes interpoſitas ad cautelam, & ex abundanti, per Vibertum *Corvum* primò de facto, cum de jure non poſſent, excommunicari; per Girardum verò *Aghinonum Vicarios* ſuos poſtmodum tàm ipſos, quàm benefactores eorum, & accedentes ad locum ipſum pro Miſſis & prædicationibus audiendis, ſeu aliàs intuitu pietatis, & compaſſionis ad ipſos, diebus Dominicis, & Feſtivis pulſatis Campanis, & Candelis accenſis, *excommunicatos* faciens publicè nuntiari per annum, & amplius, continuè mandavit, ſivè mandari fecit Clericis ſuæ Diœceſis, ſub excommunicationis pœnâ, quòd nullo modo ad hoſpitium *Fratres* ipſos admitte-

Placentin. Epiſcopus pietatis expers, — Eccleſiaſt.24.19. — & Fratribus Minoritis infenſus. — Perſecutionis enarratio.

(a) Teſtatur cit. Raynaldus ex Pontif. Regeſ. Vat. a Nicolao litteras eſſe datas etiam ad Reges *Romanorum*, & *Siciliæ*, *Hungariæque* Reginam, ut Ladislaum ad reſipiſcentiam adducerent; Legatum verò ſuum juſſit non animum dimittere, ſed conſtantius ad Religionem propugnandam incumbere. Reſipiſcens Rex pœnitentiæ loco ſe aſtrinxit ſoluturum 500. marchas argenti ſingulis annis in conſtructione Hoſpitalis pro infirmis, & pauperibus, ex ejus diplomate anno ſequenti menſe Auguſto exarato apud Raynaldum ad eum ann. num.8., & Waddingus ad dictum ann.1280 n.10. tradit, ædificaſſe eum Minoritis Fratribus duo Cœnobia *Albenſe*, & *Poſonienſe*.

(b) Ven. Fratri....: *Opizoni Sanvitali* Parmenſi, qui anno 1295. ad Ravennat. Cathedram regendam translatus fuit.

(c) Parmen.: In Æmilia olim ſub Ravennat., nunc ſub Bononien. *Metropoli*.

(d) Philippus: Fulgoſius Patritius Placentinus, de quo Ughellus to.2. Ital. Sac.

(e) Placentin.: In Italia, Æmiliaque ex cit. Ughello, & ex epiſtolæ contextu.

(f) Fratribus Placentin.: Qui diu ante locum habebant in Civitate quartum *Cuſtodiæ* Parmen. in Provincia Bononiæ juxta vetus *Provinciale* Ordinis a nobis ſæpe citatum; eratque Guardianus huius loci *Fr. Philippus Boſchetti* Mutinenſis, qui anno 1287. factus eſt Epiſcopus ſuæ patriæ ex Waddingo ad ann.1278. n.36.

(g) Ex Apostolico Indulto: Quando, & a quo Pontifice conceſſum ſit nos latet.

(h) Potestate: Raynaldo de Cancelleriis Piſtorienſi ex cit. Waddingo.

(i) Infixerant: Anno 1278. die Sabbati 14. Maji ex cit. Waddingo.

Digitized by Google

mitterent, nec cum eis participarent in aliquo, ſed eos tamquam excommunicatos potius evitarent. Ex quo ſecutum eſt, quòd cum aliquando *Fratres* tamquam pauperes eſſent recepti hoſpitio, hoſpites illi, qui aliàs conſueverunt recipere *Fratres*, mandatum ipſum ad memoriam reducentes, *Fratres* ipſos impiè ſine pabulo, omnique ſubſidio expulerunt; & non parvo periculo expoſuerunt eoſdem. Mandavit etiam ſimiliter Archipresbytero, & Clericis Eccleſiæ a de *Florentiola* [a] ejuſdem Diœceſis, quòd quemdam barbitonſorem qui *Fratres* omnes a longis temporibus, ſicut & Pater ejus quondam hoſpitio tamquam pauperes recipere conſuevit; niſi omninò deſiſteret; evitarent, nec non ſalarium ſibi ſubtraherent, quòd pro ſuo ſervitio eidem dare tenebantur, & conſueverunt annuatim. Ad majorem inſuper confuſionem *Fratrum* eorumdem, ut fortiùs ab omnibus evitarentur, quibuſdam b Religioſis, & uni recluſo [b] propriâ idem Epiſcopus auctoritate commiſit, quòd ab illis, qui ad locum præfatum pro Miſſis, vel prædicationibus audiendis acceſſerant, quòd illuc pro his non accedant ulterius, juramento recepto, abſolverat ab *excommunicationis* pœnâ quàm eos propter hoc reputat incurriſſe; quòd ſi non facerent, abſolutionem hujuſmodi non haberent; graves illis pœnitentias, & diſciplinas etiam infligendo, propter quod plures a devotione dictorum *Fratrum*, & Ordinis retrahi compelluntur. Præterea præfatus Epiſcopus non niſi ſpiritu nequitiæ *Fratribus* ipſis omnes gratias, quas conceſſerat eis, ſubtraxit; & dicitur præcepiſſe, quòd nullus Parochialium Sacerdotum ad prædicandum in Eccleſiis ſuis *Fratres* recipiat ſupradictos. Qui quidem Presbyteri præcepto acquieſcentes hujuſmodi memoratos *Fratres*, & eorum prædicatores etiam in loco præfato in ſero, & meridie perturbant pulſationibus Campanarum; prout in feſto Sancti Stephani aſſeritur ſpecialiter con-

A tigiſſe, *Fratre Joannino* de Lupicinis c ejuſdem Ordinis Lectore [c] prædicante, & efficaciter Populum auctoritate inducente Apoſtolicâ ad ſuſcipiendum *Crucis* ſignaculum in ſubſidium *Terræ Sanctæ*, ita quòd occaſione hujuſmodi turbationis ferè tota Civitas commota extitit, & turbata; & non ſolum diurnis, ſed etiam nocturnis gravibus inſolentiis *Fratribus* conculcatis, eiſdem per Clericos, ſicut aſſeritur, inter alia de no- B cte multi magni lapides fuerunt intus per quamdam feneſtram, & ſupra tectum Domus loci præfati projecti in contemptum *Fratrum*, & mortis periculum eorumdem, non ſine aliorum ſcandalo plurimorum; ſicque *Fratribus* ipſis contemptis, ſuſtinet præfatus Epiſcopus, quòd poſt *Fratres* prædictos, cum pro ſuis neceſſitatibus per Civitatem diſcurrunt eamdem, per pueros, & famulos verbis contumelioſis, & indecenti- C bus proclametur. Cumque idem Guardianus, & *Fratres* diutiùs hujuſmodi preſſi gravaminibus, & injuriis laceſſiti in humilitate ſpiritus expectaſſent, quòd ipſos dictus Epiſcopus ad benevolentiam paternam reſtituens præmiſſa revocare gravamina, & ab inferendis ceſſaret omninò; tandem dicti Guardianus, & *Fratres* conſpicientes, quòd non ſolum dictus Epiſcopus, ſed etiam Præpoſitus, D & Capitulum Placentinum contra eos ſuper hoc aſſumentes duritiam Pharaonis in ipſorum conculcationem notabilem honeſtatis, injurias injuriis, & gravamina gravaminibus cumulabant, ad Apoſtolicæ Sedis providentiam recurrerunt Nobis humiliter ſupplicantes, ut cum ipſi auxilio proprii voluntariè deſtituti tolerare nequeant longa litigiorum diffugia, & anfractus, eis ſuper his faceremus apud Sedem Apoſtolicam exhi- E beri juſtitiæ complementum. Nos autem ex præmiſſorum qualitate pleniùs colligentes, quòd pietati deſeruit imbecillitati eorumdem Guardiani, & *Fratrum* ſuper hoc efficaciter conſulere; ac inſolentiis, quibus, ut præmittitur, inceſſan-

Fratres pro juſtitia ad Sedem Apoſtolicam recurrunt.

(a) De Florentiola: Oppido inter Burgum S. Domnini, & Placentiam fere medio.

(b) Uni recluso: Pro *incluſo*, ut illis temporibus, quibus plures leguntur dicti etiam *Cellani*, *incarcerati*, & *murati &c.*

(c) Lectore: Quem nunc *Regentem* dicerent: de quo ſæpe citatus Frater Salimbene Parmenſis Ordinis Minorum in ſuo Chronico Manuſcripto pag. 422. ſcribit: *anno 1282. menſe Octobri facta eſt pax inter Struſos, & Urſos, Saluſtioſque Regii in loco Fratrum Minorum opera Fr. Johannini de Lupicinis Lectore Fratrum Minorum Regii.*

ceſſanter præmuntur, efficaciùs obviare; ac propter hoc volentes ipſorum in hac parte providere quieti; & eis in ſuâ juſtitiâ favorabiliter adeſſe, in qua ſumus omnibus debitores; cauſam, quam dicti Guardianus, & *Fratres* contra præfatos Epiſcopum, & Præpoſitum, ac Capitulum, & alias quaſcumque Perſonas ſuper loco, ſeu domo, quem, & quam iidem Guardianus, & *Fratres*, & eorum Conventus conſtruunt, ſeu ædificare intendunt in Civitate Placentinâ, & omnia alia cauſam ipſam tangentia movent, Venerabili Fratri Noſtro *O.*[a] Epiſcopo Tuſculano commiſimus audiendam; coram quo Procuratoribus partium in judicio comparentibus, & libellos offerentibus, exceptiones, & replicationes contra libellos ipſos in aſſignatis ad hoc terminis fuerunt exhibitæ hinc indè. In præfato ſiquidem libello pro parte dictorum Guardiani, & Conventus oblato inter cætera continentur, quòd prædictus *Vbertus*[b] in præfatum Guardianum, ac alios de dicto Conventu, qui rebelles, & contradictores exiſterent eorum, ut dicebat, exigente contumaciâ, injuſtæ *Excommunicationis* ſententiam; ut præmittitur, promulgavit. Poſtmodum autem Nos, ut concluderemus ſub compendio, quòd cavillantium ſtudia in hac parte prætendere videbantur in longum; volentes examinare, & audire hujuſmodi excommunicationis articulum per Nos ipſos, Procuratoribus partium coram Nobis in publico Conſiſtorio conſtitutis, ſuper eâdem ſententiâ, ejuſque gravaminibus, & denunciationibus, per quas memorati Guardianus, & *Fratres*, ac eorum fautores, & nominatim Ruffinus de *Fontana*, Thomaſinus de *Parma*, Albertinus de *Arcellis*, & Bonganinus de *Tavaſca Fratres* de dicto Conventu[c]; & omnes Viri, ac Mulieres, qui ad prædicationem, & officium ipſorum *Fratrum* irent, & qui eis darent conſilium, auxilium, vel favorem, ut ædificarent in domibus, quæ fuerunt Nobilis viri *Vbertini de Andito*, vel de *Lando*[d], mandantur excommunicati publicé nuntiari; examinationem, & diſcuſſionem habuimus diligentem, quamquam ſuper præfatis libellis non eſſet ad litis conteſtationem proceſſum. Et quia ex iis, quæ coram Nobis acta fuerant, & etiam ex tenore dictæ ſententiæ apparebat ſententiam ipſam, & præmiſſas aggravationes injuſtas fuiſſe; præſertim pro eo, quòd quantum ad *Fratres* de dicto Conventu, & omnes alios, qui contradictores, & rebelles extiterant, ac alios viros, & mulieres, qui ad officium ipſorum *Fratrum* irent; ſeu eis impenderent auxilium, conſilium, & favorem, canonica monitio non præceſſerat, quæ de jure præcedere debuiſſet, nec pro parte dictorum Epiſcopi, & Præpoſiti, ac Capituli Placentini aliquid rationabile oſtenſum fuerat ad juſtificandum hujuſmodi ſententiam, & proceſſum *Vicarii* ſupradicti. Demum auditis, & plenariè intellectis, quæ præfati Procuratores ſuper eiſdem ſententiâ, aggravationibus, & denuntiationibus allegare, dicere, & proponere voluerunt; memorato Epiſcopo *Tuſculano* in eodem Conſiſtorio injunximus oraculo vivæ vocis, & voluimus, ut ſententiam, aggravationes, & denuntiationes prædictas, & quidquid ex eis, vel ob eas ſecutum eſt quoad dictum Conventum, & tàm ipſius, quàm *Fratres* ſuperiùs nominatos, qui contradictores, & rebelles extiterunt, & eorum fautores, & quoſcumque alios tangunt, & tangere poſſent; caſſaret, & revocaret, ac pronunciaret injuſta. Quoad Guardianum verò hæc relinqueret indiſcuſſa, donec ſuper his deliberatio plenior haberetur. Idem igitur Epiſcopus *Tuſculanus* auctoritate mandati Noſtri taliter ſibi facti dictis Procuratoribus in ejus præſentiâ conſtitutis, ſententiam, aggravationes & denunciationes præmiſſas; & quidquid ex eis, vel ob eas ſecutum eſt quoad eumdem Conventum, & *Fratres* eoſdem, qui contradictores, & rebelles extiterunt, & eorum fautores, & quoſcumque alios contingunt, & tangere poſſunt, exigente juſtitiâ, caſſavit, & nihilo-

quorum cauſa Epiſcopo Tuſculano committitur.

Poſtea Pontifex ad ſe cauſam avocat, & examinat.

Videtque injuſtam fuiſſe latam in Fratres, ac alios excommunicationem.

Et ideo mandavit Tuſculano Epiſcopo, ut illam revocaret, & injuſtam pronunciaret.

(a) O.: *Ordeono*, de quo Ughellus to. I. Ital. Sac.

(b) UBERTUS: *Vibertus* dicitur ſuperius Vicarius Epiſcopi.

(c) DE DICTO CONVENTU: Et ex familiis Patritiis, & illuſtribus.

(d) UBERTINI DE ANDITO, VEL DE LANDO: Quæ adhuc nobilitate floret, ipſe vero apud Gregorium X. male audiebatur uti pacis perturbator, ut eſt apud Raynaldum ad ann. 1272. n. 41.

Digitized by Google

hilominus pronunciavit fore injuſta; tamen *excommunicationis* ſententiam, aggravationes, & denunciationes eaſdem quoad dictum Guardianum indiſcuſſas reliquit; donec ſuper eis, ut præmittitur, deliberatio plenior haberetur; ſicut in Inſtrumento publico indè confecto pleniùs dicitur contineri. Cæterum, quia ſicut aſſeritur; dictus *Epiſcopus* Placentinus, Pontificalis modeſtiæ ruptis habenis, non contentus præmiſſorum illatione gravaminum contra eoſdem Guardianum, & *Fratres* frenis diriùs perſecutionis laxatis; nec non præfatus Vicarius de mandato ſuo coram eodem Epiſcopo *Tuſculano*, causâ ſic pendente hujuſmodi, contra eos non expavit renovare gravamina; multiplicare injurias; & multiplices jacturas inferre. Nos veriſimiliter autumantes, quòd præſumptorum hujuſmodi in dictos Guardianum, & *Fratres* tamdiù continuata temeritas, *Placentinum* Epiſcopum non latuit memoratum; ſed ſequitur ex hoc probabiliter iis potiùs conſenſiſſe; ac propter hoc conſiderantes, quòd eodem Epiſcopo *Placentino* apud Sedem conſtituto præfatam, nube cunctationis ceſſante, ſuper his pleniùs, & faciliùs innoteſcet claritas veritatis; quodque dicti Epiſcopi honeſtati accreſcit, ſi compendioſo proceſſu hujuſmodi negotium ſopiatur; Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, aut duo, vel unus veſtrum per vos, vel per alium, ſeu alios præfatos Epiſcopum *Placentinum*, & Vicarium ex parte Noſtrâ peremptoriè citare curetis, ut infra duos menſes poſt citationem hujuſmodi cum omnibus actis & juribus, & munimentis ſuis cauſam hujuſmodi contingentibus perſonaliter compareant coram Nobis. *Epiſcopus* ſuper præmiſſis omnibus, *Vicarius* verò ſuper latâ per ipſum dictâ *excommunicationis*

Epiſcopus, ejuſque Vicarius jubentur citari ad comparendum,

ſententiâ facturi, & recepturi, quod Ordo dictaverit rationis. Et nihilominus eumdem dicti *Tuſculani* Epiſcopi proceſſum publicantes in locis, quibus expedire videritis, tàm Epiſcopo *Placentino*, quàm Præpoſito, & Capitulo ſupradictis ex parte Noſtrâ inhibere curetis; ne præfatâ causâ coram memorato Epiſcopo Tuſculano pendente, contra præfatum Guardianum, & *Fratres* aut eorum aliquem, vel quoſcumque alios viros, ſeu mulieres occaſione dictæ ſententiæ *excommunicationis*, excommunicatos nuntient, vel faciant nuntiari. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo. Non obſtante ſi aliquibus &c. Diem verò citationis &c.

& inhiberi a moleſtiis.

Derogando obſtantibus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Nonis Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Jubet, ut Epiſcopo Tropeen. *invaſori diem dicant ad ſiſtendum ſe Sedi Apoſtol.* (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epiſt. 6. anni 3., teſte etiam PETRO DE ALVA in Indic. Bullarii Seraph.)

CXLIII.

Anno 1280. die 13. Januarii.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis ... *Decano Eccleſiæ* Neucaſtren.[a], *&* ... *Guardiano Ordinis Fratrum Minorum* de Monte Leone[b] *Militen. Diœceſis*[c] *Sal.*, *& Apoſtol. Benedict.*

NUPER dilecto Filio Johanne Agroſſillo Canonico Eccleſiæ *Tropen.*[d] Nobis inſinuante accepimus, quòd bonæ memoriæ R.[e] Epiſcopus Albanen. tunc in illis partibus Apoſtolicæ Sedis Legatus, comperto legitimè, quòd Venerabilis Frater Noſter *J.*[f] *Tropen.* tunc *Caſſanen.*[g] Epiſcopus cæcâ cupiditate ſeductus Ovile dominicum per feneſtram

Epiſcopus Tropeen. ad S. A. delatus

(a) NEUCASTREN.: Al. Neocaſtren. vulgo *Nicaſtro* Epiſc. ſub Archiepiſcopo Rheginen. in Calabria 6. mill. paſ. ab ora maris Tyrrheni diſtantis fere inter Coſentiam & Catacium mediæ.

(b) MONTE LEONE: Oppido Calabriæ ulterioris, ubi Fratres noſtri ab exordio Ordinis locum obtinent incertæ quidem fundationis, ſed qui erat 4. al. 6. *Cuſtodia* Rhegii in Provincia non *S. Nicolai*, ut ait Waddingus ad hunc ann. n.9., ſed *Calabriæ* ex veteri ſæpe cit. *Provinciali* Ordinis noſtri.

(c) MILITEN. DIŒCESIS: Vulgo *Mileto* 5. mill. a Monte Leone, & 7. ab ora maris Tyrrheni Epiſc. a quovis Metropolitano exemptæ.

(d) TROPEN.: Vulgo *Tropea* Epiſc. ſub Archiepiſcopo Rhegino in ora maris Tyrrheni 12. mill. ab Hipone diſtantis.

(e) R.: *Rodulphus* Gallus ſub Clemente IV. in Regno Siciliæ Apoſtolica legatione functus, & anno 1270. ex hac vita ſublatus.

(f) J.: *Joannes*, de quo legendus Ughellus to. 1. Ital. Sac., quem dicit *Fortebrachium Romanum* ex Canonico S. Mariæ Tranſtyberim, Subdiacono & Capellano Innocentii IV. anno 1252. promotum, ſed errat, cum ait per obitum ejus fuiſſe promotum *Fr. Marcum*.

(g) CASSANEN.: In Calabria, uti dictum eſt ad epiſt. 127. Clementis IV. *Licet noſtris &c.* (f)

Digitized by Google

ut intruſus in Caſſanen. Eccleſiam,

quaſi fur intrare aſpirans ad Eccleſiam *Caſſanen*. tunc Paſtoris ſolatio deſtitutam ſe procurarat, Miniſtro brachio potentiæ Sæcularis, aſſumi, quòdque idem conſtitutus infra retiaculum vitiorum honeſtatis pudorem pollutis actibus horribiliter maculabat; ipſum ab eâdem Eccleſiâ Caſſanen., juſtitiâ exigente, amovit[a]. Verùm licèt idem *Tropen*. Epiſcopus ex hoc ineligibilis cenſeatur, nihilominus tamen ipſe in Eccleſiam Tropenſem, oculo ambitioſæ intentionis directo, quaſi area ſitiens imbrem, in ambitionem conſurgens bonæ memoriæ Tropen. Epiſcopum[b] miſerabiliter veneno extingui, & tandem ſimili brachio, & pecuniæ intercedente favore, eligi ſe in *Tropen*. Epiſcopum procuravit patiens intolerabilem in litteraturâ defectum.

& Tropeen. Sedis invaſor,

cujus alia crimina exponuntur.

Idem quoque Epiſcopus pudore ruptis habenis vacare impudicitiis non erubeſcens, carnis ſuis munditie inquinatâ, proh pudor! petulantiæ fœditate in quamdam mulierem injectis oculis impudicis, ipſam impudicam tanquam ſponſam ornatam Viro ſuo in proprium domicilium introduxit; ſicque idem illius fædis illectus amplexibus, ſub ſecretis ſilentiis non ſolum cum eâ, immò ehu in Matre, & Filiâ, pluribuſque proſtitutis mulieribus luxu fœditatis pudicitiæ non expavit inquinare nitorem, prout ſuſcepta ex eis proles id indicat manifeſtè; ac idem Tropen. Epiſcopus in reprobum ſenſum datus eidem mulieri veluti affectu conjugali aſtrictus, infulas, annulos, & nonnulla alia ornamenta Pontificalia, & bona ad prædictam Tropen. Eccleſiam ſpectantia non eſt veritus ſub ejuſdem clavium ponere poteſtate; quinimmo præmiſſus Epiſcopus in bonis dictæ *Tropen*. Eccleſiæ, quantum in eo fuit, conſtituere ſatagens prolem prædictam hæredem nonnulla de dictis bonis locationis titulo, aliqua verò in dotem proli conceſſit eidem.

De impudicitia & concubinatu,

ac ornamentis Pontificalibus cuſtodiæ concubinæ commiſſis,

Eccleſiæque bonis in dotem ſuæ proli conceſſis,

Ad hæc præfatus Epiſcopus in ſanguinoxium delinquere non formidans hoſtis antiqui ſpiritu agitatus abortire quamplures humanos conceptus; & tradi ſuſpendiis nonnullos homines procuravit: Ad ſuæ quoque damnationis cumulum nominatus Epiſcopus advertere negligens, quod uſuras utriuſque Teſtamenti pagina deteſtatur, illas præſumit damnabiliter exercere in ſuæ ſalutis interitum, & etiam pernicioſum exemplum. Hic etiam, ſanæ mentis contempto conſilio, a ... Vicario tunc bonæ memoriæ J.[c] Archiepiſcopi *Reginen*. Metropolitani ſui *Interdicti* ligatus ſententiâ, quæ nulla legitima extitit revocatione ſuſpenſa, factus contemptor Clavium Eccleſiæ manifeſtus non veretur ſe Divinis Officiis temerè immiſcere[d]. Præterea cum violenti manuum injectores in perſonas Eccleſiaſticas ſint pro abſolutionis obtinendo beneficio ad Sedem Apoſtolicam remittendi[e]; ſæpefatus Epiſcopus ſupra ſe ipſum notabiliter elevatus illos non ſine injuriâ ejuſdem Sedis a ſententiâ ſuper hoc a Canone latâ, quam incurrerunt, abſolvere propriâ temeritate pecuniâ corruptus præſumit. Cæterum idem Epiſcopus ſub laqueo avaritiæ conſtitutus Laicos indiferenter, & idiotas aſcribere Militiæ Clericali, miniſtrâ pecuniâ non expavens; quamquam ad Concilium Lugdunenſe proximo præterito tempore celebratum[f] vocatus nullatenus acceſſiſſet, nihilominus tamen ultra *quadraginta uncias auri* a Clericis ſubditis ſuis prætextu ipſius Concilii exigere, & extorquere præſumpſit. Quid plura! Præfatus Epiſcopus perjurii crimine multipliciter irretitus *decimam* de redditibus ſuis debitam ſubſidio *Terræ Sanctæ* adeo defalcavit[g], quòd de ſummâ centum & quadraginta unciarum auri quàm redditus ipſi attingunt, octo dumtaxat uncias pro *decima* ſolvit Collectori inibi deputato; ac nonnulla alia committit enormia, quæ Deum offendunt, & homines ſcandalizant; & limam ſupradictæ Sedis expoſcunt. Nos itaque, qui ex ſuſcepti cura regiminis

de abortibus, & necibus,

atque uſuris.

Interdictus a divinis officiis non abſtinet,

& a caſibus S. A. reſervatis abſolvit,

ſimoniæ vitio laborat quoſcunque idiotas ordinans,

pecuniam a Clero extorquet, ſurripitque;

Decimam pro Terra Sancta ſubtrahit, majoremque partem ſibi uſurpat.

Pontifex injungit ut ſupra

(a) Amovit: Ante ann.1268. ex cit. epiſt. Clementis IV. anno 1268. die 14. Januarii data, qua liquet *Fr. Marcum* jam Caſſanenſi Eccleſiæ datum fuiſſe in Paſtorem.

(b) B. m. Tropen. Episcopum: *Joannem* jam ante ann.1267. ex epiſt. Clementis IV. eo anno data apud Ughellum tom.9. Ital. Sac. n.12.

(c) J.: *Jacobi* anno ſuperiore defuncti, de quo Ughellus to.9. Ital. Sac.

(d) Immiscere: Ex quo contrahitur *Irregularitas* juxta c. *Si quis Epiſcopatus* 11. q.3., c. *Is qui*, & c. *Illorum* tit. de ſent. excom. in 6.

(e) Remittendi: Ex c. *Si quis ſuadente* 17. q.4. *nullus Epiſcoporum præſumat eum abſolvere*.

(f) Concilium Lugdunense ... celebratum: Videlicet anno 1274.

(g) Defalcavit: Nempe ſubtraxit, partemque e toto detraxit.

Digitized by Google

nis nefandis actibus ſubditorum tenemur occurrere remediis opportunis; ex iis vehementiùs ſtupeſcentes, ac propter hoc certiorari inveſtigatiori ſtudio cupientes, an hæc veritati deſerviant, quæ clamoſa inſinuatio aſſeverat; ne dicti *Epiſcopi* ſanguis de Noſtris manibus requiratur, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum, ipſum Epiſcopum ex parte Noſtrâ peremptoriè citare curetis, ut infra quinquaginta dierum ſpatium poſt citationem veſtram perſonaliter compareat coram Nobis, prout præmiſſorum qualitas exegerit, recepturus. Diem verò citationis, & formam, & quicquid inde feceritis, Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes fideliter intimare curetis. Non obſtante Indulgentiâ, qua tibi, Fili Guardiane, vel Ordini tuo dicitur &c. [a]

cum obſtan. derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Idibus Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio [b].

Expoſitis ſuis pro concordia actibus, hortatur, ut cum Siciliæ Rege *firmam pacem ineat, & ſui Nuncii monitis, conſiliiſque acquieſcat.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt.7. tom.2. anni 3., ut & apud Raynaldum ad hunc annum num. 1.)

CXLIV.

Anno 1280. die 23. Januarii.

NICOLAUS &c.

Cariſſimo in Chriſto Filio Rodulpho Regi Romanorum *Illuſtri Sal.*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

Pontifex finem tractatus inter R. & C. Reges expectans

PRidem, dum eorum, quæ inter Te, & Cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum C. [c] *Siciliæ Regem* Illuſtrem per Nos tractata ſunt hactenus [d], audire finem proſperum plenis deſideriis ſperabamus; ex parte tuâ litteras, & tam tuos, quàm aliquos redeuntes ex iis, qui ad te pro parte dicti Regis acceſſerant, Nuntios, tuam & Regis ejuſdem in eis contemplando perſonas affabilitate paternâ recepimus; & benignè ſatis audivimus, quæ ipſæ continebant litteræ; & dicti Nuntii in Noſtrâ præſentiâ retulerunt. Et licèt fuiſſet Nobis acceptiùs, quòd optatus effectus Noſtris conceptibus adveniſſet; nec fuiſſet eâ occaſione, quam percepimus, ſic gratum Nobis negotium retardatum; cum talis occaſio ſatis videretur ſine aliâ requiſitione Noſtrâ potuiſſe ſubduci; ſalvo diſpenſationis articulo [e], ſuper quo debuerat hactenus provideri; nec ipſius proviſio in tempora iſta differri; tamen ad tractatus hujuſmodi Noſtra ſtudia convertentes; & volentes providere ſollicitè, ne tot ſollicitudinibus, & laboribus in præmiſſis adhibitis concurſus tractantium eorumdem labores alterius conculcaret; quia propter emergentia undique negotia, quæ gerenda humeris Noſtris incumbunt, vacare commodè præſentialiter circa præmiſſa nequivimus; dilecto Filio Noſtro *M.* [f] Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali commiſimus, ut ipſe, advocato ſecum dilecto Filio Magiſtro *Benedicto* de Anagnia [g] Notario noſtro, qui hujuſmodi negotii notitiam habere dignoſcitur, tam ipſe Cardinalis, quam dictus Notarius, quid hujuſmodi negotium ex eminenti ſui qualitate requireret, attentè circumſpectionis ſtudio providerent. Ipſis itaque tractatibus per eoſdem Cardinalem & Notarium cum multâ deliberatione diſcuſſis, iidem Cardinalis, & Notarius ſuper iis, quæ per te & Regem eumdem facienda tractatus ipſi requirunt; & ſpecialiter per te, tam erga Eccleſias, quàm Regem eumdem, & Cariſſimam in Chriſto Filiam Noſtram *Margaritam* Reginam Francorum [h] illuſtrem notas cum temperatione moderaminum petitorum ex parte tuâ, de tui, & dicti Regis Nuntiorum aſſenſu, licèt ad id

litteras & Nuncios ſe accepiſſe ſcribit

reique expeditionem duobus committit,

qui notas temperantes de utriuſque partis aſſenſu ediderunt,

(a) Dicitur &c. Ut alias in 38. *Bulla* hujus Pontificis ſupra relata.

(b) Hujus Epiſcopi nulla apud Ughellum extat memoria præter eam, quam n.13. ex Waddingo in Annal. Min. ad annum 1296. refert num.19. ſi tamen idem eſt.

(c) C.: *Carolum I.* Andegavenſem.

(d) Tractata sunt hactenus: Nempe de *matrimonio* inter filiam Regis Roman., & Nepotem Regis Siciliæ; de *Hetruria* a Carolo cedenda Rodulpho, & de *Provincia*, *Forkalqueriique* Comitatibus a Rodulpho jure fiduciario Carolo, ejuſque poſteris tradendis.

(e) Dispensationis articulo: Ob affinitatem inter utramque partem.

(f) M.: *Matthæum* Rubeum Urſinum Ordinis noſtri Protectorem.

(g) Benedicto de Anagnia: Poſtea S. R. E. Card., ac tandem Summo Pontifici *Bonifacio VIII.*

(h) Margaritam Reginam Francorum: Viduam S. Ludovici Regis, & filiam Berengarii Provinciæ, & Forkalquerii Comitis, cui, ejuſque filio *Philippo* Regi tractatus iſte admodum ingratus fuit, cum *Provincia* obtinendæ ſpe deturbari conſpicerent: Pontifex tamen eos litteris mulcere ſtuduit.

Digitized by Google

id mandatum iidem Nuntii non haberent, fieri, ſeu formari feciſſe dicuntur; in Regia Privilegia redigendas formam & modum, prout negotii qualitas exigit; quibus ſit ad conſummationem negotii procedendum; prout eiſdem Cardinali, & Notario, ac tuo, & prædicti Regis Nuntiis fuit viſum expediens, explicantes; & hujuſmodi notæ cum expreſſione formæ, ac modi prædictorum, ſicut audivimus, ſub ſigillo eorumdem Cardinalis, & Notarii Venerabili Fratri Noſtro *P.* [a] *Epiſcopo Tripolitano* mittuntur, ut tam Epiſcopus ipſe, quàm tu per eumdem Epiſcopum præmiſſorum notitiam obtinentes, ad perfectionem tam utilis, tam optati negotii, prout tuæ, ac prædicti Regis quieti, ac utriuſque bono ſtatui congruit, abſque ulterioris moræ diſpendio procedatis. Serenitatem itaque Regiam rogamus, & hortamur attentè, quatenus ejuſdem *Epiſcopi* [b] ſalutaribus circa præmiſſa ſuaſionibus, & conſiliis Regali manſuetudine acquieſcens; & mentem Noſtram, ac ejuſdem Regis affectum, nec minus effectum ex tanti, & talis negotii conſummatione, Deo propitio, ſecuturum inſpiciens, ſic præmiſſa, quæ ut accepimus, quieti tuæ utilia dinoſcuntur, præcordiis tuæ Serenitatis adſcribas; ſic omnia, & ſingula obſerves, & quietè, ac promptè perficias, quòd eis felici conſummatione completis, de ſollicitudinibus & laboribus Noſtris in prædictis adhibitis optata gaudia fine debito ſollicitudinibus ipſis impoſito colligamus; & tu, ac dictus Rex, & dilectus Filius Nobilis Vir C. [c] Princeps *Salernitanus* [d] Primogenitus ejus, Regnaque, ac Terræ veſtra ſerenis ſucceſſibus ad laudem Divini Nominis juxta Noſtra deſideria concurratis.

itaque conſummationem explicarunt,

Epiſcopo Tripolitano pro negotii perfectione miſſas.

Rogat itaque Regem, & hortatur ad ſuperius notata.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum x. Kalendas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio [e].

Præcipit, ut Monachi Clunìacenſes permittant Fratribus Minoribus Cœnobium ædificare in Villa Cariloci. (Ex REGES. VATIC. epiſt. 50. apud WADDINGUM num. 29. Regeſti Pontif.)

NICOLAUS &c. CXLV.

Anno 1280. die 13. Februarii.

Ad perpetuam rei memoriam.

OLIM ex relatione dilectorum Filiorum... Miniſtri, & Fratrum Ordinis Minorum in *Burgundia* [f] accepimus admirantes, quòd dudum Miniſtro dicti Ordinis in eâdem Burgundiâ ſignificante fel.record. ALEXANDRO PAPÆ [g] prædeceſſori Noſtro, quod in Villa de *Caroloco* [h] Matiſconen. Diœceſis [i], conſideratis quæ ſalutem animarum reſpiciunt, domus Ordinis Fratrum ipſorum foret plurimum opportuna; dictus prædeceſſor eidem *Miniſtro* per ſuas duxit litteras [k] concedendum, ut ſi devotione Fidelium, ſive alio modo locus ad hoc utilis concederetur eidem, illum recipere ad conſtruendum ibidem domum ipſam; & habendum Oratorium, & Cœmeterium in eodem, juxta Indulta eidem Ordini ab Apoſtolicâ Sede conceſſa valeret; non obſtante, quòd Prior Prioratus dictæ Villæ *Cluniacen.* Ordinis temporalem juriſdictionem in eâ; & in Parochiis Eccleſiarum ipſius Villæ vim obtinet Patronatus; quòd dicto Cluniacen. Ordini ab eâdem Sede dicitur eſſe conceſſum, ut nullis omninò Religioſis infra terminos Parochiarum Cluniacen. Monaſterii Eccleſiam, & Cappellam conſtruere, vel Cœmeterium habere liceat abſque Abbatis, & Conventus ejuſdem Monaſterii Cluniacen. beneplacito, & mandato; ſeu qualibet indulgentiâ quibuſcumque conceſsâ, per quam hujuſmodi gratia impediri poſſet, vel etiam retardari, & de quâ plenam, & expreſſam fieri oporteret in eiſdem mentionem;

Miniſter Prov. Burgundiæ ſignificat Alexandro PP. neceſſarium eſſe Fratrum Min. locum apud Carumlocum.

Pontifex indulget ut recipiatur

obſtantibus derogando,

(a) P.: *Paulo*, quem ad Rodulphum Regem Romanorum legatum pro his tractatibus conſummandis vidimus in ep. 119. hujus Nicolai, & de eo ſup pag. 394.
(b) EIUSDEM EPISCOPI: Nempe Tripolitani.
(c) C. *Carolus* cognomento *Claudus* Pater *S. Ludovici Epiſcopi* O. M., dictus etiam *Carolus II.* nempe Siciliæ Rex, & pater Caroli cognomento *Martelli*, cui deſponſata fuit filia Rodulphi ſupradicti.
(d) PRINCEPS SALERNITANUS: Titulus & dignitas Primogenitis Regum Siciliæ attributa.
(e) Aſſentiſſe Rodulphum monitis Pontificiis, eumque inter & Carolum initam fuiſſe optatam concordiam teſtantur utriuſque diplomata a Raynaldo ad hunc annum num. 2. & 3. vulgata.
(f) IN BURGUNDIA: Ubi erat locus controverſiæ, nunc *S. Bonaventura* dicta.
(g) ALEXANDRO PAPÆ: Hujus nominis IV.
(h) DE CAROLOCO: De quo dictum eſt ad ep. 142. Clementis IV. *Orta dudum &c.* anno 1267. die 12. Dec.
(i) MATISCONEN. DIŒCESIS: Vulgo *Maſcon* ſub Archiepiſcopo Lugdunen.
(k) LITTERAS: Hactenus deſideratas.

Digitized by Google

& conſervatorem concedendo. a

nem; eis ſuper hoc bonæ memoriæ *Dien. Epiſcopo* [a] Conſervatore conceſſo. Cumque Guardianus, & Fratres prædictæ Villæ de ipſius Miniſtri mandato in domibus ibi, juxta hujuſmodi conceſſionem dicti prædeceſſoris obtentis, Oratorium & Officinas alias ordinaſſent eorum uſibus opportunas; dictus *Epiſcopus* in Priorem, & nonnullos Monachos præfati Prioratus pro eo, quòd ſuper hoc ſe manifeſtè, ac temerè opponentes eoſdem Guardianum, & Fratres Oratorium, & Officinas ipſa conſtruere minimè permittebant; & diligenter moniti ab oppoſitione hujuſmodi deſiſtere non curabant; *excommunicationis* ſententiam, exigente juſtitiâ, promulgavit; & eorum contumaciâ excreſcente, fecit ipſos per diverſas Civitates, & Diœceſes excommunicatos diebus Dominicis, & Feſtivis, pulſatis Campanis, & candelis accenſis ſolemniter nunciari. Poſtmodum autem illis in ſuâ pertinaciâ permanentibus animo indurato, quondam *Abbati* prædicti Monaſterii ad prædicti prædeceſſoris præſentiam interim accedenti, prædictus prædeceſſor oraculo vivæ vocis injunxit, ut Guardianum, & Fratres prædictos habens pro ſuâ, & Apoſtolicæ Sedis reverentia propenſiùs commendatos, Monachos dicti Prioratus injuriatores eorum exindè amovere ſtuderet; ita quòd ipſi Guardianus, & Fratres in eodem loco Eccleſiam, & domos ejus neceſſarias conſtruere poſſent; & ibi ſub obſervantiâ mandatorum Domini delectari. Et licèt Abbas ipſe id prædicto prædeceſſori promiſerit ſe facturum; tamen ipſe mandati dicti prædeceſſoris, & promiſſionis ſuæ immemor, hoc facere non curavit: propter quod dictus prædeceſſor ei per ſuas litteras [b] in virtute obedientiæ, & ſub pœnâ excommunicationis dedit diſtrictiùs in præceptis, ut prædictos Priorem, Monachos, & Converſos dicti Prioratus, & quoslibet alios ſuæ juriſdictioni ſubjectos, quòd ab eorumdem Guardiani, & Fratrum omnimoda moleſtatione deſiſterent, compellere procuraret, præ-

Fratres ibi conſtrui cœperunt,

& conſervator cenſura Eccleſ. agit in opponentes.

Pontifex jubet Monachos injurioſos amoveri, Fratres vero ædificare.

b

Negligenti Abbati minatur excommunicationem.

A fato *Epiſcopo* per alias Noſtras litteras [c] injuncto, ut ſi Abbas ipſe mandatum dicti prædeceſſoris in hac parte adimplere negligeret, ipſe in eum *excommunicationis* ſententiam proferens ipſum uſque ad ſatisfactionem condignam excommunicatum ubi, & quando expedire videret, ſolemniter nunciaret; & ab omnibus faceret arctiùs evitari. Unde dictus *Epiſcopus* in eumdem Abbatem, pro eo quòd ipſe hujuſmodi litteras dicti præ- B deceſſoris directis ſibi receptis præceptum ipſius prædeceſſoris expreſſum in illis, & in ipſius Epiſcopi monita damnabiliter vilipendens prædictos Priorem, & Monachos, & Converſos, & alios ab hujuſmodi eorumdem Gauardiani, & Fratrum moleſtatione compeſcere non curavit; *excommunicationis* ſententiam duxit, exigente juſtitiâ, promulgandam; ipſumque fecit excommunicatum publicè nuntiari: & quia præfati Abbas, Prior, C & Monachi ſententias hujuſmodi damnabiliter contemnentes, & Divina celebrantes, quin potiùs, quantum in eis erat, prophanantes officia ſic ligati circa præmiſſa dicti prædeceſſoris diſpoſitionibus non parebant; idem prædeceſſor cœptum erga præfatos *Fratres* pietatis opus volens effectu proſequente complere; primarium lapidem ad opus Eccleſiæ ſupradictæ benedixit de gratiâ ſpeciali, dando bonæ memoriæ *Matiſ-* D *conen.* Epiſcopo [d] per ſuas in virtute obedientiæ diſtrictè litteras in præceptis, ut perſonaliter ad locum ipſum accedens eumdem lapidem honorificè, ut decceret, inibi poneret; ac circa ipſam Eccleſiam Cœmeterium benedicere procuraret; non obſtante contradictione prædictorum Prioris, & Monachorum; vel ſi eis, aut perſonis prædicti *Cluniacen.* Ordinis foret, ut prædictum eſt, a Sede ipsâ conceſſum, ut aliquis intra fines E Parochiarum ſuarum abſque ipſorum conſenſu Eccleſiam, Oratorium, vel Cappellam conſtruere non auderet: Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo. Cumque idem Epiſcopus *Matiſconen.* tam-

c

quam Conſervator vibravit, & publicavit.

Primarium lapidem Pontifex benedicit ab Epiſcopo Matiſconen. ponendum.

d

Obſtanti derogando.

(a) DIEN. EPISCOPO: In Delphinatu ſub Viennen. Archiepiſcopo; cui Epiſcopatui anno 1275. unitus fuerat *Valentinus* a Gregorio X., eique datus Epiſcopus *Amadeus* ex diplomate apud Raynaldum ad eum annum num. 35.

(b) PER SUAS LITTERAS: Quæ etiam non habentur.

(c) NOVAS LITTERAS: Iſtæ quoque deſunt.

(d) MATISCONEN. EPISCOPO: Ad quem litteræ Pontif. non extant.

Digitized by Google

NICOLAUS Pp. III. An.Ch. 1279.

tamquam obedientiæ Filius perſonaliter ad dictum locum accedens mandatum exequi diſpoſuiſſet injunctum, ex hoc ex more Pontificalibus jam indutus; nonnulli Monachi dicti Prioratus, & alii in eum, præſente dicto Priore, effreni audaciâ irruerunt, & librum ejus de manu cujuſdam Cappellani violenter eripere, Cruces infringere, Salem, & Aquam, ut benediceretur, paratum irreverenter ſpargere præſumentes, ac Mitram de Capite ſuo auſu temerario molientes auferre ipſum cum multâ ignominiâ, infecto negotio, redire ad propria coegerunt. Corpus etiam cujuſdam *Fratris* dicti Ordinis Minorum, quem ibi mori contigit, in Cœmeterio Eccleſiæ dictæ Villæ prohibuerunt per conceptam malitiam ſepeliri. Propter quòd dicti Guardianus, & Fratres coacti ſunt Corpus ipſum ad Cœmeterium alterius Villæ deferre, & illud inibi ſepelire. Ac his non contenti ad locum ſupradictum dictorum *Fratrum* ex inſperato cum quibuſdam aliis iniquitatis Filiis accedentes, prædictos Guardianum, & Fratres ab eodem loco violenter ejicere præſumpſerunt; & in Guardianum ipſum injectis uſque ad effuſionem ſanguinis manibus, Dei timore poſtpoſito, temerè violentis, & aliàs eo, & dictis Fratribus ignominioſè tractatis. Poſtmodum quoque vaſis, & omni pannoſa ſupellectili eorumdem Guardiani, & *Fratrum* per violentiam aſportatis, hujuſmodi eorum Oratorium, & Officinas funditus diruerunt. Sanè prædictus prædeceſſor conſiderans, quòd erant hæ culpæ, in quibus culpa eſſet diſciplinæ non exercere rigorem; prædictis *Epiſcopis* in virtute obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis dedit per alias ſuas litteras [a] diſtrictiùs in præceptis, ut ipſi, vel alter ipſorum ad ſupradictum locum perſonaliter accedentes, ſi per evidentiam facti, vel per inquiſitionem, quam de plano, & abſque judicii ſtrepitu ſuper his dictus prædeceſſor fieri voluit, de hujuſmodi ejectione, ſpoliatione, & Oratorii, ac Officinarum diruptione conſtaret; ſæpedictos Priorem, & Monachos ex parte ſuâ efficaciter monerent, & attentiùs inducere procurarent, ut infra quindecim dies poſt monitionem hujuſmodi prædictos Guardianum, & Fratres in eodem loco cum honore reſumerent; & reſtituerent eis omnia ſic ſubtracta, & prædictum Corpus facientes cum honorificentiâ debitâ ad denegatum ei Cœmeterium reportari; non ſolum de reædificandis ædificiis per eos deſtructis, ſed etiam de aliis opportunis habitationibus ipſorum Guardiani, & Fratrum conſtruendis ibidem in ſatisfactionem exceſſuum prædictorum, & de ipſis Guardiano, & Fratribus, vel eorum Benefactoribus de cætero occaſione hujuſmodi minimè moleſtandis tàm juratoriam, quàm aliam, prout expedire viderent, cautionem exhibere ſtuderent. Alioquin ex tunc dictos Priorem, & omnes ex dictis Monachis adminiſtrationem habentes, ab adminiſtratione ſpiritualium & temporalium, appellatione poſtpoſitâ, ſuſpenderent; & ſi in hujuſmodi ſuſpenſione per quindecim dies manerent, eos exemptionis, & aliis privilegiis & indulgentiis eorum Monaſterio ſpiritualiter, & dicto *Cluniacen.* Ordini generaliter ab Apoſtolicâ Sede conceſſis, quibus per tantum contemptum indignos ſe redderent, perpetuò privare curarent: & ſi nec ſic dicti prædeceſſoris monitioni parerent, & per alios quindecim dies in ſuâ pertinaciâ perdurantes, dictos Priorem a Prioratu, & alios ab adminiſtrationibus ſuis abſque ſpe reſtitutionis, auctoritate Apoſtolicâ, amoverent, ipſum Priorem, ac prædictos Monachos nihilominus per omnes Civitates, & loca Regni Franciæ, in quibus expedire viderent, publicè pulſatis Campanis, & Candelis accenſis, ſingulis diebus Dominicis, & Feſtivis excommunicatos uſque ad ſatiſfactionem condignam publicè nunciando; nec non citando eoſdem Priorem, & adminiſtrationem habentes, ut infra duos menſes poſt citationem hujuſmodi coram eodem prædeceſſore ſic privati, & amoti perſonaliter comparerent pro meritis recepturi. Et poſtmodum idem prædeceſſor attendens quòd Prioratus prædictus, & degentes in eo perſonæ in plenâ dicti Abbatis diſpoſitione

Monachi in Epiſcopum Pontificalibus indutum invehunt, & male tractant.

& alia facinora perpetrant.

Sub aliis pœnis reſtitutio in integrum Fratribus facienda præcipitur.

(a) PER ALIAS SUAS LITTERAS: Nec iſtæ adhuc apparuerunt ſub occulis noſtris.

Digitized by Google

ne manebant; ac ideo prædictorum Prioris, & Monachorum exceſſus præmiſſi, quos idem Abbas videbatur diſſimulando fovere, ſibi ad culpam debeant meritò imputari; ac proceſſum, & ſententiam ſupradictos contra ipſum Abbatem per ipſum *Dien. Epiſcopum* habitos approbans bonæ memoriæ *H.*[a] Oſtien. Epiſcopo tunc Archiepiſcopo Ebredunen. & dilecto Filio Nobili Viro Philippo *Comiti Sabaudiæ* tunc Lugdunen. *Electo*[b] in virtute obedientiæ, & ſub pœnis ſupradictis, per ſuas diſtrictè dedit litteras[c] in præceptis, ut ipſi vel eorum alter, per ſe vel per alium, ſeu alios, dictum Abbatem ex parte prædicti prædeceſſoris monere, ac inducere procurarent, ut infra terminum, quem ei ad hoc ducerent præfigendum, præfatos Monachos injuriatores *Fratrum* ipſorum ab eodem amovens Prioratu eoſdem Guardianum, & *Fratres* in dicto loco faceret cum honore reſumi, & reſtitui eis omnia ſic ſublata. Corpus quoque prædictum ad denegatum ei præfatum Cœmeterium reportari, & illud inibi ſepeliri; necnon cautionem exhiberi præfatam; prout ſuperiùs eſt expreſſum. Alioquin ipſum ex parte prædicti prædeceſſoris citari ſtuderent, ut infra duos menſes poſt citationem hujuſmodi coram eo perſonaliter compareret ejus ſuper his beneplacitis pariturus, eumdem nihilominus Abbatem ſingulis diebus Dominicis, & Feſtivis, pulſatis Campanis, & candelis accenſis in locis, in quibus expedire viderent, facientes excommunicatum publicè nunciari, & ab omnibus arctiùs evitari. Demùm autem dictis Abbate, & Conventu Cluniacen. ſuggerentibus piæ memoriæ Urbano Papæ[d] prædeceſſori Noſtro, quòd poſt conceſſionem hujuſmodi prædicto *Miniſtro* factam, quidam Fratres Minores accedentes ad prædictam Villam *Cariloci* in quodam fundo, qui ab eodem Prioratu tenebatur in Feudum[e], & quem Fratres ipſi a Feudatario, qui eum tenebat a prædicto Prioratu, præfatis Priore, & Conventu ipſius Prioratus irrequiſitis omninò, de facto acquiſiverant, Eccleſiam, & officinas eis neceſſarias, conſtruere nitebantur. Quòdque Prior, & Conventus prædicti attendentes, quòd fundus ipſe ad Prioratum pertinebat eumdem; & quòd eis, qui de oblationibus, & mortuariis pro magnâ parte vivunt, ut dicebant, poterat grave præjudicium generari, ſi prædicti *Fratres* Eccleſiam, & officinas in fundo ædificaſſent eodem; ipſos ibidem Eccleſiam conſtruere minimè permiſerant; & quòd propter hoc dicti *Fratres* contra Abbatem, & Priorem prædictos ſuper hoc ab eodem prædeceſſore *Alexandro* diverſas litteras impetraverant; quòdque dictus fundus, quem ad Prioratum ipſum pertinere dicebant, juſto modo ipſis Fratribus non fuerat acquiſitus; propter quod iidem *Fratres* ibidem contra voluntatem dictorum Prioris, & Conventus ædificare non poterant; & quòd prædictis Priori, & Conventui, ac eidem Prioratui, ſi dicti *Fratres* in Villa morati fuiſſent eadem, poſſet grave præjudicium generari; dictus prædeceſſor Urbanus eiſdem Abbati, & Conventui Cluniacen. per ſuas ſub certâ formâ litteras[f] duxit indulgendum; ut præmiſſis veris exiſtentibus, per hujuſmodi litteras ab eiſdem Fratribus impetratas libertatibus, & immunitatibus ipſius Abbati, & Conventui, ac eorum Monaſterio, ſeu membris ejus ab Apoſtolicâ Sede conceſſis in aliquo derogari non poſſet, ſeu præjudicium aliquod generari. Piæ quoque memoriæ Clemens Papa[g] prædeceſſor Noſter cupiens hujuſmodi negotium, quod tempore non modico protractum erat, providentia ſalubri decidi, Venerabili Fratri Noſtro ... *Claromonten.*, & bonæ memoriæ *Anicien.* Epiſcopis[h] ſuis ſub certâ formâ dedit litteris[i] in mandatis, ut negotium ipſum judicio, vel concordiâ potius amicabili infra ſex menſes a receptione litterarum hujuſmodi terminarent:

Per alios e Monachorum Prioratu Abbati demandatur remotio, & damnorum in integrum reſtauratio.

Monachorum defenſiones adductæ Urbano IV.

qui Monachis favit.

Clemens vero IV. per alios litem vult amicabiliter dirimi.

(a) H.: *Henrico* Securiano qui Epiſcopus Oſtien. factus anno 1261., & anno 1271. vita functus eſt.
(b) Lugdunen. Electo: Ab Innocentio IV., ſed qui anno 1268. Eccleſiæ regimen dimiſit, ut illud Sabaudiæ ſuſciperet.
(c) Litteras: Quæ ad nos non pervenerunt.
(d) Urbano Papæ: IV. hujus nominis ab anno 1261. uſque ad 1264. regnanti.
(e) Feudum: *Fundum* ait Wadd., ſed perperam.
(f) Litteras: Quæ itidem non habentur.
(g) Clemens Papa: IV. hujus nominis.
(h) Episcopis: Alvernæ Provinciæ ſub Bituricen. Archiepiſcopo.
(i) Litteris: Nobis nondum exhibitis.

a rent ; & deindè per alias ſuas litteras [a] injunxit eiſdem, ut cum intenderet omninò, quòd finis imponeretur negotio ſupradicto, ſi fortè negotium ipſum non eſſet infra præſcriptum tempus juxta formam eis traditam terminatum, ex tunc idem negotium in ſtatu in quo eſſet, remitterent ad Apoſtolicæ Sedis examen præfigentes partibus terminum peremptorium competentem, quo per ſe, vel Procuratores idoneos Apoſtolico ſe conſpectui præſentarent facturæ, & recepturæ ſuper his, quod juſtitia ſuaderet, & dictus prædeceſſor expedire videret. Sanè idem *Claromonten.*, & *Anicien.* Epiſcopi prædictum negotium infra præſcriptum tempus decidere nequeuntes illud juxta prædictam formam ad examen Apoſtolicum remiſerunt: ſicque Procuratoribus utriuſque partis in ejuſdem prædeceſſoris Clementis præſentiâ conſtitutis, idem prædeceſſor ſuſtinere noluit, quòd ordinaretur judicium inter eos, ſed ex ſuo dumtaxat officio fecit indulgentias, & reſcripta, quibus ſe partes juvare poterant, exhiberi. Quibus diligenter inſpectis, idem aſſeruit prædeceſſor, quòd licèt a *Fratribus Minoribus* exhibita coram ipſo magnum favorem exprimerent, quem ad Ordinem Fratrum ipſorum Apoſtolica Sedes habuerat, cujus judicio regitur totus Ordo: Ipſe tamen prædeceſſor Clemens advertens, quòd prædicti Abbas, & Conventus ſunt Romanæ Eccleſiæ Filii ſpeciales, procedendum non duxit ad contentionem hujuſmodi ſententialiter dirimendam; ſed voluit, quòd ſuperſederent dicti Fratres a præfati proſecutione negotii; donec ei placeret aliud ordinare. Et cum iidem *Fratres* ſe ipſius per omnia beneplacitis humiliter coaptarent; memoratis *Abbati*, & Conventui ſuis dedit litteris [b] in mandatis, ut & ipſi ad eoſdem *Fratres* charitatis viſceribus affluentes deliberarent ſecum, quid magis ipſos deceret; quid etiam magis expediret eiſdem: an benevole admittere *Fratres* certis pactis adhibitis; aut prædictæ Sedis præſtolari judicium, quæ peculiari gregi ſuo compatiens multo forſan tempore ſuſtinere non poſſet ſuorum ſcandala puſillorum: Sicque prædicti Miniſter, & *Fratres* proſecutioni dicti negotii ſuperſedere curarunt, ſperantes ſibi per ſalubrem proviſionem Sedis Apoſtolicæ ſuper hoc miſericorditer provideri. Quare memoratis Miniſtro, & *Fratribus* Nobis humiliter ſupplicantibus, ut ſuper his congruum remedium adhiberi paternâ ſollicitudine curaremus. Nos, qui ad dictum Ordinem *Fratrum Minorum*, ejuſque Profeſſores ab olim, dum adhuc eſſemus in minori officio conſtituti, ſpecialem geſſimus charitatis affectum [c]; & ad apicem Apoſtolatus aſſumpti eos favore intendimus proſequi, quantum cum Deo poſſumus, ſpeciali; attendentes, quòd magis prædictorum Abbatis, Prioris, & Conventus ejuſdem Prioratus ſaluti expediat, atque quieti eos Noſtris ſuper hoc beneplacitis ſuos animos coaptantes, præmiſſa per exhibitionem celeris ſatisfactionis corrigere; ac porrectas in hac parte ipſis preces Noſtras per ſe efficaciter adimplere, quàm ſuper illis ejuſdem Sedis judicium expectare; dictos Abbatem, Priorem, & Conventum rogandos, monendos duximus attentiùs, & hortandos, Noſtris ſibi dantes litteris [d] in mandatis, ut infra duorum menſium ſpatium poſt receptionem earum prædicta contra præfatos *Fratres Minores* minus providè attentata emendantes providè per ſe ipſos, eos in prædicto loco reſumerent cum benevolentiâ, & honore; ipſoſque ibidem morari liberè permittentes de hujuſmodi damnis & injuriis, ipſis, ut prædicitur, irrogatis, ac rebus ablatis eiſdem, ſatisfactionem plenam, ac debitam impenderent; & prædictum Corpus facerent cum honorificentiâ debitâ ad prædictum denegatum ſibi Cœmeterium reportari; ſcituri pro certo, quòd ſi ipſi non obedirent infra præſcriptum tempus hujuſmodi Noſtris precibus, monitis, & mandatis; Nos, qui ex commiſſo Nobis Apoſtolatus officio ſumus omnibus in juſtitiâ debitores, eiſdem *Fratribus* in ſuo jure aſſiſtere favorabiliter intendentes, nec volen-

ſed iterum ad Apoſtolicam Sedem remittitur.

b Clemens PP. IV. ſcribit Monachis, deliberent quid magis ipſis expediat.

c

d Iterata Monachis admonitio, & inhibitio a Pontifice facta.

(a) Suas litteras: Quæ ſimiliter expectantur.
(b) Suis dedit litteris: Incip. *Orta dudum &c.* anno 1261. die 12. Dec. datis, & ibi ſuo loco relatis.

(c) Affectum: Extiterat enim Ordinis Protector.
(d) Litteris: Quæ etiam deſiderantur.

Digitized by Google

volentes ulterius hujuſmodi eorum gravamina, moleſtias, & injurias tolerare, ipſis ex tunc ſuper præmiſſis exhiberi de plano, & ſine ſcriptu Judicii plenam juſtitiam faceremus, Venerabilibus Fratribus Noſtris ... *Biſuntin.* Archiepiſcopo [a], & Epiſcopo *Cabilonen.* [b] per alias Noſtras litteras [c] injungentes, ut ſi præfati Abbas, Prior, & Conventus infra prædictum tempus non parerent eiſdem monitis [c] & mandatis; ipſi vel eorum alter eos ex tunc ex parte Noſtrâ peremptoriè citare curarent, ut infra trium menſium ſpatium poſt citationem hujuſmodi, quatuor de Monachis dicti Prioratus fide dignos, odientes malum, & pacis, & concordiæ amatores ad hujuſmodi negotium ſufficienter inſtructos, per quos ſuper prædictis poſſet veritas reperiri, ad Noſtram præſentiam deſtinarent per eos habentes ab ipſis Abbate, Priore, & Conventu ſuper his mandatum ſufficiens, Apoſtolicum ſubituri judicium, de plano & ſine ſtrepitu judicii exercendum, vel proviſionem, ſeu ordinationem, quam ſuper his Nos facere contingeret, recepturi. Et nihilominus iidem *Archiepiſcopus*, & *Epiſcopus* denunciarent eiſdem, quod ſivè taliter coram Nobis in aſſignando eis ab ipſis terminos comparerent, ſivè non Nos ex tunc in eodem negotio procederemus, prout Nobis viſum foret, eorum abſentiâ non obſtante. Licet autem præfatis Abbate, Priore, & Conventu infra præſcriptum duorum menſium ſpatium non parentibus prædictis monitis, & mandatis, *Archiepiſcopus* ad hujuſmodi citationem, & denunciationem juxta formam mandati Apoſtolici proceſſiſſet; tamen hujuſmodi quatuor Monachi in aſſignato ad hoc a dicto *Archiepiſcopo* termino, Noſtro ſe conſpectui minimè præſentarunt; quamquam aliqui non ipſius Prioratus, ſed præfati Monaſterii Monachi comparuiſſent in eodem termino coram Nobis; propter quòd evidenter apparuit, eoſdem Abbatem, Priorem, & Conventum exiſtere contumaces. Nos igitur prædictis *Fratribus* ſuper tot laboribus, & moleſtiis, quos occaſione hujuſmodi quæſtionis pertuliſſe noſcuntur, paterno compatientes affectu; & in eâdem quæſtione præfatis Priore, & Monachis dicti Prioratus in ſuâ proterviâ perſiſtentibus, quæ per longi temporis ſpatium jam duravit, viam alicujus proviſi compendii eligentes, per quam ſaltem in aliquo Prioris, & Monachorum prædictorum contumacia, ſeu protervia contundatur, nec realiter, vel ex toto jus depereat, ſi quod in hoc Prioratu competit ſupradicto; a præfatis Monachis in præſentiâ Noſtrâ, ut prædicitur, comparentibus inquiſivimus ſollicitè, prout potuimus, de negotii prædicti qualitate; habitoque ſuper his cum Fratribus Noſtris diligenti tractatu, de ipſorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolicâ providemus, ordinamus, atque decernimus, quòd prædicti Abbas, Prior, & Conventus, ac Monachi dicti Prioratus ex nunc ipſos Fratres Minores in prædicto loco præfatæ Villæ, de quo agitur, admittere teneantur, & nullo modo impediant per ſe, vel alios publicè, vel occultè, quominus iidem Fratres juxta præſentis ordinationis Noſtræ tenorem illuc venire valeant; & tutè inibi commorari; quin potiùs in iis, quæ ad eos pertinent in præmiſſis dictis *Fratribus*, contra quoſcumque ipſos impedire volentes, ſine fraude faveant, & aſſiſtant; iidemque *Fratres* licitè, ac liberè poſſint in loco ipſo morari, & Oratorium, & alias Officinas conſtruere, & habere, non tamen adhuc ſine Noſtris licentiâ, vel ſententiâ, ſeu proviſione, aut conſenſu dictorum Abbatis, Prioris, & Monachorum, Eccleſiam, vel Cœmeterium habeant, ſeu ipſa ædificent in eodem. Et quia Nobis cordi eſt, quòd omninò hujuſmodi Noſtra proviſio, ſeu ordinatio per eoſdem Abbatem, & Conventum, Priorem, & Monachos præfati Prioratus inconcuſsè ſervetur; eâdem auctoritate in virtute obedientiæ diſtrictè præcipimus, quod Abbas *Cluniacen.*, qui nunc eſt, & qui pro tempore fuerit, omnimodè dictos Priorem, & Monachos prædicti Prioratus ad obſervationem ejuſdem proviſionis, ſeu ordinationis compellat; nec ſuper hoc per excommunicationem prætendat ſe feciſſe, quod potuit, & non poſſe am-

Executores mandati Apoſtolici.

Manent inobedientes & contumaces.

Ordinatio, & decretum Pontificis pro Fratribus.

cujus obſervantia Monachis indicitur.

(a) BISUNTINO ARCHIEPISCOPO: In Burgundia vulgo *Beſanzon*, cui præerat *Odo*.

(b) CABILLONEN.: Sub Archiepiſcopo Lugdunen vulgo *Chalon*.

(c) ALIAS NOSTRAS LITTERAS: Hucuſque non apparentes.

Digitized by Google

amplius forſitan aſſerendo; cum nequaquam veriſimile videatur, Abbatem ipſum non poſſe, ſi quidquid poteſt ſuper hoc, duxerit faciendum; ſed procuret penitus ſive per ſpirituales, ſive per temporales cohertiones, quòd eadem proviſio ſeu ordinatio a prælibatis Priore, & Monachis inviolabiliter obſervetur. Si verò dictus Abbas id juxta hujuſmodi præcepti Noſtri tenorem infra decem dies, poſtquam hæc ordinatio Noſtra ad eorum notitiam potuerit veriſimiliter pervenire, & per ſupradictum *Archiepiſcopum*, & Venerabiles Fratres Noſtros *Matiſconen.*, & *Bellicen.* [a] Epiſcopis, quibus ſuper hoc Noſtras ſub certâ formâ dirigimus litteras [b], juxta tenorem litterarum ipſarum fuerit publicata, non curaverit adimplere; & dictos Priorem, Conventum, aut Monachos ejuſdem Prioratus *Cariloci* contra eamdem proviſionem, ſeu ordinationem venire contigerit non parendo; dictum Abbatem pro ſuâ contumaciâ, ſeu inobedientiâ, & eoſdem Priorem, & Monachos ob ipſorum contumaciam, vel inobedientiam eo ipſo decernimus excommunicationis ſententiæ ſubjacere. Non obſtantibus quibuslibet privilegiis, ſeu indulgentiis Apoſtolicis eiſdem Abbati, & Conventui, vel Ordini Cluniacen., ſeu dictis Priori, ac Monachis ejuſdem Prioratus *Cariloci* communiter, vel diviſim, conjunctim, vel disjunctim, generaliter, vel ſpecialiter aliquibus eorum, vel alicui ſub quacumque formâ, vel expreſſione verborum conceſſis, de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum, ſeu de dicti Ordinis expreſſione, vel nomine ſpecialem determinatam, & expreſſam oporteret in Noſtris litteris fieri mentionem; & per quæ ipſius Noſtræ ordinationis, ſeu proviſionis effectus impediri poſſet quomodolibet, vel differri; & nihilominus tàm dicti Abbas Conventus ejuſdem Monaſterii *Cluniacen.*, ſive Conventus ipſe ſi juxta mandatum Apoſtolicum per dictos *Archiepiſcopum*, & *Epiſcopum* eis auctoritate dictarum litterarum Noſtrarum in virtute ſanctæ obedientiæ faciendum opem, & operam, quantum in eis fuerit, non dederit efficacem, quòd prædicta omnia per eoſdem Abbatem, Priorem, & Monachos juxta eamdem proviſionem, ſeu ordinationem Noſtram inviolabiliter obſerventur, quam iidem Prior, & Monachi ejuſdem Prioratus *Cariloci* omnium privilegiorum, & indulgentiarum ipſis Abbati, Conventui, Priori, ſeu Monachis a Sede Apoſtolicâ conceſſarum, & juris, ſi quod eiſdem Priori, & Monachis in præfato loco competit, privationis pœnam infligendam per vos pro tanto eorum contemptu in eamdem Sedem commiſſo, & temeritatis exceſſu, poterunt meritò formidare. Quoniam autem intentionis Noſtræ, ut præmittitur, non exiſtit, quod per hujuſmodi proviſionem, ordinationem, ſeu decretum jus dictorum Prioris, Conventus, & Monachorum abſque aliâ indagine, vel proceſſu pereat realiter, vel ex toto, volumus, & etiam ordinamus, quòd diligens habeatur tractatus de ſedandâ quæſtione hujuſmodi amicabiliter inter partes; & ſi ſuper hoc provenire compoſitionem amicabilem non contingat; per præfatos Archiepiſcopum, & Bellicen., & Matiſconen. Epiſcopos ad inquiſitionem, citationem, denuntiationem, & remiſſionem ſub certis modis, & formis faciendas in hujuſmodi negotio procedatur; prout in prædictis Noſtris ſibi directis litteris ſerioſiùs continetur. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Noſtræ Proviſionis, Ordinationis, Conſtitutionis, & Præcepti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

Non obtemperantibus, & contrafacientibus repetitæ comminationes,

cum obſtantium derogatione.

& privilegiorum privatione.

Poſtrema intentio Pontificis de amicabili compoſitione; alias citari &c.

Clauſula prohib. &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Idibus Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio [c].

Super ædificandis Cœnobiis Moyſiacen., & Rapeſtagnen. *commiſſionem tribuit contra repugnantes*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 53. apud Waddingum ad hunc ann. num. 30. Regeſ. Pontif. al. epiſt. 13.)

NICO-

(a) Matisconen. et Bellicen. Episcopis: Quorum ille Lugdunen., iſte Veſuntinen. Metropolitano ſubeſt.

(b) Dirigimus litteras: Nobis adhuc ignotas.

(c) Si quis autem quæreret, qui demum finis tam diutinæ diſſenſionis extiterit: ſciat hunc locum a noſtris Patribus Conventualibus inhabitari ad hæc uſque tempora.

Digitized by Google

CXLVI.

Anno 1280. die 15. Februarii.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis Archidiacono Albien. [a], *& Archipresbytero Eccleſiæ de* Mirapice [b] *Tholoſan. Diœceſis Sal., & Apoſtol. Benedict.*

FF. Minorum Aquitaniæ Provinciæ relatio

SUA Nobis . . . Miniſter Provincialis, & Fratres Ordinis Minorum *Aquitaniæ* [c] petitione monſtrarunt, quòd cum ipſi in Villis *Moyſiacen.* [d], & de *Rapeſtagno* [e] Caturcen., & Albien. Diœceſis quædam loca, & ædificia ad opus ſuum de novo conſtruere incepiſſent; Abbas, & Conventus *Moyſiacen.* [f] ejuſdem Caturcenſis Diœceſis [g] eis ſuper his ſe contra juſtitiam opponentes, *Fratres* ipſos de prædictis locis violenter ejicere, & in quoſdam ex eis, Dei timore poſtpoſito, violentas manus injicere temerè præſumpſerunt; propter quæ inter eoſdem Miniſtrum, & *Fratres* ex parte unâ, & dictos Abbatem, & Conventum ex alterâ ſuper præmiſſis diverſis quæſtionum articulis ſuſcitatis; dicti Miniſter, & *Fratres* cupientes in hac parte anfractus, & prolixitatem judicii evitare, utpotè qui auxiliis bonorum temporalium non juvantur, Nobis humiliter ſupplicarunt, ut negotium hujuſmodi tractari apud Sedem Apoſtolicam faceremus. Sicque Nos Venerabili Fratri Noſtro *O.* [h] *Epiſcopo* Tuſculano cauſam hujuſmodi ſub certâ formâ commiſimus audiendam. Eodem verò Abbate tunc apud Sedem eamdem commorante citato, & in ipſius Epiſcopi præſentiâ comparente ac proponente ſe comparere ulterius ex certis cauſis coram eodem *Epiſcopo* auctoritate citationis hujuſmodi non teneri: tandem extitit ſuper præmiſſis in dictum Epiſcopum, ſicut accepimus, ab ejuſdem Abbatis pro eo, ac eodem Conventu (ipſo Abbate præſente, & conſentiente) ac dicti Ordinis *Generali* [i] *Procuratoribus* ſub certis aliàs licitis formis, & conventionibus compromiſſum. Cumque poſtmodum peteretur a Nobis, ut defectum, qui extiterat in hoc pro eo, quòd Conventus ejuſdem Monaſterii non intervenit in compromiſſo ipſo, conſenſus defectum auctoritate Apoſtolicâ ſuppleremus; petitioni hujuſmodi tunc non duximus annuendum; ſed volentes in hac parte diſpendiis partium, quæ ex longis judiciorum protractibus conſueverunt conſurgere, obviare; Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum per vos, vel per alium, ſeu alios Conventum præfatum ad conſentiendum compromiſſo facto ſuper prædictis juxta formam, quam prædictus Abbas compromiſiſſe dicitur in eumdem *Epiſcopum*, & ratificandum quidquid per dictum Abbatem factum extitit in præmiſſis, efficaciter inducere ſtudeatis. Alioquin prædictos Abbatem, & Conventum ex parte Noſtrâ peremptoriè citare curetis ut infra trium menſium ſpatium poſt citationem hujuſmodi Procuratores idoneos, fide dignos, odientes malum, Deum timentes, pacis & concordiæ amatores, ad hujuſmodi negotium ſufficienter inſtructos, per quos ſuper prædictis poſſit veritas aperiri cum omnibus actis, juribus, & munimentis ſuis negotium hujuſmodi contingentibus ad Noſtram præſentiam ſtudeant deſtinare, per eos habentes ab ipſis Abbate, & Conventu ſuper his mandatum ſufficiens, Apoſtolicum ſubituri judicium; vel proviſionem, ordinationem, ſeu compoſitionem, ſuppletionem, ſi quas ſuper præmiſſis faciendas duxerimus, recepturi. Diem autem citationis &c. [k]

de Monachorum Moyſiacen. in Fratres violentia

& quæſtionibus exortis,

quorum cauſa Epiſcopo Tuſculano committitur,

in quem & Abbas, & Generalis compromittunt.

Quod compromiſſum Pontifex jubet a Monachis approbari;

alioquin citentur ad dicendam cauſam.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum xv. Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Publi-

(a) Albien.: In Occitania olim ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, nunc in Metropolim erectæ vulgo *Alby*.

(b) Mirapice: Al. Mirapiſcæ vulgo *Mirepoix* olim Diœceſis Toloſanæ, poſtea dignitate Epiſcopali donata ſub Toloſano Archiepiſcopo in Occitania.

(c) Aquitaniæ: Ubi Cœnobia conſtruenda erant.

(d) Moysiacen.: Oppidi vulgo *Moiſſac* in confinio Occitaniæ cum celebri Abbatia Ord. S. Benedicti ad Tarnum fluvium paulo infra in Garumnam ſe exonerantem.

(e) Rapestagno: Al. Ripaſtagno, ut apud Bartholomæum Piſanum conform. xi. *Rapiſtanum* apud Jordanum Ms. 2. Cuſtodiæ Albigen. in Prov. Aquitaniæ.

(f) Conventus Moysiacen.: De quo vetuſtiſſimo Monaſterio agit Mabillon. lib. 12. Annal. Benedict. ad ann. 632. n. 32., & poſtea alibi.

(g) Caturcen. Diœcesis: Vulgo *Cahors* in Aquitania ſub Archiepiſcopo Bituricen.

(h) O.: *Ordeonio* in aliis litteris paulo ante relatis memorato.

(i) Generali Procurat.: Qui videtur fuiſſe *Fr. Nicolaus Vaſconus* Cevenſis poſtea ſub Nicolao IV. Epiſcopus Albingaunen., ut ibi videbitur.

(k) Cum autem in antiquo noſtri Ordinis *Provinciali* ſæpe citato legatur dumtaxat Cœnobium *Rapeſtani* 2. Cuſtodiæ Albien. in Provincia Aquitaniæ; iſtud, *Moyſiacen.* non erigi permiſſum elicimus.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An. Ch. 1280.

Publicas ad Deum preces indicit pro pace inter Franciæ, *&* Caſtellæ *Reges*, *ut* Terra Sancta *ſublevetur*. (EX REGES. VATIC. ep.5. al. 65. apud RAYNALDUM ad hunc annum num. 13. & ſeqq., & inde in BULLARIO Ord. Prædicat. tom. 1. num. 18., teſte etiam PETRO DE ALVA in Indic. Bull. Seraph.)

CXLVII. Anno 1280. die 20. Februarii.

NICOLAUS &c.

a b

Venerabilibus Fratribus . . . [a] *Archiepiſcopo* Turonen., *& Univerſis Epiſcopis per Turonen. Provinciam* [b] *conſtitutis Sal.*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

Exordium ab exemplo diſcipulorum Chriſti

SALUTARIA, & ſollicitè imitanda Diſcipulorum CHRISTI exempla Nos inſtruunt, ut ab occurrentium periculorum facie fugientes ad Divinum confugium recurramus. Illi ſiquidem adeo grandi commotione maris facta, ut fluctus naviculam, quam JESUM ſequentes intraverant, operirent, ipſum, qui, & per hoc veritatem ſuæ humanitatis oſtendens in eàdem naviculâ dormiebat, ſemper tamen in eo Divinâ vigilante virtute civerunt vocibus, ſupplicationibus excitaverunt, adverſus ingruentis tempeſtatis impetum, ſalutis ab eo præſidium poſtulantes; & nos exemplariter inſtruentes, ut proceloſo pelago mundi hujuſmodi diſcordiarum concitato flatibus, & exaltatis commoto fluctibus, ad illum in Cælis ad Patris dexteram reſidentem levemus cum manibus corda noſtra, devotis pulſemus precibus, ſedulis orationibus inſiſtamus, ceſſationem flatuum, ſedationem fluctuum, Omnipotentiæ ſuæ inducendam imperio, & tranquillitatis gratiam ejuſdem beneficio concedendam inſtanter, & humiliter implorantes; nunc maximè, dum id tantâ petit inſtantiâ contra exortarum diſſenſionum incommoda, quietis, & pacis acceleranda commoditas; tam anxiè poſtulat negotii *Terræ Sanctæ* proviſa, ſed per diſſenſiones eaſdem jam diutiùs impedita promotio, ipſius *Terræ* non ignota neceſſitas: tam ardenter animarum pericula, quæ diſſenſionum ipſarum conſideratio veriſimiliter comminatur, vitanda ſummoperè perſuadent. Noſtis enim, quantis redundat guerrarum diſſidiis Orbis Terræ. Noſtis, quòd de ſubventione pro liberatione *Terræ* ipſius in *Concilio Lugdunen.* [c] ad hoc ſpecialiter inter cætera per felicis recordationis GREGORIUM PAPAM [d] prædeceſſorem Noſtrum indicto nonnullis Principibus, & Magnatibus perſonaliter, & quam pluribus aliis per Nuncios convenientibus in eodem, non ſine multis laboribus, & ſumptibus ordinata, ſpem ſalutis *Terra* illa non indignè conceperat; & redemptionis ſuæ jubilum quaſi promptum, & proximum cum fiduciâ expectabat: concurrente præſertim aperto ſuperni favoris indicio in exterminatione *Soldani* Babyloniæ [e] *Terræ* ipſius perſecutoris infeſti, & in ſuorum præterea humiliatione multimodâ, bellis variis contra eos, & inter ipſos ſciſſuris inteſtinis [f] obortis, quæ recuperationem ejuſdem *Terræ* quaſi paratam Chriſticolis offerebant, & adhuc offerre videntur. Sed proſperis ejus invidit auſpiciis perfida zizaniorum ſatoris aſtutia, quæ ſuis diffidentiæ filiis taliter conſternatis ex conſternationis hujuſmodi conſideratione diffidens, & quaſi victus in eis, ut de Fidei domeſticis reſiſtentiæ munimenta conquireret; & infideles ſaltem per Fidelium impedimenta protegeret; facilìſque foret eorum protectio, nemine impetente, inter præcipuos Fidei propugnatores ejuſdem, cariſſimos videlicet in Chriſto Filios Noſtros Franciæ, & Caſtellæ ac Legionis Reges illuſtres diſcordiis [g] non abſque gravi animarum Corporum, & rerum diſcrimine ſeminatis, tam ſalubris proviſionis deſideratum, & periculosè dilatum hucuſque proceſſum multipliciter impedivit; cum non ſolum dictos Reges, ac eorum Regna per hoc ab ejuſdem *Terræ* ſubventione diſtraxerit; ſed & alios in eorum diſſenſione perturbans, ipſos proindè a proſecutione ſui, circa id, propoſiti avocarit; & ita vires Chriſtianæ potentiæ dividendo minue-

Matth. 8. 24. 15.

conſugiendum ad Deum rebus in diſcrimen adductis,

Maxime Terra Sancta in extrema poſita neceſſitate,

cui relevandæ ſpes magna effulſerat ex Concilio Lugdunen.

& Saracenorum depreſſione,

ſed eam evaneſcere cogit diſcordia inter Franciæ & Hiſpaniæ Reges,

(a) VEN. FRATRIBUS ... : *Joanni de Monteſorello*, de quo Gallia Chriſt. in Archiepiſc. Turonen.
(b) TURONEN. PROVINCIAM : Num. XI. ex cit. Sanmarthan. Gallia Chriſt.
(c) CONC. LUGDUNEN. : II. anni 1274.
(d) GREGORIUM PAPAM : X. huius nominis.
(e) SOLDANI BABYLONIÆ : Al. Ægypti *Bendocdaris* ab Abagha Tartarorum Rege eo anno armis contuſi ex Aytone Hiſt. Orient. cap. 34., qui ſequenti cap. addit eum anno 1277. iterum a Tartaris victum vivere deſiiſſe.
(f) SCISSURIS INTESTINIS : Ut cædibus paſſim ſe mutuo delerent ex Nangio in geſt. S. Ludovici Regis.
(g) DISCORDIIS : Superius in aliis litteris expoſitis.

Digitized by Google

minuerit, ut ad ſperatum prædictæ liberationis exitum reddantur inhabiles, quæ in unitate concordiæ adunatæ fuiſſent; & erunt in omni ſufficientiâ ſub ſpe cæleſtis auxilii efficaces. Verùm in iis Sedis Apoſtolicæ ſollicitudo non defuit; ſed ad eam tempore fel. rec. JOHANNIS PAPÆ [a] prædeceſſoris Noſtri ſuper diſcordia Regum ipſorum certo rumore perlato, feſtina, ut diſcriminibus tam damnoſæ diſſenſionis occurreret, & quò celerius fomitem ipſius extingueret, & in ſuo quaſi ortu inſurgentis procellæ ſpiritum præfocaret, eò accelerarat amplius proviſum ejuſdem *Terræ* ſuccurſum; dilectum Filium Noſtrum *Hieronymum* Tit. S. Potentianæ Presb. Card. tunc *Generalem* Miniſtrum Minorum, & dilectum Filium Fr. *Johannem* Magiſtrum Prædicatorum FF. Ordinum, diverſis excogitatis remediis, & datâ ipſis ad eadem exequenda poteſtate plenâ, & liberâ, deſtinavit [b]. Noſque poſt defunctionem prædeceſſoris ipſius vocati [c], prout Domino placuit, ad Apoſtolatus officium circa hæc non torpuimus otio; ſed quaſi ponentes viarum Noſtrarum initium opus pacis cum Fratribus Noſtris, quamprimum convenere nobiſcum, ſuper ſedanda peramara Nobis, & ipſis eorumdem Regum diſcordia, deliberatione præhabitâ, de ipſorum conſilio remedia remediis quæſitis adjecimus ad executionem illorum Nuncios multiplicantes, & litteras, monita monitis, preces precibus, & exhortationibus exhortationes addentes. Et demum licèt non ignoremus hujuſmodi negotio de *Cardinalis*, & *Magiſtri* prædictorum induſtriâ plenè proviſum; quia tamen ad eorumdem Regum concordiam ſic Noſter ſuſpirabat, & ſuſpirat, affectus, ut ſollicitudini circa eam exhibitæ majorem ſemper exiſtimaret, & exiſtimet adhibendam; dilectum Filium Noſtrum *G*... [d] Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum Presbyterum Cardinalem, ut eidem negotio unà cum dictis *Cardinali*, & *Magiſtro* vacaret, duximus deſtinandum. Et nihilominus, ut ex multiplicatione conſilii habendi tractatus utilitas multiplicaretur, & ſalus; dilectum Filium Noſtrum *Simonem* [e] Tituli Sanctæ Ceciliæ Presbyterum Cardinalem, tunc in Regno Franciæ Apoſtolicæ Sedis Legatum, per Noſtras ſub certâ formâ litteras ſollicitare curavimus; eique mandare, ut in ipſo reformandæ pacis negotio, præcipuè apud dictum Regem Franciæ, juxta datam ſibi a Deo prudentiam *Cardinalibus*, & *Magiſtro* cooperaretur eiſdem. Ipſis autem omnibus commiſſa ſibi proſequentibus, & exequentibus juxta poſſe; dicti Reges, quod non ſine amaritudine multa referimus, nec ſine ſtupore miramur, occulto forſan Dei judicio, nec in pacis, nec in treguæ convenere tractatum tàm ſolertibus Noſtris, & ipſius Eccleſiæ ſtudiis, tàm gravibus, & diutinis ipſorum *Cardinalium*, & *Magiſtri*, proh dolor! laboribus vacuatis. Quis igitur animo non amaricato recenſeat, tam Catholicos Principes, Fidei hoſtes proſequi ſolitos in ſeipſos, & Chriſtianitatem, bella convertere, in perſecutionem ipſorum hoſtium convertenda? Quis non ſtupeat, & miretur, per eorum diſſidentiam, quos progenitorum ſuorum laudanda memoria in propugnatione Catholicæ Fidei, quaſi hæreditarios ſucceſſores inſtituit, impugnationem ipſam impugnantium impediri? O ſi Reges iidem ut oporteret, attenderent, quantum in iis Deus offenditur, quantum claritati Regii nominis derogatur! profectò, ne propterea in ſe iram Domini provocarent, promptiùs per acceptationem mutuæ pacis exſurgerent; & ne ipſorum famæ decreſceret, non ſegniùs, ſed ocyùs providerent. Num non Deus offenditur, dum *Terra* illa in impiorum manibus, eorumdem Regum diſcordia faciente, deteritur, quam ei Scriptura Sacra teſtatur omnium chariorem? num parum eorum famæ decreſcit, dum tot chriſtianitatis diſpendia ipſis communis opinio imputat; & eorum animoſitatibus aſſertio vulgaris aſcribit? Nec ſibi Regum ipſorum alteruter, quem forte conſcientia fortiùs arguit, blandiatur de Noſtrorum qualitate verborum, in quibus eis culpam videmur æqualiter imputare. Nam ſi ad præſens ideo ſic duxerimus tranſeundum, ut neutrum magis fore culpabilem expri-

Marginal notes: ad quam ſopiendam miſſi Nuncii a S. A. & quinam, — & alii adjecti & S. R. E. Cardinales. — Sed omnia fruſtra tentata. — Quam gravi ſcelere in tanta animorum pertinacia ii Reges ſe devinxerint. — Deliberat Pontifex in illius diſſenſionis reum inſurgere.

(a) JOHANNIS PP.: XXI. hujus nominis.
(b) DESTINAVIT: Anno 1276. ex epiſt. *Habet infauſti &c.* idibus Octobr. data.
(c) VOCATI: Anno 1277. die 25. Novembr.
(d) G.: *Gerardum*, de quo in epiſt. *Quam amare &c.* anno 1278. 29. Novembr. miſſa.
(e) SIMONEM: Ut in epiſt. *Digne quidem &c.* anno 1279. die 9. Junii exarata.

Digitized by Google

Nicolaus PP. III. An.Ch.1280.

exprimentes proficiamus efficaciùs apud eos; ſi tamen proceſſu temporis eorum alterutrum, vel utrumque patuerit chriſtianitati perutilem inter eos concordiam impedire, nec ipſis contra Deum & commoda publica deferre proponimus; nec cauſam tanti diſcriminis occultare, ſed illam, prout expediens fore videbimus, publicare, nemini deferendo, curabimus & ad alia opportuna procedere, quæ rei qualitas ſuggeret, & Dominus miniſtrabit: malumus etenim, quòd proceſſus debitus cujuſcumque ipſorum culpæ reſpondeat, quàm quòd ſub diſſimulatione tantum Religionis chriſtianæ periculum tranſeatur. Quamquam autem ex præmiſſis idem concordiæ reconciliandæ negotium deſperationi videretur expoſitum; & adhuc humano judicio videatur; Nos tamen oculos mentis levantes ad montem, undè ſuppliciter petimus, & fiducialiter expectamus, opportunum auxilium proventurum, dictos tres *Cardinales*, & *Magiſtrum* ad Noſtram duximus præſentiam revocandos; ut per ipſos pleniùs circumſtantiarum ejus conſcios, inſtructione pleniori receptâ, in illo proceſſus conſultior haberetur. Et licèt cum eiſdem, & aliis *Cardinalibus* memoratis perpenſo conſilio, & cum eodem *Magiſtro* in Curia Romana præſente collatione habitis, ad ſæpefatos Reges charitatis, & pacis vinculo uniendos, & *Terræ* præfatæ negotium promovendum varia ſint adinventa remedia, quæ inſtanter proſequi cæpimus; & continuatâ inſtantiâ, Deo auſpice, proſequemur; quia tamen non tam de ſolicitâ quantumcumque adinventione confidimus, quàm de humili Fidelium ſupplicatione ſperamus, inſtar illorum [a], quorum exempla præmiſimus; pro tantæ tempeſtatis turbidine ſopiendo, ad illum, qui mari, & ventis imperat, & fit de turbatione tranquillitas, deliberavimus recurrendum. Ea igitur, quæ ad pacem ſunt, ipſum pacis flagitantes auctorem, & in corde contrito, ac humiliato ſpiritu ſupplicantes, ut inter eoſdem Reges in ipſius virtute pax fiat, abbundet in ſuis Turribus, in ſublimibus videlicet eiſdem, & aliis Principibus orthodoxis, quo promptiùs ipſe,

Nuncii prædicti ad Sedem Apoſtolicam revocantur ad rem magis conſultandam

Implorandum a Deo auxilium, ut pax fiat inter Reges, alioſque Principes Chriſtianos.

A qui poteſt ea, quæ poſtulamus humiliter, multiplicatis interceſſoribus, largiatur; Univerſis Chriſtifidelibus ſalubriter ſuademus, in remiſſionem peccaminum injungentes, ut diebus ſingulis ex totis præcordiis in excelſa preces humiles porrigant, devotas fundant orationes ad Dominum; ut ipſe, cujus eſt ita pacis perfecta conceſſio, quòd ipſo eam concedente, non ſit qui condemnet judicio, poteſtate deterreat, vel terrore B perturbet in memoratos Reges ſuæ pacis, & concordiæ fluenta diffundat; ſed ipſum veram pacem, quæ omnem ſenſum exſuperat, eorum animis influat; ipſoſque faciat ſuâ pietate concordes: vel ſaltem ad hoc humiliet, & inclinet, ut omnem motum ſuæ diſcordiæ adeo prolixi temporis tregua ſuſpendant; quod in ejuſdem intercapedine temporis provida ipſius *Terræ* ſubventio procedere valeat; & efficaciter, ipſo faven- C te, procedat; cunctis præterea Chriſtianis Principibus, & ejuſdem Fidei Chriſtianæ cultoribus ſtatum pacificum ſuâ omnipotenti virtute concedat. Inter alia verò devotorum ſuffragia, quibus propter hoc in laudis ſacrificio Dominum honorabunt, in ſingulis Miſſarum celebrationibus, poſt dictum a Celebrante: *Pax Domini*: reſponſionemque ſecutam, antequam ipſe Celebrans, vel D reſpondentes incipiant: *Agnus Dei*: cum devotione debitâ in Patenâ duabus Euchariſtiæ partibus collocatis, tertia quoque cum oratione ſolitâ in Calice mixta cum Sanguine; ipſoque Calice cooperto, illud eximii citharædi Canticum: *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi*: a vobis Religioſis, Clericis, & aliis Literatis dici volumus cum *oratione*, & *verſiculis* infraſcriptis, ipſo Celebrante, aliiſque præſentibus genua E flectentibus, dum præmiſſa dicuntur. Et ut iidem Fideles ad prædicta per ſalutaris retributionis exinde obtinendæ præmium fortiùs animentur. Nos de Omnipotentis Dei miſericordiâ, Beatorum quoque Apoſtolorum Petri, & Pauli auctoritate confiſi, ex illâ, quam Nobis ipſe Dei Filius ligandi, atque ſolvendi tribuit, poteſtate, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ſingulis diebus, qui-

Idque ab univerſis Chriſtifidelibus diebus ſingulis.

Quæ preces in Miſſæ Sacrificio ob eam cauſam fundendæ.

Pſal. 121.

Propoſitæ illas Deo porrigentibus Indulgentiæ.

(a) Inſtar illorum: Videlicet Diſcipulorum Chriſti, nempe Apoſtolorum.

Digitized by Google

quibus uſque ad annum, poſtquam eis A innotuerit, computandum, devotè pro præmiſſis oraverint, miſericorditer *decem dies* de injunctis ſibi pœnitentiis relaxamus. Quocirca Univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur attentè, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus præſentes Noſtras literas per veſtras Diœceſes ſolemniter publicantes, & ab aliis facientes in locis, de quibus expedire videritis, publicari, earum tenorem, ut pleniùs B intelligantur ab omnibus, in vulgari per vos, & alios ad hoc idoneos exponatis: adjicientes nihilominus in omnibus veſtris ſermonibus, ut pro eorumdem Regum pace, ſicut prædicitur, vel treguâ prolixâ, & aliorum Principum, totiuſque Chriſtianitatis ſtatu pacifico, ſuppliciter oretur ad Dominum, exhortationes accommodas, juxta gratiam vobis ex alto conceſſam. Verſiculi autem, C & oratio dicenda poſt præmiſſum *Canticum* dictum cum *Gloria Patri*. *Kyrie eleyſon*, *Chriſte eleyſon*, *Kyrie eleyſon*, & *Pater noſter*. *Et ne nos*. ℟. *Sed libera nos*. Hi ſunt verſiculi. *Domine ſalvos fac Reges*. ℟. *Et exaudi nos in die, qua invocaverimus te*. ℣. *Salvum fac populum tuum, Domine, & benedic hæreditati tuæ*. ℟. *Rege eos, & extolle uſque in æternum*. ℣. *Fiat pax in virtute tua*. ℟. *Et abundantia in Turribus tuis*. ℣. *Domine exaudi orationem* D *meam*. ℟. *Et clamor meus ad te veniat*. ℣. *Dominus vobiſcum*. ℟. *Et cum ſpiritu tuo*. *Oremus*. *Largire quæſumus, Domine, fidelibus tuis indulgentiam placatus, & pacem; ut pariter ab omnibus mundentur offenſis, & ſecura tibi mente deſerviant*. *Per Chriſtum Dominum noſtrum*. ℟. *Amen*.

Mandat has litteras publicari, & in vulgari exponi.

Inſtitutæ pro pace poſtulanda precum formulæ.

Poſt hæc dicantur: *Agnus Dei*, & cetera, quæ ſubſunt.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum x. Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Fr. Bartholomæum e S. Gemino O. M. *ſe ei mittere ſignificat cum* Memoriali, *ut intentionem ſuam clarius agnoſcat*. (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epiſt.27. anni 3.)

NICOLAUS &c.

CXLVIII. Anno 1280. die 2. Martii.

Venerabili Fratri L. [a] Oſtien., *& Velletren. Epiſcopo Apoſtolicæ Sedis Legato* [b] *Salutem, & Apoſt. Benedictionem*.

a

b

In Civitatis *Bononienſis*, & totius *Romaniolæ* novella cultura [c] poſt ſollicitudines multiplices, & labores cœpimus velut in re nobis amabili delectari; ſed in ipsâ Civitate, proh dolor! odiorum ollâ ſuccensâ [d] compellimur reiteratis, utinam non multiplicatis, laboribus oportuna cogitare remedia, quibus flammæ reprimantur ardentes, & tanto negotio conſulatur. Et quidem licet circa hæc, Nuntio, & diverſis litteris ex tuâ parte receptis, collegerimus quæ iidem Nobis Nuntius, & litteræ explicarunt; quia tamen, ſi diligenter attenditur, ſaltem ratione officii [e], quo Nobis nobile membrum adjungeris; Nobiſcum incumbentia Nobis onera partiri te convenit; dilectum Filium *Fratrem Bartholomæum* de Sancto Gemino [f] de Ordine Fratrum Minorum ad te, ut intentionem Noſtram tibi ſerioſiùs & clariùs aperiat, duximus deſtinandum. Studeas igitur, quæ dictus *Frater Bartholomæus* tibi ex parte Noſtrâ retulerit, & in *Memoriali* [g] per Nos ſibi

c De recuperatæ Bonon., & Romaniolæ turbato ſtatu,

d

& Pontificis pro eo ſollicitudo,

e

pro quo Legato ſuo Fr. Bartholomæum O. M. mittit

f

cum Memoriali de his, quæ eum noſcere, & agere debet:

g

(a) L.: *Latino* Brancaleoni Rom. Pontificis ex ſorore nepoti O. P., qui in Florentina legatione poſitus vix ab ea divelli poterat, inquit Raynaldus ad hunc annum n.7.

(b) LEGATO: In tota Gallia Ciſpadana anno 1278. conſtituto ex cit. Raynaldo ad eum ann. n.55.

(c) NOVELLA CULTURA: Eò quod eo anno 1278. Rodulphus Rex Romanorum reſtituit Romanæ Eccleſiæ *Romandiolam*, *Bononiam*, & alias Civitates a nonnullis ejus anteceſſoribus uſurpatas ex monumentis apud cit. Raynaldum n.51. & ſeqq.

(d) ODIORUM OLLA SUCCENSA: Geremienſibus & Lambertaccis aliiſve concivibus inter ſe digladiantibus, uti produnt litteræ hujus Pontificis hoc anno 1280. *Bertoldo Urſino* illarum partium Rectori apud cit. Raynaldum ad eum ann. n.6., & memorat Ghirardaccius Hiſt. Bonon. lib.8. ſub ann.1279., & ex eo Waddingus ad ann.1280. n.1.

(e) RATIONE OFFICII: Nempe Card. Oſtien. Epiſcopi, & a latere Legati.

(f) DE SANCTO GEMINO: Umbriæ Oppido Diœceſis Narnienſis inter Ameriam, & Cæſium ab illa 8., ab iſto 3. mill. paſ. diſtante, ubi Fratres noſtri a tempore S. P. Franciſci locum retinent, qui eſt 3. *Cuſtodiæ* Narnien. in Prov. S. Franciſci ex alias cit. veteri *Provinciali* Ordinis noſtri.

(g) MEMORIALI: Hoc extat in Tabulario Vatic. Regeſ. Pontif. n.33. in eoque Pontifex ſe dicit *Avunculum* ipſius Legati; & ſequens eſt:

„ In nomine Domini Amen. *Memoriale* Nuntii,
„ qui mittitur ad *Legatum*.

„ In primis ipſo *Legato* ex parte Domini Noſtri cum
„ benedictione paterna modo debito ſalutato, verbis
„ efficacibus & ponderatis, quæ etiam repræſentent
„ Dominum, & pondus negotii ex modo, & qualitate
„ dicendi, exponatur eidem, quomodo ſibi *Legato*
„ mul-

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1280.

quem Fr. Barthol ſe ſcribit mittere etiam ad Bertuldum Rectorem,

ſibi tradito contineri videbis, devota mente colligere; ac tuis ſenſibus ſpiritum gratæ promptitudinis applicare. Et quia præſens negotium celeritatem omnimodam ex ſuâ qualitate requirit; & idem *Frater Bartholomæus* de mandato Noſtro iturus eſt etiam ad dilectum Fi- A lium Nobilem Virum *Bertuldum* de Filiis *Urſi*[a]; tuam finalem diſpoſitionem, & qualitatem negotii, ac alias circumſtantias per ſpeciales tuas litteras ſcribas Nobis; & nihilominus ut in reditu ejuſdem *Fratris Bartholomæi* de præmiſſis tam per alias tuas litteras, quàm per ipſius

& per eum redeuntem opperiri Legati litteras.

,, multum incumbit in honorem Romanæ Eccleſiæ, & ejus negotiis promovendis ex intimis cogitare. Et ſi hoc omni tempore ſibi, & aliis Cardinalibus imponat Cardinalatus officium, ipſe tamen Legatus iſto tempore, & ad iſtud negotium *Bononienſe* magis, ac magis arctatum cum ratione Domini noſtri, qui præſidet; tum ratione negotii *Romaniolæ*, quod eſt quaſi nova plantatio, & temporibus ipſius Domini noſtri cum tot ſollicitudinibus, expenſis, & laboribus radicata; tum ratione perſonæ ipſius *Legati*, qui fuit quaſi executor omnium prædictorum, ne in ſuis manibus tantum negotium quaſi oriatur, & occidat. Nam etſi non ſub corporali, ſub ſua tamen poteſtativa præſentia, & ipſo legationem inibi actualiter exercente contigit hæc ruina. Eſſet ne iſta diligentia commendanda Legati illud negotium in periculo tanto deſerere, ad cujus reparationem, etiamſi ipſe non eſſet, *Legatus* neceſſario mitteretur. Profecto ipſe naturalis inſtinctus, nemine ipſum hortante, ad hæc animum ſuum deberet impellere; cum humana natura bene diſpoſita ſuos bonos actus cupiat in ſoliditate perſiſtere; & naturaliter doleat, cum ipſis videt imminere ſciſſuram. Moveat ipſum, & merito Domini noſtri ſui Patris, *Avunculi*, Promotoris, & Domini reverendus intuitus, ne per ipſius *Legati* negligentiam, vanum timorem forſitan, vel tumorem in ruina tanti negotii, in amiſſione tot laborum, tot expenſarum, in periculis animarum & corporum, & rerum damnis irreparabilibus non ſine multa mentis amaritudine perturbetur. Conſideret, quæ debet, quæ conſuevit eſſe ad Romanum Pontificem Cardinalis obedientia, quæ ſolum mentem Romani Pontificis, vel ejus ſolum attendebat intuitum, non jaculum obedientiæ expectabat, non ludebat in juſſu, ſed parebat in nutu. Hæc obedientia cunctis obedientiis, & ſupra cunctas eſſe meruit, & conſuevit exemplar, ut ad parendum ſolus nutus Papæ ſufficeret in illis, in quibus vix interdum cæterorum cervices virtus injunctæ obedientiæ inclinaret. Licet autem hæc & merito inducant Romanæ Sedis intuitum ad juſſionem præciſe parendi; tamen Dominus ipſe conſiderans quæ idem Legatus per ſuos Nuntios protulit; & circa hæc multiplicatis litteris ſecretis, & aliis in excuſationem ſuam, & periculum ipſius, ac negotii ſui ad partes illas reditus intimavit; excuſationes ipſius nec admittendas cenſuit, nec finaliter reſpuit; nec admiſit; ſed tanquam Pater filii, ſi gravatur, voluit ſentire gravamina; & velut Papæ parere nolentis, vel declinantis audire; audita librare motiva; & ideo *Fratrem Bartholomæum* de Sancto Gemino Ordinis Minorum miſit ſuæ Conſiderationis ad Legatum, & Legati ad ipſum ſuorum motuum relatorem.

,, Si de *Bertuldo* agitur, dicatur eidem Legato ſecretè, quod idem *Bertuldus* etſi non tanquam *Nepos* Papæ, vel ille, cui Domus *Urſina* naturalem dedit originem, ſaltem tanquam ſimplex Nuntius juſſionis Eccleſiæ, & ab eodem Legato tanquam talis ſui & talium fratris, ne dum per ipſum Legatum honorari deberet, ut inſons ſaltem ſubſtineri deberet ut Sedis Apoſtolicæ Nuntius, ut *Papæ Nepos*, ut tantus Incola tantæ Urbis a Fratre ſaltem tolerandus eſſet ut Frater; ſed ubi, vel in quo ipſius *Bertuldi* patens, vel latens culpa prætenditur, niſi quatenus ab aliquibus ex timore, ab aliquibus ex palliatione ſuorum exceſſuum, velut præminentis a ſubditis ejus præſentia inculpatur. Sed quicquid eſſet, Frater innocens, & indigens juvandus eſſet a Fratre, non deſerendus ut nocens; ſed ſaltem juvandus ut proximus. Etſi ad hæc Legatum ipſum non perſonæ *Bertuldi* accendat intuitus; ad minus mentem ejus, quem gerit, ſtatus; honor Eccleſiæ, Domini noſtri perſonalis affectus inducant, ut quæ præmiſſa ſunt, ponderet, ponderata dijudicet; & tandem ipſa ſtudeat non cæterorum Regularium obedientia interdum palliata differre; ſed potius Romanæ Matris Eccleſiæ maturitate, & promptitudine matura diſcutere; ut ipſe, quæ adimplenda ſunt, videant; & per eum, quæ adimplenda viderit, convaleſcant. Dicatur etiam eidem, quomodo Dominus noſter mittit ad Dominum *Bertuldum*, & ad quid.

,, Demum exponatur eidem *Legato*, quod Dominus noſter attendens per eum miſſa verbotenus, & in ſcriptis, nedum nepotem *Avunculus*, ſed nec ut extraneus, Cardinalem quantumcumque extraneum voluntarius coarctaret, niſi eum ad hoc vel conſcientia, vel Fratrum conſilia impellerent. Unde ipſe *Legatus* deliberet; & ſi ad aſſumendum negotium ejus voluntas accedat, dicatur eidem, quod ſi *Bononienſes* pareant, bene quidem; nam honor ſibi, utilitas, & honor Eccleſiæ gratum Domino noſtro erit: Si vero non pareant; exponatur eidem, quod primo ad ſubſtentamentum ſui, & juvamen negotii Dominus noſter diſponit tractare de amplianda ſibi Legatione. Scripſit *Regi Siciliæ* pro magno ſubſidio militum; facit requiri terras, & fideles Eccleſiæ, ut ſe muniant ad prædicta: Facit interim quæri Milites; & vias alias cogitat, cogitabit, & dante Deo deducet in opus, per quas rebellium quorumlibet pertinacia contundatur.

,, Advertat *Legatus* ipſe prudenter, & ponderet pondus tanti negotii in parte illa; maximè ſi contingat intrinſecos rebellare; & in eo caſu ſe convertat ad practicam. Nunquid tantum negotium per ſolum *Bertuldum*, vel alium Laicum deducet Eccleſia. Abſit, quod ſine aliquo Legato negotium tale ducatur. Sed ſi *Legatus* ipſe diſcedat; nunquid Legatum alium tranſmittemus? Si mittatur, erit ſub tali Legato *Bertuldus*, ſicut ſuæ militiæ Mareſcalcus. Deceret hoc domum ſuam; deceret hoc Papatus honorem, quod Nepos ejus, & talis homo quaſi Mareſcalcus ſub alio militaret? Si dicatur, revocetur Bertuldus; quid enim mali fecit, ut debeat ſic confundi? Certè in talibus ſupportari conſuevit extraneus, nedum ſuus; miniſtrabit ipſi Legato natura, vel diſcretio tale conſilium, quod Frater ejus, & talis homo taliter confundatur?

,, Præterea quando viſum, vel auditum eſt in Eccleſia Romana, quod unus *Legatus* ſe ſubtrahat, ut alius ſubrogetur? Conſueverunt Legati, etiam quando in ſuis Legationibus ipſis minus bene ſuccederet, timere Superioris revocationem; ne in hujuſmodi revocationibus confundantur. Diligenter ergo idem *Legatus* perplexitatem mentis noſtræ, & circumſtantias ſupradictas cum multa gravitate conſideret; ut & nobis quietem præbeat; honori ſuo conſulat; tanti negotii ruinæ provideat; inconvenientias, quæ ſequerentur, ſi in duritia incepta perſiſteret, prudenter evitet.

,, Si vero, quod non creditur, voluntas ipſius *Legati* nullo modo condeſcenderet ad prædicta; petatur ab eo in ſtricta conſcientia ſicut a Cardinali, quid conſulit Domino noſtro in prædictis, & tunc dicatur eidem, quod Dominus noſter, audito conſilio ſuo, conferet cum Fratribus ſuis; & dante Deo ſuper iis, vel de ipſo *Legato*, vel de alio, quid erit ſalubrius, diſponetur; cum negotium tantum ſit, quod conſideratis honore Eccleſiæ, & decentia noſtra, quicquid hinc vel inde in perſona ipſius *Legati*, vel *Bertuldi*, vel alterius accedat, proſecutionem ipſius omittere nullatenus intendamus.

(a) DE FILIIS URSI: Qui poſtea *Urſini* dici cœperunt; eratque Pontificis Nicolai ex fratre nepos, ad quem ſunt litteræ ſequentes, ut viſum eſt in ſupra expoſito Memoriali.

Digitized by Google

ipſius Fratris Bartholomæi relationem fidelem certius informati, quod ex tunc faciendum extiterit, colligamus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum VI. Nonas Martii, Pontificatus Noſtri
a Anno Tertio.[a]

De eadem re, eodemque Nuncio. (Ex cit. VATIC. REGES. epiſt.28.)

CXLIX. Anno 1280. die 2. Martii.

NICOLAUS &c.

b *Dilecto Filio Nobili Viro* Bertuldo[b] *de filiis* Urſi *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

IN Civitatis Bononienſis, & totius Romaniolæ novella cultura poſt ſol- A licitudines multiplices & labores cœpimus, velut in re Nobis amabili delectari; ſed in ipſâ Civitate, proh dolor! odiorum ollâ ſuccensâ, compellimur reiteratis, utinam non multiplicatis, laboribus oportuna cogitare remedia, quibus flammæ reprimantur ardentes, & tanto negotio conſulatur. Ad hæc itaque ferventibus ſtudiis intendentes, ut & tu percipias, quòd circa præmiſſa ſentimus, dilectum Filium B *Fratrem Bartholomæum*[c] de Sancto Gemino de Ordine Fratrum Minorum ad te duximus deſtinandum. Studeas igitur quæ dictus Frater Bartholomæus tibi ex parte Noſtra retulerit, & in *Memoriali*[d] per Nos ſibi tradito contineri videbis, devota men-

Nuncius ad eum mittitur Fr. Bartholomæus,

c

quem eum audire peroptat,

d

(a) Harum litterarum meminit Waddingus ad hunc annum n.1., eas tamen non exſcripſit; neque laudatus Raynaldus n.7.

(b) BERTULDO: *Urſino* Pontificis ex Fratre nepoti, & Romaniolæ, ſeu Provinciæ Flaminiæ Rectori ex epiſt. Pontificis *Eſſet enarrare &c.* ad eum data hoc anno 15. Kalend. Februar. apud Raynaldum ad hunc annum num.6. legenda; cujus Bertoldi filius *Gentilis* filiam genuit, quam uxorem duxit *Azo* Marchionis Eſtenſis filius anno 1282., quo & *Miles* factus eſt in feſto Dedicationis S. Michaelis Archang., & in feſto S. Franciſci Ferrariæ ob eam rem *facta eſt nobiliſſima Curia*, inquit Fr. Salimbene Parmenſis ad eum annum pag.422. Chron. Ms.

(c) FR.BARTHOLOMÆUM: In dicta præcedenti epiſt. memoratum.

(d) MEMORIALI: Extante in Archivo Vatic. Regeſ. Pontif. num.34. & tale eſt:

„ In nomine Domini Amen. *Memoriale* illorum, quæ exponenda ſunt per *Fratrem Bartholomæum* de Sancto Gemino Ordinis Minorum ex parte Noſtra *Bertuldo*.

„ In primis dicatur eidem, quomodo Nos in turbatione pacis *Bononienſis* ſumus graviter, nec immerito perturbati; & maximè quia per aliquos ipſius *Bertuldi* incuriæ, per aliquos ejus tunc abſentiæ de Bononia dicta turbatio imputatur.

„ Item reprehendendus eſt ipſe *Bertuldus* durè in eo, quod familiares ſuos de Bononia poſt turbationem illam fecit, vel permiſit exire; cum nullum ipſis in morando veriſimiliter periculum immineret, & ipſorum mora ibidem in omni eventu honorabilis neceſſaria erat, & utilis, ſaltem quouſque Bononien. finalis pertinacia patuiſſet.

„ Sed & in hoc videtur ipſe *Bertuldus* reprehendendus adhuc, quod poſtea ab ipſis *Bononienſibus* totiens requiſitus, totiens de beneplacito Noſtro per Dominum *Matthæum* Fratrem ſuum, & *Gentilem* filium ſuum, & ex parte Noſtra etiam excitatus familiam illam, vel aliam Bononiam non remiſit. Multa enim per ipſos ad bonum dirigi potuiſſent; ſicut patuit in præſentia Auditoris in conſilio inibi congregato, cujus conſilii longè major pars ad verbum Auditoris in omnibus parere volebat; ſed ex defectu bonorum Præſidentium, qui non erant; & malorum, qui præerant, reformatio in meliorem partem haberi non potuit; minore parte ipſius conſilii ex defectu tali prævalente majori. Et licet iſtud unum tantum inducatur in exemplum, multa tamen poſſet, & deberet diſtrictius quilibet cogitare, quod habendo, ut prædicitur, ibi familiam, multa poſſent ibi mala impediri; & quæ eſſent utilia procurari. Sed ubi nulla alia videretur utilitas, ſaltem ad eorumdem *Bononienſium* malitiam detegendam, ſi eſt; vel ad eorum experiendum obedientiam iſtud fieri debuiſſet, & debet adhuc. Unde perſuadendum eſt ipſi *Bertuldo*, quod omnino familiam ſuam illam, vel aliam fidelem, & diſcretam, prout erit poſſibile, intrinſecis *Bononienſibus* non ſuſpectam remittat Bononiam ad reſumendum regimen Civitatis, ſi poſſit hoc eſſe ſine periculo Perſonarum; quod tamen non videtur veriſimiliter imminere. Et nihilominus immo ſecurius idem *Bertuldus* inſiſtat in plenis cautionibus obſidum, & aliis exigendis; ſicut per Nos jam eſt ſibi Nuntio, & litteris nuntiatum.

„ Redarguendus videtur ipſe *Bertuldus*, quod tam ipſe, quam ſui nimis partiales videntur, nimis a *Lambertaciis*, & eorum fautoribus videntur exibiti; & tales animi ſui motus idem *Bertuldus* pluribus verbis, & pluries dicitur expreſſiſſe. Imponitur namque ſibi dixiſſe, quod tunc *Guido de Monteſiltro* deſereretur ab ipſo, quando Magdalena divideretur a Chriſto. Dicitur etiam, quod Bononiæ exiſtens *Geremienſes*, niſi ad certum, & parvum numerum congregare non ſineret, *Lambertaciis* & publicas, & quas volebant, conventiculas indulgebat. Et dicitur dixiſſe ipſis *Lambertaciis*, quod ſi in Civitate contingeret moveri rumorem; iidem *Lambertacii* conſugerent ad plateam, ut ibi idem *Bertuldus* poſſet ipſis ſuum præſtare juvamen. Dicitur etiam miſiſſe *Lambertaciis* ſupradictis, quod ſi Lambertatii ipſi perderent in conflictu; in aliis partibus Civitatis reducerent ſe ad portam Sancti Proculi, ut ibi idem *Bertuldus* poſſet etiam perſonalem exhibere ſuccurſum. Hæc, & his ſimilia interdum in factis, interdum in verbis ipſi *Bertuldo* & aliquibus ſuis familiaribus ab aliquibus imponuntur. Conſideret ipſe *Bertuldus*: Sunt ne iſta commendanda, vel improbanda in cujuslibet perſona Rectoris? Poſſunt ne iſta *Geremien.* in ſuſpitionem ſui, & familiæ ſuæ patenter inducere? Unde præmuniendus eſt ipſe, quod in talibus ſe corrigat de præteritis; & cautius ſe habeat in futuris.

„ Attendat etiam ipſe *Bertuldus*, ne per aliquam ſupervenientem commixtionem in partialitate a ſua domo *Urſina* degeneret; nec fermentum aliquod Maſſam ſoliditatis *Urſina* contaminet; ſed ſaltem in hoc, cum Romam redierit, talis redeat, qualis ivit.

„ Corrigat ſe, qui jam a Nobis, & aliis in hoc correctus eſt pluries de *Gebellina*, & alias minus legali familia, ut de Raynerio Aliocti de Monteflaſcone, & Franciſco de Flajano, quorum unus Gebellinus, & rapax aſſeritur; alter, qui dicitur Judex fuiſſe maleficiorum *Bononiæ*, per omnia corruptibilis famæ ipſius *Bertuldi*, ac ſuæ prodigus reputatur. Et quod de iſtis dicitur, de omnibus talibus, & iis ſimilibus intelligat eſſe dictum.

„ Annuntietur eidem, quod vitanda eſt diſcordia in quantum poterit, cum Noſtra decentia evitari, ſed propter hoc nolumus, quod ipſe *Bertuldus* inveniatur vel timidus, vel remiſſus, quando plenas & ſufficientes cautiones petat, & exigat, ita quod „ ple-

NICOLAUS PP. III. An.Ch. 1280.

& per quem negotii diſpoſitionem, ejuſque ſententiam expectat.

mente colligere, ac prudenter tuis ſenſibus applicare; ut eis circumſpectione providâ recollectis, ſic te ad ſingula dirigas, quòd dignè poſſis exinde commendari, Nobis per eumdem *Fratrem* [a] diſpoſitionem negotii, ejuſque circumſtantias, & quicquid in præmiſſis ſenſeris, reſcripturus. [b] a b

Datum Romæ apud Sanctum Petrum VI. Nonas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Super eodem Bonon. negotio, ac legatione.
(Ex cit. VATIC. REGES. epiſt. 29.)

,, plene per Nos, & alios inibi dominari poſſimus,
,, fovere fideles, & caſtigare quoſcumque rebelles;
,, nec oportet, nec decet, quod ipſe nunc exprimat
,, modum procedendi contra delinquentes, ſecuritati-
,, bus non habitis; ne in præſtatione ipſarum forſi-
,, tan terrerentur.

,, Attendat etiam ipſe *Bertuldus*, quod ſi nego-
,, tium ipſum in partem diſcordiæ declinabit, opor-
,, tunum videtur omnino aliquem ibi eſſe *Legatum*,
,, qui ad cervices rebellium contundendas ampliori
,, etiam, quam ille, qui nunc ibi eſt, legatione
,, fungatur: Nec tantam executionem conſuevit Lai-
,, cis tantum, Eccleſia Romana committere. Unde ſi
,, in illo eventu maxime *Provincia* ipſa eſſet habitu-
,, ra *Legatum*; convenientius, & honorabilius eſſet
,, ipſi *Bertuldo*, & utilius fortè negotiis, hunc *Lega-*
,, *tum*, quem nunc habet, habere, qui eſt inſtructus
,, in factis, & ipſi *Bertuldo* tanto carnis nexu con-
,, junctus, cujus *Legati* ſe melius debuiſſet hactenus,
,, & deberet aſſidue beneplacitis coaptare; & ipſum
,, revereri ut Patrem, ſubſtinere, honorare, ac di-
,, ligere ſicut *Fratrem*. Et attendat in hoc quod ſi for-
,, ſan ageretur de *Legato* alio ſubrogando; forſitan
,, qui ſubrogandus eſſet, non pateretur in Legatione
,, ſua velle habere conſortem. Et eo caſu vel cogi-
,, tare oporteret de revocatione *Bertuldi*; vel ipſum
,, Bertuldum ſub tali *Legato* quaſi Mareſcalcum, vel
,, Stipendiarium militare; quorum utrumque, vel al-
,, terum opprobrioſum eſſet, & indecens; & Nos il-
,, lud faceremus, vel ſubſtineremus inviti. Sed quia
,, negotium ipſum tantum eſt, in eo caſu quicquid ac-
,, cideret de quacumque perſona, proviſionem ipſius
,, negotii cum honore, & decentia noſtra nec poſſe-
,, mus, nec deberemus omittere. Nnmquid hoc ho-
,, norabile videretur alicui, quod negotium *Roma-*
,, *niola*, atque *Bononia* quod temporibus noſtris cum
,, multis laboribus, & expenſis recuperavimus, uno
,, momento perdamus?

,, Unde dicatur eidem, quod nos ad clare perci-
,, piendum, quomodo tam ipſi negotio, quam de
,, perſonis ipſorum *Legati*, & *Bertuldi* providere poſſi-
,, mus; *Frater Bartholomaus* mittitur ad utrumque,
,, qui Noſtram in prædictis eorum cuilibet, & ipſo-
,, rum Nobis referat voluntatem. Dicatur; prout ne-
,, gotio expedire viderit, *Legato* ea, quæ per ipſum
,, ipſi Bertuldo tranſmittimus; & *Bertuldus* cum tem-
,, peramento ſimili referat, quæ ſibi impoſuimus ex
,, parte Noſtra referenda *Legato*.

,, Dicatur eidem *Bertuldo*, quod licet guerram
,, *Bononienſem*, ut prædicitur, aggrediamur inviti;
,, ne tamen, ſi ad hoc Nos eorum contumacia im-
,, pellat, inveniamur ad aſſumptionem tanti negotii
,, imparati; & quia omnino intendimus auctore Domino
,, quorumlibet rebellium potenti manu per ſpirituales
,, & temporales pœnas ſuperba colla contundere; Nos
,, miſimus ad *Regem* & pro debita, & pro alia ſuf-
,, ficienti militia, ut ipſam oportuno tempore ad aliam
,, requiſitionem Noſtram inveniamus plene paratam;

A NICOLAUS &c. CL.

Anno 1280. die 2. Martii.

Dilecto Filio Magiſtro Giffrido de Anagnia [c] *Litterarum Noſtrarum Contradictarum* Auditori *Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*. c

Cauſa mittendi Fr. Bartholom. ad Legatum & Rectorem.

INTENDENTES ea, quæ negotium *Bononienſe* contingunt, diligentiùs indagare, dilectum Filium *Fratrem Bartholomæum* [d] de Sancto Gemino de Ordine Fratrum Minorum ad Venerabilem d
B Fratrem Noſtrum L. [e] Oſtien. & Velletren. Epiſcopum Apoſtolicæ Sedis Legatum, & dilectum Filium Nobilem Virum *Bertuldum* [f] de Filiis Urſi, Civem Romanum, totius Provinciæ Romaniolæ, Civitatis Bononienſis, Comitatus Bret- e f

,, facimus etiam per Marchiam, & Ducatum, Ter-
,, ras, & Fideles Eccleſiæ requiri pro competenti ſub-
,, ſidio exhibendo. Mandavimus etiam *Gentili* filio
,, ſuo, quod ex nunc quærat milites ſub ſtipendiis
,, Noſtris, recuperandis poſtea de ipſa Terra *Roma-*
,, *niola* & *Bononienſi*. Qui milites haberi poſſint,
,, cum ex qualitate negotii videbitur opportunum.
,, Vias etiam alias ſpirituales, & temporales cogita-
,, mus, & eas deducemus in actum, per quas, ſi
,, opus fuerit cum Dei auxilio cervices rebellium con-
,, terentur. In iſtis etiam viis de eo, quod ipſe *Ber-*
,, *tuldus* ſentit, Nos inſtruat, & informet.

,, Interim tamen, dum iſta in tali deliberatione,
,, & executione procedunt; negotietur ipſe *Bertuldus*
,, maturè, prudenter, & cautè cum *Bononienſibus* in-
,, trinſecis per auditorem contradictarum, & alios,
,, quos ad hoc idoneos eſſe proſpexerit; ſi *Bononien-*
,, *ſes* ipſi ad plenè parendum, &, ut præmittitur,
,, plenè cavendum poſſint adduci; ut tandem, ſi in
,, eis eſt parendi, & cavendi voluntas, pateat; vel
,, eorum inobedientia clarius patefiat.

,, Computet etiam ipſe *Bertuldus*, quid, & quan-
,, tum occaſione militiæ, vel alia habere debeat pro
,, præterito; quid etiam ſibi poſſit per menſem ſuffi-
,, cere in futurum; quid eſt ibi, & quantum de
,, redditibus *Provincia*.

,, Item quale, & quantum ſubſidium de Provincia ipſa
,, poſſit haberi; & hæc omnia ſerioſe reſcribat. Et fa-
,, ciendum eſt hoc, quandocumque, & pro quocumque
,, caſu pecunia petitur; nam alias videretur ſupponi
,, quod eſſet parata ſemper, & prompta abſque de-
,, fectu pecunia, quæ non eſt. Et ſi in abundantia iſta
,, eſſet, nedum ipſe *Bertuldus*, ſed alius quantum-
,, cumque vilis rem quantumcumque arduam tutè poſ-
,, ſet aggredi, quaſi de fine ſecurus.

,, Ipſe autem *Frater Bartholomaus* cum reſponſio-
,, ne, & inſtructione *Bertuldi* & habita poſtmodum
,, reſponſione *Legati*, quanto celerius poterit, re-
,, vertatur.

(a) EUMDEM FRATREM: *Bartholomaum*, ad quem tamen litteræ Pontificiæ de hac re non habentur.

(b) Cum autem Pontifex Legato, & Rectori inter præcepta, & monita dediſſet, ne in partem neutram Bononienſium propenderent; iis a Rectore Bertuldo *Guidonis Montisferetri* Comitis Lambertacciorum fœderati ſtudioſo minime ſervatis, univerſa Flaminia in graviſſimos tumultus conjecta eſt, ex Raynaldo ad ann. 1278. num. 55.

(c) DE ANAGNIA: Quem Pontifex in epiſt. 119. P. Tripolitano Epiſcopo anno ſuperiore die 7. Junii data dicit *Decanum* Eccleſiæ S. Audomari, & *Cappellanum* ſuum; annoque 1282. die 23. Maji Martinus IV. fecit Rectorem Marchiæ Anconitanæ, ut infra.

(d) FR. BARTHOLOMÆUM: De quo in præcedentibus litteris.

(e) L.: *Latinum*, Ut in dictis litteris.

(f) BERTULDUM: Ad quem data eſt ſuperior epiſtola.

Brettinorii, & pertinentiarum eorumdem *Rectorem* duximus deſtinandum; & volumus, quòd tibi ea, pro quibus idem *Frater* mittitur, explicentur. Tu verò præmiſſa, & negotii qualitatem diligenter inſpiciens, & quam interim poteris diligentiam adhibens circa illa ſic te in omnibus gerere ſtudeas, quòd exinde merito commenderis. Poſtquam autem ad Nos idem *Frater Bartholomæus* redierit; Nos habitâ majori certitudine de prædictis, quod per te, ac circa ipſum negotium fieri magis expediat, maturiùs dante Domino diſponemus.

Super qua re perſpecta hortatur, ut diligenter ſe gerat,

ipſe vero certior factus maturius diſponat.

Datum, *ut ſupra*.

Ut per quaſcumque perſonas ab Eccleſ. Prælatis exigere ſubſidia valeat, in renuentes ſententias ferre, ac tribus, vel quatuor illorum diem dicere. (Ex Vatic. Reges. Pontif. ep. 41. anni 3.)

CLI.

Anno 1280. die 26. Martii.

NICOLAUS &c.

a *Venerabili Fratri* P.[a] *Epiſcopo* Tripolitano *Sal.*, *& Apoſt. Bened.*

Olim te pro quibuſdam magnis, & arduis Eccleſiæ Romanæ negotiis[b], quorum proſecutioni adhuc inſiſtis, ad partes *Alemanniæ*[c] deſtinantes Venerabilibus Fratribus Noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & dilectis Filiis Electis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpoſitis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Plebanis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, & eorum Vicesgerentibus, & Eccleſiaſticis perſonis Religioſis, & aliis Eccleſiarum, & Monaſteriorum Capitulis, & Conventibus exemptis & non exemptis, Ciſtercienſis, Cluniacenſis, Carthuſienſis, Præmonſtratenſis, Sancti Benedicti, & Sancti Auguſtini, & aliorum Ordinum, nec non Magiſtris, & Præceptoribus Militiæ Templi, & Hoſpitalis Sancti Johannis Hieroſolymitani, & Sanctæ Mariæ Theutonicorum Noſtras dileximus litteras[d] inter alia continentes, ut te, immo Nos potiùs in te, cum per partes ipſorum tranſitum faceres, ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis & Noſtram benignè recipientes, & honeſtè tractantes, tibi pro tuis & familiæ tuæ neceſſariis in *decem libris Turonenſibus*[e], & ſecuro conductu, nec non in evectionibus opportunis, ſi tuæ in viâ decederent, vel deficerent, cum ſuper iis per te, vel tuum Nuntium requiſiti forent, in eundo, morando, & redeundo liberaliter providerent. Alioquin ſententiam, quam ritè proferes propter hoc in rebelles, ratam haberemus, & faceremus, auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam appellatione remotâ inviolabiliter obſervari. Verùm, ſicut porrectæ Nobis nuper tuæ litteræ continebant, quòd quamplures Archiepiſcopi, & Epiſcopi Regni *Alemanniæ* impoſitas ſibi per te quantitates pecuniæ pro hujuſmodi neceſſariis ſecundum tenorem dictarum litterarum Noſtrarum tibi ſolvere contumaciter recuſantes ad Sedem Apoſtolicam frivolè appellarunt, latas in eos per te *interdicti*, & *excommunicationis* ſententias, ſi quantitates ipſas infra certum terminum non ſolverent, damnabiliter contemnendo; vixque propter dictorum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum potentiam aliquis invenitur, qui ad mandatum tuum prædictas ſententias audeat publicare. Ne igitur pro dictorum neceſſariorum defectu in executione dictorum negotiorum valeas impediri; Fraternitati tuæ auctoritate præſentium duximus concedendum, ut per Prælatos, & Clericos ſæculares, cujuſcumque dignitatis, ſeu ſtatus exiſtant, & Fratres *Prædicatores*, & *Minores*, ac alios Religioſos quorumcumque Ordinum, quibus hoc duxeris injungendum, a præfatis, ac aliis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac quibuslibet Eccleſiarum Prælatis, Capitulis, Collegiis, & Perſonis Eccleſiaſticis ſubventiones propter hoc ipſis juxta formam litterarum Noſtrarum prædictarum impoſitas, & impoſterum imponendas exigere; ac ad publicationem, & executionem dictarum *ſententiarum*, nec non & illarum, quas in ipſos Archiepiſco-

Pro Epiſcopo Tripolitano in Alemanniam legato

Pontifex præcipit Prælatis univerſis,

ut ei ſubveniren pecunia, conductu, & evectionibus,

ſub pœna &c.

ſed quamplures recuſantes ad S.A. appellarunt.

Pontifex autem concedit ſuperius dicta,

(a) P.: *Paulo de Comitibus* Rom.; de quo in hujus Pontificis epiſt. 119. *Ut in commiſſis &c.* anno ſuperiore die 7. Junii emiſſa.

(b) Ecclesiæ Rom. negotiis: Quæ ibi, & clarius ad epiſt. 144. *Pridem dum &c.* hoc anno die 23. Januarii data exponuntur (d).

(c) Ad partes Alemanniæ: Nempe ad Rodulphum Regem Roman., ut ex cit. epiſtolis.

(d) Nostras direximus litteras: Quæ nobis deſunt.

(e) Libris Turonen.: Pro quibus conſuli poterit tom. 1. hujus Bullarii.

Digitized by Google

Nicolaus PP. III. An.Ch. 1280.

piſcopos, & Epiſcopos, Prælatos, Capitula, & Collegia, ac quoslibet contradictores, ſicut in earumdem litterarum continentiam te proferre contigerit in futurum, procedere liberè valeas; dictoſque Prælatos, Clericos, & Religioſos ad hoc, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ coarctare. Non obſtantibus quibuslibet privilegiis, ſeu indulgentiis Apoſtolicis eiſdem Prælatis, Clericis, & Religioſis ſub quacumque formâ, vel expreſſione verborum conceſſis, de quibus oporteret in Noſtris litteris plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum fieri mentionem. Tres quoque, vel quatuor ex prædictis Archiepiſcopis, & Epiſcopis peremptoriè per te, vel per alium, ſeu alios ex parte Noſtrâ citare ut infra duorum menſium ſpatium poſt citationem hujuſmodi per Procuratores idoneos compareant coram Nobis pro ſuâ inobedientiâ, & contumaciâ mandatis Noſtris plenariè parituri, & nihilominus iidem tres, vel quatuor infra quatuor menſes prædictos duos menſes immediatè ſequentes perſonaliter noſtro ſe conſpectui repræſentent [a]; niſi dicti Procuratores, quos miſerint, ſic properaverint interim aliquam cauſam rationabilem oſtendere coram Nobis, quare a perſonali præſentatione per Nos merito debeant excuſari, quod ante decurſum prædictorum quatuor menſium ſuper executione ſuâ ſi eam admitti contigerit, litteræ Noſtræ obtineri valeant, & ad eos congruo tempore pervenire.

obſtantibus derogando,

& aliquos citari ad S. A. jubendo.

a

Datum Romæ apud Sanctum Petrum VII. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Ad citationem vero prædictorum non procedat, per quam turbatio oriri poſſet. (Ex cit. Vatic. Reges. epiſt. 42.)

A

CLII. Anno 1280. die 26. Martii.

NICOLAUS &c.

Eidem.

Licet tibi per Noſtras ſub certâ formâ litteras [b] concedamus, quod tres vel quatuor ex Prælatis illis, qui ſubventiones per te ipſis impoſitas tibi exhibere contumaciter recuſarunt, peremptoriè valeas ex parte Noſtrâ citare, ut noſtro propter hoc ſe conſpectui repræſentent: Volumus tamen illam te B ſuper hoc diligentiam adhibere, quòd auctoritate prædictarum litterarum, quas in tuum., & negotii ſollicitudini tuæ commiſſi favorem tibi dirigimus, ad citationem aliquorum, vel alicujus etiam non procedas, per quam poſſet ſcandalum, ex quo turbaretur ſtatus Patriæ, ſuboriri.

b

Suas litteras commemorat

quas ex parte juſſa moderari ſubjungit.

Datum, *ut ſupra* [c].

c

C

Brugen. & Inſulen. *Eccleſ. Præpoſituras ad ſeptennium retinere concedit. &* Inſulenſi *Vicarium de conſilio Prioris Ord. Prædicatorum, &* Cuſtodis *Fland. Ord. Minor. præfici jubet.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 12. anni 3.)

CLIII. Anno 1280. die 27. Martii.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio Johanni *Electo* Metenſi [d] *Salutem, & Apoſt. Benedictionem.*

d

Exordium ab ipſius Electi encomio.

D

Circa perſonam tuam quamplura concurrere novimus, quibus favoris Apoſtolici plenitudinem promereris. Cum enim generis nobilitate [e] conſpicuus donis virtutum affluas; & officii honorificentiâ præeminere noſcaris, introduceris gratanter ad gratiam, januis paternæ dilectionis apertis. Hoc igitur & conditiones *Meten.* Eccleſiæ, quæ diverſarum dignitatum inſignita titulis, ab irruentibus in ipſam graves moleſtias diutiùs pertulit [f]; & quam affectam diſpendiis per tuæ Circumſpectionis induſtriam a noxiis excuti, ab adverſis E protegi, & in ſinu proſperi ſtatus reintegratione conſervari, & tuis ad vitam vir-

e

f

Cujus induſtria, ac virtutibus Eccleſiam Meten. reſurgere.

(a) Repræsentent: Super quâ tamèn citatione datæ ſunt ſequentes litteræ moderatrices.

(b) Litteras: Nempe præcedentes.

(c) Anno 1284. adhuc inter vivos degebat, fuitque unus ex Commiſſariis, ſeu Executoribus teſtamenti *Ildobrandini* de Comitibus *Aldobrandeſchi* conditi Suanæ in Tuſcia eo anno pridie nonas Maji, quo ceteri executores teſtamenti nominati fuere *Martinus IV. Papa*, Jordanus Urſinus Card. Diaconus S. Euſtachii, Marcus Epiſcopus Suanen., & Hermanus Monaldeſchi, ut refert Dom. M. Manni to. 8. obſerv. Hiſt. ſuper Sigillis antiquis pag. 27.

(d) Metensi: Vulgo *Metz* in Belgio, ac Lotharingia ſub Archiepiſcopo Treviren.

(e) Generis nobilitate: Erat enim filius Guidonis II. Flandriæ Comitis.

(f) Diutius pertulit: Ob bella, illorumque temporum tumultus, ac diſſenſiones.

Digitized by Google

virtutibus, auxiliiſque ſuffultam, gratis Deo & Nobis proſperitatibus adaugeri ſperamus; ſpecialis charitatis affectibus advertentes, & tuo, ac ipſius Eccleſiæ ſtatui, quibus poſſumus remediis occurrere cupientes, ut quantò gratioſiùs te a Nobis honorari proſpexeris, ad ejuſdem Eccleſiæ commoda procuranda concreſcas; & quantò fœcundiùs abundabilis, tantò faciliùs oportunitatibus Eccleſiæ præfatæ ſuccurras. Volentes quoque, quòd favorem hujuſmodi percipias per effectum, Devotioni tuæ *Inſulenſis* [a], cui cura imminet animarum, & *Brugenſis* [b] ſine animarum cura Eccleſiarum *Tornacen.* [c] Diœceſis Præpoſituras, quas promotionis tuæ tempore canonicè, ſicut aſſeris, obtinebas; & quas adhuc retines, uſque ad *ſeptennium* auctoritate Apoſtolicâ de ſpeciali gratiâ reſervamus; ac decernimus ex tunc irritum, & inane, ſi ſuper iis contra reſervationis Noſtræ tenorem ſecus a quoquam extiterit attentatum; tibi nihilominus auctoritate ſimili concedentes, ut fructus, redditus, & proventus Præpoſiturarum earumdem, etiam poſtquam fueris in Epiſcopum conſecratus, ex nunc per dictum ſeptennium ubique cum eâ integritate percipere valeas, quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperes, ſi ut Eccleſiarum ipſarum Præpoſitus inibi perſonaliter reſideres. Non obſtantibus Conſtitutione generalis Concilii [d], ſeu quibuslibet ipſarum Eccleſiarum ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quacumque aliâ firmitate vallatis; & qualibet indulgentiâ dictæ Sedis generali, vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam effectus hujuſmodi factæ tibi gratiæ impediri valeat, vel differri, & de qua in noſtris litteris ſit habenda mentio ſpecialis. Volumus autem, quòd dicta Præpoſitura *Brugenſis* interim debitis obſequiis non fraudetur; & quod pro dicto tempore de

Ob id ei binas ad ſeptennium concedit Præpoſituras retinere.

Cum obſtantium derogatione.

Quarum Præpoſiturarum altera excolatur,

A conſilio, & aſſenſu dilectorum Filiorum... Prioris *Prædicatorum Inſulenſium* Tornacenſis Diœceſis, &... *Cuſtodis Minorum Flandriæ* [e] Fratrum Ordinum de idoneo *Vicario* eidem Præpoſituræ *Inſulenſi* Eccleſiæ provideatur, qui Curam Præpoſituræ gerat ejuſdem; & per cujus præſentiam tuæ defectus abſentiæ veriſimiliter ſuppleatur. Quo quidem *Vicario* cedente, vel decedente, aut aliàs exinde forſan amoto, alius B ſimiliter ſubrogetur eidem, quibus debitâ maturitate ſervatis, in ſuo vigore gratia hujuſmodi perſeveret; alioquin nullius penitus ſit momenti. Intendimus ſiquidem, quòd eodem elapſo ſeptennio dictæ *Præpoſituræ*, ipſo facto vacare noſcantur; & ſi aliud circa præmiſſa per Nos, vel per Sedem Apoſtolicam infra dictum ſeptennium ordinari contigerit de iiſdem, illud poſt ordinationem hujuſmodi ex tunc decernimus C inviolabiliter obſervandum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conceſſionis, Conſtitutionis, & Reſervationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

alteri Vicarius præficiatur de conſilio &c.

at elapſo ſeptennio vacare noſcantur.

Clauſula prohib. &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum VI. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

D Tudertin. *Epiſcopum cum Clero Sæculari, ac Regulari citet ad Sedem Apoſtol. adeundam pro non ſervata cenſura, & interdicto Eccleſ.* (Ex Reges. Vat. Pont. ep. 43. anni 3.)

CLIV.

Anno 1280. die 30. Martii.

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio Magiſtro Angelo Mercati *Cameræ Noſtræ Clerico Canonico* Fulginaten. [f] *Sal., & Apoſtol. Benedictionem.*

E IN Inſulis, quæ procul ſunt, honorificentia Sedis Apoſtolicæ ob reverentiam ſedentis in throno quaſi favus mellis

Exordium a minori ad majus.

(a) Insulensis: Vulgo *Lills* in Belgio Flandriæ Gallicæ caput, 5. leucis ab Hypris, & 6. a Duaco, 4. vero ab Arteſiæ limite diſſita.

(b) Brugensis: Vulgo *Bruges* etiam in Belgio, ac Flandria 8. leucis a Gandavo diſtans nunc Epiſc. ſub Archiepiſcopo Mechlinenſi.

(c) Tornacen.: Vulgo *Tournay* in Gallica Flandria Epiſc. ſub Archiepiſcopo olim Remen. nunc Cameracen., a qua Diœceſi ſeculo XVI. abſtracta fuit *Brugenſis* Eccleſia, & in Epiſcopatum erecta.

(d) Generalis Concilii: Lateranenſis IV. anno 1215. acti, quo plura Beneficia Eccleſ. uni prohibentur.

(e) Custodis Minorum Flandriæ: *Brugenſe* quidem Cœnobium O. M. attinebat ad *Cuſtodiam* Flandriæ, ſed *Inſulenſe*, de quo Waddingus ad ann. 1250. n. 15., ad Atrebatenſem in Provincia Franciæ ex noſtri Ordinis veteri *Provinciali* Jordanis manuſcripto alias memorato.

(f) Fulginaten.: In Umbria Civitas ſatis nota.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch. 1280.

lis conſtitutitur delectabilis in labiis populorum; quare in locis conſtituti finitimis, & maximè eidem Sedi ſubjectis ſerventiùs ad illius exhibitionem continuam deberent conſurgere; & ipſius Sedis reverentiùs parere regulis, & præceptis. Sed, proh dolor! Venerabilis Frater Noſter . . . [a] Epiſcopus, ac . . . Prior, & Capitulum, nec non Clerici tàm Religioſi, quàm Sæculares *Tudertini* [b] ab iis, ut aſſeritur, non ſine notâ ingratitudinis notabiliter mentem debitæ attentionis avertunt. Dudum ſiquidem nonnulli ex *Rectoribus* Patrimonii Beati Patri in *Tuſcia* in ſpiritualibus, qui fuerunt pro tempore, in . . . Poteſtatem, . . . Vicarium, Officiales, & Conſiliarios *Tudertinos*, pro eo quod ipſi eoſdem Rectores, quominus juriſdictionem, quàm in aliis Civitatibus & locis ejuſdem Patrimonii auctoritate Sedis Apoſtolicæ exercebant, in Civitate *Tudertina* exercere valerent, impedire temere præſumebant; & ab eis moniti legitimè recuſarunt ab hujuſmodi præſumptione ceſſare; *excommunicationis*, & in dictam Civitatem Tudertinam *interdicti* ſententias, exigente juſtitiâ, promulgarunt. Verùm poſtmodum licet dilectus Filius *B.* Camerarius Noſter poſt varios tàm coram ipſo, quàm coram quondam *A.* Camerario Noſtro ſuper negotio hujuſmodi ſecutos proceſſus præfatis Epiſcopo, Capitulo, Clero ac . . . Guardiano *Minorum*, Prioribus *Prædicatorum*, & *Heremitarum* Sancti Auguſtini Ordinum de *Tuderto*, ac Conventibus eorumdem de ſpeciali mandato Noſtro ſpecialiter injunxiſſet, ut ſententias hujuſmodi inviolabiliter obſervarent; ipſi nihilominus in elationem execrabilem conſurgentes, reverentiâ eidem Sedi ab eis ſpecialiter debitâ omnino propulsâ, non ſolum hujuſmodi ſententias non obſervant [c], verùm etiam ipſas contemptibiliter violantes, celebrare ſolemniter Divina officia præſumunt in Noſtrum & præfatæ Sedis contemptum, & injuriam manifeſtam. Quia igitur dictorum *Epiſcopi*, & aliorum tam deteſtabilis in hac parte præſumptionis audacia tantò Nobis occurrit gravior, & moleſtior habetur, quantò intra ſinum dicti Patrimonii [d] ejuſdem Sedis contemptores honoris, & beneplacitis Noſtris manifeſtiùs obvios reperimus: Nos nolentes ſub diſſimulatione tranſire, ne præſumptorum hujuſmodi temeritas ſuper hoc ſic in vicino præſumpta fiat remotis prævaricationis exemplum; Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ad Civitatem prædictam *Tudertinam* in expenſis Epiſcopi; Capituli, & Cleri prædictorum perſonaliter accedens, ac eos, ſi opus fuerit, ad illarum exhibitionem auctoritate Noſtrâ compellens ipſos, nec non *Guardianum*, & *Priores* memoratos ex parte Noſtrâ peremptoriè citare procures, ut infra ſex dies poſt tuam citationem Epiſcopus, Capitulum, & Clerus per Procuratores; Prior vero majoris Eccleſiæ cum quatuor de dicto Capitulo; aliique *Guardianus*, & *Priores* cum totidem de ſingulis Conventibus, ac quatuor majores de Clero præfatis perſonaliter compareant coram Nobis ſuper hujuſmodi temeritatis exceſſu pro meritis recepturi. Diem verò citationis, & formam, quam tibi mittimus interclusam [e], Nobis quantocius intimare procures.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum III. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Rectores Patrimonii B. P. in Tuſcia Tuderti ab agendo impediti

cenſuris Eccleſ. primores, & civitatem involvunt;

quas uterque Clerus obſervare recuſat.

Sed Divina Officia ſolemniter concelebrant.

Pontifex mandat, ut ſupra.

Injungit, ut Decanum Bajocen. *Eccleſiæ citent ad comparendum coram ſe pro exceſſibus, & gravaminibus in ſuum Epiſcopum.*
(Ex VATIC. REGES. PONTIF. ep. 32. anni 3.)

NICO-

(a) FRATER NOSTER . . . : *Angelarius Bentivenga* Aquaſpartanus germanus frater *Bentivenga* Cardinalis Epiſcopi Albanen. ex Ord. Minor. & Epiſcopo Tudert. anno 1278. creati, cui in Tuderti Epiſcopatu eodem anno ſucceſſit *Fr. Angelarius* etiam ex Ord. Minor., ut eſt apud Ughellum tom. 1. Ital. Sac.

(b) TUDERTINI: Etiam in Umbria non multum a Fulginatibus diſtantes.

(c) NON OBSERVANT: At id egiſſe videntur, quod *Rectores* illi exotici fortaſſe, locorumque ignari ſententias, & cenſuras tulerunt in non ſibi ſubditos, ideoque nullas, irritaſque: ipſi enim Rectores erant Patrimonii B. Petri in *Tuſcia*, & Tudertum eſt in *Umbria* ſub Ducatu Spoletano.

(d) INTRA SINUM DICTI PATRIMONII: Ex errore forſan quorundam, eo quod ager & Diœceſis Tudertina ſit Patrimonio Beati Petri finitima verſus auſtrum.

(e) MITTIMUS INTERCLUSAM: Sed hanc librarius omiſit: Totaque hæc Pontificia in Tudertinos increpatio, atque citatio ab Annal. Eccleſ. abeſt; hinc exitus rei minime innoteſcit.

Digitized by Google

CLV. Anno 1280. die 30. Martii.

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1280.

NICOLAUS &c.

a b *Venerabili Fratri* [a] .... *Epiſcopo* Sagien. [b] *& dilectis Filiis .... Priori Prædicatorum, & ... Guardiano Minorum FF. Ordinum de* Cadomo [c] *Bajocen. Diœceſis* [d] *Sal., & Ap. Ben.*

c d

e

Epiſcopi Bajocen. expoſtulatio de ſuæ Eccleſiæ Decano.

Nuper ad Nos Venerabilis Fratris Noſtri P. [e] Epiſcopi *Bajocen.* de dilecto Filio Theobaldo *Decano* Bajocen. gravis quærela pervenit; Noſque de illati eidem Epiſcopo qualitate gravaminis, ſi ſic eſt, inferentis temeritate penſatâ, turbamur, & meritò, nam offenſi diſpendium cedit non abſque contemptu Apoſtolicæ Sedis in Divinæ Majeſtatis offenſam, quam ignorare non potuit; ſed diſſimulare potius pro ſuo libito voluiſſe videtur arbitrium offenſoris. Ipſe quidem *Decanus*, qui eumdem Epiſcopum veluti Patrem, & Paſtorem ſuum, aliorum Civitatis, & Diœceſis *Bajocen.* tenetur potius condignâ reverentiâ revereri; ſuæ ſalutis immemor dictum Epiſcopum, & ejus Officialem, ſicut idem Epiſcopus Nobis expoſuit, multiplici vexatione fatigans juriſdictionem ejuſdem Epiſcopi veſana præſumptione perturbat, ejuſque ſubditos malleis diræ perſecutionis affligit.

cum pluribus gravaminibus vexante,

quæ cuncta recenſentur.

Accepimus enim inter alia, quòd cum Johannes dictus Fagus Preſbyter, & Beneficiatus in ipsâ Diœceſi, & ipſius Epiſcopi ſubditus ad inſtantiam cujuſdam familiaris ipſius *Decani* Magiſtri Johannis dicti Grouſparmi junioris Canonici Bajocen. coram eodem *Decano*, ſeu ejus Officiali [f] auctoritate propriâ ſuper quibuſdam perſonalibus actionibus traheretur in cauſam; & demum idem Preſbyter ob certa gravamina ad prædictum Epiſcopum appellaſſet; dictus Canonicus ad excogitatam malitiam ſe convertens dictum Preſbyterum, qui Cruceſignatus erat, fecit malitiosè per litteras Apoſtolicas extra prædictam Diœceſim ad judicium evocari;

f

A ſicque idem Preſbyter ad prædictum *Officialem* Bajocen. Conſervatorem Privilegii Cruceſignatis Regni Franciæ, de quo Preſbyter idem erat, ab Apoſtolicâ Sede conceſſi, a dilecto Filio Noſtro S. [g] tituli Sanctæ Ceciliæ Preſbytero Cardinali tunc Legato [h] ipſius Sedis in illis partibus deputato recurſum habens, ab eo petiit humiliter, ut ipſum paratum juxta tenorem dicti privilegii coram eodem Epiſcopo de ſe conquerentibus reſpondere ab hujuſmodi moleſtiâ ipſius Canonici, quæ inferebatur ſibi prætextu litterarum ipſarum Apoſtolicarum, in quibus de dicto indulto aliqua non fiebat mentio, præſervaret; qui cum prout ex formâ litterarum ſibi a dicto Legato ſuper conſervatione hujuſmodi directarum poterat, præfatum Canonicum per Riccardum dictum Thoncare Preſbyterum, & duos Clericos Notarios Curiæ Bajocen. quos idem Officialis Bajocen., illuc ſpecialiter propter hoc deſtinarat, ante fores Bajocen. Eccleſiæ præfatum Canonicum moneri faceret diligenter, ut a præfatâ ipſius Preſbyteri Cruceſignati vexatione ceſſaret; dictus Canonicus litteras monitorias hujuſmodi per quemdam familiarem ſuum auferri & eripi fecit de manibus Riccardi Preſbyteri, & Clericorum eorumdem; & per quoſdam familiares ipſius *Decani* dictum Riccardum Preſbyterum, & alterum Clericorum prædictorum, reliquo fugiente, Dei timore poſtpoſito ibidem capi fecit, & in domibus dicti Decani aliquamdiu ſub carceris cuſtodiâ detineri; propter quod idem Officialis Bajocen. tàm Canonicum, quàm Familiares ipſius *Decani*, qui hoc fecerant, & qui in hoc auxilium & favorem præſtarant, cum hæc eſſent ita notoria, quòd nullâ poterant tergiverſatione celari; generaliter auctoritate ſibi competente, ac virtute cujuſdam Conſtitutionis ab eodem Legato in Bituricen. Concilio [i] ſuper hoc editæ fecit excom-

g

h

i

(a) Ven. Fratri ...: *Joanni* de Beſnieres ab anno circiter 1278. ad ann. uſque 1294. ſedenti ex nova Gallia Chriſtiana.

(b) Sagien.: Vulgo *Seez* in Normannia Provincia ſub Archiepiſcopo Rothomagen.

(c) De Cadomo: Vulgo *Caen* & inferioris Normanniæ capite, de quo & in 2. hujus Operis tomo pag.152. no. (b)

(d) Baiocen. Diœcesis: Ut ibidem in dicto 2. to. p.152. (d)

(e) P.: *Petri*, pro quo ab æmulorum calumniis eximendo Pontifex laboravit, ut eſt apud Raynaldum ad ann.1278. n.33. & 1279. n.48.

(f) Officiali: Cujus munus, & dignitas videri poterit in 1. hujus Operis tomo p.309. (a)

(g) S. ...: *Simoni* de Bria Gallo alias & ſæpe in hoc Opere memorato.

(h) Legato: Binam legationem Gallicam obivit *Simon*, primam ſub Urbano IV. 1264., alteram ſub Joan.XXI., & Nicolao III. ann.1277. & 1278.

(i) Bituricen. Concilio: Quod in editis Conciliorum collectionibus non apparet.

Nicolaus PP. III. An.Ch.1280.

excommunicatos publicè nunciari. Porrò prædicto *Decano* erga præfatum Epiſcopum, poſtpoſito reverentiæ debito, nequitiæ ſpiritum exercente; conſanguinei, & amici Laici ejuſdem *Decani* hoc ex ejus actibus colligentes prædictum Officialem, & Vicarios, ac familiares Epiſcopi memorati inibi tunc morantes fuerunt adeo perſecuti, quòd eos oportuit fugere de Civitate ac Diœceſi ſupradictis, quibus ſic fugientibus, & accedentibus verſus Pariſius, ut de Laicis eiſdem cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro ...[a] *Regi Francorum* Illuſtri quærelas exponerent; dicti Laici, vel eorum aliqui, aut alii de mandato ipſorum etiam in Ducatu Ballivi Regis ejuſdem, ut ipſos offenderent, inſidias poſuerunt, & quod gravius eſt, dictus *Decanus* Dionyſium de Lavardino Clericum ejuſdem Epiſcopi ad Sedem Apoſtolicam accedentem, dum per Pariſius tranſitum faceret, violenter capi, ac detineri per ſæcularem potentiam procuravit; & nihilominus Riccardus dictus Aſinarius Nuntius, quem prædictus Officialis Bajocen. cum quibuſdam litteris præſentandis eidem Epiſcopo, & aliis, etiam ad Sedem mittebat eamdem, in viâ veniendi ad Sedem præfatam extitit per ejuſdem *Decani* familiares nequiter in contemptu ejuſdem Epiſcopi verberatus, & expoliatus litteris ſupradictis. Nec iis contentus *Decanus* prædictus per falſas ſuggeſtiones cum quibuſdam Conſiliariis dicti Regis ſine conſenſu tamen Regis ejuſdem, prout idem Rex aſſeruiſſe dicitur, mandari quibuſdam ipſius Regis ſervientibus procuravit; ut familiares dicti Epiſcopi caperentur; ſicque dicitur contigiſſe, quòd per ſervientes eoſdem viginti & octo Clerici Notarii Curiæ Epiſcopi memorati manentes in domo ipſius Epiſcopi de *Cadomo*, ubi jus redditur[b], capti fuerunt; & quibuſdam Clerici, qui ſuis culpis exigentibus *Bajocis* in carcere ipſius Epiſcopi tenebantur, per eoſdem Regis ſervientes extracti de carcere ipſo fuerunt, & alibi per eos carceri mancipati. Et nihilominus, ut nullum in hoc ſibi locum temperantia vindicaret, Robertus dictus Bandri Clericus, qui in domo Epiſcopali *Bajocen.* remanſerat, ſimiliter captus extitit, carceri mancipatus. Et dictus *Decanus* impedire pro ſuâ voluntate præſumit quominus Johannes de Recloſis Presbyter, quem dictus Officialis ... Ballivo Cadomenſi cuſtodiendum, & dicto Epiſcopo reſtituendum commiſerat, Epiſcopo reſtituatur eidem; ac aliàs prædictus *Decanus* per ſe, ac alios diverſis moleſtiis, litibus, & diſpendioſis anguſtiis eumdem Epiſcopum, & ſuos multipliciter aggravat, & perturbat. Cum autem propter præmiſſa iidem Officialis Vicarii, & familiares de Civitate, ac Diœceſi prædictis receſſiſſe dicantur; nec ipſi redire, vel alii accedere audeant propter metum ipſius *Decani* & ſuorum ad Civitatem & Diœceſim ſupradictas pro negotiis ejuſdem Epiſcopi procurandis; prædictus Epiſcopus præter opprobrium, & contemptum damna gravia, & expenſas ſe aſſerit incurriſſe; ac majora ſibi per hoc imminere conſpicit detrimenta; cum nequeat commodè in illis partibus, ſicut aſſerit, ſuper iis juſtitiam obtinere. Quare dictus Epiſcopus Nobis humiliter ſupplicavit, ut de opportuno remedio ſuccurrentes eidem exhiberi ſibi apud Sedem eamdem ſuper præmiſſis juſtitiam faceremus. Nos autem eidem Epiſcopo in hac parte benigno compatientes affectu; & attendentes, quòd propter potentiam, & malitiam dicti *Decani* præfato Epiſcopo grave forſan exiſteret de præmiſſis in eiſdem partibus experiri; tibi, Frater Epiſcope, per alias Noſtras damus litteras in mandatis, ut prædictum *Decanum* ex parte Noſtrâ per te, vel per alium peremptoriè citare procures, ut infra duos menſes poſt citationem hujuſmodi per ſe, vel per Procuratorem idoneum Apoſtolico ſe conſpectui repreſentet facturus, & recepturus ſuper iis, quod juſtitia ſuadebit. Verùm quia præſumentium Miniſtros Dei perſequi, debet elidi temeritas; ut, eis a perverſitate cohibitis, ſit illis facile commiſſi ſibi curam officii ſalubriter exercere: Nos tantum exceſſum conniventibus oculis pertranſire nolentes Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenus ſi per ea, quæ ad vos fama, vel alio modo

De quibus juſtitiam poſtulat Epiſcopus.

Pontifex Epiſcopo Sagien. injungit Decani ad S. A. citationem,

& ſupraſcriptis, ut notatum eſt.

(a) Filio Nostro ...: *Philippo* ſæpe ſæpius ſupra memorato.

(b) Ubi jus redditur: Utpote inferioris Normanniæ, ut dictum eſt, capite.

Digitized by Google

modo jam pervenerunt, vel de novo pervenient, aut per non ſolemnem indaginem, ſed fidelem pervenerint de prædictis, ſeu prædictorum exceſſuum, conſideratis circumſtantiis, vobis ſecundum Deum videbitur prædictum *Decanum* coram Nobis perſonaliter ob præmiſſa fore citandum; memoratum *Decanum* ex parte Noſtrâ peremptoriè citare curetis, ut infra duos menſes poſt citationem veſtram ſuper præmiſſis, & ea contingentibus compareat perſonaliter coram Nobis recepturus pro meritis; & facturus aliàs, quod juſtitia ſuadebit, citatione prædictâ commiſsâ tibi, prædicte Epiſcope, ut prædicitur, in omnem eventum ſuo curſu nihilominus procedente. Diem verò citationis per vos faciendæ, ac formam, & quicquid in prædictis duxeritis faciendum, per veſtras litteras harum ſeriem continentes Nobis curetis fideliter intimare. Non obſtante Indulgentiâ [a]. Quòd ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe, tu, Frater Epiſcope, cum eorum altero ea nihilominus exequaris.

obſtanti derogando, a

& juſſa moderando.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum III. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Præficit Fr. Raynerium *Eccleſiæ* Trojanæ *in Apulia*. (Ex REGES. VATIC. epiſt. 29. apud WADDINGUM ad hunc ann. num. 31. Regeſti Pontif.)

CLVI. Anno 1280. die 3. Maji. b

NICOLAUS &c.

Dilecto Filio Raynerio *Electo* Trojan. [b] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium;

LICET continuata ſupervenientium negotiorum inſtantia Nos, qui diſponente Domino univerſali regimini quamquam inſufficientibus meritis præſidemus, inſultibus impetat ſucceſſivis; ſollicitudo tamen omnium Eccleſiarum Noſtris incumbens humeris tantò arctiùs

A quotidianâ Nos meditatione perurget, quantò ad id ſumus ſpecialiùs, immò principaliùs obligati. Sanè dudum *Trojana* Eccleſiâ, per tranſlationem Venerabilis Fratris Noſtri Hugonis [c] *Bethleemitani* [d] tunc Trojani Epiſcopi [e] ad Eccleſiam Bethleemitanam, Paſtoris Regimine deſtitutâ; dilecti Filii Cantor, & Canonici ejuſdem Eccleſiæ *Trojanæ* tunc ibidem præſentes ad tractandum de futuri ſubſtitutione Paſtoris convenientes in B unum, ac deliberantes per viam procedere compromiſſi, duobus ex eis, ſcilicet Nicolao *Diacono*, & Simoni *Subdiacono* Canonicis Trojanis providendi per electionem, vel poſtulationem eidem *Trojanæ* Eccleſiæ de Paſtore conceſſerunt liberam poteſtatem. Prædicti autem duo ſecedentes in partem, ac in hujuſmodi negotio ex præfatâ poteſtate a memoratis Cantore, & Canonicis ſibi traditâ C procedentes Venerabilem Fratrem Noſtrum *Benedictum* Epiſcopum *Eſculan.* [f] in Trojanum Epiſcopum poſtularunt; dictique Cantor, & Canonici facientes Nobis decretum poſtulationis hujuſmodi præſentari, a Nobis ſuppliciter petierunt, ut eamdem poſtulationem admittere dignaremur. Nos igitur prædictam poſtulationem per Venerabilem Fratrem Noſtrum *B.* [g] Epiſcopum *Albanen.* [h] examinari fecimus diligenter; & demum audi-D tâ ſuper hoc ejuſmodi Epiſcopi relatione fideli, poſtulationem ipſam ex variis cauſis tàm ejuſdem *Trojanæ*, quam *Eſculanæ* Eccleſiarum utilitate penſatâ, de Fratrum Noſtrorum conſilio non duximus admittendam. Et deinde cupientes per Noſtræ providentiæ ſtudium dictæ *Trojanæ* Eccleſiæ præeſſe Pontificem, per quem poſſet ſalubriter gubernari; ne iſta Eccleſia *Trojana* per vacationem diutinam diſpendiis, quæ imminere ſolent E viduatis Eccleſiis, ſubjaceret; ad te Fratrem *Minorum Ordinis* Profeſſorem tunc Cappellanum Cariſſimi in Chriſto Filii Noſtri *Caroli Regis* Siciliæ Illuſtris convertimus Noſtræ conſiderationis intuitum;

Trojana Eccleſia Paſtore deſtituta, c d e

Canonici in duos compromittunt,

qui Epiſcopum Aſculanum poſtularunt, f

g h

& poſtulatio examini Albanen. Epiſcopi demandatur.

admittendaque non judicatur.

Unde aſſumitur ſupradictus Fr. Raynerius.

(a) INDULGENTIA: Alias & paulo ſuperius commemorata, ut in Bul. 126.
(b) TROJAN.: Urbis Apuliæ Dauniæ. nunc *Capitanata* Provinciæ uni Romano Pontifici Eccleſiam Epiſc. ſubjectam habentis.
(c) HUGONIS: *Neapolitani* ex Ord. Prædicat.
(d) BETHLEEMITANI: In Palæſtina, Terrave Sancta, ſed Saracenorum jugum ferentis.
(e) TROJANI EPISCOPI: Anno 1278. Kalendis Auguſti promoti ex Ughello to. 1. Ital. Sac., Scriptoribuſque illius Ordinis.
(f) EPISCOPUM ESCULAN.: In eadem Apulia non longe a Troja ſub Archiepiſcopo Beneventano.
(g) B.: *Bentevengam* Ord. Minor.
(h) EPISCOPUM ALBANEN.: Et S. Rom. Eccleſ. Cardinalem.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1280.

a b c

tuitum; teque ipſi Eccleſiæ præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.[a] Quocirca &c.[b]

Datum Romæ apud Sanctum Petrum v. Nonas Maij Pontificatus Noſtri Anno Tertio[c].

Fr. Marco *Anconitano O. M. in Epiſcopum* Humanaten. *electo*, *& ſuo Miniſtro licentiam non obtinenti ſequens* Bernardus *ſubrogatur*. (Ex VATIC. REGES. PONTIF. ep.24. anni 3.)

CLVII. Anno 1280. die 7. Maji.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri Bernardo *Epiſcopo* Humanat.[d] *Sal., & Apoſtol. Bened.*

Exordium. e

RATIONIS oculis intuentes &c.[e] Olim ſanè *Humanatenſi* Eccleſiâ per obitum bonæ memoriæ *Arnolfi*[f] Humanatenſis Epiſcopi deſtitutâ Paſtore; Capitulum ipſius Eccleſiæ dilectum Filium *Fratrem Marcum*[g] de Ancona Ordinis Fratrum Minorum in ſuum Epiſcopum elegerunt. Sed eodem *Fratre Marco* conſentiendi electioni hujuſmodi a . . . Miniſtro ſuo[h] nequeunte licentiam obtinere; Nos proviſionem ejuſdem Eccleſiæ eâ vice Nobis de Fratrum Noſtrorum conſilio duximus reſervandam. Et tandem detrimentis ipſius Eccleſiæ volentes occurrere, quæ prætextu prolixæ vacationis ſolent viduatis Eccleſiis imminere, & ad perſonam tuam conſiderationis Noſtræ aciem dirigentes, Fratrum ipſorum communicato conſilio, te tunc Canonicum *Balneoregen.*[i] eidem Eccleſiæ præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem de Apoſtolicæ plenitudine Poteſtatis; tibique adminiſtrationem prædictæ Eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus plenè commiſimus; & manibus Noſtris *conſecrationis* munus duximus impendendum; firmâ ducti fiduciâ quòd cum ſis laudabili providentiâ circumſpectus, dicta Eccleſia per induſtriæ tuæ ſtudium grata in ſpiritualibus, & temporalibus, annuente Domino, ſuſcipiet incrementa. Rogamus itaque Fraternitatem tuam, & hortamur attentè per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus onus hujuſmodi mente devotâ, & animo ſuſcipiens reverenti ad præfatam Eccleſiam de Apoſtolicæ Sedis & Noſtro favore confiſus cum Divinæ gratiâ benedictionis accedas, te in curâ ipſius taliter corde ſollicito redditurus, ut grex tuæ circumſpectioni creditus in te ſalutis Miniſtrum reperiſſe gaudeat; & tandem Paſtoris æterni benignitas, unicuique reſponſura pro meritis, tibi propter hoc æternæ retribuat gloriam claritatis.

(Margin: Humanat. Eccleſia vacante; eligitur ad eam Fr. Marcus O. M.; qui a Miniſtro ſuæ Provinciæ facultatem non obtinet; & Bernardus prædictus a Pontifice promovetur; ab eoque conſecratur; cui & Eccleſiam commiſſam commendat.)

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Nonis Maij, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Fit Epiſcopus Melphien., *& conſecratur a Pontifice*. (Ex REGES. VATIC. epiſt. 39. apud WADDINGUM ad hunc ann. num.32. Regeſti Pontif.)

CLVIII. Anno 1280. die 7. Maji.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri Sinibaldo[k] *Epiſcopo* Melfien.[l] *Sal.*, *& Apoſtol. Bened.*

Exordium. m

IN ſupremæ dignitatis ſpecula &c.[m] Nuper ſiquidem Venerabilem Fratrem Noſtrum F.[n] *Urbevetan.* Epiſcopum tunc Electum *Melfien.* a Melfien. Eccleſiâ abſolutum ad *Urbevetan.* Eccleſiam transferentes proviſionem ipſius *Melfien.* Eccleſiæ Nobis eâ vice duximus reſervandam; & paternâ volentes ſollicitu-

(Margin: Melphien. Antiſtite ad Sedem Urbevetan. translato.)

(a) PASTOREM &c.: Ut in Bulla *Militanti Eccleſia &c.* data anno ſuperiori die 9. Decembr. uſque *ſuſcipiet incrementa*.

(b) QUOCIRCA &c.: Ut ibi uſque *conſequi merearis*.

(c) Hunc parum ſupervixiſſe colligimus, eo quod anno 1284. aſſumptus fuit *Fr. Rogerius* etiam ex Ord. Min. ex epiſt.60. Martini IV. *Sicut ex Fraternit. &c.* die 20. Decembr. data, ut infra.

(d) EPISC. HUMANATEN.: De quo Antiſtite, atque Eccleſia jampridem everſa conſuli poterit Ughellus tom.1. Ital. Sac.

(e) INTUENTES &c. Ut in *Bulla* 44. hujus Pontificis ſupra relata uſque *ſtudium habeatur*.

(f) ARNOLFI: Viterbienſis ex Ord. Prædicat. anno 1254. aſſumti, annoque 1279. die 20. Auguſti in patria defuncti ex cit. Ughello, & Scriptoribus ſui Ordinis.

(g) FR. MARCUM: Ad noſtram notitiam nunc primum emergentem.

(h) MINISTRO SUO: Nempe Provinciæ Marchiæ Anconitanæ.

(i) BALNEOREGEN.: In Tuſcia Romana, ac Patrimonio B. Petri.

(k) FR. SINIBALDO: E Lacu Peruſ., ad quem contra hæret. pravit. Inquiſitorem in Patrimonio S. Petri ſunt litteræ Pontificis *Cum ſicut noſti &c.* anno 1278. die 23. Julii, & 1279. *Qui cuncta ſolus &c.* die 8. Maji.

(l) MELPHIEN.: Urbis in Baſilicata Provincia Regni Neapolit. 4. mill. p. ab Aufido fluvio diſtantis, Epiſc. uni Rom. Pontifici obtemperantis.

(m) SPECULA &c.: Ut in *Bulla* pro Epiſcopo *Valven.* anno ſuperiori die 25. Febr. edita uſque *plebs lætetur*.

(n) F.: *Franciſcum* de Monaldis Balneoregien. & Patritium Urbevetanum de quo Ughellus to.1. Ital. Sac.

Digitized by Google

citudine præcavere, ne ipſa *Melfien.* Eccleſia diſpendia vacationis incurreret; ad Perſonam tuam, quam odor famæ, ac aliàs ex parte tuæ probitatis ſtudia, quæ pro Catholicæ Fidei conſervatione, ac extirpatione pravitatis hæreticæ, & *Inquiſitionis* [a] officio pravitatis ejuſdem adhibere diutiùs ſtuduiſti, Nobis reddit acceptam; cum habearis vitæ laudabilis, litterarum ſcientiâ prædictus, Religionis claritate conſpicuus, præclarus meritis, & aliàs in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectus, aciem Noſtræ mentis convertimus; ſperantes quoque, quod eamdem *Melfien.* Eccleſiam ſalubri, dante Domino, regimine gubernabis, ipſaque utilis præſidio munita Paſtoris, optatis affluet incrementis; te *Fratrum Minorum* Ordinis profeſſorem prædictæ Melfien. Eccleſiæ de Fratrum Noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis in Epiſcopum præfecimus, & Paſtorem, tibique munus conſecrationis Noſtris manibus duximus impendendum. Quocirca Fraternitati tuæ &c. [b]

a — Inquiſitorem hæret. pravit., quem laudat ad Melphien. Eccleſiam deligit,

eique eum præficit, & conſecrat.

b

Datum, *ut ſupra*.

Fr. Nicolaum de Cuſoab O. M. in Epiſcopum Daren. *a ſe conſecratum commendat*. (Ex cit. VATIC. REGES. PONTIF.)

CLIX. Anno 1280. die 13. Maji. c

NICOLAUS &c.

Cariſſimo in Chriſto Filio.... [c] *Illuſtri* Regi Angliæ *Sal.*, & *Apoſt. Bened.*

Exordium.

REGI Regum, per quem regnas, & regeris, gratum obſequium impendere comprobaris, ſi Miniſtris ejus; & iis præcipuè, qui Pontificali ſunt prædicti dignitate, Regiis adſiſtis auxiliis; eoſque confoves favoribus oportunis. Olim ſiquidem *Darenſi* Eccleſiâ per obitum &c., [d] incrementis. Rogamus itaque Regalem Excellentiam, & hortamur attentè, quatenus te præfato *Epiſcopo*, quem pro ſuis laudabilibus meritis interna complectimur brachio charitatis, pro Apoſtolicæ Sedis & Noſtrâ reverentiâ reddens affectu benevolum, & opere gratioſum, ſibi, vel Procuratori ſuo ejus nomine quæcumque bona, & jura ipſius Eccleſiæ a tuis Officialibus, ſeu Miniſtris, ſive ſubditis aliis illicitè detenta, reſtituas integrè, ſeu reſtitui facias; & ejuſdem Eccleſiæ libertates & jura, quantum in te fuerit, ita manuteneas, & defendas, quòd idem Epiſcopus potentiæ Regiæ fultus auxilio in executione ſibi creditâ poſſit proſperari faciliùs: Noſque proinde Tuam Celſitudinem laudum condignis præconiis attollamus.

Darenſi Eccleſiæ datur Epiſcopus, d

& Rex hortatur, ut bona, juraque Eccleſiæ occupata reddantur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum III. Idus Maij, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Epiſcopum Daren. *conſtituit*, & *conſecrat*. (Ex VATIC. REGES. PONTIF. ep.43. anni 3.)

CLX. Anno 1280. die 15. Maji. e f

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri Nicolao *de Cuſoah* [e] *Epiſcopo* Daren. [f] *Sal.*, & *Apoſt. Ben.*

Exordium. g

RATIONIS oculis intuentes &c. [g] tibique tandem ad Noſtram præſentiam perſonaliter accedenti propriis Noſtris manibus conſecrationis munus duximus impendendum: firmâ conceptâ fiduciâ &c. [h]

Electus conſecratur h

Datum Romæ apud S. Petrum Idibus Maij, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Epiſcopus Burgenſis *conſtituitur*, & *a Pontifice conſecratur*. (Ex REGES. VATIC. ep.38. apud WADDINGUM ad hunc annum n.33.)

CLXI. Anno 1280. die 21. Maji. i k

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri Fernando [i] *Epiſcopo* Burgen. [k] *Sal.*, & *Apoſtol. Bened.*

Exordium.

CONSULTE tunc utilitati Eccleſiarum proſpicitur, cum diſcretis, & providis earum cura committitur, & viduatarum

(a) INQUISITIONIS: Ex ſupra citata Bulla *Cum ſicut noſti &c.*

(b) FRATERNITATI TUÆ &c. Ut in Bulla *Militanti Eccleſiæ &c.* pro Th. Epiſcopo *Nepeſino* ann.1278. die 9. Auguſti, Eccleſiæ tantum nomine mutato.

(c) FILIO: *Eduardo I.*

(d) PER OBITUM &c.: Ut in ſequenti epiſt. uſque *proficiet incrementis*, mutatis tamen competenter verbis.

(e) DE CUSOACH: De quo videatur epiſt.137. anno præcedenti die 27. Novembr. eidem *Electo* ſcripta.

(f) DAREN.: Ut in dicta epiſtola eodem exemplo exarata.

(g) INTUENTES &c.: Ut ibi uſque *in Epiſcopum & Paſtorem*.

(h) FIDUCIA &c.: Ut ſupra uſque ad finem ac *Datum &c.*

(i) FERNANDO: Ex his & aliis ſuprarelatis litteris nobis primum noto, Pontifici vero familiari.

(k) BURGEN.: Vulgo *Burgos* Caſtellæ veteris olim caput, ac Regia, & Epiſcopatus olim ſub Archiepiſcopo Toletano ex veteribus Notitiis Eccleſ., non ſub Tarraconenſi, ut habet Ferrarius in Lexico Geograph. poſteà ab omni Metropolitano exemptus, nunc autem etiam *Archiepiſcopali* dignitate adauctus.

Digitized by Google

Nicolaus PP. III. An.Ch. 1280.

tarum regimini Paſtores idonei præpo- A
nuntur. Undè Romanus Pontifex, cui ex Apoſtolatus officio imminet de univerſis Eccleſiis ſollicitè cogitare, hoc maximè circa ipſas attendere debet, & ad id propenſiùs vigilare, ut per bonos gubernentur, dignoſque Rectores; per Duces conſpicuos in ſuis gregibus dirigantur; per ſacros & eruditos Miniſtros in ſpiritualibus fulgeant; & per Diſpenſatores prudentes temporalium proficiant incrementis. Sic enim navis, B
quæ perito remige ducitur, liquida tutè ſolet percurrere ſpatia, & domus ubertate rerum excreſcere, quæ a Patrefamilias regitur ſtudioſo. Sanè Venerabili Fratre Noſtro *Gundiſalvo* [a] *Burgen.* Epiſcopo ad *Toletanam* Eccleſiam eo tempore Paſtore carentem de Noſtrâ proviſione tranſlato, ſicque per tranſlationem hujuſmodi Eccleſiâ *Burgen.* vacante; Nos diligentiùs attendentes, quòd eadem *Burgen.* Eccleſia Sedi Apoſtolicæ nullo eſt mediante ſubjecta, & propter hoc ſpecialius Nobis cura incumbit ipſius; quòdque per Nos, ut præmittitur, ſtatum viduitatis incurrerat; ut manus, per quam ipſa *Burgen.* Eccleſia cauſari poterat in ſubtractione ſui Paſtoris, non leve ſit vulnus illatum, ſalubrem e veſtigio in promptâ ſubſtitutione alterius ferret opem; proviſionem ipſius Eccleſiæ *Burgen.* Nobis eâ vice duximus ſpecialiter reſervandam; & ne D
de vacationis prolixitate, quam eligentium diffidentia ſolet frequenter inducere, cum non facilè multitudo concordet, præfata *Burgen.* Eccleſia gravia ſentiret incommoda, quæ vacationis hujuſmodi conſequuntur; redditi ſumus corde ſolliciti, illum ſibi deputare Pontificem, cujus certa Nobis eſſet notitia meritorum, nec dubia charitas erga Plebem ſuo regimini committendam; & in cujus fide poſſet fida recumbere ſecuritas ſub- E
ditorum. Ideoque in te *Fratrum Minorum* Ordinis profeſſorem, quem litterali ſcientiâ præditum, virum quoque vitæ laudabilis, converſationis placidæ, ac morum honeſtate decorum, diſcretionis,

a Burgen. Epiſcopus transfertur ad Toletanam Metropolim,

& Eccleſiæ Burgen. proviſio reſervatur a Papa.

qui Fr. Fernandum O. M. eligit, & laudat,

& conſilii maturitate conſpicuum familiari experientiâ [b] novimus, oculos direximus Noſtræ mentis. Quapropter intendentes tàm gregi Dominico, quàm dictæ *Burgen.* Eccleſiæ ſalubriter providere, de Fratrum Noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis te ipſi Eccleſiæ *Burgen.* præfecimus in Epiſcopum, & Paſtorem; Tibi conſecrationis munus Noſtris manibus impendendo, in illo, qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quòd eadem *Burgen.* Eccleſia per tuam ſolertem induſtriam, & prudentiam circumſpectam, in ſpiritualibus, & temporalibus, Deo auctore, votiva recipiet incrementa; & tam Clerus, quam Populus &c. [c]

b

Eccleſiæ præficit, & conſecrat.

c

Datum Romæ apud Sanctum Petrum xiI. Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Hortatur eum, ut Pariſien. *Cœnobii debita ſolvat.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 4. al. 47. apud Waddingum ad hunc ann. num. 34. Regeſti Pontif.) C

CLXII.

Anno 1280. die 13. Junii.

NICOLAUS &c.

Venerabili Fratri ... [d] *Epiſcopo* Pictavien. [e] *Salutem, & Apoſt. Bened.*

d e

CIrca ea, quæ Summo Patri ſunt placita, ſedulo cogitantes, & circumſpicientes undique, quòd illi, a quo cuncta proveniunt, debeatur ſpeciale debitum; inter alia pietatis opera reputamus piè manum auxiliis aperire, pauperibus illis potiſſimè, qui mandatorum Chriſti humiles ſectatores, Mundi ſpretis divitiis, degunt in præſenti vitâ ſub exercitio paupertatis, voluntarii, non coacti, ut tandem militent abundantiùs in gloria ſupernorum. Tunc enim ipſe Chriſtus glorificatur, & collaudatur in gentibus; & illi condigna laus, & honor impenditur; cum talibus ſaltem in opportunitatibus ſubvenitur, qui ejus veſtigia ſunt ſecuti; ut clariùs eluceat fides obſequentium Creatori: Et tunc hujuſmodi pietatis opus in illud exercentibus potio-

Exordium a debito ſubveniendi pauperibus

illis potiſſime, qui Chriſti paupertatem ſponte ſunt amplexi.

(a) Gondisalvo: De quo conſuli poterit præ ceteris nova *Hiſpania ſacra*.

(b) Familiari experientia: In aula Pontificia fuerat *Fr. Fernandus*; anno enim præcedenti Viterbii erat apud Pontificem ex 135. Bulla *Exhibita nobis &c.* die 7. Octobr. data.

(c) Populus &c. Ut in *Bulla* incip. *Recte tunc Eccleſiarum &c.* pro G. Archiepiſcopo Rhegin. anno præcedenti die 9. Octobr. emiſſa.

(d) Ven. Fratri: *Gualtero* Brugenſi ex Ord. Min.

(e) Episc. Pictavien.: Aſſumto anno ſuperiori die 4. Dec. ex Bulla *Militanti Eccleſia &c.* ſupra relata.

Digitized by Google

potiori virtute clareſcit, & per hoc animarum ſalus etiam in aliis producitur; cum ex fervore charitatis ad Dominum gratioſè indigentibus ſubvenitur; quod tibi ex cauſa eò fiducialiùs recenſemus, quò tu Ordinis *Fratrum Minorum* in humili paupertate fundati Profeſſor majorem humilitatem dignoſceris obtinere. Unde provenire conſpicimus, quòd *Miniſter Generalis*, & nonnulli Diſcreti Fratres ipſius Ordinis, & univerſaliter *Ordo* ipſe ad te in ſuis neceſſitatibus ſicut ad refugium ſingulare confugiunt; & nunc ſpecialiter Guardiano, & Conventu Fratrum *Pariſien.* [a] dicti Ordinis propter ſtudentium multitudinem, & alia eis incumbentia, cum inibi fons ſcientiarum ſcaturiat [b], & ex illo per univerſum *Ordinem* rivuli deriventur, gravi onere debitorum oppreſſis; ipſi, qui, ſicut noſti, nedum in rebus temporalibus non abundant, nec ſibi ipſis ſufficiunt, ſed interdum etiam pro eorum tenui ſatis victu penuriam magnam patiuntur, niſi aliorum ſubſidiis adjuventur; videntes per eos in hac parte non poſſe prædictum exonerari Conventum; & dubitantes pericula, quæ provenirent eidem Ordini, ſi Conventus ipſe deficeret; vel ſtudentibus, immò, quod abſit, *Ordini* proficiendi materia veriſimiliter tolleretur; eò confidentiùs tuum implorant auxilium, quò ſecuriùs confidunt de tuâ charitate, quam habere te decet ad *Ordinem*, in quo tu nutritus, informatus, doctus; & demum *Provincialis Miniſter* in illis Partibus [c] non ignoras, quid illi, & ejus Profeſſoribus competat; ac tandem ex illo ſuccreſcens per Dei gratiam rebus temporalibus, præſertim his diebus, ſatis abundans habito reſpectu ad ea, quæ tempore diutinæ vacationis *Pictavien.* Eccleſiæ reſervata, & quæ ad te in magnâ copiâ perveniſſe dicuntur; ſicque idem *Miniſter*, & Fratres in his, quæ in te plus quàm in alio ſæculari Prælato concurrunt; cum alio talia petere non tentarent; ſed ad te in tantæ neceſſitatis articulo convertentes, & ſperantes, quòd ex tuis ſuperexcreſcentibus facultatibus tibi conceſſis a Domino dictus Conventus, nec minus *Ordo* præfatus ab hujuſmodi debitis relevetur; petierunt a Nobis humiliter, ut te induceremus monitis, & excitaremur mandatis Apoſtolicis pro debitis ipſis, quæ ad duorum millium librarum *Turonen.* [d] ſummam dicuntur aſcendere, perſolvendis: & ut exindè apud alios in mandatorum Noſtrorum obſervatione excuſationem decentiùs haberes, certum ad id tibi præfigeremus terminum; & ex tunc, ſi expediret, te ad id compelli per alium faceremus. Nos autem, qui in fulgenti claritate dicti *Ordinis* delectamur, & in illa quieſcimus, attendentes, quòd dictus *Miniſter*, & ejuſdem Ordinis Fratres circa virtutum exercitium augendum inſudantes, per devotarum orationum inſtantiam ſalutem quærunt ubilibet animarum; & proſperi ſtatus generalis Eccleſiæ fervidi zelatores eidem indefeſſis laboribus argumentoſè deſerviunt; & ſummæ præeminentiam libertatis acquirunt miniſterio ſervitutis. Conſiderantes etiam evidentes utilitates, quæ prædictis Eccleſiæ, & *Ordini* ex ipſo Conventu proveniunt; & nihilominus formidantes pericula, quæ poſſint aliis emergere, ſi, quod avertat Altiſſimus, quovis caſu diſſolveretur, ſeu decideret prætactus Conventus, a quo ſemina fructifera in domo Domini conſperguntur; nec minùs advertentes, quòd tu ſpecialiter in eodem *Conventu* degens a tuæ culturæ principiis ex illo finaliter *Theologiæ* facultatis Cathedram aſcendere [e] meruiſti; quodque præmiſſa, & alia plura, quæ tu ipſe ſicut gratus attendere poteris, in te dignè concurrunt; & debent tibi eo merito, ſicut & Nobis etiam eſſe motiva tuo præcedenti, & præſenti ſtatu penſato. Recolentes inſuper, quòd in tuæ promotionis auſpiciis contrahendi mutuum uſque ad magnam

Marginalia: Quod huic Epiſcopo utpote Minoritæ enunciatur. — Conventus FF. Minorum Pariſien. ære alieno gravatus — ad Epiſcopum Pictavien. confugit velut ad olim confratrem & Prov. Miniſtrum, — nunc vero opibus affluentem. — Pro qua re Pontificem interceſſorem adhibet. — Conventus præfati æs alienum. — Pontifex in Ordinis encomiis effuſus, — & Epiſcopi primordia Pariſiis, & honores conſequutos recenſens

(a) Conventu FF. Pariſien.: De quo fuſe egit Waddingus ad annum 1234. n. 17. & ſeqq.

(b) Fons scientiarum scaturiat: Quot enim, & quinam ſtudio in hoc Cœnobio floruerint, habentur apud Gonzagam, & cit. Waddingum n. 34.

(c) Prov. Minister in illis partibus: Nempe Provinciæ *Franciæ*, ut etiam ſcripſit Pontifex in prædicta Bulla *Militanti Eccleſiæ*; non *Turoniæ*, ut voluit Waddingus.

(d) Duorum millium librarum Turonen.: Quarum valorem habes in primo & ſecundo tomo hujus Operis, & apud Cangii Dominum in Gloſſario Latinitatis.

(e) Cathedram ascendere: Fuit enim Sacræ Theologiæ Magiſter, & Doctor Pariſienſis ex Barthol. Piſano Conform. 8., & nos de eo plura damus in Opere de Scriptor. Franciſcanis; cum plura Gualterus iſte ſcripto tradiderit.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An.Ch.1280.

gnam ſummam pecuniæ, ut aſſerebas, erogandam pauperibus, a Nobis poſtulaſti licentiam, quam tibi tunc ex eo quod non erat Nobis plenè nota ipſius Eccleſiæ *Pictavien.* conditio, & ex aliis certis cauſis non duximus concedendam [a]: ſed præſenti tempore habendo reſpectu ad conſervata prædicta, quæ dicuntur ad te, ut prædicitur, perveniſſe; ita quod ab hoc, abſque menſæ tuæ notabili gravamine ſufficiens eſſe crederis concedendi præfatis *Miniſtro*, & Fratribus pro tam pio ſubſidio de rebus mobilibus Eccleſiæ tuæ ad te ſpectantibus uſque ad prædictam ſummam duorum millium librarum *Turonen.* licentiam elargimur.

facultatem ei tribuit æs alienum dicti Conventus diſſolvendi.

Conſiderantes quoque id tibi non poſſe, nec debere meritò diſplicere; cum contingentia dictum *Ordinem* te contingant; & ejus proſperitas tibi ſuccedere valeat ad gaudium ſalutare; Fraternitatem tuam monemus, rogamus, & hortamur attentè, per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus Noſtris beneplacitis juxta providentiæ tuæ decentiam te conformans, cum de bonis Epiſcoporum abundantium deceat Pauperibus, & indigentibus ſubveniri; hujuſmodi debitum duorum millium librarum *Turonen.* infra duos menſes a receptione præſentium computandos, ſic liberaliter creditoribus ſecundùm modum Conſtitutionis [b], quam per viam ordinationis circa obſervantiam *Regulæ* ipſius Ordinis nuper edidimus [c], cum integritate perſolvas, & perſolvi procures, quòd in hoc Deo, & Nobis dignè placeas; tibique ſit meritorium apud Dominum.

Monens & exhortans, ut ante duos menſes debiti ſolutio fiat,

Ipſa ergo te cogat pietas pia piis operibus miniſtrare ſubſidia; accendat & charitas in præbendo eiſdem Fratribus charitativa ſolamina, moveat te ipſius Conventus tibi non ignota, ſed palpata penuria, immò & te conſortio Epiſcoporum aggregatum fore conſiderans, quorum gloria eſt, & eſſe debet pauperum inopiæ providere; Chriſti pauperis, cujus patrimonii curam geris, pauperes filios, & paupertatis ejus ſedulos ſectatores, eorumdemque de ipſorum Patris patrimonio relevanda gravamina, tibi ad eorum levamen, ſicut fidelis diſpenſator aſſumas; ut de pulvere ſuſcitatus egenus de carnis ergaſtulo erectus ut pauper, cum Principibus inter Principes populi Dei præſentialiter collocatus in filiorum ipſius ſublevandis inopiis gratus filius, caritativus Frater, Diſpenſator fidus, & diligens, quam profeſſus es, ſublevator inopiæ comproberis.

urgens eum etiam ex penuria Conventus, & ex officio Epiſcopi.

Pſal. 112. 7.

Si verò aliquid rationabile te retraheret forſitan a prædictis; quia nolumus nec ipſi Miniſter, & Fratres volunt, quòd inter te, ac eos ibi, vel etiam alibi hac occaſione litigium oriatur; illud infra dictos duos menſes coram Venerabilibus Fratribus Noſtris *Cenomanen.* [d], & *Petragorien.* [e] Epiſcopis, vel eorum altero exponere ſtudeas; & ipſi, aut ipſorum unus hoc a te diligenter audito; ſi talia proponeres, quæ probata deberent legitima reputari; tibi præfigant ex parte Noſtra terminum competentem, quo tu ad Nos ſpecialem Procuratorem cum pleno mandato ſuper omnibus negotium ipſum contingentibus ſufficienter inſtructum deſtinare procures; & denuncient nihilominus Guardiano, & Conventui prætactis, ut ipſi ad præſentiam Noſtram in eodem termino aliquem, vel aliquos Fratrem, ſeu Fratres ſui *Ordinis* pro Noſtrâ in hac parte informatione tranſmittant; ut Nos tandem de negotii circumſtantiis pleniùs informati ſuper eo, quod expediens fore videbimus, ordinemus.

Si quid obſtare ſibi crediderit, illud Epiſcopis Cenoman. & Petragoric. exponat;

Quòd ſi tu infra prætactum terminum prædicta non ſolveres, vel cauſas rationabiles, ut præmittitur, non proponeres; eiſdem *Epiſcopis* damus Noſtris litteris [f] in mandatis, ut ipſi, vel alter eorumdem te ad ſolutionem prætactam, ut præmittitur, auctoritate Noſtra compellant.

alioquin dictis Epiſcopis injungit, ut ad ſolutionem compellant.

Datum Suriani Idibus Junii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Expe-

(a) CONCEDENDAM: Cujus rei litteræ non habentur, ſed forſan fuit oretenus.

(b) CONSTITUTIONIS: Quæ incipit: *Exiit, qui ſeminat &c.* art. 3.

(c) NUPER EDIDIMUS: Anno ſuperiore *Suriani* XIX. *Kal Septembris, Pontif. Anno Secundo*: quò confutantur ii, qui illam *Nicolao IV.* aſcribunt, ut videre eſt ſupra pag. 416.

(d) CENOMANEN.: Gallis *le Mans* ſub Archiepiſcopo Turonenſi.

(e) PETRAGORIEN.: Gallice *Perigueux* in Aquitania ſub Archiepiſcopo Burdigalenſi cui ab anno 1279. præerat *Raymundus* de Albarocca ex epiſt. 125. hujus Pontificis data die 5. Julii anno præfato.

(f) NOSTRIS LITTERIS: Quæ non apparent, ſunt tamen in Vaticano Tabulario ſub num. 48.

Digitized by Google

Expetitum Legatum *mittere ſe ſcribit adhortans, ut tractatum cum Rege Siciliæ proſequatur, & expleat*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. Camer. 85. apud Waddingum ad hunc annum num. 35. Regeſti Pontif.)

CLXIII. Anno 1280. die 6. Julii.

NICOLAUS &c.

a *Cariſſimo in Chriſto Filio* R.[a] Regi *Romanorum Illuſtri Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Exordium.

AD perſonam tuam exuberans charitativus affectus in mente Noſtrâ concreſcit; & quantò te benigniùs meritoriis oculis intuemur, & majora Nobis de tuis actibus repromittis, tantò præſentaris ſenſibus Noſtris acceptior, veluti Filius in armario Noſtri pectoris collocatus; ſicque contingit, quòd vota tua grata Noſtris adveniunt; & Nos illis, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuentes ad ea, quæ tuis ſint acceptata præcordiis, promptè conſurgimus, de iis ſicut de re Nobis amabili cogitando. Nuper ſiquidem Venerabilis Frater Noſter ...[b] *Gurcen.* Epiſcopus[c] ad Apoſtolicam Sedem accedens ſe Nobis ex parte tuâ providè præſentavit; & quæ per te ſibi fuere commiſſa retulit, & exercuit diligenter; Noſque ipſum tuam in eo contemplando perſonam benignè recepimus; & quæ Nobis expoſuit, in tabernaculis mentis Noſtræ conſcripſimus, locum benè placitum in Noſtrâ memoriâ ſortitura. Et quia inter alia per eumdem Epiſcopum *Legatum* mittendum ad partes Alemanniæ cum inſtantiâ poſtulaſti[d]; Nos fervore charitatis intimæ, qua te, ac incolas partium earumdem ſpeciali prærogativâ proſequimur, excitati, licet Fratres Noſtros Cardinales tunc non haberemus nobiſcum pro majori parte præſentes, ipſos tamen ſuper hoc fecimus convocari; & tandem cum eis deliberatione habitâ diligenti providimus dilectum Filium Noſtrum *Hieronymum*[e] Tituli Sanctæ Potentianæ Presbyterum Cardinalem, cujus induſtriam, & in magnis & arduis probata merita, ut ſperamus, & evidentia ſuorum operum comprobabit, ad partes illas deſtinare *Legatum*, ut in hoc tuæ petitionis inſtantia, & in eiſdem Partibus, quæ Deo ſint placita, & accepta Chriſtianis populis, impleantur. Tu quoque, Fili, quæ imminent exequenda; & ea, quæ inter te, & Chariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum *Carolum Siciliæ* Regem Illuſtrem tractata ſunt[f] hactenus, prudenter advertens in reditu ipſius Epiſcopi[g], & Regis ejuſdem Nuntiorum adventu, ſic te ad omnia ſincerâ, & ſolidâ perfectione conformes, & illa providis ſtudiis proſequaris; quòd tractata ipſa, & demum dictus *Legatus* in ſuo jucundo adventu fructificent ad laudem Altiſſimi; augeatur in Terris pacis amœnitas; de bono in melius tua culmina vigeant; & per hoc cumulus exultationis adveniat Nobis, & aliis diligentibus nomen tuum.

Margin notes: Legatus Regis ad Sedem Apoſtolicam. b c — Apoſtolicum Legatum poſcit pro Alemannia. d — e Deſtinatur Cardinalis tit. S. Potentianæ O. M. — & tractatus cum Rege Siciliæ commendatur. f g

Datum Suriani II. Nonas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Citare jubentur Peruſinos, *& alios ad dicendam cauſam apud Sedem Apoſtol. ob condemnationem Andreucci Maſſei Diruten.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 62. ann. 3. to. 2.)

CLXIV. Anno 1280. die 10. Julii.

NICOLAUS &c.

Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, & .... Guardiano Minorum Fratrum Ordinum Peruſin.[h] *Salutem, & Apoſtol. Bened.*

Exordium.

QUORUMLIBET devotorum Romanæ Matris Eccleſiæ illicitos exceſſus moleſtè perferimus, & ex illis dignè turbamur; ſed cum illos improvidè committere potiſſimè, quos eadem fovet Eccleſia, & dilectione complectitur quovis caſu, conſpicimus; tantò nimirum graviùs provocamur, quantò faciliùs actus eorum tranſeunt aliis in exemplum. Nuper ſiquidem ad Noſtrum pervenit auditum, quòd cum pridem quoddam homicidium, & exceſſus alii, patra-

(a) R.: *Rodulpho*.
(b) Frater Noster.
(c) Gurcen. Episcopus: In Norico, Carinthiaque ſub Archiepiſcopo Salisburgenſi.
(d) Postulasti: Sed ejus cauſa latet.
(e) Hieronymum: Qui ſequenti anno factus eſt Præneſtinus Epiſcopus à Martino IV.
(f) Tractata sunt: In præcedentibus epiſtolis jam inculcata.
(g) Ipsius Episcopi: Gurcenſis.
(h) Perusin.: Qua in Civitate uterque Ordo longe ante locum obtinuerat.

NICOLAUS PP. III. An.Ch. 1280.

Andreuccius Maſſei homicidii inſimulatur per falſos teſtes,

patrata in illis partibus extitiſſent; & *Andreutius Maſſei* Andreæ de Dirutâ[a] in hoc culpabilis ſuggeſtione frivolâ diceretur; dilecti Filii ... Poteſtas ... Capitaneus, Conſilium, & Commune Peruſin., ſeu Judices, vel Officiales eorum eum ad falſum teſtimonium Benvenuti Rectoris Eccleſiæ Sancti Benedicti de *Fracta*[b], & Ugozinelli Benedictoli de Villa Candioni, Carnelevarii Increſcutæ, & Angelutii Bojæ de Caſalino, & Maſſarelli Magiſtri Johannis de Sancto Valentino Laicorum Peruſinæ Diœceſis per injuſtam ſententiam perperàm, & graviter, ut dicitur, condemnarunt. Unde, cum dictus *Andreucius* tempore patratorum Homicidii, vel exceſſuum hujuſmodi *Suriani*[c], vel *Viterbii*, aut in iſtis partibus fuiſſe dicatur; nec ſit poſſibile, quòd in tam remotis, & diverſis locis potuerit ſimul uno eodemque tempore intereſſe; prædictos Rectorem, & Laicos, ac alios, ex quorum tali teſtimonio hujuſmodi ſententia, ſeu proceſſus proveniſſe noſcuntur, perſonaliter eoſdem ... Poteſtatem, Capitaneum, Conſilium, & Commune etiam; & Partem negotium hujuſmodi proſequentem, ac omnes, qui ſua crediderint intereſſe, ad Noſtram præſentiam facimus evocari, ut plena ipſius negotii veritas habeatur. Ne igitur dictus *Andreutius* tali prætextu ſic indebitè puniatur; ipſos monemus, & hortamur attentè per Apoſtolica eis ſcripta ſub debito fidelitatis, quo Nobis & Eccleſiæ Romanæ tenentur, & pœnâ *mille Marcarum* Argenti diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus attendentes, quòd commendantur ubilibet ſervati cum providâ deliberatione proceſſus ad executionem dictæ ſententiæ, vel ad gravamen aliquod eo prætextu contra prædictum *Andreutium*, vel Patrem ejus, qui cum eodem Andreutio prædicto tempore fuiſſe aſſeritur; aut ipſorum bona hujuſmodi vocatione, ac inquiſitione, ſeu proceſſu Noſtris pendentibus nullatenus procedant; & veluti gratæ devotionis Filii memoriæ retinentes, quòd ipſos, & eorum Civitatem affectione charitativâ proſequimur; & in ipſorum ſucceſſibus proſperis delectamur; Quòdque in multis illis gratioſè detulimus; ſic promptè, ſic devotè idem Noſtris in hac parte beneplacitis conforment, quòd in hoc apertiùs devotionis ipſorum ſtudium cognoſcamus; illique poſſint exindè merito commendari. Quòd ſi forte mandatum Noſtrum in hac parte neglexerint adimplere; ex tunc prædictæ pœnæ, quam eo ipſo ex tunc illos incurrere volumus, ac *excommunicationis* ſententiæ, quam ex nunc in eoſdem .... Poteſtatem ... Capitaneum, ac Conſiliarios, & Judices, ac Officiales prædictos, & omnes, quorum facto, mandato, conſilio, auxilio, vel favore præmiſſæ ſententiæ eorum, ſeu Judicum, aut Officialium eorumdem, ſive condemnationis executionem, ſeu gravamen aliquod hujuſmodi vocatione, ac inquiſitione, ſeu proceſſu Noſtris pendentibus contra prædictos eo prætextu provenire contigeret, proferimus, noverint ſubjacere. Quocirca Diſcretioni veſtræ ſub pœnâ *excommunicationis*, & in virtute obedientiæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum Rectorem, & Laicos, ac alios teſtimonium hujuſmodi perhibentes, ... Poteſtatem etiam, Capitaneum, Conſilium, & Commune prædicta, Partem eamdem, & omnes, qui ut prædicitur, ſua crediderint intereſſe; ac Abbatem Monaſterii *Sancti Petri*[d] Peruſini, cujus præfatus Rector Cappellanus eſſe dicitur; & qui prædictorum proceſſuum Promotor præcipuus aſſeritur extitiſſe; ex parte Noſtrâ peremptoriè citare curetis, ut infra decem dierum ſpatium poſt citationem hujuſmodi, iidem Abbas, Rector, & Laici, ac prædicti teſtimonium taliter perhibentes perſonaliter, & Poteſtas, Capitaneus, Conſilium, & Commune præfata, & Pars dicta, omnes quoque, qui ut prædictum eſt, ſua crediderint intereſſe, per ſe, vel Procuratores idoneos compareant coram Nobis, veritatem exhibituri

Marginal notes: & a Peruſinis Judicibus condemnatur; & quare injuſte; quos condemnatores Pontifex ad ſe vocari jubet. Eoſque monet, præcipitque, ne contra eum, ejuſque bona procedant, contrafacientes vero cenſura Eccl. percellantur. Pontifex imperat ea, quæ ſupra dicta ſunt, & contra promotorem exceſſuum.

(a) DIRUTA: Oppido Diœceſis Peruſinæ àd auſtrum prope Tyberim fluvium, nec longe a Bettona in Umbria.

(b) FRACTA: Etiam Diœceſis Peruſinæ ſed in Boteam ad fluvium Tyberim.

(c) SURIANI: Caſtri 7. lapide Viterbio in Tuſcia diſtantis.

(d) MONASTERII S. PETRI: Vetuſtiſſimi Ord. S. Benedicti, de quo Ughel. to. 1. Ital. Sac. in Epiſc. Peruſ., & inde Mabill. in Annal. Bened. l. 48. ad ann. 978. n. 80.

Digitized by Google

bituri ſuper iis teſtimonii; & quicquid de prædictis ſciverint relaturi; vel ſi meruerint pœnam, pro meritis recepturi; ac alias facturi, quod eis duxerimus injungendum. Diem verò citationis, & formam, & quicquid feceritis in præmiſſis, Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes fideliter intimare curetis. Non obſtante indulgentiâ [a], qua vobis, vel Ordinibus veſtris a Sede Apoſtolicâ dicitur eſſe conceſſum, quòd non teneamini vos intromittere de iis, quæ vobis a Sede committuntur eâdem.

a Obſtanti derogando.

Datum Suriani VI. Idus Julii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

De eadem re litteras ſuas Peruſinis *præſentent; vel ejus tenorem illis notificent*. (Ex cit. Reges. Vatic. epiſt. 60. tom. 2. ann. 3.)

CLXV. Anno 1280. die 10. Julii.

NICOLAUS &c.

Eiſdem.

AUDITO nuper, quòd dilecti Filii... Poteſtas,... Capitaneus, Conſilium, & Commune Peruſin. contra *Andreutium Maſſei* Andreæ de *Diruta* occaſione cujuſdam homicidii, ſeu aliorum exceſſuum in illis partibus patratorum per ſe, vel Judices, aut Officiales ſuos ad ſuggeſtionem frivolam, & falſum teſtimonium aliquorum Deum non timentium perperàm & graviter proceſſerunt; eiſdem... Poteſtati,... Capitaneo, Conſilio, & Communi ſuper hoc litteras Noſtras [b] ſub certâ formâ dirigimus; & ſperamus, quòd id modo debito corrigetur. Verùm quia confidimus, quòd per vos eiſdem litteris præſentatis exinde optatus effectus dante Domino ſubſequetur; Diſcretioni veſtræ ſub pœnâ *excommunicationis*, & in virtute obedientiæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum dictas litteras prædictis... Poteſtati,... Capitaneo, Conſilio, & Communi cum eâ, qua convenit, diligentiâ præſentetis. Quòd ſi forte, ſicut deceret eo modo, quo intendimus, nequiretis præfatas litteras præſentare; illas, & earum tenorem in prædicationibus veſtris, &

b

Mandat ut ſupra.

A aliàs etiam in locis, de quibus expedire videritis, ſic provide, ac publicè coram populis ſerioſiùs exponatis, quòd impoſterum, quin id ad eorumdem... Poteſtatis, Capitanei, Conſilii, & Communis notitiam pervenerit, nequeat dubitari. Nos enim publicationem, & expoſitionem hujuſmodi vigorem præſentationis litterarum earumdem volumus obtinere. Quicquid autem feceritis in præmiſſis, Nobis per veſtras litteras harum ſeriem B continentes fideliter intimare curetis. Non obſtante indulgentiâ &c. [c]

Obſtanti derogando. c

Datum, *ut ſupra*.

Epiſtolæ hujus Pontificis, quæ ad nos non pervenerunt.

1. MINiſtro Provinciæ Romanæ, Cuſtodi Viterbienſi, & Viſitatori Monaſteriorum Ord. S. Claræ pro Monialibus S. Georgii *Hortanæ* Civitatis dicti Ordinis, ut locum mutare poſſint ex Theulo lib. 2. Appar. Minor. cap. 40. p. 70. epiſt. *Nuper dilectæ in Chriſto &c. Dat. Romæ apud S. Petrum* V. *Kalend. Maji anno I.* C
2. Inquiſitori hæret. pravit. in eadem Prov. Rom. pro dicto Monaſterio *Hortano* pecuniariis Hæreticorum mulctis ſublevando epiſt. *Dudum ſicut accepimus &c. Dat. Romæ apud S. Petrum* IV. *Kal. Martii anno I.* ex cit. Theulo.
3. Simoni Card. S. Cæciliæ S. A. Legato, ut Hieronymo Card. O. M. & ſociis in negotio pacis inter Reges Franciæ & Caſtellæ ponendæ adeſſet, ac eos dirigeret ex D ejus epiſt. 120. *Digne quidem &c.*
4. Eidem Card. Hieronymo, & ſociis de alio termino in *Vaſconia* congreſſus habendi cauſa pro dicta pace aſſignato præfatis Regibus ex cit. epiſt. *Digne quidem &c.*
5. Eidem Card. Hieronymo, & Jo. Prædic. Ord. Magiſtro Gen. de eorum e Gallica Legatione reditu ad S. A., vel aliò ex ejus epiſt. 21. *Summus omnium Magiſter &c.*
6. Eidem Card. Hieronymo, ut ſe conferret ad Comitia Gen. Aſſiſii anno 1279. celebranda ex ejus epiſt. 116. *Convenientibus vobis &c.* E
7. Priori Prædic., & Guardiano Minor. Ord., eorumdemque Lectoribus *Bononien.* pro diſpenſatione cujuſdam *Matrimonii* ex ejus 89. epiſt. *Intellecto dudum &c.*
8. Monachis Cluniacen. pro veteri noſtro loco *Cariloci* ex ejus epiſt. 145. *Olim ex relatione &c.*
9. Archiepiſcopo Biſuntino, al. Veſuntino, & Epiſcopo Cabilonen. pro eodem loco ex cit. epiſt. 145.

(a) INDULGENTIA: Paulo ante relata.
(b) LITTERAS NOSTRAS: Quæ non apparent, nec forſan amplius extant.
(c) INDULGENTIA &c.: Ut in præcedenti epiſt.

Digitized by Google

10. Eidem Archiepiſcopo, & Epiſcopis Matiſconen., ac Bellicen. pro eodem negotio ex prædicta epiſt. 145. A

11. Compoſitionem inter Archiepiſcopos *Cantuarien.* & *Eboracen.* ſuper Crucis bajulatione commendat ex ejus 130. epiſt. *Cum inter Cantuarien. &c.*

12. Epiſcopis Cenomanen., & Petragoricen. pro quadam pecuniæ ſolutione Cœnobio noſtro Pariſien. ab Epiſcopo Pictavienſi O.M. facienda ex ejus 162. epiſt. *Circa ea, quæ &c.*

13. Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, ceteriſque Prælatis Eccleſ. Secularibus, & Regularibus pro *Fr. Pauli* B *Epiſcopi Tripolitani* Ordinis Minorum in Germaniam A. S. Legati ſubſidio, ac proviſione ex ejus 151. epiſt. *Olim te pro quibuſdam &c.*

14. Fr. Lucam Patavinum O. M. ad *Archiepiſcopatum Raguſin.* promovet anno 1280. ex 14. epiſt. Martini IV. *Militanti Eccleſiæ &c.*

15. Fr. Bartholomæo a S. Gemino ad Card. *Latinum* S. A. Legatum Bononiam, & in Romandiolam, & ad *Bertoldum* Urſinum ejuſdem Provinciæ Rectorem miſſo ex epiſt. 148. 149. & 150. *In Civitatis Bononien. &c.*, & *Intendentes ea &c.* anno 1280. die 2. Martii datis.

MAR-

Digitized by Google

MARTINUS II. vulgò IV.

MARTINUS PP.II. al. IV. An.Ch.1281.

Qui dicebatur Simon e Bria Galliæ Provincia, ex S. R. E. Card. Presbytero Tit. S. Cæciliæ Viterbii electus eſt Romanus ac Summus Pontifex die 27. Februarii anno Domini 1281., & conſecratus, coronatuſque apud Urbemveterem die 23. Martii ejuſdem anni. Sedit in Pontificatu ab electionis die annos IV. menſem I. dies VI. al. VII., & anno 1285. Peruſii migravit ad Dominum die 28. al. 29. Martii in medio noctis.

P. Anagnino *Epiſcopo Campaniæ*, *Maritimæque* Rectori *in ſpiritualibus adſint*, *& obediant*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. ep.4. anni 1. to.2.)

I. Anno 1281. die 30. Aprilis.

MARTINUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Venerabilibus Fratribus Epiſcopis, *& dilectis Filiis Abbatibus*, *Prioribus*, *& Conventibus Ciſtercienſis*, *& aliorum Ordinum*, *ac Decanis*, *Præpoſitis*, *Archidiaconis*, *Archipresbyteris*, *Plebanis*, *Capitulis*, *& aliis Eccleſiarum Prælatis*, *ſeu Rectoribus*, *cateriſque Perſonis Eccleſiaſticis exemptis*, *& non exemptis*, *ac* Hoſpitalis *Hieroſolymitani* [a], *& Militiæ* Templi [b] *Magiſtris*, *& Præceptoribus*, *necnon Prioribus*, *Guardianis*, *& Fratribus* Prædicatorum, *&* Minorum *Ordinum*, *Univerſis quoque Nobilibus*, *& Poteſtatibus*, *ſeu Rectoribus*, *Communibus*, *& Univerſitatibus*, *cæteriſque perſonis Eccleſiaſticis*, *& Sæcularibus per* Campaniam [c], *&* Maritimam [d] *conſtitutis Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

P. Anagninum Epiſcopum commendat,

CUM Venerabilis Frater Noſter *P.* [e] *Epiſcopus Anagninus* [f] habeatur diſcretione præditus, ac ſollicitudine circumſpectus, dignum duximus, ut ipſum Noſtris, & Eccleſiæ Romanæ ſervitiis deputemus, quem Nobis induſtrium, & fidelem ſua merita repræſentant. Speramus enim, quòd procedent laudabiliter, & agentur utiliter, quæ ſuæ bonitatis ſtudio committuntur. Cupientes itaque, ut ſtatus Provinciæ *Campaniæ*, & *Maritimæ* proſperè conſervetur, ac ejus negotia ſalubriter dirigantur; ſibi plenam in ipſa Provincia juriſdictionem in ſpiritualibus auctoritate Apoſtolicâ duximus committendam. Ideoque Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſum benignè recipientes, ac honore debito pertractantes eidem in omnibus, quæ ad eamdem juriſdictionem pertinent plenè intendere, & obedire curetis; alioquin ſententias, ſive pœnas, quas ſpiritualiter ritè tulerit, vel ſtatuerit in rebelles, ratas habebimus; & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

& Campaniæ, Maritimæque Rectorem in ſpiritual. conſtituit,

mandans, ut ei obtemperetur.

Cum clauſula comminatoria.

Datum apud Urbemveterem II. Kalendas Maji, Pontificatus Noſtri Anno Primo. [g]

Idem cum Guillelmo Durante Flaminiæ *in ſpiritualibus* Rectore *præſtent*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. to.2. epiſt.40. anni 1.)

MAR-

(a) Hierosolymitani: Qui nunc Equites Melitenſes.
(b) Templi: Jam pridem ſuppreſſæ.
(c) Campaniam: Nempe Romanam, ubi Anagnia, Alatrium, Ferentinum, Signa &c.
(d) Maritimam: In qua Oſtia, Velitræ, Albanum, Terracina &c.
(e) P.: *Petrus Cajetanus* Anagninus Bonifacii VIII. Patruus.
(f) Anagninus: E Tudertina Sede ad hanc anno 1276. translatus ex Ughello to.1. Ital. Sac.
(g) Anno ſequenti die 27. Januarii *Rectorem* hujus Provinciæ in ſpiritualibus & temporalibus conſtituit *Andream Spiliati*, ut ex epiſt.15.

II. Anno 1281. die 30. Maji.

MARTINUS &c.

Venerabilibus Fratribus Epiſcopis, & dilectis Filiis Abbatibus, Prioribus, & Conventibus Ciſtercien., & aliorum Ordinum, ac Decanis, Præpoſitis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Plebanis, Capitulis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ſeu Rectoribus, cæteriſque perſonis Eccleſiaſticis exemptis, & non exemptis, Jeroſolymitani Hoſpitalis, & *Militiæ* Templi *Magiſtris, & Præceptoribus, nec non Prioribus, Guardianis, & Fratribus* Prædicatorum, & Minorum *Ordinum, Univerſis quoque Nobilibus, & Poteſtatibus, ſeu Rectoribus, Communitatibus, & Univerſitatibus cæteriſque aliis perſonis Eccleſiaſticis, & Sæcularibus per* Provinciæ Romaniolæ [a], *Civitatis Bononiæ, Comitatus Brictinorii partes, & pertinentias eorumdem conſtitutis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

In Flaminia ſe Rectorem in temporal. ſtatuiſſe ſcribit,

CUM in Provinciarum *Romaniolæ*, Civitatis Bononienſis, Comitatus Brictinorii partibus & pertinentiis eorumdem, quæ ad Romanam Eccleſiam in ſpiritualibus & temporalibus pertinent pleno jure, in temporalibus de *Rectore* idoneo duximus providendum [b]; volentes etiam de *Rectore* in ſpiritualibus, quæ magis cordi Nobis inſident, providere, dilecto Filio Magiſtro *Guillelmo Duranti* [c] Cappellano Noſtro, quem Nobis induſtrium & fidelem ſua merita repræſentant, plenam juriſdictionem in *ſpiritualibus* auctoritate Apoſtolicâ in prædictis partibus duximus committendam; Ideoque Univerſitati veſtræ &c. [d] Non obſtante Indulgentiâ per Sedem Apoſtolicam aliquibus conceſsâ, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

nunc vero in ſpiritualibus alium,

quem & commendat,

obſtanti derogando.

Datum apud Urbemveterem III. Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Facultatem infraſcripto tribuit condendi teſtamentum, & de rebus ſuis diſponendi pro libito. (Ex Autographo ſub plumbo in Archivo noſtri Cœnobii S. Fortunati *Tudertini*.)

III. Anno 1281. die 5. Augusti.

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri Bentivengæ [e] *Epiſcopo* Albanen. [f] *Salutem, & Apoſt. Benedictionem.*

Exordium.

QUIA præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem; & ea, quæ viſibilem habent eſſentiam, tendunt viſibiliter ad non eſſe: tu hoc ſalubri meditatione præmeditans diem tuæ peregrinationis extremum diſpoſitione teſtamentaria deſideras prævenire. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati, ut de bonis mobilibus Eccleſiaſticis tuæ diſpoſitioni, ſeu adminiſtrationi commiſſis, & quæ non fuerint Altaris, ſeu Altarium Eccleſiarum [g] tibi commiſſarum miniſterio, ſeu alicui ſpeciali earundem Eccleſiarum Divino cultui, vel uſui deputata, nec non & quibuſcumque bonis mobilibus a te per Eccleſiam, ſeu Eccleſias licitè acquiſitis pro decentibus & honeſtis expenſis tui funeris; ac pro remuneratione illorum, qui tibi viventi ſerviverint, ſive ſint conſanguinei, ſive alii, juxta ſervitii meritum teſtari, ac diſponere poſſis, & alias de ipſis in pios uſus, ac licitos convertendis [h]; ſicut tibi inter

Concedit, ut ſupra.

(a) Romaniolæ: Quæ & *Flaminia* veteribus, nunc autem vulgo *Romagna* dicitur, ubi *Ravenna* &c.

(b) Providendum: Nimirum de *Joanne Epo* Gallo ex ejuſdem Pontificis ad eum litteris apud Raynaldum ad hunc ann. n.12. legendis, aliiſque ad ann.1282. n.30.

(c) Guillelmo Duranti: Etiam Gallo dicto *Speculatori* pluribus ſcriptis claro poſtea Epiſcopo Mimatenſi, qui in finibus Umbriæ vel Marchiæ Anconitanæ *Caſtrum Durantis* excitavit ab Urbano VIII. ad Epiſcopatus honorem evectum, & titulo Civitatis *Urbania* donatum.

(d) Vestræ &c. Ut in ſuperiori epiſtola uſque *inviolabiliter obſervari*.

(e) Bentivengæ: De *Bentivengis* Aquaſpartano qui ex Ordine Minorum anno 1276. Epiſcopus Tudertinus aſſumptus fuit menſe Decembri a Jo. XXI., & anno 1278. a Nicolao III. S.R.E. Card. Epiſcopus Albanen., & Major Pœnitentiarius conſtitutus obiit anno 1289. menſe Martio Tuderti ex Waddingo, aliiſque Scriptoribus de S. R. E. Cardinalibus, atque Ughello to.1. Ital. Sac.

(f) Albanen.: Anno 1278. creato, ut dictum eſt ex cit. Ughello.

(g) Ecclesiarum: Duas enim Eccleſias adminiſtravit Tudertinam, & Albanenſem.

(h) Convertendis: Ex his, quæ Conventui Tudertino reliquit, ſequentia habentur ex Codice membraneo Archivi ſupradicti Conventus S. Fortunati Tudert.

In nomine Domini Amen. Iſta ſunt res, quas habuit Venerab. Pater Dominus Fr. Matthæus Epiſcopus Portuenſis ſub accomodatione a Fratribus Minoribus Conventus S. Fortunati de Tuderto.

In

Digitized by Google

inter vivos de eiſdem licebat de jure diſponere, & in uſus ſimiles applicare, Fraternitati tuæ auctoritate præſentium plenam, & liberam concedimus facultatem.[a]

Datum apud Urbemveterem Nonis Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ejus ſervi, famulique abſente Parocho conſiteri peccata valeant Fratribus Ord. *Prædicat., vel Minorum, aliorumque Ordinum.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. tom.1. epiſt. 64. anni 1.)

IV. Anno 1281. die 7. Octobris.

MARTINUS &c.

Cariſſimæ in Chriſto Filiæ Mariæ Reginæ Franciæ[b] *Illuſtri Sal., & Ap. Ben.*

Concessionis causa.

UT gratioſus Apoſtolicæ Sedis favor, qui circa tuam noſcitur exuberare perſonam, tibi evidentiùs innoteſcat, ſervientibus tuis &c.[c]

Datum apud Urbemveterem Nonis Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Indulgentiam elargitur viſitantibus orationis cauſa certis diebus Londinen. *Eccleſiam Clariſſarum.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt.445. anni 1.)

V. Anno 1281. die 9. Octobris.

MARTINUS &c.

Univerſis Chriſtifidelibus Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

LOca Sanctorum omnium piâ, & promptâ devotione &c.[d] Cupientes igitur, ut Eccleſia Sororum incluſarum de *Gratia* Beatæ Mariæ Virginis[e] extra muros *Londonien.*[f] Ordinis S. Claræ congruis honoribus frequentetur, Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur in Domino in remiſſionem vobis peccaminum injungentes &c.[g]

Datum apud Urbemveterem VII. Idus Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

VI. Anno 1281. die 9. Octobris.

Eodem modo, eodemque die Indulgentiam contulit Eccleſiæ Monaſterii *Pietatis* Beatæ Mariæ Virginis[h] in *Waterbeche* Ordinis S. Claræ Elien. Diœceſis[i]. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt.446. anni 1.)

Fi-

In primis de rebus, quæ fuerunt quondam bonæ memoriæ Domini Fr. Bentevegnæ *Epiſcopi Albanen., quas ipſe legavit in ultima ſua voluntate Conventui ſupradicto; habuit dictus D. Fr. Matthæus Portuen. Epiſcopus.*

Unum Pluviale de Samito violato cum aurifriſio de opere Anglicano.

Item unum Annulum Pontificale.

Item unum Annulum parvum.

Item unam Stolam, & unum Manipulum, & unum Cingulum de ſerico rubeo deaurato cum ymaginibus, pro quibus dedit Fr. Franciſcus Paraventi *unam Stolam, & unum Manipulum de Samito rubeo.*

Item unum Mitrale cum una Mitra ornata cum perlis, & cum aliis unciis ferialibus.

Item unum Amictum cum friſio ornato cum perlis.

Item unum pulchrum Pontificale.

Item unum Pſalterium *parvum de bona & groſſa littera.*

Item unam Concam de octone de opere ſculto.

Item unam Capſulam de argento pro criſmate.

Item Summam Monaldi, *quæ olim fuit* Fratris Angelaris *Epiſcopi Tudertini.*

Item unum volumen Sermonum.

Item unam Planetam de diaſpro rubeo & viridi cum avibus cum capitibus aureis.

Item duo panni pro Altari de eodem diaſpro.

Item unam Planetam de panno tartarico rubeo cum aurofriſio Venetico.

(a) Facultatem: Reliquit autem Conventui S. Fortunati *Tudertino* ea, quæ ſequuntur, & plura alia nempe omnes libros, argenteamque ſuppellectilem ex Catalogo Ms. Epiſcoporum Tudertin. apud Waddingum ad ann.1389. n.13.

Item dictus Dominus Fr. Matthæus *quando venit Tudertum obtulit ſuper Altare S. Fortunati unum Pluviale de ſerico & auro cum ymaginibus Apoſtolorum de opere Anglicano, & hoc ipſum Pluviale* Fr. Franciſcus Paraventi *accepit ſub accomodatione a Fratribus de Tuderto.*

Item idem D. Fr. Matthæus dedit Fratribus de Tuderto unum Aurifriſium de ſerico & auro cum ymaginibus Apoſtolorum; & iſtud etiam Fr. Franciſcus accepit ſub accomodatione ſimiliter; & hoc fuit, poſtquam dictus D. fuit Cardinalis.

Item idem D. Fr. Matthæus, *antequam eſſet Cardinalis, inter alia, quæ dedit Conventui Tudertino, dedit unam Pixidem de ebore cum laminis argenteis.*

Item unam domum Corporalium de ſerico, ac duobus paribus Corporalium, & iſta habet Fr. Franciſcus *ſupradictus.*

Item idem D. Matthæus *habuit unum Miſſale completum ſibi accomodatum a Fratribus de Tuderto de bona littera ſcriptum a* Fr. Petro de Galliatulo.

Item habet Fr. Jacobus Berarducci D. *Leonis unam Crucem de argento deaurato cum pede de argento deaurato, cujus pondus eſt* XIIII. *unciarum.*

Item habuit idem D. Fr. Matthæus *Cardinalis primum, ſecundum, tertium, & quartum Alexandri, quos* Fr. Franciſcus Paraventi *emit pro Conventu Tudertino, ſicut dixit ore ſuo idem* Fr. Franciſcus.

Item habuit idem D. Fr. Matthæus Card. expoſitionem Joachini ſuper Apocalypſi ſcriptam in textu de cinabrio, & in expoſitione de incoſtro, quam Fr. Benvegnate de Marcellano emerat pro Conventu Tudertino, & ipſe D. Fr. Matthæus accepit a dicto Fr. Benvegnate, ſolvit tamen idem D. Fr. Matth. circa quantitatem XVIII. *librarum Cortonenſium; & dictum fuit tunc, quod dictus liber deberet eſſe Conventus FF. Minorum de Tuderto.*

Fr. Franciſcus Paraventi Tudertinus teſtis fuit anno 1298. inſtrumento reſignationis cujuſdam Plebaniæ ex epiſt.283. Bonifacii VIII. *Licet ea &c. Berto de Donatis Florent.* Dat. 7. Idus Junii Pontificatus anno 2. ex Vatic. Regeſ. Pontif.

(b) Reginæ Franciæ: Ducis Brabantiæ filiæ, & *Philippo* S. Ludovici filio Francorum Regi nuptæ.

(c) Servientibus tuis &c.: Vide 94. diplomâ B. Gregorii X. uſque in finem, ac *Datum*.

(d) Devotione &c. Ut in 47. *Bulla* Clementis IV. anno 1265. die 11. Octobr. data uſque *interceſſionibus obtinere*.

(e) B. Mariæ Virginis: De qua Eccleſia, & Monaſterio agit Waddingus ad ann.1292. n.42. ex Nic. Harpiſeldio, ſed non ſine errore, ut ex hoc diplomate evincitur.

(f) Londonien.: Al. Londinen. vulgo *Londra* Anglorum Regia.

(g) Injungentes &c. Ut in 126. *Bulla* præfati Clementis IV. incip. *Vita perennis gloria &c.* anno 1267. die 4. April. emiſſa uſque in finem, ac *Datum*.

(h) B. Mariæ Virginis: De quo Monaſterio verba facit Waddingus ſed non ante ann.1296. n.20.

(i) Elien. Diœceſis: In Anglia Epiſc. ſub Archiepiſcopo Cantuarien.

Digitized by Google

Martinus PP.II. al. IV. An.Ch. 1281.

A

Fidei deſertores, aut hæreſi ſuſpectos in ædibus vel ſacris comprehendi poſſe decernit; & jubet Antiſtites Inquiſitoribus adeſſe. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 77. apud Raynaldum ad hunc annum num. 18., & inde in Bullario Ord. Prædicat. tom. 2. n. 1. p. 1.)

VII. Anno 1281. die 21. Octobris.

MARTINUS &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis [a] *per Regnum* Franciæ *conſtitutis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

a

B

Inquiſitorum hæret. pravit. delatio

EX parte dilectorum Filiorum *Inquiſitorum* hæreticæ pravitatis per Regnum *Franciæ* [b] conſtitutorum fuit nuper propoſitum coram Nobis, quòd nonnulli de hæreticâ pravitate culpabiles, vel ſuſpecti, aut accuſati, ſeu converſi de *Judaica* cæcitate ad Fidem Catholicam; poſtmodum apoſtatantes ab ipſâ ad Eccleſias confugiunt non ad ſalutis remedium, ſed ut eorum manus effugiant, & ſuorum ſcelerum vitent judicium ultionis: ſuper quo Apoſtolicæ Sedis providentiam humiliter imploravit. Nos igitur ad extirpandos orthodoxæ *Fidei* inimicos, & herbam tam noxiam, tamque peſtiferam de horto Dominico radicitùs evellendam ſollicitis ſtudiis intendentes, eiſdem *Inquiſitoribus* Noſtris damus litteris [c] in mandatis, ut illos, quos de hujuſmodi hæreticâ pravitate culpabiles, vel de illâ notabiliter ſuſpectos eſſe, ipſis conſtiterit, accuſatos etiam de labe prædictâ, converſos quoque Judæos, & poſtmodum patenter, vel veriſimilibus judiciis apoſtatantes a *Fide*, juxta qualitatem delicti liberé officii ſui debitum exequantur, ac ſi ad Eccleſias vel loca prædicta minimè confugiſſent. Quocirca Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eoſdem *Inquiſitores* non impediatis, quominus hujuſmodi mandatum Noſtrum implere valeant; ſed potiùs ad requiſitionem ipſorum in iis aſſiſtatis eiſdem, ſicut extiterit opportunum.

b

de Fidei ſuſpectis, vel apoſtatis ad Eccleſias confugientibus.

C

Pontifex mandat id, quod ſupra,

c

D

& Antiſtitibus injungit, ut Inquiſitoribus aſſiſtant.

E

Datum apud Urbemveterem XII. Kalendas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo [d].

d

Abſolvat & diſpenſet Montem Lupum Canon. ſi Decimam perſolverit, & ſi quid reliqui ei dederit ad Sedem Apoſt. tranſmittat. (Ex Reges. Vatic. Pontif. to. 1. epiſt. 86. anni 1., teſtante etiam Petro de Alva in Indic. Bull. Seraph.)

VIII. Anno 1281. die 13. Novembris.

MARTINUS &c.

Dilecto Filio . . . Guardiano Fratrum Ordinis Minorum Cameracen. [e] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

e

Expoſitio Montis Lupi

EX parte dilecti Filii *Montis* dicti *Lupi* Parmen., & Sancti Gaugerici Cameracen. Eccleſiarum Canonici fuit expoſitum coram Nobis, quòd ipſe pro eo quod de fructibus, & proventibus præbendæ ſuæ ipſius Eccleſiæ Parmen. *decimam Terræ Sanctæ* ſubſidio deputatam in ſtatutis terminis integrè non perſolvit, latam generaliter in tales per collectores *Decimæ* in illis partibus conſtitutos ſententiam *excommunicationis* incurrit, ſe poſtmodum Divinis Officiis non tamen in contemptum clavium immiſcendo. Cum autem præfatus Canonicus, qui per ſuum ſpecialem Nuntium tredecim libras Imperialium [f] de pecuniâ *Decimæ* ſupradictæ dilectis Filiis Magiſtris Raynaldo de Caſtronovo, & Uberto de Placentiâ Cappellanis Noſtris ad recipiendum legata, obventiones, & alia *Terræ Sanctæ* prædictæ deputata ſubſidio ordinatis a Nobis in Curiâ Romanâ perſolverit, plenariè ſatisfeciſſe ſe aſſerat, de *Decima* prælibatâ; Nobis humiliter ſupplicavit, ut providere ſibi de abſolutionis beneficio miſericorditer

de decima parte non perſoluta,

ideoque cenſura ligati,

f

qua mox ſoluta,

petit etiam a cenſura diſſolvi,

(a) Episcopis: Quorum duo ex Ordinè Minorum aſſumpti reperiuntur Joſſelinus Epiſc. *Arauſicen.* ſub Arelatenſi, & Euſthatius *Ebroicen.* ſub Rothomagenſi Archiepiſcopis ex Gallia Chriſtiana.

(b) Per Regnum Franciæ: Ubi Inquiſitionis officium contra hæreticos per Fratres Ord. Prædicat. & Minor. exercebatur.

(c) Nostris damus litteris: Quæ adhuc expectantur, ſunt enim in Tabulario Vatic. Regeſ. Pontif. epiſt. 78. teſte cit. Raynaldo.

(d) Pauloante iiſdem ſcripſerat Pontifex, ut ſolicitarent & inducerent Chriſtifideles aut in eorum ad eos concionibus, aut per litteras, ad inſtaurandam rem Terræ Sanctæ in Syria teſtamento legata relinquendo ex Regeſ. Vatic. epiſt. 79. dat. Nonis Octobris Pontif. anno 1. apud eumdem Raynaldum n. 24.

(e) Cameracen.: In Belgii parte, quæ *Picardia* vocatur, nunc autem *Hannonia* annexa civitas vulgo *Cambray*, de qua in to. 1. hujus Operis pag. 660. (e), & ubi noſtri locum obtinuerant, qui erat 4. al. 6. *Cuſtodia* Atrebaten. in Provincia *Franciæ* ex veteri *Provinciali* Ordinis noſtri, de eoque Waddingus ad ann. 1291. n. 98.

(f) Imperialium: De quibus dictum eſt in 1. hujus Operis tomo pag. 499. (g)

Digitized by Google

diter curaremus. Quia verò Nobis non conſtitit de hujuſmodi ſatisfactione plenariâ ipſius *Decimæ* ab eodem Canonico exhibitâ, ſicut dicit, Diſcretioni tuæ, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi præfatus Canonicus coram te, ab eo corporaliter tactis Sacroſanctis Evangeliis, præſtito firmaverit juramento, quòd ipſe prædictam *Decimam* computatis in eâ prædictis tredecim libris de fructibus, & proventibus memoratis integrè duxerit perſolvendam, vel ſi fortè juxta conſcientiam ſuam ſi quid de plenâ ipſius *Decimæ* ſolutione reſtat, tibi ſolvere ſit paratus; tu eum, hujuſmodi ſolutione ab ipſo receptâ, ab eâdem *excommunicationis* ſententiâ juxta formam Eccleſiæ abſolvere non omittas; diſpenſans hac vice cum ipſo ſuper *irregularitate*, quam incurriſſe dinoſcitur, ſe Divinis Officiis immiſcendo; injuncto eidem, quod de jure fuerit injungendum. Non obſtante indulgentiâ [a], ſi qua tibi, vel Ordini tuo a Sede Apoſtolicâ ſit conceſſa, quòd non tenearis te intromittere de negotiis quibuſcumque, quæ tibi per ipſius Sedis litteras committuntur, niſi in eis de indulgentiâ hujuſmodi, & eodem Ordine plena & expreſſa mentio habeatur. Si quid autem ratione prædictæ *Decimæ* a Canonico receperis memorato, illud ad Sedem Apoſtolicam per Nuntium fidelem tranſmittas, quid, & quantum, & per quem id miſeris pleniùs intimando.

& Pontifex id fieri committit,

a obſtanti derogando.

Datum apud Urbemveterem Idibus Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Omnia privilegia Monaſterio S. Claræ Civitatis Aſſiſiatis conceſſa confirmat. (Ex Autographo in Archivo dicti Monaſterii aſſervato ſub plumbo.)

Martinus PP.II al IV. An.Ch. 1281.

IX. Anno 1281. die 17. Novembris.

A MARTINUS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus ... Abbatiſſæ, & Conventui Monialium pauperum incluſarum Monaſterii S. Claræ Aſſiſinat. *Sal., & Apoſt. Benedictionem.*

CUM a Nobis petitur quod juſtum eſt, & honeſtum &c. [b]

b

Datum apud Urbemveterem xv. Kalend. Decembris, Pontificatus Noſtri

B Anno Primo.

Ut inquirant ſuper vita & miraculis Ludovici Regis Francorum, *inventaque ad S. A. tranſmittant.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt.84. apud Waddingum in Annal. ad hunc annum num.4., & Raynaldum n.19. & ſeqq.)

MARTINUS &c.

X. Anno 1281. die 22. Novembr.

C *Venerabilibus Fratribus ...* [c] *Archiepiſcopo Rothomagen., & ...* [d] *Antiſiodoren. ac ...* [e] *Spoletano Epiſcopis Sal., & Apoſt. Ben.*

c d e

INTELLECTO dudum fel. record. Gregorius Papa [f] prædeceſſor Noſter, quòd omnipotens Deus, qui facit mirabilia magna ſolus, grandia & aperta miracula pro claræ memoriæ *Ludovico* [g] *Rege* Franciæ faciebat; voluit præſupponens

f Gregorius X. jubet inquiri de miraculis S. Ludovici,

g

D vitæ ipſius *Ludovici* notam ſibi exiſtere ſanctitatem, ut de hujuſmodi miraculis per cujuſdam ſecretæ indagationis modum Nos tunc in minori officio conſtituti, & legationis fungentes officio in partibus Gallicanis [h] Noſtrum informaremus animum ſibi poſtmodum informationem hujuſmodi tranſmiſſuri. Quare Nos de prædictis miraculis indagantes, ac de ipſis pleniùs informati præfato prædeceſſori Noſtram ſuper hoc informationem

h

E duximus deſtinandam, quæ ad ipſum, cum fuiſſet morte præventus [i], non potuit pervenire. Succedente autem piæ memoriæ Innocentio Papa [k] prædeceſſore

i quorum notitia ad Innocentium, & Joannem tranſmiſſa fuit;

k

(a) Indulgentia: Incipienti *Quieti veſtræ &c.* alias memorata.
(b) Honestum &c.: Videatur ſimile Diploma *Nicolai III.* anno 1278. die 8. Auguſti datum.
(c) Fratribus ... *Guillelmo* de Flava Curia.
(d) Et ...:
(e) Ac ...: *Rotlando* Tabernæ Parmenſi anno 1278. uſque ad ann.1283. regenti.
(f) Gregorius Papa: X. hujus nominis.

(g) Ludovico Rege: IX. anno 1270. defuncto.
(h) In partibus Gallicanis: Eò miſſus ab Urbano IV. anno 1264. & confirmatus a Clemente IV. anno 1265., iterumque anno 1274. illuc legatus a Gregorio X.
(i) Morte præventus: Sub initium nempe anni 1276. ut ſupra dictum eſt.
(k) Innocentio Papa: V. hujus nominis anno 1276. 21. Januar. promoto.

Digitized by Google

Martinus PP.II. al IV. An.Ch.1281.

re Noſtro Gregorio prælibato, Nos eidem Innocentio prædictam informationem curavimus intimare. Quo, ſicut Domino placuit, rebus humanis exempto [a], hujuſmodi proceſſus negotio extitit retardatus, piæ quoque memoriæ Johanni Papæ [b] prædeceſſori Noſtro informationem direximus ſupradictam; qui priuſquam ſuper hoc aliquid ordinaret, diem clauſit extremum [c]. Cumque poſtmodum fel. record. Nicolao Papæ [d] prædeceſſori Noſtro informationem miſiſſemus eamdem;

& ab iis vita functis ad Nicolaum III. tranſiit,

& cariſſimus in Chriſto Filius Noſter Philippus Rex Francorum [e] Illuſtris ab ipſo Nicolao prædeceſſore, ſolemnibus propter hoc ad eum Nunciis deſtinatis, cum inſtantiâ poſtulaſſet, ut faceret ad miraculorum, & meritorum ipſius *Ludovici* Regis publicam inquiſitionem procedi; præfatus Nicolaus prædeceſſor ſcire volens ſuper hoc pleniùs veritatem Nobis adhuc in partibus exiſtentibus ſupradictis per ſuas ſub certâ formâ dedit litteras [f] in mandatis, ut quidquid de præmiſſis, & circumſtantiis eorumdem, ac aliis, quæ pro jam dicto *Ludovico* Rege virtutum Dominus miraculosè fuerat operatus, Nos in plenâ contingerent percipere veritate, clarè, & diſtinctè per omnia ei ſerioſiùs ſcribere curaremus;

qui novam relationem de illis imponit.

ut relationibus Noſtris evidenter, ac ſeriosè perceptis lucidiùs appareat, quid in iis providendum exiſteret, ac in poſterum reſpondendum. Unde Nos hujuſmodi receptis litteris diligenter proceſſimus ſuper iis; & quæ invenimus, eidem Nicolao prædeceſſori pleniùs & apertiùs duximus intimanda. Qui hujuſmodi proceſſu Noſtro recepto illum Venerabili Fratri G. [g] Epiſcopo Sabinen. tunc SS. XII. Apoſtolorum Presbytero, & dilecto Filio Noſtro J. [h] Sancti Euſtachii Diacono Cardinalibus diſcutiendum commiſit. Sed eodem Nicolao prædeceſſore naturæ debitum perſolvente [i], ulteriùs proceſſum non extitit in negotio ſupradicto. Porrò Venerabiles Fratres Noſtri S. [k] Carnoten. & G. [l] Ambianen. Epiſcopi nuper ad Noſtram præſentiam accedentes ex Venerabilium Fratrum Noſtrorum Remen., Senonen., & Turonen. Archiepiſcoporum, & quamplurium ſuffraganeorum [m] ſuorum, & etiam aliorum quorumdam Regni Franciæ Prælatorum parte Nobis humiliter ſupplicarunt, ut præfatum *Ludovicum* Regem, quem prout eorumdem Archiepiſcoporum, Suffraganeorum, ac Prælatorum miſſæ Nobis litteræ continebant, jam inter cœleſtis Aulæ Principes collocatum pro ipſo facta miracula profitentur, *Sanctorum* aſcribi catalogo mandaremus.

Præſules Gallicani ab A. S. petunt Ludovicum R. Sanctorum catalogo aſcribi:

Nos autem, etſi geramus ſpecialiter cordi negotium, ac ejus votivum, & celebrem exitum propenſiùs cupiamus; attendentes tamen, quòd quantò ſolemniùs, quantòque maturiùs & ſollicitiùs in hac parte proceditur, tantò id proculdubio ad ipſius *Ludovici* Regis accedet laudis cumulum potioris; ac de veſtrâ multiplici probitate in multis & arduis probatâ multoties ſpecialem in Domino fiduciam obtinentes Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus,

& Pontifex iterati perquiſitionem injungit,

quatenus ad Monaſterium Sancti Dionyſii [n] in Franciâ Pariſien. Diœceſis, ubi oſſa ejuſdem *Ludovici* Regis requieſcere dignoſcuntur [o]; & ubi Dominus pro ipſo miracula ſpecialiùs fuiſſe proponitur operatus; aut alium, ſeu alia loca, de quibus expedire putabitis, vos perſonaliter conferentes de jam dictis, & aliis quibuſcumque etiam novis miraculis, ac vita, & converſatione ipſius *Ludovici* Regis ſecundum articulos, quos vobis ſub *Bulla* noſtrâ tranſmittimus intercluſos, cum omni diligentiâ & ſollicitudine inquiratis; & quæ ſuper iis inveniri contigerit, in ſcriptis redacta fideliter ad Sedem Apoſtolicam ſub ſigillis veſtris inclu-

(a) Exempto: Die 22. Junii ejuſdem anni.

(b) Johanni Papæ: XXI. hujus nominis die 15. Septembr. præfati anni aſſumpto.

(c) Extremum: Anno 1277. die 16. Maji.

(d) Nicolao Papæ: III. anno eodem 1277. die 25. Novembr. proclamato.

(e) Philippus Rex Francorum: Prædicti S. Ludovici IX. filius.

(f) Litteras: Anno 1278. die 30. Novembr. incip. *Sicut noſti &c.* ſupra relatas.

(g) G.: *Gerardo* Blanco Parmenſi anno 1278. declarato.

(h) J.: *Jordani* Urſino Rom.

(i) Persolvente: Anno videlicet 1280. die 12. Auguſti.

(k) S.: *Simon* de Perucheo.

(l) G.: *Guillelmus* Matiſconenſis.

(m) Suffraganeorum: In ſequenti epiſtola nominatorum.

(n) Monast. S. Dionysii: De quo Mabillon. Annal. Benedict. lib. 4. ad ann. 542. n. 52. primo, deinde alibi perſæpe.

(o) Requiescere dignoscuntur: Eò translata ab ejus filio *Philippo* anno 1271.

Digitized by Google

incluſa quantocius tranſmiſſuri. Si verò teſtes aliqui recipiendi ſuper præmiſſis occurrerint, qui propter loci diſtantiam, & infirmitatis impedimentum vos commodè adire nequiverint, vel vos accedere abſque incommodo non poteritis ad eoſdem; committendi diſcretis aliquibus in caſu hujuſmodi vices veſtras præſentium vobis auctoritate concedimus poteſtatem. Per commiſſionem autem inquiſitionis hujuſmodi vobis factam, nequaquam intendimus iis, quæ auctoritate prædictarum litterarum ipſius NICOLAI prædeceſſoris per Nos ſuper hujuſmodi negotio acta ſunt, in aliquo derogare; quinimo illa rata eſſe volumus atque firma. Quòd ſi non omnes his exequendis potueritis, vel volueritis intereſſe; duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

Juſſionem tamen temperando.

Datum apud Urbemveterem x. Kalendas Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Reſpondet Prælatis Gallicanis ſuper inquiſitione vitæ & miraculorum Ludovici Regis *Francorum ſe jampro ea re commiſſionem nonnullis dare.* (EX VATIC. REGES. PONTIF. ep.85. apud cit. WADDINGUM num.3.)

XI.
Anno 1281. die 22. Novembris.

MARTINUS &c.

a b c d

Venerabilibus Fratribus Remen.[a] *Rothomagen.*[b] *Senonen.*[c] *& Turonen.*[d] *Archiepiſcopis, & Belvacen. Lingonen. Cathalaunen. Laudunen. Noviomen. Silvanecten. Ebroicen. Pariſien. Trecen. & Melden. Epiſcopis*[e] *Sal., & Apoſtolicam Benedictionem.*

e

Commendat Prælatorum pietatem in hac re promovenda,

CORDI vobis eſſe perpendimus pium claræ memoriæ *Ludovici Francorum Regis* negotium veſtris patentibus litteris[f] Nobis per Venerabiles Fratres Noſtros S. *Carnoten.*, & G. *Ambianen.* Epiſcopos quos nuper ad Apoſtolicam Sedem pro ejuſdem promotione negotii deſtinaſtis, exhibitis, diligentiùs intellectis. Revera tam piæ ſollicitudinis ſtudium, quod Nobis de hujuſmodi promovendo negotio indidiſtis; & zelum digniſſimæ charitatis, qua ſuper hoc mens veſtra fer-

f

A vere dignoſcitur, plenis in Domino laudibus commendamus, Porrò in Noſtrâ conſtituti præſentiâ Epiſcopi memorati Nobis ex parte veſtrâ inter cætera, quæ illorum diſcretio circumſpecta propoſuit, cum inſtantiâ ſupplicarunt, ut cum omnipotens Deus jam multis magniſque miraculis prædictum *Ludovicum* Regem cœleſtibus aſſociatum Principibus revelarit, eumdem *Ludovicum* tamquam emeritum *Sanctorum* aſcribi catalogo B mandaremus. Nos autem gerentes cordi negotium, & ejus promotionem felicem & celerem cupientes, prædictos Epiſcopos benignè audivimus, & quæ proponere voluerunt, intelleximus diligenter. Sanè veſtram nolumus latére notitiam, quòd etſi Sedis Apoſtolicæ providentia circumſpecta in agendis quibuslibet, quæ Mundi qualitas ingerit, diligenter, ſollicitè, ac maturè procedat, C cum ab ipſâ utpote univerſorum Magiſtrâ Fidelium, nil reprehenſibile, nil ambiguum, nil obſcurum, ſed cuncta potius recta, certa, & lucida debeant emanare; in hujuſmodi tamen negotiis, in quibus de canonizationibus agitur aliquorum, exactiſſimam deliberationem, ſummamque gravitatem, ac maturitatem omnimodam noſcitur obſervare. Unde Nos hujuſmodi laudabilem obſervantiam proſequentes, ac ſtudiis attendentes ſollicitis, quòd quantò ſolemniùs, D quantò graviùs, quantòque maturiùs, & curioſiùs in hac parte proceditur, tantò id proculdubio ad ipſius *Ludovici* Regis laudis cumulum potioris, ac etiam Chariſſimi in Chriſto Filii Noſtri *Philippi* Regis Francorum Illuſtris, & domus, Regnique ſuorum honoris, & exaltationis accedit augmentum; tibi Frater Archiepiſcope Rothomagen., & Venerabilibus Fratribus Noſtris Antiſiodoren. & E Spoletan. Epiſcopis inquiſitionem ſuper vitâ, converſatione, ac miraculis ipſius *Ludovici* Regis ſolemniter faciendam per Noſtras committimus litteras ſpeciales[g] ſicut in eis pleniùs continetur. Non intendentes in iis, quæ auctoritate litterarum fel. record. NICOLAI PAPÆ prædeceſſo-

quæ ſit Sedis Apoſt. diligentia in canonizationibus;

ob id ſe novam committere perquiſitionem de vita &c.

g

(a) REMEN.: *Petro Barbet*.
(b) ROTHOMAGEN.: *Guillelmo* de Flavia Curia.
(c) SENONEN.: *Giloni*, al. Egidio Cornuto.
(d) TURONEN.: *Joanni* de Monteſorelli.
(e) EPISCOPIS: Quos omnes legere licet in cit. Gallia Chriſtiana.
(f) LITTERIS: Quæ in Annal. etiam Eccleſ. non habentur.
(g) LITTERAS SPECIALES: Nempe præcedentes, ubi ceteræ notæ conſuli poterunt.

MARTINUS PP. II. al. IV. An. Ch. 1281.

A ceſſoris Noſtri per Nos ſuper eodem ſunt acta negotio per inquiſitionem hujuſmodi in aliquo derogare; quinimmo illa rata eſſe volumus atque firma. Fraternitatem itaque veſtram rogandam attentè duximus, atque hortandam, quatenus hujuſmodi Apoſtolicæ Sedis proceſſus, licet ad tempus, effectum negotii differre videatur; veſtris moleſtus aut gravis affectibus non accedat; nam auctore illo, qui poteſt, omnia, ſicut ſperamus, & credimus, cooperabuntur ad bonum; & exindè id, ad quod tam veſtra, quàm Noſtra ſuper hoc tendit intentio faciliùs & efficaciùs producetur ad Dei dictique *Ludovici* Regis laudis & gloriæ, ac præfati Philippi Regis, & domus, Regnique ſuorum honoris multiplicis incrementum.

rogatque ferant æquo animo hanc dilationem.

Datum, *ut ſupra*.

C *Facultatem tribuit eligendi Sacerdotem a Sacris confeſſionibus ad omnes noxias venia delendas, & vota, Hieroſolymitano, & continentiæ exceptis, commutanda.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 89. anni 1. tom. 1. apud Raynaldum ad ann. 1281. num. 23.)

XII. Anno 1281. die 22. Novembris.

MARTINUS &c.

a b

Chariſſimo in Chriſto Filio Magno [a] Regi Swecorum [b] *Illuſtri Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

REgiis ſupplicationibus inclinati auctoritate tibi præſentium indulgemus, ut aliquem idoneum Presbyterum Religioſum vel Secularem, quotieſcunque opportunum fuerit, tibi eligere valeas *Confeſſorem* [c], qui auditâ confeſſione tuâ tibi auctoritate Noſtrâ pro peccatis tuis, quæ ſibi confiteberis, pœnitentiam ſalutarem injungens ſuper iis beneficium debitæ abſolutionis impendat: niſi talia fuerint, propter quæ Sedes Apoſtolica ſit meritò conſulenda. Idem quoque *Vota* per te emiſſa, Hieroſolymitano [d], ac continentiæ voto excepto, hac vice eâdem auctoritate commutare valeat in alia opera pietatis; prout animæ tuæ ſaluti viderit expedire &c. [e]

c d

B e

Datum, *ut ſupra*.

Diligenter inquirant ſuper electione Epiſcopi S. Marci, & ſibi reperta referant. (Ex Vatic. Reges. Pontif. tom. 1. epiſt. 90. anni 1., teſte etiam Ughello tom. 1. Ital. Sac. in Epiſc. S. Marci, & Petro de Alva in Indic. Bull. Seraph.)

XIII. Anno 1281. die 9. Decembris.

MARTINUS &c.

f g h

Venerabili Fratri [f] ... *Epiſcopo* Neucaſtren. [g], *& dilecto Filio* ... *Cuſtodi Ordinis Fratrum Minorum de* Cuſentia [h] *Sal., & Apoſtolicam Benedictionem.*

Vacante S. Marci Eccleſia,

i k

DUdum Eccleſiâ *Sancti Marci* [i] per obitum bonæ memoriæ *Franciſci* [k] Eccleſiæ ipſius Epiſcopi, Paſtoris ſolatio deſtitutâ; Capitulum ejuſdem Eccleſiæ D die ad eligendum præfixâ, vocatis omnibus, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt commodè intereſſe pro futuri ſubſtitutione Paſtoris, convenientes in unum, & tandem procedere ad electionem hujuſmodi per viam ſcrutinii concorditer

per viam ſcrutinii

(a) Magno: Fratri *Waldemari* monito, conſilioque *Laurentii* ex Ord. Min. Archiepiſcopi Upſalen. in Regem Sweciæ conſtituti ex Jo. Magno in Metropol. Upſalen.

(b) Regi Swecorum: Anno 1277. diviſo cum fratre Regno ex Ol. Magno in Hiſt. Goth. lib. 19. c. 22.

(c) Confessorem: Quem ferunt ex Ordine Minorum, cui addictiſſimus fuit. *Stocholmia* namque, *Arbogia*, & *Lincopia* Cœnobia ipſis erigenda curavit; *Kolmia* ſimiliter vulgo *Stokolm* Monaſterium in honorem *S Claræ* fundavit; primumque jacturus lapidem magnam Principum multitudinem etiam ex ultramarinis partibus ad grande convivium in eum locum invitavit; & Monaſterio quàm celerrime, ac ſumtuoſiſſime completo, divinoque cultui conſecrato, Virgines S. *Claræ* Regulam profitentes induxit, & Sancto collegio *filiam* ſuam cariſſimam vix ſeptimum ætatis ſuæ annum ingreſſam adjunxit, collatis abunde in eum locum proventibus, qui apud omnes teſtarentur, eum fuiſſe Regem magnificum, inquit Waddingus ad ann. 1289. n. 46.

(d) Hierosolymitano: Nempe profectionis pro viſitandis Terræ Sanctæ locis.

(e) Obiit autem *Rex Magnus* anno 1290. 15. *Cal. Januarii in Wyſingo vir magnarum virtutum, & memoria digniſſimus dictus Ladelaus*, ait Chronologus Danus a Ludewigo to. 9. Reliquiar. vulgatus num. 9.; mandavitque ſepeliri *apud pauperes Fratres S. Franciſci in Stocholmia* ex Ol. Magno Hiſt. Goth. lib. 20. cap. 9.

(f) Ven. Fratri ...: *Tancredo* e Monte Fuſculo ex Ord. Min. anno 1279. aſſumpto idibus Maji diplomate *Militantis Eccleſiæ &c.* ibi relato n. 86., qui ſequenti anno 1282. ab *Hydruntina* Eccleſiæ Capitulo unanimi conſenſu poſtulatus fuit in Archiepiſcopum illius Eccleſiæ; re autem a Martino IV. Gerardo Sabinen. Epiſcopo illis in partibus A.S. Legato commiſſa, refert Ughellus to. 9. in Hydruntin. Archiepiſc. tranſlatum non fuiſſe.

(g) Neucastren.: In Calabria, ut ibi.

(h) De Cusentia: Al. *Conſentia*, cujus locus FF. Minorum caput erat *Cuſtodia Vallis Crathis* in Provincia Calabriæ ex veteri al. cit. *Provinciali* Ordinis noſtri apud Chronicon Jordani Ms. Vatic., etſi apud Barthol. Piſanum poſteriorem ſit 3. illius *Cuſtodia Vallis*.

(i) S. Marci: Etiam in Calabria, de qua egimus ad epiſt. 100. B. Gregorii X. *Cathedrali Eccleſiæ &c.* anno 1275. 7. April. ſcriptam.

(k) Francisci: De quo Ughellus to. 1. Ital. Sac.

Digitized by Google

diter eligentes, Guillelmum Archidiaconum, & Bartholomæum Cantorem prædictæ Eccleſiæ ſuorum votorum ſcrutatores concorditer elegerunt, qui ſua & eorumdem vota ſecretò, & ſingillatim diligentiùs perſcrutati mox eidem Capitulo ſcrutinium hujuſmodi publicarunt, ex cujus publicatione comperto, quòd omnes, & ſinguli de dicto Capitulo in in dilectum Filium *Marcum* [a] Canonicum ejuſdem Eccleſiæ direxerant unanimiter vota ſua, dictus Archidiaconus de licentiâ ejuſdem Capituli, ac ſuo, & dicti Cantoris nomine in eodem Capitulo elegit eumdem *Marcum* in ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopum & Paſtorem. Cumque poſtmodum dicti Capitulum fel. rec. N. [b] Papæ prædeceſſori Noſtro electionem hujuſmodi præſentantes ipſam poſtulaſſent humiliter confirmari; idem Prædeceſſor per Venerabilem Fratrem.. [c] Epiſcopum *Albanen.*, & dilectos Filios Noſtros A. [d] tituli Sanctæ Praxedis Preſbyterum, & J. [e] Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diaconum Cardinales examinari diligenter fecit eamdem. Verùm quia pro eo quod, licèt conſtet de tempore, quo hujuſmodi electio facta fuit, dies tamen obitus dicti *Epiſcopi* [f] per ea, quæ coram eiſdem Examinatoribus fuerunt exhibita, non apparet; dubitatur nec immeritò, an eadem electio infra trimeſtre tempus fuerit celebrata; & quia poſtmodum fuit aſſertum, quòd quidam dicti *Electi* Conſanguineus pro eodem Electo in eâdem Eccleſia in Epiſcopum promovendo, quibuſdam ex ipſis Capitulo dicti Electi nomine promiſit dare ad opus ipſius Eccleſiæ quandam pecuniæ quantitatem; ac quòd dictus *Electus* tempore, quo electus extitit, patiebatur in ætate defectum; Nos ſuper omnibus hujuſmodi negotii circumſtantiis certificari volentes, ut in hujuſmodi negotio ſecuriùs, & ſalubriùs procedamus,

a ad eam eligitur Marcus Canon.,

& a S.A poſtulatur; b

c d e

a qua examini ſubjicitur.

f

Emergentibus inde variis oppoſitionibus,

A Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus tam ſuper præmiſſis, quàm etiam ſuper eo, quòd in inſtanti vacatione ipſius Eccleſiæ *Sancti Marci* alia dicitur ante iſtam, de qua agitur, electio celebrata, inquiratis juxta interrogatoria, quæ iidem Cardinales vobis ſub ſuis mittunt ſigillis incluſa, diligentiùs veritatem; & quæ inveneritis Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes ſtudeatis fideliter intimare [g]. Si verò, Fili Cuſtos, a Provin-
B cia in *Cuſtodiæ* offitio tibi commiſſa te abeſſe contigerit; volumus, ut is, qui *Vicarius* tuus generalis in eâdem Cuſtodiâ fuerit, præmiſſa una tecum, Frater Epiſcope, exequatur. Non obſtante, ſi tibi, Fili Cuſtos, vel Fratribus tui Ordinis a Sede Apoſtolicâ ſit indultum [h], quòd de negotiis, quæ vobis per litteras Apoſtolicas committuntur, vos intromittere non teneamini inviti, quæ de
C indulto hujuſmodi plenam & expreſſam non fecerint mentionem.

Mandat Pontifex id, quod ſupra,

g cum facultate Cuſtodi delegandi.

ac obſtantis derogatione.

h

Datum apud Urbemveterem v. Idus Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Fr. Bonaventura Parmenſis fit Archiepiſcopus Raguſinus. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 101. apud Waddingum ad hunc annum num. 3. Regeſti Pontif.)

D MARTINUS &c.

XIV. Anno 1281. die 23. Decembris.

Dilecto Filio Fratri Bonaventuræ *de Parma* [i] *Electo Raguſino* [k] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

i k

MILITANTI Eccleſiæ &c. [l] Sanè vacante dudum Eccleſiâ *Raguſina* per obitum bonæ memoriæ *Salvii* Archiepiſcopi Raguſini; Canonici ejuſdem Eccleſiæ quondam Fratrem *Marcum de Venetiis* [m] Ordinis Fratrum Minorum in
E Raguſinum Archiepiſcopum, ut dicitur, ele-

Exordium. l

Eccleſia Raguſina vacante,

eligitur Fr. Marcus Venetus O. M., m

(a) Marcum: *Mirabellum* cognomine, qui forſan *Mirabelli* ſuperioris conſanguineus erat.

(b) N.: *Nicolao III.* anno 1277. 25. Novemb. proclamato ut ſupra.

(c) Ven. Fratrem...: *Bentivengam* ex Ord. Min. anno 1278. evectum.

(d) A.: *Ancheto* Pantaleone Urbani IV. nepote.

(e) J.: *Jacobo Sabello*, qui poſtea dictus eſt *Honorius IV.*

(f) Episcopi: Nempe *Franciſci* ſupra memorati.

(g) Intimare: Iterum hujus *Electi* examen commiſſum eſt Legato S. A. anno 1283. 21. Januar. per litteràs *Dudum Eccleſia &c.* ut infra.

(h) Indultum: Per Conſtitutionem Gregorii IX. *Quieti veſtra &c.* ab Innocentio IV. confirmatam.

(i) Fr. Bonaventuræ de Parma: Ordinis Minorum, ut infra.

(k) Ragusino: In Dalmatia, oraque maris Adriatici Metropolitano.

(l) Militanti Ecclesiæ &c.: Ut in *Bulla* anno præcedenti die 6. Apr. edita uſque *clementia ſtudeamus.*

(m) Fr. Marcum de Venetiis: De quo & in epiſt. anno 1279. die 9. Decembris pro Fr. Philippo Electo Raguſ. emiſſa.

Digitized by Google

MARTINUS PP.II. al. IV. An.Ch.1281.

elegerunt; ſed, eodem *Fratre Marco*, antequam eſſet ejus electio confirmata, naturæ debitum perſolvente, prædicti Canonici ad tractandum de futuri ſubſtitutione Paſtoris inſimul convenerunt; & dubitantes, ne, ſi ad electionem procederent, & ſi non poſſent omnes pariter in unam concordare perſonam, exindè oriretur inter ipſos diſſenſionis materia, per quam eis, & ipſi Eccleſiæ diſpendia imminerent; deliberaverunt communi conſenſu, & unanimi voluntate fel. record. NICOLAO PAPÆ [a] prædeceſſori Noſtro humiles preces porrigere, ut dignaretur eidem Eccleſiæ Apoſtolicâ auctoritate de Paſtore idoneo providere; ac ſuper hoc ſubſequenter tam ipſi, quàm dilecti Filii Nobiles viri *Comes* [b], & *Conſilium*, & *Commune Raguſin.* eidem prædeceſſori ſuas ſupplicatorias litteras per certum Nuncium deſtinarunt; ſicque dictus prædeceſſor dictorum Canonicorum votis favorabiliter annuens de dilecto Filio Fr. *Philippo de Mantua* ipſius Ordinis Inquiſitore hæreticæ pravitatis in Marchiâ Tarviſinâ de Fratrum ſuorum conſilio Eccleſiæ præfatæ providit [c]; ſed dictus *Fr. Philippus* proviſionem hujuſmodi non acceptans omne jus, ſi quod ſibi ex proviſione competebat eâdem, liberè reſignavit; & dictus prædeceſſor hujuſmodi reſignationem admittens de dilecto Filio *Fratre Luca de Padua* [d] ejuſdem Ordinis Eccleſiæ memoratæ de ſimili conſilio iteratò providit [e], Quo quidem *Fratre Luca* proviſionem de ipſo factam minimè acceptante, ac omne jus, ſi quod ſibi ex proviſione ſimili competebat, ſimiliter reſignante, dictus prædeceſſor proviſionem Eccleſiæ memoratæ illâ vice diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervavit. Nos autem Eccleſiæ præfatæ, quæ diutinæ vacationis incommoda deploravit, paterno compatientes affectu, ac Canonicorum, & aliorum prædictorum vota ex præteritis contemplantes, illa proſequendo benigniùs de ipſius Eccleſiæ ordinatione celeri, ne prolixioris vacationis expoſita remaneret incommodis, diligentiùs cogitantes ad perſonam tuam, quam Nobis, & Fratribus Noſtris de litterarum ſcientiâ, honeſtate morum, providentiâ ſpiritualium, & circumſpectione temporalium fide dignorum teſtimonia commendarunt, duxerimus oculos Noſtræ mentis; teque dicti *Ordinis* profeſſorem licet abſentem de ipſorum Fratrum conſilio Noſtrorum, ſupradictæ Eccleſiæ in Archiepiſcopum præficimus, & Paſtorem, adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ ſpiritualiter & temporaliter tibi plenariè committendo, firmâ ſpe, fiduciâque conceptâ, quòd eadem Eccleſia per diligentiam, & induſtriam tuam, cum habearis bonitate conſpicuus, Religionis honeſtate præclarus, & ſollicitudine circumſpectus, ac in magnis & arduis comprobatus [f], laudabilia in ſpiritualibus, ac temporalibus ſuſcipiet incrementa. Reverenter itaque ſuſcipe jugum Domini, & ſuavi ejus oneri humiliter colla flecte; manumque mittens ad fortia ipſius adminiſtrationem Eccleſiæ prudenter exequi ſtudeas, & gregis tibi commiſſi cuſtodiam proſequi diligenter, ſolerter, & conſtanter, oppoſiturus te murum pro Domo Domini aſcendentibus ex adverſo, ut laudabili de ipſo redditâ in die diſtricti examinis ratione regnum Patris æterni ab origine Mundi præparatum electis accipias; in dilecta Domini Tabernacula lætabundus introeas; & eumdem tibi commiſſum gregem ad uberioris meriti retributionis commodum introducas. [g]

Datum apud Urbemveterem x. Kalendas Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Electio Fr. Henrici de Brema in Archiepiſcopum Gneſnen. (Ex REGES. VATIC. ep. 126. apud WADDINGUM in Regeſ. Pontif. hujus anni num.4.)

MAR-

Margin notes: qui ante confirmationem moritur, — ſucceſſoriſque promotio committitur Romano Pontifici, — qui deligit Fr. Philippum Mantuanum ejuſdem Ordinis. — Hic autem dignitatem recuſat, — ut & Fr. Lucas Patavinus poſt illum evectus, — quare Pontifex aſſumit prædictum Fr. Bonaventuram Parmen. O. etiam M., — quem in multis commendat, — & quem hortatur, ut onus ſuſcipiat, & miniſterium prudenter exequatur. — Ezech. 13. 5.

(a) NICOLAO PP.: III. hujus nominis.
(b) COMES: Adeatur *Bulla* prædicta pro Fr. Philippo Electo.
(c) PROVIDIT: Anno 1279. die 9. Decembris, ut ſupra.
(d) FR. LUCA DE PADUA: Hac una epiſtola nobis noto.
(e) PROVIDIT: Deſunt hujus proviſionis litteræ.
(f) IN MAGNIS, ET ARDUIS COMPROBATUS: Quæ cuncta nobis ignota.

(g) INTRODUCAS: Hic autem acceptavit onus, & honorem; & anno 1289. ſtatutum contra Clericos Patavinos revocatum fuit per ejus interpoſitionem, de quo ſtatuto egerat & ad ann. 1282. Autor Mantiſſæ ad Chronicon Monachi Paduani apud to.8. Rer. Ital. Script., annoque 1288. Pontifex ei commiſit in Venetos agere cenſuris Eccleſ., ni Patriarcham Aquilejen. bello vexare deſiſterent, & ablata reddere negligerent ex Regeſto Vaticano epiſtola 122. anni 1. die xv. Kalendas Septembris data.

Digitized by Google

XV.

Anno 1281. die 23. Decembr.

MARTINUS &c.

a b *Dilecto Filio Fratri* Henrico de Brem [a] *Electo Gneznen.* [b] *Sal., & Apoſtol. Benedictionem.*

Exordium.

ONEROSA paſtoralis officii ſummi diſpoſitione Paſtoris Nobis licet immeritis curâ commiſsâ, ſollicita Nos pulſat inſtantia, ut inter cætera, quæ undique negotia confluunt, quibuſve Noſter animus redditur multiplici varietate diſtractus ad proviſionem Eccleſiarum vacantium ſollicitiùs intendamus; ne ipſis Paſtoris præſidiis deſtitutis, ambulantis in circuitu lupi rapacis aſtutia earum oves rapiat, & diſperdat; ne manus avida illarum bona diripiat, & jura præſumptionis uſurpet. Ideoque ſolliciti reddimur, ut eædem Eccleſiæ Paſtoribus dirigantur idoneis, & Rectoribus providis gubernentur: Tunc enim puppis ſalubri progreſſu dirigitur, cum Rectoris induſtrii gubernatione non caret: Tunc etiam fructibus ager exuberat, cum ſibi Cultoris non deeſt præſentia diligentis. Sanè dudum *Gneznen.* Eccleſiâ Paſtore vacante per obitum bonæ memoriæ *Martini* [c] Gneznen. Archiepiſcopi [d], Capitulum ejuſdem Eccleſiæ convenientes in unum *Wloſtiberium* Eccleſiæ ejuſdem Canonicum in Archiepiſcopum Gneznen. concorditer elegerunt. Poſtmodum autem prædictis Capitulo ſupplicantibus, fel. record. NICOLAO PAPÆ [e] prædeceſſori Noſtro, ut, cum idem Canonicus propter inopiam Eccleſiæ præfatæ, ac expenſarum defectum, nec non & viarum diſcrimina non poſſet commodè ad Apoſtolicam Sedem accedere pro ſuæ electionis negotio proſequendo, providere ſuper hoc paternâ ſollicitudine dignaretur. Idem prædeceſſor Venerabili Fratri Noſtro ... Epiſcopo Firmano tunc in illis partibus Apoſtolicæ Sedis Legato [f], inquiſitionem faciendam de modo electionis prætactæ, ac ipſius Canonici meritis per ſuas litteras [g] ſub certâ formâ commiſit; cumque prædictus Legatus præfatum Canonicum ad ſuam præſentiam evocaſſet, idem Canonicus juri, quod ſibi ex electione hujuſmodi competebat, vel competere poterat, liberè, ac ſponte in manibus Legati renunciavit [h] ejuſdem. Nos itaque paterno deſiderantes affectu, quòd de ſponſo legitimo, & idoneo provideretur Eccleſiæ memoratæ; & attendentes, quòd ſi ejus proviſio differretur, multis ſubjaceret periculis; & gravia in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta ſubiret; ad perſonam tuam, de qua ſuper litterarum ſcientiâ, honeſtate morum, aliiſque virtutum meritis laudabile teſtimonium a Fide dignis accepimus, Noſtræ mentis oculos duximus dirigendos, ac te *Fratrum Minorum* Ordinis profeſſorem [i] de Fratrum Noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis prædictæ Eccleſiæ in Archiepiſcopum præfecimus, & Paſtorem; ſperantes, quòd cum eſſe dicaris conſilio providus, generis nobilitate præclarus [k], ac in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectus; Eccleſia ipſa, quæ hactenus debitæ defenſionis auxilio deſtituta direptioni patens, & prædæ, gravis deſolaminis jacturam dicitur incurriſſe, tuæ circumſpectionis induſtriâ, & virtute ad ſtatum debitum reſtauretur, & optata in ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiat incrementa. Ideoque Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum a Domino tibi onus devotè ſuſcipiens, ſic ſuper gregem Dominicum tibi commiſſum noctis vigilias diligenter obſerves, ut liber invadendi aditus non pateat Invaſori: Beatus ſiquidem eris, ſi Dominus inſuſpicabili hora venturus te invenerit ſic agentem, quia curſu

Gneſnen. Eccleſia vacat, c d

& Canonicus ejuſdem Eccleſ. ad eam regendam eligitur, e

ejuſque ad Apoſtolicam Sedem acceſſus diſpenſari poſtulatur. f

g Electionis examen committitur Apoſtolico in illis partibus Legato,

& Electus cedit juri, & dignitati. h

Pontifex vero aſſumit prædictum Fr. Henricum, i

k

cui mandat, ut ſuſcipiat, & diligenter agat.

(a) FR. HENRICO DE BREM: Ordinis Minorum, ut infra.

(b) GNEZNEN.: Olim Regiæ Civitatis Poloniæ ſuperioris, nunc tamen adhuc Metropolis præcipuæ, & primariæ ejuſdem Regni.

(c) MARTINI: Poloni Ordinis Prædicat. ex epiſt. Nicolai III. *Qua de ſtatu &c.* Philippo Epiſcopo Firmano A. S. Legato anno 1279. die 23. Decembr. data apud Raynaldum ad eum ann. num.43.

(d) GNEZNEN. ARCHIEPISCOPO: Electo anno 1278. 23. Maji, & anno ſequenti Bononiæ defuncto ex Scriptoribus illius Ordinis.

(e) NICOLAO PAPÆ: III. hujus nominis.

(f) A. S. LEGATO: Anno 1278. conſtituto ex Raynaldo ad eum ann. num.23., & ex Ughello to.2. Italiæ Sacræ.

(g) PER SUAS LITTERAS: Incip. *Qua de ſtatu &c.* ſupra memoratas.

(h) RENUNCIAVIT: Ceſſionis cauſam exponit cit. Raynaldus ad ann.1279. n.43.

(i) PROFESSOREM: In Cœnobio S. Franciſci Opolienſis Sleſiæ Civitatis Inſtitutum Minorum FF. amplexus eſt ex Stephano Damalevicio de *Archiepiſcopis Gneſnen.* num.24.

(k) GENERIS NOBILITATE PRÆCLARUS: Erat enim filius Theodorici *Bremenſis Ducis* in inferiori Saxonia, & Eudoxiæ filiæ Conradi Mazoviæ Ducis in Polonia e vetuſta *Piaſteorum* ſtirpe, quæ in Caſimiro Magno Ludovici Hungariæ Regis avunculo defecit ex Caſim. Biern.

Digitized by Google

curſu conſummato, qui tuo labori præponitur, & eorum fide ſervatâ, quæ tuæ ſollicitudini committuntur, te immarceſcibili coronâ Juſtitiæ decorabit.[a]

Datum, *ut ſupra*.[b]

Generali & Provinciarum Miniſtris facultatem tribuit inſtituendi Prædicatores, & Confeſſarios. (Ex AUTOGRAPHO apud WADDINGUM ad annum 1281. num. 1. Regeſti Pontif. edit. 2., & in ARCHIVO Minoritico Cœnobii Rothomagenſis ex AUCTORE SPECULI Minorum; Archivioque noſtri Conventus Bergomenſis, & Florentini.)

XVI. Anno 1281. die 13. Decembr. al. 1282. die 10. Januarii.

MARTINUS &c.

Dilectis Filiis ...[c] *Miniſtro Generali, & Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum Sal., & Apoſtol. Bened.*

Cauſa privilegii.

AD fructus uberes, quos in agro Dominico prædicando pariter, & exemplo, Confeſſiones audiendo, & per alia virtutum exercitia ſatis Ordo veſter & humiles ipſius Ordinis profeſſores produxerunt hactenus, & ſperantur in futurum, Deo auſpice, producturi, attentæ conſiderationis aciem convertentes, ut Fratres ejuſdem Ordinis *Prædicationis*, & audiendi *Confeſſionis* officia eò liberiùs, & efficaciùs exequi valeant, quò citiùs de ipſorum circa eadem de auctoritate Apoſtolicâ conſtabit, tibi Fili, *Miniſtro Generali* per te, vobis verò *Provincialibus Miniſtris* cum Diffinitoribus in Provincialibus veſtris Capitulis[d] congregatis committendi auctoritate Apoſtolicâ *Fratribus* ejuſdem Ordinis in ſacrâ paginâ eruditis, examinatis, & approbatis a vobis, *Prædicationis* officium, audiendi verò *Confeſſiones*, & abſolvendi pœnitentes, ſalutares eis injungendi pœnitentias, & *Fratribus* alias idoneis[e], concedendi, eiſdem quoque ſæpefati Ordinis, quibus dicta officia, per vos taliter conceſſa, ſeu commiſſa fuerint, quòd eadem liberè valeant exercere, plenam damus, & concedimus auctoritate præſentium facultatem; diſtrictiùs inhibentes, ne quis *Fratres* ipſius Ordinis, quibus dicta officia taliter concedenda duxeritis, ut præmittitur, ſive etiam committenda in exercitio, ſivè executione, officiorum ipſorum, audeat quomodolibet impedire[f]. Volumus autem[g], quòd hi, qui *Fratribus* confitebuntur eiſdem, ſuis *Parochialibus* Presbyteris confiteri, ſaltem ſemel in anno, prout Generale Concilium[h] ſtatuit, teneantur[i]. Quòdque iidem *Fratres* eoſdem ad hoc diligenter, & efficaciter ſecundum datam eis gratiam a Domino exhortentur[k]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Conceſſionis, & Inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

Miniſtris Ordinis concedit, ut ſupra, cum inhibitione, & conditione. Clauſula prohib. &c.

Datum apud Urbemveterem IV. Idus Januarii[l], Pontificatus Noſtri Anno Primo.[m]

Co-

(a) DECORABIT: Admonet tamen cit. Raynaldus, *Henrico* Archiepiſcopalis dignitatis apices attrectare reſpuente, *Jacobum* a Canonicorum Collegio deſignatum fuiſſe, & Sedis Apoſtolicæ auctoritate confirmatum ex epiſt. 50. Regeſti Vatic., quæ & infra dabitur & quam non vidit Waddingus.

(b) Scripſit etiam Pontifex ad *Cracoviæ*, *Poloniæ*, & *Wratislaviæ Duces* ut *Fr. Henricum* Gneſnen. Electum benigne admitterent, & favorabilius adjuvarent ex Waddingo ad hunc ann. n. 8.

(c) FILIIS ...: *Fr. Bonagratia* anno 1279. electo, ut alias vidimus.

(d) PROVINCIAL. CAPITULIS: Eoque magis in *Generalibus Comitiis*, extra quæ nulla in his poteſtas contribuitur.

(e) ALIAS IDONEIS: Etiamſi in ſacra pagina non eruditis.

(f) IMPEDIRE: Præſcius Pontifex per hanc Conſtitutionem fore turbationem ſuſcitandam hæc appoſuit; cum Annales Eberhardi apud Caniſium to. I. Antiqu. Lection. ad ann. 1287. teſtentur, hoc privilegium multas in Francia excitaſſe turbas, contradicentibus ei Eccleſiarum Prælatis, ac univerſo Clero.

(g) VOLUMUS AUTEM: §. iſte uſque ad *Nulli ergo &c.* deeſt apud Rodericum infra citandum.

(h) GENERALE CONCILIUM: Lateranenſe IV. anno 1215. celebratum cap. *Omnis utriuſque ſexus &c.* quod poſtea relaxatum eſt, ac interpretatum.

(i) TENEANTUR: §. hunc omiſit Bonifacius VIII. Conſtitutione *Super Cathedram &c.* falſuſque eſt, Nangius in Chron. ad ann. 1298. oppoſitum affirmans, cum etiam Clemens V. eamdem Conſtitutionem confirmans nihil tale perhibet; nec quiſquam alius poſtea.

(k) EXHORTENTUR: Id retinuit Benedictus XI. Conſtitutione *Super cunctas &c.*

(l) IV. IDUS JANUARII: Sed idem Waddingus in Annal. ad ann. 1281. n. 12. ait dat. *idibus Decembris*, quod habet & Speculum Minorum trac. 2., & Monum. Ord. Min. trac. 1. f. 10. in Summario Pontif. v. *Martinus IV.* & in Cod. membraneo Archivi noſtri Cœnobii Bergomen. ex litteris Bernardi Joannini *Auditoris Gen.* cauſarum Cam. Apoſt. recognito anno 1288. a Rodulfo de Fenegroe Clerico Mediolanen. Notario, & Scriptore Ottonis Archiepiſcopi Mediolanen. ipſius Archiepiſcopi mandato: idem vero privilegium *Ordini Prædicat.* datum habet IV. *Idus Januarii* in to. 2. Bullarii ejuſdem Ordinis n. 2., quod habet & Rodericus Bull. Regul. ex Archivo Conventus S. Franciſci Salmanticen. n. 2. pro Ordine Prædicatorum, & citatus noſter Codex Florentin.

(m) Hujus privilegii meminerunt autores coævi Henricus Gandavenſis Quolib. 7. qu. 23. & 24., & Quolib. 10. q. 1. & 2. atque Richardus a Mediavilla in 4. ſent. d. 17. q. 2. art. 3. addens etiam *Eremitanis* poſtea collatum; quod perperam Martino V. adjudicavit Joannes Major Scotus in 4. d. 17. q. 6. & 7. ab Adriano VI. in 4. *de Sacram. Confeſſionis* q. 5., & Vaſqueſio to. 4. in 3. par. *Summa S. Tho.* q. 93. art. 1. dub. 6. ſequutus.

Digitized by Google

Copiam facit teſtandi, & de quibuſdam mobilibus rebus diſponendi. (Ex Vatic. Reges. Pontif. teſte Petro de Alva in Indic. Bull. Seraph.)

XVII. Anno 1282. die 13. Januarii.

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri .... [a] *Archiepiſcopo* Bracharen. [b] *Sal., & Apoſt. Bened.*

a b

QUia præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem; & ea quæ viſibilem habent eſſentiam &c. [c] c

Datum apud Urbemveterem Idibus Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Andream Spiliatum *Campaniæ, ac Maritimæ* Rectorem *conſtitutum commendat, jubetque, ut ei obtemperetur.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 111. tom. 2. anni 1.)

XVIII. Anno 1282. die 27. Januarii.

MARTINUS &c.

Venerabilibus Fratribus Epiſcopis, & dilectis Filiis Abbatibus Prioribus, & Conventibus Ciſtercien., & aliorum Ordinum, ac Decanis, Præpoſitis Archidiaconis, Archipresbyteris, Capitulis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ſeu Rectoribus, cæteriſque perſonis Eccleſiaſticis exemptis & non exemptis, ac Hoſpitalis *Hieroſolymitani Militiæ* Templi *Magiſtris, & Præceptoribus, nec non Prioribus, & Guardianis, & Fratribus* Prædicatorum, & Minorum Ordinum *per* Campaniam, *&* Maritimam *conſtitutis Sal., & Ap. Bened.*

Commendatio Provinciæ Campaniæ, Maritimæque, d

INter alias Provincias Nobis & Eccleſiæ Romanæ devotas *Campaniæ, Maritimæque* [d] partes in ipſius Eccleſiæ gremio conſtitutas eò benigniùs paternis oculis intuemur, quò ſpecialiùs in illis velut ejuſdem Eccleſiæ horto afferenti fructus dulcedinis delectamur. In illis quidem Filios amabiles, devotione præclaros, fidelitate fervidos, & puritate conſtantes habere percipimus, ad quos in armario Noſtri pectoris recumbentes afficimur, & de ipſorum ſtatu proſpero ſollicitè cogitamus. Cupientes itaque quòd in eiſdem partibus pacis opulentia, & cultus juſtitiæ conſervetur; perſonam ad horum promotionem utilem decrevimus deputandam, cujus induſtria ſit ſalubris ad ſingula, & expugnatrix avida vitiorum, ad dilectum Filium Magiſtrum *Andream Spiliati* [e] Canonicum Cameracen. [f] Cappellanum Noſtrum, de cujus fidelitate, ac expertâ bonitate confidimus, Noſtræ mentis aciem convertentes; Rectoriam *Campaniæ*, ac *Maritimæ* prædictarum auctoritate Apoſtolicâ in ſpiritualibus, & temporalibus, ipſi duximus committendam; diſponendi, ordinandi, ſtatuendi, præcipiendi, puniendi, diffiniendi, exequendi, & faciendi in eiſdem partibus, quidquid honori ejuſdem Eccleſiæ ac proſpero ſtatui Fidelium partium earumdem expedire cognoverit; ac contradictores quoslibet & rebelles, quotiens expedierit, ſpirituali, & temporali diſtrictione, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, concedentes ei plenariam poteſtatem. Ideoque Univerſitati veſtræ mandamus, quatenus eidem *Rectori* in iis, quæ ad ipſius Rectoriæ ſpectant officium, devotè intendere, ac obedire curetis; ita quòd devotionem veſtram exindè commendare meritò valeamus. Alioquin ſibi damus Noſtris litteris in mandatis, ut vos ad id, ſublato appellationis obſtaculo, auctoritate Noſtrâ compellat. Non obſtantibus Indulgentiis Apoſtolicis cujuſcumque tenoris exiſtant, per quæ mandati Noſtri executio poſſet quomodolibet impediri, & de quibus plenam & expreſſam, ſeu de verbo ad verbum fieri oporteat in Noſtris litteris mentionem; ſeu quod Venerabili Fratri Noſtro *P.* [g] *Epiſcopo Anagnino* in prædictis partibus juriſdictionem in ſpiritualibus per Apoſtolicas litteras duximus committendam. [h]

quam regendam committit novo Rectori — e f

cum ampla facultate,

mandans id, quod ſupra,

obſtantibus derogando.

g h

Datum apud Urbemveterem vi. Kalendas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo,

(a) Ven. Fratri ...: *Tellio* ex Ord. Min. anno 1278. 6. April. aſſumto per litteras *Militanti Eccleſiæ &c.* ut ibi.
(b) Bracharen.: In Luſitania, ut ad dictas litteras.
(c) Instabilem &c.: Videatur hujus Pontificis epiſtola 3. pro Epiſcopo Albanen. *Bentivenga* uſque ad finem, ac *Datum &c.* aut potius 81. Nicolai III. anno 1278. vulgata die 22. Octobris.
(d) Maritimæque: De qua in 1. hujus Pontificis epiſtola dictum eſt pag. 469.
(e) Spiliati: *Jo. de Tomaſis Spiliati* memoratur in epiſt. hujus Pontificis apud Raynaldum ad ann. 1283. n. 41., ejuſque filius *Dinus* in 73. epiſtola hujus Pontificis infra legenda.
(f) Cameracen.: In Belgio vulgo *Cambray*.
(g) P.: *Petro* Cajetano, ut in cit. epiſtola.
(h) Committendam: Anno ſuperiore die 30. Aprilis, ut ſupra pag. 469.

Digitized by Google

MARTINUS PP.II. al. IV. An.Ch.1282.

Ne Plebanus Viennen. *Eccleſiæ obſtet, quominus Fratres Ordinum Prædicat., & Minor. Conciones habeant, & Secularium Confeſſiones excipiant.* (Ex AUTOGRAPHO Bonon. apud BULLARIUM Ord. Prædicat. tom.2. num.3. p.2. & ex binis aliis Viennæ Auſtriæ in noſtri Conventus S. Crucis Archivo aſſervatis.)

XIX. Anno 1282. die 9. Februarii.

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri ...[a] *Epiſcopo* Patavien.[b] *Sal., & Apoſtol. Benedict.*

Fratrum Prædicat. & Minor. Viennen. petitio expoſita

EXHIBITA Nobis dilectorum Filiorum..... Prioris *Prædicatorum*, &...Guardiani *Minorum*, & Conventuum Fratrum prædictorum Ordinum *Viennen.*[c] tuæ Diœceſis[d] petitio continebat, quod Plebanus Eccleſiæ *Viennen.*[e] ejuſdem Diœceſis ad eorum injurias, & turbationes aſpirans, ac ſequens propriæ voluntatis impetum, non judicium rationis, dum quidam ex ipſorum Fratrum Minorum *Cuſtodibus*[f] in Villa *Viennen.* publicè proponeret Fidelibus verbum Dei, fecit per quemdam Vicarium ſuum fidelibus ipſis præſentibus, quaſi more præconis altiùs proclamari, quod Fratres *Prædicatores*, & *Minores* præfati nullam omnino Confeſſiones audiendi, aut abſolvendi ſibi confitentes habebant abſque ipſius Plebani licentiâ, quibus idem hoc committendum duceret, facultatem. Aliàs quoque, dum *Frater* quidam ejuſdem Prædicatorum Ordinis ejuſdem Villæ dictæ Diœceſis populo prædicaret, fuit per quemdam alium Vicarium ipſius ex parte Plebani præfati, præſenti adhuc populo ſupradicto, publicè ſub pœna *excommunicationis* injunctum, ut omnes affatim de loco, in quo dictus *Frater* proſecutioni hujuſmodi prædicationis inſtabat, confeſtim recederent prædicationem ipſam, vel aliam dicti Fratris nequaquam ulteriùs audituri. Propter quæ in Villâ præfatâ, & adjacentibus partibus gravè ſcandalum eſt exortum; præſertim cum, ſicut dicitur, Vicarii aſſeruerint ſupradicti ſe non ſolum de ipſius Plebani, verùm etiam de tuâ, nec non & Venerabilis Fratris Noſtri.... *Salzeburgen.* Archiepiſcopi[g], quod non facile credere poſſumus, conniventiâ & ordinatione, vel veriùs deordinatione, ad talia proceſſiſſe. Et quamquam memoratus *Plebanus* pluries promiſerit, ſe facturum, quòd revocarentur prædicta, ut idem ſcandalum tolleretur; hujuſmodi tamen promiſſionem ſuam adimplere pro ſuæ voluntatis libito non curavit. Quare Prior, Guardianus, & Conventus præfati Nobis humiliter ſupplicarunt, ut providere ſuper hoc de benignitate Sedis Apoſtolicæ curaremus. Cum itaque prædicta in Noſtram, & ejuſdem

de Plebano Eccleſ. Viennen. munia Fratrum impediente,

& facultatem ipſos non habere publice denunciante.

Rumor de Patavien. & Salisburgen. Antiſtitum conniventia, & juſſu.

(a) VEN. FRATRI...: *Weichardo*, qui ſuperiore anno aſſumptus fuit ex Chron. Salisburgen. apud Perzium to.1.

(b) EPISCOPO PATAVIEN.: Vulgo *Paſſaw* ol. Batava in Norico, confinioque Vindeliciæ, nunc in inferiori Bavaria ad confluentes Oeni in Danubium ſub Archiepiſcopo Salisburgenſi; cui præerat *Weichardus* ab anno ſuperiore.

(c) VIENNEN.. In Auſtria, ubi Ordo Prædicatorum habitabat iam ante annum 1243. ex eorum monumentis, & *Bulla* 20. Innoc.IV. eo anno die 23.Septemb. edita in dicti Ordinis Bullario to.1., ac Fratres noſtri ab exordio Ordinis anno 1224. locum obtinuerant ſub tit. *S. Crucis* prope Palatium Ducum, poſtea Imperatoris, qui locus caput eſt *Cuſtodiæ* ſui nominis in Provincia *Auſtriæ*, ut in ſæpe citato veteri *Provinciali* Ordinis; de quo loco tamen altum apud Waddingum in Annal. Min. eſt ſilentium; cum eidem a Leopoldo Duce VII. noſtris FF. an.1224. conceſſo, Primislaus IV. Othacharus III. Rex Bohemiæ multum contulerint, & *Blanca* Philippi III. Regis Franciæ filia, & conjux Rodulphi Auſtriæ Ducis Alberti Imp. filii, *Eliſabetha* Jacobi Regis Aragoniæ filia, & uxor Friderici Auſtriaci in Regem Roman. electi, *Hartman* Princeps Licktenſtein., ſed de his alias. Anno 1247. Cœnobium, & Eccleſia conſtruebantur aut acceſſione, ac ampliatione, aut nova fundatione, pro qua re Innocentius IV. *Indulgentias* contulit dictæ fabricæ auxilium porrigentibus diplomate: *Quoniam, ut ait Apoſtolus &c.* eo anno idibus Maji dato, quod cum pluribus aliis ad hanc Eccleſiam, & Conventum, Provinciamque jam ab anno 1234. attinentibus, & in Archivo præfati Cœnobii ſub plumbo aſſervatis dabitur in Appendice hujus *Bullarii*; cum ad nos valde ſero tranſmiſſa ea fuerint. *Eccleſia* porro conſecrata fuit anno 1251. a Bertholdo Epiſcopo *Patavien.* in honorem *S. Crucis*, cui Alexander IV anno 1256. die 11. Julii, iterumque anno ſequenti nonis Junii *Indulgentias* affixit pro certis anni diebus eam orationis cauſa viſitaturis. Tandem noſtris temporibus, pro novo Conventus ædificio nummos aureos, & argenteos majoris formæ Auguſtis, hodie Regnantes Auſtriaci *Franciſcus*, & *Tereſia* ad perpetuam rei memoriam cudi juſſerunt, & cum lapide fundamentali poni hac ex parte una inſcriptione: *Imp. Franc. Aug. & M. Tereſ Aug.*, ex altera vero parte: *Aſceterii FF. M. Conv. ad S. Crucem Vien. vivente Seraphico Patre A.* MCCXXIV. *fundati*. MDCCXLVIII. *Kal. Aug. inſtaurati Pietatis Aug. Mon. poſ. Joſeph Com. Kevenhuller S. C. M. ſupr. Cub. Praf.*

(d) TUÆ DIŒCESIS: Tunc quidem *Patavien.*, ſed anno 1469 a Paulo II. in *Epiſcopatum* erecta Civitas fuit, & nulli Archiepiſcopo ſubjecta; tandemque noſtris temporibus ad *Archiepiſcopatus* honorem elevata anno 1723. ab Innoc. XIII. Pont. Max.

(e) ECCLESIÆ VIENNENSIS: *S. Stephano* Protomartyri dicatæ.

(f) CUSTODIBUS: In ſex enim *Cuſtodias* diviſa fuerat ab initio *Provincia* Auſtriæ pro Fratribus Ordinis Minorum, quarum primum locum tenuit *Viennenſis*, ſed ſub initium ſeculi XVI. hæreſi cuncta ſubvertente ante annum 1586. jam ad 4. redacta erat ex Rodulphio lib.2. fol.293.

(g) SALZEBURGEN. ARCHIEPISCOPI: *Friderici II.* de Walhen, qui ab anno 1270. uſque ad 1284. hanc Metropolim Norici, al. Bavariæ inferioris miniſtravit ex catalogo Antiſtitum ejuſdem Metropolis.

Digitized by Google

cum autem talis facultas ab Apoſtolica Sede ipſis collata fuerit.

dem Sedis, a qua eorumdem Ordinum Fratribus poteſtas hujuſmodi prædicandi, Confeſſiones audiendi, & ſibi confitentes abſolvendi dignoſcitur eſſe conceſſa [a], injuriam, & contemptum, ac eorumdem Prioris, & Guardiani, & Conventuum non modicum præjudicium, & gravamen redundare noſcantur; nec intendamus, ſicuti nec debemus talia æquanimiter ſuſtinere; Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus *Plebanum*, Vicarios ſupradictos, ut præmiſſa, ſublato cujuslibet difficultatis, & dilationis obſtaculo, revocent; dictoſque *Fratres* circa prædicationes, & Confeſſiones hujuſmodi ſuum officium exequi liberè patiantur, auctoritate Noſtrâ per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remotâ, compellas, ſic te in hac parte ſollicitè habiturus, ut poſſit exindè tua devotio non immeritò commendari. Alioquin Venerabili Fratri Noſtro .... Epiſcopo *Olomucen.* [b] damus Noſtris litteris [c] in præceptis, ut mandatum in hac parte Apoſtolicum exequatur; Contradictores auctoritate Noſtrâ, appellatione poſtpoſitâ compeſcendo.

Mandat Pontifex id, quod ſupra.

cum alterius ſubſtitutione.

Datum apud Urbemveterem v. Idus Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Imperat, ut ſi Patavien. *Epiſcopus mandatum ſuum adimplere neglexerit, ipſe executioni mandet.* (Ex AUTOGRAPHO apud BULLARIUM Ord. Prædicat. tom.2. num.4. p.3., & Viennæ in ARCHIVO noſtri Conventus S. Crucis Auſtriaci.)

XX.

Anno 1282. die 9. Februarii.

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri ... [d] *Epiſcopo* Olomucen. [e] *Sal., & Apoſtol. Bened.*

FF. Prædicat. & Minorum Viennen. petitionis ſeries.

EXHIBITA Nobis dilectorum ... Prioris Prædicatorum, & ... Guardiani Minorum, ac Conventuum Fratrum prædictorum Ordinum *Viennen.* Patavien. Diœceſis petitio continebat, quòd &c. [f] verùm etiam de Venerabilium Fratrum Noſtrorum .... Epiſcopi Patavien., & ... Archiepiſcopi Salzeburgen. &c. [g] ipſi Epiſcopo per alias Noſtras litteras [h] injungimus quòd Plebanum, & Vicarios ſupradictos, ut præmiſſa, ſublato cujuslibet difficultatis, & dilationis obſtaculo, revocent, dictoſque Fratres circa Prædicationes, & Confeſſiones hujuſmodi ſuum officium exequi liberè patiantur, auctoritate Noſtrâ, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remotâ, compellat, ſic ſe in hac parte ſollicitè habiturus, ut poſſit exindè ſua devotio non immeritò commendari. Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi dictus Epiſcopus mandatum Noſtrum ſuper iis neglexerit adimplere; tu in hac parte mandatum Apoſtolicum exequaris: Contradictores eâdem auctoritate, appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Non obſtante, ſi aliquibus ab eâdem Sede indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem.

Mandat, ut ſupra.

obſtanti derogando.

Datum, *ut ſupra*.

Epiſcopus Aſſiſias *conſtituitur Fr. Simon Ord. Min.* (Ex REGES. VATIC. epiſt.107. apud WADDINGUM ad hunc annum num.2. Regeſti Pontif.)

XXI.

Anno 1282. die 16. Martii.

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri Simoni [i] *Epiſcopo Aſſiſinaten.* [k] *Sal., & Apoſt. Bened.*

Exordium.

MILITANTI Eccleſiæ &c. [l] Sanè vacante dudum Eccleſiâ Aſſiſinaten. per obitum bonæ memoriæ *Illuminati* [m] Epiſco-

(a) CONCESSA: Præſertim ab ipſomet Pontifice per Conſtitutionem *Ad fructus uberes &c.* anno præcedenti idibus Decembris editam.

(b) OLOMUCEN.: In Moravia Auſtriæ contermina Civitas.

(c) NOSTRIS LITTERIS: Quæ ſubſequuntur.

(d) VEN. FRATRI ...: *Theodorico* ab anno 1281. uſque ad 1302. ſedenti cum fama gravitatis, religionis, ac vitæ innocentiæ ex ſerie Antiſtitum illius Eccleſiæ.

(e) OLOMUCEN.: Vulgo *Olmutz* Moraviæ caput, tunc ſub Moguntino, nunc vero ſub Pragenſi Archiepiſcopatu.

(f) CONTINEBAT, QUOD &c. Ut in præcedenti epiſt. uſque ad illa verba *non ſolum de ipſius Plebani*.

(g) SALZEBURGEN. &c. Ut in eadem ad hæc uſque *æquanimiter ſuſtinere*.

(h) NOSTRAS LITTERAS: Nempe præcedentes.

(i) FR. SIMONI: Offreducci Aſſiſiati Ordinis Min. ex Ughello to.1. Ital. Sac., antea in Provincia Romana *Inquiſitori* contra hæret. pravit. ex Waddingo ad ann. 1291. num.14.

(k) ASSISINATEN.: In Umbria Rom. Pontifici ſolummodo ſubjecta.

(l) ECCLESIÆ &c.: Adeatur *Bulla* die 6. April. anno 1280. edita uſque ad illa *clementia ſtudeamus*.

(m) ILLUMINATI: Theaten. ex Ord. Minorum anno 1273. electi, annoque inſequenti confirmati ex epiſt. *Olim Aſſiſinat.* ibi relata 23. Julii.

Digitized by Google

Moritur Aſſiſiatum Epiſcopus, & in diſcordia duo ſubrogantur. ſed electio non progreditur.

Epiſcopi Aſſinaten., duæ electiones in diſcordiâ in Eccleſiâ factæ fuerunt, ſed taliter Electis non conſentientibus electionibus de ſe factis, tàm ipſi Electi, quàm Electores eorum non fuerunt hujuſmodi electionis negotium proſecuti. Nos autem ex abundanti tam electos, & electores, ac poſtulatos, & poſtulantes, ſi qui eſſent, in eâdem Eccleſia, quàm etiam omnes, qui electis, & poſtulatis, electionibus, & poſtulationibus hujuſmodi ſe opponere vellent; ac qui ſua crederent intereſſe, in audientiâ publicâ peremptoriè citari mandavimus; ut perſonaliter illi, qui ad hoc tenebantur, alii verò per Procuratorem idoneum coram Nobis certo termino comparerent, proſecuturi prædictarum electionum poſtulationum, ac oppoſitionum negotia; & recepturi ſuper eiſdem negotiis, quod juſtitia exigeret; vel quod circa ipſius proviſionem Eccleſiæ Nobis ejuſdem utilitas ſuaderet. Alioquin, eorum abſentiâ non obſtante, procederetur per Nos ad ſententiandum, definiendum, privandum, ordinandum, diſponendum ſuper eiſdem Eccleſiâ, & negotiis, ſicut expediens videremus. Et cum nullus in prædicto termino coram Nobis pro talibus compareret, Nos poſtulatos, & electos, ſi qui eſſent, omni jure, ſi quod eis eſſet ex poſtulatione vel electione aut aliàs illâ occaſione quæſitum, de Fratrum Noſtrorum conſilio per conſtitutionem [a], & moderationem [b] fel. record. NICOLAI PAPÆ [c] prædeceſſoris Noſtri decrevimus eſſe privatos, Nobis eâ vice proviſionem ejuſdem Eccleſiæ reſervantes. Sicque poſtmodum paternâ volentes ſollicitudine præcavere, ne ipſa Eccleſia remaneret ulteriùs viduata Paſtore, ad perſonam tuam religionis claritate fœcundam, & Nobis de honeſtate morum, litterarum ſcientiâ, & providentiâ ſpiritualium, & circumſpectione temporalium commendatam, mentem Noſtram convertimus, ſperantes, quòd eamdem Eccleſiam ſalubriter, dante Domino, gubernabis, & ipſa per tuæ circumſpectionis induſtriam in ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet incrementa, te *Fratrum Minorum* Ordinis profeſſorem ipſius Eccleſiæ de prædictorum Fratrum Noſtrorum conſilio in Epiſcopum præfecimus, & Paſtorem, tibique munus conſecrationis de Noſtris manibus duximus impendendum. Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Apoſtolicis beneplacitis humiliter acquieſcens, & devotè ſuſcipiens impoſitum a Domino tibi onus, ipſius Eccleſiæ ſollicitam curam geras, gregem Dominicum in illâ tibi commiſſum doctrinâ verbi, & operis informando, ita quòd ipſa Eccleſia diligentiæ tuæ ſtudio multiplicibus augeatur commodis, & optatis, cooperante Domino, conſurgat augmentis [d].

Pontifex, ut electionis negotium proſequatur edicit.

At nemine comparente jure privatos eſſe pronunciat;

& Fr. Simonem ſupra citatum evehit,

munuſque conſecrationis ei confert

mandans, ut onus impoſitum ferat, & ſolicite, ut illiterque agat.

Datum apud Urbemveterem VI. Idus Martii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Conſtituitur Conſervator privilegiorum Fratrum Ordinis Minorum Provinciæ Tuſciæ.
(Ex AUTOGRAHO in noſtri Archivo Cœnobii S. Franciſci Civitatis Montis Politiani.)

XXII.
Anno 1282. die 9. Aprilis.

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri ... [e] *Epiſcopo* Cluſino [f] *Sal.*, *& Apoſt. Bened.*

Exordium.

INUNDANS malitia perſonarum viris Sanctæ Religioni deditis adeò frequenter exhibet ſe infeſtam, quòd ipſi Divino cultui, ut deberent, vacare non poſſunt; dum illorum malitiis agitantur. Cum igitur, ſicut dilecti Filii ... [g] Miniſter, & Fratres Ordinis Minorum adminiſtra-

Fratrum Prov. Tuſciæ conqueſtio,

(a) CONSTITUTIONEM: Quæ legitur in 6. Decr. c. *Cupientes* tit. de Elect. & Electorum poteſtate anno 1279. edita.

(b) ET MODERATIONEM: Ibidem c. *Quia leges* anno 1280. emiſſam.

(c) NICOLAI PAPÆ: III. hujus nominis.

(d) AUGMENTIS: Hic poſtea anno 1289. menſe Maio cum aliis pluribus *Indulgentias* contulit Eccleſiæ S. Salvatoris Clariſſarum *Sanſeverin.*, & anno 1291. Eccleſiæ S. Bartholomæi extra Oppidum *S. Quirici* Diœceſis Camerinen. ex autore *Camerini Sacri* pag. 233. & 234., ac anno 1295. dignitatem dimiſit, & quietis amator jam ſenex oneri ſe ſubtraxit ex cit. Ughello.

(e) VEN. FRATRI ...: *Petro*, de quo in to. 3. Ital. Sac. Ughelli.

(f) CLUSINO: Vulgo *Chiuſi* Civitatis vetuſtiſſimæ, olimque Regum Hetruriæ Sedis, nunc prope paludem Clanim ob aeris inſalubritatem valde diminutæ ſub dominio M. Ducis Hetruriæ, ac in confinio ditionis Pontificiæ, nunc ſub Archiepiſcopo Senenſi, olim vero uni Rom. Pontifici parentis.

(g) FILII ...: *Fr. Philippus* Peruſinus anno 1279. erat Miniſter Provinciæ *Tuſcia*, quo anno interfuit Comitiis Generalibus Aſſiſii convocatis, ut ipſe teſtatur in epiſt. anno 1305. Gondiſalvo Miniſtro Generali miſſa, & in Annal. Min. vulgata ſub ann. 1217. n. 6.

Digitized by Google

niſtrationis *Tuſciæ* Nobis, ſignificare curarunt; ipſi a nonnullis, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant moleſtias multiplices patiantur; Nos volentes eorumdem Miniſtri, & *Fratrum* providere quieti, & perverſorum conatibus refragari; Fraternitati

& Pontificis proviſio, ut ſupra

tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eiſdem Miniſtro, & *Fratribus* præſidio efficacis defenſionis aſſiſtens non permittas, eos contra indulta Privilegiorum Sedis Apoſtolicæ ab aliquibus indebitè moleſtari; moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ compeſcendo; non obſtante, ſi aliquibus &c. [a] attentiùs pro-

a

condicionate tamen,

viſurus, ut de his quæ cauſæ cognitionem exigunt, & quæ hujuſmodi privilegia non contingunt, te nullatenus intromittas. Nos enim, ſi ſecus præſumpſeris tam præſentes litteras, quàm etiam proceſſum, quem per te illarum auctoritate haberi contigerit, omninò carere viribus, ac nullius fore decernimus firmitatis. Hujuſmodi ergò mandatum Noſtrum ſic prudenter, & fideliter exequaris, ut ejus fines quomodolibet non excedas: Præſentibus poſt *triennium* minimè valituris.

& limitate.

Datum apud Urbemveterem v. Idus Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Conſtituit & conſecrat Epiſcopum Cathanen. *in Scotia*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. ep. 3. tom. 1. anni 2.)

XXIII.

Anno 1282. die 13. Aprilis.

b

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri Alano Cathanen. [b] *Epiſcopo Sal.*, *& Apoſt. Bened.*

Vacante Cathanenſi Sede,

c

DUDUM *Cathanen.* Eccleſiâ per obitum bonæ memoriæ *Archebaldi* [c] Cathanen. Epiſcopi Paſtoris ſolatio deſtitutâ, dilecti Filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ in electionis negotio per viam compromiſſi procedere intendentes, in quoſdam ex ipſis compromittere curaverunt; qui tandem conſentientes in *Richardum* Decanum Eccleſiæ ſupradictæ, ipſum in Cathanen. Epiſcopum concorditer elegerunt. Præſentatâ itaque fel. record. NICOLAO PAPÆ [d] prædeceſſori Noſtro electione hujuſmodi prædeceſſor ipſe Venerabilibus Fratribus Noſtris... Sancti Andreæ [e], &... Aberdonen. [f] Epiſcopis, ac dilecto Filio... *Miniſtro* Provinciali Ordinis Fratrum Minorum in *Scotia* [g] per ſuas ſub certâ formâ dedit litteras [h] in mandatis, ut eidem *Ricardo* ſano conſilio ſuaderent, quòd ipſe ſibi & Eccleſiæ prædictæ compatiens renuntiaret liberè omni juri, ſi quod ei ex electione præfatâ fuiſſet forſitan acquiſitum; & ex tunc memorati Capitulum, prout aliàs ad ipſos pertinere dinoſcitur, ſalubriùs eidem providerent Eccleſiæ de Paſtore.

eligitur ad eam regendam R. ejuſdem Decanus,

d

e f

g

h

cui Pontifex mandat, ut juri ſuo cedat,

Prælibatus verò *Ricardus* licèt electioni hujuſmodi de ſe factæ ſuum præbuiſſet conſenſum, ductus tamen conſilio ſaniori omne jus, ſi quod ſibi ex electione competebat eâdem, reſignare curavit.

quo obtemperante,

Quare præfati Capitulum *Cathanenſe*, die ad eligendum præfixâ, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe, tandem in electione hujuſmodi per viam ſcrutinii procedentes quondam Magiſtrum *Herveum* de Donodei [i] Canonicum Eccleſiæ Sancti Andreæ in Scotiâ in ſuum, & ejuſdem Eccleſiæ *Cathanen.* Epiſcopum concorditer elegerunt.

alius eligitur,

i

Cumque præfatus Magiſter *Herveus* pro negotio electionis hujuſmodi de ſe factæ, cui conſentire curaverat, eſſet apud Sedem Apoſtolicam conſtitutus debitum naturæ perſolvit.

qui apud S. A. deceſſit ex hac vita.

Undè Nos volentes eidem Eccleſiæ *Cathanenſi* de perſonâ idoneâ providere, proviſionem ipſius Eccleſiæ eâ vice de Fratrum Noſtrorum conſilio diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ duximus

mus

(a) ALIQUIBUS &c.: Adeatur Bulla 20. hujus Pontificis ſupra pag. 483. uſque *mentionem*.

(b) CATHANEN.: Al. Cathaneſien. vulgo *Cathnes* In Scotiæ parte boreali verſus Orcades Inſulas tunc nulli Metropolitano ſubjectus, poſtea ſub Archiepiſcopo S. Andreæ conſtitutus.

(c) ARCHEBALDI: De quo Scriptores Epiſc. Scotiæ.

(d) NICOLAO PAPÆ: Hujus nominis *Tertio*.

(e) S. ANDREÆ: In ora orientali Scotiæ a Sixto IV. in Metropolim erectæ.

(f) ABERDONEN.: Vulgo *Aberdeen* in eadem ora orientali tunc nullum Metropolitanum agnoſcens, poſtea Archiep. Andreopolitano ſubjectus eſt & Suffraganeus.

(g) FF. MINORUM IN SCOTIA: Quæ erat Provinciæ Angliæ *Cuſtodia* ultima, al. 6. ſub nomine *Novicaſtri* ex recenſione Provinciarum & Cuſtodiarum Ordinis anno 1260. Narbone in Comitiis Gen. facta, & ex ſæpe cit. veteri *Provinciali* Ordinis noſtri.

(h) LITTERAS: Anno 1279. die 9. Martii datas, & incip. *Commiſſa Nobis &c.* ut ibi.

(i) DONODEI: Vulgo *Dundee* Urbe Scotiæ borealis in Angoſia Provincia 6. mill. paſ. ab Andreopoli in Boream, & 12. a Perthia in ortum diſtante ad Tavi æſtuarium.

Digitized by Google

MARTINUS PP.II. al. IV. An.Ch.1282.

mus reſervandam. Nolentes igitur præfatam Eccleſiam *Cathanen.* diutinæ vacationis incommoda ſubſtinere; conſiderantes quoque tuam multiplicem probitatem, a fide dignis quamplurimum commendatam, nec non & laudabilia tuæ honeſtæ converſationis, & vitæ merita, & virtutes alias, quibus eſſe noſceris redimitus, te tunc Cappellanum dilecti Filii Noſtri *Hugonis* [a] tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbyteri Cardinalis, de prædictorum Fratrum conſilio eidem Eccleſiæ *Cathanen.* præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem, plenam & liberam adminiſtrationem ipſius tibi in ſpiritualibus, & temporalibus committentes, ſubſequenter tibi de Noſtris manibus munere conſecrationis impenſo, firmâ conceptâ fiduciâ, quòd, dirigente Domino, actus tuos, eadem Cathanen. Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam in ſpiritualibus, & temporalibus proſperè dirigetur, & ſalubria, dante Domino, ſuſcipiet incrementa. Ferens itaque ſub humilis devotionis officio impoſitum a Domino tibi onus, ejuſdem Eccleſiæ ſollicitam curam geras, gregem Dominicum in illâ tibi commiſſum, doctrinâ verbi, & operis informando; ita quod Eccleſia ipſa per tuæ diligentiæ ſtudium votivis proficere commodis, & optatis conſurgere valeat incrementis.

Et Pontifex promovet ſupradictum R., a

& conſecrat;

cui Eccleſiam hanc commendat,

Datum apud Urbemveterem Idibus Aprilis, Pontif. Noſtri Anno Secundo.

Ne auxilio ſint Peruſinis Fulginates *impugnare volentibus, ſed contra ſint parati.* (Ex Autogr. in noſtri Conv. Peruſ. Arch.)

XXIV.

Anno 1282. die 16. Aprilis.

MARTINUS &c.

Dilectis Filiis ... Poteſtati, Conſilio, & Communi de Eſpello [b] *Spoletanæ Diœceſis Sal., & Apoſt. Ben.*

b

Relatio de Peruſinis c

DIEBUS iſtis præteritis intellecto, quòd *Peruſini* [c] voluntatis improvidæ ſequentes arbitrium non judicium

A

rationis ... Poteſtatem, ... Capitaneum, Conſilium, & Commune Civitatis *Fulginaten.* [d] per ſuas duxerunt litteras requirendos, ut omnia foſſata, muros, & foveas a decem annis citra facta circa Civitatem eamdem replere, ac etiam diruere procurarent [e], gravibus adverſus eos, ſi hoc omitterent, comminationibus ſubſecutis; nec iis contenti, ſed procedentes acriùs contra illos ad forbannitionem [f] ipſorum, ac comminationes de convocando contra ipſos exercitum proceſſerunt: & tandem Ambaſciatoribus eorumdem Poteſtatis, Capitanei, Conſilii, & Communis *Fulginatenſium* pro parte ipſorum offerentibus ſe paratos eiſdem Peruſinis in præſentiâ Noſtrâ de juſtia * reſpondere. Nos, qui ex commiſſo Nobis Apoſtolatus officio non ſolum inter *Peruſinos*, & *Fulginates* eoſdem, verùm etiam inter univerſos Fidei orthodoxæ cultores vigere cupimus bonum pacis; ſperantes inter alia, ut ipſi *Peruſini* vota ſua Noſtris beneplacitis conformarent, eoſdem per litteras Noſtras ſub certâ formâ monendos, rogandos duximus, & hortandos; dantes eis nihilominus in præceptis, ut admonitiones, & comminationes hujuſmodi, vel alia prædictæ Civitatis *Fulginaten.* gravamina ulteriùs non procederent; quin potiùs forbannitionem, & comminationem prædictas, ſi per eos ad illas proceſſum forſitan extitiſſet, proindè revocare ſtuderent. Et ſi fortè contra Civitatem *Fulginaten.* iidem Peruſini habere aliquam cauſam rationabilem crederent; illam poterant Nobis exponere, tenentes firmiter, quòd Nos ipſorum conſervationem jurium cupientes, ac *Peruſinæ* Civitatis exaltationem non intendentes diminui, ſed augeri, libenter ad hoc, & pro quietis, & tranquillitatis eorumdem commodis Noſtra convertere ſtudia curaremus. Et ut de intentione Noſtrâ ſuper his poſſent plenius informari; Nos proceſſum gravem per dilectum

d in Fulginates agentibus,

e

f & comminantibus,

B

* leg. *juſtitia*

C

quos Pontifex litteris admonet, & hortatur ad pacem.

D

ſe ſequeſtrum exhibens,

E

(a) Hugonis: *Atrati* Angli, Eveshæ nati Opp. Diœc. Vigormien. eruditione & arte Medica præclari. Ad Purpuram evectus die 23. Martii 1281., Romæ peſte abſumitur anno 1287. V. Pitſeum de Script. Ang., & Ciacon.

(b) De Espello: Pro Hiſpello Umbriæ Oppido inter Aſſiſium & Fulginium poſito.

(c) Perusini: A Fulgineo 18. mill. paſ., & ab Hiſpello 15. diſtantes hoc anno *contra inhibitionem Papæ ſubvagum exercitum facientes quidquid erat extra muros Civitatis, undique vaſtaverunt excommunicationis ſententiam in eos proinde promulgatam incurrentes*: ut eſt apud Raynaldum ad hunc ann. n.28.

(d) Fulginaten.: Quæ qua de cauſa Peruſinos irritaverit, inquiratur apud Campellum, alioſque Peruſinæ Civitatis Hiſtoricos, & præſertim ab autore ea tempeſtate ſcribente Fr. Salimbene Parmenſi O. M. in Chron. Ms. pag.422.

(e) Diruere procurarent: Quod erat inermem, & expugnatu facilem reddere Civitatem.

(f) Forbannitionem: Scil. proſcriptionem rerum omnium.

Digitized by Google

ctum Filium Nobilem Virum *Joannem de Marolis* Ducatus Spoletani Rectorem, contra eos occaſione hujuſmodi habitum, facientes ſine difficultate qualibet revocari, dilectum Filium *Pandulphum* de Suburra [a], Cappellanum Noſtrum ad *Peruſinos* eoſdem propter hoc duximus ſpecialiter deſtinandum; per quem intentione Noſtrâ Peruſinis ipſis expoſitâ, iidem *Peruſini* deliberatione præhabitâ reſponderunt, quòd non per Cappellanum eumdem, ſed per Ambaſciatores, ſeu Nuntios ſpeciales ſuper præmiſſis plenariè Nobis reſpondere curarent. Qui tandem Ambaſciatores *Peruſinorum* conſtituti perſonaliter coram Nobis; & commiſſæ illis, ut dicebant, reſponſionis prædictorum Peruſinorum ſeriem proſequentes minus ſufficienter ad ea, quæ tam per eaſdem litteras Noſtras, quàm per Cappellanum ipſum Peruſinis memoratis injunximus, reſponderunt; ac ipſi Ambaſciatores *Peruſinorum*, ut evidentiùs panderent hujuſmodi prædictorum Peruſinorum indevotionis affectum, a Nobis redeundi licentiâ non petitâ; quin potiùs inſalutato hoſpite receſſerunt. Profectò de tantâ indevotione, tantâque inobedientiâ non indignæ admirationis, & turbationis cauſa commoti non poſſumus illud maximè præterire ſilentio, quòd dum præfatus Capellanus, ejus aſſertione teſtante, per eamdem Civitatem Peruſinam procederet pro commiſſis ſibi negotiis exequendis, quam plures, immò multi potiùs de *Peruſina* Civitate, prædictâ Cappellano audiente præfato, *ad Fuligin.* [b] ſub repetione multiplici tamquam in Noſtrum, & Eccleſiæ Romanæ opprobrium exclamabant; nec aliquis occurrebat, qui tantæ temeritatis audaciam coarctaret. Sed Nos, quia oblivìſci non poteſt tenera Matris affectio Filiorum; nec valet illa, quantumlibet provocata, contra ipſos viſcera claudere pietatis; juſtum animi Noſtri motum benignitatis manſuetudine temperantes, ac volentes circa *Peruſinos* præfatos ſolitum proſequi paternæ dilectio-

a
& Capellanum ſuum eiſdem deſtinans.

Peruſinorum Nuncii nec ſatis reſpondent

& non dimiſſi recedunt.

Pontifex quorundam ſubſannationes præterire nequit,
b

A nis affectum; *Peruſinos* ipſos, ſicut iterum, ſic attentiùs per alias Noſtras litteras monendos, rogandos duximus, & hortandos, eis per Apoſtolica ſcripta diſtrictiùs injungentes, ut Noſtris, & Apoſtolicæ Sedis monitionibus, precibus, & mandatis ſuper præmiſſis obedire curarent. Et nihilominus memoratis *Peruſinis* ſub excommunicationis, & interdicti, ac decem millium Marcarum argenti [c] pœnis, quas ſcilicet *excommmunica-*
B *tionis* Poteſtatem, Capitaneum, & ſingulos de Conſilio præfatæ Civitatis Peruſinæ, ac *Interdicti*, & decem millium marcarum Civitatem prædictam eo ipſo incurrere voluimus, ſi contrafacerent; diſtrictiùs juſſimus inhibendum, ne contra prædictam Civitatem *Fulginaten.* per Exercitum, vel aliam Cavalcatam [d], aut aliàs hoſtiliter procedere attentarent. Denuntiantes eiſdem, quòd ſi contrarium per eos attentari contigeret; nos
C ad exactionem hujuſmodi pœnæ pecuniariæ, ac aliàs ſpiritualiter, ac temporaliter contra ipſos, & Civitatem ipſorum, prout videremus expediens, procedere curaremus; cum parati eſſemus ab eiſdem *Fulginatenſibus* facere præfatis Peruſinis exhiberi juſtitiæ complementum; ſi dicti Peruſini habere crederentur cauſam rationabilem contra illos. Et ut pleniùs intentionem Noſtram colligerent, Venerabilem Fratrem Noſtrum *P. Tripo-*
D *litan. Epiſcopum* [e] cum litteris Apoſtolicis [f], & informatione de intentione Noſtrâ illuc duximus deſtinandum; nec adhuc tot adhibiti labores, & ſollicitudines menti Noſtræ optatum plenè attulerunt effectum. Nihilominus autem licèt de facili credere nequeamus, quòd iidem *Peruſini*, qui aſſueti ſanis uti conſiliis, ſemper ſuos affectus in devotione Romanæ Matris Eccleſiæ radicarunt; Noſtris, & ipſius Eccleſiæ votis obſiſtant;
E tamen more Patris ſolliciti, & futuris eventibus obviare volentes devotionem veſtram præſentibus excitamus, Univerſitati veſtræ ſub *excommunicationis*, *interdicti*, & quatuor millium Marcharum

iteratìque eos litteris monet, & hortatur ad obedientiam,

ſub pœnis ſpiritualibus, & temporalibus.
c

d

Epiſcopus Tripolitan. O. M. Nuncius ad eos mittitur,
e f

(a) PANDULPHUM DE SUBURRA: Via vicuſve Romæ, quo itur ad S. Mariam Majorem, & Exquilinos colles.

(b) AD FULIGIN.: Populari voce *ad Fuliginates* conterendos.

(c) MARCARUM ARGENTI: Quarum valorem oſtendimus in 1. hujus Operis tomo p.725. (h).

(d) CAVALCATAM: Equeſtres turmas, al. equitatum.

(e) P. TRIPOLITAN. EPISCOPUM: Paulum ex Ordine Min., ut vidimus in litteris *Ad audientiam &c.* Nicolai III. anno 1279. Kal. Junii datis.

(f) LITTERIS APOSTOLICIS: Quæ a nobis deſiderantur.

Digitized by Google

Mandat Pontifex Hiſpellatibus id, quod ſupra, ſub pœnis &c.

A rum argenti pœnis, quas ſcilicet *excommunicationis* vos, Filii Poteſtas, ac ſinguli de Conſilio; *interdicti* verò, & quatuor millium Marcharum Terram veſtram, & vos Commune, ipſo facto incurrere volumus; ſi contrafeceritis; per Apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus, ſi prædicti *Peruſini* vellent contra *Fulginates* eoſdem, quod abſit, in pertinaciâ ſui conceptus perſiſtere, vel ſuos actualiter concitare

B proceſſus; Vos attendentes, quòd id vobis, & aliis Eccleſiæ prædictæ Fidelibus cauſa mali exempli poſſet exiſtere; ſi dicti *Fulginatenſes* a vobis, & aliis Fidelibus non adjuti talibus diſpendiis præmerentur; maximè cum paratos ſe offerant dictis Peruſinis ſuper hoc coram Nobis exhibere juſtitiæ complementum; nullum prædictis Peruſinis contra *Fulginates* prædictos exhibeatis auxilium, conſilium, vel favorem publicè, vel occultè;

C quin potiùs quòd præter debitum, quo Nobis, & Eccleſiæ præfatæ tenemini, ſuper hoc in proximorum adverſitate veſtrâ res agitur; advertentes vos promptis animis, & aliis ad hoc neceſſariis præparetis, ut ad requiſitionem Eccleſiæ memoratæ, & Nuntiorum ejus, ſi oportuerit, ad reprimendam *Peruſinorum* eorumdem proterviam conſurgatis: Ita quòd eorum refrenatis conatibus, ipſi, vel alii eorum exemplo talia, vel ſimilia de cætero non præſumant;

ad Peruſinorum refrænationem, & ad aliorum exemplum;

D & poſſit exindè promptè veſtræ devotionis ſtudium commendari. Cæterum præmiſſa ſic ſerioſè Devotioni veſtræ deſcribimus ut manſuetudinem, quam erga *Peruſinos* ipſos ſervavimus, apertiùs colligatis. Et ſcire vos volumus, quòd ſi fortè mandatum Noſtrum in hac parte illam, quam ſperamus, apud vos efficaciam non haberet; præter turbationem Noſtram, quòd procederemus contra vos ad exactionem

urgetque comminando.

E prædictæ pœnæ pecuniariæ, ac alias ſpiritualiter, & temporaliter, prout videremus expediens, poſſetis non immerito formidare [a]. a

Datum apud Urbemveterem XVI. Kalendas Maij, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

De diverſis ad Epiſcopatum Vibergen. *electis, quorum unus erat* Fr. Petrus O. M., *quem Pontifex mandat citari ad comparendum*, (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 19. to. 1. anni 2.)

XXV.

Anno 1282. die 26. Aprilis.

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri ... [b] *Epiſcopo* Ripen. [c] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.* b c

Ad Vibergen. Eccleſiam vacantem

SIGNIFICARUNT Nobis dilecti Filii Symon, & Johannes Canonici Eccleſiæ *Vibergen.* [d] Ordinis Sancti Auguſtini, quòd olim Eccleſiâ ipsâ Paſtoris ſolatio deſtitutâ; Capitulum ejuſdem Eccleſiæ quondam *Aſcerum* ipſius Eccleſiæ Canonicum tunc viventem in *Vibergen.* Epiſcopum concorditer, & canonicè elegerunt; & tandem cum ipſi bonæ memoriæ *Jacobo* [e] Archiepiſcopo *Lundenſi* [f] loci Metropolitano electionem hujuſmodi præſentantes illam poſtulaſſent ab eo humiliter confirmari; quia dictus Archiepiſcopus electionem ipſam confirmare contra juſtitiam recuſavit, dicti Electus & Capitulum ad Sedem Apoſtolicam appellarunt. Verùm dictus Archiepiſcopus, hujuſmodi appellatione contemptâ, de Fratre *Petro* [g] Ordinis Minorum eidem Eccleſiæ de facto, cum de jure non poſſet, providit, munus ſibi conſecrationis poſtea impendendo, propter quod dicti Capitulum, cum id ad eorum pervenerit notitiam, iteratò vocem appellationis ad Sedem emiſerunt eamdem. Cumque coram fel. record. CLEMENTE PAPA IV. [h] prædeceſſore Noſtro dictus *Petrus* perſonaliter, & Procuratores alterius

d

eligitur Canon. Aſcerus,

e f

quem Metropolitanus confirmare renuit,

g

& Fr. Petrum O. M. promovet, conſecratque;

Capitulum vero ad S. A. appellat.

h

(a) FORMIDARE: Poſtea Peruſini reſipuerunt, & ad Eccleſiæ mandatum redeuntes abſolutionem obtinuerunt ex litteris incip. *Dudum in Poteſtatem &c.* anno 1284. prid. nonas Febr. datis.

(b) VEN. FRATRI ...:

(c) RIPEN.: In *Dania*, ut dictum eſt in 2. hujus Operis to. pag. 25. (c)

(d) WIBERGEN.: Leg. *Wiburgen.*, ut infra, etiam in Dania, Jutiaque boreali ſub Archiepiſcopo Lundenſi 70. mill. a Ripa in Boream, & 40. ab Arhuſia in occaſum diſtantis vulgo *Wiborg*.

(e) JACOBO: Anno 1274. defuncto die 23. Maji, de quo notant Chronologi Dani in Ludewigii Reliqu., *in reverſione de exilio factum fuiſſe Fratrem Minorem Lundis*.

(f) LUNDENSI: Daniæ Eccleſ. Metropolis.

(g) FR. PETRO: Noſtris hucuſque ignoto, Archiepiſcopo tamen Lundenſi, ut videtur, charo, & accepto.

(h) CLEMENTE PP. IV.: Anno 1268. die 29. Novembr. e vivis ſublato; quo apparet, quantum hæc cauſa duraverit.

Digitized by Google

terius Partis aliquandiu in negotio electionis, & proviſionis hujuſmodi devoluto ad Sedem Apoſtolicam poſtmodum proceſſiſſent; præfatus *Aſcerus* cupiens conſulere ſuæ quieti, ſpontè, & liberè renuntiavit electioni hujuſmodi in manibus Capituli memorati. Idem autem Capitulum, hujuſmodi reſignatione receptâ, quondam *Nicolaum* Præpoſitum Eccleſiæ de Saling tunc viventem in ſuum Epiſcopum per electionem canonicam concorditer aſſumpſerunt; & tandem Procuratoribus eorumdem *Nicolai*, & Capituli pro ſæpefati negotii proſecutione apud Sedem Apoſtolicam conſtitutis, bonæ memoriæ GREGORIUS PAPA X.[a] primò piæ record. JOHANNEM PAPAM XXI. prædeceſſorem Noſtrum tunc Epiſcopum Tuſculanum, & poſtmodum fel. record. NICOLAUS III.[b] prædeceſſores Noſtri Romani Pontifices Venerabilem Fratrem Noſtrum Latinum[c] *Oſtien.* Epiſcopum, & demum, ipſo ſe transferente ad partes remotas[d], dilectum Filium Noſtrum Jacobum[e] Sanctæ Mariæ in Vialata Diaconum Cardinalem conceſſerunt in negotio hujuſmodi Partibus auditores. Coram quo quidem Jacobo Cardinali, cum *Petrus*, & *Nicolaus* Electus, ac Procuratores præfati in negotio hujuſmodi proceſſiſſent; & fuiſſet tandem ab eo a quadam interlocutoriâ, quam in negotio hujuſmodi ipſe tulerat, pro parte prædictorum *Nicolai* electi, & Capituli ad NICOLAUM prædeceſſorem appellatum eumdem; dictus *Nicolaus* electus apud eamdem Sedem diem clauſit extremum. Porrò poſtmodum cum dicti Capitulum dilectum Filium *Thrugillum* Præpoſitum ejuſdem Eccleſiæ *Viburgen.* in ſuum Epiſcopum canonicè & concorditer elegiſſent; dictus *Petrus* tunc propter hoc apud Sedem conſtitutus eamdem cupiditatis ductus conſilio, eodem indeciſo negotio, ad Eccleſiam *Viburgen.* prædictam accedens temeritate propriâ ipſam interpoſitâ violentiâ occupavit, & adminiſtrat etiam in eâdem. Unde idem *Petrus* tanquam ſibi in hac parte malè conſcius hæſitans vehementer, prædicti *Thrugilli* electi oppoſitionem ſibi in eâdem Eccleſiâ turbationis ſuſcitari procellam; & propter hoc contra ipſum *Thrugillum* iniquitate conceptâ, cum Dei timore, ſuæque Religionis honeſtate poſtpoſitis, temere capi fecit, & tandem carcerali cuſtodiæ mancipari; ipſumque firmatus in tantæ temeritatis exceſſu non expavet adhuc detinere captivum. Cum itaque hæc, ſi vera ſint, & limam Juſtitiæ, & virgam ſalutaris correctionis expoſcant; Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi quod de prædictâ captione, carceris mancipatione, & detentione præfati *Thrugilli* electi proponitur, inveneris veritate ſubnixum; dictum *Petrum*, quòd eumdem Thrugillum plenariæ reſtituat libertati, monitione præmiſsâ, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remotâ, compellas. Invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis. Et denique, ne impunitus hujuſmodi præſumptionis exceſſus committendi ſimilia cæteris fiat exemplum, præfatum *Petrum* ex parte Noſtrâ peremptoriè citare procures, ut infra ſex menſes poſt citationem tuam pro exceſſu hujuſmodi pro meritis recepturus; & ſuper præmiſſis etiam aliis, cum omnibus juribus, & munimentis ſuis præfatum negotium contingentibus perſonaliter compareat coram Nobis, ſuper hoc juſtam, dante Domino, ſententiam auditurus[f]. Diem verò citationis, & formam, & quicquid inde feceris, Nobis per tuas litteras harum ſeriem continentes fideliter intimare procures.

Datum apud Urbemveterem VI. Kalendas Maij, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Aſcerus electioni renunciat, — *& Capitulum Saling Præpoſitum aſſumit,* — *quorum cauſa committitur diverſis,* — *interim Præpoſitus electus moritur;* — *& Thrugillus ei ſufficitur.* — *& Petrus adminiſtrationem Viburgen apprehendit,* — *& Thrugillum carceri tradit.* — *Pontifex mandat Thrugillum liberari,* — *& Petrum ad ſuam præſentiam citari.*

Facultatem tribuit diſpenſandi ſuper impedimento matrimonii H. Filii Ducis Burgundiæ. (EX REGES. VATIC. PONT. epiſt. 39. tom. I. anni 2.)

(a) GREG. PP. X.: Qui ineunte an. 1276. obiit.

(b) NICOLAUS III.: Anno 1277. menſe Novembri Pontifex Summus pronunciatus.

(c) LATINUM: *Malabrancam* Urſinum Rom., Nicol. III. ex Sor. Nep.

(d) REMOTAS: Ad Gall. Ciſalpinam A.S. Legato.

(e) JACOBUM: *Odonis Columna* Nob. Rom. Filium a Nicolao PP. III. an. 1278. ad Purpuram evectum: Hic & *Petrus* Fratris filius Cardinalitia dignitate a Bonifacio PP. VIII. an. 1292., ob illius temporis viciſſitudines, privati, clam diù errabundi vixere; donec Lugduni a Clemente V. an. 1305. menſe Decembri priſtinis honoribus ſunt reſtituti. Jacobus tandem Avenione deceſſit an. 1318. ſed Romam translatus in Eccl. S. Mariæ Majoris ſepelitur. Ita Ciac., Ughel., & alii.

(f) AUDITURUS: Hic poſtea in manibus Pontificis dignitatem dimiſit, ut infra videbitur, ſed antea iterum *Martinus* contra eum egit litteris *Expoſuerunt Nobis &c.* anno 1284. die 22. Junii ab *Honorio IV.* confirmatis anno ſequenti epiſt. 1. *Dilectus filius &c.* nonis April. emiſſa.

Digitized by Google

MARTINUS PP.II. al. IV. An.Ch.1282.

XXVI.
Anno 1282. die 15. Maji.

MARTINUS &c.

Dilecto Filio .... *Guardiano Fratrum Ordinis Minorum de* Divione[a] *Lingonen. Diœceſis Salutem*, & *Apoſtol. Benedictionem*.

a

Expoſitio conjugum conſanguineorum.

b

c

EXhibita Nobis dilecti Filii Nobilis Viri *Hugonis* nati quondam Hugogonis *Ducis Burgundiæ* [b], & dilectæ in Chriſto Filiæ Nobilis mulieris *Margaretæ* natæ quondam Johannis *Comitis Cabilonen.* [c] petitio continebat, quòd olim ipſi ignorantes, quòd ſe invicem *quarto* conſanguinitatis gradu contingerent, publicè matrimonium contraxerant, nullo ſuper hoc impedimentum aliquod proponendente; ac poſtmodum inter eos carnali copulâ ſubſecutâ filios procrearunt; & tandem impedimentum hujuſmodi eſt compertum. Quare *Hugo* & *Margareta* præfati habentes exinde conſcientias remordentes ſuper hoc Apoſtolicæ Sedis miſericordiam implorarunt; & aſſerentes, quòd ex ſeparatione hujuſmodi matrimonii, ſi fieret, poſſent gravia ſcandala in illis partibus ſuſcitari; ac animarum & corporum diverſa pericula evenire; Nobis humiliter ſupplicarunt, ut hujuſmodi periculis occurrentes cum eis quòd impedimento hujuſmodi non obſtante, in matrimonio remanere licitè valeant, diſpenſare miſericorditer dignaremur. Nos autem, qui ſalutem quærimus ſingulorum, & libenter quietem Chriſtifidelibus procuramus; volentes hujuſmodi pericula evitare; quia tu de facto, & facti circumſtantiis habere poteris notitiam pleniorem, præſentium tibi tenore committimus, quatenus ſi præfati *Hugo*, & *Margareta* tactis Sacroſanctis Evangeliis præſtito corporaliter firmaverint juramento, quòd tempore contracti matrimonii ſupradicti impedimentum hujuſmodi ignorabant, & timeatur de periculis, quæ narrantur, ſuper quibus tuam intendimus conſcientiam onerare, cum eiſdem *Hugone*, & *Margareta*, quòd impedimento non obſtante prædicto, in ſic contracto matrimonio remanere licitè valeant auctoritate Noſtrâ, prout ſecundum

atque ſupplicatio pro diſpenſatione.

Mandat Pontifex, ut ſupra

A Deum videris expedire, diſpenſes, prolem ſuſcipiendam ex eis legitimam nunciando. Non obſtante indulgentiâ &c. [d]

cum clauſula derogatoria.

d

Datum apud Urbemveterem Idibus Maij, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Ut Giffrido *Anagnino Marchiæ Anconit.* Rectori *aſſiſtant*, *faveantque*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt.4. tom.2. ann.2.)

B

XXVII.
Anno 1282. die 15. Maji.

e

MARTINUS &c.

Venerabilibus Fratribus Epiſcopis &c.[e] *per* Anconitanam Marchiam *conſtitutis Sal.*, & *Apoſt. Bened.*

Exordium.

CUM incumbentia Nobis onera, quibus aſſiduè premimur, intentâ conſideratione penſamus; videntes, quòd nequimus exſolvere circa ſingula per nos ipſos debitum Apoſtolicæ ſervitutis, nonnunquam aliquos ad agenda noſtra, & Eccleſiæ Romanæ ſervitia juxta qualitatem agendorum aſſumimus, quorum laudabilia merita per operum evidentiam in conſpectu Sedis Apoſtolicæ ſub publicâ notitiâ præſentantur, & quorum ſolerti miniſterio ſperati fructus de communicatis ſibi laboribus valeant provenire. Sanè licet de ſingulis Provinciis ſpecialiter Nobis & eidem Sedi ſubjectis, quantum Nobis ex alto permittitur, curam vigilem habeamus; tamen circa *Marchiæ Anconitanæ* ſtatum eò majori reddimur attentione ſolliciti, quò ipſam potiori zelari tenemur affectu, veluti ad eamdem Sedem pleno jure ſpecialiter pertinentem, & intra Sedis ejuſdem Brachia conſtitutam. Et quia cordi gerimus, ut in eâdem *Marchia* ſervetur cultus juſtitiæ, Fidei puritas, devotionis integritas, & opulentia pacis perſonam ad horum promotionem utilem in illis partibus decrevimus deputandam, per cujus induſtriam ſtatus ejuſdem *Marchiæ* conſervetur proſperè; ac a diſpendiis dante Domino præſervetur. Cum autem circa hæc perſonaliter intendere nequeamus, & numerabilium dictæ Sedis

Sollicitudo Apoſtolica de Marchia Anconit.

(a) Divione: Adiri poteſt tomus 1. hujus Operis pag.416. (c), ubi de hac urbe, ac Cœnobio agitur.
(b) Hugonis Ducis Burgundiæ: Filii, ut videtur, Eudonis III., de quo ibi.
(c) Cabilonen.: Vulgo *Chalon* in Burgundiæ Ducatu Epiſc. ſub Lugdunen. Archiepiſcopo:
(d) Indulgentia &c. Ut in *Bulla* 6. hujus Papæ uſque *mentio habeatur*.
(e) Epiſcopis &c. Ut in 1. hujus Pontificis epiſtola uſque *Minorum Ordinum*.

Digitized by Google

cui miniſtrandæ præficit ſuum Capellanum.

dis negotiorum varietate diſtracti, ad dilectum Filium *Giffridum de Anagnia* [a] Auditorem contradictarum, Cappellanum Noſtrum, circumſpectionis ſollicitudine præditum, Nobis, & eidem Sedi devotum, convertimus Noſtræ mentis intuitum, de cujus fidelitate plenam in Domino fiduciam obtinentes *Rectoriam* prædictæ *Marchiæ* in ſpiritualibus, & temporalibus auctoritate Apoſtolicâ eidem *Giffrido* duximus committendam &c. [b]

Datum apud Urbemveterem x. Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

In officio legationis ei commiſſo uti valeat opera Fratrum etiam Ordinis Minorum. (Ex REGES. VATIC. PONTIF. epiſt.164. anni 2.)

XXVIII. Anno 1282. die 5. Junii.

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri G. [c] Sabinen. *Epiſcopo in Regno Siciliæ Apoſtolicæ Sedis Legato Sal.*, & *Apoſt. Ben.*

CUM te in Regnum *Siciliæ* commiſſo tibi plenæ Legationis officio pro urgentibus, & arduis negotiis deſtinemus &c. [d]

Datum apud Urbemveterem Nonis Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo. [e]

Committit examen electionis, & Electæ Abbatiſſæ Monaſterii S.Alexandri *Parmen. Ordin. B., & ex illo decernere confirmando, vel deſtituendo.* (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epiſt.91. tom.1. an. 2.)

XXIX. Anno 1282. die 13. Junii.

MARTINUS &c.

Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, & ... Guardiano Min. FF. Ordinum Reginen. [f] *Sal.*, & *Ap. Ben.*

Monaſterium S. Alexandri Parmen. regimine vacat,

SUA Nobis dilectæ in Chriſto Filiæ Conventus Monaſterii *Sancti Alexandri* [g] Parmen. ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti petitione monſtrarunt, quòd Monaſterio ipſo Abbatiſſæ regimine deſtituto, ipſæ convenientes in unum Spiritus Sancti gratiâ invocatâ, dilectam in Chriſto Filiam *Margaritam de Campilio* ipſius Monaſterii Prioriſſam, providam, ut aſſerunt, & honeſtam, ac in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectam in Abbatiſſam ejuſdem Monaſterii canonicè & concorditer elegerunt.

ad quod evehitur, quæ Prioriſſæ officium gerebat,

petiturque confirmari a S.A.,

Cumque Nobis ex parte ipſius Conventus electionis prædictæ decretum præſentatum fuiſſet; Nos hujuſmodi electionis negotium Venerabili Fratri Noſtro G. [h] Epiſcopo Sabinen., & dilectis Filiis Noſtris H. [i] tituli Sancti Laurentii in Lucinâ Presbytero, & M. [k] Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinalibus duximus committendum; qui diligenter eodem examinato negotio, licet electionem prædictam ex formâ decreti electionis ipſius, contra quam nihil obtinebatur, invenerint canonicè celebratam, quia tamen Nobis de proceſſu ipſius electionis per perſonas, quæ interfuerint, aut alias legitimè, ac de ipſius Electæ meritis plenè conſtare non potuit; Nos de circumſpectione veſtrâ gerentes in Domino fiduciam pleniorem, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de formâ ipſius electionis, & meritis Electæ prædictæ diligentiùs inquirentes, ſi electionem ipſam canonicam, ac præfatam *Margaritam* idoneam inveneritis, ad regimen Monaſterii ſupradicti, electionem prædictam auctoritate Noſtrâ confirmare curetis, ac eidem Electæ faciatis munus benedictionis impendi, & a ſuis ſubditis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi. Recepturi ab eâ poſtmodum Noſtro & Eccleſiæ Romanæ nomine fidelitatis ſolitæ juramentum juxta formam, quam vobis ſub *Bulla* Noſtrâ mittimus interclusam [l]. Formam autem juramenti quod ipſa

quæ examini committit electionem,

& Electam, reliquaque, ut ſupra.

(a) GIFFRIDUM DE ANAGNIA: Ad quem extat 150. epiſtola Nicolai III. anno 1280. 2. Martii ſupra relata pag.448.

(b) COMMITTENDAM &c. Ut in 18. epiſt. ſuperius allata uſque *in noſtris litteris mentionem*.

(c) G.: *Gerardo Blanco* Parmenſi antea etiam & pluries in hoc Opere commemorato.

(d) DESTINEMUS &c. Ut in 12. *Bulla* Clementis IV. *Cum te ad partes &c.* uſque in finem, ac *Datum*.

(e) Eodem die indulſit eidem, ut ad ſua obſequia vocare poſſet quoſcunque *Fratres ex Ord. Minor.* per litteras incip. *Ut in commiſſis &c.* ex Regeſ. Vatic. Pontif. epiſt.160. anni 2.

(f) REGINEN.: In Æmilia, de qua Civitate, & loco FF. Min. dictum eſt in 2. hujus Operis to. p.108.

(g) MONAST. S. ALEXANDRI: De eo egimus in 1. eiuſdem Operis to. pag.115. & 174.

(h) G.: *Gerardo* Blanco Parmenſi.

(i) H.: *Hugoni* Atrato, de quo ſupra dictum eſt pag.486. no.(a)

(k) M.: *Matthæo* Rubeo Urſino.

(l) INTERCLUSAM: Sed a ſcriba prætermiſſam.

Digitized by Google

ipſa præſtabit de verbo ad verbum per Noſtras patentes litteras ſub ſuo ſigillo ſignatas per proprium Nuntium ſtudeatis quantociùs deſtinare. Aliòquin electione prædictâ ritè caſſatâ faciatis eidem Monaſterio de perſonâ idoneâ per electionem canonicam provideri Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Non obſtante indulgentiâ &c. [a]

cum clauſula derogat.

Datum apud Urbemveterem Idibus Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Beneventanum *Archiepiſcopum electum confirmat, & præficit, Fr. Jacobi Aliphani Ordin. M. electione prætermiſſa.* (Ex VATIC. REGES. epiſt. 44. tom. 1. an. 2.)

XXX.

Anno 1282. die 17. Junii.

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri Johanni [b] Archiepiſcopo Beneventano [c] *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

Exordium.

EX ſuſceptæ ſervitutis officio, illis ſpecialiter angimur vacare vigiliis, ex quibus Eccleſiarum reſultent commoda, & ſubducantur diſpendia, quæ ex ipſorum plerumque viduitate ſuccreſcunt. Dudum ſiquidem Eccleſiâ *Beneventana* per obitum bonæ memoriæ *Capuferri* [d] Archiepiſcopi Beneventani vacante Paſtore, Capitulum ejuſdem Eccleſiæ pro futuri ſubſtitutione Pontificis convenientes in unum, primò dilectum Filium *Synibaldum* de Alabro Archidiaconum Bononien. concorditer in ſuum Archiepiſcopum elegerunt; & demum eo electioni hujuſmodi recuſante ſuum præbere aſſenſum, iidem Capitulum ad proviſionem ipſius Eccleſiæ per viam ſcrutinii procedentes Thomaſium Notarii Bartholomæi, & Mathæum Magiſtri Petri Presbyteros, ac Mathiam Magiſtri Hugonis Diaconum Canonicos præfatæ Eccleſiæ ſuorum votorum ſcrutatores unanimiter aſſumpſerunt; qui ſua, & ſingulorum de dicto Capitulo vota ſecretò, & ſingillatim diligentiùs perſcrutati mox eiſdem Capitulo publicarunt; & tandem factâ collatione numeri ad numerum, zeli ad zelum, & meriti ad meritum, comperto, quòd major & ſanior in te tunc *Monachum* Monaſterii Caſinen. Ordinis Sancti Benedicti; & minor verò pars ejuſdem Capituli in dilectum Filium Magiſtrum *Petrum* Correctorem litterarum Noſtrarum, Archidiaconum Panormitan. direxerant vota ſua; & Thomaſius ipſius Eccleſiæ Canonicus Fratrem *Jacobum de Aliſia* [e] Minorum Ordinis nominarat. Dilectus Filius B. Archidiaconus præfatæ Eccleſiæ ſuo, & Electorum ſuorum nomine de ipſorum mandato te in Archiepiſcopum Beneventanum eligendo poſtulavit, & poſtulando elegit. Poſtmodum verò iidem tui electores celebratam de te electionem hujuſmodi Nobis præſentantes illam confirmari humiliter poſtularunt. Nos autem electionem ipſam per Venerabilem Fratrem L. Oſtienſem, & Velletrenſem Epiſcopum, & dilectos Filios Noſtros H. [f] tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbyterum, & M. [g] Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconum Cardinales examinari fecimus diligenter; & quia ipſam invenimus de perſonâ idoneâ canonicè celebratam; & dicti *Corrector*, & *Frater Jacobus* jus, ſi quod competebat eis in præmiſſis, proſequi non curarunt; eam de Fratrum Noſtrorum conſilio confirmantes te ipſi Eccleſiæ præfecimus in Archiepiſcopum & Paſtorem, tibique demum per Venerabilem Fratrem Noſtrum O. [h] Tuſculanum Epiſcopum munus fecimus conſecrationis impendi, firmâ ſpe, fiduciâque tenentes, quòd tu, cui laudabilis diſcretionis induſtria, vitæ munditia, honeſtatis profeſſio, & religionis zelus, ac lumen ſcientiæ, ut fide dignorum habet relatio, ſuffragantur; Eccleſiam ipſam, dexterâ Domini tibi propitiâ exiſtente, præſervabis a diſpendiis; & in ſpiritualibus, & temporalibus

Eccleſia Beneventana vacante, eligitur ad eam Sinibaldus, qui noluit aſſentiri.

Mox tres eliguntur, Monachus, Petrus corrector, & Fr. Jacobus Aliphan. O. M.

Committitur electio Monachi excutienda, qua probata, confirmatur, & conſecratur;

(a) INDULGENTIA &c.: Ut in *Bulla* 95. Nicolai III. pag. 375.

(b) JOHANNI: Monacho Caſinenſi, de quo Ughellus to. 8. Ital. Sac. poſtea a Cœleſtino V. S. R. E. Cardinali Presbyt. tit. S. Vitalis creato.

(c) BENEVENTANO: Metropoli Samnitum fuſe a cit. Ughello deſcripta.

(d) CAPUFERRI: De quo cit. Ughellus.

(e) FR. JACOBUM DE ALIFIA: Nunc primum ad noſtram notitiam perventum. *Alipha* porro al. Allifa Civitas fuit Epiſc. in Samnio ſub Archiepiſcopo Beneventano, nunc in ruinis jacens.

(f) H.: *Hugonem* Atratum de quo ſupra.

(g) M.: *Matthæum* Rubeum Urſinum Rom.

(h) O.: *Ordeonium* ab Ughello to. 1. Ital. Sac. recenſitum.

Digitized by Google

hortaturque ad onus ſuſcipiendum,

bus multipliciter augmentabis. Tolle A igitur jugum Domini tam leve collis humilibus, quàm ſuave, & in dilectione Dei, paſcendum ſuſcipe gregem ejus, ſuper quem noctis vigilias diligens, ſollicituſque cuſtodi; ut liber non pateat aditus invaſori, & Dominus inſuſpicabili horâ venturus, ſi te invenerit ſic agentem, curſu conſummato, qui tuo labori proponitur; & eorum fide ſervata quæ tuæ ſollicitudini committuntur, te fidelem compertum in modico ſupra multa conſtituat, ac in dilecta ſua Tabernacula introducat.

& illud ſollicite ferendum.

Datum apud Urbemveterem xv. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Alexandro Verulano Epiſcopatum Aprutinum *recuſante, & Ordinem FF. Minorum amplectente, alter eligitur, & confirmatur.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. ep. 64. to.1. anni 2., teſte etiam Waddingo ad hunc annum num.20. edit.2.)

XXXI. Anno 1282. die 17. Auguſti. a b

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri Rogerio [a] Epiſcopo Aprutino [b] *Salutem, & Apoſt. Benedictionem.*

Aprutina Eccleſia Paſtore deſtituta, c

Dudum *Aprutina* Eccleſiâ per obitum bonæ memoriæ *Raynaldi* [c] olim Aprutini Epiſcopi ſolatio deſtitutâ Paſtoris, & ejus corpore tradito Eccleſiaſticæ Sepulturæ; dilecti Filii Capitulum Eccleſiæ *Aprutinæ*, certâ die ad eligendum præfixâ, vocatis, & præſentibus omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe, in ſimul convenerunt, & demum Spiritus Sancti gratiâ invocatâ, per viam ſcrutinii procedentes aſſumpſerunt tres de ipſo Capitulo fidedignos, qui ſua, & ſingulorum vota diligenter exquirerent, & ea in ſcriptis redacta fideliter publicarent illicò in communi; quibus ſuper hoc ſollicitè procedentibus juxta A traditam ſibi formam, & comperto tandem, quòd omnes de dicto Capitulo in dilectum Filium *Fratrem Alexandrum* de Verulis [d] Ordinis Minorum tunc Eccleſiæ Sancti Eraſmi Verulani Canonicum unanimiter voto conſenſerant. Tu qui eras unus de ſcrutatoribus ſupradictis, vice tuâ & aliorum collegarum tuorum de ſpeciali mandato ſingulorum de dicto Capitulo eumdem *Alexandrum* in Aprutinum Epiſcopum canonicè elegiſti. B Sed eodem *Alexandro* electioni hujuſmodi de ſe factæ noluit aliquatenus conſentire. Porrò præfati Capitulum non immeritò dubitantes, ne prædicta Eccleſia ex vacatione diutinâ in ſpiritualibus, & temporalibus incurreret detrimentum, certâ die ad eligendum ſtatutâ, vocatis, & præſentibus omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe, iteratò inſimul convenerunt, C & tandem per viam eligentes procedere compromiſſi, in dilectum Filium Lucam Abbatem Sæcularis Eccleſiæ de Melatin, Angelum Sani, & Thomaſium de Ripa prædictæ Eccleſiæ *Aprutinæ* Canonicos unanimiter, & concorditer compromittere curaverunt, conceſsâ eis providendi hac vice de perſonâ idoneâ eidem Aprutinæ Eccleſiæ de Paſtore, plenâ, & liberâ poteſtate, promittentes quòd illum in ſuum & ipſius D Aprutinæ Eccleſiæ Epiſcopum & Paſtorem reciperent, & haberent, de quo iidem Compromiſſarii præfatæ Eccleſiæ Aprutinæ per electionem canonicam, vel poſtulationem concordem ducerent providendum; qui tandem ſecedentes in partem, diverſis inter ſe tractatibus habitis, ſuiſque votis diligenti examinatione diſcuſſis, juxta formam ejuſdem compromiſſi conſenſerunt unanimiter in te tunc Præpoſitum ejuſdem Eccleſiæ E *Aprutinæ*; dictuſque Thomaſius de Ripa, qui erat, ſicut præmittitur, unus de Compromiſſariis memoratis, vice ſuâ, & de collegarum ſuorum, & ſingulorum de dicto Capitulo, ſpeciali mandato, & voluntate expreſsâ, de te providit Eccleſiæ

d eligitur Alexander Verulanus,

qui conſentire noluit,

& Capitulum viam compromiſſi eligit, procedit,

Compromiſſarii vero eligunt Præpoſitum dictæ Eccleſiæ,

(a) Rogerio: De quo Ughellus to.1. Ital. Sac.
(b) Aprutino: Civitatis Interamnenſis vulgo *Teramo* in Aprutio ulteriori 13. mill. ab Aſculo Piceni, & 14. a mari Adriatico diſtantis uni Romano Pontifici in ſpiritual. ſubjectæ.
(c) Raynaldi: Cujus mentio apud cit. Ughellum videri poterit.

(d) Fr. Alexandrum de Verulis: Civitate Campaniæ Romanæ media fere inter Anagniam ad Occaſum, & Soram ad ortum 10. mill. pal. circiter Fruſinoni finitima. Porro Alexander recuſata Epiſcopali dignitate ingreſſus eſt Ordinem Fratrum Minorum, teſtante etiam Waddingo ad hunc annum num.20. editionis ſecundæ.

Digitized by Google

ſiæ ſupradictæ, ac te nihilominus elegit in Epiſcopum ipſius Eccleſiæ *Aprutinæ*; Tuque electioni hujuſmodi de te factæ ad inſtantiam ejuſdem Capituli conſenſiſti. Præfati itaque Capitulum, præſentato Nobis per Procuratorem ad hoc ſpecialiter conſtitutum decreto ſuper hujuſmodi electione confecto, cum inſtantiâ poſtularunt, ut electionem eamdem admittere, ſeu confirmare de benignitate Sedis Apoſtolicæ curaremus. Nos autem, quia per diligentem examinationem electionis, & electæ perſonæ invenimus electionem de te perſonâ utique idoneâ canonicè celebratam, eam de Fratrum Noſtrorum conſilio duximus confirmandam, præficientes te ipſi Aprutinæ Eccleſiæ in Epiſcopum & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem illius tibi in ſpiritualibus, & temporalibus committendo; ac ſubſequenter tibi per Venerabilem Fratrem Noſtrum ... [a] Tuſculanum Epiſcopum faciendo munus conſecrationis impendi, firmâ conceptâ fiduciâ, quòd actus tuos Altiſſimo dirigente, prædicta Eccleſia Aprutina per tuæ circumſpectionis induſtriam ſpiritualibus, & temporalibus proficiet incrementis; ſuſcipe itaque jugum Domini reverenter, & ſuavi ejus oneri humiliter colla ſubmitte, manumque mittens ad fortia ipſius adminiſtrationem Eccleſiæ prudenter exequi ſtudeas; & gregis tibi commiſſi cuſtodiam cures proſequi diligenter, ut laudabili de ipſo in die diſtricti examinis redditâ ratione, regnum Dei a Mundi primordiis præparatum electis accipias; & in dilecta Domini Tabernacula lætabundus introeas; ac eumdem gregem ad uberioris retributionis cumulum introducas.

quem Pontifex confirmat, & conſecrari facit; eique regimen Eccleſiæ commendat.

Datum apud Montem Flaſconem XVI. Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Impedimentum matrimonii quorumdam Romanorum relaxare jubet, ſi contrahentes vera expoſuerint. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 102. tom. I. ann. 2.)

XXXII.

Anno 1282. die 30. Auguſti.

MARTINUS &c.

Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, & ... Guardiano FF. Min. Ordinum de Urbe [b] *Sal., & Apoſt. Ben.*

EXPOSITA coram Nobis dilectorum Filiorum Franciſci Nicolai *Creſcentii* [c], & Magdalenæ natæ Nicolai Johannis *de Inſula* [d] Civium Romanorum petitio continebat, quòd ipſi ad ſedandas inimicitias capitales, quas inter dictum Franciſcum, & memoratum Nicolaum Patrem dictæ *Magdalenæ* inimicus homo hactenus excitarat, per verba de præſenti matrimonium contraxerunt, eâdem Magdalenâ per ipſum Franciſcum ſubharratâ per annulum, ut eſt moris, eodem tamen matrimonio nondum carnali copulâ conſummato. Quia verò poſtmodum ad eorum pervenit notitiam, quòd iidem *Franciſcus*, & *Magdalena* ſunt *quarto* Conſanguinitatis gradu conjuncti; Nobis humiliter ſupplicarunt, ut ex diſſolutione hujuſmodi matrimonii eædem inimicitiæ facile poſſent in grave incidere recidivum, quòd impedimento hujuſmodi non obſtante, Matrimonium conſummare, ac in ipſo conſummato licitè remanere valeant, diſpenſare miſericorditer dignaremur; dilecto Filio nobili viro *Anibaldo* de Anibaldis [e] ſuper hoc pro eis apud Nos humilis ſupplicationis inſtantiâ inſiſtente. Nos itaque animarum periculis, quæ inducere inimicitiæ ſolent hujuſmodi, occurrere cupientes, præfati Nobilis [f] ſupplicationibus inclinati Devotioni veſtræ præſentium auctoritate committimus, quatenus a memoratis *Franciſco*, & *Magdalena*

Expoſitio conjugum conſanguineorum de cauſa eorum matrimonii, ac ignorantia impedimenti, a quo diſpenſari precantur. Pontifex injungit id, quod ſupra.

(a) Ven. Fratrem ...: *Ordeonium*, de quo in præcedenti epiſt.

(b) De Urbe: *Roma*.

(c) Crescentii: Inter Nobiliores hujus Urbis familias nunc *Marchionatus* titulo refulgens, & Emi *Marcelli* S. R. E. Card. Presbyteri tit. S. Mariæ Tranſpontinæ, Archiepiſcopi Ferrarien., ejuſdemque Civitatis a latere Legati meritis condecorata.

(d) De Insula: Num *Tiberina* olim Lycaonia, hodie *S. Bartholomæi* Romæ ſub Monte Aventino; vel Inſula ſacra vulgo *Meza Paludoſa* inter Oſtiam, & Portum Civitates, quam Tiberis diviſus efformat, ol. *Caſtrum S. Petri* ex diplomate 284., & 274. Gregorii IX. in I. hujus Operis tomo pag. 249., & 257. relato, aut *Inſula* Arpinas vulgo *l' Iſola* in fluvio Liri caſtrum tenue Regni Neapolitani 5. mill. a Sora in auſtrum, & vix 3. ab Arpino in occaſum, totidemque a confinio ditionis Pontificiæ, ſeu Campaniæ Romanæ; non tuto dixerim; cum extet & *Inſula* 9. mill. ab urbe Roma, & 7. a Baccano prope viam Caſſiam.

(e) De Anibaldis: Ex præcipuis tunc Romanis familiis; cum Naugius illorum temporum Scriptor in reb. geſt. Phil. Regis tradat, *Annibaldenſes* amicorum opibus, ac potentia fretos ſe ſe *Urſinis* ita æquaſſe, ut ex utraque familia unus eligeretur, ac *Senatoris* munus ambos exercuiſſe; unde paſſim tumultus excitatos, & cædes etiam editas.

(f) Nobilis: Nimirum *Annibaldi*.

Digitized by Google

dalena juramento recepto, quòd dictum matrimonium contraxerint ignorantes conſanguinitatis vinculum, quo junguntur, cum ipſis, ſi quod de præmiſſis inimicitiis præmittitur, veritate fulcitur, & aliàs ſecundum Deum conſideratis circumſtantiis univerſis, ſuper quibus veſtram intendimus conſcientiam onerare, videritis expedire, quòd impedimento non obſtante prædicto matrimonium liberè conſummare, ac in eo conſummato licitè remanere valeant, auctoritate Apoſtolicâ diſpenſetis.

Datum apud Montem Flaſconem III. Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Ut ſi expediens fuerit, Scholares a juramenti obſervatione abſolvant ſine ipſorum ſtatus detrimento. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 96. apud Waddingum ad hunc annum num. 5. & inde in Bullario Ord. Prædicat. tom. 2. num. 5. p. 3.)

XXXIII.

Anno 1282. die 11. Septembr.

MARTINUS &c.

Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, & ... Guardiano Min. FF. Ordinum Bononien. [a] *Sal., & Apoſt. Ben.*

Facti narratio

NUper ad Noſtrum pervenit auditum, quòd olim ſcholares in Civitate *Bononiæ* morantes Poteſtati, Capitaneo, Antianis, Conſulibus, Conſilio, & Communi *Bononien.* quaſdam petitiones reſpicientes favorem dictorum Scholarium porrexerunt; & præſtito juramento firmarunt; quòd niſi infra certum temporis ſpatium a prædicto Communi petitiones admitterentur præfatæ, Scholares ipſi uſque ad Feſtum Beati Michaelis [b] proximè venturum de Civitate ipsâ recederent, ad eam ex tunc infra quinquennium cauſa ſtudii minimè redituri. Et inter alia petitiones hujuſmodi continebant, ut *Privilegia* Univerſitati prædictorum Scholarium conceſſa, & in poſterum concedenda integrè ipſis ſcolaribus conſerventur ita, quòd ſi contingat, dicta *Privilegia* in totum, vel in aliquâ ſui parte infringi; promittat, & teneatur dictum Commune mille libras Imperialium [c] nomine pœnæ ſolvere Romanæ Eccleſiæ applicandæ. Quòdque Poteſtas, vel Capitaneus, ſeu aliquis vices eorum gerens non poſſint *Bonon.* ſtudium impedire prohibendo Doctoribus, ne legant contra voluntatem ſcholarium prædictorum, vel alio quoquomodo. Verùm quia, ſicut accepimus, præfati Poteſtas, Capitaneus, & Commune ſe ad prædictam pœnam teneri nolle, ac Doctores ipſos Cives *Bononien.* pro negotiis dicti Communis velle deſtinare, quoties expedit, reſponderunt; quamquam in cæteris eædem petitiones ab eis admiſſæ fuiſſe dicantur; prædictis Scholaribus formidantibus ſe hujuſmodi juramento teneri, fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut providere ſuper hoc de benignitate Sedis Apoſtolicæ curaremus. Nos autem tanto incommodo prædictorum *Scholarium*, deformationi ſic famoſi ſtudii efferentis propagatione fertili viros induſtrios; & ſcientiæ claros radios diffundentis; ac præfatæ Civitatis diſcrimini, quo inde poſſet affici, prædictorum quoque omnium diſpendiis obviare ſollicitiùs intendentes Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi id ad commune commodum *Scholarium* eorumdem; ad evidentem utilitatem ſtudii prædicti; ad quietem quoque Civitatis prædictæ, ac plenum profectum omnium prædictorum, ac aliàs etiam ſecundum Deum expedire videritis; eos de præfatâ Univerſitate, quos ſuper hoc contigerit abſolutionis, vel proviſionis beneficium implorare, Noſtrâ auctoritate a vinculo, ſeu obſervatione hujuſmodi juramenti abſolvatis: & nihilominus eiſdem, prout expedire videritis, providere ſalubriter ſtudeatis, ne hujuſmodi juramenti prætextu, vel tranſgreſſionis, ſeu violationis exceſſu ipſorum ſtatus integritas alicujus inventionis aſturia in poſterum feriatur. Non obſtante Indulgentiâ &c. [d]

Datum apud Montem Flaſconum [e] III. Idus Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Scholarium Bonon. poſtulationes juramento firmatæ,

& de eorum Privilegiorum conſervatione.

Doctorumque in legendo libertate.

Ad hæc reſponſio Civitatis ex parte petitiones rejicientis.

Pontificis ad obviandum damnis

mandat id, quod ſupra,

cum conditione,

& obſtantis derogatione.

Ratio-

(a) Bononien.: In Italia, Flaminiæque Provincia ad alterius Bononiæ Gallicæ diſcrimen ex celebri Academia, & ex Cœnobiis.

(b) B. Michaelis: Die 29. hujus menſis.

(c) Libras Imperialium: Quæ quanti penderentur, dictum eſt in 1. hujus Operis tomo p. 499. (g)

(d) Indulgentia &c.: Ut in *Bulla* 25. hujus Pontificis uſque *mentio habeatur*.

(e) Datum apud Montem Flasconum: Quo circa feſtum Nativitatis B. Joannis Baptiſtæ Papa ſe contulerat ex autore ejus vitæ apud Raynaldum ad hunc annum n. 28.

Digitized by Google

Rationem decimæ collectæ Fr. Monaldo *de S. Anatolia O. M. coram teſtibus reddat, & pecuniam quibuſdam aſſignet.* (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epiſt. 112. to. 1. ann. 2.)

XXXIV.

Anno 1282. die 11. Novembris.

MARTINUS &c.

a *Dilecto Filio* Gerardo *Archidiacono Bracharen.*[a] Collectori Decimæ *in Regni Portugalliæ partibus a Sede Apoſtolica deputato Salutem, & Apoſtolicam Bened.*

Exordium.

TERRÆ *Sanctæ* negotio cordi Noſtro ſpecialiter inſidente circa illa non indignè ſolliciti reddimur, quæ ipſius promotionem negotii reſpicere dinoſcuntur. Intendentes itaque de ſtatu *Decimæ* in Regni Portugalliæ partibus prædictæ *Terræ* conceſſæ in ſubſidio, tuoque miniſterio jam collectæ habere notitiam pleniorem; & benignâ conſideratione penſantes, quòd tibi in collectione hujuſmodi fatigato grave admodum forſitan videtur perſonaliter ad Apoſtolicam Sedem accedere pro reddendâ de prædictâ decimâ ratione; dilecto Filio *Fratri Monaldo*[b] de Sanctâ Anatholiâ Ordinis Minorum, tuis in hac parte parcendo laboribus, per alias Noſtras injungimus litteras ſpeciales[c], ut ad prædictum Regnum ſe perſonaliter conferat; & a te coram tribus, aut duobus Epiſcopis, vel aliis perſonis illarum Partium conſtitutis in dignitate præſentibus, ſi commodè nequeat Epiſcoporum haberi præſentia prædictorum, de *Decima* totius temporis, per quod in prædicto Regno ſubventioni ejuſdem *Terræ* Concilium *Lugdunen.*[d] conceſſit, plenam & diligentem exigere ſtudeat rationem. Et tandem hujuſmodi per eum a te ratione receptâ, totam prædictam pecuniam[e], quam pro ejuſdem *Terræ* commodis promptam haberi volumus & paratam, dilectis Filiis Bandino Amannati, Johanni Gerardini, Lante Agolantis, Beſſo Bartholomæi, & Nello Bonaccurſi de ſocietate Amannatorum de Piſtorio[f], vel alicui, ſeu aliquibus ex eiſdem, ſuo & dictæ ſocietatis nomine: A Aliam verò tertiam partem ejuſdem *Decimæ* Dino Jacobi Fortiſguerræ, Johanni, & Nicolao Paganelli Dulcis Fratribus, Fregioto Bugieri de Monte Claro, Dino Jacobi Benectonis, & Johanni Guidi Jordani de ſocietate Orlandi, & Ubaldi Cardelini Civibus, & Mercatoribus Lucanis, vel alicui, ſeu aliquibus ex eiſdem ſuo & dictæ ſocietatis nomine; ac reliquam tertiam partem dictæ *Decimæ* Bulliono Roſſillioni, Ruſtico Romagnioli, B Aldefrando Chriſtophori, Raynerio Butricho, & Soffredo Dinerſi de ſocietate Bartoli de Luca[g], vel alicui, ſeu aliquibus ex eiſdem, ſuo, & dictæ ſocietatis nomine, de quorum probitate, ac fidelitate ſpecialem fiduciam obtinemus, faciat auctoritate Noſtrâ per te noſtro, & ejuſdem *Terræ* nomine integrè aſſignari in ipſius Terræ utilitatem, & commodum convertendam; & per eos Nobis, vel cui, ſeu quibus apud C Sedem Apoſtolicam exhiberi mandaverimus, aſſignandam. Contradictores verò ſi qui fuerint, vel rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam ceſſante appellatione compeſcat. De hujuſmodi quoque aſſignatione dictus *Frater* fieri faciat duo publica ſimilia Inſtrumenta, quorum alterum tibi exhibeat; & reliquum una cum prædictorum Epiſcoporum, ſeu perſonarum, ac etiam tuis teſtimonialibus D patentibus litteris quid, & quantum de *Decima* ipſâ collectum invenerit plenariè continentibus, Nobis, cum ad Noſtram præſentiam ipſum redire contigerit, apportare procuret, ut plenè Nobis conſtare valeat de ſtatu *Decimæ* memoratæ. Volumus igitur, & per Apoſtolica tibi ſcripta mandamus, quatenus prædicto *Fratri*, cum te ſuper hoc duxerit requirendum, difficultate ſubmotâ quâlibet reddas hujuſmodi rationem; & totam prædictam *Decimam*, E prout ſuperius exprimitur, Mercatoribus prælibatis aſſignes, Nobis nihilominus per eumdem *Fratrem* intimando plenariè quicquid ſuper hoc duxeris faciendum; Illâ te in hac parte promptitudine, ac diligentiâ directurus, ut proin-

Cauſa commiſſionis

Fr. Monaldi O. M. datæ.

Decimæ pecunia quomodo diſponenda, & cui aſſignanda;

aſſignationis vero bina inſtrumenta fiant.

mandans Pontifex, ut ſupra.

(a) BRACHAREN.: Vulgò *Braga* Luſitaniæ vetuſtiſſima Metropolis.
(b) FR. MONALDO: De quo in ſequenti epiſtola.
(c) LITTERAS SPECIALES: Nempe ſubſequentes.
(d) CONCILIUM LUGDUNEN.: II. anno 1274. celebratum.
(e) TOTAM PRÆDICTAM PECUNIAM: Sequens epiſtola habet: *tertiam partem totalis prædictæ Decimæ*: & melius.
(f) AMANNATORUM DE PISTORIO: Quæ nobilis familia floruit etiam *Florentiæ* illis temporibus.
(g) DE LUCA: In Tuſcia Piſtorienſi agro finitima.

Digitized by Google

proinde non immeritò commendari valeas, & Apoſtolicæ Sedis favorem, & gratiam pleniùs promereri.

Datum apud Montem Flaſconem III. Idus Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Mittitur in Regnum Portugalliæ a Decimæ *Collectore pro Terræ Sanctæ ſubſidio rationem exacturus*, *&* Decimam *quibuſdam aſſignaturus*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 113. apud Waddingum ad hunc annum num. 6. Regeſ. Pontif.)

XXXV. Anno 1282. die 11. Novembris.

MARTINUS &c.

Dilecto Filio Fratri Monaldo [a] *de Sancta Anatolia* [b] *Ordinis Minorum Sal.*, *& Apoſtol. Bened.*

a b

Exordium.

ILLA te credimus erga Nos, & Apoſtolicam Sedem devotionis ſinceritate fervere, ut humiliter mandatis Noſtris obediens, & beneplacitis Apoſtolicis prompto animo te conformans ea, quæ tibi committimus, & ſpecialiter negotium *Terræ Sanctæ* tangentia ſollicitis ſtudiis exequaris. Cum itaque de ſtatu *Decimæ* in Regni Portugalliæ partibus prædictæ *Terræ* conceſſæ ſubſidio habere velimus notitiam pleniorem; & de tuæ probitatis induſtriâ ſpecialiter confidamus; Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad prædictum Regnum te perſonaliter conferens a dilecto Filio G. [c], Archidiacono Bracharen. Collectore *Decimæ* in eodem Regno a Sede Apoſtolicâ deputato, tribus aut duobus Epiſcopis &c. [d] Nos enim Collectori prædicto per alias litteras Noſtras [e] injungimus, ut cum a te fuerit requiſitus, tam tibi hujuſmodi reddere rationem, quàm totam prædictam *Decimam* præfatis aſſignare Mercatoribus non omittat. De hujuſmodi autem aſſignatione per dictum Collectorem fieri facias duo publica ſimilia Inſtrumenta, quorum alterum eidem exhibeas Collectori, &

Pontifex rationem Decimæ Luſitaniæ habere deſiderans

mandat prædicto Fratri ea, quæ ſupra ſunt indicata,

c

d

Scribitque Pontifex de ea re Collectori,

e

& jubet, ut ipſa Decimæ aſſignatio in publicas tabulas referatur

A reliquum unâ cum prædictorum Epiſcoporum, ſeu perſonarum, & etiam Collectoris teſtimonialibus patentibus litteris quod, & quantum de *Decima* ipsâ collectum inveneris, plenariè continentibus, Nobis cum ad Noſtram præſentiam te redire contigerit, apportare procures; ut Nobis plenè conſtare valeat de ſtatu *Decimæ* prælibatæ. Sic ergo diligenter, & ſollicitè in commiſſo tibi negotio procedere ſtudeas, ut quod de tuâ B circumſpectione concepimus, per effectum operis agnoſcamus; tuque Sedis Apoſtolicæ gratiam uberiùs merearis.

ad ſe deferendas.

Datum, *ut ſupra*. [f]

f

Decernit, bona quondam hæreticorum alienata ad præſens non eſſe revocanda, modo fraus abſuerit. (Ex Reges. Vatic. ep. 73. apud Raynaldum ad hunc ann. n. 32., teſte & Petro de Alva in Indic. Bullar. Seraph.)

XXXVI. Anno 1282. die 22. Novembris.

C

MARTINUS &c.

Dilectis Filiis Inquiſitoribus [g] *pravitatis hæreticæ in Civitate*, *ac Diœceſi* Floren. [h] *Sal.*, *& Apoſt. Ben.*

g

h

EX parte dilectorum Filiorum .... Poteſtatis, Conſilii, & Communis *Florentini* fuit propoſitum coram Nobis, quòd ex eo inibi videtur generari ſcandalum, & poſſet gravius ſuſcitari, D quòd ſi quis a retro temporibus invenitur hæreticus extitiſſe, bona quondam ipſius, quæ ſuo crimine non detecto, nec contra ipſum aliquâ Inquiſitione ſpeciali pendente, quocumque alienationis, vel conceſſionis titulo fortè diſtraxit; etiam ſi per plures manus interdum res ſic alienata, vel conceſſa tranſiverit a bonæ fidei poſſeſſoribus, dicitis recovanda. Quamvis autem a prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus [i] E extiterit diffinitum, quantum ad præſentem articulum debere ſervari, quod obſervatur in læſæ crimine Majeſtatis [k]; nec in

Florentinorum expoſitio

de bonis quondam hæreticorum etiam bona fide alienatis,

ne revocarentur.

Pontifex etſi revocanda fateatur,

i

k

(a) Fr. Monaldo: His litteris agnoſcendo.

(b) De S. Anatolia: Oppido Diœceſis Camerinen. in Piceno, ubi nunc Fratres noſtri locum retinent.

(c) G.: *Gerardo*, ut in præcedenti epiſtola.

(d) Episcopis &c. Ut in dicta epiſtola uſque *appellatione compeſcas*, mutatis competenter nonnullis.

(e) Alias litteras Nostras: Quæ has præcedunt.

(f) De hac re etiam infra in 74. epiſt. hujus Pontificis.

(g) Inquisitoribus: FF. *Bartholomæus*, & *Charus* in Tuſcia memorantur a Waddingo ad ann. 1289. n. 18., quorum ille Florentinus, iſte vero Aretinus patria ex vetuſta familia de *Pantaneto* fuiſſe dicuntur.

(h) Floren.: In Tuſcia, ubi contra hæret. pravit. Inquiſitionis officium ab Innocentio IV. Minoritis impoſitum fuit anno 1254.

(i) Pontificibus: Innocentio, Alexandro, & Clemente IV.

(k) Majestatis: Ut ſcilicet omnia eorum bona conſiſcarentur.

Digitized by Google

Martinus PP.II al. IV. An.Ch. 1283.

in hac parte recedamus a veſtigiis eorumdem; volumus tamen, & per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenus ad revocationem talium bonorum in Civitate, ac Diœceſi *Florentina* minimè procedatis ad præſens; niſi forſan interveniſſe conſtiterit fraudem, vel malitiam, propter quam meritò ſit ad revocationem hujuſmodi procedendum; vel niſi alienator alienationis hujuſmodi tempore de pravitate hæreticâ infamatus fuerit publicè vel ſuſpectus.

ad præſens tamen relaxat, & mandat ut ſupra

ſub conditione.

Datum apud Montem Flaſconem x. Kalendas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Electionem Abbatiſſæ Monaſterii S. Nicolai de Locoſexto O. B. excutiant, & ſecundum eam determinent. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt.72. tom.1. ann. 2.)

XXXVII. Anno 1283. die 7. Januarii.

MARTINUS &c.

Dilectis Filiis ... Archipresbytero Majoris Eccleſiæ .. Priori Prædicatorum, & Guardiano Minorum Fratrum Mediolanen.*Sal., & Ap.Ben.*

Vacat Abbatiſſa Monaſterium S. Nicolai de Loco Sexto Jo.

a

DUdum Monaſterio Monialium Sancti Nicolai *de Loco-Sexto Johanne* [a] ad Romanam Eccleſiam nullo medio, ut dicitur, pertinente Ordinis Sancti Benedicti Mediolanen. Diœceſis Abbatiſſæ regimine deſtituto; dilectæ in Chriſto Filiæ ... Prioriſſa, Conventus, ac dilecti Filii Petratius, & Petrus dictus Brentator Converſi ipſius Monaſterii, ad quos communiter de antiquâ, & approbatâ, & hactenus pacificè obſervatâ conſuetudine electio Abbatiſſæ ejuſdem Monaſterii pertinere dicitur, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe, die ad hoc præfixâ pro futuræ Abbatiſſæ ſubſtitutione, prout moris eſt, convenientes in unum; & tandem per viam ſcrutinii procedere ad electionem hujuſmodi eligentes, dilectas in Chriſto Filias *Dariam*, & *Fraxiam* ejuſdem Monaſterii Moniales ſuorum ſcrutatrices votorum concorditer elegerunt, quæ ſua, & ſingularum de ipſo Conventu, ac dictorum Converſorum vota ſecreto, & ſingillatim perſcrutatæ, illa illicò dictis Conventui, &

A Converſis publicarunt. Et tandem collatione factâ zeli ad zelum, meriti ad meritum, & numeri ad numerum, comperto, quòd ex dictis Conventu & Converſis, qui erant decem numero, octo in *Dariam*; reliquæ verò Illaria ſcilicet in *Riccam*, & Jacoba in ipſam *Illariam* Moniales ejuſdem Monaſterii direxerant vota ſua; præfata *Fraxia* ſuo & electarum, ac electorum prædictorum nomine ipſam *Dariam* in Abbatiſſam ejuſdem Monaſterii poſtulando elegit, & eligendo etiam

eligitur ad illud regendum Daria a majori parte.

B poſtulavit. Poſtmodum autem, dictis *Illaria*, & *Ricca* electioni de ſe factæ recuſantibus conſentire; ipſa *Illaria*, & præfata Jacoba conſenſerunt electioni de dicta *Daria* celebratæ, quæ quidem Daria pòſtmodum electioni de ſe factæ dicitur conſenſiſſe. Cumque poſtmodum prædictæ Conventus, ac iidem Converſi propter paupertatem quâ gravantur, ut aſſerunt, Nobis feciſſent humiliter ſupplicari,

C ut examinationem negotii electionis hujuſmodi alicui diſcreto committere curaremus. Nos hujuſmodi negotii examinationem dilecto Filio Noſtro G. [b] tituli Sanctæ Suſannæ Presbytero Cardinali duximus committendam, & demum ab eodem Cardinali prædicto examinato negotio, attendentes, quòd vos de facto & facti circumſtantiis habere poteritis notitiam pleniorem, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, qua-

& electionis petitur diſcuſſio.

b

Pontifex commiſſo examine Card.,

mandat & aliis, ut ſupra.

D tenus commiſſione hujuſmodi per Nos dicto Cardinali facta nequaquam obſtante; ſi vobis conſtiterit, quòd idem Monaſterium ad dictam Romanam Eccleſiam nullo pertineat mediante, inquiſitâ de modo electionis hujuſmodi, Eligentium ſtudiis, & Electæ meritis diligentiùs veritate, electionem ipſam, ſi eam inveneritis de perſonâ idoneâ canonicè celebratam, & aliud canonicum non obſiſtat;

E auctoritate Noſtrâ confirmare curetis; facientes ſibi a ſubditis ſuis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi, & per aliquem vicinum Epiſcopum gratiam, & communionem ejuſdem Sedis habentem munus benedictionis impendi; recepturi &c. [c]

c

Datum apud Urbemveterem vII. Idus Jan., Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Idip-

(a) De Loco Sexto Johanne: In Annal. Benedict. Mabill. nullibi memorato.

(b) G.: *Gaufrido* de Barbo Burgundo 1281. creato, & 1287. peſte Romæ ſublato, ut apud Script. Vitarum S. R. E. Cardinalium.

(c) Recepturi &c. Ut in epiſt.25. uſque in finem.

Digitized by Google

Idipſum fiat de electione Abbatiſſæ Monaſterii S. Petri de Brugola O. B. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 71. tom. 1. ann. 2.)

XXXVIII. Anno 1283. die 8. Januarii.

MARTINUS &c.

Eiſdem.

a Monaſterio S. Petri de Brugola Abbatiſſa deſtituto,

DUdum Monaſterio Monialium S. Petri *de Brugola* [a] ad Romanam Eccleſiam nullo medio, ut dicitur, pertinente, Ordinis S. Benedicti Mediolanen. Diœceſis Abbatiſſæ regimine deſtituto dilectæ in Chriſto Filiæ ... Prioriſſa, & Conventus, ac dilectus Filius Gaſparus Converſus ipſius Monaſterii, ad quos communiter de antiquâ, & approbatâ, & hactenus pacificè obſervatâ conſuetudine electio Abbatiſſæ ejuſdem Monaſterii pertinere dicitur, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe, die ad hoc præfixâ pro futuræ Abbatiſſæ ſubſtitutione, prout moris eſt, convenientes in unum, & tandem per viam ſcrutinii procedere ad electionem hujuſmodi eligentes, dilectas in Chriſto Filias *Mariam* Prioriſſam, & *Renayam* ac *Paſiam* ejuſdem Monaſterii Moniales ſuorum ſcrutatrices votorum concorditer elegerunt, quæ ſua, & ſingularum de ipſo Conventu, ac dicti Converſi vota ſecretò, & ſingillatim perſcrutatæ, illa illicò dictis Conventui, & Converſo publicarunt: Et tandem comperto, quòd omnes Moniales ipſius Monaſterii, ac dictus Converſus, factâ collatione zeli ad zelum, meriti ad meritum, & numeri ad numerum, in *Sophiam de Caſate* [b] dicti Monaſterii Monialem, eâ exceptâ, quæ in quandam aliam ipſius Monaſterii Monialem conſenſerat, vota ſua direxerant; prædicta *Benaya* Monialis de mandato ipſarum Conventus, ac dicti Converſi, ſuo, & earumdem ſcrutatricum ſuarum nomine præfatam *Sophiam* in Abbatiſſam ejuſdem Monaſterii poſtulando elegit, quæ quidem *Sophia* poſtmodum electioni hujuſmodi de ſe factæ dicitur conſenſiſſe. Cumque poſtmodum prædictæ Prioriſſa & Conventus, ac idem Converſus propter paupertatem &c. [c]

per viam ſcrutinii

eligitur Sophia de Caſate,

b

quæ aſſenſum præbuit.

c

Datum apud Urbemveterem VI. Idus Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Ut Archiepiſcopo, & Capitulo Lugdunen., *aliiſque contendentibus diem dicant ad præſentandum ſe conſpectui Apoſtolico pro cauſæ deciſione.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 76. tom. 1. ann. 2.)

XXXIX. Anno 1283. die 9. Januarii.

MARTINUS &c.

Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, & .... Guardiano Minorum Fratrum Ordinum Lugdunen. [d], *ac Decano* Viennen. [e] *Salutem, & Apoſtol. Bened.*

d

e

SIcut ad Noſtrum pervenit auditum, olim fel. record. Gregorius Papa Decimus prædeceſſor Noſter prætendens, quòd inter Venerabilem Fratrem Noſtrum ... [f] Archiepiſcopum ex parte unâ, & dilectos Filios .... Decanum, & Capitulum *Lugdunen.* nec non Hugonem Seneſcalcum, ac Henricum de Vilars Canonicum tunc Cantorem Eccleſiæ Lugdunen. ex altera quærelæ erant ſuper diverſis articulis excitatæ; & quòd partes ſe ſuper quærelis, & quæſtionibus quibuſcumque, quas habebant, & habere poterant ad invicem, de alto & baſſo [g] ipſius prædeceſſoris voluntati, mandato, ſeu ordinationi omnimodæ, ac declarationi, ſeu interpretationi, vel ſententiæ fide hinc inde præſtitâ, ſub certâ formâ ſubmiſerant ſpontaneâ voluntate; & tam auctoritate Apoſtolicâ, quàm ex juribus ſubmiſſionis ejuſdem procedens ſuper temporali, ſeu ſeculari juriſdictione Civitatis *Lugdunenſis*, ac ejus exercitio declaravit, ordinando pro-

f

Inter Archiepiſcopum, & Capitulum, aliosque Eccleſiæ & Civitatis Lugdunen. quæſtio, atque diſſenſio

partes Summi Pontificis judicio ſe ſubmittunt,

g

& Gregorius X. providit, & ordinavit,

(a) De Brugola: Neque hujus Monaſterii in dictis Annal. Benedict. ulla mentio reperitur; quàmquam Mabillon. lib. 57. ad ann. 1034. n. 47. omnia ſui Ordinis Monaſteria Mediolan. tam Virorum, quam Virginum antiqua, & ſui temporis recenſeat.

(b) De Casate: Veteri familia Mediolan.

(c) Paupertatem &c. Ut in præcedenti epiſtola uſque ad finem, ac *Datum*.

(d) Lugdunen.: Galliæ Celticæ ad Araris confluentes in Rhodanum vulgo *Lione*, ubi uterque Ordo ab utriuſque exordio locum obtinuerat, & de illo Ord. Min. agit Waddingus ad ann. 1252. n. 28., eratque caput *Cuſtodiæ* ſui nominis in Provincia olim Burgundiæ nunc S. Bonaventuræ; ubi quidam volunt anno 1247. al. 1248. habita fuiſſe *Comitia Generalia* coram Innocentio IV.

(e) Viennen.: Galliæ Narbonenſis a Lugduno ſupradicto 5. tantum leucis diſtantis.

(f) Fratrem Nostrum: *Aymarum*, de quo Sammarthani in Gallia Chriſtiana.

(g) De alto et basso: Seu prorſus arbitrario; Vide Du-Cange Gloſ. med. & inf. lat.

Digitized by Google

providit, & providendo ordinavit, decrevit, atque ſtatuit [a]; reſervatâ ſibi expreſſè in præmiſſis omnibus interpretandi, mutandi, & detrahendi, ſicut expedire videret, plenâ & liberâ poteſtate; prout in litteris ipſius prædeceſſoris inde confectis pleniùs dicitur contineri. Et poſtmodum cum hujuſmodi declaratio, ordinatio, proviſio, atque ſtatutum non ſolum redundare in enormem ipſius Eccleſiæ læſionem, verùm etiam præjudicare juri perſonarum, præſertim ipſius Decani, & .... Archidiaconi, Seneſcalchi, & ... Camerarii ejuſdem Eccleſiæ dicerentur; piæ memoriæ Johannes Papa [b] prædeceſſor Noſter ad devotam ſupplicationem eorumdem Decani & Capituli eumdem Archiepiſcopum per vos ſub certâ formâ citari mandavit [c], ut coram eo certo termino compareret ſuper præmiſſis declaratione, ordinatione, proviſione, ac ſtatuto, & ſingulis contentis in illis auditurus ordinationem, interpretationem, proviſionem, & mandatum ejuſdem prædeceſſoris Johannis; ac facturus, & recepturus, ac etiam proceſſurus ſuper iis quantum juſtitia ſeu æquitas ſuaderet; & dicto prædeceſſori Johanni expediens videretur; fecit inſuper dicto Archiepiſcopo inhiberi, ne hujuſmodi negotio pendente taliter coram eo, aliquid novi in eorumdem Decani, & Capituli, ac perſonarum præjudicium attentaret. Sicque comparentibus Partibus coram prædicto prædeceſſore Johanne, fuit ſuper ipſo negotio inter partes apud Sedem Apoſtolicam diſceptatum. Sed præfato prædeceſſore Johanne, dum idem negotium ſic coram eo cæptum penderet, viam univerſæ carnis ingreſſo [d]; dictoque Archiepiſcopo de Romanâ Curiâ recedente, remanſit dictum negotium indeciſum. Et tandem Nos percepto, quòd inter Archiepiſcopum, & Decanum, & Capitulum, & alios prædictos non conquieſcunt concertationes hujuſmodi, ſed potius diſpendioſè concreſcunt; ac Decano, & Capitulo præfatis aſſerentibus, quòd ſupradictus Archiepiſcopus poſt inhibitionem prædictam contra homines Villarum, & Terrarum ad Capitulum præfatum pleno jure immediatè ſpectantium per deſtructionem bonorum, & aliàs etiam injurioſè proceſſit; & dictum Capitulum, ac perſonas prædictas in ſuis juriſdictionibus, & libertatibus, ac in eorum, & ſubditorum ſuorum perſonis perturbat multipliciter, & moleſtat; ac petentibus ſibi per Sedem Apoſtolicam provideri, & in negotio præfato procedi, dilectis Filiis Noſtris J. [e] tituli Sanctæ Cæciliæ Presbytero, & J. [f] Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diacono Cardinalibus negotium prædictum ſub certâ formâ duximus committendum; qui quidem Cardinales memoratum *Archiepiſcopum* in audientiâ publicâ citari fecerunt; ſed quodam, non cum ſufficienti mandato ad præmiſſa, niſi ad impetrandum, contradicendum, ac proponendum certas quærelas Procuratore pro ipſo Archiepiſcopo comparente, non fuit ulteriùs in negotio prædicto proceſſum. Attendentes igitur præmiſſa, & alia, quæ pro parte dictorum Decani, & Capituli referuntur; & conſiderantes quòd dictus Procurator aſſeruit inter alia, Decanum, & Capitulum eadem in ejuſdem Archiepiſcopi præjudicium, & contemptum ſine causâ rationabili a Divinorum celebratione ceſſaſſe, & ceſſare; cupientes quoque, quòd Eccleſiæ præfatæ, quam inter alias oculo benigno reſpicimus, & in memoriâ retinemus [g], ſalubriter conſulatur; ne diutiùs ſub litigiorum anfractibus conquaſſetur; Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel per alium, ſeu alios prædictum *Archiepiſcopum*, & eoſdem Decanum, & Capitulum, ac perſonas, ſi eorum præſentiam conmmodè habere potueritis; alioquin præfatos Archiepiſcopum,

Marginal notes: quam ordinationem læſionem afferre partes cenſuerunt, — Jo. XXI. mandat citari Archiepiſcopum ad S. A., — cum inhibitione nihil innovandi, — quo Pontifice defuncto cauſa indeciſa remanſit. — & Archiepiſcopus parti contrariæ infert injurias, & damna. — Pontifex cauſam committit 2. Card. — & mandat ſupradicta

(a) Statuit: *Tam auctoritate Apoſtolica, quam ex ejuſdem ſubmiſſionis juribus procedentes declaramus juriſdictionem temporalem in Civitate Lugdunenſi ſpectare ad ſupradictos Archiepiſcopum, & pro aliqua parte ad Capitulum ratione juris, quod idem Capitulum a quondam Comite Foreſii acquiſivit, & Comitatum appellat &c.* ut eſt apud Raynaldum ad ann. 1274. n.61. ex Gregorii X. epiſt. 97. Regeſ. Vatic. dat. Lugdun. 3. idus Novembr. anno 3.

(b) Johannes Papa: Vulgo *XXI.* hujus nominis.

(c) Mandavit: Sed hujus mandati litteræ non apparent.

(d) Ingresso: Anno 1277. die 16. Maij.

(e) J.: *Joanni* pluribus pro Apoſtolicæ Sedis legationibus functo.

(f) J.: *Jacobo* Sabello Romano.

(g) Retinemus: Fuerat enim illius Eccleſiæ *Canonicus*, ut ipſemet teſtatur epiſt. Civibus & populo Lugdunen. data apud cit. Raynaldum ad annum 1273. n.24., & 1274. n.61.

Digitized by Google

ſcopum, & alios apud eamdem Eccleſiam, vel memoratum Archiepiſcopum apud Caſtrum Petræ ciſæ, ubi conſuevit, ut dicitur, commorari, ex parte Noſtrâ peremptoriè citare curetis, ut infra ſex hebdomadarum ſpatium poſt citationem hujuſmodi cum omnibus actis, juribus, & munimentis ſuis prædictum negotium contingentibus, per ſe, vel per Procuratores idoneos Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent ſuper prædictis interpretatione, mutatione, ac detractione, ordinationem, proviſionem, & mandatum Noſtra audituri, ac etiam recepturi, & facturi ſuper omnibus aliis ſupradictis, & ea contingentibus, quod juſtitia ſeu æquitas ſuadebit, & Nobis videbitur

cum inhibitione &c.

expedire; mandantes nihilominus *Archiepiſcopo*, & Decano, ac Capitulo, ac aliis ſupradictis, quòd nullam interim faciant indebitam novitatem. Diem autem citationis, & formam, & quicquid in præmiſſis duxeritis faciendum, Nobis per veſtras litteras, harum ſeriem continentes, fideliter intimare curetis.

a Non obſtantibus &c.[a]

Datum apud Urbemveterem v. Idus Jan., Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Superioribus Ordinis poteſtatem facit inſtituendi Syndicos *ſeculares pro rebus Fratrum miniſtrandis.* (Ex Autographo Conventus Rothomagen. apud Speculum Minorum trac.2. f.50., & Conventus Salmanticen. apud Rodericum tom.1.Bull.Apoſt. pro Regul. num.1., & Waddingum ad hunc annum num. 7. Reges. Pontif., extat & Apographum ſub plumbo Bergomi in Archivo noſtri Conventus S.Franciſci, Pragæ etiam ac Viennæ Auſtr.; cuſum verò in Firmamentis trium Ord. trac.2.f.12.)

XL.

Anno 1283. die 18. Januarii.

MARTINUS &c.

b

Dilectis Filiis ..[b] Generali, *& Provincialibus Miniſtris, ac Cuſtodibus univerſis Ordinis* FF.Minorum *Sal., & Ap.Ben.*

Exordium.

EXULTANTES in Domino, quòd ſacri veſtri Ordinis profeſſores in Dei beneplacitis confirmati promptitudine devotionis, & operis illius ſtudent imitari veſtigia, ejuſque vias ſummoperè cuſtodire, qui deſcendens a Patre luminum, & ſervi formam accipiens ſe in laudis ſacrificium placabilem hoſtiam immolavit; cogitare inducimur honeſta remedia, quibus dicti Ordinis pura obſervantia [c] in ſui vigore ſervetur; iidemque Fratres, qui pro nullâ re temporali poſſunt in Judicio experiri [d], excluſis quibuſlibet ſollicitudinibus, liberiùs, & quietiùs Divinis vacent obſequiis, & offerentium, donantium, concedentium, aut in ultimâ voluntate relinquentium Ordini prædicto, vel Fratribus ejuſdem Ordinis aliquid propter Deum pia intentio non fraudetur: ſicque Nos ſollicitudini, qua prædictus Ordo pro ſuis neceſſitatibus, quotiens ingrueret neceſſitas, vel utilitas ſuaderet, recurrere ad *Romanam Eccleſiam* cogetetur, ad quam omnium rerum mobilium, & immobilium, quibus Fratres uti poſſunt, jus, proprietas, & dominium nullo medio ſpectat [e]; penſatâ incommoditate, vel difficultate potiùs, quæ per hoc ingeri poſſet Fratribus ſupradictis benigniùs indulgentes: volentes quoque hæredum, & Executorum negligentiis obviare; ut Fratres ſecundum modos licitos, & congruos ipſi Ordini relictis ſibi in teſtamentis eleemoſynis non fraudentur; ac ſperantes, quòd his, quæ pro ſtatu proſpero dicti Ordinis agenda fuerint, per vos eò ſalubriùs, & utiliùs conſuletur, quò majori fueritis in hac parte auctoritate muniti, Diſcretioni veſtræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, perſonas ſpeciales, quæ non ſint de ipſo Ordine, nominandi pro locorum indulgentiâ [f] ſingulorum, quas perſonas per vos taliter nominatas in his adminiſtrationem legitimam generalem, & liberam gerere, & ipſos veros, & legitimos adminiſtratores, *Oeconomos*, *Syndicos*, & actores eſſe de plenitudine poteſtatis præſentium auctoritate conſtituendo decernimus; qui res ipſas, & rerum

Jacob.1.17.
Philip.2.7.

Hujus Conſtitutionis cauſa.

c

d

Rerum omnium Ordinis proprietas ad Rom. Eccleſiam pertinet.

e

facultatem tribuit inſtituendi Procuratores ut ſupra,

f

(a) Obstantibus &c.: Ut in epiſt.25. ſupra relata uſque in finem ac *Datum*.

(b) Filiis ...: *Bonagratia*, de quo alias ſuperius actum eſt; quique hoc anno *in vigilia B. Franciſci die Dominica mortuus eſt Avenione ſepultus ante majus Altare*, ex Salinbene Parmenſi hoc anno ſcribente in Chron. Ms. pag.426., non autem anno 1284., ut habet Waddingus ad eum ann. n.1.

(c) Ordinis pura observantia: Hæc evertunt quorumdam interpretationem, arbitrantium, puram obſervantiam commaculari per Bullam Clementis IV. *Obtentu Divini Nominis*.

(d) In judicio experiri: Ut & iſta.

(e) Nullo modo spectat: Quod antea ſanxerunt Gregorius IX., Innocentius, & Alexander IV., ceterique illorum ſucceſſores præſertim Nicolaus III.

(f) Indulgentia: Leg. indigentia, ut in diplomate Innocentii IV. mox citando.

Digitized by Google

MARTINUS PP II. al. IV. An. Ch. 1283.

quorum munia referuntur, a

rum prædictarum pretium, & prædictas eleemoſynas nomine ipſius *Eccleſiæ* recipiant per eoſdem in Fratrum ipſorum utilitates (prout eis licet ex *Regula*, vel declaratione *Regulæ* [a]) convertenda, ſicut, & quando a te, Filii Generalis, vel ſingulis aliis veſtrum in *Provincia*, vel *Cuſtodia* ſibi decretâ, vel ab eiſdem Fratribus de aſſenſu veſtro extiterint requiſiti; ac eædem perſonæ petendi, exigendi, recipiendi, alienandi prædicta, tranſigendi quoque, & paciſcendi, conveniendi, & promittendi, remittendi, refutandi, quietationem faciendi, agendi, defendendi, ac in animas eorum de calumniâ, & veritate dicendâ, jurandi; & cujuslibet alterius generis juramentum præſtandi cum illis, & contra illos, qui hujuſmodi res mobiles, & immobiles, pretium earum vel relictas eleemoſynas Fratribus in teſtamentis occuparent, vel violenter auferrent; ſive contra voluntatem Fratrum quomodolibet detinerent; & generaliter in omnibus cauſis pro rebus, & locis hujuſmodi ad ipſam Eccleſiam ſpectantibus ipſorum Fratrum uſui conceſſis; nec non pro immunitatibus, libertatibus, & juribus ac privilegiis, & indulgentiis eorumdem, ſine cujuslibet ſatiſdationis, & cautionis onere plenam, generalem, liberam habeant auctoritate Apoſtolicâ in Judicio, & extra Judicium poteſtatem; revocandi quoque perſonas eaſdem, & earum quamlibet, ac alias eis ſubrogandi, vel nominandi per ſupradictum modum nominationis, quotiens opportunum fuerit, quæ eamdem in prædictis, vel ſimilem habeant poteſtatem, plenam, & liberam concedimus auctoritate præſentium facultatem [b]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Conceſſionis, & Conſtitutionis &c. Si quis &c.

Item eoſdem revocandi, & alios eis ſubrogandi.

b Clauſula prohib. &c.

Datum apud Urbemveterem xv. Kalendas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [c].

c

Videat ſuper perſona Electi ad Eccleſiam S. Marci, & ſi nihil obſit, confirmet; alioquin ad alterius electionem promoveat. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 81. to. 1. anni 2.)

XLI.

Anno 1283. die 21. Januarii. d

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri ..[d] *Epiſcopo* Sabinen. *Apoſt. Sedis Legato Sal., & Ap. Ben.*

Vacante Eccleſia S. Marci, e f

DUDUM Eccleſiâ *Sancti Marci* [e] per obitum bonæ memoriæ *F.* [f] ipſius Epiſcopi Paſtoris ſolatio deſtitutâ, Capitulum ejuſdem Eccleſiæ dilectum Filium *Tranſmundum* [g] de Guillivisſio Clericum in Epiſcopum *Sancti Marci* per viam ſcrutinii aſſumpſerunt; & tandem eodem *Tranſmundo* electioni recuſante hujuſmodi conſentire, iidem Capitulum vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe pro futuri ſubſtitutione Paſtoris, prout moris eſt, convenientes in unum; Et tandem per eamdem viam procedere ad electionem hujuſmodi eligentes, G. Archidiaconum, & Bartholomæum Cantorem ipſius Eccleſiæ ſuorum votorum ſcrutatores concorditer elegerunt, qui ſua, & ſingulorum de dicto Capitulo vota diligentiùs perſcrutati mox illa dictis Capitulo publicarunt; & comperto denique, quòd hujuſmodi vota convenerant in dilectum Filium *Marcum* Canonicum Eccleſiæ ſæpefactæ; dictus Archidiaconus ſuo, dictorumque Capituli, & Collegæ ſui nomine præfatum *Marcum* elegit in Epiſcopum Sancti Marci. Cumque fel. record. NICOLAUS PAPA prædeceſſor Noſter per Venerabilem Fratrem ... [h] Epiſcopum Albanenſem, & dilectos filios Noſtros A. [i] tituli S. Praxedis Presbyterum, & J. [k] S. Mariæ in Coſmedin Diaconum Cardinales præſentatam ſibi electionem hujuſmodi de dicto *Marco* celebratam diligenter examinari feciſſet; Nos poſtmodum, licet immeriti ad

g

eligitur Tranſmundus,

qui conſentire renuit.

& Marcus Canon. eligitur,

cujus electio examinanda committitur Cardinalibus.

h i k

(a) REGULÆ: A Romanis Pontificibus facta, inter quos & Clemens IV. in Bulla jam dicta.

(b) FACULTATEM: Omnium primus, quod ſciatur *Gregorius IX.* conceſſit *Procuratorem* Cœnobio Aſſiſiatenſi anno 1240. per litteras *Cupientes*; poſtea *Innocentius IV.* Generali, & Provincialibus Miniſtris copiam inſtituendi pro ſingulis Conventibus juxta locorum indigentiam fecit.

(c) Hos Syndicos diploma convellendo ſuſtulit, prohibuitque Joannes XXII. diplomate *Ad conditorem Canonum &c.* ſed reſtituit Bonifacius IX., & Martinus V. confirmaruntque alii Rom. Pontifices.

(d) VEN. FRATRI ...: *Gerardo* Blanco Parmenſi, de quo alias mentio facta eſt.

(e) S. MARCI: In Calabria.

(f) F.: *Franciſci*, ut in ſupra relata *Bulla* 13. de hac re, ubi & notas pro nonnullis aliis videre licet.

(g) TRANSMUNDUM: In prædicta *Bulla* minime recenſitum. *De Guillivisſio* lego *de Giulionisſio* Oppido Diœceſis Bovinen. in Apulia Daunia nunc Capitanata.

(h) FRATREM...: *Bentivengam* O.M. de quo pluries.

(i) A.: *Ancherum* Pantaleonem Trecenſem Gallum.

(k) J.: *Jacobum* Sabellum Romanum poſtea Summum Pontificem ſub nomine Honorii IV.

Digitized by Google

a

ad apicem Apoſtolatus aſſumpti Venerabili Fratri Noſtro ... [a] Epiſcopo *Neocaſtren.*, & dilecto Filio ... *Cuſtodi* Ordinis Fratrum Minorum de *Cuſentia* Noſtris ſub certâ formâ dedimus litteris [b] in mandatis, ut ſuper hujuſmodi articulis, videlicet, quòd pro eo quòd licèt conſtaret de tempore, quo hujuſmodi electio facta fuit, dies tamen obitus dicti Epiſcopi per ea, quæ coram eiſdem Examinatoribus fuerant exhibita, non apparebat; dubitabatur, nec immeritò, an eadem electio infra trimeſtre tempus celebrata fuiſſet; & quòd quidam Electi conſanguineus pro eodem *Electo* in eâdem Eccleſia in Epiſcopum promovendo quibuſdam ex ipſo Capitulo dicti Electi nomine promiſit dare ad opus ipſius Eccleſiæ quamdam pecuniæ quantitatem; ac quòd dictus *Electus* tempore, quo Electus extitit, patiebatur in ætate defectum; nec non ſuper eo quod in inſtanti vacatione ipſius Eccleſiæ *Sancti Marci* alia dicebatur ante iſtam, de qua agitur, electio celebrata; juxta interrogatoria, quæ iidem Cardinales ſub ſuis ſigillis mitterent concluſa, inquirerent diligentiùs veritatem. Verùm licet, ſicut ex fidedigna dictorum Cardinalium relatione accepimus, electio hujuſmodi inventa ſit canonicè celebrata; nihilque compertum in inquiſitione ſuper dictis articulis factâ exiſtat, quòd dicto *Electo* ſuper hoc, & hujuſmodi electioni obſiſtat: Nos tamen conſiderantes, quòd perſona, & Eccleſia, de quibus agitur, tuæ Legationis [c] exiſtunt; & per te poteſt hujuſmodi negotium commodiùs & celeriùs expediri; Fraternitati Tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus perſonam ipſius *Electi* examines diligenter; & ſi eam tandem inveneris ydoneam ad ſupportationem tanti oneris, & honoris electionem hujuſmodi de ipſo fa-

& aliis,

b

c qua de cauſa:

qua canonica comperta,

c

Legato tamen S. A. demandatur, ut ſupra.

A ctam, ſtudeas confirmare; dictumque *Electum* poſtea in Diaconatus ordine, ut aſſerit, conſtitutum, in Sacerdotem ſtatuto tempore promoveas; vel per alium Epiſcopum facias promoveri; & ſibi demum convocato ad hoc congruo Epiſcoporum numero impendere munus *conſecrationis* procures; & facias ſibi a ſuis ſubditis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi; recepturus ab eo poſtmodum Noſtro, & Eccleſiæ Ro- B manæ nomine ſub formâ, quam tibi ſub *Bulla* Noſtrâ incluſam tranſmittimus, ſolitum juramentum [d]. Alioquin hujuſmodi electione ritè caſſatâ, facias eidem Eccleſiæ de Paſtore ydoneo per electionem canonicam provideri.

d

Datum apud Urbemveterem xiI. Kalendas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

C *Sententiam ab Epiſcopo* Tarviſino *in hac cauſa latam cognoſcant, & de jure procedant.* (Ex Autographo Archivi Veneti Monaſterii S. Claræ a N. V. Flaminio Cornelio in Hiſt. Eccleſ. Venet. tom.6. vulgato.)

MARTINUS &c.

XLII.

Anno 1283. die 15. Februarii.

Venerabili Fratri ... [e] *Epiſcopo* [f], *& Dilectis Filiis* ... *Archipresbytero, & Joanni de Abbatibus Canonico* Paduano *Sal., & Apoſtolicam Benedictionem.*

e f

D SUA Nobis ... Præceptor, & Fratres Domus Militiæ *Templi* [g] Sancti Thomaſii *Terviſini* petitione monſtrarunt, quòd cum ... Prioriſſa & Conventus *Sancti Pauli* [h] Terviſini ſecundum Inſtituta Fratrum Prædicatorum viventes, ac ... Prioriſſa [i], & Conventus Sanctæ Mariæ *de Cella* [k] Venetiarum Ordinis *Sanctæ Claræ* Monaſteriorum Caſtellanæ Diœceſis [l] ſuper quibuſdam Ter-

g

Milites Templi Tarviſien. exponunt item cum duobus Monaſteriis habere.

h

i

k

l

(a) Fratri Nostro ...: *Tancredo* O. M., qui cum anno 1286. *Jacobum* Aragoniæ Regis filium in Regem *Siciliæ* cum duobus aliis Epiſcopis ſolemniter coronaſſet, atque unxiſſet, ab Honorio IV. eſt Eccl. cenſuris confixus, & ad A. S. vocatus ex litteris Pontif. apud Raynaldum n.8. & 9. anno 1286. die 23. Maji, & anno 1287. die 18. Januarii datis.

(b) Litteris: Nempe memoratam 13. *Bullam* anno 1281. die 9. Decembr. editam, & incip. *Dudum Eccleſia &c.*, quam adire poterunt pro notis hujus epiſtolæ conſulendis.

(c) Legationis: In Regno Siciliæ cis, & ultra Pharum.

(d) Juramentum: *Marcus* demum confirmatus fuit, & anno 1285. ad *Surrentinum* Archiepiſcopatum translatus ex Ughello to.1. & 7. Ital. Sac.

(e) Ven. Fratri ...: *Joanni Baptiſtæ* Tranſalgardo al. *Capiliſtio*.

(f) Episcopo: *Patavino* hoc anno defuncto ex Ughello to.5. Ital. Sac.

(g) Militiæ Templi: Anno 1311. in Concilio Viennenſi extinctæ.

(h) Conventus S. Pauli: De quo ſermo fuit in ep.110. Urbani IV. *Dudum inter Ven. &c.* an.1263. data.

(i) Priorissa: Legerem *Abbatiſſa*, uti Clariſſarum Præfecta vocari ſolet.

(k) S. Mariæ de Cella: Al. S. Mariæ *Matris Domini*.

(l) Castellanæ Diœcesis: Nunc *Venetiarum* dictæ.

Digitized by Google

MARTINUS PP.II. al. IV. An.Ch.1283.

Terris, poſſeſſionibus, & rebus aliis in *Terviſina* Diœceſi conſiſtentibus, quas iidem Prioriſſa, & Conventus ad ſe, ac eadem Monaſteria communiter pertinere mendaciter aſſerebant; eos coram Venerabili Fratre Noſtro ... [a] Epiſcopo *Terviſino* [b] auctoritate ordinariâ traxiſſent in cauſam; idem Epiſcopus in hujuſmodi causâ procedens contra dictos Præceptorem, & Fratres definitivam ſententiam promulgavit iniquam; a qua ipſi ad Sedem Apoſtolicam appellarunt. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus legitimè in appellationis causâ procedentes ſententiam ipſam confirmare, vel infirmare, appellatione remotâ, curetis, ſicut de jure fuerit faciendum. Quòd ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe, tu Frater Epiſcope, cum eorum altero ea nihilominus exequaris.

eamque apud Epiſcopum Tarviſinum agitatam, a b

quo pro Monaſteriis ſtante, Milites ad S. A. appellant;

& Pontifex mandat ut ſupra,

temperans mandatum,

Datum apud Urbemveterem XV. Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Divina celebrent Officia, & Eccleſ. miniſtrent Sacramenta hominibus Leopolitanis *a cenſuris Eccl. abſolutis*. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt.111. tom.2. ann.2.)

XLIII.

Anno 1283. die 16. Februarii.

MARTINUS &c.

Dilectis Filiis ... Guardiano, & Fratribus Minoribus Civitatis Sancti Leonis [c] *Salutem, & Apoſt. Benedictionem.*

CUM dilecti Filii homines Civitatis *Sancti Leonis* [d] propter eorum devotionis ſtudia, quibus ad Noſtra, & Eccleſiæ Romanæ mandata liberaliter tanquam benedictionis Filii redire curarunt, digni reputentur a Nobis gratia, & favore; Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus cum dilectus Filius ... [e] Electus *Feretranus* [f] Canonicos Feretranos ab Eccleſia Feretrana ex certis cauſis ad tempus duxerit excludendos; quotiens ab eiſdem hominibus interim requiſiti fueritis; dummodo ab *excommunicationum*, & *interdicti* ſententiis, quibus tenentur, ſint legitimè abſoluti; in præfatâ Civitate uſque ad Noſtrum beneplacitum Divina celebretis officia, & miniſtretis eis Eccleſiaſtica Sacramenta. Nos enim propter hoc non intendimus juri *Feretranæ* Eccleſiæ in aliquo derogare.

Feretrani Cives ad Eccleſiæ Rom. mandata reverſi faventur.

Mandans Pontifex, ut ſupra.

Datum apud Urbemveterem XIV. Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Eidem datur, ut eorumdem & Majolen. *nonnullos a ſententia* Canonis *abſolvat*. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt.113. tom.2. ann.2.)

XLIV.

Anno 1283. die 28. Februarii.

MARTINUS &c.

Dilecto Filio ... Guardiano Fratrum Minorum Conventus Sancti Leonis *Salutem, & Apoſtol. Bened.*

EX parte hominum Civitatis *Sancti Leonis* Noſtrorum & Eccleſiæ Romanæ Fidelium fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut cum nonnulli ex eis; & hominum Caſtri *Majoli* Feretranæ Diœceſis pro violentâ injectione manuum in Clericos Sæculares, vel perſonas Religioſas ſententiam *excommunicationis* incurrerint, eiſque periculoſum exiſtat propter guerrarum diſcrimina Apoſtolicam Sedem adire pro abſolutionis beneficio obtinendo, ipſos ab eâdem ſententiâ per diſcretum aliquem abſolvi miſericorditer mandaremus. Nos igitur eorum ſupplicationibus inclinati, abſolvendi eos hac vice ab hujuſmodi *excommunicationis* ſententiâ juxta formam Eccleſiæ; dummodo paſſis injuriam ſatisfecerint competenter, tibi tenore præſentium

Hominibus S. Leonis, & Majoli ſupplicantibus indulget

mandans ut ſupra.

(a) Fratre Nostro ... : *Proſavio* ex catalogo Epiſcoporum illius Eccleſiæ apud Ughellum to.5. Ital. Sac. num.47.

(b) Tervisino : Leg. *Tarviſino* in Veneta Provincia tunc ſub Aquilejenſi Patriarcha conſtituto.

(c) S. Leonis : Quorum Cœnobii meminit Waddingus ad ann.1292. n.28., ubi fatetur ferri conſtructum fuiſſe a S. P. Franciſco, vel ejus diſcipulis, eratque 9. al.10. *Cuſtodia Feretrana* in Provincia Marchiæ Anconitanæ ex veteri ſæpe cit. *Provinciali* Ordinis noſtri.

(d) Civitatis S. Leonis : Al. *Leopolis* in limite Flaminiæ prope fluvium Ariminum vulgo *Marecchia* Epiſc. tunc nemini niſi Rom. Pontifici, nunc Urbinati Archiepiſcopo ſuffraganeus in Ducatu Urbini, a qua Metropoli 20., ab Arimino vero 18. mill. diſtans in monte Feretrano cum arce fere inexpugnabili.

(e) Filius ... : *Robertus* ſedit uſque ad ann.1291. ex to.2. Ital. Sac. Ughelli.

(f) Feretranus : Qui & *S. Leonis*, & *Leopolitanus* a loco reſidentiæ nuncupatus invenitur; etſi modo *Pinna Billorum* Oppido ſuæ Diœceſis moretur.

Digitized by Google

tium plenam concedimus facultatem, injunctâ eis nihilominus pro modo culpæ pœnitentiâ ſalutari. A

Datum apud Urbemveterem II. Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Copiam facit præficiendi binis Eccleſiis ſuæ legationis Paſtores *ex Ord.* Prædicat., *vel* Minorum. Ex Vatic.Reges.Pontif. epiſt. 141. tom. 1. ann. 3.)

XLV. Anno 1283. die 28. Martii.

MARTINUS &c.

a *Venerabili Fratri* G. [a] *Epiſcopo* Sabinen. *Apoſtolicæ Sedis Legato Salutem, & Apoſtol. Bened.*

Proprias litteras commemorat, CUM nuper tibi providendi quibuſdam Eccleſiis Cathedralibus infra

b tuæ Legationis [b] terminos conſtitutis tunc vacantibus ſub certâ formâ per No-

c ſtras litteras [c] licentiam duxerimus concedendam; tu tandem, ſicut ex parte tuâ C fuit propoſitum coram Nobis, duas ex

Legatique ſui reſervationem, prædictis Eccleſiis reſervaſti, intendens illis de aliquibus *Prædicatorum*, vel *Minorum* Ordinum Fratribus ad hoc idoneis providere.

atque ſupplicationem, Quare Nobis humiliter ſupplicaſti, ut facultatem concedendi licentiam conſentiendi de permiſſione Noſtrâ illis, quos de præmiſſis *Ordinibus*, vel eorum altero ad regimen prædictarum Eccleſiarum reſervatarum taliter duxeris aſſumendos, vel etiam ordinandos tibi concedere dignaremur. D Nos igitur tuum propoſitum in Domino commendantes, ac ſperantes, quòd per talium proviſionem Eccleſiarum ipſarum creſcet utilitas; & ſalus in hoc procura-

quam exaudit concedens ut ſupra, bitur animarum; tuis ſupplicationibus benignum impertientes aſſenſum concedendi auctoritate Noſtrâ *Fratribus* ipſis, de quibus prædictis reſervatis Eccleſiis decreveris providere, licentiam poſtulatam, E tibi auctoritate præſentium faculta-

addita conditione. tem liberam elargimur; dummodo Supe-

riores dictorum *Fratrum*, a quibus, ſi præſentes eſſent, hujuſmodi foret licentia poſtulanda [d], tunc infra ejuſdem Legationis terminos non exiſtant. d

Datum apud Urbemveterem v. Kalendas Aprilis Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Teſtandi, de nonnulliſque rebus libere diſponendi facultatem tribuit. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 25. anni 3.) B

MARTINUS &c.

XLVI. Anno 1283. die 1. Aprilis.

Venerabili Fratri Thomæ [e] *Epiſcopo* Nepeſino [f] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.* e f

QUIA præſentis vitæ conditio &c. [g] Datum apud Urbemveterem Kalendis Aprilis Pontificatus Noſtri Anno Tertio. g

---

Viſitatores, & Reformatores Eccleſiæ S. Mariæ Rotundæ *in Urbe conſtituit.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 2. apud Waddingum ad hunc annum num. 8. Regeſti Pontif.)

MARTINUS &c.

XLVII. Anno 1283. die 10. Aprilis.

Venerabili Fratri ... [h] *Epiſcopo Tiburtino* [i], *& dilecto Filio* ... *Guardiano Fratrum Minorum* de Urbe [k] *Salutem, & Apoſtol. Bened.* h i k

Cauſa juſſionis, AD audientiam Noſtram pervénit, quòd in Eccleſiâ *Sanctæ Mariæ Rotundæ* de Urbe [l] propter malitiam, & injuriam [m] perſonarum degentium in eâdem multa committuntur enormia, quæ Deum offendunt, & homines ſcandalizant. l m

Nos itaque ſtatum ipſius Eccleſiæ, quæ Nobis eſt, & Eccleſiæ Romanæ immediatè ſubjecta, proſperum affectantes, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad Eccleſiam ipſam perſonaliter accedentes, ac inibi vice qua viſitatoribus committit correctionem, & reformationem loci.

(a) G.: *Gerardo* paulo ante memorato.
(b) Legationis: Regni Siciliæ citra, ultraque Pharum.
(c) Litteras: Quæ ab Annal. Eccleſ. abſunt.
(d) Licentia postulanda: Ex Conſtitutione Innocentii IV. *Petitio tua Nobis &c.* ab Alexandro IV. repetita, & in 1. ac 2. hujus Operis tomo publicata.
(e) Fr. Thomæ: Ex Ord. Minor. anno 1278. a Nicolao III. die 5. idus Auguſti promoto.
(f) Nepesino: In Hetruria, Provinciaque Romana, ac Patrimonio S. Petri.
(g) Conditio &c.: Ut in 81. Bulla Nicolai III. uſque in finem, ac *Datum*.
(h) Ven. Fratri ...: *Sabbatino* al. Sabbatario ex Ughello to. 1. Ital. Sac.
(i) Tiburtino: Vulgo *Tivoli* non longe ab urbe Roma.
(k) FF. Minorum de Urbe: Al. Conventus Aracæli, vel de Capitolio.
(l) S. Mariæ Rotundæ de Urbe: Ol. Pantheon, nunc *Rotonda*.
(m) Injuriam: Leg. *incuriam*.

Digitized by Google

Noſtrâ viſitationis officium exercentes corrigatis, & reformetis ibidem hac vice auctoritate Noſtrâ tam in capite, quam in membris, quæ correctionis, & reformationis officio noveritis indigere; Contradictores autem per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo.

Datum apud Urbemveterem IV. Idus Aprilis, Pontificatus Noſtri An. Tertio.

Ut poſſit ad ſua obſequia vocare quoſcumque Fratres etiam Ord. Minor. (Ex REGES. VATIC. PONTIF. epiſt. 150. al. 159. ann. 3.)

XLVIII. Anno 1283. die 12. Aprilis.

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri G. [a] Sabinen. *Epiſcopo in Regno Siciliæ A. S. Legato Sal., & Apoſt. Bened.*

a

CUM te ad partes Regni Siciliæ commiſſo tibi plenæ Legationis officio pro urgenti, & arduo negotio deſtinemus &c. [b]

b

Datum apud Urbemveterem II. Idus Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Tertio [c].

c

Promotionem ejus ab univerſo Clero, & Populo, Suffraganeis etiam, ac Fratribus Ord. Prædicat., Minorumque *expetitam probat, & confirmat.* (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epiſt. 18. tom. I. ann. 3.)

XLIX. Anno 1283. die 14. Maji.

MARTINUS &c.

Dilecto Filio Erico Magdeburgen. [d] *Electo Sal., & Apoſt. Bened.*

d

Exordium.

SACROSANCTA Romana Eccleſia, cui ſuper cunctas Orbis Terrarum Eccleſias collatus eſt a Domino Principatus, pium ad Eccleſias ipſas in hujuſmodi Orbis latitudine conſtitutas habens maternâ proviſione reſpectum, laudabili ſtudet obſervantiâ cuſtodire; ut, cum de ipſarum proviſionibus agitur, earum regi- A mini Paſtores idonei proponantur. Ex hoc Nos, qui licet inſufficientibus meritis in ſublimi ſumus Apoſtolici culminis ſpecula, diſponente Domino, conſtituti, curis continuis angimur, ut eædem Eccleſiæ per Noſtræ ſollicitudinis ſtudium a Prælatis dirigantur idoneis, & Rectoribus providis gubernentur. Sane *Magdeburgenſi* Eccleſiâ per mortem bonæ memoriæ *Conradi* [e] Magdeburgen. Archiepiſcopi Paſtoris ſolatio deſtitutâ; (Magdeburgen. Eccleſia Paſtore deſtituta, e) B dilecti Filii Præpoſitus, & Capitulum ipſius Eccleſiæ convenientes in unum, ut moris eſt, ad tractandum de futuri ſubſtitutione Paſtoris, ad proviſionem ipſi Eccleſiæ faciendam deliberaverunt per viam procedere compromiſſi; ſicque quatuor præfatæ Eccleſiæ Canonicis conceſſerunt unanimiter poteſtatem providendi eâ vice ipſi Magdeburgen. Eccleſiæ de Paſtore; (per viam compromiſſi) qui ad eligendum juxta conceſſionem hujuſmodi procedentes dilectum C Filium *Gunterum* ejuſdem Magdeburgen. Eccleſiæ *Theſaurarium* in Magdeburgen. Archiepiſcopum elegerunt. (eligitur G. Theſaurarius dictæ Eccleſiæ,) Verùm Henrico dicto de Gronemberch [f] Presbytero Magdeburgen. Canonico electioni ſe hujuſmodi opponente, (f) negotium electionis ejuſdem extitit ad Apoſtolicam Sedem delatum. Et cum in negotio ipſo coram fel. record. JOHANNE PAPA Vigeſimo primo prædeceſſore Noſtro, D & eo viam univerſæ carnis ingreſſo, coram dilecto Filio Noſtro M. [g] Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali, quem (g) piæ memoriæ NICOLAUS PAPA Tertius prædeceſſor Noſter Partibus dederat Auditorem, partes ipſæ aliquandiu litigaſſent; præfatus *Theſaurarius* electioni hujuſmodi de ſe factæ ſponte renuntians liberè in Capitulo *Magdeburgen.* ceſſit omni juri, ſi quod ſibi ex electione ipsâ fuerat acquiſitum. (qui poſt litem ceſſit juri ſuo:) Et tandem quidam de dictis Capitulo, nonnullis Canoni- E cis ejuſdem Eccleſiæ Magdeburgen. contradicentibus *Bernardum* de Welpia [h] Eccleſiæ (h)

(a) G.: *Gerardo*, de quo paulo ante.

(b) DESTINEMUS &c.: Ut in 109. *Bulla* Urbani IV. anno 1263. die 27. Novembr. edita uſque in finem, ac *Datum*, & 28. ejuſdem Martini IV.

(c) Eidem inſequenti die conceſſit, ut ingredi poſſet Monaſteria *Clariſſarum* cum Fratribus *Ord. Minorum* per litteras incip. *Cum te &c.* dat. idibus Aprilis Pontit. anno 3. ex Regeſ. Vatic. epiſt. 158.

(d) MAGDEBURGEN.: Al. *Parthenopolis* Saxoniæ inferioris nobilis; vetuſtæque Metropolis ad Albim fluvium, vulgo *Maydeburg*, & *Meyenburg* tunc ſub dominio proprii Archiepiſcopi, nunc Brandeburg. Marchion. &c.

(e) CONRADI: Comitis de Sternemberge.

(f) GRONEMBERCH: Al. *Groneburg*, & *Tavaſtbo* Sveciæ Oppido in Provincia Finlandiæ.

(g) M.: *Matthæo* Rubeo Urſino; ut in epiſt. Nicolai III. *Magdeburgen. Eccleſia &c.* anno 1279. 3. Februarii data.

(h) DE WELPIA: Comitem in Schiſmaw vocat Krantius, qui & in eo ſchiſmate poſt hunc electum fuiſſe ait etiam *Burchardum* Comitem de Blaneuberg.

Digitized by Google

inde Cellerarius Eccleſiæ præfatæ a nonnullis aſſumitur,

cleſiæ præfatæ *Cellerarium* duxerunt in Magdeburgen. Archiepiſcopum eligendum. Idemque Cellerarius hujuſmodi electioni de ſe factæ conſentiens Procuratorem ſuum pro ipſius electionis negotio proſequendo ad Sedem deſtinavit eamdem. Eodem itaque Procuratore coram præfato prædeceſſore Noſtro Nicolao petente electionem eamdem factam de ipſo Cellerario confirmari; eidem ſuper hoc ſe oppoſuit Albertus Major Præpoſitus *Magdeburgen.* Eccleſiæ ſupradictæ. Poſtea verò eodem prædeceſſore Noſtro Nicolao ſublato de medio; idem Cellerarius perſonaliter ad Apoſtolicam Sedem acceſſit; & cum aliquandiù moram traxiſſet ibidem, inde licentiâ non petitâ, nec obtentâ receſſit. Noſque de Fratrum Noſtrorum conſilio Præpoſito, & Capitulo ſupradictis per Noſtras ſub certa formâ litteras inhibuimus, ne ad aliquam electionem, vel poſtulationem in ipsâ *Magdeburgenſi* Eccleſiâ procederent quoquo modo. Decernentes irritum & inane, ſi per ipſos ſcienter, vel ignoranter ſecus ſuper hoc contingeret attemptari. Poſtmodum verò dictus *Bernardus* uſus conſilio ſaniori liberè renuntiavit, & ſpontè in præfato Magdeburgen. Capitulo electioni de ſe factæ, ac omni juri, ſi quod ex electione ipsâ competebat eidem. Prædicti autem Capitulum conſiderantes, quòd providere hac vice de Prælato, inhibitione, & decreto prædictis obſtantibus, ipſi *Magdeburgen.* Eccleſiæ non valebant, una cum eiſdem Eccleſiæ ſuffraganeis [a], *Prædicatorum*, & *Minorum* Ordinum [b] Fratribus, Clero, & Populo Magdeburgen. Civitatis Nobis humiliter ſupplicarunt, ut de Perſonâ tuâ, per cujus potentiam [c], & induſtriam probitatis relevari ſperabant præfatam Magdeburgen. Eccleſiam jam collapſam, providere ipſi Magdeburgen. Eccleſiæ dignaremur. Nos igitur attendentes, quòd per tuæ providentiæ ſtudium, & nobilitatis favorem multa poterant ipſi Eccleſiæ commoda provenire, te tunc Eccleſiæ Sancti Bonifatii Halberſtadenſis [d] Præpoſitum Cappellanum Noſtrum, cujus clara merita ſunt Nobis, & Noſtris Fratribus non ignota, de prædictorum Noſtrorum Fratrum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis prædictæ *Magdeburgen.* Eccleſiæ in Archiepiſcopum præfecimus, & Paſtorem, ſperantes in Domino, quòd cum ſis ſcientiâ præditus, generis nobilitate conſpicuus, & in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectus, Eccleſia ipſa inter cæteras illarum partium titulo nobilitatis inſignis [e]; quæ diſcriminibus expoſita variis, conquaſſata moleſtiis, direptioni patens, & predæ per aliquorum Potentum oppreſſiones multiplices gravem in ſuis bonis, & juribus dicitur incurriſſe jacturam; tuo laudabili ſtudio; & virtute potentiæ ad ſtatum debitum debeat reſtaurari; & optata in ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipere incrementa. Quocirca mandamus, quatenus jugum Domini leve collis humilibus impoſitum tibi devotis ſuſcipiens humeris circa curam præfatæ *Magdeburgen.* Eccleſiæ te ſic reddas ſollicitum, & attentum, quòd Clerus & Populus in eâ tuæ curæ commiſſus, in te ſe gaudeat Miniſtrum inveniſſe ſalutis; & tibi tandem ſupremi Paſtoris benignitas unicuique reſponſura pro meritis æternæ retribuat gloriam claritatis.

qui ad Sedem Apoſt. acceſſit, & inde receſſit.

Sed Pontifex Capitulo inhibuit electionem;

& Cellerarius electioni nuncium remiſit

Capitulum cum Suffraganeis, Clero, & populo flagitant ſupradictum Ericum, a b

c *& qua de cauſa.*

Pontifex annuit, d

& dictæ Eccleſiæ præficit

e *variis direptionibus, ac oppreſſionibus conquaſſatæ,*

eique ipſam valde commendat.

Datum apud Urbemveterem II. Idus Maij, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Ut in ſua legatione uti valeat opera Fratrum etiam Ord. Prædicat. & Minorum. (Ex Reges. Vatic. Pontif. ep. 194. to. 1. an. 3.)

L. *Anno 1283. die 17. Junii.* f

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri B. [f] *Epiſcopo* Portuen. *Apoſtolicæ Sedis Legato Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

Provinciæ, & loca Legationis.

CUM te ad Aquilegenſem, & Gradenſem *Patriarchatus*, Ravennatenſes, Mediolanen., Januen., & Piſanas,

(a) Suffraganeis: Nempe Havelbergen. Miſnen. Merſeburgen. Citicen. al. Naumburgen., quibus poſtea additus eſt Brandeburgenſis.

(b) Prædic. et Minorum Ordinum: Ibi ab initio eorum fundationis extantium; & FF. Minorum locus caput erat *Cuſtodiæ* ſui nominis in Prov. *Saxoniæ* ex antiquis noſtri Ordinis monumentis alias allatis. V. etiam to. 1. hujus Operis pag. 40.

(c) Potentiam: *Generis* enim *nobilitate conſpicuus*: dicitur intra.

(d) Halberſtaden.: Magdeburgen. Diœceſi, agroque finitimæ urbis.

(e) Nobilitatis insignis: Erat enim Marchio Brandeburgenſis.

(f) Venerabili Fratri B.: *Bernardo* Gallo, de quo non ſemel in hoc opere.

nas, ac Bononien., Lunen., Ferrarien., Papien., Placentinas, & Caſtellanas [a] Civitates, Diœceſes, & *Provincias*; nec non *Lombardiæ* generaliter, totius *Romaniolæ*, *Tuſciæ* quoque in Imperio [b] conſtitutas, *Marchiæ Terviſinæ*, ac *Venetiarum* partes tibi commiſſo inibi plenæ legationis officio pro urgentibus, & arduis negotiis deſtinemus [c]; Nos volentes, ut ſummotis impedimentis &c. [d] A

Datum apud Urbemveterem xv. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio. B

Facultatem tribuit dandi eiſdem Fratribus licentiam ingrediendi Monaſteria Sanctimonialium, & equitandi. (Ex cit. VATIC. REGES. PONTIF. epiſt.212. to.1. an.3.)

LI.

Anno 1283. die 17. Junii.

MARTINUS &c.

Eidem.

Cauſa conceſſionis

UT in commiſſis tibi negotiis, annuente Domino, tantò poſſis proſperari faciliùs, quantò plurium diſcretarum perſonarum ſuffragio, & Noſtræ auctoritatis fueris adjectione munitus; Fraternitati tuæ pro expediendis negotiis eiſdem, ad te vocandi quoſcumque, & quotcumque *Prædicatorum*, *Minorum* [e], & aliorum quorumlibet Ordinum Fratres tuæ Legationis, nec non dandi illis licentiam ingrediendi tecum *Monaſteria* Monialium, & etiam equitandi; C

cum obſtantium derogatione.

non obſtantibus contrariis conſuetudinibus, vel ſtatutis Ordinum prædictorum, ſive quibuſcumque privilegiis, & indulgentiis Apoſtolicis, per quæ iidem, vel eorum Prælati poſſent in hac parte quomodolibet ſe tueri, plenam auctoritate præſentium concedimus poteſtatem.

Datum, *ut ſupra*.

Villas & poſſeſſiones a B. Kunegunda Monaſterio Sandecien. *conceſſas confirmat*. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo dicti Monaſterii antiquæ Sandeciæ aſſervato.)

LII.

Anno 1283. die 5. Iulii.

MARTINUS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus ... Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii de Sandech [f] *Ord. S. Claræ Cracovien. Diœceſis Sal., & Apoſtol. Bened.*

Exordium.

CUM a Nobis petitur, quod juſtum eſt &c. [g] Exhibita ſiquidem Nobis

Res a B. Kunegunda Monaſterio donatæ.

veſtra petitio continebat, quòd dilecta in Chriſto Filia Nobilis Mulier Kunegundis [h] nata claræ memoriæ B. [i] Regis Hungariæ, relicta quondam Boleslai [k] Ducis Cracoviæ & Sandomiriæ, Principiſſa de *Sandech* Vidua [l] Cracovien. Diœceſis cupiens terrena in cæleſtia, & tranſitoria in æterna felici commercio commutare, Villam de *Sandech*, quæ civitas vulgariter nuncupatur, in qua veſtrum Monaſterium [m] ſitum eſt, cum theloneo [n] ipſius, nec non Barcicy, Golgovicy, Kadche, Luceſco, Maſcovicy, Chirnche, Zarechane, Zagoryn, Scezer, Kluchane, Noſſachovicy, Dubrova, Mokre, Podegrode, Goſtvicha, Breſna, Podreche, Kochorovicy, Bichicy, Chelmech, Creſſici, Sedlcha, Lbyna, minor Svinarſco, Beganius, Mylſcha, Podolino, Preſſethniche, & D Wetrniche Villas, & poſſeſſiones cum fluminibus, molendinis, clauſuris, piſcationibus, ſilvis, nemoribus, venationibus, mellificiis, & omnibus pertinentiis & juribus earum tunc ad Nobilem ipſam ſpectantes vobis, & dicto Monaſterio piâ & providâ liberalitate conceſſit; prout etiam ipſius Duciſſæ literis [o] ſuo ſigillo munitis plenius dicitur

(a) CASTELLANAS: Nempe Venetiarum, ut alias oſtenſum eſt.

(b) IN IMPERIO: In qua parte erant Florentia, Piſæ, Senæ, Luca, & ceteræ Civitates uſque ad *Tuſciam* Romanam, Patrimoniumque S. Petri.

(c) DESTINEMUS: Hoc anno ac die per litteras *Diu inter alias &c.* apud Raynaldum ad hunc annum num.49. editas.

(d) IMPEDIMENTIS &c.: Ut in 11. Bulla Clementis IV. ſupra relata uſque in finem, ac *Datum*, mutatis ſolummodo *ubilibet conſtitutis* in *infra tua Legationis terminos conſtitutis*.

(e) MINORUM: Hoc anno igitur Fr. *Fatebonum* Ord. Min. noſtri Cœnobii *Foroliviensis* Guardianum miſit ad *Pinamontem* Bonacolſi Mantuæ Dominantem, ut illius cives, & vicinos ad pacem adduceret ex Fr. Salinbene Parmenſi, qui eo tempore ſcribebat, in Chron. Ms. pag.392.

(f) SANDECH: Al. Sandeca, vel Sandecia Poloniæ ſuperioris urbe ad Dunaicum fluvium 10. leucis Cracovia diſtante verſus Montes Carpatios, ac Hungariæ vicina, probeque munita.

(g) JUSTUM EST &c. V. epiſt. 72. Clementis IV.

(h) KUNEGUNDIS: Jam Beatarum Virginum catalogo aſcripta.

(i) B.: Belæ IV. anno 1275. defuncti.

(k) BOLESLAI: Anno 1279. e vivis ſublati.

(l) VIDUA: Nondum igitur hoc anno die 5. Julii nomen dederat Clariſſis contra nonnullos tradentes, eam ſtatim a morte mariti Ordinem S. Claræ ingreſſam eſſe, & poſt 13. annos ſancte occubuiſſe.

(m) MONASTERIUM: A B. Kunegunda, ejuſque marito circa anno 1240., ut volunt, ædificatum.

(n) THELONEO: Vectigalis ſpecie, ac jure vectigalia percipiendi.

(o) LITTERIS: Quæ ad nos non pervenerunt.

Digitized by Google

Confirmat Pontifex, ut ſupra.

tur contineri. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper his piè ac providè factum eſt, ratum & gratum habentes id auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Confirmationis infringere, vel ei &c.

Clauſula prohib. &c.

Datum apud Urbemveterem III. Nonas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Datur Fratribus Minor. Conſervator & Defenſor contra moleſtatores. (Ex veteri Reges. Ord. apud Waddingum ad hunc ann. n.9. Regesti Pontif.)

LIII. Anno 1283. die 23. Julii. a b

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri ...[a] Epiſcopo Caſtellano[b] *Sal., & Apoſt. Bened.*

Exordium.

INUNDANS malitia perſonarum viris Sanctæ Religioni deditis adeo frequenter exhibet ſe infeſtam, quòd ipſi Divino cultui, ut deberent, vacare non poſſunt; dum illorum malitiis agitantur. Cum igitur, ſicut dilecti Filii... Miniſter, & Fratres Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci[c] Nobis ſignificare curarunt &c.[d]

Conqueſtio FF.Min. S. Franciſci. c d

Datum apud Urbemveterem x. Kalendas Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Tertio[e].

e

Fr. Henrico Bremen. O. M. Gneſnen. *Archiepiſcopatum admittere renuente ſequens* Jacobus *eligitur, & confirmatur.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. ep.50. to.1. an.3.)

LIV. Anno 1283. die 30. Julii. f

MARTINUS &c.

Dilecto Filio Jacobo *Electo* Gneznen.[f] *Sal., & Apoſt. Benedictionem.*

Exordium.

RECTE tunc Eccleſiarum utilitati proſpicitur, & indemnitati ſalubriter præcavetur, cum diſcretis, & providis ipſarum cura committitur; & viduatarum regimini Paſtores ydonei proponuntur. Unde Nos, qui licet inſufficientibus meritis in ſublimi ſumus Apoſtolici culminis ſpecula, diſponente Domino, conſtituti, curis continuis angimur; ut eædem Eccleſiæ Noſtræ ſollicitudinis ſtudio per Paſtores gubernentur induſtrios; & per Duces perſpicuos in ſuis gregibus dirigantur. Sanè dudum *Gneznenſi* Eccleſiâ per obitum bonæ memoriæ *Martini*[g] Gneznen. Archiepiſcopi deſtitutâ Paſtore; dilecti Filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ &c.[h] de dilecto Filio *Fratre Henrico de Brem*[i] Ordinis Minorum, quem Nobis de nobilitate generis, litterarum ſcientiâ, honeſtate morum, aliiſque virtutum meritis fidedignorum teſtimonia multipliciter commendarunt, de Fratrum Noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis prædictæ *Gneznen.* Eccleſiæ duximus providendum. Verùm prædicto *Fratre Henrico* renuente proviſionem hujuſmodi acceptare[k]; præfati Capitulum ejuſdem Eccleſiæ in te tunc Cantorem ipſius Eccleſiæ vota ſua unanimiter direxerunt, te in ſuum Archiepiſcopum eligentes. Demùm verò te in Noſtrâ, & prædictorum Fratrum Noſtrorum præſentiâ in Noſtris manibus liberè, ac ſpontè renuntiante omni juri, ſi quod tibi per electionem hujuſmodi de te factam, fuerat acquiſitum; Nos hujuſmodi renuntiatione receptâ, periculis, quæ per vacationem diutinam eidem poſſet Eccleſiæ imminere, proviſione celeri occurrere cupientes ad perſonam tuam, cui de vitâ laudabili, converſatione placidâ, litterarum ſcientiâ, morum honeſtate decorâ, ſpiritualium providentiâ, & temporalium prudentiâ laudabile teſtimonium perhibetur, Noſtræ conſiderationis oculos duximus dirigendos; ac

Vacante Gneſnen. Eccleſia g h

promovetur ad eam Fr.Henricus de Brem O. M., i

qui dignitatem renuit acceptare: k

& Pontifex aſſumit Jacobum ſupra relatum,

(a) Ven. Fratri ....: Jacobo Cavalcanti ex Ughello to.1. Ital. Sac.

(b) Castellano: Al. Tifernati, aut Civitatis Caſtelli in Umbria, vel potius Venetiarum.

(c) Sancti Francisci: *Provincia Sancti Franciſci* habet Waddingus in Annal. ad hunc ann. n.14., vereor tamen ſpectare ad Epiſcopum *Venetiarum* urbis, qui tunc *Caſtellanus* appellabatur.

(d) Curarunt &c. Ut in ſimili *Bulla* ſuperiori anno die 9.Apr. emanata uſque *minime valituris*, ac *Datum*.

(e) Petrus de Alva in Indic. Bull. Seraph. affert ſimile diploma dat.*Kalendis Martii* Pontif. *Anno Quarto*, hoc eſt anno 1285., & paulo ante obitum.

(f) Gneznen.: al. *Gneſnen.* de quo Stephanus Damalevicius in Catal. Archiepiſ. Gneſnen. num.25.

(g) Martini: De quo conſulatur ſupra relata epiſt.15. hujus Pontificis *Oneroſa paſtoralis &c.* anno 1281. die 23. Decembris ſcripta.

(h) Ecclesiæ &c. Ut in dicta 15. epiſt. uſque ad *Eccleſia memorata*.

(i) Fr. Henrico de Brem: Leg. *de Brema* vulgo *Bremen*, cujus notitiam habes in cit. 15. epiſtola (i k).

(k) Acceptare: Hoc autem ignoravit Waddingus: & cauſam crediderim, quam refert Pontifex in epiſt. Philippo Epiſcopo Firmano A. S. Legato anno 1279. ſcripta 23 Decembr. apud Raynaldum ad eum annum n.43. nimirum illius Eccleſiæ deſolationem, & hominum ſtragem a Paganis editam.

Digitized by Google

A ac te de eorumdem Fratrum Noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis eidem *Gneznen.* Eccleſiæ in Archiepiſcopum præficimus & Paſtorem in eo, qui dat gratiam, & largitur præmia, confidentes, quòd dicta Eccleſia per tuam ſolertem induſtriam, & providentiam circumſpectam ſpiritualibus, & temporalibus proficiet incrementis. Quocirca Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad eamdem Eccleſiam de Apoſtolicæ Sedis, & Noſtro favore confiſus cum Divinæ gratiâ benedictionis accedas, te in curâ ipſius, cujus plenam in ſpiritualibus & temporalibus adminiſtrationem tibi committimus, talem corde ſollicito redditurus, quòd grex tuæ Circumſpectioni creditus in te ſalutis miniſtrum reperiiſſe gaudeat; & tibi tandem æterni Paſtoris benignitas unicuique reſponſura pro meritis æternæ retribuat gloriam claritatis.

cui præcipit onus ſuſcipere,

& illud ſollicite ferre.

Datum apud Urbemveterem iiI. Kalendas Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Diſcuſſa Eccleſiæ Fraſniacen. Decani *electione, decernat uti ex jure confirmando, vel removendo*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 108. to. 1. anni 3.)

LV.

Anno 1283. die 8. Octobris.

MARTINUS &c.

Dilecto Filio ... Guardiano Conventus Fratrum Ordinis Min. Nivernen.[a] *Salutem, & Apoſt. Bened.*

a

LECTA Nobis dilectorum Filiorum Capituli Eccleſiæ *Fraſniacen.* Nivernen. Diœceſis [b] petitio continebat, quòd dudum vacante *Decanatu* ipſius Eccleſiæ per mortem quondam *Hugonis Jordani* Eccleſiæ jam dictæ Decani, ejuſque corpore tradito ſepulturæ, ac ab eodem Capitulo, ad quod electio *Decani* Eccleſiæ prædictæ pertinet, certâ die ad eligendum Decanum præfixâ, pulſatâ campanâ, prout moris eſt, ad capitulum congregandum, horâque ſolitâ Capitulo congregato, præſentibus omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe, placuit omnibus & ſingulis de præfato Capitulo procedere per viam ſcrutinii ſuper futuri electione Decani. Deinde verò electis tribus fide dignis de ipſo Capitulo ad inquirendum ſuper hoc ſecreto, & ſingillatim vota cunctorum; illiſque per illos requiſitis juxta traditam eis formam, & in duos ſcilicet, quondam *Iterium* de Thiengiis tunc viventem, & in dilectum Filium Magiſtrum *Johannem de Chaonio* Canonicos Eccleſiæ Nivernen., votis diviſis illorum, iidem Iterius, & Johannes in diſcordiâ electi fuerunt ad Decanatum eumdem. Hujuſmodi igitur negotio per appellationem ad Sedem Apoſtolicam devoluto, medio demùm tempore memoratus *Iterius* apud Sedem ipſam cauſâ proſequendi prædictum negotium commorans viam fuit univerſæ carnis ingreſſus. Quia verò prædicta Eccleſia ex eo, quòd per *decem annos*, & amplius *Decano* vacavit, paſſa eſt, ut aſſeritur, & adhuc ſuſtinet ſpiritualiter, & temporaliter non modicam læſionem, ex parte ipſius Capituli Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut hujuſmodi electionem de ipſo Magiſtro *Johanne*, quem iidem Capitulum in ſpiritualibus providum, & in temporalibus circumſpectum, ac de legitimo matrimonio procreatum, & in ſacris Ordinibus conſtitutum exiſtere; cuique maturitatem ætatis, morumque gravitatem, & litterarum ſcientiam ſuffragari aſſerunt, celebratam confirmare, vel ſaltem de ipſo Magiſtro *Johanne* eidem Eccleſiæ providere de benignitate Apoſtolicâ curaremus. Ne igitur dicta Eccleſia propter *Decani* defectum detrimenta patiatur ulterius in præmiſſis; Nos de tuâ Circumſpectione confiſi præſentium tibi auctoritate mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi; & inquiſitâ de modo electionis, ſtudiis Eligentium, & *Electi* prædicti meritis diligentiùs veritate; ſi electionem ipſam inveneris de perſonâ ydoneâ, videlicet de dicto Magiſtro *Johanne* canonicè celebratam, illam auctoritate Noſtrâ confirmes; ipſumque Magiſtrum *Johannem* in dictâ Eccleſiâ inſtituas,

Expoſitio Capituli Fraſniacen.

b

de ſuæ Eccleſiæ Decanatu vacante

& electione per viam ſcrutinii,

qua duo electi fuerunt in diviſione votorum;

quorum alter poſtea moritur,

& alter a Capitulo poſtulatur.

Pontifex vero mandat ſupra notata.

(a) O. M. Nivernen.: De quorum loco dictum eſt in 1. hujus Operis tomo pag. 639. (f)

(b) Nivernen. Diœceſis: De qua etiam ibi in prædicto tomo: eſtque ampla & elegans Civitas *Ducatus* titulo inſignita ad fluvium Ligerim in finibus Burgundiæ.

Digitized by Google

tuas, ac admitti facias cum ſolemnitatibus debitis in Decanum. Alioquin præmiſsâ electione ritè caſſatâ, facias ipſi Eccleſiæ de perſonâ ydoneâ in *Decanum* per electionem canonicam provideri. Non obſtante indulgentiâ &c. [a]

cum obſtan. derogat. a

Datum apud Urbemveterem VIII. Idus Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Collatorem, & Detentorem Eccleſiæ Wiradesbiryen. *jubet citari ad dicendam cauſam apud Sedem Apoſtol.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 128. anni 3.)

LVI.
Anno 1283. die 21. Novembris.

MARTINUS &c.

Venerabilibus Fratribus ... [b] *Archiepiſcopo* Cantuarien.; *&* ... [c] *Epiſcopo* Lincolnien., *ac dilecto Filio* ... *Archidiacono Dorſetiæ in Eccleſia* Saresbiryen. [d] *Sal.*, *& Apoſtol. Bened.*

Exordium.

DEVOTIONIS merita dilecti Filii Magiſtri *Edmundi* de Warefeld Rectoris Eccleſiæ de *Wiradesbiry* Lincolnien. Diœceſis, ac dilecti Filii Noſtri H. [e] Tituli S. Laurentii in Lucina Presbyteri Cardinalis, cujus idem *Edmundus* Cappellanus exiſtit, Nobis pro eo ſupplicantis conſideratio Nos inducunt, ut perſonam ipſius Magiſtri *Edmundi* favore Apoſtolico proſequamur. Sanè petitio ejuſdem Magiſtri *Edmundi* Nobis exhibita continebat, quòd licet Nos olim prædictam Eccleſiam de Wiradesbiry curam animarum habentem, tunc per mortem quondam Magiſtri *Silveſtri* ejuſdem Eccleſiæ Rectoris, qui Anagniæ diem clauſit extremum, vacantem cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis quondam *Henrico* de Tylton Presbytero tunc viventi Apoſtolicâ auctoritate contulerimus, & de illis providerimus; ipſumque præſentialiter per Noſtrum anulum inveſtiverimus de eiſdem, decernendo ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam contingeret attentari; Venerabili Fratre Noſtro ... [f] Epiſcopo *Vigornien.* [g], & dilectis Filiis Antonio dicto *Beck* Archidiacono Dunelmen., & Johanne de Kirkebi Canonico Lincolnien. ſibi ſuper hoc executoribus per noſtras ſub certâ formâ litteras deputatis; tamen Magiſter *Robertus* de Gloceſtria [h] Clericus Vigornien. Diœceſis contra collationem, proviſionem, inveſtituram, & decretum hujuſmodi venire non metuens, & aſſerens ſe ab ... Abbate, & Conventu Monaſterii loci ejuſdem de Gloceſtria [i] Ordinis S. Benedicti dictæ Vigornien. Diœceſis ipſius Eccleſiæ Patronis ad eandem Eccleſiam Venerabili Fratri Noſtro .... Lincolnien. Epiſcopo loci Diœceſano præſentatum fuiſſe, prætextu præſentationis hujuſmodi ſe in ipsâ Eccleſiâ inſtitui a dicto Epiſcopo poſtmodum temerè procuravit. Cumque Magiſter *Johannes de Luco* [k] Canonicus Londinen., cui dicti Executores commiſſerant ſuper hoc, prout ex formâ dictarum litterarum poterant, vices ſuas, ad executionem hujuſmodi gratiæ vellet procedere; dictus Magiſter *Robertus*, ut impediret, quominus præfatus *Henricus* poſſeſſionem ipſius Eccleſiæ nanciſci poſſet, fruſtratoriè ad Sedem Apoſtolicam appellavit ad tuitionem Curiæ Cantuarien. de facto nihilominus provocando, & tali prætextu dictam Eccleſiam detinuit, & adhuc detinet occupatam fructus percipiens ex eâdem. Unde dicto *Henrico* Nobis humiliter ſupplicante, ut cum ipſe propter potentiam, & malitiam tam Abbatis, quam Clerici prædictorum non poſſet, ut dicebat, in illis partibus commodè ſuper hoc ſuam juſtitiam obtinere; faceremus ei ſuper iis apud Sedem Apoſtolicam juſtitiæ plenitudinem exhiberi. Nos

Narratio cauſæ.

Henrico Tyltonen. datur Eccleſia Wiradesbiry.

f g

h

Robertus Gloceſtrien. eam occupat.

i

k

& ad Sedem Apoſt. appellat.

ad quam idem Henricus recurrit.

(a) Indulgentia &c. Ut alias in ſuperioribus epiſtolis uti 8. hujus Pontificis.

(b) Fratribus ... *Joanni Pekan* Anglo ex Ord. Minor. anno 1279. aſſumpto, uti ibi vidimus.

(c) Et ... *Joanni de Aldebry* Anglo anno 1280. promoto ad Lincolnien. Eccleſiam Cantuarienſi Metropoli ſuffraganeam.

(d) Saresbiryen.: Al. *Sarisburien.* etiam Cantuarienſi Archiepiſcopo ſubjecta.

(e) H.: *Hugonis*, de quo ſupra, & ſcriptores Vitarum S. R. E. Card.

(f) Fratre Nostro: *Goldfrido Giffart* Anglo anno 1278. electo pro Wigornienſi Cathedra præfato Cantuarien. Metropolitano ſuffraganea adminiſtranda.

(g) Vigornien.: Vulgo *Worceſter*.

(h) Glocestria: Vulgo *Gloceſter* nunc Epiſcopalis urbs ſub Archiepiſcopo Cantuariæ.

(i) Monasterii loci eiusdem de Glocestria: Tit. *S. Petri*, de quo cl. Mabillon. in Annal. Benedict. lib.40. ad annum 900. n.34. agit, & poſtea alibi non ſemel.

(k) Johannes de Luco: Ad quem ſunt litteræ hujus Pontificis anno ſequenti Kalendis Decembris datæ *Expoſuit Nobis &c.* ſuper nonnullis Eccleſiis Angliæ Nuncio S. A. ab Archiepiſcopo Cantuarien. ablatis ex epiſt.59. Vatic. Regeſ. anni 4.

Digitized by Google

MARTINUS PP. II. al IV. An. Ch. 1283.

Pontifex mandat Eccleſiam Henrico dimitti,

Nos tibi, Frater Archiepiſcope, & dilecto Filio... Decano Londonien. Noſtris dedimus litteris [a] in mandatis ut vos vel alter veſtrum per vos, vel per alium prædictos Abbatem, & Clericum, & quemcumque alium ipſius Eccleſiæ Detentorem ex parte Noſtrâ moneretis, ut infra octo dies poſt monitionem hujuſmodi ſupradictam Eccleſiam eidem *Henrico*, vel Procuratori ſuo pro ipſo in pace dimitterent, ac de fructibus inde perceptis ſatisfactionem plenam & debitam exhiberent. Alioquin ex tunc peremptoriè citaretis eoſdem, ut infra duos menſes a fine dictorum octo dierum dictus Abbas per ſe, vel per Procuratorem idoneum, idem vero *Robertus*, ſive alius Detentor perſonaliter cum omnibus actis, juribus, & monumentis ſuis hujuſmodi negotium contingentibus Apoſtolico ſe conſpectui præſentarent, facturi & recepturi ſuper hiis, quod juſtitia ſuaderet. Cum autem tu, prædicte Archiepiſcope, tàm Abbatem, quàm *Robertum* prædictos juxta formam mandati Apoſtolici ſuper hiis moneri, & citari feciſſes; tandem adveniente hujuſmodi termino, dictoque Abbate per ſe, vel per Procuratorem, ac eodem *Roberto* perſonaliter minimè comparentibus, præfato quoque *Henrico* per Procuratorem idoneum in eodem termino comparente, ac in oſtio Palatii Apoſtolici proteſtatione coram Oſtiariis Noſtris præmiſsâ dictorum Abbatis, & Roberti contumatiam accuſante. Nos in hujuſmodi negotio dilectum Filium Magiſtrum *Peregrinum* de Audiran Cappellanum Noſtrum Canonicum Aquen. [b] dedimus ſpecialiter Auditorem: Et licet idem Auditor præfatos Abbatem, & *Robertum* pluries, & peremptoriè in audientiâ publicâ, ut eſt moris, coram ſe citari feciſſet, prædictus tamen *Robertus* in terminis prædictis, & poſtmodum diutius expectatus perſonaliter comparere coram eo contumaciter non curavit, dicto *Henrico* coram ipſo Auditore ſufficienter, ut præmittitur comparente; ac in ſingulis hujuſmodi terminis ipſius Roberti contumaciam accuſante. Verùm poſtquam aliquandiu extitit in cauſâ ipſâ proceſſum, dictus *Henricus* in Romanâ Curiâ debitum naturæ perſolvit: Noſque volentes eidem Magiſtro *Edmundo* gratiam facere ſpecialem prædictam Eccleſiam de Wiradesbiry cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis Apoſtolicâ auctoritate prædicto Magiſtro *Edmundo* contulimus, providimus de illis, eumque per Noſtrum anulum inveſtivimus præſentialiter de eiſdem, itaut per hujuſmodi Noſtram collationem, & proviſionem, ac inveſtituram illud jus in prædictâ Eccleſiâ de Wiradesbiry per omnia dictus Magiſter *Edmundus* aſſequatur, & habeat, quod dicto Henrico in ea, dum viveret competebat: Decernentes irritum, & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam contingeret attemptari. Non obſtante, ſi aliquibus communiter vel diviſim a Sede Apoſtolicâ ſit indultum quòd ad receptionem, vel proviſionem alicujus minimè tenerentur; quòdque ad id compelli non poſſent, & quòd de Eccleſiis, vel beneficiis ad eorum collationem, vel præſentationem ſpectantibus cuiquam provideri nequiret per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem; & qualibet aliâ dictæ Sedis indulgentiâ generali vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſteret, per quam effectus hujuſmodi Noſtræ gratiæ impediri, vel differri valeret; & de qua cujuſque toto tenore de verbo ad verbum in Noſtris litteris habenda eſſet mentio ſpecialis. Ne igitur dictus *Robertus* de hujuſmodi malitiâ, & contumaciâ valeat gloriari, Nos nolentes negotium hujuſmodi relinquere indiſcuſſum, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios præfatos Abbatem, & *Robertum*, & quemlibet alium ejuſdem Eccleſiæ Detentorem peremptoriè citare curetis, ut infra duos menſes poſt citationem hujuſmodi dictus Abbas per ſe, vel per Procuratorem idoneum, idem verò *Robertus*, ſive alius quicumque Detentor perſonaliter cum omnibus juribus & monumentis ſuis hujuſmodi negotium contingentibus Apoſtolico ſe conſpectui repreſentent, facturi, & recepturi ſuper præmiſſis, quod ordo dictaverit rationis. Diem verò citationis, & formam & quicquid

Margin notes: alioquin detentori diem dici, atque collatori; ſed non obtemperatur ab utroque. Datur Auditor cauſæ, at neque huic detentor apparet: interim Henricus moritur, & Eccleſia datur Edmundo obſtantibus derogando. Mandat Pontifex id, quod ſupra.

(a) LITTERIS: Quæ ad nos non pervenerunt. | (b) AQUEN.: In Gallia vulgariter *Aix*.

Digitized by Google

quid indè fecceritis, Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes ſtudeatis fideliter intimare.

Datum apud Urbemveterem XI. Kalend. Decembr. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Contra Religioſos Urbinates Interdictum *Ecclеſ. violantes, & ut populus illud violet, operam dantes proviſio, ac pœna.* (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epiſt. 138. to. 2. anni 3.)

LVII. Anno 1283. die 2. Decembris. a

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri B. [a] *Epiſcopo* Portuenſi *Apoſtolicæ Sedis Legato Salutem, & Apoſtolicam Bened.*

Portuen. Epiſcopi delatio contra FF. Religioſos, b ſuper Interdicti fractione, & quomodo.

INTIMANTE Nobis tuâ prudentiâ circumſpectâ didicimus, quòd *Prædicatorum*, & *Minorum* Ordinum Fratres, & quidam alii Religioſi Civitatis *Urbini* [b] privilegia Sedis Apoſtolicæ aſſerunt ſe habere, ut certis feſtivitatibus poſſint Divina Officia publicè celebrare tempore *Interdicti*. At ipſi non ſolum in eiſdem feſtivitatibus, verùm etiam per decem dies poſt quamlibet feſtivitatum ipſarum publicè hujuſmodi celebrare Officia non verentur; nec dubitantes in fraudem agere *Interdicti*, quamplura in Eccleſiarum portis foramina faciunt, ut Populus etiam clauſis januis poſſit interiùs Sacra proſpicere, ac liberiùs audire Divina: Super quibus petiiſti per Sedem Apoſtolicam provideri. Nos itaque non indignè volentes, ut iidem *Prædicatores*, & *Minores*, ac alii Religioſi puniantur in eo, in quo delinquere dinoſcuntur; præfatis Prædicatoribus, & Minoribus, ac Religioſis aliis memoratis prædictorum privilegiorum uſum quoad Civitatem eamdem & ejus diſtrictum, quamdiù in rebellione permanſerint, auctoritate præſentium expreſsè interdicimus, Tibi diſtrictiùs injungentes,

Pontifex pœnas imponit delinquentibus, uſum privilegiorum interdicendo,

A ut illarum Eccleſiarum, in quarum portis foramina ipſa fuerint, ſi ad ea iidem operam dederint, auctoritate Noſtrâ Eccleſiaſtico ſubjicias *Interdicto* contra foraminum ipſorum auctores aliàs nihilominus proceſſurus, prout qualitas facti exegerit, & videris expedire.

& quaſdam Eccleſias.

Datum apud Urbemveterem IV. Nonas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

B

Fratribus Donato *de Caſtello*, Nicolao *de Lavareto, &* Rufino *Mediolanen. Ord. Min. Epiſcopatum* Suanen. *recuſantibus ſequens eligitur, & a Pontifice confirmatur.* (Ex REGES. VATIC. PONTIF. epiſt. 103. tom. I. anni 3.)

LVIII. Anno 1283. die 23. Decembr. c d

MARTINUS &c.

Dilecto Filio Morico [c] Electo Suanen. [d] *Sal., & Apoſtolicam Bened.*

Exordium.

C RATIONIS oculis intuentes commoda, quæ vacantibus Eccleſiis de ſalubri Prælatorum proviſione proveniunt; reddimur corde ſolliciti, ut circa proviſionem hujuſmodi faciendam fructuoſæ attentionis ſtudium habeatur. Sanè dudum *Suanen.* Eccleſiâ per obitum bonæ memoriæ *David* [e] Epiſcopi *Suanen.* Paſtoris ſolatio deſtitutâ, dilecti Filii Waltherinus Præpoſitus, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ convenientes in D unum dilecto Filio Gerardo Canonico Suanen. poteſtatem unanimiter contulerunt providendi eidem Eccleſiæ de Paſtore; idemque Gerardus dilectum Filium *Fratrem Donatum de Caſtello* [f] Ordinis Minorum familiarem dilecti Filii Noſtri M. [g] Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconi Cardinalis elegit, ſeu poſtulavit in Epiſcopum Suanen.; Sed dictus *Frater Donatus* ex parte Præpoſiti, & Capituli prædictorum cum inſtantiâ requiſitus hujuſ- E modi electionem, ſeu poſtulationem renuit acceptare. Sicque iidem Præpoſi-

Vacante Sede Suanen. e

eligitur ad eam Fr. Donatus O. M., f g

qui acceptare recuſavit.

(a) B.: *Bernardo*; ad quem extant & hujus Pontificis epiſtolæ 50. & 51. proxime relatæ, & de quo ibi.

(b) URBINI: Etſi in prædicta epiſt. 50. terminus ejus legationis ſit *Romaniola* ad Orientem; tamen Raynaldus ad hunc ann. n. 50. admonet ex Regeſ. Vatic., Pontificem poſtea ejus Provinciæ fines ad *Urbinatam* Diœceſim extendiſſe; & n. 48. refert *Guidonem* Montis Feretri Comitem & Gibellinorum Ducem occupaſſe Urbinum.

(c) MORICO: De quo etiam Ughellus legi poterit to. 3. Ital. Sac., quem Waddingus *Marcum* appellat ad annum 1289. n. 21. edit. 2.

(d) SUANEN.: In Tuſcia Imp. olim, atque tunc uni Rom. Pontifici ſubjecto, nunc & Archiepiſcopo Senenſi in confinio ditionis Pontificiæ, Patrimoniique S. Petri.

(e) DAVID: Cujus mentionem agit cit. Ughellus.

(f) FR. DONATUM DE CASTELLO: Hoc uno monumento notum; ſitque *de Caſtello* cognomen, an patria, mihi, forſan & aliis incompertum; floruit enim nobilis familia *de Caſtello* Mediolani, & Ferrariæ, & alibi, ſi bene memini; & ſi patria, cujuſnam *Caſtelli*, cum hæc plurima ſint in Italia.

(g) M.: *Matthæi* Rubei Urſini Romani.

Digitized by Google

tus & Capitulum ad tractandum de A proviſione ipſius Eccleſiæ iteratò inſimul convenerunt, & poſt tractatum ſuper hoc ab ipſis habitum dicti Capitulum prædicto Præpoſito, & dilecto Filio Ægidio Canonico ejuſdem Eccleſiæ ſuper hujuſmodi proviſione, illâ vice ipſi Eccleſiæ faciendâ tradiderunt ſimilem poteſtatem,

Inde Fr. Nicolaus O. M. aſſumitur, a

qui dirigentes in dilectum Filium *Fratrem Nicolaum de Lavareto* [a] prædicti Ordinis vota ſua, ipſum in Suanen. Epiſcopum elegerunt. Et licèt dictus *Frater Nicolaus* hujuſmodi electioni de ſe factæ a principio conſenſiſſet; demum tamen, cum jam eſſent certi Examinatores a Nobis in ejuſdem electionis negotio in præſentiâ Noſtrâ expoſito deputati, dictis Præpoſito, & Capitulo apud dictum Fratrem Nicolaum, quòd præfatum negotium proſequeretur inſtantibus;

qui & ipſe ceſſit juri electionis;

idem *Frater Nicolaus*, mutato priori propoſito, ſponte ceſſit eidem electioni celebratæ de ipſo, & omni juri ſibi ex electione prædictâ quomodolibet acquiſito. Verùm poſt hujuſmodi ceſſionem, prædictis Præpoſito, & Capitulo, die ad eligendum ſtatutâ, in dictâ Eccleſiâ congregatis, deliberatione præhabitâ, fuit ab eiſdem Capitulo præfato Præpoſito poteſtas conſimilis attributa.

Poſt quem eligitur Fr. Rufinus etiam O.M., b c

Idem verò Præpoſitus dilectum Filium *Fratrem Rufinum* de Mediolano [b] Ordinis ſupradicti familiarem dilecti Filii Noſtri Jordani [c] Sancti Euſtachii Diaconi Cardinalis duxit in Suanen. Epiſcopum eligendum; ſed idem *Frater Rufinus*

qui pariter acceptare renuit.

hujuſmodi electionem de ſe factam noluit acceptare, renuntiando expreſsè ipſi electioni, ac omni juri, ſi quod ex eâ ſibi fuerat acquiſitum. Poſtmodum autem prælibati Præpoſitus, & Capitulum, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe ad tractandum de futuri ſubſtitutione, Prælati, convenientes in unum deliberaverunt ſuper hoc per viam procedere compromiſſi, dictique Capitulum ſæpedicto Præpoſito providendi eâ vice prædictæ Eccleſiæ de Paſtore poteſtatem liberam concorditer conceſſerunt.

Tandem poſtulatur ſupra relatus Moricus,

Sanè memoratus Præpoſitus deliberatione ſuper hoc præhabitâ diligenti, auctoritate conceſſionis hujuſmodi te tunc Canonicum *Aſſiſinatem* Cappellanum Venerabilis Fratris Noſtri . . . [d] Epiſcopi Albanen., ut ſuis verbis utamur, eligendo poſtulavit, & poſtulando elegit; prout melius de jure valeret in Epiſcopum, & Paſtorem Eccleſiæ ſupradictæ; tuque electioni hujuſmodi celebratæ de te tuum præbuiſti conſenſum; dicti quoque Præpoſitus, & Capitulum fecerunt Nobis decretum B ejuſdem electionis per Procuratores ſuos ad hoc conſtitutos ſpecialiter præſentari; & tàm tu, quàm iidem Præpoſitus, & Capitulum, ut electionem ipſam confirmaremus, a Nobis ſuppliciter poſtulaſtis; ac demum propter quoddam dubium incidens in modo electionis ejuſdem, omne jus, quod ex ipsâ electione tibi competebat, ſponte ac liberè in Noſtris manibus reſignaſti. Nos igitur hujuſmodi reſignatione receptâ, de ipſius Eccleſiæ C ordinatione ſollicitè cogitantes; ac illum eidem Eccleſiæ cupientes præfici Pontificem, per quem poſſit eadem Eccleſia ſalubriter gubernari;

quem Pontifex confirmat,

in te direximus oculos Noſtræ mentis, qui de litterarum ſcientiâ, morum maturitate, prudentiâ ſpiritualium, & temporalium providentiâ apud Nos & Fratres Noſtros fidedignorum teſtimoniis commendaris. Quapropter Gregi Dominico ſpeciali volentes diligentiâ providere, de prædictorum D Fratrum conſilio te prædictæ Eccleſiæ præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem; firmâ ſpe, fiduciâque tenentes, quòd eadem Eccleſia per tuæ induſtriæ, ac circumſpectionis ſtudium auctore Domino præſervabitur a noxiis, & adverſis; ac ſpiritualibus, & temporalibus proficiet incrementis.

eique Eccleſiam commendat.

Quocirca Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus a Domino, E ſuſcipiens reverenter, curam & adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ ſic diligenter geras, & ſollicitè proſequaris, quòd ipſa gubernatori circumſpecto, ac fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam; ac bonæ famæ tuæ odor ex laudabilibus tuis actibus latiùs diffundatur; & præter retributionis æternæ præmium bene-

(a) FR. NICOLAUM DE LAVARETO: De *Lonareto* legit Waddingus, ſed male ſub ann.1289.n.21. edit.2., & hic etiam non aliunde notus eſt noſtris.

(b) FR. RUFINUM DE MEDIOLANO: His litteris primo nobis innoteſcentem.

(c) JORDANI: Urſini Rom.

(d) FRATRIS NOSTRI . . . : *Bentivenga* ex Ord. Min. anno 1278. creati.

benevolentiæ Noſtræ gratiam exindè pleniùs conſequaris.

Datum apud Urbemveterem x. Kalendas Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Ut nonnullis Peruſinis *Eccleſ. cenſuris innodatis abſolutionem tribuat per ſe, vel per alios*. (Ex Reges. Vatic. epiſt.43. apud Waddingum ad hunc ann. n.10. Regeſti Pontif., teſtante etiam Raynaldo n.16.)

LIX.

Anno 1284. die 4. Februarii.

MARTINUS &c.

a

Dilecto Filio Fratri Deotaleve [a] de Peruſio *Ordinis Fratrum Minorum Sal., & Apoſtol. Bened.*

b

Narratio de pœnis ſpiritualibus, & temporalibus Peruſinis ob quædam irrogatis,

DUDUM [b] in ... Poteſtatem, ... Capitaneum, Conſiliarios, & certas ſingulares perſonas Civitatis *Peruſinæ excommunicationis*, & in Civitatem ipſam *Interdicti* ſententias ſub certâ formâ, præter alias temporales, & perſonales pœnas [c] per Nos ipſis impoſitas, propter deteſtabiles eorum inobedientias, & notorias contumacias; nec non, & propter graves, & multiplices exceſſus perpetratos, & continuatos diutiùs per eos contra *Fulginates*, & Terras, ac bona ipſorum in Noſtrum, & Eccleſiæ Romanæ contemptum; ſicut in Noſtris continetur proceſſibus; duximus, exigente juſtitiâ, promulgandas. Cum autem Poteſtas, Capitaneus, & alii ſupradicti derelicto indevotionis invio, per quod periculoſiùs aberraverant; ad devotionis ſemitam ſe conſultiùs reducentes, per Syndicum proprium ad hoc ſpecialiter conſtitutum ſuper præmiſſis eceeſſibus juraverint Noſtris, & ipſius Eccleſiæ præcisè ſtare mandatis; & nonnullas de ſatisfaciendo præſtiterint cautiones. Nos licèt contra dictos *Peruſinos*, conſideratis ipſorum gravibus, & notoriis ecceſſibus, ac contumaciis manifeſtis, majorem de jure potuiſſemus exercuiſſe rigorem; tamen ad manſuetudinem Nos potiùs convertentes, ac rememorantes devotionis conſtantiam, qua prædicti *Peruſini* præteritis temporibus erga prædictam Eccleſiam viguerunt; ſperantes quoque, quòd quantò benigniùs ſe a Nobis tractari perciperent, tantò ferventiùs in Eccleſiæ præfatæ devotione conſurgerent; voluimus & Venerabili Fratri Noſtro *G. Corinthien.* Archiepiſcopo [d] per Noſtras litteras [e] ſub certâ formâ mandavimus, ut ipſe ad Civitatem prædictam ſe perſonaliter conferens ſingularibus perſonis Civitatis ejuſdem, ac Diœceſis *Peruſinæ*, cum foret requiſitus ab eis, auctoritate Noſtrâ, juxta formam Eccleſiæ beneficium abſolutionis impenderet; & Venerabili Fratri Noſtro ... [f] Epiſcopo, & dilectis Filiis Clero *Peruſino*, tam Religioſis quorumcumque Ordinum, quàm Sæcularibus, quos de Civitate prædictâ præceperamus exire, redeundi ad Civitatem eamdem; & *Interdicto* relaxato prædicto, ibidem, quæ ad ſuum ſpectant officium, ſicut priùs, exercendi liberam auctoritatem, & licentiam, largiretur, prædictis proceſſibus quo ad omnia alia in proceſſibus ipſis contenta in ſuo robore duraturis. Mandaret quoque *Peruſinis* prædictis ex parte Noſtrâ, quòd infra diem Dominicum, quo cantatur *Lætare Hieruſalem* [g], proximè futurum de dictis pœnis pecuniariis, quas incurrerant; & de illatis damnis, atque injuriis ab aliis contentis in proceſſibus ſupradictis juxta Noſtrum arbitrium Nobis, & eidem Eccleſiæ plenariam ſatisfactionem intenderent. Alioquin prædiceret eiſdem, quòd ſi hoc facere juxta Noſtrum beneplacitum non curarent, ex tunc prædictos Poteſtatem, Capitaneum, Conſiliarios, & alias ſingulares perſonas *excommunicationis* ſententiæ, quam ex tunc in ipſos pertulimus; & prædictam Civitatem *interdicto* Eccleſiaſtico, cui ex tunc ſimiliter ipſam ſubjecimus, voluimus ſubjacere, ita videlicet, quòd ex tunc, ſi ſecus facerent, ſingulares perſonæ in excom-

Marginal notes: c — & de eorumdem Peruſinorum reſipiſcentia. — Quibus Pontifex variis de cauſis condonans — d e — mittit eò Corinthien. Archiepiſcopum, qui eos abſolveret, — f — & Interdictum relaxaret, — modo pecuniarias pœnas ſolverent, & de illatis damnis ſatisfacerent, — g — alioquin nihil pro illis ageret.

(a) Fr. Deotaleve: Per hanc epiſtolam nobis noto; & aliam 171. Clementis IV. *Non intendimus &c.* anno 1268. die 13. Junii datam, ibique relatam; ubi mendoſe dicitur *de Rocelene* al. *De otalive*.

(b) Dudum: Anno 1282. ex epiſt.25. *Diebus iſtis præteritis &c.* die 16. Aprilis Hiſpellatibus data, ibique relata.

(c) Personales pœnas: In prædicta epiſtola expreſſas.

(d) G. Corinthien. Archiepiscopo: *Guillelmo de Morbecca* ex Ord. Prædic. anno 1277. aſſumto ex ſcriptoribus ejuſdem Ordinis.

(e) Per Nostras litteras: Quæ deſunt in Bullario dicti Ordinis Prædicatorum.

(f) Fratri Nostro ...: *Bernardo Cario* ex Ughello to.1. Ital. Sac.

(g) Lætare Hierusalem: Quæ IV. eſt Quadrageſimæ, fuitque eo anno dies 23. Februarii.

Digitized by Google

MARTINUS PP.II. al. IV. An.Ch. 1284.

excommunicationis, & eadem Civitas in *interdicti* ſententias relaberentur. Epiſcopus etiam, & Clerus prædicti de Civitate memoratâ iterum exirent, quæ per proceſſus prædictos hactenus mandabantur eiſdem per omnia ſervaturi. Verùm licèt idem *Archiepiſcopus* mandatum Apoſtolicum in parte ſuper præmiſſis extiterit executus; quia tamen, ſicut aſſeritur, aliqui ex prædictis nondum hujuſmodi abſolutionis beneficium habuerunt: Nos eis, ſicut aliis in hac parte providere volentes, Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnibus illis utriuſque ſexus prædictarum *Civitatis*, & *Diœceſis* dumtaxat, quos ex prædictis inveneris non abſolutos taliter remanſiſſe, cum ab eis fueris humiliter requiſitus, prædictarum litterarum eidem *Archiepiſcopo* directarum per omnia modo & formâ, & conditionibus, ac tenore ſervatis, juxta formam Eccleſiæ auctoritate Noſtrâ per te, vel per alium, ſeu alios *Fratres* tui, & Fratrum *Prædicatorum* Ordinum beneficium abſolutionis impendas; reſcripturus Nobis fideliter quidquid fieri contigerit in prædictis. Non obſtante indulgentiâ &c. [a]

Archiepiſcopus præfatus mandati partem egit, reliquum Pontifex Fr. Deotcleve committit. Obſtanti derogando.

Datum apud Urbemveterem II. Nonas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio [b].

Mandat, ut auxilium præſtet Inquiſitori *contra hæret. pravit. in Provincia Romana*, & *hæreticis*; *eorumque filiis*, *ac nepotibus publica officia non concedat*. (Ex Autographo in Archivo Ord. apud SS. XII. Apoſtolos teſte Petro de Alva, & Supplementi Wadding. Autore ſub ann. 1283. num. 1. non ſine tamen errore.)

LX. Anno 1284. die 26. Februarii.

MARTINUS &c.

Dilecto Filio Nobili viro Annibaldo [c] *Poteſtati* Viterbii [d] *Sal.*, & *Ap. Ben.*

Exordium a cura S. A. pro Miniſtris Fidei Catholicæ.

INter alia, quæ Nobis ex officio Apoſtolatus incumbunt, Nos decet ſolerti diligentiâ providere, quòd damnatam hæreſim ſe adverſus *Fidem* Catholicam extollentem ſeveritate canonicâ deprimamus; Et ideò libenter operoſum ſtudium, & ſtudioſam operam adhibemus, ut Miniſtri Dei, & Eccleſiæ ad perſequendam, & extirpandam peſtem hujuſmodi auctoritate Sedis Apoſtolicæ ordinati proſequendi commiſſum in hac parte ſibi miniſterium liberam abſque impedimenti cujuslibet obice habeant facultatem. Cum itaque dilecto Filio *Fratri Angelo* de Reate [e] Ordinis Minorum Inquiſitori hæreticæ pravitatis ab eâdem Sede in *Romana Provincia* [f] deputato circa executionem eorum, quæ ratione hujuſmodi commiſſi ſibi officii nonnumquam imminere noſcuntur, tui favoris auxilium, tui præſidii fulcimentum ſint non modicum oportuna; Nos diligentiùs attendentes; quòd cum ſis vir Catholicus de genere ortus Catholico [g], te decet ſic erga *Fidei* incrementa fervére, quòd perſecutores hujuſmodi pravitatis favorabiliter proſequaris, & credentes firmiter, quòd ex magnæ devotionis affectu, quem erga Nos, & Apoſtolicam Sedem geris, libenter Noſtris beneplacitis te coarctes, Nobilitatem tuam rogamus, & hortamur attentè, per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus eidem *Inquiſitori* ſuper omnibus, quæ ad prædictum officium Inquiſitionis pertinent, humiliter pareas, & efficaciter obtemperare procures: damnatos, ſeu confeſſione propriâ, vel aliàs de prædicta pravitate convictos, eorumque Filios, & nepotes ad publica officia contra Sanctiones legitimas nullatenus admittendo; mandatum Noſtrum in hac parte taliter implens, quòd tuæ devotionis promptæ ſinceritas poſſit exindè non immeritò commendari.

Fr. Angelus O. M. Inquiſitor hær. prav. indiget Prætoris auxilio, quem Pontifex hortatur, ut illi opituletur, & hæreticos a publicis officiis excludat.

Datum apud Urbemveterem v. Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Exe-

(a) Indulgentia &c. Ut in præmiſſa 8. uſque mentio habeatur.

(b) Hoc anno die 21. Junii hoc idem Pontifex commiſit Fr. *Angelo Peruſino* O. M. per litteras *Contigit hactenus &c.* ut infra.

(c) Annibaldo: Forſan *de Annibaldis* ſpectatiſſima familia Romana.

(d) Viterbii: Tuſciæ Romanæ, & Patrimonii S. Petri capitis.

(e) Fr. Angelo de Reate: Qui poſtea fuit Epiſcopus Nepeſinus, ut infra; non *Auguſtinus*, ut in cit. Waddingi ſupplemento.

(f) Romana Provincia: In qua Viterbium, ut dictum eſt.

(g) De genere ortus Catholico: Nam ſi *de Annibaldis*, paulo ante extiterat *Fr. Annibaldus* ex Ord. Prædicat. S. R. E. Cardinalis de quo Annales ejuſdem Ordinis.

Digitized by Google

A

Executioni teſtamenti Decani Eccleſiæ Turonen. *ſubſtituit aliorum loco*. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt.125. tom.1. ann.3.)

LXI.

Anno 1284. die 15. Martii.

MARTINUS &c.

Dilectis Filiis Johanni Subdiacono Eccleſiæ Sancti Martini Turonen.[a] *&* *Magiſtro Guillelmo de Eſſeyo Cappellano Noſtro Canonico* Carnoten.[b] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Egidius Bonævallis condit teſtamentum,

B

OLim, ſicut accepimus, quondam Magiſter Egidius de *Bonavalle*[c] Decanus Eccleſiæ Turonen. teſtamentum condens in ſuâ ultimâ voluntate, in quo inter alia quædam de bonis ſuis in pios uſus erogari mandavit, Venerabilem Fratrem Noſtrum *Gualterium*[d] Epiſcopum *Pictaven.*[e] Ordinis Minorum tunc Miniſtrum, & Fratrem dicti Ordinis in Regno *Franciæ*, ac te, Fili Magiſter Guillelme, & quondam Magiſtrum Fulconem Archidiaconum in Pontivo in Eccleſiâ Ambianen.[f] executores ejuſdem conſtituit teſtamenti.

& executores illius inſtituit,

C

Verùm prædicto Fulcone viam univerſæ carnis ingreſſo, dictoque *Epiſcopo* poſt curam ſuſceptam Pontificalis Officii, executionem dicti teſtamenti gerere recuſante, nondum præfati Teſtatoris intentio extitit adimpleta.

quorum unus decedit, alter impeditur;

Nos igitur volentes ſuper hoc de opportuno remedio providere, te, Fili Subdiacone, in executione dicti teſtamenti loco dictorum *Epiſcopi*, & Archidiaconi duximus ſubrogandum, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ad executionem hujuſmodi faciendam juxta diſpoſitionem prælibati Teſtatoris abſque moræ diſpendio efficaciter procedatis.

& Pontifex injungit, ut ſupra.

D

Datum apud Urbemveterem Idibus Martii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Mandat inquiri contra quoſdam Clericos Caſtri Zangati *in Pontificem, & Rom. Eccleſiam obloquutos*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt.227. tom.2. ann.3.)

LXII.

Anno 1284. die 18. Martii.

MARTINUS &c.

Dilecto Filio Magiſtro Andreæ Spiliati[g] *Cappellano Noſtro, Campaniæ, Maritimæque* Rectori[h] *Sal., & Apoſt. Benedictionem*.

Rectoris Campaniæ, Maritimæque delatio

PRidem, ſicut ex ſerie litterarum Nobis transmiſſarum a dilecto Filio Nobili Viro Johanne *de Epa*[i] Capitaneo Exercitus Romanæ Eccleſiæ in *Campania*, & *Maritima*[k] generali accepimus; eo ad depopulationem terrarum, & bonorum *Adinulphi* Mathiæ de Anagnia tunc rebellis Noſtri, & Romanæ Eccleſiæ procedente[l]; dum contra homines Caſtri *Zangati*[m], ubi dictus *Adinulphus* certam portionem Dominii Vaſſallorum, & Proventuum ipſius Caſtri habere dicitur, hoſtiliter impugnaret; Clerici Eccleſiæ Sancti Johannis ſitæ prope ipſum Caſtrum Præneſtinæ Diœceſis; ubi tunc quidam *Fratres Minores*[n] Vicarii, ut credebat, Venerabilis Fratris Noſtri ...[o] Epiſcopi *Præneſtini* dicebantur morari; contra Noſtrum & Eccleſiæ Romanæ honorem in nonnulla ignominioſa, & deteſtabilia verba dicuntur præſumptione damnabili prorupiſſe; propter quod dictus Epiſcopus de mandato Noſtro præfatum ſuum Vicarium, & nonnullos Clericos ejuſdem Eccleſiæ fecit coram Noſtro conſpectu comparere; qui licèt juraverint Noſtris ſtare mandatis, & ſuper præmiſſis plenam dicere veritatem; quia tamen per depoſitiones eorum, quos per dilectum Filium *B.*[p] Camerarium Noſtrum

de Clericis S. Jo. Zangat.

in Pontificem, & Rom. Eccleſiam obſequentibus

quos Pontifex ad ſe vocari fecit,

(a) Turonen.: Vulgo *Tours* in Gallia Celtica ad fluvium Ligerim Archiepiſc.

(b) Carnoten.: Al. *Carnuten.* vulgo *Ciartres* in eadem Gallia Epiſc. tunc ſub Archiepiſcopo Senonen., nunc Pariſienſi ſubjectus in Belſia Provincia.

(c) Bonavalle: Oppidulo Galliæ in agro Carnutenſi ad Lædum fluvium.

(d) Gualterium: Patria Brugenſem in Flandria, & Doctorem Pariſien., de quo Waddingus in Annal., & in lib. de Scriptor. Ord. Min.

(e) Pictaven.: In Gallia anno 1279. promotum, ut ibi vidimus ex epiſt.138. Nicolai III.

(f) Ambianen.: Vulgo *Amiens* in Picardia veteris Belgii regione.

(g) Andreæ Spiliati: Ad quem eſt 18. epiſtola hujus Pontificis *Inter alias Provincias &c.*

(h) Rectori: Anno 1282. die 27. Januarii conſtituto ex cit. 18. epiſt.

(i) Jo. de Epa: Gallo natione, de quo dixi ad epiſtolam 2. hujus Pontificis (b) *Cum in Provincia &c.*

(k) Maritima: Anno 1281. & 1282. Rector erat Provinciæ *Flaminia* ex cit. 2. epiſtola (b), nunc autem *Campaniæ* & *Maritimæ*, Flaminiæ vero ei ſucceſſorem datum ſcimus *Guidonem de Montforti* anno 1283. ex Raynaldo num.48.

(l) Procedente: Raynaldus ad ann. 1283. n.48. ex Vatic. Regeſ. tradit, ab eo pacatam *Campaniam*, atque *Adinulphum* ad Fruſinonem Eccleſiæ reſtituendum adactum.

(m) Zangati: Al. *Zancati* ad flumen Saccum inter Palianum ad Orientem, & Valmontonis ad Occaſum poſiti, ubi miraculum patraſſe S. P. Franciſcum refert Waddingus ad ann.1228. n.58., & dicit *Zachantum*.

(n) Fratres Minores: Hic aliqua deſunt, cum ſenſus ſit abruptus; v. g. *familiares*, vel *pro negotiis*.

(o) Fratris Nostri ...: *Hieronymi* Aſculani ex Ord. Min., qui poſtea fuit *Nicolaus IV.*

(p) B.: *Bernardum* ex aliis Pontificiis epiſtolis.

Digitized by Google

Martinus PP. II. al. IV. An. Ch. 1284.

& mandat id quod ſupra.

ſtrum examinari fecimus, per eaſdem depoſitiones, quas tibi ſub ſuo ſigillo tranſmittit incluſas, Nobis ad plenum liquére non potuit de præmiſſis; Volumus, & præſentium tibi tenore mandamus, quatenus ſuper iis, & aliis hujuſmodi negotium contingentibus, de quibus videris expedire, ſecundum formam examinationis tranſmiſſæ tibi per eumdem Camerarium, inquiras per te, vel per alium diligenter, & ſollicitè veritatem; & quidquid inde inveneris, Nobis per tuas litteras harum ſeriem continentes ſtudeas fideliter intimare; ut exindè pleniùs informati poſſimus circa præmiſſa procedere, ſeu præcipere, prout viderimus expedire.

Datum apud Urbemveterem xv. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Dent operam, ut Portugalliæ *Rex cum Prælatis ſui Regni ſe æquitati accommodet, ac tum initam a Sede Apoſtol. concordiam confirmatum iri*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 11. apud Raynaldum ad hunc annum num. 26., & ſeqq.)

LXIII.

Anno 1284. die 25. Martii.

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri... [a] *Epiſcopo* Legionen. [b], *& dilectis Filiis*... *Decano*, *&*.... *Archidiacono de Ledeſma Salamantin.* [c] *Diœceſis Sal.*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

Expoſitio Præſulum Portugalen.

EX parte Venerabilium Fratrum Noſtrorum..... [d] Archiepiſcopi *Bracharen.*, & Epiſcoporum Regni *Portugalliæ* [e] fuit propoſitum coram Nobis, quòd nonnulli ex ipſis unà cum prædeceſſoribus aliorum contra quondam *Alfonſum* [f] Portugalliæ Regem ſuper injuriis, & gravaminibus, quæ ſibi, Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis in derogationem Eccleſiaſticæ libertatis; nec non Conciliis, & habitatoribus Regni Portugalliæ per eumdem Regem, & ſuos irrogata, & irrogari dicebant, coram fel. record. Clemente [g] quondam, & poſtmodum coram recolendæ memoriæ Gregorio [h] Summis Pontificibus prædeceſſoribus Noſtris tàm illos, quàm nonnullos alios *Articulos* obtulerunt; ſuper quibus eumdem Regem, ut injurias, & gravamina, quæ ſeriatim exprimuntur in illis, jam eis illata corrigeret, & in futurum a ſimilibus abſtineret per varias Apoſtolicas ſub certâ formâ litteras obtinuere moneri: & demum idem prædeceſſor Gregorius reputans præmiſſis ſuper hoc monitionibus paritum non fuiſſe, ſuper prædictis quandam proviſionem, ſive ordinationem de Fratrum ſuorum conſilio edidit diverſarum pœnarum, & ſententiarum *excommunicationis*, & *interdicti* adjectione vallatam [i], eamque tam ab ipſo Rege, quàm ab ejus ſucceſſoribus in Regno prædicto ſtatuit, & decrevit in perpetuum obſervandam. Et quia nec dictus Rex eam obſervaverat, nec *Dionyſius* Rex Portugalliæ ipſius Alfonſi Filius [k], & in dicto Regno ſucceſſor obſervare curabat [l]; idem Regnum, quod per eoſdem Prælatos dudum antea ex certis cauſis fuerat *interdictum*, per eandem præfati prædeceſſoris Gregorii proviſionem, ſive ordinationem Eccleſiaſtico *interdicto* ſubjectum extitit, & exiſtit; & præfatus Rex Dionyſius *excommunicationis* ſententiâ innodatus non abſque gravi animarum periculo, quæ proinde jam diutiùs Divinorum Sacramentorum ſunt participatione privatæ. Propter quod Archiepiſcopo, & aliquibus ex Prælatis aliis ſupradictis cum eodem Rege *Dionyſio* convenientibus ad pa-

de eorum geſtis contra Regem pro libertate Eccleſ.

de ea re Gregorii X. ordinatio,

quam Rex, ejuſque filius obſervare negligunt,

ob id Regnum, & Rex cenſuris Eccl. ſupponuntur.

Præſules cum Rege tractant concordiam,

(a) Ven. Fratri...: N.

(b) Legionen.: Vulgo *Leon di Spagna* caput Regni Legionen. ſub Archiepiſcopo Compoſtellano.

(c) Ledesma Salamantin.: Vulgo *Salamanca* veteris Caſtellæ Civitas, in cujus agro extat *Ledeſma* Oppidum vino celebre, quod Vaſæus cenſet eſſe *Bletiſam*.

(d) Ven. Fratrum Nostrorum...: *Tellii* ex Ord. Min. anno 1278. a Nicolao III. promoti, ut ibi viſum eſt ex epiſt. 18. die 6. April. data.

(e) Episcoporum Regni Portugalliæ: Tunc Portugalen. Conimbrien. Viſen. Lamacen. Aurien. Tuden. Lucen. Aſturicen., & Mindonien., Ulyſſiponen., Egitanien., Silven., ac Elborenſis; quorum *Egitanien.* ex Ord. Minor. erat.

(f) Alfonsum: De quo dictum eſt non ſemel in 1. hujus Operis tomo.

(g) Clemente: Hujus nominis *IV.*, de qua re legi poterit Raynaldus ad ann. 1268. n. 38. & ſeqq.

(h) Gregorio: X. hujus nominis, cujus litteras ad Regem Alfonſum reprehenſionis apud cit. Raynaldum legimus ad ann. 1273. n. 25. & 26. relatas.

(i) Vallatam: Quam vulgavit præfatus Raynaldus ad ann. 1275. n. 21. & ſeqq., & nos 106. Conſtit. Gregorii X. hujus voluminis.

(k) Filius: Et S. Eliſabethæ maritus.

(l) Curabat: Hinc extat & Joannis XXI. epiſt. ad eumdem Regem de his rebus apud cit. Raynaldum ad ann. 1277. n 12. & 13., & Rex anno 1279. moriens teſtamento mandavit omnia, quæ abſtulerat, reſtitui; illataſque Eccleſiis injurias reſarciri; ut ex eodem Raynaldo ad eum ann. n. 29.

Digitized by Google

A pacis & concordiæ inter ſe tractatum habendum, præfati articuli dicto Regi Dioniſio in ſuâ generali Curiâ quàm pluribus Religioſis, Baronibus, Militibus, & nonnullis de Communitatibus Regni ejuſdem ad hoc in eâdem Curiâ congregatis, exhibiti, & coram eo lecti plenè, plane, & diligenter expoſiti extiterunt: idemque Rex *Dionyſius* de conſenſu & auctoritate ipſius Curiæ, & Conſiliariorum ſuorum ad eoſdem articulos ſingulariter

B liberâ & ſpontaneâ voluntate reſpondit Archiepiſcopo & Prælatis eiſdem acceptando reſponſiones ipſius, ſi ſuper hoc Apoſtolicæ Sedis interveniret aſſenſus [a]. Memoratis itaque Prælatis & Rege Dionyſio petentibus per Nos hujuſmodi tractatum, ſive compoſitionem inter eos habitam confirmari, & firmari taliter, quòd robur perpetuum obtineret: Nos reſponſiones prædictas diſcuſſimus, & invenimus nonnullas ex eis, & ſi forſan in pluribus juri conſonas, captioſis tamen ad-

C jectionibus involutas, quas in formam redigi fecimus juri conformem, & omnis captionis expertem, ut ei, ſi petitum fuerit, abſque conſcientiæ ſcrupulo, prout expedire videbitur, beneficium confirmationis accedat: reliquas verò defectivas comperimus, nec juris auctoritate munitas, ſed ab omni cenſurâ diſcordes &c. [b]

ſi ei Sedes Apoſtol. aſſentiretur.

Pontifex non omnia probat.

Datum apud Urbemveterem VIII. Kal. April., Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Contra Petrum Aragonium *Inſulæ Siciliæ incubatorem, Siculoſque rebelles jubet prædicari* Crucem, *privilegia, & indulgentias concedens*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 99. tom. 1. ann. 4., teſte etiam Waddingo ad hunc ann. num. 24. ſed ex epiſt. 22. Regeſ. Vatic.)

MARTINUS &c.

Dilectis Filiis . . . Priori Prædicatorum, & . . . . Miniſtro Minorum Fratrum Ordinum Provincialibus Sardiniæ, *&* Corſicæ [c] *Sal., & Apoſtol. Benedictionem*.

LXIV.

Anno 1284. die 4. Junii.

Exordium.

SOLEBAT hactenus Mater Eccleſia contra Infideles ſuos perſecutores, & Fidei fidelium mentes profundis excitare clamoribus, exhortationibus invitare ſedulis, & ipſorum ſuffragia implorare. Clamabat anxia conſiderationis obtutibus eminus inimicos aſpiciens, anxiabatur quaſi parturiens perſecutionem Populi Chriſtiani ſentiens e longinquo. Nunc autem in eo graviori anxietate poſitâ, quo graviùs ſentit cominus infeſtos diræ perſecutionis aculeos, & infeſtatur duriùs e vicino de propriâ liberatione ſollicitâ vocem tantò profundioris clamoris exaltat; tantòque amariores ſolitis moleſtias depromere cogitur in auribus Filiorum, quantò æſtimare poteſt amariùs, debetque ferre moleſtiùs per degeneres Filios, quos ſibi per regenerationis lavacrum generaverat, impeti; quoniam per eos, quos adhuc Paganorum cæcitate detentos unitati Eccleſiæ ipſius, & Fidei unda Baptiſmatis non univit. Ecce ſiquidem, ſicut in omnem ferè Orbis angulum creditur diffamatum, ille iniquitatis Filius *Petrus* [d] quondam *Rex*

D *Aragonum*, velut in contemptum damnabili temeritate deducto, quod ratione Regni Aragoniæ ipſi Eccleſiæ a claræ memoriæ . . . . [e] Avo ipſius *Petri* oblati, & cenſualis tàm ab illo, quàm ab aliis ejus prædeceſſoribus [f] conſtituti ad fidelitatis debitum, ad quod idem Avus ipſum, ſicut & ſuos cæteros in Regno ſuc-

Exponit Petri Aragoniæ Regis occupationem, ſeu uſurpationem Siciliæ.

cujus Regnum cenſuale erat Eccleſiæ Rom.

(a) Assensus: Extat, inquit Raynaldus ad hunc ann. 1284. n.28., in Pontif. Regeſto libellus, in quo illatæ Eccleſiaſticæ rei injuriæ recenſentur, atque ad ſingula pene capita Dionyſius negat illatas fuiſſe, ac elaboraturum, ne poſt hac inferantur: atque ad illius libelli calcem ſinguli adjecti ſunt *articuli*, quibus a Dionyſio hactenus factum ſatis non fuerit, nimirum &c. quæ apud eumdem videri poſſunt.

(b) Discordes &c. Subjungit Pontifex ſupradictis ea, quæ ibi notata ſunt. Verum cum a Pontifice reſponſiones omnes Regis non approbatæ eſſent nulla concordia ſecuta eſt, ſed demum ſub *Nicolao IV.*, ut ibi videbitur ex diplomate *Occurrit noſtra &c.* anno 1289. Nonis Martii dato, in quo hæc *epiſtola* integra refertur.

(c) Sardiniæ et Corsicæ: Hæc epiſtola directa eſt *Miniſtro* Ord. Min. Provinciæ *Tuſciæ*, cujus *Sardinia* erat 8. & ultima *Cuſtodia* ex diſtributione Provinciarum & Cuſtodiarum Ordinis noſtri anno 1260. Narbone in Comitiis Gener. facta, & ex 15. epiſtola Honorii IV. *Ad extirpandam &c.* anno 1285. die 18. Octobris ſcripta: In *Corſica* vero uſque ad annum 1331. *nullus Religioſorum locus exiſtit præterquam in Caſtro Bonifacii Ordinis Prædicatorum unus tantum locus*: inquit Joannes XXII. in epiſt. *Sperantes in Domino &c.* eo anno Kal. Decembris emiſſa apud Waddingum legenda; ut ipſe opponat ad eum annum 21., cui ſuo tempore & loco reſpondebitur.

(d) Petrus: Filius Jacobi, cui anno 1276. defuncto ſucceſſit in Regnum Aragoniæ, & Valentiæ; obiitque anno 1285. die 8. Novembris apud Villam Francam ex Mariano lib. 14. cap. 9. ſepultus in Cœnobio *S. Crucis*, prope Oppidum ex eodem *in loco Fratrum Minorum*, quorum Guardianus ejus Sacrament. confeſſionem auſcultaverat ex Fr. Salinbene Parmen. in Chron. Ms. pag. 459., qui ait obiiſſe in *Villanova* nempe Confluentis Diœceſis Elnenſis in Pirenæis.

(e) Claræ memoriæ: *Petro* ſub Innocentio III. ex Annal. Eccleſ.

(f) Prædecessoribus: Quod habet & epiſt. apud Raynaldum ad ann. 1283. n. 20.

Digitized by Google

A ſucceſſores eodem, oblationis hujuſmodi tempore obligarat; Nobis, & ipſi Eccleſiæ tenebatur; de procedendo in *Africam* prætento colore [a], concinnatis dolis, & inſidiis machinatis, contra Nos, eamdem Eccleſiam, & cariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum *Carolum* Siciliæ Regem Illuſtrem, nullâ diffidatione [b] præmiſsâ, quod proditionis non caret notâ, procedens poſt infandas crudelitates rebellium *Siculorum*, quas Noſtri proceſſus ſuper hoc habiti ſerioſiùs B exprimunt [c], Inſulam *Siciliæ* Terram peculiarem ipſius Eccleſiæ, licet jam memorato Siciliæ Regi rebellem, adhuc tamen ejuſdem Eccleſiæ recognoſcentem dominium, & nomen publicè invocantem [d], militum, & peditum catervâ ſtipatus invadere, ac occupare præſumpſit; & in illâ ejuſdem Eccleſiæ pacem turbans gravem contra eam ſeditionem excitans; graviterque Populum concitans in eam temeritatis prorupit audaciam, quòd C præfatis rebellibus monitionibus, inhibitionibus, pœnarum comminationibus factis, & *excommunicationis*, ac *interdicti* ſententiis promulgatis a Sede Apoſtolicâ contra dictos rebelles, complices, & fautores eorum vilipenſis omnino, favens, eoſque fovens apertè, ſe illorum Ducem conſtituit [e], & aurigam, regium in Regno Siciliæ nomen uſurpans, ſe *Regem Siciliæ* nominans, D & gerere pro Siciliæ Rege præſumens, ac dictis rebellibus, aliiſque Regni ejuſdem Incolis ratione Uxoris ſuæ [f], Filiæ quondam *Manfredi* olim Principis Tarentini, natorumque communium ſe falsò teneri confingens. Cum ſit notorium, eumdem *Manfredum*, poſteroſque ſuos a ſucceſſione dicti Regni Siciliæ non ſolum per maculam illegitimæ ipſius Manfredi nativitatis excluſos, ſed & per privationis ſententias contra quondam *Fridericum* olim Romanorum Imperatorem ipſius Manfredi, ut dicitur, Genitorem per fel. rec. Innocentium Papam Quartum in Lugdunenſi Concilio [g]; & poſtmodum ſpecialiter contra ipſum Manfredum ſuper omnibus, quæ in Regno habebat eodem, per piæ memoriæ Alexandrum Papam [h] prædeceſſores Noſtros exigentibus ipſius *Manfredi* demeritis promulgatas, eſſe penitùs alienos. Per hæc autem, & alia, quæ dicti proceſſus pleniùs continent, idem *Petrus* memoratus rebelles, & præcipuè Meſſanenſes adeo in ſuâ malitiâ offirmavit, quòd licèt ante ipſius *Petri* in Inſulâ memoratâ præſentiam humiliter Venerabilem Fratrem Noſtrum *Gerardum* Epiſcopum Sabinen. in partibus illis Apoſtolicæ Sedis Legatum [i], & Nuntios ſuos admitterent; poſtmodum tamen admittere denegarunt [k]. Et quamquam variis monitionibus, inhibitionibus, pœnarum indictionibus factis, & ſententiis ſimilibus latis ſpecialiter contra eum, & adjectis nihilominus contra rebelles eoſdem, ipſos a cæptâ malitiâ ſtuduerimus revocare, peremptoriè citantes eoſdem, ut a præmiſſis deſiſtentes omninò, infra tempora, quæ ipſis pro peremptorio aſſignavimus termino, ad Noſtra, & ipſius Eccleſiæ mandata redirent. Alioquin contra ipſum *Petrum* ad exponendum Regnum *Aragoniæ*, ac alias Terras tempore illo ejus, & ad ipſum privandum eiſdem; nec non & contra dictos rebelles ex tunc prout videremus expediens, procedere curaremus Vaſſallis ipſius *Petri* a fidelitatis juramento, quo tenebantur eidem, nihilominus abſolutis [l]; ipſi tamen *Petrus* & rebelles exhiben-

Margin notes: ſpretis Eccleſ. cenſuris occupat Siciliam, — ratione uxoris, — cujus tamen pater, poſterique ejus jus non haberent ad illam — etiam Rom. Pontificum definitione. — Comminationes in Petrum, & Siculos.

(a) Prætento colore: Ità ſenſit, ſcripſitquè Ptolom. Lucen. Hiſt. Eccl. lib.24. cap.5. a nonnullis ſequutus; ſed Caffarus, qui eo tempore Annales Genuenſes ſumma diligentia continuabat, tradit expeditionem in Affricam a Petro ſuſceptam ante Siculorum rebellionem a quodam Saraceno invitato, in quam rem ei pariter *Decima* Eccl. indulta fuerat; in Affricam appulſum Petrum, & ſpe ſibi a Saraceno facta fruſtratum varia cum Saracenis prælia iniiſſe, quibus attritum Romam pro auxilio miſiſſe: Interim legationem a Siculis ad eum ſuperveniſſe ſubſidium contra Carolum Regem petentem.

(b) Diffidatione: Seu belli indictione, ac denunciatione per feciales.

(c) Exprimunt: Ut & litteræ ejus in Panormitanos apud Raynaldum ad ann.1282. num.13. & ſeqq.; & 1283. num.15.

(d) Invocantem: Quod & Pontifex ſcribit in litteris apud cit. Raynaldum ad ann.1283. num.19.

(e) Constituit: Anno 1282. die 30. Auguſti ex Anonymo Siculo a Martene vulgato.

(f) Uxoris suæ: *Conſtantia* S. Eliſabethæ Reginæ Portugaliæ genitricis.

(g) Lugdunen. Concilio: I. anno 1245. celebrato.

(h) Alexandrum Papam: *IV.* hujus nominis.

(i) A. S. Legatum: Anno 1282. nonis Junii ex epiſt. apud Raynaldum n.20.

(k) Denegarunt: Idipſum dixerat in cit. litteris apud Raynaldum 1283. n.19., Meſſanenſes tamen *non tantam crudelitatem exercuerunt in Gallicanos, ſed nudaverunt eos armis, & bonis ſuis, & remiſerunt ad Dominum ſuum*: inquit Autor *Memorialis Poteſtatum Regienſium* eo tempore ſcribens.

(l) Absolutis: Diplomate a Raynaldo ad annum 1283. n.15. & ſeqq.

Digitized by Google

quibus contemtis,

bentes ſe contumaces, horum omnium contemptores, nec præmiſſæ citationi parére, nec a ſuâ perverſitate deſiſtere curaverunt; ſed ſuæ iniquitati adjicientes aſſiduè, non ſine occiſione multorum, & ſtrage ad reliquas partes ejuſdem Regni Siciliæ occupandas varias multiplicaverunt inſidias, & conatus multiplices extenderunt: dictuſque *Petrus*, ut nihil omitteret in perſecutionem Noſtram, & ipſius Eccleſiæ intentatum, ad pacificum ſtatum Urbis Patrimonii Beati Petri, aliarumque Terrarum ipſius Eccleſiæ, nec non & aliarum Partium Italiæ ſubvertendum, & Urbem, Terras, & Partes eaſdem a Noſtræ obedientiæ debito avertendas, ſicut ex multorum fidâ relatione percepimus, nunc per Nuntios, nunc per litteras variis machinationibus nitebatur, & nititur; ac nixibus fraudolentis inſtitit, & inſiſtit, ut Nos, & ipſam Eccleſiam non ſolum in præfato Regno *Siciliæ* opprimat, & in aliis omnibus pro ſuâ conceptâ contra Deum, Nos, & ipſam Eccleſiam iniquitate conculcet. Horum, & majorum exceſſuum *Petri*, ac rebellium prædictorum, quos velut notorios parciùs voto vitandæ prolixitatis attingimus, continuatione; iidem *Petrus*, & rebelles Nos, & eamdem Eccleſiam ex tunc vexabant, & adhuc vexare non deſinunt; eorumdem vexationibus continuatis impetebant, & impetunt, Noſque impetiti continuè non immeritò anxiamur, maximè autem anxietatibus Noſtris adjiciebant, & inceſſanter adjiciunt totius Chriſtianitatis conſiderata diſpendia; dum *Terræ Sanctæ* per hæc impedito ſubſidio, conſideramus non ſine amaritudine nimiâ *Terram* ipſam deſperationis periculo, immò & perditionis exponi; & recuperationem Imperii *Romaniæ*, quam Palæologi ſubtractio, & dicti Regis Siciliæ [a] ad eam proſequendam nota diſpoſitio paratam, & facilem veriſimiliter offerebant, proh dolor! abſque ſpe proximæ facultatis ſimilis impediri. Tantas itaque Patris, & Matris anguſtias, devotionis Fratres & Filii, ante oculos mentis expandite; ipſaſque piâ meditatione penſantes Religionis Chriſtianæ damna tam gravia nobiſcum amaro animo deplorate, advertiteque prudenter, quantis ſit *Petri*, & rebellium eorumdem perſecutio plena periculis; quanta diſcrimina ſecum trahat, quæ cum in ſui principio ſic negotia Chriſti, ſic commoda Chriſtianitatis impediat, ſi ultra procederet; ſi, quod abſit, de occupatione dicti Regni *Siciliæ* iniquum ſuum deſiderium obtineret, omnis humani remedii ſpem in illis ſaltem ad tempora multa præcideret; omniſque labor non ſolum a fel. record. Gregorio Papa Decimo prædeceſſore Noſtro, ſuiſque Fratribus, ſed etiam ab Eccleſiâ Univerſali aſſumptus, & ipſorum expenſæ profuſæ ad idem *Terræ* præfatæ ſubſidium præparandum, omni fruſtrarentur effectu. Nec minus diligenter attendite, quòd recuperatio ejuſdem Regni *Siciliæ*, ac reformatio ſtatus Terrarum Eccleſiæ ſæpefatæ ſi circa hæc, quod Deus avertat, ipſorum *Petri* & rebellium præfati conatus procederent; labores, & ſumptus, quorum, ut certa pericula quæ vobis exindè ſpecialibus ſpiritualiter, & temporaliter imminerent; quæve poteſt Diſcretio veſtra prudenter advertere, taceamus; tanquam devoti Filii vicem maternam filiali pietate dolentes eſſe non poſſetis expertes, longè majores, longè graviores exigerent, quàm inpreſentiarum defenſio eorumdem. Ad propulſandam ſanè tam grandis perſecutionis tanquam infeſti perſecutoris inſtantiam, & tantam nequitiam reprimendam, neceſſitate cogente, varios modos, ac vias exquirere; diverſaque remedia cogitare, illud præcipuum Nobis juſtitia, & ipſius *Petri* demerita obtulerunt, ut juſtè viribus debilitatis ipſius, idem ſic diſtraheretur ad multa, quòd eum minorem ad ſingula inveniri contingat. Ipſo itaque nec in præfato termino, nec poſtmodum ad Noſtra, & Eccleſiæ redeunte mandata, immò nec per ſe, aut Nuntium, vel litteras ſuam excuſante contumaciam; ſed Nos, eamdem Eccleſiam, & proceſſus Noſtros contumaciter contemnente, cæptaſque contra Nos, & dictam Eccleſiam injurias, & offenſas continuè aggravante; Nos Regnum *Aragoniæ*, Terraſque cæteras eo tempore di-

Tentavit Statum & Terras Eccleſiæ ab obedientia Pontificis avellere.

Detrimenta Chriſtianis, Terræ Sanctæ, & Imperio Romaniæ illata.

Apoſtrophe ad Fratres

de damnis Eccleſiæ univerſæ, ac Terræ Sanctæ imminentibus.

Ad propulſandam Petri perſecutionem

(a) Regis Siciliæ: *Caroli*, qui jam anno 1281. expeditionem in Palæolegum meditabatur cum filiam Catharinam Philippo Balduini II. Imperatoris Conſtantinop. Filio deſpondiſſet.

Digitized by Google

Ipſum Petrum ſe privaſſe Regno, Regiſque titulo ſignificat, a

ejuſque Regnum ab aliis occupandum expoſuiſſe,

Siculos vero rebelles cenſuris Eccleſ. perculſiſſe,

& mentem ad Regis Franciæ prolem convertiſſe,

cti *Petri* de Fratrum Noſtrorum conſilio exponentes modo ſubſcripto, *ipſum Petrum* tunc Regem Aragonum ipſis Regno, & Terris, regioque honore ſententialiter juſtitiâ exigente privavimus [a]; & privantes expoſuimus eadem Regnum & Terras occupandam Catholicis, de quibus, & prout prædicta Sedes Apoſtolica duceret providendum; in eiſdem Regno & Terris, prætacto ejuſdem Romanæ Eccleſiæ jure ſalvo; ſicut hæc omnia per Nos habiti ſuper iis de Fratrum ipſorum conſilio proceſſus, & lata ſententia ſerioſiùs manifeſtant. Contra memoratos verò rebelles eorum exigente contumaciâ dictos proceſſus, prout eorum antedictam ſententiam, & poſtmodum habitorum ſeries manifeſtiùs indicat diverſimodè curavimus aggravare. De utili verò, & efficaci executione privationis, expoſitionis, & occupationis hujuſmodi, cum eiſdem Fratribus deliberatione præhabitâ de ipſorum conſilio deliberationis ejuſdem dreximus exitum ad ſingularem poſt Deum earumdem Fidei, & Eccleſiæ defenſorem, ad Chriſtianiſſimum, videlicet genus Chariſſimi in Chriſto Filii Noſtri *Philippi* Franciæ Regis Illuſtris; ipſorumque Regis & Generis, ſuique inclyti Regni ſinceram fidem ad Deum, conſtantem devotionem ad ipſum, & Eccleſiam, grandemque potentiam attendentes, aliquem de ipſius Regis Franciæ Filiis, alio tamen ab eo, qui ſibi eſt in dicto Regno Franciæ ſucceſſurus, ad occupandum dictum *Aragoniæ* Regnum, & Comitatum *Barchinoniæ*, qui eſt de Terris expoſitis, quæ olim fuerant dicti *Petri*, Miniſterio dilecti Filii Noſtri Johannis [b] tituli Sanctæ Cæciliæ Presbyteri Cardinalis, nunc dictæ Sedis Legati, auctoritate Apoſtolicâ, quam ſibi per Noſtras ſub certâ formâ litteras [c] de ipſorum Fratrum conſilio plenè in hac parte commiſimus, voluimus provideri; & ipſum ad id faciendum ſingulariter deputari. Memorato igitur Rege Franciæ de Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Baronum ejuſdem Regni Franciæ hujuſmodi acceptante, ac aſſumente negotium, & ad præmiſſa Chariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum *Carolum* [d] Aragoniæ ac Valentiæ Regem Illuſtrem ſecundo genitum natum ſuum, de Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Baronum ipſorum eligente conſenſu idem Cardinalis de ipſo juxta formam ſibi traditam ad eadem facienda providit, & eum ad illa ſingulariter deputavit. Cæterum habet exceſſuum *Petri* [e], ac rebellium eorumdem non quævis, immò gravis, & enormis adjectio, quòd ipſi Fidem Catholicam, ejus perſecutores protegendo, graviter perſequuntur; & dictam *Terram* Noſtri Redemptoris ſanguine rubicatam in grandem Redemptoris ipſius injuriam & offenſam non ſolum prædicto modo ejus impediendo ſubſidium, ſed & aliàs apertiùs & acerbiùs perſecutionibus infeſtis impugnant. Siquidem poſt ingreſſum *Petri* ejuſdem in Inſulam memoratam, paſſim inibi, ſicut per Inquiſitores Hæreticæ pravitatis accepimus, receptantur Hæretici; & ne iidem Inquiſitores, quibus propter *Petri*, & eorumdem rebellium malitiam illuc non eſt tutum accedere, contra eos procedere valeant; proteguntur, protectique in ejuſdem Fidei derogationem horrendam quotidie multiplicantur, & pullulant liberè, perverſis ſuis perſuaſionibus ſimplicium animas ſubvertentes. *Terræ* quoque præfatæ, cui de dictâ Inſulâ præcipuum ſolet in victualibus provenire ſubſidium, idem *Petrus* & ſui Miniſtri ſuffragio ubi dictorum aſſiſtente rebellium miniſtrari aliqua victui neceſſaria non permittunt; per quorum ſubtractionem gravi etiam Incolis dictæ *Terræ* gravatis ediâ, quibuslibet aliis defenſioni ejus in multitudine, quàm ipſius neceſſitas exigit in illis partibus inſiſtendi facultas adimitur, & adempta ſibi per conſequens neceſſaria copia defenſorum, *Terra* eadem ſe arbitrio inimicorum expoſitam non indignè deplorans, præſertim cum dicto Petro hujuſmodi ſuis perverſitatibus inſiſtente ſubveniri, ut expediret, non

Carolus ſecundogenitus Regis Franciæ declaratur Rex Aragoniæ, & Valentiæ. d

Alia Petri & Siculorum crimina exaggerat. e

(a) PRIVAVIMUS: Anno 1283. 21. Martii diplomate apud cit. Raynaldum n.15. & ſeqq. legendo.
(b) JOHANNIS: Coletti Gallo.
(c) LITTERAS: Ab eodem Raynaldo ad ann.1283. n.25. & ſeqq. vulgatas.
(d) CAROLUM: Valeſiorum, Carnuti, & Andegaven. Comitem.
(e) HABET EXCESSUUM PETRI: Partem hujus epiſtolæ ab hoc loco uſque ad illa: *undecunque originem traxerint, concedatis*, al. *largiaris*: vulgavit Raynaldus ad hunc annum n.2. & 3. datam eodem die *Gerardo Epiſcopo Sabinen. A. S. Legato*.

non poſſit eidem contra impios tantæ ſuæ perſecutionis, tam iniquè, tam evidentis expoſitionis actores, conſueta remedia ſuæ defenſionis implorat. Et quidem nil dubium, quin prædictarum ſit Fidei, & *Terræ* ſubventio ipſis contra tanta diſcrimina ſubvenire. Nil dubium ipſarum agi negotium, dum eorumdem diſcriminum actoribus obviatur; quòdque qui agnitam Fidem Chriſti perſequitur, cenſendus eſt infideli deterior, qui eam ullo unquam tempore non agnovit. Et ideo earumdem Fidei, & *Terræ* negotium contra eos, quos ut præmiſſa perhibet gravior quàm Infideles culpa commaculat, proſequentes illud opportunis, & conſuetis decrevimus auxiliis adjuvandum.

Mandat Pontifex id, quod ſupra.

Quocirca Devotioni veſtræ præſentium auctoritate committimus, & mandamus, quatenus ad relevanda prætacta Chriſtianæ Fidei, Chriſtianitatiſque diſpendia, & longè majora pericula quæ Fidei, Terræ, ac Eccleſiæ, totique Chriſtianitati prædictis ex ipſorum *Petri* & rebellium nefandis conatibus, niſi Divino, & dicti Regis Siciliæ, aliorumque Fidelium Chriſti compeſcantur auxilio, imminent propulſanda; conatuſque hujuſmodi taliter compeſcendos, quòd illorum impedimentis profligatis omnino, ipſarum Fidei, Eccleſiæ, Terræ, Chriſtianitatiſque negotia, Deo auſpice, feliciter proſperentur;

In Inſulis Sardiniæ & Corſicæ.

in omnibus Terris *Sardiniæ*, & *Corſicæ*, contra *Petrum*, rebelleſque prædictos prædicetis per vos, & prædicari faciatis per alias perſonas idoneas præcipué veſtrorum Ordinum verbum *Crucis*; & eam quibuslibet recipere volentibus, undecumque originem traxerit, concedatis. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordiâ & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate, ac illâ, quam ipſe Nobis licet immeritis ligandi, atque

Indulgentias Crucesignatis contribuendo.

ſolvendi contulit poteſtate confiſi, omnibus illis, qui ſigno ejuſdem vivificæ *Crucis* aſſumpto per annum in perſonis propriis, & expenſis, vel in perſonis propriis, & alienis expenſis negotium hujuſmodi proſequentur; quoſve in ejus proſecutione infra annum mori contigerit; ac

A illis etiam, qui pro qualitate ſui ſtatus, & pro ſuarum juribus facultatum ad dictum negotium proſequendum, per idem tempus idoneos miſerint Bellatores, aut ſubventionem aliam exhibuerint; veſtro, vel eorum, quibus hæc commiſeritis, arbitrio acceptandam.

ac aliis ſubſidium porrigentibus,

Illis quoque, qui *Decimam* per triennium eidem Siciliæ Regi conceſſam pro toto eodem triennio primo anno exſolverint, illam ſuorum peccaminum, de quibus corde B contriti, & ore confeſſi fuerint, veniam indulgemus, quæ concedi transfretantibus in *Terræ Sanctæ* ſubſidium ſecundum Lateranen. ſtatuta Concilii [a] conſuevit. Hujuſmodi quoque Indulgentiæ volumus eſſe participes juxta quantitatem ſubſidii, & devotionis affectum omnes, qui ad ſubventionem hujuſmodi negotii de bonis ſuis aliàs congruè miniſtrabunt. Volumus inſuper, & diſtrictè præcipimus, quòd tàm vos, quàm illi, C quibus hujuſmodi prædicationis officium duxeritis committendum, in præmiſſis ſitis ſolliciti, & attenti, nec in illorum executione quiſquam veſtrum alium impediat, vel perturbet.

& obſtantibus derogando.

Non obſtante aliquâ Indulgentiâ Fratribus ipſorum Ordinum ab eâdem Sede ſub quacumque verborum formâ conceſsâ, quòd Apoſtolica mandata ſuſcipere, vel exequi per litteras Apoſtolicas, in quibus de D indulto hujuſmodi mentio non habetur, minimè teneantur; vel ſi aliquibus, quòd excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non valeant forſitan ſit indultum, & quibuslibet aliis Indulgentiis, Privilegiis, ſeu litteris ab eâdem Sede obtentis, per quæ prædicta impediri, vel differri poſſint, & de quibus ſpecialem oporteat in præſentibus fieri mentionem.

Datum apud Urbemveterem II. Nonas Junii, Pontificatus Noſtri Anno E Quarto [b].

Ut Fr. Leonardus O. M. fieri poſſit Epiſcopus Tricaricen. *ſine licentia ſuæ Provinciæ Miniſtri*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 17. apud Waddingum ad hunc annum num. 11. Regeſti Pontif.)

 MAR-

(a) Lateranen. ... Concilii IV. anno 1215. celebrati ſub Innoc. III.

(b) Waddingus ſupracitatus tradit, Pontificem non tantum Præfectis Provin. *Sardiniæ*, & *Corſicæ*, ſed etiam *Galliarum*, aliarumque Provinciarum has litteras miſiſſe, quod quidem veriſimile eſt.

MARTINUS PP. II. al. IV. An. Ch. 1284.

LXV.

Anno 1284. die 5. Junii.

MARTINUS &c.

Venerabili Fratri ...[a] *Epiſcopo* Sabinen. *Apoſtolicæ Sedis Legato*[b] *Salutem*, *&* *Apoſt. Bened.*

Epiſcopi Sabinen. A. S. Legati expoſitio de Tricaricen. Eccleſia vacante, & de duorum in diſcordia electione. Electis juri cedentibus, Electores compromittunt ſe arbitrio Archiepiſcopi Acheruntini, qui prædictum Fr. Leonardum aſſumit. Provinciæ Genuen. alumnum, at a Superioris ſui licentia petenda diſſitum.

EX parte tuâ Nobis extitit intimatum, quòd nuper *Tricaricen.* Eccleſiâ[c] per obitum bonæ memoriæ P.[d] Tricaricen. Epiſcopi Paſtoris ſolatio deſtitutâ, quædam pars Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ dilectum Filium *A. de Turbio*[e], reliqua verò pars Canonicorum ipſorum dilectum Filium *J. de Bendino*[f] Monaſteriorum Abbates in *Tricaricen.* Epiſcopum in diſcordiâ elegerunt. Verùm eiſdem Abbatibus renuntiantibus in manibus Venerabilis Fratris Noſtri .... Acheruntini Archiepiſcopi[g] loci Metropolitani hujuſmodi electionibus de ſe factis; Capituloque prædictæ Eccleſiæ compromittentibus concorditer, & unanimiter ſuper celebrandâ electione hujuſmodi in Archiepiſcopum prælibatum, idem Archiepiſcopus auctoritate hujus compromiſſi de dilecto Filio *Fratre Leonardo*[h] Ordinis Fratrum Minorum Pœnitentiario tuo, tuiſque obſequiis inſiſtente prædictæ *Tricaricen.* Eccleſiæ duxit canonicè providendum. Cum autem dictus *Frater Leonardus*, cui non eſt liberum abſque ſui ſuperioris permiſſionem, ſuum ad hoc præbere conſenſum; a Provinciâ *Januen.*, undè idem Frater exiſtit, adeò diſtare dicatur[i], quòd ſuum Provincialem Miniſtrum ipſius Provinciæ, a quo ſecundum ipſius Ordinis ſtatuta[k], & ſpecialem Indulgentiam Sedis Apoſtolicæ[l] eidem Ordini ſuper hoc conceſſam, eſſet poſtulanda licentia proviſionem hujuſmodi acceptandi; non poſſit adire commodè pro licentiâ hujuſmodi obtinendâ; tu *Fratrem* ipſum de Religionis honeſtate, ac multiplicium muneribus gratiarum commendans, Nobis per tuas ſpeciales litteras ſupplicaſti, ut eidem *Fratri* licentiam ipſam concedere dignaremur. Nos itaque de tuâ circumſpectione providâ plenam in Domino fiduciam obtinentes Fraternitati tuæ præſentium auctoritate concedimus, ut ſi conſideratis diligenter circumſtantiis univerſis, quæ ſuper præmiſſis fuerint attendendæ, ſecundum Deum, & utilitatem ejuſdem Eccleſiæ id noveris faciendum, aliudque canonicum non obſiſtat; Inſtitutis, & Indulgentiâ non obſtantibus prælibatis, eidem *Fratri Leonardo* licentiam ſuper hoc concedere valeas opportunam.

Pontifex a petitione dictæ licentiæ diſpenſat, obſtantibus derogando.

Datum apud Urbemveterem Nonis Junii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto[m].

Peruſinis *petentibus abſolutionem a cenſura Eccleſ. tribuat, & referat*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 83. tom. 1. ann. 4.)

LXVI.

Anno 1284. die 21. Junii.

MARTINUS &c.

Dilecto Filio Fratri Angelo *de Peruſio*[n] *Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apoſt. Benedictionem.*

Peruſini contra Fulginates inimice agunt, & a Pontifice cenſuris Eccl. innodantur.

CONTIGIT hactenus, quòd propter graves, & multiplices exceſſus perpetratos, & continuatos diutiùs per dilectos Filios ... Poteſtatem, ... Capitaneum, Conſilium & Commune *Peruſin.* contra *Fulginates*, & Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, & terras, ac bona ipſorum; Nos, exigentibus eorum culpis, & contumaciis, in eoſdem ... Poteſtatem, ... Capitaneum, Conſiliarios, & certas ſingulares perſonas ipſorum Civitatis *excommunicationis*, & in Civitatem ipſam *interdicti* ſententias promulgavimus[o]; & ipſis nonnullas pœnas

(a) Ven. Fratri ... : *Gerardo* Blanco Parmenſi alias memorato.

(b) A. S. Legato : In Regnum Siciliæ anno 1282. nonis Junii a Pontifice per diploma apud Raynaldum ad eum annum num. 20. & ſeq.

(c) Tricaricen. Ecclesia : Lucaniæ in Baſilicata ſub Acheruntino Archiepiſcopo.

(d) P. : *Petri*, de quo Ughellus to. 7. Ital. Sac.

(e) De Turbio : Cujus Abbatiæ mentio abeſt ab Annal. Benedict.

(f) De Bendino : Al. *Bantino*, de qua veteri Abbatia Diœceſis Acheruntinæ agit cit. Ughellus, Baronius, & Mabillonius.

(g) Acheruntini Archiepisc. : *Petri de Archia* ex Ughello to. 8. Ital. Sac.

(h) Fr. Leonardo : Provinciæ Genuen. alumno, ut infra; ſed cujus Cœnobii, ac patriæ, ignoratur.

(i) Adeo distare dicatur : Erat enim in Apulia cum Card. Legato.

(k) Ordinis statuta : Quæ quando edita, tacent Annales.

(l) Indulgentiam S. A. : Ab Innocentio IV. anno 1252. datam, & incip. *Petitio tua &c.* & ab Alexandro IV. confirmatam.

(m) Hic anno 1301. translatus eſt a Boniſ. VIII. ad Archiepiſcopatum *Arboren.* in Sardinia ex Vico, & Ughello to. 7. Ital. Sac. in Epiſc. Tricaric.

(n) Fr. Angelo de Perusio : Hactenus nobis ignoto.

(o) Promulgavimus : Anno 1282. ex epiſt. 21. *Diebus iſtis &c.* eo anno die 16. April., & 51. *Dudum in Poteſtatem &c.* hoc anno 1284. die 4. Febr. datis.

Digitized by Google

nas pecuniarias infliximus; ac etiam inter alia privavimus illos omnibus privilegiis, indulgentiis, gratia, feudis, bonis, caſtris, villis, poſſeſſionibus, nemoribus, pratis, lacu, juribus, vel juriſdictionibus, quæ a Romanâ, vel aliis tenent Eccleſiis, vel Monaſteriis. Judices quoque ſpecialiter, ac Tabelliones judicatus, ac tabellionatus officiis; alios inſuper ſingulares Civitatis ejuſdem omnibus officiis, ita quòd in Poteſtates, vel Capitaneos, aut Rectores, vel ad quodcumque aliud officium, vel regimen Civitatum, Caſtrorum, vel locorum ubilibet non poſſent aſſumi; & ſi aſſumerentur, etiam aſſumentes eſſent *excommunicationis* ſententiâ innodati; & quamdiù tales præeſſent, Civitates, Caſtra, & loca prædicta, quæ ſic ipſos reciperent, *interdicto* Eccleſiaſtico ſubjacerent; mandata inſuper, præcepta, ordinationes, & ſtatuta, omneſque proceſſus, quæ facerent, & ſententias, quas ferrent; ac quicquid penitùs in contractibus, & obligationibus, ſive in quibuſcumque aliis actibus agerent ſic aſſumpti, nulla, irrita, & vacua eſſent; ac nihilominus inſtrumentis, quæ dicti tabelliones ex tunc facerent in judiciis, vel extra, nulla fides foret aliquatenus adhibenda. Præterea mandavimus *Interdictum* hujuſmodi per Venerabilem Fratrem Noſtrum ... Epiſcopum, & dilectos Filios Clerum Peruſin. tam Religioſos, quàm Seculares obſervari; & eiſdem ... Poteſtati, ... Capitaneo, Conſilio, aliiſque perſonis eorum Civitatis, niſi dumtaxat *Baptiſmum* parvulis, & *pœnitentiam* morientibus, Sacramenta Eccleſiaſtica nullatenus miniſtrari; & demum eorum contumaciis excreſcentibus, Epiſcopum, & Clerum eoſdem de Civitate ipſâ exire, ad illam ſine Noſtrâ licentiâ nullatenus reverſuros ſub certis modis, & formis, prout in Noſtris proceſſibus pleniùs continetur. Et tandem ipſis ad mandata Noſtra humiliter redeuntibus, Nos ad eos, & illorum Civitatem miſericordiæ gratiam convertentes mandavimus præter alia ſub certâ formâ *Interdictum* hujuſmodi relaxari; & ſingulares perſonas præfatæ Civitatis, & Diœceſis Peruſin. a prædictâ ſententiâ *excommunicationis* abſolvi; ac prædictis Epiſcopo & Clero redeundi ad Civitatem eamdem, ac ibidem quæ ad ſuum ſpectant officium, exercendi liberè ſicut priùs, licentiam ad certum tempus fecimus elargiri. Poſtmodum autem ..... Poteſtas, ... Capitaneus, Conſilium, & Commune prædicti Noſtris beneplacitis per amplioris devotionis ſtudia coaptantes, & pro ſatisfactione injuriarum, & exceſſuum prædictorum, in quantum Nos, & Eccleſiam prædictam contingunt, per dilectum Filium *Simonem Guidalotti* Concivem, & Syndicum eorum ad hoc ſpeciale, ac plenum mandatum habentem, ſatisfactionem plenariam exhibentes ſupplicarunt Nobis humiliter, ut eoſdem Noſtros proceſſus, & ſententias relaxare, ac pœnas, privationes, & condemnationes, quas propter præmiſſa incurriſſe noſcuntur, remittere; ac ipſos ad ſtatum priſtinum reducere dignaremur. Nos autem more pii Patris offenſarum immemores, ubi ad hoc pœnitentiæ ſignis congruentibus invitamur, ut in devotione, quam ad Nos, & prædictam Eccleſiam repromittunt, efficiantur promptiores; immò rememorantes potiùs devotionis conſtantiam, qua erga prædictam Eccleſiam ab antiquis temporibus viguerunt; & damna plurima, & incommoda, quæ pertuliſſe dicùntur conſtanter in devotione ipſius Eccleſiæ perſiſtentes; ipſis paternæ benignitatis affectum liberaliter exhibemus. Ipſorum igitur ſupplicationibus inclinati per alias Noſtras litteras eiſdem *Epiſcopo*, & Clero morandi liberè ſicut priùs in Civitate prædictâ; & ibidem, quæ ad ſuum ſpectant officium, exercendi licentiam elargimur; & præfatas ſententias, ac prædictos, & omnes alios proceſſus Noſtros tàm ſpirituales, quam temporales in præmiſſis hac occaſione habitos, quatenus illos, Civitatem, Diœceſim, Diſtrictum, Territorium, & & eorum Juriſdictionem contingunt; nec non privationes, pœnas, condemnationes, quoad ipſos, & alios, qui eorumdem Diœceſis, Diſtrictus, Territorii, & Juriſdictionis exiſtunt, auctoritate Apoſtolicâ ex certâ ſcientiâ totaliter remittimus, ac etiam relaxamus; & a prædictis ſententiis, pœnis, privationibus, & condemnationibus ipſos, & alios eorumdem Diœceſis, Diſtrictus, Territorii, & Juriſdictionis nihilominus abſolventes,

aliiſque pœnis mulctantur.

Interdictum ab omnibus obſervari jubetur;

Epiſcopum vero, & Clerum e Civitate exire.

Quibus demum reſipiſcentibus

tolluntur cenſuræ ſub certa forma.

Cives Pontifici ſatisfactionem exhibent,

& Pontifex placatur.

Epiſcopus, & Clerus revocantur in Civitatem,

& pœnæ omnes relaxantur,

Digitized by Google

MARTINUS PP.II. al. IV. An.Ch. 1284.

tes, eoſdem ... Poteſtatem, ... Capitaneum, Conſilium, ac Commune, & eorum Civitatem ad prædicta privilegia, & ad priſtinum ſtatum Apoſtolici favoris & gratiæ, quo erant ante hujuſmodi mota diſcordia inter eos, & *Fulginates* prædictos; Judices quoque, ac Notarios, & alios ſingulares prædictos ad reintegrationem ſui ſtatus reſtituimus de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis. Per hujuſmodi autem remiſſionem, relaxationem, abſolutionem, & reſtitutionem non intendimus juribus memoratæ Eccleſiæ quæcumque alias in prædictis, & prædictorum quolibet haberet, in aliquo derogare; nec prædictis *Fulginatibus*, Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis, ac aliis damna paſſis per prædictas abſolutionem aliquod præjudicium generari, quominus ſuper damnis ipſis per eoſdem ... Poteſtatem ... Capitaneum, Conſilium, & Commune, & de eorum mandato illatis teneantur plenariè ſtare juri. Ut igitur ſaluti cujuslibet prædictorum per providentiam dictæ Sedis pleniùs conſulatur, ita quòd nulli ex prædictis expertes gratiâ manſuetudinis Noſtræ remaneant; per Apoſtolica tibi ſcripta mandamus, quatenus illis de Civitate, Diœceſi, Diſtrictu, & Territorio prædictis, quos prædictâ *excommunicationis* ſententiâ ligatos, & ab eâ nondum abſolutos inveneris, cum ab eis & eorum quolibet fueris humiliter requiſitus, hac vice juxta formam Eccleſiæ per te, vel alium, ſeu alios beneficium abſolutionis impendas [a], reſcripturus Nobis fideliter quicquid in hac parte duxeris faciendum; non obſtante Indulgentiâ &c. [b]

ut tamen Fulginatum damna reſarciantur.

Mandat Pontifex, ut ſupra,

cum obſtantis derogatione.

Datum apud Urbemveterem XI. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Fr. Petrum Ord. Min. in Epiſcopum Vibergen. *ordinatum, vel intruſum mandat citari ad Sedem Apoſtol. pro recipienda ſententia.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. Honorii IV. epiſt. 6. anni 1.)

MARTINUS &c.

LXVII. Anno 1284. die 22. Junii.

Venerabili Fratri ... [c] *Epiſcopo* Ripenſi [d] *Salutem, & Apoſt. Bened.*

EXPOSUERUNT Nobis dilecti Filii Magnus & Johannes Canonici Eccleſiæ *Vibergen.* &c. [e]

Datum apud Urbemveterem X. Kalendas Julii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Pallium tranſmittit Epiſcopo Trojano *ex Ordin. Min. concedendum, ſi ex privilegio ei deberetur.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 50. tom. 1. ann. 4.)

MARTINUS &c.

LXVIII. Anno 1284. die 20. Decembris.

Venerabili Fratri G. [f] Sabinen. *Epiſcopo Apoſtolicæ Sedis Legato* [g] *Salutem, & Apoſtol. Bened.*

SICUT ex Fraternitatis tuæ litteris [h] Nobis nuper tranſmiſſis accepimus, quod vacante diebus iſtis Eccleſiâ *Trojana* [i] Paſtore, Capitulum ipſius Eccleſiæ Religioſum virum *Fratrem Rogerium* [k] de Ordine Fratrum Minorum in eorum Epiſcopum concorditer elegerunt; cujus electionem confirmans ipſum poſtmodum in Epiſcopum conſecraſti. Verùm cum memoratus Epiſcopus una cum Capitulo ſuo ad petendum a Sede Apoſtolicâ *Palleum* [l], quòd, ſicut prædictæ tuæ litteræ continebant, ex ſpeciali privilegio Sedis ejuſdem *Trojanus* Epiſcopus, qui eſt pro tempore, a Sede ipsâ debet, & conſuevit habere [m], Bartholomæum de Aria-

Litteras ſui Legati memorat

de Fr. Rogerio O. M. electo Trojano,

& ab eo conſecrato,

qui pro Pallio ad Sedem Apoſt. miſit

(a) IMPENDAS: Hoc idem Pontifex iniunxerat etiam *Fr. Deotaleve* Peruſino O. M. hoc ipſo anno die 4. Februarii per litteras *Dudum in Poteſtatem &c.* ſupra relatas pro illis tamen perſonis *Civitatis, & Diœceſis dumtaxat*; huic autem etiam pro illis *diſtrictus, & territorii*, ſeu juriſdictionis.

(b) INDULGENTIA &c. Ut in Bulla 8. uſque *mentio habeatur*.

(c) VEN. FRATRI ...

(d) RIPEN.: De qua civitate, ac Epiſcopatu Daniæ dictum eſt in 2. hujus Operis tomo pag. 25.

(e) WIBERGEN. &c. Adeatur epiſt. 1. Honorii IV. *Dilectus filius Mag &c.* anno ſequenti die 5. April. data, in qua hæc epiſtola integra refertur.

(f) G.: *Gerardo* Blanco paulo ante memorato.

(g) A. S. LEGATO: In Regno Siciliæ cis, & ultra Pharum.

(h) LITTERIS: Quæ ad nos non pervenerunt.

(i) TROIANA: In Apulia, Neapolitanoque Regno, de qua in epiſt. 156. Nicolai III. *Licet continuata &c.* anno 1280. die 3. Maji (b).

(k) FR ROGERIUM: Noſtris hucuſque ignotum, ac ſucceſſorem *Fr. Raynerii* etiam Ord. Min. anno 1280. promoti.

(l) PALLEUM: Pro *Pallio* more illorum temporum Achiepiſcopis proprio, ac nonnullis etiam Epiſcopis ex privilegio conceſſo.

(m) CONSUEVIT HABERE: De qua re conſulendus eſt Ughellus to. 1. Ital. Sac., qui in Trojan. Epiſc. habet, Nicolaum III. anno 1278. *Hugoni* Epiſcopo ex Ord. Prædicat. aſſumto poſt ſuam confirmationem *Pallium* tranſmiſiſſe ex epiſt. 130. Regeſ. Vatic. incip. *Cum Pallium &c.* dat. Viterbii II. Nonas Auguſti Pontif. anno 1.

Digitized by Google

Ariano [a] Trojanum Canonicum ad Noſtram præſentiam deſtinarunt; idemque Canonicus hujuſmodi *Palleum* cum devotione, & inſtantiâ debitâ coram Fratribus Noſtris a Nobis duxerit poſtulandum. Nos cum eodem Epiſcopo benigniùs in hac parte agere intendentes, *Palleum* ipſum de corpore Beati Petri ſumptum, cum eâ, qua decuit, inſtantiâ poſtulatum tibi per ſupradictum Bartholomæum, recepto ab ipſo corporaliter juramento, quòd illud tibi fideliter præſentabit, providimus tranſmittendum; Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus prædictum privilegium tibi faciens exhiberi, ſi tibi eo diligenter inſpecto legitimè conſtiterit, quòd *Palleum* ipſum tradi debeat Epiſcopo memorato; illud juxta formam, quam ſub *Bulla* Noſtrâ tibi mittimus intercluſam [b], auctoritate Noſtrâ liberaliter aſſignes eidem, recepturus ab eo pro Nobis & Romanâ Eccleſiâ fidelitatis ſolitæ juramentum ſecundum formam aliam, quam tibi ſub eâdem *Bulla* [c] duximus tranſmittendam. Alioquin eodem *Palleo* apud te fideliter conſervato, hujuſmodi negotio ſuperſedere procures.

Pontifex illud Legato tranſmittit

Epiſcopo aſſignandum, ſi ex privilegio ei deberetur.

Datum Peruſii XII. Kalendas Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Narnienſibus *ad Eccleſiæ mandata reverſis abſolutionem a cenſuris Eccleſ. impendat*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 122. tom. 2. anni 4.)

LXIX.

Anno 1284. die 21. Decembris.

MARTINUS &c.

Dilecto Filio Fratri Monaldo [d] *Ordinis Fratrum Minorum* Inquiſitori *Hæreticæ pravitatis in adminiſtratione* Beati Franciſci [e] *a Sede Apoſtolica deputato Sal.*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

Narnien. Civium expoſitio

EX parte ... Poteſtatis, Conſilii, Officialium, ac Hominum Civitatis, & Diœceſis *Narnien.* [f] fuit Nobis expoſitum, ut cum ipſi ſuper *excommunicationis*, & *interdicti* ſententiis, ac certis pœnis pecuniariis, quas pro eo quòd contra mandatum Apoſtolicum ſub certâ formâ per ſpeciales & diverſas Noſtras litteras eis factum, & alias etiam Hominibus *Peruſinis*, & eorum ſequacibus tunc in rebellione Sedis Apoſtolicæ perſiſtentibus contra Homines de *Fulgineo* [g] dederunt auxilium, conſilium, & favorem, incurriſſe noſcuntur; per ... Syndicum eorum legitimum ad hoc ſpecialiter conſtitutum præcisè ſtare juraverunt Noſtris beneplacitis & mandatis; ſicque per eos de hujuſmodi pœnis juxta Noſtrum beneplacitum Noſtræ Cameræ ſatisfactum, ipſos a dictâ *excommunicatione* abſolvi, & *interdictum* hujuſmodi relaxari per diſcretum aliquem miſericorditer mandaremus. Nos itaque more pii Patris volentes benigniùs agere cum eiſdem, ac ſatisfactionem hujuſmodi acceptantes, eos a præfatis pœnis pecuniariis præſentium auctoritate abſolvimus, & quitamus [h], tibi, de cujus circumſpectione confidimus, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus auctoritate Noſtrâ præfatum *interdictum* relaxans, eiſdem ... Poteſtati, Conſiliariis, Officialibus & Hominibus dictæ Civitatis, & Diœceſis *Narnien.* cum ab ipſis requiſitus fueris per te, vel alium, ſeu alios a præfatâ *excommunicationis* ſententiâ beneficium abſolutionis impendas juxta formam Eccleſiæ conſuetam, & injungas eis pœnitentiam ſalutarem. Nos autem non intendimus per quitationem, abſolutionem, & relaxationem hujuſmodi eiſdem hominibus de *Fulgineo* aliquod præjudicium generari, quominus ſuper damnis illatis eiſdem prædicti Narnienſes, & homines ejuſdem Diœceſis teneantur plenariè ſtare juri.

de cenſuris, & pœnis eis inflictis

ob Fulginates Peruſinis adhærendo impugnatos:

ſed pœnis ſolutis,

a cenſuris orant abſolvi,

Mandat Pontifex ut ſupra,

ut tamen Fulginatibus ſatisfiat.

Datum Peruſii XII. Kalendas Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Mona-

(a) Ariano: Civitate olim Hirpiſcorum, nunc Principatus ulterioris in colle difficili Epiſc. ſub Archiepiſcopo Beneventano, a qua Metropoli 12. circiter mill. paſ. diſtat.

(b) Interclusam: Sed minime nobis exſcriptam.

(c) Bulla: Etiam a ſcribis prætermiſſa.

(d) Monaldo: Ille fortaſſe, qui anno 1288. factus eſt Epiſcopus *Civitatis Caſtellanæ*, ut habet Ughellus to.1. Ital.Sac., & Waddingus ad illum ann. n.37. edit.2.

(e) In administratione B. Francisci: Seu Provincia *Umbria*, & Ducato Spoletino.

(f) Narnien.: In Umbria 15. mill. paſ. olim a civitate Caſtellana, & 7. ab Interamna diſtantis, nunc Caſtellana civitas ab Interamna 30. mill. diſtat.

(g) De Fulgineo: De qua hoſtili re conſulas epiſt.59. paulo ante relatam.

(h) Quitamus: Ideſt quietos reddimus, & ſecuros.

Digitized by Google

Monaſterium de Cuſtodia B. M. V. *ſub protectione Sedis Apoſtol. ſuſcipiat, exemptum a cujuſvis juriſdictione declaret, cenſum annuum imponat; numerum Sororum taxet, eique Regulam Monialium* Humilitatis B. V. *attribuat*. (Ex Vatic. Reges. in diplomate 15. Nicolai IV. incip. *Ex parte veſtra &c.* an.1288.die 27.April.vulgato .)

LXX. Anno 1285. die 8. Januarii.

MARTINUS &c.

Dilecto Filio Johanni *Sanctæ Cæciliæ Presbytero Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato Sal.*, *& Ap. Ben.*

LECTA Nobis dilectarum in Chriſto Filiarum nobilium mulierum *Ælidis* quondam Johannis de Caſtillione &c. [a]

Datum Perusii vi. Idus Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Cauſam inter quoſdam Antiſtites, & Fratres Ord. Humiliatorum *cognoſcant, & cognita ad Sedem Apoſtol. tranſmittant*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt.61.to.1.an.4.)

LXXI. Anno 1285. die 8. Januarii.

MARTINUS &c.

Dilectis Filiis . . . Priori Prædicatorum, ac . . . . Miniſtro Minorum Fratrum Ordinum Lombardiæ, *&* Januen. *Provinciarum* [b], *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

FF Humiliatorum Lombard. delatio

PETITIO dilectorum Filiorum . . . Magiſtri, & Capituli Generalium Ordinis *Humiliatorum* [c], nec non Præpoſitorum, Prælatorum, & Conventuum domorum ejuſdem Ordinis *Mediolanen.*, *Cuman.*, *Brixien.* [d] Civitatum, & Diœceſum Nobis exhibita continebat, quòd olim inter ipſos, & Venerabiles Fratres Noſtros . . . . [e] Archiepiſcopum *Mediolanenſem*, . . . *Cumanum* [f] & . . . [g] *Brixien.* Epiſcopos ſuper eo, quòd quilibet eorumdem Archiepiſcopi, & Epiſcoporum in domibus ipſius Ordinis conſiſtentibus in ſuis Civitatibus ac Diœceſibus viſitationem exercere ſe poſſe proponit; nec non, & quibuſdam aliis *articulis* orta materia quæſtionis; fel. rec. NICOLAUS PAPA [h] prædeceſſor Noſter dilectos Filios Noſtros Mathæum [i] S. Mariæ in Porticu primo, & tandem, poſtquam coram eo inter Religioſos, & Epiſcopos, & Prælatos in causâ hujuſmodi litis conteſtatio legitimè facta fuit, J. [k] Sancti Euſtachii Diaconos Cardinales dedit in dictâ causâ Partibus auditores. Verùm inter Religioſos, & Archiepiſcopum memoratos lite in causâ ipsâ coram eodem J. Cardinali legitimè conteſtatâ; tandem dicto Prædeceſſore viam univerſæ Carnis ingreſſo [l]; Nobiſque poſtmodum ad apicem Apoſtolatus aſſumptis, factis coram eodem J. Cardinali quibuſdam poſitionibus hinc, & inde, ac ad eas reſponſionibus ſubſecutis, formatis articulis, & coram ipſo J. Cardinali exhibitis; tandem Procuratoribus Archiepiſcopi, & Epiſcoporum prædictorum a dicto Cardinali ex quodam gravamine ad Nos appellantibus, Nos Venerabilem Fratrem Noſtrum O. [m] Tuſculanum Epiſcopum in causâ appellationis hujuſmodi prædicto J. Cardinali Auditorem duximus adjungendum; coram quibus in causâ appellationis ipſius diutiùs litigato, dicti *Religioſi* Nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum ipſi quoſdam Teſtes ſenes, & valetudinarios, de quorum morte, vel abſentiâ diuturnâ timetur, ad fundandam intentionem ſuam ſuper principali habeant producendos; nec adhuc eadem appellationis cauſa, quæ per duos annos duravit, & amplius, terminata exiſtat; providere ipſis, ac eorum Ordini ſuper hoc ex officio Noſtro paternâ diligentiâ curaremus. Nos itaque ipſorum ſupplicationibus inclinati, ne prædictis Religioſis fortuitis caſibus ſuper hoc probationis copia ſubtrahatur; & propter hoc juri eorum in hac parte deperire contingat; Diſcretioni veſtræ per

contra Antiſtites

eos viſitare volentes;

quibus Pontifex dat Auditores,

cauſaque agitatur,

& Antiſtites ad S.A. appellant,

Humiliati vero ſupplicant pro teſtibus.

(a) DE CASTILLIONE &c. Videatur cit. diploma Nicolai IV *Ex parte veſtra &c* in to.4. hujus Operis relatum num. 15., in quo hæc epiſtola *Martini* integra refertur.

(b) PROVINCIARUM: Eo tempore *Lombardia*, & *Genuenſis* una erat *Provincia* pro Ordine Prædicatorum, duæ vero pro illo FF. Minorum, ut & modo.

(c) ORDINIS HUMILIATORUM: De quibus, eorumque ſuppreſſione dictum eſt in primo hujus Operis tomo.

(d) ET BRIXIEN.: Omnes *Lombardiæ* civitates.

(e) FRATRES NOSTROS . . . .: *Othonem* magnum *Vicecomitem*, qui ab anno 1261. uſque ad 1295. ſedit ex Ughello to.4. Ital. Sac.

(f) CUMANUM: Sed melius *Comenſem*, cui Eccleſiæ præerat *Joannes Advocatus* ab anno 1274. uſque ad ann. 1295. ex cit. Ughel. to.5.

(g) ET . . .: *Berardum* Modium de quo cit. Ughellus to.4. habet ſediſſe ab anno 1275. uſque ad ann. 1308.

(h) NICOLAUS PAPA: *Tertius* hujus nominis.

(i) MATTHÆUM: *Rubeum* Urſinum Rom.

(k) J.: *Jordanem* Urſinum Rom.

(l) INGRESSO: Anno 1280 die 22. Auguſti.

(m) O.: *Ordeonium* de quo alias actum eſt.

Digitized by Google

Pontifex injungit pro illis, ut ſequitur.

per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus per vos, vel per alios ad hoc idoneos, teſtes hujuſmodi ſuper prædictis articulis, quos vobis ſub *Bulla* Noſtrâ mittimus interclusos, denuntiantes primò per vos, vel per alium, aut alios Archiepiſcopo, & Epiſcopis memoratis, ut receptioni dictorum teſtium, ſi velint, interſint; ac ſuper denuntiatione hujuſmodi confici facientes publica inſtrumenta, infra decem menſium ſpatium a receptione præſentium prudenter recipiatis, & examinetis etiam diligenter dicta omnium Teſtium prædictorum fideliter in ſcriptis redacta, ſub veſtris ſigillis incluſa, ad Noſtram præſentiam transmiſſuri. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratiâ, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eccleſiaſticam appellatione ceſſante cogatis; præter quam ſuper criminibus veritati teſtimonium perhibere. Non obſtante Indulgentiâ &c.[a]

Clauſulis appoſitis.

Datum Peruſii VI. Idus Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto[b].

Committit cognitionem Epiſcopi Bergen. *ad Archiepiſcopatum* Nidroſien. *electi, ut ex ea decernant præficiendo, vel ad aliam electionem inducendo*. (Ex Reges. Vatic. Pontif. Honorii IV. epiſt.2. anni 1.)

LXXII.

Anno 1285. die 18. Januarii.

MARTINUS &c.

Dilectis Filiis .... Abbati Monaſterii Sanctæ Mariæ de Tuta Inſula[c] Nidroſien. *Diœceſis Ciſtercien.*, *&* .... *Priori Prædicatorum Nidroſien.*[d], *ac*...*Guardiano FF. Minorum* Bergen.[e] *Ordinum Salutem, & Apoſt. Bened.*

MILITANTI Eccleſiæ diſponente Domino licet immeriti præſidentes circa curam omnium &c.[f]

Datum Peruſii XV. Kalendas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Civibus Caſtellanis *ſententias cenſurarum Eccleſ. relaxet, ſi pœnas pecuniarias Eccleſiæ Rom. perſolverint*. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 149. tom.2. ann.4.)

LXXIII.

Anno 1285. die 29. Januarii.

MARTINUS &c.

Dilecto Filio .... Guardiano Fratrum Minorum Civitatis Caſtelli[g] *Sal.*, *& Apoſt. Benedictionem*.

Supplicatio civium Civitatis Caſtelli.

EX parte ... Poteſtatis, ... Capitanei, Conſilii, Officialium, & Communis Civitatis *Caſtelli*[h] fuit Nobis humiliter ſupplicatum; ut cum ipſi ſuper *excommunicationis*, & *interdicti* ſententiis, ac pecuniariis pœnis, quas incurriſſe noſcuntur, ex eo quòd dudum *Ballionum*[i] Militem Peruſinum[k] tunc rebellem Eccleſiæ contra mandatum Noſtrum ſub certâ formâ, & pœnâ per ſpecialem Nuntium & litteras eis factum pro Poteſtate[l] retineri temerè præſumpſerunt; & aliàs contra Fulginates *Peruſinis*[m] tunc in rebellione prædictæ Eccleſiæ perſiſtentibus dederunt auxilium, conſilium, & favorem; nec non ſuper quibuſcumque aliis exceſſibus, quos reperirentur contra Nos, & Romanam Eccleſiam commiſiſſe; per proprium eorum Syndicum ad hoc ſpecialiter conſtitutum juraverunt Noſtris, & ipſius Eccleſiæ preciſè ſtare mandatis; & nonnullas de ſatisfaciendo præſtiterint cautiones; eos abſolvi a præfatis *excommunicationibus*, & relaxari *interdictum* hujuſmodi per diſcretum aliquem miſericorditer faceremus. Nos igitur, licèt ex cauſis prædictis poſſemus contra eos rigorem juris duriùs exercere, conſideratâ tamen devotionis conſtantiâ, qua erga prædictam Eccleſiam viguerunt temporibus retroactis, ſperamus, quòd quantò benigniùs ſe a Nobis tractari perceperint, tantò ferventiùs in ejuſdem Eccleſiæ

pro cenſuris Eccleſ.

variis ex cauſis ſibi inflictis.

a ſe pœnitentibus tollendis.

Pontifex benigne annuit.

(a) Indulgentia &c.: Ut in *Bulla* 8. hujus Pontificis uſque *mentio habeatur*.

(b) Hic in cit. Vaticano Regeſto ſequuntur articuli *Humiliatorum* contra Archiep. Mediolanen., & Epiſc. Cumanum. Cum autem defuncto *Martino* cauſa jaceret, illam ſucceſſor *Honorius* hoc anno die 28. Maji ſuſcitavit, eiſdemque commendavit.

(c) De Tuta Insula: V. epiſt.2. Honorii IV.

(d) Nidrosien.: Ut in dicta epiſt.

(e) Bergen.: Ut ibidem.

(f) Omnium &c. Videatur cit. *Bulla*, ſeu epiſt.2. Honorii IV. *Dilectus filius Mag. &c.* anno iſto die 12. April. ſcripta, ubi hæc epiſtola integra refertur.

(g) FF.Min. Civit. Castelli: Ubi Fratres noſtri ſub initium Ordinis locum obtinuerunt, qui erat caput *Cuſtodiæ* ſui nominis in Provincia S.Franciſci ex recenſione Provinciarum & Cuſtodiarum Ord. noſtri an.1260. facta Narbone in Comitiis Gen., etſi Waddingus ad annum 1399. n.12. primo ejus meminit, & quidem parcè.

(h) Civitatis Castelli: In Umbria olim *Tifernum Tiberinum* prope fluvium Tiberim ſitæ inter Burgum S. Sepulcri, & Caſtrum Montorium 9. mill. paſ. utrinque diſtantis.

(i) Ballionum: Generoſa familia litteris, armis, & dignitatibus illuſtri.

(k) Militem Perusin.: Quem nunc *Equitem* dicerent, equeſtriſque ordinis.

(l) Potestate: Nempe Prætore.

(m) Perusinis: De quibus in epiſt.59. & 66. paulo ſuperius allatis.

& mandat ea, quæ ſupra.

ſiæ devotione conſurgent ; volumus, & Diſcretioni tuæ præſentium auctoritate mandamus, quatenus præfatis .... Poteſtati, ... Capitaneo, Conſiliariis, Officialibus, & ſingularibus perſonis Civitatis, & Diœceſis *Caſtellanæ*, cum ab eis fueris requiſitus, auctoritate Noſtrâ juxta formam Eccleſiæ beneficium abſolutionis impendas, & relaxes hujuſmodi *interdictum*: Mandans eis ex parte Noſtrâ, quòd infra Kalendas Maij proximò futuras de dictis pœnis pecuniariis, quas incurriſſe noſcuntur, ſic Nobis, & Eccleſiæ ſatisfacere ſtudeant, quòd Nos de ipſorum ſatisfactione contentos non immeritò reputemus. Alioquin prædicas eiſdem, quòd ſi hoc facere non curarent, ex tunc prædictos .... Poteſtatem, ... Capitaneum, Conſiliarios, Officiales, & alias ſingulares perſonas, excommunicationis ſententiæ, quam ex nunc in ipſos proferimus, & prædictam Civitatem *interdicto* Eccleſiaſtico, cui ex nunc ſimiliter ipſam ſubjicimus, volumus ſubjacere ita videlicet, quòd ex tunc, ſi ſecus fecerint, iidem ... Poteſtas Capitaneus, & Conſiliarii, Officiales, & ſingulares perſonæ in *excommunicationis*, & Civitas eadem in *interdicti* ſententias relabantur. Tu quoque tuæ diligentiæ ſtudium in hac parte prudenter exercens de abſolutione, relaxatione, mandato, & prædicatione hujuſmodi, ac de aliis omnibus, quæ feceris in præmiſſis, confici facias publica inſtrumenta, illa Nobis per fidelem Nuntium tranſmiſſurus. Non obſtante indulgentiâ &c. [a]

Si pœnam pecuniariam præſcriptam ſolverint.

obſtand derogando, a

Datum Peruſii IV. Kalendas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

De Decimarum *pecunia a Fr.* Monaldo *O. M. accepta, Mercatoribus Cameræ Apoſtolicæ perſoluta fatetur ſibi & Romanæ Eccleſiæ ſatisfactum, eoſque his litteris reddit indemnes.* (EX VATIC. REGES. PONTIF. epiſtola 179. tom. 2. ann. 4.)

LXXIV.

Anno 1285. die 21. Februarii.

MARTINUS &c.

Dilectis Filiis Ubaldo, & Brunecto Cardellini *de Cardellinorum, & Orlandino* Paganelli *de Paganellorum Societatibus, Civibus, & Mercatoribus* Lucanis [b] *Sal., & Apoſt. Ben.*

b

CUM de pecuniâ *Decimarum* conceſſarum ſubſidio *Terræ Sanctæ* per dilectum Filium *Fratrem Monaldum* [c] Ordinis Minorum in Regno Portugalliæ Apoſtolicâ auctoritate collectâ & penes vos, vel Socios veſtros eâdem auctoritate depoſitâ in diverſo genere monetarum dilectis Filiis Dino Johannis de Thomaſii *Spiliati* [d], & Lapi Hugonis Thure Bonamilii de Bonaventuræ Bernardini, & Labro Volpelli de Riczardorum [e] Societatibus Florentinæ, Senen., & Lucanæ Civitatum Cameræ Noſtræ Mercatoribus, ſeu aliis ex ſociis eorumdem ſex millia Florenorum auri de ſpeciali Noſtrâ conſcientiâ, & expreſſo mandato Noſtro per dilectum Filium *Berardum* [f] Camerarium Noſtrum oretenus vobis facto duxeritis liberaliter perſolvendos. Nos ſolutionem hujuſmodi ratam habentes, & gratam ; ac volentes ſuper hoc indemnitati veſtræ, & ſociorum veſtrorum impoſterum paternâ ſollicitudine providere, præſentium tenore fatemur de prædictâ quantitate Florenorum fore Nobis, Romanæ Eccleſiæ, ac *Terræ Sanctæ* plenariè ſatisfactum. Decernentes, ut inſtrumenta, ſeu quæcumque litteræ, & obligationes ſub quavis formâ verborum ſuper pecunia hujuſmodi *Decimarum* confecta ſint omnino caſſa, & vacua quoad eamdem quantitatem pecuniæ ſic ſolutam Mercatoribus ſupradictis. Nec aliquis prætextu eorumdem inſtrumentorum, litterarum, & obligationum, vel aliàs per litteras Apoſtolicas a Nobis quibuſcumque aliis ſuper aſſignandis eis dictis *Decimis*, vel earum parte ſub quacumque formâ conceſſas, etiamſi earum ſit auctoritate proceſſum, vos, ſocios, & ſocietatem veſtros, ac hæredes, & ſucceſſores veſtros, & ſo-

De pecunia Decimarum a Fr. Munaldo collecta,

c

& apud ſupra dictos depoſita,

d

e

6000. Floren. auri Cam. Apoſt. perſolutos ſcribit,

f

& illi ſe fert acceptos,

eoſque his litteris reddit abſolutos, & indemnes.

(a) INDULGENTIA &c. Ut in *Bulla* 8. hujus Pontificis uſque *mentionem* al. *mentio habeatur*.

(b) LUCANIS : De quibus etiam in epiſt. 34. & 35. hujus Pontificis ſupra relatis.

(c) FR. MONALDUM : De S. Anatolia, ad quem extat prædicta 35. epiſtola.

(d) SPILIATI : Cujus Pater *Joannes* memoratur in epiſt. apud Raynaldum ad ann. 1283. n. 41.

(e) RICZARDORUM : Nunc *Marchionatus* titulo Florentiæ fulgentium, niſi ſint alii.

(f) BERARDUM : In dicta Pontificis epiſtola apud Raynaldum memoratum.

Digitized by Google

& ſociorum ipſorum impoſterum impete- A re valeat, vel quomodolibet moleſtare. Has quoque litteras *Bulla* Noſtrâ munitas in teſtimonium ſolutionis hujuſmodi vobis ad veſtram, veſtrumque Sociorum, ſocietatis, hæredum, & ſucceſſorum ipſorum cautelam duximus concedendas.

Datum Perusii IX. Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Injungit dandam abſolutionem a cenſuris Eccleſ. incolis Gualdenſibus *jam reſipiſcentibus, pœnaque pecuniaria perſoluta.* (Ex Reges. Vatic. Pont. epiſt. 184. to. 2. an. 4.) B

LXXV. Anno 1285. die 28. Februarii.

MARTINUS &c.

Dilecto Filio ... Guardiano Fratrum Minorum Caſtri Gualdi [a] *Nucerinæ Diœceſis Sal., & Apoſtolicam Benedictionem.*

a

Gualdenſium ſupplicatio

EX parte .... Poteſtatis, Conſilii, Officialium, & Communis Caſtri C *Gualdi* [b], & territorii ejus Nucerinæ Diœceſis fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut cum ipſi ſuper *excommunicationum*, & *interdicti* ſententiis, aliiſque proceſſibus, & pœnis pecuniariis dudum in eos, & ipſorum Terram per Nos, & auctoritate Noſtrâ prolatis pro eo, quòd contra homines de *Fulgineo*, eorumque bona, hominibus de *Peruſio* [c] tunc in rebellione Romanæ Eccleſiæ perſiſtentibus, D dederunt auxilium &c. [d] Diſcretioni tuæ, de quâ plenam in Domino fiduciam obtinemus per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus auctoritate Noſtrâ præfatum

b

pro cenſuris Eccl. in eos prolatis

quod Fulginates oppugnaſſent cum Peruſinis.

c

d

Mandat Pontifex ut ſupra.

Interdictum relaxans eiſdem Poteſtati, Conſiliariis, Officialibus, & hominibus Caſtri, & Territorii prædictorum tàm maribus, quàm fæminis, cum ab ipſis requiſitus fueris, per te, vel per alium, ſeu alios a præfatis *excommunicationibus* beneficium abſolutionis impendas juxta formam Eccleſiæ conſuetam, & injungas eis pœnitentiam ſalutarem. Non obſtante indulgentia &c. [e] Nolumus autem per quitationem, abſolutionem, & relaxationem hujuſmodi eiſdem hominibus de *Fulgineo* aliquod præjudicium generari, quominus ſuper damnis illatis eiſdem, homines eorumdem Caſtri, & Territorii teneantur plenariè ſtare juri.

e

Dummodo Fulginatibus ſatisfiat.

Datum Peruſii II. Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Hoc ipſum mandat fieri cum Incolis Bittonien. *eadem de cauſa.* (Ex cit. Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 193. tom. 2. an. 4.)

LXXVI. Anno 1285. die 24. Martii.

MARTINUS &c.

Dilecto Filio .... Guardiano Fratrum Minorum Caſtri de Bictonio [f] *Aſſiſinaten. Diœceſis Sal., & Apoſtolicam Benedictionem.*

f

EX parte .... Poteſtatis, Conſilii, Officialium, & Communitatis Caſtri *Bictonii* [g], & Territorii ejus Aſſiſinaten. Diœceſis fuit Nobis humiliter ſupplicatum &c. [h]

Incolarum Bettonen. ſupplicatio pro cenſuris Eccl. relaxandis.

g

h

Datum Peruſii IX. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

 Hujus

(a) FF. Minorum Castri Gualdi: Quorum locus anno 1219. a diſcipulis S. P. Franciſci acceptus fuit, tunc *Eremitorium* 500. paſ. ab Oppido ſitum cum Oratorio *SS. Stephano & Laurentio MM.* dicato; ſed anno 1241. Oppido ad alium locum translato, etiam Fratres ad illum locum ſe tranſtulerunt ab Odone Milite ſeu Equite Gualdenſi conceſſum; apud quem anno 1293. Theſeus Rodulphi civis Peruſinus Oratorium condidit *S. Maria de Miſericordia* nuncupatum, donavitque Fratribus noſtris cum aſſenſu *Joannis Epiſcopi* Nucerini, & Canonicorum cum horto, & Caſalenis adjacentibus *Sede Apoſt. vacante die* 8. *Auguſti Indict.* VI., ideoque anno 1293., non 1283., ut per errorem typographiæ legitur apud Rodulphium lib. 2. f. 254. a Waddingo exſcriptum ad eum ann. num. 12. Anno deinde 1315. Eccleſia dedicata eſt ſub titulo *S. Franciſci* a Franciſco Epiſcopo Nucerino cum nonnullis aliis ex Jacobillo *de Sanctis Umbria* tom. I. pag. 177. apud P. Maurum Sartum in Hiſtoria Epiſcop. Eugubini cap. 9. num. 34. pag. 172.

(b) Castri Gualdi: In Umbria inter Eugubium, & Nuceriam ſiti, a qua civitate 7. mill. paſ. circiter diſtat, 15. vero ab Eugubio. Qui *Validum* dixerunt, errore non vacant; cum *Gualdum* ſit nomen Longobardorum, a quo illorum nomina compoſita *Gualdericus, Gualdefridus, Gualterius.*

(c) De Perusio: De quo bello, & invaſione legenda eſt epiſt. 58. ſupra relata.

(d) Auxilium &c. Erat enim tunc *Gualdum* in territorio, ac juriſdictione Peruſinorum. Cetera ut in epiſt. 69. uſque *& quitamus.*

(e) Indulgentia &c. Ut in Bulla 8. ſupra relata uſque *mentionem*, al. *mentio habeatur.*

(f) FF. Minorum de Bictonio: Antiquitus *Vettonio*, & Epiſcop., nunc Oppido vulgo *Bettona* ad Aſii, Tiniæque fluviorum confluentiam in Tyberim inter Mevaniam & Peruſium fere medio hinc 7., inde 8. mill. paſ. diſtante, ubi Fratres noſtri locum *S. Catharina* extra Oppidum obtinuerunt ſub initium Ordinis; & anno 1266. Abbas *Monaſterii S. Criſpolyti* Ord. S. Benedicti intra Oppidum ſiti contulit illud *Fr. Nicolao* Aſſiſiat. Epiſcopo O. M. pro Fratribus noſtris ex monumentis olim illius Conventus, qui adhuc ab iiſdem Fratribus incolitur; eratque 6. al. 7. locus *Cuſtodia* Aſſiſien. in Provincia S. Franciſci ex alias cit. veteri *Provinciali* Ordinis noſtri; nunc autem ex Archivo dicti Ordinis Romæ apud SS. XII. Apoſtolos in lib. cui titulus: *Status Conventuum Provincia S. Franciſci.*

(g) Castri Bictonii: Nunc *Bettona*, ut ſupra.

(h) Supplicatum &c. Ut in præcedenti epiſtola uſque ad finem, ac *Datum &c.* poſt 4. autem dies Pontifex ex hac vita migravit.

Digitized by Google

Hujus Pontificis epiſtolæ, quæ aut non extant, aut adhuc latent.

1. INquiſitoribus Regni *Franciæ* ſcripſit Pontifex contra *Hebræos*, & *Apoſtatas* ad Eccleſias Catholicorum Chriſtianorum confugientes ex ejus 7. epiſtola incipiente *Ex parte dilectorum &c.* an.1281.data; eſtque epiſt.78. anni 1. Regeſ. Vatic. lib.1. teſte Raynaldo ad ann. 1281. num.18.

2. *Peruſinis* contumacibus, quibus mittit P. Epiſcopum *Tripolitan.* ex ejuſdem 24. epiſt. *Diebus iſtis præteritis &c.* eodem anno 1281. edita.

3. Fr. *Euſtachium* Rothomagen. O. M. ſuum Pœnitentiarium evehit ad *Ebroicen.* in Normannia Epiſcopatum, mox ad *Conſtantien.* ibidem ſub Archiepiſcopo Rothomagen. transfert anno 1282. ex Gallia Chriſtiana PP. Maurinorum tom.13.

4. Ducibus Cracoviæ, Poloniæ, & Vratiſlaviæ ſcripſit pro Fr. *Henrico Bremen.* Ordin. Min. electo *Gneſnen.* ex Waddingo ad ann. 1281. num.8.

5. Archiepiſcopo Cantuarien. Ord. Min., ut Eduardum Angliæ Regem conveniret, ac ab eo *Decimas* pro Terra Sancta collectas recuperaret, ex epiſt.59. lib.3. Regeſ. Vatic., teſte Raynaldo ad ann. 1283. n.67.

6. Epiſcopis Burgen. O.M., & Aſturicen., ut Pontificis nomine nefariam *copulam* inter *Sancium* Alfonſi *Regis Caſtellæ* Filium, & Mariam 3. conſanguinitatis gradu ei attinentem diſſolvere juberent; & ni parerent, Eccleſ. cenſuras, aliaſve pœnas objicerent ex epiſt.35. Regeſ. Vatic. apud Raynaldum ad ann. 1283. num.57.

7. Contra moleſtatores Fratrum O.M. *Inundans malitia &c.* dat. *Kalend. Martii anno* 4. ex Indic. Bull. Seraph. Petri de Alva ſub ann. 1284.

8. Prioribus O. P. & Miniſtris O. M. Provinciarum Galliarum, aliarumque Regionum, ut *Crucis* verbum prædicari faciant contra *Petrum Aragonium* Regni Siciliæ occupatorem ex Waddingo ad ann.1284. num.24. per epiſt. *Solebat hactenus &c.* 22. Regeſ. Vatic., nunc autem 98. &c.

HONO-

Digitized by Google

HONORIUS PP. IV. An.Ch.1285.

HONORIUS IV.

Antea Jacobus Sabellus Romanus ex S. R. E. Card. Diacono S. Mariæ in Coſmedin electus fuit in Summum Pontificem Peruſii die 2. Aprilis anno 1285., ordinatus vero Romæ die 5. Maji, & in craſtino coronatus eodem anno; ibique finem vivendi fecit anno 1287. die 3. Non. Aprilis; cum in Pontificatu ſteterit annis II. diebus I. al. II. ab electionis die, a coronatione autem annis II. diebus XXXII. detractis.

Litteras Martini IV. ſuper Epiſcopatu Wiburgen. *occupato, providendoque refert, & juxta eas procedendum injungit*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt.6. anni 1.)

I. Anno 1285. die 5. Aprilis.

HONORIUS
ELECTUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei

a *Venerabili Fratri ... Epiſcopo* Ripenſi [a] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

b DILECTUS Filius Magiſter *Petrus* de Mediolano [b] S. R. E. Vicecancellarius retulit in Noſtrâ præſentiâ conſtitutus, quòd ipſe, fel. record. Martino Papa prædeceſſore Noſtro adhuc vivente, quaſdam litteras recepit confectas ſub ejuſdem prædeceſſoris nomine in hac formâ: „ Martinus Epiſcopus Ser. „ Ser. Dei Venerabili Fratri ... Epiſcopo „ Ripenſi Sal., & Apoſtol. Benedict. Ex„ poſuerunt Nobis dilecti Filii Magnus, „ & Johannes Canonici Eccleſiæ *Wiber-* „ *gen.* [c] Ordinis Sancti Auguſtini &c. [d] „ Sicque poſtmodum dicti Capitulum „ quondam *Trugillum* ejuſdem Wiber-

c d Trugillus eligitur contra Petrum.

A „ gen. Eccleſiæ Præpoſitum tunc viven„ tem in ſuum Epiſcopum concorditer „ elegerunt. Poſtea verò cum dictus „ *Petrus* propter hoc apud Sedem con„ ſtitutus eamdem cupiditatis ductus „ conſilio, eodem indeciſo negotio, ad „ Eccleſiam *Wibergen.* prædictam acce„ dens, ipſamque temeritate propriâ „ manu occupans violentâ in eâdem te„ merarius miniſtraret; ac demum Dei „ timore, ſuæque Religionis honeſtate B „ poſtpoſitis, eumdem *Trugillum* te„ merè capi faciens, eum denique man„ cipare carcerali cuſtodiæ præſumpſiſ„ ſet; Nos tibi Noſtris ſub certâ formâ „ dedimus litteris [e] in mandatis, quòd „ præfatum *Petrum* ex parte Noſtrâ pe„ remptoriè citare curares, ut infra „ ſex menſes poſt citationem tuam „ pro exceſſu præſumptionis hujuſmodi „ recepturus pro meritis, & ſuper præ„ miſſis etiam aliis, cum omnibus juri- C „ bus & munimentis ſuis compareret „ perſonaliter coram Nobis ſuper hoc „ juſtam dante Domino ſententiam re„ cepturus. Quamvis autem tu manda„ ti Noſtri hujuſmodi diligens executor „ præfatum *Petrum* peremptoriè citave„ ris, ut recepturus pro meritis, ſicut „ præ-

qui eum in carcerem trudit.

e Martinus PP. mandat Petrum Vibergen. Epiſc. coram ſe citari.

(a) Episcopo Ripensi: Videatur epiſt. 25. Martini IV. *Significarunt Nobis &c.* anno 1282. 26. April. ſcripta.

(b) De Mediolano: Cognomento *Peregroſſus*, quem Ciacconius to.2. de Pontif. & Cardin. ad an.1277. p.230. ait, ab initio Pontificatus Nicolai III. uſque ad finem fuiſſe S.R.E. *Vicecancellarium*, ſed ex variis Pontificum diplomatibus liquet ab initio Pontificatus Joannis XXI. uſque ad hunc Honorium id muneris exercuiſſe; poſtea ejuſdem Rom. Eccl. Cardinalem creatum tit. S. Marci Romæ anno 1295. defunctum, & in Minorum Æde Aracælit. humatum.

(c) Wibergen.: De qua Civitate agitur in cit. epiſt.25., ubi notatum eſt legendum eſſe *Wiburgen.*

(d) S. Augustini &c.: Ut in præfata epiſt. Martini uſque ad *diem clauſit extremum*.

(e) Dedimus litteris: Nempe relatas 26.April. anno 1282. *Significarunt Nobis &c.*

Digitized by Google

HONORIUS PP. IV. An.Ch.1285.

A ,, præmittitur, & ſuper præmiſſis cum ,, omnibus actis,& munimentis ſuis præ- ,, fatum negotium contingentibus infra ,, præſcriptum terminum compareret ,, perſonaliter coram Nobis, juſtam ſu- ,, per hoc ſententiam recepturus. Idem ,, tamen *Petrus*, ut præſumitur ipſius ,, Eccleſiæ *Wibergenſis* uberum allectus ,, dulcedine in hujuſmodi negotio for- ,, midans eventum judicii vehementer, ,, comparere coram Nobis in eodem ter- ,, mino contumaciter non curavit; licèt ,, fuerit in audientiâ publicâ, ut moris ,, eſt, citatus pluries, & poſtmodum ,, diutiùs expectatus. Nos igitur tam ,, ſuperbæ obſtinationis cervicem, & ob- ,, ſtinatæ rebellionis audaciam in eodem ,, Petro humiliare volentes virgâ ſaluti- ,, feræ diſciplinæ in ipſum *Petrum* pro- ,, pter hujuſmodi contumaciam manife- ,, ſtam *excommunicationis* ſententiam ,, promulgamus. Et nihilominus, ut ,, hujuſmodi calumnioſam ejuſdem *Pe- ,, tri* malitiam adjectione manſuetudinis ,, ſuperemus, Fraternitati tuæ per Apo- ,, ſtolica ſcripta mandamus, quatenus ,, ex ſuperabundanti ipſum per te, vel ,, per alium ex parte Noſtrâ perempto- ,, riè citare procures, ut infra ſex men- ,, ſes poſt hujuſmodi citationem tuam ,, ſub pœnâ privationis juris, ſi quod ſibi ,, competit in præmiſſis, quam ipſum, ,, niſi paruerit hujuſmodi tuæ citationi, ,, incurrere volumus eo ipſo; ſimiliter ,, cum omnibus actis, juribus, & muni- ,, mentis ſuis negotium hujuſmodi con- ,, tingentibus perſonaliter compareat ,, coram Nobis juſtam, ut præmiſſum ,, eſt, auctore Domino ſententiam au- ,, diturus. Cæterum præfatis Magno, ,, & Johanni, cum proprium utpote Re- ,, ligioſi non habeant, de quo ſuis in ,, ejuſdem negotii proſecutione neceſſi- ,, tatibus valeant providere; ne pro de- ,, fectu neceſſariorum ceſſare a proſecu- ,, tione hujuſmodi negotii compellan-

Petrus autem non obtemperat,

quare a Pontifice cenſura Eccl. ligatur,

iterumque præcipit citari ſub pœna privationis juris,

ac ejus delatoribus provideri.

,, tur, de redditibus ad menſam Epiſ- ,, copalem *Wibergen.* ſpectantibus uſ- ,, que ad valorem quinquaginta libra- ,, rum Turonen. propter hoc, quandiù ,, duraverit cauſa hujuſmodi, annis ſin- ,, gulis facias miniſtrari. Invocato ad ,, hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæ- ,, cularis; Contradictores per cenſuram ,, Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ ,, compeſcendo. Diem autem hujuſmo- ,, di tuæ citationis, & formam, & quic- B ,, quid inde duxeris faciendum, Nobis ,, per tuas litteras harum ſeriem conti- ,, nentes fideliter intimare procures. ,, Datum apud Urbemveterem x. Ka- ,, lendas Julii, Pontificatus Noſtri An- ,, no Quarto,,. Verùm quia, antequam litteræ bullatæ fuiſſent hujuſmodi, præ- deceſſor diem clauſit extremum [a]; idem Vicecancellarius illas Nobis, poſtquam fuimus, licet immeriti, ad apicem Summi Apoſtolatus aſſumpti; attentiùs legere C procuravit. Nos itaque earumdem litte- rarum intellecto tenore quòd idem præ- deceſſor inchoavit in hac parte favorabi- liter proſequentes Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præmiſſa juxta præſcriptam formam exe- qui auctoritate Noſtrâ cures. Nec mi- reris, quòd *Bulla* non exprimens &c. [b]

Clauſulis appoſitis.

Anno 1284. die 22. Junii.

a

Honorius PP. mandat, ut ſupra confirmando.

b

Datum Peruſii Nonis Aprilis, ſuſcepti a Nobis Apoſtolatus Officii Anno Primo.

D *Idipſum ſuper electione Archiepiſcopi* Nidro- ſien. (Ex VAT. REGES. PONTIF. ep. 2. an. 1.)

II.

Anno 1285. die 12. Aprilis.

HONORIUS

ELECTUS EPISCOPUS &c.

Dilectis Filiis .... Abbati Monaſterii S. Mariæ de Tutainſula [c] Nidroſien. [d] *Diœceſis Ciſtercien., & ... Priori Præ- dic. Nidroſien., ac ... Guardiano FF. Min.* Bergen. [e] *Ord. Sal., & Ap. Ben.*

c d

e

E DILECTUS Filius Magiſter *Petrus* [f] Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice- cancel-

f

R. E. Vicecancellarii relatio.

(a) CLAUSIT EXTREMUM: Anno iſto 1285. die 29. Martii, & tamen poſt 9. menſes litteræ illæ nondum *bullata* fuerant, ideſt ſigillum Pontificium eis appoſitum.

(b) EXPRIMENS &c. Ut in fine ſequentis Bullæ. Ceterum Præpoſitus *Trugillus* Electus aut morte interceptus eſt, aut confirmatus non fuit, cum Pontifex anno ſequenti die 18. Decembris, qua Fr. Petrus ceſſit juri, committat Capitulo Eccleſiæ Wiburgen., ut ad electionem ſui Epiſcopi deveniat.

(c) DE TUTA INSULA: Cujus quidem meminit Ang. Manrique in Annal. Ciſtercien. ad annum 1207. cap. 5. n. 2., ſed parce admodum fundationis annum, & Honorii IV. litteras commemorans.

(d) NIDROSIEN.: Vulgo *Drontheim* & *Tronteim* Norvegiæ caput, & Archiep., ac olim etiam Regia.

(e) BERGEN.: Caput Inſulæ, ſeu Principatus Rugenſis in mari Baltico, Svevicove Epiſc. ſub Archiepiſcopo Nidroſien., ubi noſtri Fratres locum obtinuerant primo Religionis noſtræ ſeculo, eratque 5., ſeu ultimus *Cuſtodia Norvegia* in Provincia *Dacia* al. Daxiæ ex veteri *Provinciali* ejuſdem Ordinis; de eoque Waddingus agit ad ann. 1291. n. 36.

(f) PETRUS: Mediolanenſis ex præcedenti epiſt., ac pluribus aliis Rom. Pont. diplomatibus ab eo exaratis.

Digitized by Google

cancellarius retulit in Noſtrâ præſentiâ conſtitutus quòd ipſe, fel. record. Martino Papa[a] prædeceſſore Noſtro adhuc vivente, quaſdam litteras recepit confectas ſub ejuſdem prædeceſſoris nomine in hac formâ „ Martinus Epis. Ser. Ser. Dei dilectis Filiis ... Abbati Monaſterii S.Mariæ de Tuta Inſula *Nidroſien.* Diœc.Ciſtercien., & ... Priori Prædic. Nidroſien., ac ... Guardiano FF.Min. *Bergen.* Ordinum Sal., & Ap. Ben.

Martini IV. epiſtola.

Exordium.

„ Militanti Eccleſiæ, diſponente Domino, licet immeriti præſidentes, circa curam omnium Eccleſiarum ſolertiâ reddimur indefeſsâ ſolliciti, ut juxta Paſtoralis officii debitum crediti Nobis gregis dominici cuſtodiam utiliter gerere Divinâ cooperante clementiâ ſtudeamus. Et licèt Eccleſiarum omnium ſollicitudo Nobis immineat generalis, circa illas tamen tenemur attentiùs per debitæ proviſionis miniſterium providere, quæ deplorare viduitatis incommoda dinoſcuntur. Dudum ſiquidem *Nidroſienſi* Eccleſiâ per obitum bonæ memoriæ *Johannis*[b] Archiepiſcopi *Nidroſien.* Paſtoris ſolatio deſtitutâ, dilecti Filii Capitulum ipſius Eccleſiæ, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe, die ad eligendum præfixâ, ut moris eſt, convenientes in unum pro futuri ſubſtitutione Paſtoris Venerabilem Fratrem Noſtrum ... Epiſcopum *Bergenſem*[c] in ejuſdem Eccleſiæ *Nidroſien.* Archiepiſcopum per viam ſcrutinii canonicè, & concorditer poſtularunt. Nobis poſtmodum per dilectos Filios Sigwatum, & Audoerium Nidroſien. Canonicos ad Nos propter hoc ſpecialiter deſtinatos humiliter ſupplicantes, ut poſtulationem ipſam admittere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Præſentato itaque Nobis hujuſmodi poſtulationis decreto; Nos examinationem decreti, & proceſſus poſtulationis ejuſdem Venerabili Fratri L.[d] Oſtienſi Epiſcopo, ac dilectis Filiis Noſtris Anchero tituli Sanctæ Praxedis Presbytero, & Mattheo Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinalibus duximus committendam, quibus decretum, & proceſſum poſtulationis ejuſdem examinantibus diligenter, Nobiſque, ac ceteris Fratribus Noſtris ſuper iis fideliter veritate relatâ, proceſſus hujuſmodi ſuper eâdem poſtulatione habitus, canonicus eſt repertus. Nos igitur cupientes prædictæ *Nidroſien.* Eccleſiæ, quæ prudentis gubernatoris regimine indiget, de perſonâ idoneâ ſalubriter provideri; quia Nobis de idoneitate perſonæ poſtulati prædicti ad plenum non conſtat; ne circa hoc aliquid de contingentibus omittere videamur, vobis examinationem perſonæ ipſius poſtulati duximus committendam. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus habentes præ oculis ſolum Deum, ſi eumdem Epiſcopum diligenti inquiſitione per vos facta de ipſo, vitâ, moribus, honeſtate, ſcientiâ, & aliis virtutum meritis eſſe idoneum atque dignum ad ſupportationem Archiepiſcopalis oneris & honoris, ipſum a vinculo, quo Eccleſiæ *Bergenſi* tenetur, auctoritate Apoſtolicâ abſolventes eum in prædictæ Eccleſiæ Nidroſien. præficiatis Archiepiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius ſibi ſpiritualiter, & temporaliter committendo, ac faciendo ſibi a ſubditis ſuis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi. Recepturi ab eo poſtmodum pro Nobis, & Romanâ Eccleſiâ fidelitatis ſolitæ juramentum juxta formam, quam vobis ſub Bullâ Noſtrâ mittimus intercluſam. Alioquin poſtulatione prædictâ ritè caſſatâ faciatis eidem Nidroſien. Eccleſiæ de perſonâ idoneâ per electionem, ſeu poſtulationem canonicam per Capitulum ipſius Nidroſien. Eccleſiæ provideri. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Formam autem juramenti, quod ipſe præſtabit, per veſtras & ipſius patentes litteras ſuo ſigillo ſignatas per proprium

Nidroſien. Eccleſia vacante,

Bergen. Epiſcopus ei a Capitulo ſubſtituitur.

& a S.A. poſtulatur,

decretumque poſtulationis examinatur,

& canonicum invenitur,

ſed perſona poſtulata etiam examinanda venit.

Ideo mandat Pontifex ſupradicta ibi notata.

Clauſulis adhibitis;

(a) Martino Papa: Hujus nominis *Quarto*.
(b) Johannis: De quo in Catalogo Antiſtitum illius Metropolis, aſſumpti anno 1265. ex epiſt.1. Clementis IV. (h)

(c) Bergen.: Nomine *Nervam*, ut in 78. epiſtola hujus Pontificis infra referenda.
(d) L.: *Latino* Malabrancæ Romano Ordinis Prædicatorum.

Obſtantibus derogando.

„ prium Nuntium Nobis quantocius „ tranſmittatis. Non obſtantibus indulgentiis [a], per quas vobis, ſeu Ordinibus veſtris ab eàdem Sede dicitur „ eſſe conceſſum, quòd non teneamini „ vos intromittere de quibuſcumque negotiis, quæ vobis per ipſius Sedis litteras committuntur, niſi in eis de indulgentiis hujuſmodi plena, & expreſſa mentio habeatur. Quòd ſi non

& juſſum temperando.

„ omnes iis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Peruſii xv. Kalendas „ Februarii, Pontificatus Noſtri Anno „ Quarto „. Verùm quia, antequam litteræ bullatæ fuiſſent hujuſmodi, dictus prædeceſſor diem clauſit extremum [b], idem Vicecancellarius illas Nobis, poſtquam fuimus, licet immeriti, ad apicem Summi Apoſtolatus aſſumpti, attentiùs legere procuravit. Nos itaque earumdem Litterarum intellecto tenore, quòd idem prædeceſſor inchoavit in hac parte, favorabiliter proſequentes Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præmiſſa juxta præſcriptam formam exequi auctoritate Noſtrâ curetis [c]. Nec miremini, quòd *Bulla* non exprimens nomen Noſtrum eſt appensa præſentibus, quæ ante conſecrationis & benedictionis Noſtræ ſolemnia tranſmittuntur; quia ii, qui fuerunt hactenus in Romanos electi Pontifices, conſueverunt in bullandis litteris ante conſecrationis, & benedictionis ſuæ munus modum hujuſmodi obſervare.

Anno 1285. die 18. Januarii.

Honorius confirmat, & mandat ut ſupra.

Obſervatio de Bulla.

Datum Peruſii II. Idus Apr., ſuſcepti a Nobis Apoſtolatus Officii Anno Primo.

Poſt diutinam concertationem, & Paſtoralis dignitatis vacationem Eccleſiæ Camerinen. *tribuit Epiſcopum*. (Ex Autore *Camerini Sacri* num. LXII. Append. document.)

A HONORIUS EPISCOPUS III.

Anno 1285. die 22. Maji.

SERVUS SERVORUM DEI

Venerabili Fratri R. [d] Camerinen. [e] *Epiſcopo Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Vacante Camerinen. Eccleſia,

DUDUM *Camerinen.* Eccleſiâ per obitum bonæ memoriæ *Guidonis* [f] Camerinen. Epiſcopi Paſtoris ſolatio deſtitutâ, dilecti Filii Capitulum ejuſdem B Eccleſiæ die ad eligendum præfixâ, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe pro futuri ſubſtitutione Paſtoris, prout moris eſt, convenientes in unum, poſt habitum ſuper hoc diligentem tractatum, in Jacobum, & Odonem Canonicos ipſius Eccleſiæ compromittere concorditer curaverunt, promittentes illum recipere in Epiſcopum, quem ipſi ducerent eligendum. Iidem verò Canonici, hujuſmo- C di compromiſſo recepto, penſatis meritis perſonarum, quæ tanto congruerent oneri, & honori, in perſonam tuam ſuæ conſiderationis oculos direxerunt; & tandem prædictus Jacobus ſuo, & dicti Odonis nomine de ipſius mandato te tunc *Archidiaconum* ejuſdem Eccleſiæ in Epiſcopum Camerinen. elegit. Poſtmodum quidem dilecti Filii Theodinus, Tufanus, Bernardus, Paulus, & Jacobus Canonici Eccleſiæ *S. Venantii* [g] Ca- D merinen. aſſerentes Capitulum ejuſdem Eccleſiæ S. Venantii vocem pro tertia parte in electione Epiſcopi Camerinen. habere; & quòd in electione hujuſmodi de te celebratâ dicti Capitulum non fuerant hac vice contenti, ſuo, & ejuſdem Eccleſiæ S. Venantii nomine a proceſſu hujuſmodi tuæ electionis ad Sedem Apoſtolicam appellarunt. Cumque poſtea coram dilecto Filio Noſtro A. [h] tit. Sanctæ Praxe-

per viam compromiſſi proceditur.

quo R. Archidiaconus dictæ Eccleſiæ deligitur.

Canonici S. Venantii opponunt, & electionem nullam eſſe volunt.

Datur Auditor cauſæ A. Cardin.

(a) INDULGENTIIS: Ut in aliis.

(b) CLAUSIT EXTREMUM: Hoc anno die 29. Martii.

(c) CURETIS: Qui mox ea in cauſa procedentes Epiſcopi *Bergen.* poſtulationem nullam pronunciarunt, & ad alterius electionem deveniendum edixerunt ex cit. 73. epiſt. hujus Pontificis *Debitum Paſtoralis &c.* anno 1287. ſcripta.

(d) R.: *Rambotto* Vicomanno Patritio Camertium, Ordinem *Fratrum Minorum* profeſſo, Jacobi Sabellii S. Mariæ in Coſmedin Diac. Card. *Capellano*, inde ſuæ Eccleſiæ Camerinen. *Canonico*, & *Archidiacono* ex autore *Camerini Sacri* lib. 4. cap. 7.

(e) CAMERINEN.: Urbis vetuſtiſſimæ olim Umbriæ, in cujus finibus extat, nunc Marchiæ Anconitanæ inter Nuceriam ad occaſum, & Tolentinum ad ortum ſub Rom. Pontificis utroque dominio jam pridem *Ducatus* titulo inſignitæ.

(f) GUIDONIS: Defuncti anno circiter 1271. vel 1272. certe ante diem 26. Maji ann. 1273. ex LIX. Monumento dicti *Camerini Sacri* allato in Append. Document., & forſan ante diem ultimum Septemb. anni 1272. ex LVIII. Monumento in dicta Appendice vulgato, non autem poſt diem 14. Januarii anno 1273., ut habet cit. autor *Camerini Sacri* pag. 220. num. X. & 228 n. VI., cum illud diploma ſpectet ad annum 1268., quo currebat *indictio* XI., non ad annum 1273., quo indictio I. numerabatur.

(g) S. VENANTII: De qua *Collegiata* in Suburbio Civitatis Camer., ejuſque antiquitate legi poterit autor *Camerini Sacri* Diſſert. prælim. cap. 6. §. 2.

(h) A.: *Anchero* Pantaleonis Urbani IV. nepote.

Digitized by Google

Praxedis Presbytero Cardinali, quem fel. record. GREGORIUS PAPA X. [a] prædeceſſor Noſter dederat in hujuſmodi appellationis, & negotii principalis cauſis, Auditorem; dicti Canonici reduci in poſſeſſionem, vel quaſi juris eligendi Camerinen. Epiſcopum, & hujuſmodi electionem caſſari; dictique Capitulum Camerinen. eamdem electionem confirmari, ac eiſdem Canonicis ſuper hoc ſilentium perpetuum imponi, & declamari nihilominus eoſdem Capitulum, & Eccleſiam S. Venantii jus in electione Camerinen. Epiſcopi non habere, inſtantiùs poſtulaſſent: tandem poſtquam fuerat ſuper hoc in hujuſmodi causâ concluſum; tu jus, ſi quòd tibi in electione hujuſmodi de te celebratâ competebat, ſponté ac liberè in Noſtris manibus reſignaſti. Nos itaque hujuſmodi reſignatione receptâ, de ſalubri proviſione ipſius Eccleſiæ ſollicitè cogitantes; ac demum conſiderantes attentè, quòd tu, cujus merita probitatis Nobis longè, & familiaris experientia reddit nota, eidem Camerinen. Eccleſiæ pro eo ſpecialiter ſatages tuas vigilias & ſpecialiter, & temporaliter reddere fructuoſas, quòd ipſius ubera te velut peculiarem Filium diutiùs lactaverunt; te de Fratrum Noſtrorum conſilio ipſi Camerinen. Eccleſiæ in Epiſcopum præficimus, & Paſtorem; tibique per Venerabilem Fratrem Noſtrum J. [b] *Peneſtrin.* Epiſcopum fecimus munus conſecrationis impendi firmâ ſpe, fiduciâque retentâ, quòd eadem Camerinen. Eccleſia ſub tuo regimine, auctore Domino, ſuſcipiet incrementa. Fraternitatem itaque tuam monemus & hortamur attentiùs per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus circa officii tui debitum ſic utiliter vigiles, & laudabiliter attentus exiſtas; ſicque ſtudeas ſalutis verbo, & ſalutaris operationis exemplo eidem Camerinen. Eccleſiæ præeſſe pariter, & prodeſſe, quòd ipſa tuæ virtutis ſtudio, devotione populi fulgeat, & donis lætetur ſpiritualibus, & commodis temporalibus augeatur: tu quoque gregem tibi creditum gratiæ Divinæ adjutus ſuffragio aptum reddens alimoniis ſempiternis cæleſtium bonorum proinde fieri particeps merearis; Noſque ſollicitudinem tuam dignis in Domino laudibus commendemus. Cæterum cum ex hoc non intendamus juri, quod Camerinen. Eccleſiæ, & Capitulo S. Venantii præfatis in electione Camerinen. Epiſcopi competit, aliquod præjudicium generari; de dictorum Fratrum conſilio ſic ex certâ ſcientiâ providemus, ut donec inter præfata Capitula ſuper jure poſſeſſionis, & proprietatis fuerit fine debito diffinitum in electione Camerinen. Epiſcopi, quæ pro tempore occurrerit celebranda, pro tertiâ parte vocum ad hujuſmodi electionem celebrandam præmiſſum Capitulum *Sancti Venantii* ceſſante contradictione qualibet admittantur; eoſque præfati Camerinen. Capitulum admittere teneantur. Non intendentes per hoc alicui partium ſuper jure poſſeſſionis, aut proprietatis aliquod præjudicium generari; decernentes irritum & inane quidquid contra hujuſmodi proviſionem Noſtram per quemcumque contigerit attentari.

Datum Romæ apud S. Petrum VI. Kal. Junii, Pontificatus Noſtri Anno Primo [c].

& Electus cedit juri ſuo,

Pontifex vero eum confirmat, & conſecrari facit,

non intendens juri partis utriuſque præjudicium inferre,

interim Canonicis S. Venantii providens.

Diſcuſſionem cauſæ inter quoſdam Antiſtites Inſubriæ, & FF. Ord. Humiliatorum *a Martino IV. commiſſam proſequi committit.*
(EX VATIC. REGES. PONTIF. ep. 22. anni I.)

HONORIUS &c. IV.

Anno 1285. die 28. Maji.

Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, ac ... Miniſtro Minorum Fratrum Ordinum Lombardiæ, *&* Januen. *Provinciarum* [d] *Sal.*, *& Ap. Ben.*

EXHIBITA Nobis dilectorum Filiorum ... Magiſtri &c. [e] prout in prædictis litteris [f] plenius dicitur contineri.

FF. Humiliatorum petitio.

(a) GREGORIUS PAPA X.: Anno 1276. die 10. Januarii ad Cœlos evocatus, ante quod tempus liquet electum fuiſſe *Rambottum* ad Eccleſiam Camerinen. poſt tamen menſem Septembr. anni 1272., liquetque, quantum vacaverit hæc Eccleſia.

(b) J.: *Hieronymum* Aſculanum ex Ord. Min., de quo alias egimus, & agetur.

(c) Aliæ litteræ ad eum datæ leguntur infra Kal. Octobris an. 1286. n. 55., aliæ Nicolai IV. & Benedicti XI. pro eo, qui uſque ad ann. 1305. pervenit.

(d) PROVINCIARUM: Notas pro hac epiſtola videas ad 71. epiſt. Martini IV. *Petitio dilectorum &c.* hoc anno die 8. Januarii emiſſam.

(e) MAGISTRI &c. Ut in prædicta 71. epiſt. uſque *ad ejus præſentiam tranſmiſſuri*, mutatis competenter verbis quibuſdam, ut *nobiſque poſtmodum ad apicem Apoſtolatus aſſumptis*: legitur: *pia quoque memoria Martino Papa prædeceſſore Noſtro ad apicem poſtmodum Apoſtolatus aſſumpto &c.*

(f) LITTERIS: Nempe cit. 71. epiſt. Martini IV.

Digitized by Google

HONORIUS PP. IV. An. Ch. 1285.

neri. Verùm eodem Prædeceſſore, antequam per dictas litteras efficaciter proceſſum fuiſſet, viam univerſæ carnis ingreſſo [a], præfati Religioſi nullum ex ipſis litteris commodum reportarunt. Quare Nòbis poſtmodum ad apicem Summi Pontificatus aſſumptis humiliter ſupplicarunt, ut providere ipſis, & eorum Ordini in hac parte paternâ ſollicitudine curaremus. Quocirca Diſcretioni Veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus infra ſimilem terminum a receptione præſentium ſuper præmiſſis auctoritate Noſtrâ curetis procedere juxta prædictarum ipſius prædeceſſoris MARTINI continentiam litterarum.

Mortuo Martino IV.

Mandat Pontifex id, quod ſupra.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum v. Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ut Hiſpellates *Eccleſ. cenſuris irretitos ad Eccleſiæ mandatum reverſos per ſe, vel per alios abſolvat*. (EX AUTOGRAPHO Archivi noſtri Conventus Hiſpellen.)

V.

Anno 1285. die 15. Julii.

HONORIUS &c.

Dilecto Filio .... Guardiano Fratrum Minorum Caſtri Spelli [b] *Spoletanæ Diœceſis Sal., & Apoſt. Ben.*

EX parte .... Poteſtatis, Conſilii, Officialium, & Communis *Caſtri Spelli*, & Territorii ejus Spoletanæ Diœceſis fuit Nobis humiliter ſupplicatum; ut cum ipſi ſuper *excommunicationum*, & *interdicti* ſententiis, aliiſque proceſſibus, & pœnis pecuniariis dudum [c] in eos, & ipſorum Terram per fel. rec. MARTINUM PAPAM [d] prædeceſſorem Noſtrum, vel alios Apoſtolicæ Sedis auctoritate prolatis pro eo quòd olim contra homines de *Fulgineo*, eorumque bona hominibus de *Peruſio* tunc in rebellione Romanæ Eccleſiæ perſiſtentibus [e] dederunt conſilium, auxilium, & favorem; per .... Syndicum eorum legitimum ad hoc ſpecialiter deputatum præcisè ſtare juraverint dicti prædeceſſoris, ac præfatæ Romanæ Eccleſiæ beneplacitis, & mandatis &c. [f]

Hiſpellenſium ſupplicationis tenor,

qui Pontificias pœnas incurrerunt

ob auxilium Peruſinis contra Fulginates datum;

Datum Tybure Idibus Julii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Examinent electionem, electique in Rectorem Hoſpitalis S. Spiritus Piſani *merita, & ex repertis decernant*. (EX REGES. VATIC. PONTIF. epiſt. 60. anni 1.)

VI.

Anno 1285. die 15. Julii.

HONORIUS &c.

Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, & ... Guardiano Minorum Fratrum Ordinum Piſan. [g] *Salutem, & Apoſt. Benedict.*

SUA Nobis dilecti Filii Fratres Hoſpitalis novi Miſericordiæ S. Spiritus [h] *Piſan.* ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, quod *Papæ Alexandri* [i] dicitur, Ordinis Sancti Auguſtini petitione monſtrarunt, quòd eodem Hoſpitali nuper per obitum quondam *Raynerii* Rectoris ejuſdem Hoſpitalis deſtituto Rectore ipſi vocatis omnibus, qui voluerunt, potuerunt, & debuerunt commodè intereſſe, die ad eligendum præfixâ convenientes in unum, ac eligentes per viam procedere compromiſſi, Henrico ejuſdem Hoſpitalis Fratri providendi eâ vice ipſi Hoſpitali de Rectore contulerunt plenariam poteſtatem, promittentes illum in Rectorem dicti Hoſpitalis recipere, quem idem Frater Henricus duceret eligendum. Idem verò Frater Henricus Spiritus Sancti gratiâ invocatâ dilectum Filium *Raynerium Thomaſi* de Yndia Fratrem Hoſpitalis ejuſdem auctoritate hujuſmodi poteſtatis ſibi in hac parte traditæ canonicè in ſuum, & dicti Hoſpitalis Rectorem elegit. Quare iidem Fratres Nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum idem *Electus* propter guerrarum diſcrimina, quæ inimicus humani generis in illis Partibus ſuſcitavit, ac paupertatem,

FF. Hoſpitalis S. Spiritus Piſani expoſitio

de eorum Rectore defuncto.

& alterius electione,

(a) UNIVERSÆ CARNIS INGRESSO: Hoc anno 1285. die 29. Martii.

(b) FF. MINORUM CASTRI SPELLI: Al. Hiſpelli, de quorum veteri loco dictum eſt ad Diploma 520. Innocentii IV. *Oblata Nobis &c.* anno 1254. editum.

(c) ET PŒNIS PECUNIARIIS DUDUM: Paulo poſt menſem Aprilem anni 1282. ex litteris Martini IV. *Diebus iſtis &c.* eo anno die 16. Aprilis datis, & ibi relatis cum pœnarum recenſione.

(d) MARTINUM PAPAM: Hujus nominis IV.

(e) PERSISTENTIBUS: Ut in dictis litteris *Diebus iſtis &c.*

(f) ET MANDATIS &c.: Ut in 75. Bulla Martini IV. pro Gualdenſibus uſque ad finem, ac *Datum*.

(g) PISAN.: Ubi uterque Ordo ab exordio Religionis utriuſque locum obtinuerant ex Annal. eorum.

(h) S. SPIRITUS: De quo verba fecimus in 2. hujus Operis tomo pag. 213. ad epiſt. 323. Alexandri IV.

(i) PP. ALEXANDRI: Eo quod ejus juſſu, mulctaque excitatum fuerit.

Digitized by Google

tatem, & debitorum onera, quibus Hoſpitale ipſum premitur, ad Sedem Apoſtolicam commodè venire non poſſit pro confirmationis ſuæ munere obtinendo; providere eis, & dicto Hoſpitali in hac parte miſericorditer dignaremur. Ideoque Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus inquiſitâ de modo electionis hujuſmodi, ſtudiis eligentium, & *Electi* meritis diligentiùs veritate, ſi electionem eamdem inveneritis de perſonâ idoneâ canonicè celebratam, ipſam auctoritate Noſtrâ confirmare curetis, facientes eidem *Electo* a ſuis ſubditis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi. Recepturi ab eo poſtmodum Noſtro & Eccleſiæ Romanæ nomine fidelitatis ſolitæ juramentum juxta formam, quam vobis ſub *Bulla* Noſtrâ mittimus intercluſam. Alioquin, eâ ritè caſſatâ, faciatis eidem Hoſpitali per electionem canonicam de perſonâ idoneâ provideri. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo.

quam confirmari precantur,

& Pontifex injungit ſupradicta.

a Datum, *ut ſupra*.[a]

Facultas datur diſpenſandi ad cautelam in quodam matrimonio. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 89. anni 1.)

VII. *Anno 1285. die 18. Julii.*

HONORIUS &c.

Dilectis Filiis . . . Priori Prædicatorum, & . . . . Guardiano Minorum Fratrum Ordinum Trajecten.[b]
Sal., & Apoſtol. Bened.

Trajecten. conjugum expoſitio

SICUT ex parte dilecti Filii *Gerardi* de Velſen.[c] Laici, & *Hildegundis* Uxoris ejus Trajecten. Diœceſis[d] fuit propoſitum coram Nobis; quondam Albertus de Velſen. Pater dicti Gerardi, & Johannes dictus Perſienſis Miles[e] ejuſdem Diœceſis habens quamdam filiam infra ſeptennium conſtitutam prædictæ Hildegundi *quarto* gradu conſanguinitatis conjunctam, ſibi ad invicem promiſerunt, ut ſi præfatus *Gerardus*, qui tunc infra annos nubiles exiſtebat, & prædicta filia ipſius Militis ad nubilem perveniret ætatem, eos ad invicem matrimonialiter copularent; dummodò dictus Johannes certam dotem pro eâdem filiâ, prout inter ſe Parentes ipſi convenerant, exhiberet. Alioquin utraque pars eſſet a promiſſione hujuſmodi abſoluta. Cumque prædictus *Gerardus*, ac eadem filia dicti Militis, quæ in eumdem Gerardum poſt ſeptennium nunquam conſenſit, ad ætatem perveniſſet eamdem, dicto Milite nolente præfatam dotem juxta promiſſionem hujuſmodi exhibere, memorati *Gerardus*, & *Hildegundis* matrimonium ad invicem in facie Eccleſiæ legitimè contraxerunt; illudque per carnalem copulam conſumarunt. Licet autem ratione præmiſſorum eidem matrimonio nullius impedimenti apponi poſſe obſtaculum videatur; præfati tamen *Gerardus*, & *Hildegundis* Nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum eis, quòd in eodem matrimonio ipſis remanere liceat, diſpenſare ad *cautelam* de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. De veſtrâ itaque Circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinentes Diſcretioni veſtræ præſentium auctoritate committimus, quatenus inquiſitâ ſuper præmiſſis ſollicitè veritate, ac conſideratis diligenter circumſtantiis univerſis, quæ ſuper iis fuerint attendendæ, ſuper quibus veſtras intendimus conſcientias onerare, ſi rem inveneritis ita eſſe, *Gerardo*, & *Hildegundi* ad cautelam auctoritate Noſtrâ concedatis eiſdem, ut in dicto matrimonio poſſint licitè remanere.

ſuper dubio eorumdem conjugii,

atque ſupplicatio.

Pontifex facti cognitionem committit, ut ſupra.

Datum Tibure xv. Kalendas Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Mandat citari Epiſcopum Nuſcanum *ex O.M. ad dicendam cauſam coram ſe, quod ſine licentia Superiorum Ordinis Epiſcopatum acceperit*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 162. apud Waddingum ad hunc annum num. 1. Regeſ. Pontif.)

(a) Hoc autem anno electo Rectore vita functo alius electus fuit, ut infra ex 17. epiſt. *Significarunt Nobis &c.* die 4. Novembr. emiſſa.

(b) Traiecten.: Inferioris ad Rhenum etiam Ultrajectum appellatum, & vulgo *Utrecht* ad diſcrimen alterius *Trajecti* ſuperioris ad Moſam fluvium vulgo *Maſtrich*, de quibus dixi in 1. hujus Operis tomo pag. 407. (d)

(c) Velsen.: Forſan quæ vulgo *Velſenberch* nunc Villa in Ducatu Bergenſi ad Rhenum poſita.

(d) Traiecten. Diœcesis: Hinc liquet ſermonem eſſe de *Trajecto* inferiori ad Rhenum, non autem de ſuperiori ad Moſam; ſiquidem illud Oppidum erat Diœceſis Leodien., iſtud vero *Epiſcopatus* ſub Archiepiſcopo Colonien.

(e) Miles: Ideſt Equeſtris Ordinis, nobiliſque vir.

Honorius PP. IV. An.Ch.1285.

VIII.

Anno 1285. die 3. Septembris.

HONORIUS &c.

Venerabilibus Fratribus ... [a] *Archiep.* Beneventano [b], *&* ... [c] *Epiſcopo* Trojano [d] *Sal.*, *&* *Ap. Ben.*

(a b c d — Neapolitanæ Provinciæ Fratrum delatio)

SIGNIFICARUNT Nobis dilecti Filii ... Miniſter, & Fratres Ordinis Fratrum Minorum Provinciæ *Terræ laboris* [e], quòd cum ipſi Venerabilem Fratrem Noſtrum *Jacobum Nuſcanum* Epiſcopum [f] ſuper eo, quod ut iidem Miniſter, & Fratres aſſerunt, idem *Jacobus* de Ordine ipſo, in quo eſt vinculo profeſſionis aſtrictus, ſine obedientiâ exiens Epiſcopatum *Nuſcan.* de facto recepit contra ipſius Ordinis privilegia [g], & ſtatuta in animæ ſuæ periculum & dicti Ordinis detrimentum, petendo eum ab eodem Epiſcopatu repelli, & ad eumdem Ordinem redire, ac in eo obedientiam, & regulares obſervantias ſervare compelli, coram Venerabili Fratre Noſtro G. [h] Epiſcopo Sabinen. Apoſtolicæ Sedis Legato in partibus illis traxiſſent in cauſam; tandem lite ſuper libello pro parte dictorum Miniſtri & Fratrum coram eodem Legato in cauſâ ipſâ oblato legitimè conteſtatâ, de veritate dicendâ ab utrâque parte preſtito juramento, factis hinc inde poſitionibus, & ad eas reſponſionibus ſubſecutis, datis articulis, receptis teſtibus ab utrâque parte productis, & eorum atteſtationibus publicatis; exhibitis etiam litteris, inſtrumentis, juribus, & rationibus, quæ partes ipſæ coram eodem Legato dare ac producere voluerunt; & demum in cauſâ ipſâ concluſo; idem Legatus attendens cauſam hujuſmodi de majoribus [i] eſſe factam, ſuper proceſſibus in eâ coram ipſo habitis inter partes ipſas relatione fideli, & eâ ab eiſdem partibus approbatâ, cauſam ipſam ad Sedis Apoſtolicæ remiſit examen. Poſtmodum quidem fel. record. MARTINUS PAPA Quartus prædeceſſor Noſter Venerabili Fratri Noſtro [k] ... Epiſcopo *Prænestin.* cauſam prædictam audiendam commiſit, coram quo comparentibus in judicio quondam Petro de Baro ipſius Epiſcopi *Nuſcani*, ac Boncore de Fallerone prædictorum Miniſtri, & Fratrum Procuratoribus, aliquamdiù in cauſâ procedentibus ſupradictâ, quia tandem cauſâ ipſâ coram eodem Epiſcopo Præneſtino pendente, dictus *Petrus* naturæ perſolvit debitum; nec poſtmodum pro eodem *Nuſcano* Epiſcopo, qui propter hoc ab eodem Epiſcopo Præneſtino citatus extitit, pluries in audientiâ publicâ Procurator aliquis comparuit coram eo; idem Epiſcopus *Prænestin.* propter hoc in cauſâ omiſit procedere ſupradictâ. Quare iidem Miniſter, & Fratres Nobis humiliter ſupplicarunt, ut ne cauſam ipſam indeciſam remanere contingat, providere ſuper hoc paternâ ſollicitudine dignaremur. Quocirca Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, ſeu alter veſtrum per vos, vel per alium, ſeu alios præfatum Epiſcopum *Nuſcan.* ex parte Noſtrâ peremptoriè citare curetis, ut infra unius Menſis ſpatium poſt citationem veſtram cum omnibus actis, juribus, & immunitatibus ſuis cauſam ipſam contingentibus perſonaliter compareat coram Nobis facturus, & recepturus ſuper præmiſſis, quod ordo dictaverit rationis. Diem verò citationis, & formam, & quidquid ſuper his duxeritis faciendum Nobis per veſtras harum ſeriem continentes ſtudeatis fideliter intimare.

Datum Tibure III. Nonas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

(Marginal notes: de Epiſcopo Nuſcano O. M. — ab ipſis in judicium tracto coram S. A. Legato, — qui cauſam ad Sedem Apoſtolicam remittit. — & ab hac Epiſcopo Præneſtino committitur. — Interim interiit Epiſcopi delati Procurator, — & cauſa ob hoc omittitur. — Pontifex autem jubet, ut ſupra, cauſam ad ſe avocari.)

Compoſito inter Viterbienſes, *&* Urſum *Urſi diſſidio, relaxatiſque cenſuris Eccleſ. in Viterbien. ob eam rem latis, eorum abſolutionem ſcribit ſe committere Fr. Angelo Reatino hær. prav. Inquiſitori.* (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epiſt.481. anni 1.)

HONO-

(a) VEN.FRATRIBUS ... : *Joanni* ex Abbate Montis Caſini promoto, & poſtea inter Purpuratos electo ex Ughello to 8. Ital. Sac.

(b) BENEVENTANO : In Hirpinis, Regnoque Neapolitano, ſed uni Romano Pontifici cum Civitate ſubjecto.

(c) ET ... : *Rogerio* ex Ord. Minor. anno præcedenti promoto ex epiſt.68. Martini IV. *Sicut ex fraternit. &c.* die 20. Decembr. data.

(d) TROIANO : In Apulia Daunia, nunc Capitanata, ut ad prædictas litteras.

(e) TERRÆ LABORIS : Nunc Neapolitanæ, ex qua intelligimus *Fr. Jacobum* reum hujus Provinciæ alumnum fuiſſe, ſed cujus Cœnobii, ac patriæ, incompertum.

(f) NUSCANUM EPISCOPUM : Ejuſdem Regni Neapolitani ſub Archiepiſcopo Salernitano.

(g) ORDINIS PRIVILEGIA : Incip. *Petitio tua &c.* ab Innocentio IV. anno 1252. conceſſa, & ab Alexandro IV. confirmata.

(h) G. : *Gerardo* Blanco Parmenſi, de quo in litteris Martini IV. *Ex parte tua &c.* ſup. pag.254. relatis.

(i) DE MAIORIBUS : Quæ nimirum ſupremum judicem exquirit.

(k) FRATRI NOSTRO .... : *Hieronymo* Aſculano ex O. M. alias non ſemel memorato.

Digitized by Google

IX.

Anno 1285. die 4. Septembr.

Exordium.

HONORIUS &c.
Ad perpetuam rei memoriam.

BENEPLACITUM eſt Domino in pace Fidelium; & reconciliatio diſcordium in conſpectu ejus ſacrificium eſt in ſuavitatis odorem; ex quibus ſalubriter id efficitur, ut refrenato litigantium impetu ceſſent ſcandala; reprimantur injuriæ; diſcordiæ conquieſcant; ſicque ſub pacis tranquillitate foveatur charitas; rerum diſpendia evitentur; & labor mortalium ſe infinitis immiſcentium quæſtionibus, ſopito litium ſtrepitu, ad quietem, & ad debitum ſuæ operationis officium ſe convertat. Dudum ſiquidem inter dilectum Filium Nobilem Virum *Vrſum* [a] *de Filiis Vrſi* [b] de Urbe ex parte unâ, &... Poteſtatem, ... Capitaneum, Conſilium, & Commune, ac Univerſitatem Civitatis *Viterbien.* ex alterâ, procurante humani generis inimico pacis æmulo incentore malorum, ſuper Caſtris *Valerani*, *Cornentæ novæ*, & *veteris Roccæ altiæ*, *Corviani*, & *Fractæ* [c], ac ſuper tenimentis, & diſtrictibus Caſtrorum ipſorum, & cujuslibet eorumdem, nec non honore, juriſdictione, fructibus, redditibus, & obventionibus ex eis, & ex Territoriis ipſorum perceptis, & qui percipi potuerunt; ac injuris & damnis illatis hinc inde in rebus, & hominibus ac Vaſſallis eorum gravi exortâ materiâ quæſtionis; cujus occaſione prædictis partibus mutuo ad guerrarum diſcrimina concitatis; quaſi tota Provincia ſub multiplici bellorum conſtituta periculo fluctuavit; & præter atroces injurias hinc inde inter ipſas partes illatas varia ſunt exinde perſonarum, & rerum pericula, cædes, & captivationes quamplurium hominum ſubſecuta. Nos poſtquam, diſponente Domino, fuimus, licet immeriti, ad apicem Summi Apoſtolatus aſſumpti, cupientes inter Partes eaſdem, quarum diſpendioſa diſcordia Nobis præcipuè reddebatur odibilis, & toti Provinciæ oneroſa, bonum pacis & concordiæ provenire; opem & operam dedimus, qualiter eliminatis rancoribus, odiis effugatis, diſcordia hujuſmodi ſopiretur. Sicque dictis Partibus ab illo, ut credimus, divinitùs inſpiratis, qui *facit concordiam in ſublimibus ſuis*; quique pacis eſt auctor, & humanæ ſalutis amator; dictus Nobilis [d] per dilectum Filium Judicem Angelum dictum Pazengarum Procuratorem ſuum; .... Vicarius vero Poteſtatis ejuſdem, Capitaneus, Conſilium, & Commune Civitatis prædictæ per Paulum quondam Johannis Pauli Syndicum & Procuratorem ab eis ad hoc legitimè conſtitutos ſuper prædictis Caſtris, Tenimentis, Diſtrictibus, & Territoriis eorumdem, fructibus, redditibus, obventionibus ex eis perceptis, & qui percipi potuerunt; & ſuper offenſis, ac damnis hinc inde illatis in Caſtris & locis prædictis, ac pertinentiis eorumdem in Nos tanquam Arbitratorem, Compoſitorem, & Ordinatorem compromittere curaverunt, dantes Nobis plenam, & liberam poteſtatem procedendi, arbitrandi, laudandi, præcipiendi, & dicendi altè & baſsè [e] inter partes prædictas, ſemel & pluries; ſimul, & ſeparatim; quandocumque & quotieſcumque Nobis placuerit, juris ordine ſervato, & non ſervato; cognito, vel non cognito de juribus Partium, diebus feriatis, vel non feriatis omni loco, & tempore, citatis partibus, & non citatis, præſentibus, vel abſentibus eis, unâ præſente, & alterâ abſente, alterâ tantum citatâ, vel ambabus quomodocumque, & qualitercumque Nobis placuerit ſicut in ſeriè compromiſſi exindè facti per manus Magiſtri Pauli de Reate Cameræ noſtræ Notarii pleniùs continetur. Nos autem quanquam multorum negotiorum incumbentium Nobis undique varietate diſtracti zelantes pacem & concordiam inter partes reformari præfatas, onus hujuſmodi compromiſſi ſuſcepimus ſollicitè cogitantes, qualiter per Noſtræ diligentiæ ſtudium, Deo propitio, & prædictæ diſcordiæ ſopiantur, ac illarum Partium Incolæ pacis ſtâbilis, & quietis ſtatu proſpero gratulentur, & quia hujuſmodi negotium propter animarum & perſonarum evitanda pericula cordi Noſtro propenſiùs inhærebat; ſubſequenter poſt dictum compromiſſum ſuſceptum a Nobis ad

Marginal notes (left): Urſum Rom. inter, & Viterbienſes quæſtio oritur ſuper Caſtris &c. — & bellum, cædeſque ſiunt. — Pontifex rem componere ſtudet.

Marginal notes (right): HONORIUS PP. IV. An.Ch.1285. — Job 25. 2. — & partes ad eum Procuratores ſuos mittunt. — eorumque cauſæ arbitrum, & judicem conſtituunt. — Pontifex ut arbiter ac judex

(a) URSUM: Nicolai III. nepotem, ad quem Patrimonii B. Petri in Tuſcia Rectorem, & Pontif. Mareſcallum extat ejuſdem Nicolai epiſt. *Cum ad recuperationem &c.* anno 1278. 24. Julii data.

(b) DE FILIIS URSI: Qui nunc *Vrſini*, ut ibi.

(c) FRACTÆ: Quorum Caſtrorum quatuor Urſo adjudicata ſunt, & duo Viterbienſibus; etſi poſtea eidem omnia ceſſa fuerunt, ut ſub Bonif. VIII. videbitur.

(d) DICTUS NOBILIS: Nimirum *Vrſus*.

(e) ALTE ET BASSE: Nempe arbitrarie.

Digitized by Google

3. Caſtra prædicta penes nepotem ſuum cuſtodienda deponi jubet;

A ad expeditionem ipſius negotii celerem intendentes, prædicta Caſtra *Valerani*, *Roccæ altiæ* & *Fractæ* dilecto Filio Nobili viro *Lucæ de Sabello* Nepoti, & Mareſcalco Noſtro fecimus aſſignari cuſtodienda per eum Noſtro nomine uſque ad Noſtrum beneplacitum & mandatum: Cupientes igitur prædictum negotium ex traditâ Nobis ab eiſdem partibus poteſtate Noſtræ proviſionis ſtudio, prout expedit, terminare, auctoritate hujuſmodi compromiſſi, reſervatâ Nobis primitus Poteſtate iterum arbitrandi, componendi, diffiniendi, præcipiendi, & declarandi ſuper damnis & injuriis hinc indè illatis, ac omnibus aliis & ſingulis ſupradictis, ſicut, & quando Nobis placuerit, & prout viderimus expedire. In primis volumus, & mandamus, quòd utraque Pars ab omni guerrâ, moleſtia, injuria, & offenſa penitus conquieſcat; nec per ſe, neque per alios altera lædat alteram in perſonis vel rebus; ab omnibus nihilominus cavalcamentis, ſeu cavalcatis, & repreſaliis, ac quibuslibet aliis hoſtilibus, & illicitis incurſibus, & aggreſſibus, ac moleſtiis invicem abſtinendo. Præterea cum publicum, & notorium habeatur, ita quod nullâ poteſt tergiverſatione celari, quòd idem *Urſus* poſſeſſione dictorum Caſtrorum *Valerani*, *Roccæ altiæ*, & *Cornentæ novæ*, ac tenimenti ſui extitit ſpoliatus; quòdque illa ſpoliationis tempore tenebat, & etiam poſſidebat; arbitramur, præcipimus, ac mandamus, eumdem *Urſum* reſtituendum fore ad ipſorum Caſtrorum & tenimentorum ſuorum poſſeſſionem, qua extitit ſpoliatus; ipſumque in tenutâ eorumdem Caſtrorum & tenimentorum *Valerani*, & *Roccæ altiæ* reduci, & reponi debere; ac præfato Lucæ Nepoti noſtro, cui, ſicut prædicitur, dicta Caſtra fecimus aſſignari nomine Noſtro tenenda per ipſum, quòd eidem *Urſo*, vel ejus Procuratori, ſeu Nuntio Caſtra ipſa, & ipſorum tenutam ex nunc deliberet, & aſſignet. Caſtrum quoque *Fractæ*, quod idem *Urſus* tenebat, & prædicto Nepoti noſtro de mandato Noſtro tradidit nomine Noſtro tenendo per eum, eidem *Urſo* reſtitui volumus tenendum ab ipſo; prout prius illud tenebat. Per hoc autem non intendimus, quantum ad proprietatem eidem *Urſo* aliquod jus acquiri de novo; nec jus, ſi quod in Caſtris ipſis, vel eorum altero, aut tenimentis ipſorum, prædicto Communi *Viterbienſi*, ſeu quibuſcumque aliis competit, quoad jus, & proprietatem in aliquo deperire. Nos enim parati ſumus eidem Communi *Viterbienſi* ſuper proprietate, ac aliis juribus Caſtrorum ipſorum exhibere, ac exhiberi facere juſtitiæ complementum. Et ut hujuſmodi Noſter arbitratus, præceptum, atque mandatum perpetuam obtineant firmitatem, præcipimus ſub virtute præſtiti juramenti, & pœnâ in compromiſſo contentâ eadem arbitratum, præceptum, atque mandatum cum ſuis tenoribus ab utrâque parte perpetuò & inviolabiliter obſervari. Decernentes partem, quæ ſecus præſumeret, præter reatum perjurii, pœnæ hujuſmodi ſubjacere. Cæterum quia cupimus, ut ex hujuſmodi Noſtro arbitratu, præcepto, atque mandato prædicto Communi *Viterbienſi* pacificus & tranquillus ſtatus proveniat; & etiam ex commiſſo Nobis Apoſtolatus officio animabus eorum ſalutis augmentum, actore Domino, producatur; omnes *Interdicti*, & *excommunicationum* ſententias Apoſtolicâ, ſive quâcumque aliâ auctoritate in Civitatem *Viterbien.*,... Poteſtatem,... Capitaneum, Officiales, Commune, vel ſingulares perſonas ipſius occaſione, ſive occaſionibus dictorum Caſtrorum, vel quæſtionum inter ipſum Nobilem, & dictum Commune hactenus exortarum prolatas, ex nunc de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine duximus relaxandas, dilecto Filio *Fr. Angelo de Reate* [a] Ordinis Minorum Inquiſitori Hæreticæ pravitatis in Romanâ Provinciâ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus per ſe, vel per alium omnibus *Viterbienſibus* abſolutionem petentibus juxta formam Eccleſiæ munus abſolutionis impendat.

utramque partem a bello, & offenſis conquieſcere;

Urſo caſtrorum quorundam poſſeſſionem reddi,

& Fractæ caſtrum reſtitui

cum proteſtatione;

eaque obſervari mandat ſub pœna &c.

& Eccleſ. cenſuras relaxans

Fr. Angelo O. Min. Inquiſ. committit, ut ſupra.

Actum in Palatio Epiſcopatus Eccleſiæ Tiburtinæ II. Nonas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo [b].

Idem

(a) FR. ANGELO DE REATE: Qui poſtea *Epiſcopus Nepeſinus* factus eſt a Bonifacio VIII., quemque Waddingus ad ann. 1288. n. 22. ait memorari etiam in 126. epiſt. Nicolai IV, Regeſ. Vatic. 3. cal. Maji data anno 1. ſuper præſenti controverſia; & infra ponetur in tomo 4. noſtri *Bullarii*.

(b) De eadem re legenda eſt hujus Pontificis epiſt. *Sic ad bonum pacis &c.* anno ſequenti die 21. Maji data.

Digitized by Google

Idem ſtatuitur in contentione ejuſdem Urſi *cum* Petro de Vico. (Ex cit. Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 482. anni 1.)

X. Anno 1285. die 4. Septembr.

HONORIUS &c.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter Urſum & Petrum de Vico controverſia,

Dudum inter Nobiles Viros *Urſum* [a] de filiis Urſi ex parte unâ, & *Petrum de Vico* [b] ex alterâ procurante humani generis inimico, pacis æmulo, incentore malorum, occaſione captionis Caſtri *Valerani*, demolitionis Palatii dicti Caſtri, ablationis baliſtarum, & aliarum rerum in Caſtro, & Palatio præfatis exiſtentium ad Urſum pertinentium ſupradictum; & etiam occaſione captionis Caſtrorum *Corbiani*, & *Roccæ Altiæ*, ac aſportationis rerum inventarum ibidem, quæ ſimiliter ad *Urſum* memoratum ſpectabant; necnon & inſultuum factorum contra Caſtrum *Fractæ*, & *Corclani*, & omnium aliorum inſultuum, aſſalimentorum [c], & aggreſſuum factorum hinc inde inter dictos Nobiles, Vaſſallos, & Inquilinos eorum, vel alios de mandato ipſorum Nobilium, vel eorum alterius; occaſione quoque injuriarum, offenſarum, cavalcamentorum [d], adductionis prædictarum & aliorum exceſſuum commiſſorum per ipſos nobiles invicem tàm in Vaſſallis, Bonis, & Territoriis dictorum Caſtrorum, quàm etiam aliorum videlicet *Suriani* [e], *Corclani*, *Caſtillionis*, *Julianelli*, & pertinentiis eorumdem gravi diſſentionis materiâ ſuſcitatâ, cujus occaſione ipſis Nobilibus mutuò ad Guerrarum diſcrimina &c. [f] præfatus verò *Petrus* per dilectum Filium Petrum Saracenum Cappellanum noſtrum Procuratores ſuos ab eis ad hoc legitimè conſtitutos ſuper prædicto Caſtro *Valerani*, & omnibus aliis ſupradictis, omnibus litibus, & quæſtionibus, quæ occaſionibus ſupradictis vertebantur, ſeu verti poterant inter eos, in nos tanquam in Arbitratorem &c. [g] prædictum Caſtrum *Valerani* dilecto Filio Nobili viro *Lucæ de Sabello* nepoti, & Mareſcallo Noſtro fecimus aſſignari, cuſtodiendum per eum Noſtro nomine, uſque ad Noſtrum beneplacitum & mandatum &c. [h] dicti Caſtri *Valerani* extitit ſpoliatus; quodque hujuſmodi ſpoliationis tempore Caſtrum ipſum tenebat, ac etiam poſſidebat; arbitramur, præcipimus, & mandamus eumdem *Urſum* reſtituendum fore ad poſſeſſionem ipſius Caſtri, qua extitit ſpoliatus; ipſumque in tenutâ ejuſdem Caſtri *Valerani* reduci, & reponi debere; ac præfato Lucæ Nepoti Noſtro, cui, ſicut prædicitur, Caſtrum ipſum fecimus aſſignari nomine Noſtro tenendum per ipſum, quòd eidem Urſo, vel Procuratori ſuo, ſeu Nuntio Caſtrum ipſum, & ipſius tenutam ex nunc deliberet, & aſſignet. Inſuper præcipimus, & mandamus, quòd tota pecunia depoſita, vel ſequeſtrata, quæ olim pro parte ipſius *Urſi* promiſſa, ſeu conventa fuit dicto *Petro* [i] pro pretio certæ partis ipſius Caſtri, ſive jurium, quæ ipſe *Petrus* obtinebat in eo nomine emptionis; eidem *Petro*, lege, ac formâ depoſiti obſervatis, integrè aſſignetur; nec idem *Urſus* ſuper hoc præſtet aliquod impedimentum, quominus dicto *Petro* juxta formam, & legem prædictas fiat aſſignatio pecuniæ ſupradictæ. Et poſtquam prædictam pecuniam ad eumdem Petrum pervenire contigerit; ipſe *Petrus* contra hujuſmodi venditionem venire, vel dictum Urſum ſuper Caſtro ipſo, & ejus tenutâ & poſſeſſione turbare, moleſtare, vel impetere quomodolibet non attemptet. Præcipimus etiam, & mandamus, quòd omnes ſententiæ tam *Interdicti*, quàm *excommunicationum*, quæ occaſionibus prædictorum Caſtrorum *Valerani*, & *Roccæ Altiæ* in Terras dicti Petri, & in ſuam, & vaſſallorum ſuorum perſonas Apoſtolicâ, ſeu quacumque aliâ auctoritate hactenus ſunt prolatæ, relaxentur, & debeant relaxari,

Marginal notes: & inde bellum oritur, & cædes. — Utraque pars Pontificem arbitrum conſtituit, — qui diſſenſionis Caſtrum nepoti ſuo cuſtodiendum tradit, — mox illud Urſo adjudicat, — & Petro de Vico pecuniam depoſitam, ac promiſſam. — Cenſuras Eccl. relaxari mandat,

(a) Ursum: De quo in præcedenti epiſt.

(b) Petrum de Vico: Viterbien. & Romanum Civem, qui partes antea Manfredi Tarentini Principis ſecutus Patrimonium B. Petri vexaverat, Sutrium oppreſſerat, Vicovarum obſederat, conjurationem Romæ conflaverat, Oſtiam & Centumcellas occupaverat, tandem Eccleſiæ Rom. anno 1265. ſub Clemente IV. reconciliatus eſt ex Annal. Eccleſ. Raynaldi.

(c) Assalimentorum: Pro *invaſionum*.

(d) Cavalcamentorum: Pro hoſtili equitatione.

(e) Suriani: De quo in alia epiſt. Nicolai III. *Cum ad recuperationem &c.* agitur.

(f) Discrimina &c. Ut in ſuperiori epiſt. uſque *Angelum Panzegarum*, mutatis tantum *partes* in *Nobiles*.

(g) Arbitratorem &c.: Ut ibidem uſque *celerem intendentes*.

(h) Et mandatum &c. Ut ſupra uſque ad *idem Urſus poſſeſſione*.

(i) Dicto Petro: Nempe *de Vico*; ad quem extat Alexandri IV. epiſt. 551. in 2. hujus Operis tomo relata pag. 392.

Digitized by Google

& præfatum Petrum abſolvi,

xari, quas ex nunc auctoritate Apoſtolicâ relaxamus, mandantes nihilominus eidem *Petro* abſolutionis beneficium, quod inſtanter petiit, juxta formam Eccleſiæ exhiberi. Ceterum quia de Territoriorum *Soriani*, *Julianelli*, *Corclani*, & *Caſtellionis* Caſtrorum prædictorum finibus nondum propter temporis brevitatem plenè certificari potuimus; arbitrandi, & diffiniendi ſuper iis, prout, & quando Nobis placuerit, poteſtatem Nobis plenariam reſervamus. Et ut hujuſmodi Noſter arbitratus, præceptum, atque mandatum perpetuam obtineat firmitatem; præcipimus ſub virtute præſtiti juramenti, & pœnâ in compromiſſo contentâ, eadem arbitratum, præceptum, atque mandatum cum ſuis tenoribus ab utrâque parte perpetuo, & inviolabiliter obſervari; decernentes, Partem, quæ ſecus præſumeret, præter reatum perjurii, pœnæ hujuſmodi ſubjacere; ac dilecto Filio *Fratri Angelo de Reate* [a] Ordinis Minorum Inquiſitori hæreticæ pravitatis in Romanâ Provinciâ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus per ſe, vel per alium eiſdem *Petro*, & vaſſallis ſuis abſolutionem petentibus juxta formam Eccleſiæ munus abſolutionis impendat.

judicatum ſuum obſervari;

a

& Fr. Angelo Inquiſitori hær. prav. abſolutionem conferre petentibus.

Actum, *ut ſupra*.

Piis apud Præneſte fœminis commorantibus datam ſuo juſſu expetitam Clariſſarum Regulam confirmat, & Monaſterium S. Silveſtri in Capite *Romæ confert*. (Ex Reges. Vatic.. epiſt. 117. apud Waddingum ad hunc ann. n. 2. Reges. Pontif., & in noviſſimo Bullario Rom. n. 4. to. 3. par. 2.)

XI.

Anno 1285 die 24. Septembr.

HONORIUS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus Herminiæ [b] *Abbatiſſæ Monaſterii Sancti Silveſtri in Capite* [c] *de Urbe, ejuſque Sororibus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum Sal., & Apoſtol. Bened.*

b

c

Exordium a Monialium, & præcipue Margaritæ Columnenſis commendatione.

ASCENDIT fumus aromatum in conſiderationis Noſtræ conſpectu fide dignorum aſſertione diffuſus de famâ, & converſatione veſtrâ laudabili; de meritis commendabilium proceſſuum veſtrorum extollendis merito laudibus virtuoſis. Fragat enim in Domo Domini audientium mentes, multo reficit gaudio, multo replet odore, quòd ſicut intelleximus quondam *Margarita de Columna* [d], divitiis, & nativâ proprii generis nobilitate contemptis, ceteriſque ſeculi hujus abnegatis illecebris prudenter elegit Christo pauperi humiliter in paupertate ſervire; ipſique velut apes argumentoſa deſerviens vos ad id ſuo commendabili provocavit exemplo [e]; ſicque vota veſtra aſpirante Domino, ac vias miſericorditer dirigente, vos conſultiùs attendentes, quòd tranſit mundus, tranſeunt & concupiſcentiæ ejus, fallaces illius blanditias repudiando, prudentiùs decreviſtis vobis ipſum crucifigere; & vos ipſi, aliquibus ex vobis ab adoleſcentiâ, nonnullis etiam ab infantiâ ſub religioſo habitu, licet nulli adhuc obſervantiæ ſpecialis eſſetis religionis aſtrictæ, gratum exhibentibus Domino famulatum. Demùm verò prævenientis gratiæ vos proſequente virtute, in illud robur animi, ſicut ſperatur, erectæ, ut conſtanter proponatis habere pro minimo, ſive hoſtis aſpera turbidus inſæviat; ſive Mundus proſpera mentibus illudat; deſiderantes in caſtris clauſtralibus ſub obſervantia Ordinis *Sororum Minorum incluſarum* dimicare ſecuriùs contra hoſtiles incurſus, ſupplicaſtis humiliter, Regulam conceſſam eidem Ordini a felicis recordationis Alexandro [f], & correctam, & emendatam a piæ memoriæ Urbano [g] Romanis Pontificibus prædeceſſoribus Noſtris; nec non locum ipſius obſervationi congruum vobis per Sedem Apoſtolicam miſericorditer aſſignari. Nos autem veſtris petitionibus ſaluti animarum veſtrarum accomodis benevolo concurrentes aſſenſu Venerabili Fratri Noſtro ... [h] *Præneſtino Epiſcopo* ad ſuam Diœceſim, ubi tunc temporis in

d

e

1. Joan. 2. 17.

Nonnullæ ab infantia, & ab adoleſcentia religioni deditæ,

Quæ peroptant, petuntque ſibi dari Regulam Clariſſarum, & locum congruum;

f

g

h

Pontifex Præneſtino Epiſcopo negotium committit,

(a) Fr. Angelo de Reate: De quo in ſup. epiſt.

(b) Herminiæ: Quæ creditur ex domo Columnenſi, & B. Margaritæ conſanguinea.

(c) S. Silvestri in Capite: A Waddingo ad hunc ann. 1285. n. 17. & ſeqq. Annal. fuſe deſcripti.

(d) Margarita de Columna: Cujus vitam habes apud cit. Waddingum ad ann. 1284. n. 4. & ſeqq., & alios ab eodem ibi relatos.

(e) Exemplo: Complures enim puellæ, & ancillæ ei adhæſerant tantæ virtutis ſectatrices ex ejus Vita.

(f) Alexandro: Hujus nominis *Quarto*.

(g) Urbano: Etiam *Quarto*.

(h) Fratri Nostro ...: Hieronymo Aſculano ex Ordine Minorum aſſumpto.

Digitized by Google

in Monte Præneſtino [a] habitabatis, & adhuc habitare dicimini [b] ſub decenti clauſurâ, perſonaliter accedenti, vivâ voce commiſimus, ut vobis petitam *Regulam* aſſignaret; & a vobis recipiens *Regulæ* profeſſionem ejuſdem, Abbatiſſam per vos, ſicut in eâdem conceditur *Regula*, eligendam auctoritate Apoſtolicâ confirmaret. Qui, votis veſtris cum maturitate debitâ diligentiùs exquiſitis, vos conſtantes in præmiſſo propoſito veſtro comperiens aſſignavit vobis *Regulam* memoratam; & ipſius a vobis id inſtanter petentibus, profeſſione receptâ; teque, dilecta in Chriſto Filia *Herminia*, in Abbatiſſam per viam ſcrutinii electâ, concorditer electionem hujuſmodi, quia eam invenit canonicam, & de perſonâ idoneâ celebratam, auctoritate ſibi a Nobis in hoc traditâ, confirmavit. Sanè factâ Nobis per eumdem Epiſcopum ad Noſtram præſentiam redeuntem ſuper hujuſmodi ſuo proceſſu relatione fideli; Nos proceſſum ipſum provide habitum, ratum, & gratum habentes, & auctoritate Apoſtolicâ confirmantes; ac volentes juxta præmiſſæ veſtræ petitionis inſtantiam de loco vobis congruo providere, Monaſterium *Sancti Silveſtri in Capite* de Urbe ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinens, hactenus Ordinis Sancti Benedicti, vacans per translationem ſui Abbatis [c] ad Monaſterium *Sancti Laurentii* foris muros Urbis Ordinis ſupradicti [d], Monachis ipſius Monaſterii Sancti Silveſtri alibi, prout eorum ſaluti expedire putavimus, collocatis; quod quidem Monaſterium *Sancti Silveſtri* non facilè poterat de perſonis ejuſdem Ordinis reformari; quia ipſum conſideravimus habitationi veſtræ, nec non obſervationi ejuſdem veſtri Ordinis congruum, vobis de Fratrum Noſtrorum conſilio ex ſpeciali gratiâ cum domibus, hortis, vineis, terris, caſalibus, poſſeſſionibus, vaſſallis, & omnibus aliis bonis, privilegiis, immunitatibus, & quibuslibet ſuis pertinentiis, & juribus duximus

qui Regulam concedit, earum profeſſionem excipit, & electam ab ipſis Abbatiſſam confirmat.

Pontifex ea cuncta rata habens eis Monaſterium S Silveſtri attribuit in Urbe

cum omnibus bonis ſtabilibus, ac juribus ei pertinentibus,

A concedendum, ſtatuentes ipſum Monaſterium *Sancti Silveſtri in Capite* Ordinis *Sororum Minorum Incluſarum* [e] de ceterò nominandum; & quòd idem Ordo veſter inibi perpetuis temporibus obſervetur; & tam vos, quàm vobis in eodem Monaſterio ſucceſſuræ liberè uti poſſitis omnibus privilegiis, indulgentiis, immunitatibus, & gratiis eidem Ordini veſtro ab Apoſtolicâ Sede conceſſis; & idem Monaſterium *Sancti Silveſtri* Nobis, & ipſi Eccleſiæ Romanæ ſubjectum immediatè remaneat, ſicut erat. Volumus quoque, quòd *quatuor Fratres* Ordinis Minorum experientiâ longâ probati perpetuò in eodem Monaſterio ſeorſum continuè maneant ad Divina celebranda vobis Officia, & miniſtranda Eccleſiaſtica Sacramenta; quòdque omnia, & ſingula ea, quæ vobis ex inſtitutione veſtræ Regulæ tam circa electionem *Abbatiſſæ*, quàm circa quæcumque alia, nec non & alia, quæ Ordini præfato Minorum, vel perſonis ipſius ex eâdem inſtitutione in Monaſteriis ſæpefati Ordinis veſtri competunt, vobis, ac eidem Ordini Minorum, & perſonis integra, & illibata remaneant; nec illis pro eo, quod idem Monaſterium Sancti Silveſtri remanet Nobis, & Eccleſiæ Romanæ, ut præmittitur, immediatè ſubjectum, detrahatur in aliquo, ſeu aliquatenus derogetur. Ceterum vobis præſentium tenore concedimus, ut ad id Monaſterium *Sancti Silveſtri* nullâ aliâ expectatâ, vel petitâ licentiâ tranſeatis: Adjicientes expreſſiùs, quòd ſi contingat ſæpefatum Monaſterium veſtrum *Sancti Silveſtri* a perſonis ejuſdem veſtri Ordinis deſeri, & pro derelicto haberi, Monaſterium ipſum cum omnibus bonis ſuis pertinentiis, juribus ſupradictis volumus in Noſtrâ, Succeſſorum Noſtrorum Romanorum Pontificum, ac ejuſdem Romanæ Eccleſiæ diſpoſitione liberâ remanere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Confirmationis, Conceſſionis, Conſtitutionis, &

& 4. Fratres Ordi Minorum in earum obſequium perpetuo manere decernit,

cum adjtione ad ipſum,

& conditione de eodem.

Clauſula prohib. &c.

(a) In Monte Prænestino: Olim in Latio, nunc in Campania Romana ab Urbe Roma 23. mill. paſ. circiter diſtante.

(b) Habitare dicimini: Quò in ſolitarias ædes avitas tamen B. Margarita cum duabus ancillis ſe contulerat ſub initium ſuæ converſionis arctiorem actura pœnitentiam.

(c) Sui Abbatis: *Symolphi* ultimi, qui paulo poſt ex hac vita diſceſſit ex Waddingo ad annum iſtum n.19.

(d) Ordinis supradicti: Nunc Canonicorum Regularium S. Salvatoris.

(e) Sororum Minorum Inclusarum: Ita vocari poſtularunt Moniales Monaſterii Humilitatis B. Mariæ *Pariſien.* Diœceſis, quarum Regulam iſtæ depoſcunt.

Digitized by Google

HONORIUS PP. IV. An.Ch. 1285.

Mandati Noſtri infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Subſcriptiones Romanæ Eccleſiæ.

Ego Honorius *Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*

Ego Ordonius Tuſculan. Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Fr. Bentinvenga Albanen. Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Fr. Latinus Oſtien., & Velletren. Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Fr. Hieronymus Præneſtin. Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Bernardus Portuen., & Sanctæ Rufinæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Ancherus Tituli Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Hugo Tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Gervaſius Tituli Sancti Martini Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Comes Tituli Sanctorum Marcellini, & Petri Presbyter Card. ſubſcripſi.

Ego Gaufridus Tituli Sanctæ Suſannæ Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Gottifridus S. Georgii ad Velum Aureum Diaconus Card. ſubſcripſi.

Ego Jacobus Sanctæ Mariæ in Viâ Latâ Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Benedictus Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Card. ſubſcripſi.

Datum Tibure per manum Magiſtri Petri de Mediolano Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii VIII. Kalendas Octobris, Indictione XIV. Incarnationis Dominicæ Milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto, Pontificatus verò Domini Honorii Papæ IV. Anno Primo.

Jubet diſpenſari Petrum Bleſen. *ab irregularitate in* Interdicto *contracta*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 140. anni I., teſte etiam Petro de Alva in Indic. Bullarii Seraph.)

XII.

Anno 1285. die 30. Septembr.

HONORIUS &c.

Dilectis Filiis ... Guardiano Fratrum Ordinis Minorum, & ... Officiali Turonen. [a] *Sal., & Ap. Ben.*

Petri Bleſenſis expoſitio,

Significavit Nobis Magiſter *Petrus* dictus *de Bleſis* Canonicus Turonen. quòd olim Eccleſiaſtico *interdicto*, cui Villa Bleſenſis [b] Carnoten. [c] Diœceſis per Venerabilem Fratrem Noſtrum ... [d] Epiſcopum Carnoten. ſuppoſita tunc erat, durante, apud Eccleſiam Monaſterii Sanctæ Mariæ *de Burgo medio* [e] dictæ Villæ, in qua licet Abbati, & Conventui ejuſdem Monaſterii tempore generalis *interdicti* ex indulto Apoſtolico Divina Officia celebrare; in Anniverſario die obitus quondam .. Abbatis ejuſdem Monaſterii Fratris ſui pro animâ ipſius Fratris Miſſarum Defunctorum ſolemnia celebravit; id non licere ſibi de jure, pro eo quod indultum hujuſmodi ſe non extendebat ad ipſum, prout debuit, non attendens; qui ſe in hoc deliquiſſe poſtea recognoſcens, a celebratione Divinorum abſtinuit reverenter. Quare pro parte dicti *Petri* fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut cum ipſe propter debilitatem proprii corporis, quam parit in eo tædioſa ſenectus, non poſſit perſonaliter Apoſtolicam Sedem adire pro diſpenſationis ſuper hoc gratiâ obtinendâ, providere in hac parte ſibi miſericorditer dignaremur. Nos itaque de circumſpectione veſtrâ plenam in Domino fiduciam obtinentes Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præmiſſis veris exiſtentibus, cum prædicto *Petro* ſuper *irregularitate*, quam ratione prædictorum contraxit, auctoritate noſtrâ diſpenſetis, impoſitâ ei propter hoc pœnitentiâ ſalutari, prout ejus ſaluti videritis expedire. Non obſtante Indulgentiâ &c. [f]

ſe tempore Interdicti celebraſſe in loco exempto,

a qua re ſupplicat diſpenſari.

Pontifex injungit, ut ſupra,

obſtanti derogando.

Datum Tibure II. Kalendas Octobris [g], Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Cogni-

(a) Officiali Turonen.: De cujus officio dictum eſt in 1. hujus Operis tomo pag. 309. (a). *Turonen.* vero vulgo *Tours* ad Ligerim fluvium Galliarum vetuſta, nobiliſſima Metropolis; ubi Fratres O. M. locum obtinuerant anno 1224. ex Chronico illius Metropolis; etſi Waddingus nonniſi ad ann. 1288. n. 39. illius mentionem egerit: & licet eſſet 2. al. 7. *Cuſtodia* Bituricenſis ex veteri *Provinciali* noſtri Ordinis; tamen *Provincia Turonenſis* nuncupabatur ab initio dicti Ordinis.

(b) Blesensis: Vulgo *Blois* ad fluvium Ligerim elegans Oppidum inter Aurelianos ad ortum 16., & Turones ad occaſum 18. leucis poſitum.

(c) Carnoten.: Al. Carnuten. vulgo *Chartres* in Belſia Provincia Epiſc. tunc ſub Senonen., nunc Pariſienſi Archiepiſcopo ſubjectus ab anno 1621.

(d) Ven. Fratrem ...: *Simonem* de Perucheo.

(e) S. Mariæ de Burgo medio: Cujus in Annal. Benedict. cl. Mabillon. nulla fit mentio.

(f) Indulgentia &c. Ut in Bulla 57. Nicolai III.

(g) II. Kalend. Octobris: In Supplemento Annalium Waddingi ad hunc annum num. 2. legitur: dat. *idibus Octobris*.

Digitized by Google

Cognitionem de Lacedæmonen. Epiſcopo in Olenen. *Antiſtitem poſtulato committit, an eo transferendus, vel alter inquirendus*. (Ex Vatic.Reges.Pontif. epiſt.139. anni 1., teſtante etiam Petro de Alva in Indic. Bul. Seraph.)

XIII. Anno 1285. die 30. Septembr.

HONORIUS &c.

Venerabili Fratri .... [a] *Archiepiſcopo Thebano* [b], *& dilectis Filiis* .. *Priori Prædicatorum*, *&* .. *Miniſtro Minorum Fratrum Ordinum Provincialibus in Provincia* Greciæ [c] *Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

Olenen. Eccleſia vacat,

VACANTE dudum *Olenenſi* Eccleſiâ [d] per obitum bonæ memoriæ *P.* [e] Epiſcopi *Olenenſis*, Capitulum ipſius Eccleſiæ vocatis omnibus, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt commodè intereſſe, die ad eligendum præfixâ, ut moris eſt, convenientes in unum pro futuri ſubſtitutione Paſtoris Venerabilem Fratrem Noſtrum *Nicolaum Lacedemonen.* [f] Epiſcopum per viam compromiſſi in eorum, & dictæ *Olenen.* Eccleſiæ poſtularunt Epiſcopum & Paſtorem, & fel.record. Martino Papæ Quarto prædeceſſori noſtro per Procuratorem, & Nuncium ad hoc ſpecialiter deſtinatum humiliter ſupplicarunt, ut poſtulationem ipſam admittere de benignitate Apoſtolicâ dignaretur. Idem verò Prædeceſſor hujuſmodi appellationis proceſſum, ac decretum ſuper ipsâ confectum Venerabili Fratri L. [g] Oſtienſi Epiſcopo, & dilectis Filiis Noſtris Hugoni tituli Sancti Laurentii in Lucinâ Presbytero, & Jacobo Sanctæ Mariæ in Vialatâ Diacono Cardinalibus examinandum commiſit, qui proceſſum, & decretum hujuſmodi diligenter examinare curarunt, ex quorum relatione fideli poſtmodum ſuper hoc eidem prædeceſſori factâ, proceſſus hujuſmodi ſuper eâdem poſtulatione canonicus eſt repertus; propter quod præfatus Prædeceſſor admiſſionem poſtulationis hujuſmodi perſonis Eccleſiaſticis ſub certâ formâ deliberaverat committendam. Sed poſtea eodem Prædeceſſore viam univerſæ carnis ingreſſo [h], ex hujuſmodi deliberatione debitus non eſt ſubſecutus effectus. Nos itaque ejuſdem Prædeceſſoris in hac parte veſtigiis inhærentes Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus habentes Deum præ oculis, ſi eundem Epiſcopum, diligenti inquiſitione per vos factâ de ipſo, moribus, honeſtate, ſcientiâ, & aliis virtutum meritis ad hoc inveneritis adjuvari, & id etiam utilitati ejuſdem Eccleſiæ *Olenen.* expedire videritis, ſuper quibus veſtras intendimus conſcientias onerare, ipſum auctoritate Noſtrâ a vinculo, quo præfatæ *Lacedemonen.* tenetur Eccleſiæ, abſolventes, præfatæ *Olenen.* Eccleſiæ præficiatis in Epiſcopum, & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius in ſpiritualibus, & temporalibus committendo, ac faciendo ſibi a ſubditis ſuis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi. Alioquin poſtulatione hujuſmodi non admiſſâ faciatis eidem *Olenen.* Eccleſiæ de perſonâ idoneâ per electionem, ſeu poſtulationem canonicam provideri. Non obſtante Indulgentiâ per quam vobis, Prior, & Miniſter, ſeu Ordinibus veſtris a prædictâ Sede dicitur eſſe conceſſum, quòd non teneamini vos intromittere de quibuſcumque negotiis, quæ vobis per ipſius Sedis litteras committuntur, niſi in eis de conceſſione hujuſmodi plena, & expreſſa mentio habeatur. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Quòd ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe; tu, Frater Archiepiſcope, cum eorum altero ea nihilominus exequaris.

Datum, *ut ſupra*.

Margin notes: & Epiſcopus Lacedemon. poſtulatur ad eam, — cujus poſtulatio a Martino IV. committitur examinanda, — quæ canonica reperta aliud examen decernitur, — quod mortuo Martino Honorius injungit, ut ſupra — cum clauſ. derogat. — & mandati moderatione.

(a) Ven. Fratri ....

(b) Thebano: In Bœotia ad fluvium Iſmenum urbs olim celebris, Regioniſque primaria, nunc ſub Turcis vulgo *Stives* in vicum redacta paucis conſtat incolis.

(c) Greciæ: Quæ *Romania* dicebatur ab Ordine Minor., ut alias eſt oſtenſum.

(d) Olonen. Ecclesia: In Peloponneſo nunc *Morea*, ac Regione Achaiæ minoris, quæ poſtea Ducatus Clarentiæ dici cœpit; *Oleni* vero civitas nunc *Conigriza*, al. *Chaminiza* in ora maris Jonii Epiſc. ſub Archiepiſcopo Patrenſi, a qua Metropoli 10. mill. paſſ. diſtare dicitur.

(e) P.: Forſan *Petri*.

(f) Lacedemonen.: De qua conſuli poterit 55. epiſt. Nicolai III. *Tranſmiſſa Nobis &c.* anno 1278. 18. Aug. data, *Nicolaus* vero iſte videtur anno 1278. ſucceſſiſſe *Haymoni* in Epiſcopum Coronen. poſtulatum ex cit. 55. epiſtola pag.335. ſup. relata.

(g) L.: *Latino* non ſemel ſupra memorato.

(h) Universæ carnis ingresso: Hoc anno 1285. 4. cal. April.

Digitized by Google

Honorius PP. IV. An.Ch. 1285.

A

XIV.

Anno 1285. die 7. Octobris.

Poteſtatem facit condendi teſtamentum. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 148. anni 1.)

HONORIUS &c.

a b *Venerabili Fratri* . . [a] *Epiſcopo* Viterbien. [b] *Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

Exordium. c

QUia præſentis vitæ conditio &c. [c] Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati, ut de bonis mobilibus Eccleſiaſticis tuæ diſpenſationi, ſeu adminiſtrationi commiſſis, quæ non fuerint Altaris, ſeu Altarium Eccleſiarum tibi commiſſarum miniſterio, ſeu alicui ſpeciali Eccleſiarum earumdem Divino cultui vel uſui deputata, vel quæ *Ordinis Fratrum Minorum* [d], quem fuiſti profeſſus, non exiſtant; necnon & quibuſcumque bonis mobilibus a te per Eccleſiam, ſeu Eccleſias licitè acquiſitis pro decentibus & honeſtis expenſis tui funeris, & pro remuneratione illorum, qui tibi viventi ſerviverint, ſive ſint conſanguinei, ſive alii juxta ſervitii meritum teſtari, ac diſponere poſſis; & alias prius tuæ Eccleſiæ ære alieno deducto, ut ipſa Eccleſia non remaneat debitis obligata; de ipſis in pios uſus ac licitos convertendis, Fraternitati tuæ plenam & liberam auctoritate præſentium concedimus facultatem. Volumus tamen, ut in eorumdem Eccleſiaſticorum diſpoſitione bonorum juxta quantitatem reſidui erga Eccleſias, a quibus eadem percepiſti, te liberalem exhibeas; prout conſcientia tibi dictaverit, & ſaluti animæ tuæ videris expedire.

(Pontifex annuens excipit nonnulla, — & concedit, ut ſupra, — cum conditione, — ac admonitione.)

Datum Tibure Nonis Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo [e].

XV.

Anno 1285. die 9. Octobris.

Mittit expeditam Regulam *pro Monaſterio Pariſien.* Humilitatis B. Mariæ *ab Alexandro IV. editam*, *& ab Urbano IV. correctam*, *probatamque*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 166., apud Waddingum num. 3. Regeſti Pontif.)

HONORIUS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus Herminiæ [f] *Abbatiſſæ*, *& Conventui Monaſterii* Sancti Silveſtri *de Urbe ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinen. Ordinis Sororum incluſarum Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

Sanctimoniales laudat. Pſal. 118. 35.

IN mandatorum ſuorum ſemitas vos Domino deducente ab olim, licet nondum Obſervantiâ alicujus certæ Religionis adſtrictæ, laudabiliter, prout fide dignorum teſtatur aſſertio, & religiosè vixiſtis; & de virtute in virtutem faciente virtute Altiſſimi gradientes nuper [g] ad *Regulam Sororum Minorum Incluſarum* a fel. record. Alexandro [h] traditam [i], & correctam, ac approbatam a piæ memoriæ Urbano [k] Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris directo devotionis affectu, eam vobis aſſignari ſuppliciter poſtulaſtis; ipſam vobis aſſignatam de Noſtro ſpeciali mandato per Venerabilem Fratrem Noſtrum [l] Prænestinum Epiſcopum, in cujús tunc Diœceſi ſub honeſtæ clauſuræ habitaculo manebatis, in ipſius Epiſcopi manibus profeſſionem veſtram recipientis, de ſimili Noſtro mandato ſpontaneè profitentes. Ut igitur eamdem *Regulam*, ipſiuſque ſtatuta eò ampliùs, eòque accuratiùs, Deo auſpice, obſervare valeatis, quò pleniùs per ejus inſpectionem inſtructæ fueritis in eâdem; *Regulam* ipſam, prout

(& Regulam ab ipſis popoſcitam aſſignari mandat, — quam eædem in manibus Prænestini Epiſcopi profitentur.)

(a) Ven. Fratri . . . : *Philippo* anno 1272. a B. Gregorio X. promoto ex Ughello to. 1. Ital. Sac., ſed Waddingus ad ann. 1264. n. 10. edit. 2. ſcribit ex Catalogo Ms. Epiſcoporum hujus Eccleſiæ *hoc tempore* ſc. 1264. ſediſſe *Fr. Philippum Minoritam*, eique aſtitiſſe ſocii, & Sacellani nomine *Fr. Alexium* ejuſdem Inſtituti.

(b) Viterbien. : In Patrimonio B. Petri Tuſciæ Romanæ, cujus caput civitas hæc aſſeritur.

(c) Conditio &c. Videatur epiſt. 71. Nicolai III. uſque *deſideras prævenire*.

(d) Ord. Fratrum Minorum : Ughellus cit. hunc dixit Ord. Prædicat., ſed nullo monumento; & quantum conjicitur, id hauſit ex Scriptoribus illius Ordinis, qui recentes, & novi, non ex antiquis, & ſupparibus autoribus, ſed ex Taegio, qui poſt ann. 1515. ſcribebat, quique eos Antiſtites Regul. incerti inſtituti ſibi obvios ſuo Ordini aſciſcere conſuevit, deſcripſerunt.

(e) Anno 1278. præſens fuit reſtitutioni jurium Romanæ Eccleſiæ a Rodulpho Roman. Rege per ſuum Protonotarium factæ *Viterbii in Epiſcopali Palatio in magno Conſiſtorio* coram S. P. Nicolao III., S. R. E. Cardinalibus, nonnullis Archiepiſcopis, & pluribus Epiſcopis, ac multis Clericis & Laicis ex inſtrumento apud Raynaldum in Annal. Eccleſ. ad eum ann. n. 53. legendo.

(f) Herminiæ : Adeatur Bulla 11. præcedens: *Aſcendit fumus &c.*

(g) Nuper : Nempe hoc anno ante diem 24. Septembris.

(h) Alexandro : *IV.* hujus nominis.

(i) Traditam : Circa ann. 1260. Monaſterio *Humilitatis* B. Mariæ extra Pariſios in Campolongo prope S. Clodoaldum.

(k) Urbano : *IV.* hujus nominis anno 1263. die 27. Julii.

(l) Fratrem Nostrum . . . : *Hieronymum* O. M., ut in dicta Bulla *Aſcendit fumus &c.*

Digitized by Google

quamque ipſis Pontifex e Regeſt. Pontif. tranſmittit.

ut correctam, & approbatam litteræ præmemorati prædeceſſoris URBANI in ipſius Regeſto repertæ, quas de illo de verbo ad verbum excipi fecimus, & præſentibus annotari, apertè declarant, vobis ad futuram rei memoriam ſub *Bullæ* Noſtræ teſtimonio deſtinavimus. Tenor autem prætactarum litterarum, & *Regulæ* talis eſt: URBANUS *Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis in Chriſto Filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Sororum Minorum incluſarum Monaſterii Humilitatis Beatæ Mariæ Pariſien. Diœceſis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Religionis augmentum &c.* [a]

Regula Clariſſarum Pariſien. Monaſterii Humilitatis B. Mariæ.

a

Datum Tibure VII. Idus Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Mandat, ut in Sardiniæ *Inſula munus* Inquiſitionis *contra hæreticos exerceant*. (Ex REGES. VATIC. epiſt. 159., apud WADDINGUM ad hunc annum num. 10.)

XVI.

Anno 1285. die 18. Octobris.

HONORIUS &c.

Dilectis Filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquiſitoribus *hæreticæ pravitatis in adminiſtratione* Tuſciæ [b] *auctoritate Apoſtolica deputatis, & impoſterum deputandis Sal., & Ap. Bened.*

b

Exordium.

AD extirpandam ubilibet peſtem hæreticæ pravitatis, per quam Fidelium animæ quaſi quibuſdam laqueis irretitæ, a tramite veritatis exorbitant, & in damnationis perpetuæ barathrum dilabuntur, libentèr officii Noſtri partes apponimus, efficax impendimus ſtudium, & favoris opportunum ſuffragium impertimur, ut tàm nefandæ, tàm horrendæ iniquitatis extincto fomite, vigor Catholicæ Fidei abundantiùs invaleſcat. Sanè didicimus, quòd nonnulli hæretici, ac credentes ipſorum de *Italiæ* partibus fugientes, ut deputatorum ibidèm ma-

Hæretici nonnulli eorumque credentes ad Inſulam Sardiniæ confugiunt.

A nus *Inquiſitorum* evadant; & læthiferum nequitiæ ſuæ virus aſtutiâ callidâ, & aſtutâ calliditate diffundant, ad *Sardiniæ* Inſulam; cum non ſit, ut dicitur, nec fuerit hactenùs, qui hujus *Inquiſitionis* officium inibi exerceret; ſe conferre feſtinant; menteſque Fidelium in puritate rectæ Fidei quieſcentes ad infidelitatis errorem ſuaſibus doloſis attrahere moliuntur. Cum itaque contra morbi

& anſam præbent inſtituendi ibi officium S. Inquiſitionis

B hujus malitiam adhiberi celeriter opportunæ medicinæ remedia cupiamus; & intellexerimus, quòd in adminiſtratione Fratrum *Tuſciæ* veſtri Ordinis prætracta *Inſula* includatur [c]; Nos ad animarum profectus uberes, ſuæque ſalutis augmentum ſollicitè intendentes, & propterea nolentes, ut ipſius *Inquiſitionis* officium in *Inſula* ipſa deſit; vobis *Inquiſitionis* ſuper eâdem pravitate in prædictâ Inſulâ faciendæ negotium juxta formam vobis in ejuſdem *Tuſciæ* partibus, per litteras fel. record. CLEMENTIS PAPÆ [d] prædeceſſoris Noſtri commiſſam [e], auctoritate Apoſtolicâ duximus committendam [f]. Nulli ergo &c. Noſtræ Conceſſionis infringere, vel ei auſu &c.

c

per Fratres O. Min.

C

d e

f

Clauſula prohib. &c.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam XV. Kal. Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ut aliquos Fratres concedant in obſequium Monaſterii S. Silveſtri in Capite *de Urbe*. (Ex REGES. VATIC. epiſt. 178., apud WADDINGUM ad hunc ann. n. 4. Regeſti Pontif.)

D

XVII.

Anno 1285. die 2. Novembris.

HONORIUS &c.

Dilectis Filiis .. [g] *Generali, &* Provinciæ Romanæ *Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum tàm præſentibus, quàm futuris Sal., & Apoſt. Bened.*

g

NUPER dilectæ in Chriſto Filiæ *Herminia* Abbatiſſa, & Conventus Mona-

Exponit Monialium S. Silveſtri de Urbe deſiderium.

(a) AUGMENTUM &c. Videatur *Bulla* 77. Urbani IV. anno 1263. die 27. Julii edita.

(b) ADMINISTRATIONE TUSCIÆ: Nempe Provinciæ *Tuſcia* illius, quæ tunc Reipublicæ nomine regebatur, & *Imper.* dicta legitur, ad diſcrimen alterius *Tuſcia Romana*, quæ nomine *Patrimonii S. Petri* veniebat, commiſſaque erat *Inquiſitoribus* Provinciæ Romane Ord. Min.

(c) INCLUDATUR: Ex diſtributione Provinciarum, & Cuſtodiarum Ordinis anno 1260. Narbone in Comitiis Gen. præſide S. Bonaventura facta, in qua *Sardinia* dicitur octava ac ultima *Cuſtodia* Provinciæ Tuſciæ; non multopoſt tamen in *Vicariam* tranſiit; *Vicariatus* enim 5. Conventuum dicitur in veteri *Provinciali* Ordinis apud Chronicon Jordani Ms. Vatic. circa annum 1334. ſcriptum.

(d) CLEMENS PP.: *IV.* hujus nominis.

(e) COMMISSAM: An. 1265. cujus commiſſionis litteræ deſiderantur; extant tamen illæ ad Miniſtrum Prov. Tuſciæ pro illis inſtituendis ſupra editæ.

(f) COMMITTENDAM: Quibus jure ac merito confutatur Ludov. Paramus de tempore *Inquiſitionis* contra hæreſes in *Sardinia*, ut apud cit. Waddingum n. 9.

(g) FILIIS ...: *Arloto* Pratenſi hoc anno Mediolani in feſto Pentecoſtes electo: cui ex noſtris plerique tribuunt opus *Concordantiarum* Sac. Scripturæ, quod alii *Hugoni de S. Charo* Card. Ord. Prædicat. adjudicant; ſed utrumque opus illud effeciſſe demonſtro in lib. de *Scriptoribus Franciſcanis* Mss. ex noſtra S. Crucis Bibliotheca Florentina.

Digitized by Google

Honorius PP. IV. An.Ch. 1285.

Monaſterii *Sancti Silveſtri in Capite* de Urbe Ordinis *Sororum Minorum incluſarum*, quæ licet in Monte Præneſtino religioſè viverent ſub decenti clauſurâ, nulli tamen erant obſervantiæ ſpecialis Religionis aſtrictæ; & deſiderantes in caſtris Clauſtralibus &c.[a] Licet autem præmiſſa, quæ vobis ex prædictæ *Regulæ* Inſtitutis[b] competunt, vos etiam non requiſitos a Nobis deceat exercere; ut tamen eò libentiùs illa exequi ſtudeatis, quò ad id vos induci ſtudioſiùs per Sedem Apoſtolicam ſentietis; Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs prædicta vobis in præfato Monaſterio *Sancti Silveſtri*, ſicut præmittitur, ex Inſtitutione dictæ *Regulæ* competentiâ, diligenter, & efficaciter exercentes vos, vel alter veſtrum quatuor, vel ſi memorata Abbatiſsa, & Conventus præfati Monaſterii *Sancti Silveſtri*, conſideratis ipſius Monaſterii facultatibus, petierint ſex tales Fratres ejuſdem veſtri Ordinis ad hujuſmodi Miniſteria continuè in dicto Monaſterio exercenda, prælibatis Abbatiſsæ, & Conventui ſine difficultatis obſtaculo concedatis. Volumus autem, & præſentium tenore concedimus, quòd plures etiam Fratres in ejuſdem Monaſterii *Sancti Silveſtri* Feſtivitatibus, cæteriſque ſolemnibus Officiis, & celebritatibus, quæ pro tempore in dicto Monaſterio *Sancti Silveſtri* contigerit celebrari, Monialium conſecrationibus, exequiis morientium, & aliis caſibus, in quibus fuerit plurium Miniſteriorum opportunum; vobis & alteri veſtrum necnon in abſentiâ veſtrâ *Cuſtodi*[c], & *Guardiano* Romanis, & eorum cuilibet, ac ipſis abſentibus eorum *Vicariis*, ſeu alterius eorumdem liceat ad requiſitionem prætactarum Abbatiſsæ, & Conventus ad prænominatum S. *Silveſtri* Monaſterium mittere, & accedere cum eiſdem. Non obſtantibus *Regulæ* veſtri Ordinis ſtatuto[d], vel inhibitione contrariis; ſeù indulgentiâ[e], quæ vobis, aut eidem Ordini veſtro fore dicitur a prædictâ Sede conceſsum, quòd non teneamini vos intromittere de negotiis, quæ vobis per ipſius Sedis litteras committuntur; ſive quibuslibet aliis ejuſdem Sedis Indulgentiis, ſeu privilegiis, de quibus in veſtris litteris mentionem oporteat fieri ſpecialem; & per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta hujuſmodi mandati, & conceſſionis effectus aliquatenùs impediri valeat, vel differri.

(margin: & Regulæ conceſſa inſtituta, — juxta quæ mandat ſupradicta; — & addit, plures etiam eo mittendos pro variis ſolemnitatibus, ac miniſteriis, — obſtantibus derogando.)

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam IV. Nonas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Inquirant ſuper electione Rectoris Hoſpitalis S. Spiritus Piſani, *& inde diſponant de eodem*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 161. anni 1., teſte etiam Petro de Alva in Indic. Bull. Seraph.)

XVIII.

Anno 1285. die 4. Novembris.

HONORIUS &c.

Dilectis Filiis Priori Prædicatorum, & .... Guardiano Minorum FF. Ordinum Piſan. *Sal., & Ap. Ben.*

Hoſpitalarii FF. S. Spiritus Piſan. referunt novi Rectoris electionem.

Significarunt Nobis dilecti Filii Fratres Hoſpitalis novi Miſericordiæ Sancti Spiritus *Piſani*[f] ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, quod *Papæ Alexandri* dicitur Ordinis Sancti Auguſtini, quòd dudum eodem Hoſpitali per obitum quondam &c.[g] Nos vobis ſuper confirmatione ipſius electionis faciendâ ſub certâ formâ Noſtras litteras[h] duximus dirigendas. Verùm prædicto *Raynerio* interim morte prævento, nec per litteras ipſas haberi proceſſus, nec ipſi Hoſpitali de Rectore potuit provideri; ſicque præfati Fratres attendentes, quòd dictum Hoſpitale per hoc Rectore carebat, vocatis iterum omnibus, qui voluerunt, potuerunt, & debuerunt commodé intereſſe, die ad eligendum præfixâ convenientes in unum, ac eligentes

(margin: quo mox defuncto,)

(a) Claustralibus &c. Ut in Bulla 2. *Aſcendit ſumus &c.* hoc anno die 24. Septembris, verbis competenter mutatis, uſque ad illa: ſeu *aliquatenus derogetur*.

(b) Prædictæ Regulæ Institutis: Cap. de Confeſſariis, & eorum ſociis; ac de earum regimine per Miniſtros FF. Minorum.

(c) Custodi: Extabat enim Romæ *Cuſtos*, utpote Urbs caput *Cuſtodia* ſui nominis erat.

(d) Statuto: Cap. 11. de non ingrediendo Monaſteria Monialium maxime Clariſſarum.

(e) Indulgentia: A Gregorio IX., & Innocentio IV. collata, & ſupra perſæpe relata, in primo hujus Operis tomo conſulenda.

(f) S. Spiritus Pisani: Conſulenda eſt 5. hujus Pontificis epiſtola *Sua Nobis dilecti &c.* hoc anno idibus Julii ſcripta.

(g) Quondam &c. Ut in dicta epiſt. 5. uſque *miſericorditer dignaremur*.

(h) Nostras litteras: Nimirum cit. 5. epiſt. *Sua Nobis dilecti &c.*


Digitized by Google

tes per viam procedere compromiſſi, A
Guillelmo Guidotti Fratri prædicti Hoſpitalis providendi eâ vice ipſi Hoſpitali de Rectore contulerunt plenariam poteſtatem, promittentes illum in Rectorem dicti Hoſpitalis recipere, quem prædictus Frater Guillelmus duceret eligendum. Idem autem Frater Guillelmus Spiritus Sancti gratiâ invocatâ, dilectum Filium *Johannem de Agnello* [a] Fratrem ipſius Hoſpitalis, virum utique ut dicitur, providum & honeſtum, ac in temporalibus, & ſpiritualibus circumſpectum, auctoritate hujuſmodi poteſtatis ſibi in hac parte traditæ in ſuum, & dicti Hoſpitalis Rectorem elegit. Quare prædicti Fratres Nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum memoratus *Electus* propter guerras, debitorum onera, & paupertatem Hoſpitalis hujuſmodi ad Sedem ipſam venire commodè nequeat pro confirmationis ſuæ munere obtinendo, providere ipſis & eidem Hoſpitali ſuper hoc de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta &c. [b] Non obſtante Indulgentiâ &c. [c] Formam autem juramenti, quod ipſe præſtabit, Nobis ſub veſtris, & ipſius ſigillis per proprium Nuntium quantotius deſtinetis.

(alius deligitur, a — petiturque diſpenſatio pro ejus confirmatione apud S. A. — Pontifex mandat, ut ſupra. b c — Cum clauſ. derogat.)

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam iI. Nonas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Omnia privilegia, & exemptiones quorumcumque huic Monaſterio factas confirmat. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo dicti Monaſt.)

XIX. Anno 1285. die 19. Novembris.

HONORIUS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus ... Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii Sancti Claudii, *juxta flumen Topini extra muros* Fulginat. *Ordinis S. Claræ Salutem, & Apoſtolicam Benedict.*

(Exordium. d)

CUM a Nobis petitur quod juſtum eſt, & honeſtum &c. [d]

Datum apud Urbemveterem xiiI. Kal. Decembris, Pontif. Noſtri Anno Primo.

Ordinis noſtri omnia privilegia vulgo Mare magnum *confirmat*. (Ex epiſt. 199. REGES. VATIC. an. I., quam citat PETRUS DE ALVA & ASTORGA in Indic. Bull. Seraph., & WADDINGUS ad ann. 1286. num. 10. extat AUTOGRAPHUM Pragæ in Archivo noſtri Conventus S. Jacobi ſub num. 41., & Viennæ Auſtr. in illo noſtri Conv. S. Crucis.)

XX. Anno 1285. die 20. Novembris.

HONORIUS &c.

B *Dilectis Filiis ... Generali & Provincialibus Miniſtris, ac univerſis Fratribus Ordinis Minorum Sal., & Apoſt. Bened.*

VIRTUTE conſpicuos ſacri veſtri Ordinis profeſſores &c. [e] (e)

Datum apud Urbemveterem xiI. Kalendas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

C *Eximit univerſa Clariſſarum Monaſteria Italiæ a ſolutione* Decimæ *pro Regno* Siciliæ *indictæ*. (Ex REGES. VATIC. epiſt. 203., & AUTOGRAPHO Archivi Aracælit. num. 83. apud WADDINGUM ad hunc annum num. 5. Regeſti Pontif.)

XXI. Anno 1285. die 27. Novembris.

HONORIUS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus univerſis Abbatiſſis, & Conventibus Monaſteriorum Sanctæ Claræ per Italiam [f] (f) D
conſtitutis Sal., & Apoſtol. Bened.

(Exordium a cauſa conceſſionis.)

ATTENDENTES benigniùs, quòd vos Mundi contemptis illecebris, quæ cum blandiuntur, illudunt, ſponſi cæleſtis obſequiis ſalubriter adhæſiſtis; dignum fore cognovimus, ut vos illius exhibitione gratiæ proſequamur, quæ vobis fore dignoſcitur opportuna. Veſtræ itaque paupertati pio concurrentes E affectu; & volentes vobis ob ejus reverentiam, cui devotum, & ſedulum famulatum impenditis, gratiam facere ſpecialem; devotioni veſtræ præſentium auctoritate concedimus, ut de fructibus, redditibus, & proventibus veſtris ſolvere

(Eximit a ſolutione decimæ, ut ſupra.)

(a) DE AGNELLO: Veteri Piſarum familia.
(b) PER APOST. SCRIPTA &c. Ut in prædicta epiſtola uſque *poſtpoſita compeſcendo*.
(c) INDULGENTIA &c. Ut in 95. Bulla Nicolai III.
(d) ET HONESTUM &c. Videatur ſimilis *Bulla* Nicolai III. anno 1278. die 2. Julii edita n. 37., citat hoc diploma Petrus de Alva in Indic. Bull. Seraph. apud autorem Supplementi Annal. Waddingi ſed depravatæ dum ait dat. *Superioribus Monialium* iiI. *Kal. Decemb.*
(e) PROFESSORES &c. Videatur *Bulla* 25. Clementis IV. anno 1265. die 21. Julii edita uſque ad finem, ac *Datum*.
(f) PER ITALIAM: Cum de re Italica ageretur, *Decima* dumtaxat per Italiam locis impoſitæ fuerunt.

Digitized by Google

a re non teneamini *Decimam* nuper negotio *Regni Siciliæ* [a] per Sedem Apoſtolicam deputatam; ac diſtrictiùs inhibemus, ne quis prætextu ejuſdem *Decimæ* aliquid a vobis, vel Monaſteriis veſtris, ſeu a quibuſcumque aliis pro vobis, aut Monaſteriis ipſis exigere, vel extorquere præſumat. Nolentes omnino, quòd pro retardatione ſolutionis *Decimæ* ſupradictæ aliquam excommunicationis ſententiam latam hactenus, vel proferendam de ceterò incurratis; proceſſus quoslibet occaſione ipſius *Decimæ* contra vos, aut Monaſteria eadem per quoſcumque habitos nihilominus revocando. Nulli ergo &c. Noſtræ Conceſſionis &c.

Clauſula prohib. &c.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam
b v. Kalendas Decembris [b], Pontificatus
c Noſtri Anno Primo [c].

Examen de Jotren. *Abbatiſſæ electione committit, ut eam vel confirment, vel ad alterius electionem procedatur*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 247. anni 1.)

XXII. Anno 1285. die 7. Decembris.

HONORIUS &c.

d e *Dilectis Filiis... Priori Prædicatorum, & Fratri* Droconi [d] *de Provino* [e] *Doctori Theologicæ facultatis Minorum Fratrum Ordinum* Pariſienſium *Salutem, & Apoſt. Benedictionem*.

Exordium.

DEBITUM Noſtri Nos interpellat officii, ut inter ſollicitudines alias, quas negotiorum ingruentium undique oneroſa procul dubio multitudo miniſtrat; circa Eccleſias, & Monaſteria Nobis, & Eccleſiæ Romanæ præcipuè immediatè ſubjecta ſolertiam adhibentes ipſorum utilitatibus intendamus in eo maximè, ut viduatis, ne longé vacationis diſpendia patiantur, exploſis litigiorum anfractibus perſonæ præficiantur idoneæ, per quas ſalubriter auctore Domino valeant gubernari. Sanè nuper *Jotrenſi* [f] Monaſterio ad eamdem Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente Ordinis Sancti Benedicti *Meldenſis* [g] Diœceſis, in quo Monialium Conventus, & Collegium ſæcularium Canonicorum in electione Abbatiſſæ ipſius Monaſterii vocem habentium eſſe dicuntur, Abbatiſſæ regimine deſtituto; prædicti Canonici, & Moniales vocatis omnibus, qui, & quæ debuerunt, voluerunt, & potuerunt commodè intereſſe ad tractandum de ſubſtitutione Abbatiſſæ futuræ, die ad hoc præfixâ convenientes in unum, & dilectarum in Chriſto Filiarum O. Subprioriſſæ locum... Prioriſſæ tunc infirmæ tenentis, & Margharetæ de Chaula Monialis dicti Monaſterii, eiſque adhærentium nomine, præmiſſis proteſtationibus, ne ad eligendum aliquæ perſonæ admitterentur, quæ vinculo eſſent majoris *excommunicationis* aſtrictæ, vel aliàs vocem in Capitulo non haberent, in hujuſmodi negotio per viam ſcutinii procedentes, quinque de dictis Monialibus fidedignas videlicet Margaretham de Ripolongis, Margaretam de Moroys, Agnetem de Grangia, Mariam de Williaco, & Aleſiam de Eſcureyo ad ſcrutandum vota ſua, & reliquarum Monialium, ac etiam Canonicorum vocem in eâdem electione habentium, aſſumpſerunt, ipſis ad id pro eo, quòd ſcribendi peritiam non habeant dilectos Filios Magiſtros Petrum de Pontiaco Decanum, & Johannem dictum Ruffum Presbyterum Meldenſem; ac Johannem de Metis Sanctæ Nutricis Remen.

Jotrenſe Monaſterium Abbat. regimine vacat. f g

proteſtationes eligentium.

Moniaſibus ſcrutantibus adjuncti Presbyteri.

(a) NEGOTIO REGNI SICILIÆ: A Rege Aragoniæ invaſo, & occupato a Carolo Rege ad eum deficientibus Siculis, ut ex Annal. Eccleſ., aliiſque Scriptoribus.

(b) V. KAL. DECEMBR.: Ut habet Waddingus in Annal. n. 22., non v. *Decembr*, ut in cit. Regeſto Pontif.

(c) Hoc Diploma iteravit Nicolaus IV. anno 1289. die 23. Martii, ut infra, idipſum egit & Bonifacius VIII. anno 1295. die 24. Decembris, ſed alio exemplo incip. *Sanctitatis & pietatis &c.*

(d) FR. DROCONI: Qui anno 1272. & 1282. Pariſiis *ſermones* nonnullos habuit ibi in Codd. Mſs. Biblioth. Sorbonicæ, & S. Victoris aſſervatos, quorum in 1. dicitur *Guardianus* Pariſien. in aliis anni 1282. *Regens in Theologia Miniſter Ordinis*, in Annal. vero Min. Waddingi ad ann. 1283. n. 1. dicitur *Draco Provinciæ Franciæ Miniſter, & Sac. Theologiæ Doctor* una cum quibuſdam aliis Theol. Magiſtris, ac Baccalaureis electus ad examinandam Fr. *Petri Joannis Olivi* Minoritæ doctrinam, quibus idem Petrus Jo. ſuam defenſionem inſcripſit a Carolo de Pleſſis in Collect. Judiciorum de novis erroribus nuper vulgatum tom. 1. ſub anno 1280., ubi dicitur *Drocho*.

(e) DE PROVINO: Vulgo *Provins* Galliarum Oppido, ac Briæ Provinciæ capite a Lutetia Pariſ. 18. leucis diſtante in Eurum, & 4. a Sequana fluvio in Boream, ubi Minoritæ locum obtinuerunt ab anno 1237., qui erat primus, al. 4. *Cuſtodiæ* Campaniæ in Provincia *Franciæ* ex veteri *Provinciali* noſtri Ordinis; ejuſque meminit Waddingus ad eum ann. n. 14., & Salinbene Parmen, qui ibi anno 1248. moram traxit, in Chron. Mſs. pag 301.

(f) JOTRENSI: Ædificato ſeculo 7. a Dudono Autharii Franci viri illuſtris filio ſub regula S. Columbani Abb. ex Annal. Benedict. Mabillon. lib. 10. ad ann. 610. num. 49.

(g) MELDEN.: Vulgo *Meaux* ex præcipuis Briæ Provinciæ Epiſc. tunc ſub Senonenſi, nunc Pariſien. Archiepiſcopi ſuffraganeus.

Digitized by Google

men. Eccleſiarum Canonicos, Johannem de Ulceyo Officialem Sueſſionenſem, & Gaufridum dictum Britonem Presbyterum eiſdem Monialibus nihilominus adjungendo. Dictis autem quinque Monialibus, & aliis taliter adjunctis eiſdem, ipſarum quinque Monialium, & omnium de prædictis Collegio & Conventu ibi præſentium vota ſingillatim & ſecretò ſcrutantibus, & mox publicantibus in communi, compertum extitit, quòd de nonaginta & una perſonis vocem in hujuſmodi electione habentibus, quæ ad electionem convenerant celebrandam, ſeptuaginta, & octo in *Æleydim* de Villa Savoyr *Theſaurariam*, undecim verò in *Iſabellam* Monialem dicti Monaſterii conſenſerunt; ipſis Theſaurariâ, & Iſabellâ in alias ſingulas ſingulariter dirigentibus vota ſua. Factâque incontinenti collatione zeli ad zelum, meriti ad meritum, & numeri ad numerum, dicta Subprioriſſa vice ſuâ, & omnium, qui, & quæ in ipſam Theſaurariam conſenſerant, de ipſorum mandato eamdem *Theſaurariam* in Abbatiſſam elegit Monaſterii memorati. Aliis undecim ad electionem præfatæ *Iſabellæ* procedentibus; & prædictis electis ad inſtantiam ipſas eligentium conſentientibus electionibus de ſe factis. Hujuſmodi autem negotio tàm per appellationes partium varias, quàm per immediatam ſubjectionem dicti Monaſterii ad Sedem Apoſtolicam devoluto; & dilectis Filiis Magiſtris Gualchero Theſaurario Maſerienſis Eccleſiæ Remenſis Diœceſis dictæ *Theſaurariæ*, ac ipſam eligentium; Herrico autem dicto Gargajani Clerico præfatæ *Iſabellæ*, & ſibi adhærentium Procuratoribus pro ipſis in Noſtrâ & Fratrum Noſtrorum præſentiâ conſtitutis, petiit eorum quilibet electionem, quam proſequebatur, infirmatâ, seu nullâ nuntiatâ reliquâ *, confirmari. Proponebatur ſiquidem ex parte *Theſaurariæ* ſupradictæ præſumptam de dictâ *Iſabella* electionem pro eo nullius eſſe momenti, quòd a parte dictorum Conventus, & Collegii longe minori contra formam Concilii fuerat attemptata. Præfatus verò Herricus ex adverſo contra dictam *Theſaurariam* crimina objiciens, & defectus allegabat; eligentes eamdem, cum ignorantiam prætendere de jure non poſſent eligendi, ju-

*[Margin: duæ eliguntur ad regimen loci Theſauraria, & Iſabella, — res per appellationem ad S. A. devolvitur; — & partium Procuratores cauſam agunt. — * id. altera. — Rationes pro Theſauraria, — & pro Iſabella contra illam.]*

A re fuiſſe hac vice privatos; ipſumque jus in illas, quæ dictam *Iſabellam* elegerant, recidiſſe; ac per conſequens electionem de ipsâ Iſabellâ ab omnibus in eâ vocem habentibus canonicè celebratam. Dicebatur inſuper, quòd electio *Theſaurariæ* memoratæ non ſolum propter præmiſſa crimina & defectus juribus omnino carebat, ſed etiam quia octo de Monialibus conſentientibus in eamdem erant electionis tempore majori excommunica-B tione ligatæ, de quibus una, videlicet præfata Subprioriſſa ſic excommunicata electionem de ipsâ *Theſaurariâ* fecerat, ſeu pronuntiaverat in communi; cum tamen talis actus, ex quo electo, ſeu electæ jus quæritur; quique legitimus eſt cenſendus, utpotè originaliter inductus a jure dici debeat excommunicatis, ſicut & cæteri actus legitimi, penitus interdictus. Ad hæc verò confutanda, quæ tamen replicans aſſerebat omninò deſti-C tui veritate, fuit pro ipſius *Theſaurariæ* parte replicando reſponſum, quòd dictus Herricus ad objicenda crimina, & defectus mandatum ſufficiens non habebat; & ideo per illorum obitum nec prædictam Theſaurariam impugnare poterat, nec partem ſuam in aliquo relevare. Habebat inſuper replicationis adjectio, quòd nec *excommunicatio* dictis octo eligentibus eamdem *Theſaurariam* objecta nocebat eidem; cum, etiamſi veritatem D haberet objectio, illarum præſentia proceſſum aliorum, ſeu aliarum ipſam eligentium, qui ea propriâ non poterant auctoritate repellere, nec Judicem, per quem id fieret, præſentem habebant, nullatenus impediret; præſertim cum, ſicut præmittitur, circa hoc ſufficiens proteſtatio præceſſiſſet. Et ſi eadem excommunicationis oppoſitio illarum octo forſan vota ſubduceret; nihilominus ta-E men eidem Theſaurariæ numerus, quem ad electionem canonicam jus exigit, immò longè amplior remaneret; ſed & quòd electionem *Theſaurariæ* memoratæ pronuntians excommunicata fuiſſe dicitur, pro eo dicebat idem replicans non obeſſe, quia pronuntians nudum miniſterium in hoc gerit, & vicem cujuſdam epiſtolæ, ſeu ſcripturæ: Non enim ipſe pronuncians electo, ſeu electæ jus tribuit, ſed conſenſus eligentium, ut una univerſalis ſit electio, & communis, non ſingu-

[Margin: Harum confutatio]

Honorius PP. IV. An.Ch. 1285.

ſingulares, aut plures per unum Miniſtrum, quaſi per commune organum exprimendus: Cujus ineptitudo videtur impedimento non eſſe, ſicut nec liberæ perſonæ inhabilitas, pro eo quod inhabilis eſt ei quærere, cujus non eſt juri ſubjecta, impedit quominus per eam actio de conſtitutâ quæratur, & hujus rei ratio in lege ſubjicitur, quia tantummodo miniſterium eo caſu præſtare videtur. Adjicebatur præterea, quòd ſupervacua erat ſuper hujuſmodi oppoſitione diſcuſſio; cum etſi electio propter pronuntiantis vitium non valeret, *Theſauraria* jure ſuo per conſenſum in ſcrutinio jam publicato habitum, poſt quod variare non poterant Electores ſibi quæſito privanda non eſſet, ſed potius iterum eligenda; nec in hoc ei temporis trimeſtris lapſus obſtaret; cum ipſi vel ipſam eligentibus, quæ procedere non omiſerant, ſed infra tempus debitum in concordiâ multâ proceſſerant, nullâ poſſet negligentiâ imputari. Aut igitur ſæpefacta *Theſauraria*, & eligentes eamdem ſuper dicti decurſu temporis ſervandi eſſent illæſi, aut ſaltem eis eſſet ex generali clauſulâ reſtitutionis beneficio ſuccurrendum, ut iteratò ad electionem ipſius *Theſaurariæ* procedatur. Cum itaque in utrumque caſum, ideſt ſive obſtet, ſive non obſtet exceptio ipſius *Theſaurariæ*, debeat electio facta, vel ſaltem facienda procedere; quod bonum eſt differendo periculoſè negotium eventum expectare, qui eſt omnimodis exiturus. Profectò, ut dicebat allegans, & dilatio hujuſmodi potius eſt vitanda; cum eidem Monaſterio Abbatiſſæ carenti regimine damnum ſit veriſimiliter allatura. Nos igitur Monaſterii ſæpefati diſpendiis occurrere cupientes, ne per intricationes hujuſmodi prolixioris vacationis diſpendiis involvatur ſexus muliebris fragilitate, cui non expedit diligentis cuſtodiæ obſervatione carere; nec non & multitudine conſentientium in dictam *Theſaurariam* non indignè penſatis, de ipſorum Fratrum conſilio, vobis, de quorum circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de meritis, & ydoneitate dictæ *Theſaurariæ* diligenter non tamen in figura judicii, ſed ex officio, non admiſsâ contradictione alterutrius partium, inquirentes; ſi eam bonæ converſationis, & vitæ, aliâſque ydoneam ad dicti Monaſterii regimen vos invenire contingat, ipſam; electione de prædictâ *Iſabella*, ut præmittitur, factâ, quam ſecundum ea, quæ acta ſunt in judicio coram Nobis, invenimus eſſe nullam, nequaquam obſtante; auctoritate Noſtrâ in Abbatiſſam Monaſterio præficiatis eidem, facientes ſibi munus benedictionis impendi, & a ſuis ſubditis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi. Recepturi ab ea poſtmodum Noſtro & ejuſdem Eccleſiæ Romanæ nomine fidelitatis ſolitæ juramentum juxta formam, quam vobis ſub *Bullâ* Noſtrâ mittimus interclusam. Alioquin electione habitâ de ipsâ *Theſauraria* ritè caſſatâ, ſeu caſſâ, & irritâ nuntiatâ, Conventui, & Collegio ſupradictis eâdem auctoritate mandetis, ut ipſi Monaſterio ſtudeant de Abbatiſsâ idoneâ canonicè providere. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Non obſtante, ſi aliquibus a dictâ ſit Sede indultum, quòd interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem; & qualibet aliâ ipſius Sedis Indulgentiâ cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel de verbo ad verbum præſentibus totaliter non inſertam, effectus ipſarum impediri poſſit quomodolibet aut differri; & ſpecialiter indulgentiâ illâ, qua &c. [a] Formam autem Juramenti, quod ipſa præſtabit, Nobis ſub veſtris, & ejus ſigillis per proprium Nuntium quantotiùs deſtinare curetis.

Pontifex in Theſaurariam propendens

mandat ſupradicta,

Iſabellæ electionem nullam dicens,

cum obſtantium derogatione.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam VII. Idus Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Cognoſcat de cujuſdam Eccleſiæ donatione Fratribus Montis Alcini *facta, & ſi rite factam invenerit, confirmet.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 235. apud Waddingum ad hunc annum num. 6. Regesti Pontif., & ex apographo in Archivo Ordinis Romæ apud SS. Apoſtolos.)

HONO-

(a) Qua &c.: Ut in 94. *Bulla* Nicolai III. ſuperius pag. 374. appoſita.

Digitized by Google

XXIII.

Anno 1285. die 11. Decembris.

a b

HONORIUS &c.

Venerabili Fratri [a] ... *Epiſcopo* Senen. [b] *Sal.*, *&* *Apoſtolicam Bened.*

Fratrum Minorum Montis Alcini petitio

c d e

EXHIBITA Nobis dilectorum Filiorum ... Guardiani, & Fratrum Ordinis Minorum *de Monte Alcino* [c] Aretinæ Diœceſis [d] petitio continebat, quòd Abbas Monaſterii *Sancti Antimi* [e] Vallis Stratiæ ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinen. Ordinis Sancti Benedicti dictæ Diœceſis attendens, quòd Eccleſiæ Sancti Angeli *Caſtriveteris*

de Eccleſia S Angeli Caſtri veteris

dicti loci de *Monte Alcino* tunc ad Monaſterium ipſum in ſpiritualibus, & temporalibus pertinens pleno jure adeo habebat tenues redditus, & proventus quòd unus ex eis nec ſuſtentari commodè, nec ei de facultatibus dicti Monaſterii poterat provideri; & quòd ex dictâ *Eccleſiâ* modicus fructus proveniebat Monaſterio ſupradicto; eam de conſenſu Conventus ejuſdem Monaſterii cum Domo, Cœmeterio, & Horto, ac aliis pertinentiis exiſtentibus circa ipſam, (poſſeſſionibus aliis dictæ Eccleſiæ præfato Monaſterio reſervatis) *Moro* quondam Morandi Judici ejuſdem Eccleſiæ Romanæ *Procuratori* pro ipſa quoad proprietatem quoad. uſum verò prædictorum Guardiani, & *Fratrum* deliberatione piâ, & providâ duxit perpetuò concedendam; prout in Inſtrumento publico indè confecto dicitur pleniùs contineri ſuper quo dicti Guardianus, & *Fratres* robur Apoſtolici muniminis adhiberi a Nobis ſuppliciter poſtularunt. Quia verò de his notitiam non habemus; Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſuper præmiſſis inquiras ſollicitè veritatem; & ſi conceſſionem hujuſmodi ritè inveneris abſque alterius præjudicio eſſe factam, eam auctoritate Noſtrâ confirmare procures.

Monaſterio S. Antimi, cujus juris erat, parum utili,

& Conventui Fratrum Minor. Montis Alcini conceſſa,

qui a Sede Apoſtolica confirmationem expoſcunt.

Pontifex cognitionem Epiſcopo Senen., & executionem demandat.

Datum Romæ apud S.Sabinam III. Idus Decemb., Pontif. Noſtri Anno Primo.

HONORIUS PP. IV. An.Ch.1285.

A *Primum* Lapidem *ponere*, Eccleſias, *ac* Altaria *conſecrare*, *&* Cœmeteria *benedicere*, *ſi Diœceſ. Epiſcopi negaverint*, *vel non ſine gravamine peregerint*; *a quibuſcunque Epiſcopis Catholicis fieri poſſe concedit*. (Ex SPECULO MINOR. tract.2. fol.25. apud WADDINGUM ad hunc ann. num.7. Regeſ. Pontif. & ejus Supplementi AUCTOREM n. 2., atque RODERICUM Bull. Regul. num.2. ex AUTOGRAHO in Salmanticen. Cœnobio S.Franciſci, alteroque Jaderæ ex GONZAGA par.2. Conv.12. Prov. Dalmatiæ, ac Pragæ in ARCHIVO noſtri Conventus S. Jacobi, Viennæque Auſtr. in illo noſtri Conventus S. Crucis.)

B

XXIV.

Anno 1286. die 18. Januarii.

f

HONORIUS &c.

Dilectis Filiis [f] .... Generali *Miniſtro* *&* *Fratribus Ordinis Minorum Salutem*, *&* *Apoſtolicam Bened.*

Fratrum expoſitionis tenor

g

C EX parte veſtrâ fuit propoſitum coram Nobis, quòd licet vobis per ſpecialia privilegia Sedis Apoſtolicæ [g] ſit indultum, ut ad Civitates, vel Villas, ubi religiosè, ac honeſtè commorari poſſitis, a Populis evocati accedere; ibique pro veſtris uſibus ædificia, & *Eccleſias*, ſivè *Oratoria* conſtruere valeatis; Diœceſani [h] tamen locorum in Eccleſiis, ſeu Oratoriis, quæ de novo vultis conſtruere primarium *lapidem* ponere, & conſtructa conſecrare, ac *Cœmeteria* vobis juxta Eccleſias, & Oratoria prædicta be- D nedicere denegant pro ſuæ libito voluntatis. Aliqui verò Diœceſanorum ipſorum, cum ad Eccleſias, & loca veſtra pro præmiſſis exequendis accedunt, propter evectionum, & perſonarum multitudinem, quas ſecum ducunt, gravant vos non modicum in expenſis. Quare Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut providere vobis ſuper hoc paternâ ſollicitudine curaremus. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati Devotioni veſtræ E authoritate præſentium indulgemus; ut ſi Diœceſani prædicti a vobis humiliter requi-

h

de nonnullis Diœceſanis primum lapidem ponere, Eccleſias conſecrare, & Cœmeteria benedicere negantibus,

nonnullis vero magno cum gravamine locorum id præſtantibus.

Pontifex his occurrit, & indulget ut ſupra.

(a) VEN. FRATRI ..: *Bernardo* ex Præpoſito majoris Eccleſiæ Senenſis, & Papæ Capellano promoto ex Ughello tom. 3. Ital. Sac.

(b) EPISCOPO SENEN.: In Tuſcia urbis nunc Archiepiſcopatus honore condecoratæ.

(c) FF. ORD. MIN. DE MONTE ALCINO: Quorum locus quando, & a quibus conceſſus, adhuc latet: non enim hoc anno, & iſta donatione ſumpſit exordium, ut quidam arbitrantur; ſed antea; donatio autem præſens Eccleſiæ *S. Angeli* facta fuit ad incrementum loci; nam titulus Eccleſiæ noſtræ in Monte Alcino eſt *S. Marcus*, teſte Rodulpho lib.2. f. 265.

(d) ARETINÆ DIŒCESIS: Tunc quidem, at poſtea *Mons Alcinus* ad Epiſcopalem dignitatem evectus eſt.

(e) MONASTERII S. ANTIMI: In Comitatu Cluſino, Diœceſique Senenſi nunc Eccleſiæ Cathedrali Montis Alcini uniti; de quo cl. Mabillon. Annal. Benedict. lib. 28. ad ann. 814. n.18.

(f) FILIIS ..: *Arloto* Pratenſi paulo ante memorato, qui paulo poſt ex hac vita deceſſit.

(g) PRIVILEGIA S. A.: Ut in primo hujus Bullarii tomo.

(h) DIŒCESANI: Epiſcopi nimirum, vel Archiepiſcopi.

Digitized by Google

Honorius PP. IV. An. Ch. 1286.

requiſiti hujuſmodi *lapidem* in prædictis Eccleſiis, vel Oratoriis ponere, ac *Eccleſias*, vel *Oratoria* prædicta, ac etiam Altaria veſtra conſecrare, & *Cœmeteria* benedicere denegaverint; vel id facere ultra quatuor menſes diſtulerint: vos per quoſcumque malueritis Epiſcopos gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentes præmiſſa recipere liberè valeatis. Clauſula prohib. &c. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Noſtræ Conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis &c.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam xv. Kalendas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo [a]. a

---

Datur facultas diſpenſandi ſuper Matrimonii *impedimento, ſi vera ſint expoſita.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 255. anni 1.)

XXV. Anno 1286. die 26. Januarii.

HONORIUS &c.

Venerabili Fratri [b] ... *Epiſcopo* Lauſanen. [c], *& dilecto Filio* ... *Guardiano Fratrum Ordinis Minorum* Lauſanen. [d] *Sal., & Ap. Benedictionem.* b c d

Conjugum expoſitio. EXHIBITA Nobis dilecti Filii Nobilis Viri Johannis de *Coſſonay*, & dilectæ in Chriſto Filiæ Nobilis Mulieris Margaretæ de *Villariis* Lauſanen. Diœceſis petitio continebat, quòd ipſi olim ignorantes, quòd aliqua eſſet conſanguinitas inter eos, quæ poſſet Matrimonium impedire, publicè in faciem Eccleſiæ matrimonium invicem contraxerunt, nullo ſuper hoc contradicente, vel impedimentum aliquod proponente; ac poſtmodum inter eos carnalis copula extitit ſubſecuta. (de impedimento matrimonii inſcienter contracto.) Et tandem compertum extitit, quòd prædicti Johannes & Margareta quarto ſunt conſanguinitatis gradu conjuncti. Quare ipſi habentes exinde conſcientias remordentes &c. [e] (a quo implorant diſpenſari.) e

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam vii. Kalendas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Teſtamentum concedendi, ac de quibuſdam rebus diſponendi facultatem tribuit. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 272.)

XXVI. Anno 1286. die 30. Januarii.

HONORIUS &c.

Venerabili Fratri [f] .... *Epiſcopo* Pictavien. *Sal., & Apoſt. Bened.* f

QUIA præſentis vitæ conditio &c. [g] g

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam iii. Kalendas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo [h]. h

---

Perpenſis circumſtantiis, ſi expediens fuerit; Monaſterium S. Demetrii O. B. Clariſſis Neapolit. *tribuatur.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 326. ann. 1.)

XXVII. Anno 1286. die 1. Februarii.

HONORIUS &c.

Venerabili Fratri [i] .... *Epiſcopo* Sabinen. *Apoſtolicæ Sedis Legato* [k] *Sal., & Apoſt. Bened.* i k

Clariſſarum Neapolit. propoſitio. EX parte dilectarum in Chriſto Filiarum ... Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii Sancti Johannis *ad Nidum* [l] *Neapolitani* Ordinis Sancti Damiani fuit pro- l

(a) Hoc privilegium contulerat Pontifex Ordini Prædicat. anno ſuperiori die 25. Novembris ex tom. 2. p. 9. Bullarii novi ejuſdem Ordinis B. 7.

(b) Ven. Fratri ..:

(c) Lausanen.: Vulgo *Loſanna* in Helvetiis ad lacum Lemanum ab Ebreduno 8. in auſtrum, & 10. leucis a Geneva in ortum; cujus Epiſcopatus Archiepiſcopo Veſuntinenſi ſubjectus translatus eſt *Friburgum* Helveticum leucis 11. diſtans in meridiem; cum Civitas a Romana Eccleſia defecerit.

(d) O. Min. Lausanen.: Quorum locus etſi neſcitur, quò tempore, & a quibus fundatus fuerit liquet nihilominus jam anno 1260. caput extaſſe *Cuſtodia* ſui nominis in Provincia Burgundiæ ex veteri recenſione Provinciarum, & Cuſtodiarum Ordinis noſtri eo anno Narbone facta in Comitiis Gen.

(e) Remordentes &c.: Ut in 26. *Bulla* Martini IV. uſque in finem, ac *Datum*, mutatis conjugum nominibus.

(f) Ven. Fratri ...: *Gualterio* Brugenſi ex Ord. Min. anno 1279. die 4. Decembris aſſumpto ex 138. epiſtola Nicolai III. ſuo loco relata.

(g) Conditio &c.: Ut in 14. hujus Pontificis epiſtola pro Epiſcopo *Viterbienſi* anno ſuperiore Nonis Octobris edita uſque in finem, ac *Datum*.

(h) Etiam *Bonifacius VIII.* ei facultatem eamdem attribuit, uti ſuo loco videbitur.

(i) Ven. Fratri ...: *Gerardo* Blanco alias commemorato.

(k) A. S. Legato: in utriuſque Siciliæ Regno, qui ſuperiori anno, Carolo I. Rege defuncto, una cum Roberto Atrebatenſi Comite prædicti Regni Procurator a Pontifice conſtitutus fuit.

(l) S. Johannis ad Nidum: Hactenus a noſtris, noſtrorumque Annalium conditore Waddingo ignorati: & quidem parum veriſimile videtur, cum non ſolum in Civitatibus fere univerſis, verum etiam in Oppidis, Caſtriſque, ac Terris præſertim in Italia Clariſſæ Monaſteria ſub initium earum Religionis habuerint; in ampliſſima, piiſſimaque Neapolis Civitate locum ipſis conceſſum non fuiſſe ante annum 1310., quo celebre *Corporis Chriſti* nunc *S. Claræ* Monaſterium eiſdem ædificari cœpit. Porro *ad Nidum* eſt 3. Regio ex quinque, in quas diviſa eſt illa Civitas, quas Petarcha *Vicos* appellat, incolæ vero *Seggi*, Romæ *Rioni*, alibi *Quartieri*, *Seſtieri &c.*

Digitized by Google

propoſitum coram Nobis, quod locus, in A quo ipſum Monaſterium eſt conſtructum, habitationi earum accommodus non exiſtit, tum quia perſonis ſæcularibus circumhabitantibus patens undique non poteſt propter ſuam ineptitudinem regulari obſervantiæ adaptari; tum quia loco Fratrum Ordinis *Prædicatorum*[a] Neapolitan. adeo eſt propinquus, quòd & ipſis, & illis ex hoc incompetens redditur eorum habitatio tam vicina. Quare Nobis dictæ Abbatiſſa & Conventus humiliter B ſupplicarunt, ut cum Monaſterium *Sancti Demetrii*[b] Neapolitani Ordinis Sancti Benedicti, in quo eſſe conſueverunt Abbas, & decens Collegium Monachorum, ſit adeo deformatum, quòd in ipſo non abſque multâ indecentiâ Abbas, & duo tantummodo Monachi commorantur illudque ipſarum habitationi ratione ſitus & aliarum conditionum ipſius valde ſit aptum; ipſum eis, ut in illo ſub prædicti Ordinis Sancti Damiani obſervantia C Divinis obſequiis decenter, & utiliter inſiſtere valeant, concedere dignaremur. Licet autem libenter tàm ipſarum Abbatiſſæ, & Conventus, quàm dictorum Fratrum in hoc velimus utilitatibus, & decentiæ providere. Quia tamen de præmiſſorum circumſtantiis notitiam non habemus; hæc Diſcretioni tuæ decrevimus committenda, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus examinatione diligenti, & deliberatione præhabitis, conſideratiſque diligenter omnibus, & ſingulis, quæ conſideranda fuerint in præmiſſis; ſi ſecundum Deum videris expedire, præfatum Monaſterium cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis prædictis Abbatiſſæ & Conventui auctoritate Noſtrâ concedas; ita quod Abbati ejuſdem Monaſterii ſtudeas alibi ſecundum ſuæ probitatis merita celeriter provideri, ſed donec idem Abbas Monaſterio ipſi præfuerit, ſibi, ſeu dictis Monachis per conceſſionem hujuſmodi præjudicium nullum fiat. Cum autem dicto Abbati per te proviſum fuerit; vel ipſum cedere, vel decedere forte contigerit, præfatis Monachis in aliis Monaſteriis ejuſdem Ordinis Neapolitanæ Provinciæ collocatis, dictas Abbatiſſam & Conventum in corporalem poſſeſſionem Monaſterii, jurium, & pertinentiarum prædictorum per te, vel per alium inducas, & defendas inductas[c]. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo.

de eorum loco ipſis inepto.

pro quo ſupplicant de illo S. Demetrii O. B. deformato.

Pontifex committit rei cognitionem ut ſupra.

Abbatis, & Monachorum habita ratione.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam Kalendis Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Permittant, curentque transferri corpus Martini PP. IV. *Aſſiſium ad Eccleſiam S.Franciſci, in qua juſſit ſe tumulari.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 267. apud Waddingum ad hunc annum num.8. Regeſti Pontif. & ex Autographo ſub plumbo in Aſſiſiaten. Archivo Sacri Conventus Sancti Franciſci apud Auctorem Collis Paradiſi lib.2.p.37.)

XXVIII. Anno 1286. die 1. Februarii.

HONORIUS &c.

Venerabili Fratri[d] ... *Epiſcopo, & dilectis Filiis* .... *Archipresbytero, & Capitulo* Peruſinis[e] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

D VEſtram non credimus latere notitiam, qualiter fel. record. Martinus Papa IV. prædeceſſor Noſter ob devotionis ſpecialis affectum, quem gerebat erga glorioſum, & Venerabilem Confeſſorem *Beatum Franciſcum* de Aſſiſio[f]; cujus clariſſimis meritis Dei decoratur Eccleſia; Italia rutilat; veſtraque religio quaſi quibuſdam ſpecialibus titulis inſignita refulget; in Eccleſiâ, quæ in honorem ejuſdem Sancti apud *Aſ-* E *ſiſium* conſtructa dignoſcitur, elegit in ſuâ voluntate ultimâ Eccleſiaſticam ſepulturam, Nobis tunc in minori officio poſi-

Teſtamentum Martini IV. commemorat,

& S. Franciſci merita recenſet,

cujus in Aſſiſ. Eccleſia Martinus IV. ſe humari mandavit,

(a) FF. Ord. Prædicat.: Quorum primus, antiquiorque locus ibi titulum *Sancti Dominici majoris* ferebat.

(b) Monast. S. Demetrii: Cujus nulla occurrit mentio in Annal. Benedict. Mabillonii.

(c) Inductas: Id autem executioni minime datum fuiſſe, elicimus ex Clementis V. epiſt. 851. Regeſ. Vatic. data Archiepiſcopo Neapolit. 3. Non. Februarii anno V. *Expoſita nobis &c.*, qua mandat ſibi ſtatum Monaſterii *S. Joannis ad Nidum* ſibi exponi quia *Maria Regina* Hungariæ illud ampliare cupiebat: atque illud eſſe cenſeo, quod poſtea dici cœpit Monaſterium *S. Mariæ Dom. Reginæ*, de quo Waddingus ad ann.1319. num.19., eo quod illud ampliavit, reſtauravit, & ferè a fundamentis excitavit præfata *Maria Regina*.

(d) Ven. Fratri: *Bernardo Cario*, de quo nos alias egimus ex Ughello tom.1. Ital.Sac.

(e) Perusinis: apud quos e vita deceſſit *Martinus IV.* ſuperiore anno die 4.Kal.Aprilis.

(f) B. Franciscum de Assisio: Ferunt enim, aliquot poſt annis dum reſtauraretur major Eccleſia Peruſina, inventum eſſe ejus corpus omnino integrum cum Minoritico, in quo ſepultus eſt, habitu illæſo ex Waddingo ad ann. 1286. num.2.

Digitized by Google

Honorius PP. IV. An.Ch. 1286.

poſitis, & quibuſdam ex *Fratribus* Noſtris hujuſmodi ſuæ voluntatis executoribus conſtitutis [a]. Poſtmodum autem ad Apoſtolicæ dignitatis faſtigium Divina diſpoſitione vocati [b] magnis, & arduis, quæ cura Paſtoralis officii ſecum trahit, occupati negotiis, ad exequendum prædeceſſoris ejuſdem hujuſmodi voluntatem operarias manus exhibere nequivimus; prout & gerebamus in votis, & ipſius negotii qualitas requirebat. Cum itaque magno deſiderio cupiamus, ut pia prædeceſſoris diſpoſitio prælibati ſuum in hac parte conſequatur effectum; Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attentè per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus tamquam viri providi, & diſcreti, ac Juſtitiæ zelatores ad exactæ conſiderationis reducentes examen, quod explorati juris exiſtit, quamque mortalibus debitum, ut extremæ voluntates ipſorum liberè impleantur, Reverendum præfati Prædeceſſoris Corpus non ſolum juxta diſpoſitionem prædeceſſoris ejuſdem ad eamdem liberè deferri Eccleſiam permittatis; quinimmò illud illuc deportare volentibus tumulandum, ut id dignâ honorificentiâ dante Domino agi poſſit pro Noſtrâ, & Apoſtolicæ Sedis reverentiâ, quam in veſtris actibus ſummoperè conſervare vos condecet, favorabiliter aſſiſtatis, tantò Nobis proindè propenſiùs placituri, quantò efficaciùs, & libentiùs, quod a vobis in hoc fiducialiter petimus, perducere curabitis ad effectum. Cupimus enim, ut ſuper hoc ſic devotè, ſic promptè vos gerere ſtudeatis, ut exindè non immeritò poſſimus efferre vos laudibus, & aliud in hac parte proviſionis adhibere remedium non cogamur.

Idque mandatum Pontifex cupit, & injungit, ut executioni detur,

& juris vigore non ſolum permittendum,

ſed etiam ex Pontificis voluntate curandum.

Datum, *ut ſupra*.

De eadem re mandatum. (Ex Regesto Vatic. epiſt. 266. apud Waddingum ad hunc annum num. 3. Annal., teſte etiam Raynaldo Annal. Eccleſ. num. 13., & ex Autographo ſub plumbo in Aſſiſiat. Archivo noſtri Conv. S. Franciſci apud Autorem Collis Paradiſi lib. 2. pag. 38.)

HONORIUS &c. XXIX.

Anno 1286. die 1. Februarii.

Dilectis Filiis ... Poteſtati, Capitaneo, Conſilio, & Communi Peruſino *Sal., & Apoſtol. Bened.*

Peruſinorum erga Rom. Eccleſiam devotionem commendat,

Sincera, & antiqua illa, ſed non antiquata devotio, qua inter cæteras Urbes Italiæ erga Romanam Eccleſiam Matrem veſtra Civitas *Peruſina* reſplenduit, firmam Nobis fiduciam tribuit, ſpemque indubiam pollicetur, quòd vos tamquam benedictionis, & obedientiæ Filii Apoſtolicæ Sedis votis affectus veſtros promptis animis conformantes, preces Noſtras præſertim, quas juſtitiæ plenitudo non deſerit, ſublato difficultatis objectu ad effectum celeriter perducetis. Sanè fel. record. Martinus IV. prædeceſſor Noſter &c. [c]

& mandat id, quod ſupra.

Datum, *ut ſupra* [d].

Super Caſtri Potentini *Cluſinen. Epiſcopatus venditione mandat, ut inquirant, an expediat.* (Ex Vat. Reges. Pontif. ep. 253. anni 1., quam citat & Petrus de Alva in Indic. Bull. Seraph.)

HONORIUS &c. XXX.

Anno 1286. die 4. Februarii.

Venerabili Fratri [e] *... Epiſcopo, & dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, ac ... Cuſtodi Minorum FF. Ord.* Urbevetan. [f] *Sal., & Ap. Ben.*

Expoſuit Nobis Venerabilis Frater Noſter P. [g] Epiſcopus *Cluſinus* [h], quòd pro cuſtodiâ Caſtri *Pontini* [i] Cluſinæ

Epiſcopi Cluſini expoſitio

(a) Executoribus constitutis: Deeſt in Annal. Eccleſ. hæc ejus conſtitutio teſtamentaria.

(b) Vocati: Anno ſuperiore die 4. Nonas Aprilis.

(c) Prædecessor noster &c.: Ut in præcedenti epiſt. uſque ad finem.

(d) Verum ne Sancto Peruſini privarentur corpore, & tantum ſibi præriperetur pignus, varias interpoſuerunt appellationes, in quibus audiendis, & rejiciendis elapſum eſt tempus obiitque Honorius; neque fuit qui amplius translationem urgeret; inquit cit. Waddingus num. 2. addens ex crebris miraculis *Urbanum* a Peruſinis coli ut Sanctum.

(e) Ven. Fratri ...: *Franciſco* Monaldeſchi Balneoregienſi, oriundo tamen Urbevetano anno 1279. e Melphienſi Eccleſia ad hanc Urbevetanam, annoque 1295. ad Florentinam tranſlato ex Ughello tom. 1. & 3. Ital. Sac., qui pro Vicario Generali ſui miniſterii adhibuit *Fr. Andream* Fabrianenſem Ord. Minor. ex monumentis noſtri Archivi Cœnobii S. Crucis Florentini.

(f) Urbevetan.: Erat autem Fratrum Minorum Cœnobium Urbevetanum caput *Cuſtodia* ſui nominis in Provincia Romana ex alias cit. recenſione Provinciarum & Cuſtodiarum Ordinis noſtri anno 1260. facta Narbone in Comitiis Gen. perperam cit. Petrus de Alva ſcribit epiſtolam datam *Guardiano Urbevetano*.

(g) P.: *Petrus*, ut in hujus Papæ epiſt. *Te nobis hactenus &c.* hoc anno die 4 Junii edita; de quo Ughellus tom. 3. Ital. Sac.

(h) Clusinus: Vulgo *Chiuſi* in Tuſcia Imper. non longe ab agro Urbevetano & Peruſino de qua Civitate dictum eſt in 2. hujus Operis tomo.

(i) Castri Pontini: Leg. *Potentini*, ut infra epiſt. 46. proxime citata, inter montem Nigrum al. *Nerum*, & Velonam extantis non longe ab *Orcia* fluvio in Umbronem decurrente.

Digitized by Google

ſinæ Diœceſis ad Cluſinam Eccleſiam A
pertinentis propter malitiam circumſtantium, qui non ceſſant hominibus ipſius Caſtri graves injurias irrogare, ſubire ipſum oportet onera expenſarum; & nullos redditus de *Caſtro* percipit ſupradicto, ita quod idem Caſtrum ei potius oneroſum, quam fructuoſum exiſtit. Unde conſiderans idem Epiſcopus, quòd ſi *Caſtrum* venderetur prædictum, & ejus pretium convertetur in poſſeſſiones alias, magna exinde dictis Epiſcopo & Eccleſiæ B utilitas proveniret; ad Noſtram providentiam ſtuduit ſuper hoc habere recurſum. Nos autem utilitatem Eccleſiæ prædictæ ſpecialiter cupientes, quia vos de facto, & facti circumſtantiis habere poteritis notitiam pleniorem, Diſcretioni veſtræ, de qua plenè confidimus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de præmiſſis, & ea contingentibus, & ſi id Eccleſiæ præfatæ magis expediat; C & modum, & cauſas ſtudeatis diligentiùs indagare. Reſcripturi Nobis fideliter per veſtras litteras harum ſeriem continentes quicquid inveneritis, vel ſenſeritis de prædictis. Non obſtante Indulgentiâ &c. [a] Quòd ſi non omnes iis exequendis intereſſe potueritis; tu, Frater Epiſcope, cum eorum altero ea nihilominus exequaris.

de Caſtro Pontino ſuæ Diœceſis ſibi magis oneris, quam redditus.

Ideoque illius vendendi facultatem expoſcit.

Pontifex injungit id, quod ſupra,

cum obſtantis derogatione,

a

& juſſionis moderatione.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam II. Nonas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo [b].

b

Poteſtatem faciat Comitiſſæ Flandriæ Monaſterium Clariſſis ædificandi in Werkim. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 180. apud Waddingum ad hunc annum num. 10. Regeſti Pontif.)

XXXI.

Anno 1286. die 4. Februarii.

HONORIUS &c.

Venerabili Fratri [c] .... *Epiſcopo* Tornacen. [d] *Sal.*, *& Apoſt. Benedict.*

c d

Comitiſſæ Flandriæ ſupplicatio

EX parte dilectæ in Chriſto Filiæ Nobilis Mulieris *Iſabellæ* Comitiſſæ *Flandriæ* fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut ſibi conſtruendi pro animæ ſuæ ſalute de aſſenſu, & voluntate dilecti Filii Nobilis Viri Guidonis Comitis *Flandriæ* [c] ejus Viri, & in fundo proprio in Parochiâ Eccleſiæ de *Werkin* tuæ Diœceſis conſtituto Monaſterium Monialium in honorem *Beatæ Claræ*, in quo Sancti Franciſci Regula, & Inſtitutum prædicti Ordinis obſerventur; ac in Monaſterio ipſo, quod de bonis propriis ſufficienter dotare proponit, ut aſſerit, inſtituendi Sorores, ſeu Moniales, quæ in perpetuum impendant inibi Domino famulatum, licentiam ſibi concedere dignaremur. Nos autem volentes tibi, qui loci Diœceſanus exiſtis, in hac parte deferre, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem Comitiſſæ, ſi tibi conſtiterit de præmiſſis, petitam licentiam largiaris ſine juris præjudicio alieni.

e

pro conſtruendo Clariſſis Monaſterio in VVerkin.

Pontifex annuit mandans, ut ſupra.

Datum, *ut ſupra*.

Ut Guidonem Flandriæ Comitem, *& ejus filium Robertum a juramento de quodam conjugio ex hypotheſi abſolvant*. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 303. anni 1., teſte etiam Petro de Alva in Indic. Bull. Seraph.)

XXXII.

Anno 1286. die 4. Februarii.

HONORIUS &c.

Venerabili Fratri [f] ... *Epiſcopo*, *& dilecto Filio* ... *Guardiano Fratrum Minorum* Tornacen. [g] *Salutem*, *& Apoſt. Bened.*

D

f

g

EX parte dilectorum Filiorum Virorum Nobilium *Guidonis Flandriæ*, & *Roberti* nati ejus *Nivernenſium* [h] Comitum fuit propoſitum coram Nobis, quòd dudum ipſi fide præſtitâ juraverunt, quòd procurarent, & facerent poſſe ſuum, quòd dilectus Filius Nobilis Vir E *Ludovicus* ejuſdem Roberti Primogenitus dilectam in Chriſto Filiam Nobilem Mulierem *Johanam* Filiam, & hæredem quondam Comitis de *Reteſt*, cum præfatus Ludovicus ad legitimam perveniret æta-

Flandriæ, ac Nivernen. Com. propoſitio

h

de quodam juramento.

(a) Indulgentia &c.: Ut in 95. *Bulla* Nicolai III.

(b) De eadem re ſunt litteræ 50. & 52. infra die 4. & 9. Junii hujus anni eiſdem datæ.

(c) Ven. Fratri: *Philippo* Meuſe Gandavenſi, qui hoc anno obiiſſe dicitur.

(d) Tornacen.: Vulgo *Tournay* in Flandria ſub Cameracen. Archiepiſcopo.

(e) Guidonis Com. Flandriæ: a Dominico Petri Burgundiæ loco cognominati & in Annal. Eccleſ. noſtroque Opere iſto haud ſemel commemorati.

(f) Ven. Fratri ...: *Philippo*, ut in præcedenti epiſtola.

(g) Tornacen.: de quorum in hac Civitate loco dictum eſt in 1. hujus Operis tomo pag. 403. (d)

(h) Nivernenſium: Nunc Civitas *Ducatus* titulo inſignita vulgo *Nevers*, & caput Provinciæ Nivernenſis.

Digitized by Google

HONORIUS PP. IV. An.Ch.1286.

ætatem, duceret in Uxorem. Dilectus quoque Filius Nobilis Vir Henricus Comes de *Grandiprato*, & dilectæ in Chriſto Filiæ Nobiles Mulieres *Iſabella* ipſius Henrici Uxor, & Maria Domina de Aenghien. interpoſito juramento ſimili, promiſerunt, quòd dicta *Johanna*, cum ipſam ad ætatem hujuſmodi pervenire contigeret, præfatum *Ludovicum* reciperet in Maritum; ſi prædictorum Henrici, & Iſabellæ, ac Mariæ conſilio uti vellet; & hoc ipſi pro viribus procurarent. Quare præfati *Guido*, & *Robertus* Nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum *Ludovicus*, & *Johanna* prædicti ſint infra minoris ætatis terminos conſtituti, ac inter eos nondum ſponſalia ſint contracta, Guidonem, & Robertum prædictos ab hujuſmodi juramento faceremus abſolvi. Nos igitur eorumdem *Guidonis*, & *Roberti* ſupplicationibus inclinati Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eos ab hujuſmodi juramento, ſi ad hoc prædictorum Henrici, & Iſabellæ, ac Mariæ accedat aſſenſus; & inter *Ludovicum* & *Johannam* præfatos nondum, ſicut præmittitur, ſponſalia ſint contracta, auctoritate Noſtrâ fulti abſolvere procuretis. Non obſtante Indulgentiâ &c. [a] Datum, *ut ſupra*.

a quo ſervando ſupplicant diſpenſari. — *Pontifex injungit, quod ſupra dictum eſt* — *cum clauſ. derogat.* a

---

Irrita eſſe decernit pacta *quæcumque a Fratribus ſine conſenſu Capituli, aut Miniſtri Generalis inita cum Prælatis, vel Clericis Eccleſiarum*. (Ex Speculo Min. trac. 2. fol.53. apud Waddingum ad hunc annum n.9. Regeſ. Pontif., & Rodericum Bull. Regul. num.1. ex Autographo in Salmanticen. Cœnobio S. Franciſci, & in noſtro S. Crucis Viennæ Auſtriacæ.)

XXXIII.

Anno 1286. die 10. Februarii. b

HONORIUS &c.

Dilectis Filiis [b] ... Generali *Miniſtro*, *& Fratribus Ordinis Minorum Sal.*, *& Apoſt. Bened.*

Exordium ex conceſſionis cauſa.

RELIGIONIS favor, ſub qua virtutum Domino ſervitis; & fructus uberes, qui ex veſtris laboribus in Eccleſiâ univerſali, Divinâ gratiâ cooperante, proveniunt, & Nos inducunt, ut illa A vobis favorabiliter concedamus, per quæ ab impedimentorum obſtaculis liberati fructificari liberiùs in eadem Eccleſiâ valeatis. Sanè ex parte veſtrâ fuit propoſitum coram Nobis, quòd nonnulli Miniſtri, Cuſtodes, Guardiani, & Fratres veſtri Ordinis in receptionibus domorum, & locorum ejuſdem Ordinis cum Prælatis, Rectoribus, & Clericis Eccleſiarum, in quarum Territorio Domus, & loca prædicta conſiſtunt, ſine tuâ, Fi- B li Generalis, & alicujus prædeceſſorum tuorum, ac Generalis *Capituli* Ordinis prædicti licentiâ, & aſſenſu compoſitiones, & *pacta* varia in præjudicium Indulgentiarum, & Privilegiorum Apoſtolicæ Sedis eidem Ordini conceſſorum inire temerè præſumpſerint; cum id eis nec ex auctoritate competeret, nec ex ſpeciali eſſet conceſſione commiſſum; nec a te, ſive a tuis prædeceſſoribus, C præfate Generalis, vel ab eorum *Capitulo* fuerunt compoſitiones, & pacta hujuſmodi acceptata. Quare Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut quia ex conventionibus, & pactis eiſdem præſumptis taliter in his, quæ Ordini præfato, tam ex Apoſtolicæ Sedis privilegiis, ac indulgentiis, quàm a jure communi conceſſa eſſe noſcuntur nimium derogetur, providere ſuper hoc paternâ ſollicitudine curaremus. Nos igitur volentes ſu- D per hoc de Apoſtolicâ benignitate providere, præſentium tenore decernimus, quòd ex conventionibus, & pactis talibus, & taliter initis in iis, quæ ipſi Ordini vel perſonis, aut locis ejuſdem, ſivè de jure communi competant, ſive per privilegia, & indulgentias ſint conceſſa eidem Ordini, Locis, Domibus, vel Perſonis, præjudicium nullum fiat; ſed compoſitionibus, & pactis ipſis, (dummodo nec a te, memorate Generalis; E nec a prædeceſſorum tuorum aliquo, vel dicto *Capitulo* acceptata fuerint) nequaquam obſtantibus; & tam ipſius Ordinis Domibus, Perſonis, & locis, quàm iis, cum quibus eædem compoſitiones, & pacta ſunt inita, jus priſtinum abſque alicujus impedimenti obice integrum conſervetur. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Declaratio-

Fratrum expoſitionis tenor. — *De compoſitionibus, & pactis ſine licentia cum aliquibus initis cum damno,* — *& ſupplicatio* — *Pontifex decernit ut dictum eſt ſupra.* — *Clauſula prohib. &c.*

(a) Indulgentia &c. Ut in *Bulla* 61. Nicolai III.

(b) Filiis ... : *Arlotto* Pratenſi: quem hoc anno menſe Martio affecto, vel ineunte Aprili Pariſiis diem obiiſſe volunt.

rationis, & Decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit &c.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam iv. Idus Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo [a].

Fratribus Ordin. Prædicat. tribuat Monaſterium S. Florentii Auxim. *O. B. deformatum, non obſtante modica diſtantia ab illo Fratrum Ord. Minor.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 290. anno 1., & ex tomo 2. Bullarii Ord. Prædicat. B. 10. pag. 10.)

XXXIV.
Anno 1286. die 13. Februarii.

HONORIUS &c.

b c

Venerabili Fratri ... [b] *Epiſcopo* Auximano [c] *Sal., & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium.

AD Sacrum *Fratrum Prædicatorum* Ordinem ampliandum; eò libentiùs operarias manus apponimus, & Apoſtolici favoris ſuffragium impertimur; quò ipſum ſinceriori affectione proſequimur; & uberiores producere noſcitur in Eccleſiâ Dei fructus. Sanè dilectus Filius [d] ... *Magiſter* ejuſdem Ordinis Nobis expoſuit, quòd dilecti Filii Abbas, & Monachi Monaſterii *Sancti Florentii* [e] Auximani Ordinis Sancti Benedicti diligentiùs attendentes, quòd præfatum Monaſterium erat in ſpiritualibus, & temporalibus non modicum deformatum; quòdque illud de jam dicto Sancti Benedicti Ordine non poterat commodè reformari; Monaſterium ipſum, quantum in eis extitit, eidem Fratrum *Prædicatorum* Ordini ſpontè & liberè conceſſerunt. Cum autem Fratres ipſius Ordinis nullum, ut aſſerunt, in Civitate *Auximana* locum obtineant; nec aliquem competentem valeant obtinere, occaſione Indulti ab Apoſtolicâ Sede Fratribus *Ordinis Minorum* [f] conceſſi [g]; ne aliqui infra centum, & quadraginta cannarum ſpatium prope loca ejuſdem *Ordinis Minorum* Eccleſias, vel Oratoria, ſeu aliqua loca Religioſa de novo conſtruere, vel ædificare præſumant; præfatus .... *Magiſter* Nobis humiliter ſupplicavit; ut cum Tu, & Clerus, ac Populus Civitatis ejuſdem quamplurimum affectetis, ut Fratres ejuſdem Ordinis *Prædicatorum* inibi locum obtineant ad veſtram ſalutem efficaciùs procurandam, providere ipſis ſuper hoc de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos igitur ad animarum ſalutem ſollicitè intendentes, & cupientes, ut iidem Ordinis *Prædicatorum* Fratres locum accommodum in prædicta obtineant Civitate, Fraternitatem tuam rogandam attentè duximus, & hortandam, per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus, ſi præmiſſis veritas ſuffragetur, prædictum Monaſterium cum Domibus & Horto, ac aliis pertinentiis ſibi adjacentibus pro Noſtrâ & Apoſtolicæ Sedis reverentiâ; ſi ad id dilectorum Filiorum Capituli *Auximani* conſenſus acceſſerit, ſublatâ qualibet difficultate concedas. Præfatos autem ... Abbatem & Monachos, in alio, ſeu aliis Monaſteriis ejuſdem Ordinis Sancti Benedicti *Auximanæ* Civitatis & Diœceſis ſtudeas, prout expedire videris, collocare; monaſteriis ipſis Terras, & Poſſeſſiones ejuſdem Monaſterii *Sancti Florentii*, prout expedire putaveris, applicando; ita quod juxta quantitatem oneris, commodi quantitas compenſetur; illam in hoc efficaciam ſervaturus, ut creſcas exinde meritis apud Deum, penes Nos gratiâ, & apud Homines clarâ famâ.

d — Gen. Magiſtri O. P. expoſitio
e — de Monaſterio S. Florentii O. B. Ordini ſuo conceſſo,
f g — ſed diſtantia a loco Fratrum Minorum interdicta obſtat,
a qua ſupplicat diſpenſari.
Pontifex vero annuens mandat id, quod ſupra.
Addita conditione,
& Monachorum habita ratione.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam Idibus Februarii Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Fr. Petrus *Ord. Minor. promovetur ad Epiſcopatum* Salamantin., *& conſecratur.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 316. anni 1.)

(a) Idem privilegium etſi diverſis verbis conceſſerat & *Alexander IV.* diplomate 498. *Mente ſollicita &c.* anno 1259. 26. Julii; quod ſuſtulit Bonifacius VIII. C. 3. *Quia ex eo* in 6. Decr. lib. tit. 18. *De Pactis*, etſi iſtud conceſſerat etiam *Honorius* Ordini Prædicatorum anno iſto die 19. Januar. iiſdem verbis, ut ex ipſorum Bullario to. 2. B. 8. pag. 9.

(b) Ven. Fratri ...: *Berardo* e Callien. Eccleſia ad Auximanam anno 1283. menſe Januario a Martino IV. tranſlato ex Ughello tom. 1. & 2. Ital. Sac. emendato quoad annum.

(c) Auximano: Olim in Piceno nunc in Marchia Anconitata.

(d) Filius ...: *Munio* Hiſpanus 7. ſui Ordinis *Generalis* Magiſter anno ſuperiore in Comitiis Gener. Bononiæ coactis electus.

(e) S. Florentii: in Annal. Benedict. Mabillon. nuſquam memorati.

(f) FF. Ordinis Minorum: qui multo antea locum Auximi obtinuerant ex 1. hujus Operis tomo.

(g) Concessi: A Clemente IV. anno 1268. diplomate incip. *Quia plerumque &c.*

Digitized by Google

Honorius PP. IV. An.Ch.1286.

HONORIUS &c.

XXXV. Anno 1286. die 5. Martii.

Venerabili Fratri . . . [a] *Epiſcopo* Salamantino [b] *Sal.*, *& Apoſt. Bened.*

a b Exordium. Eccleſiæ Salamant. vacanti

CUra paſtoralis Officii Nos ſollicitat, ut de bonis perſonis debeamus viduatis Eccleſiis providere. Sanè cum Eccleſia *Salamantina* ſolatio deſtituta Paſtoris propter diutinas, & longas vacationes multum in ſpiritualibus, & temporalibus ſit collapſa: Nos eidem Eccleſiæ paterno compatientes affectu ad perſonam tuam, de cujus vitâ, & moribus Nobis familiari experientiâ [c] plenè conſtitit, dereximus Noſtræ conſiderationis intuitum, præficientes te tunc Fratrem *Ordinis Minorum* [d] de Fratrum Noſtrorum conſilio eidem Eccleſiæ in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius tibi in ſpiritualibus, & temporalibus committendo; ac tibi per conſequens fecimus per Venerabilem Fratrem Noſtrum J. [e] Epiſcopum Præneſtinum munus conſecrationis impendi, firmâ conceptâ fiduciâ, quòd cum ſis vir vitâ, & honeſtate decorus, litterarum ſcientiâ præditus, per tuam induſtriam eadem Eccleſia *Salamantina* ſpiritualiter & temporaliter, annuente Domino, votiva ſuſcipiet incrementa. Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus humiliter ſuſcipiens a Domino impoſitum tibi onus, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ *Salamantinæ* diligenter geras, & ſollicitè proſequaris, & Gregem Dominicum in illâ tibi commiſſum doctrinâ verbi & operis informando. Ita quod eadem Eccleſia *Salamantina* per tuæ diligentiæ ſtudia multipliciter gaudeat commodis, & optatis conſurgere valeat ſpiritualiter, & temporaliter auctore Domino incrementis.

c Pontifex præficit Fr. N. O. M,

d

e eique munus conſecrationis impendi facit;

cui & mandat onus ſuſcipere,

& Eccleſiam ſollicite miniſtrare.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam III. Nonas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XXXVI. Anno 1286. die 5. Martii.

In eumdem modum Capitulo Eccleſiæ, & Clero Civitatis, & Diœceſis Salamantinæ. Cura Paſtoralis officii &c. (*Ut in proxima ſuperiori, verbis competenter mutatis, uſque*) incrementa. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem Epiſcopo tamquam Patri & Paſtori animarum veſtrarum plenè, ac humiliter intendentes, obedientiam, & reverentiam debitam ſibi exhibere curetis. Ita quòd ipſe in vobis devotionis filios, ſe inveniſſe lætetur; & vos per conſequens Patrem inveniſſe benevolum gaudeatis. Alioquin ſententiam, quam ipſe propter hoc rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino inviolabiliter obſervari. Datum, *ut ſupra*.

XXXVII. Anno 1286. die 5. Martii.

In eumdem modum Populo Civitatis Salamantinæ (*uſque*) Incrementa. Quocirca Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur attentè per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus eumdem Epiſcopum devotè recipientes, & honeſtè tractantes ejus ſalubribus mandatis & monitis intendatis: Ita quòd ipſe in vobis devotionis filios inveniſſe lætetur; voſque in eo Patrem habeatis aſſiduè gratioſum. Datum, *ut ſupra*.

XXXVIII. Anno 1286. die 5. Martii.

In eumdem modum Vaſſallis Eccleſiæ Salamantinæ &c. (*uſque*) mandantes, quatenus eumdem Epiſcopum tamquam Patri & Paſtori animarum veſtrarum devotè ac humiliter intendentes, ac præſtantes eidem fidelitatis ſolitæ juramentum, conſueta exhibere ſervitia, & de juribus, ac redditibus ſibi debitis eidem reſpondere curetis [f]. Ita quòd ipſe in vobis devotionis filios ſe inveniſſe lætetur &c. (*uſque*) gratioſum. Alioquin ſententiam, ſive pœnam quam ipſe ſpiritualiter, & temporaliter &c. Datum, *ut ſupra*,

f

Mandat ab Interdicto *Eccleſ. ſolvi* Venetos *ſervantes ea, quæ eorum Nuncii ex Ord. Prædicat., & Minor. ſpoponderant*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 311. apud Raynaldum ad hunc annum 16. & 17., indeque in Bullario Ord. Prædicat. to.2. num.11.p.11., & memoratur a Petro de Alva in Indic. Bull. Seraph.)

HONO-

(a) Ven. Fratri . . . : *Petro* ut infra, ignoto etiam Ægidio Gonzales Avilan. in Theatro Eccleſ. Salmanticen. lib.3. cap.7. ſaltem quoad inſtitutum Regul.

(b) Salamantino: ſub Archiepiſcopo Compoſtellano Civitate vulgo *Salamanca* in Regno Legionis ob celebrem Academiam notiſſima.

(c) Familiari experientia: Erat igitur in aula Pontificia, Curiave Romana.

(d) Fr. Ordinis Minorum: Waddingo notum non ex hoc promotionis diplomate, ſed ex illo *Nicolai IV.* biennio poſt emiſſo, quo ei teſtandi poteſtatem conceſſit; ita ad annum 1288. num.37., annoque ſequenti cum pluribus aliis Antiſtitibus indulgentiam contulit in conſecratione Eccleſiæ S. *Salvatoris* Clariſſarum Oppidi *Sanſeverini* die 15. Domenica 3. Maji a Rambotto Epiſcopo Camerin. facta, ubi dicitur *Petrus Epiſ. Salmacienſis* ex Autore *Camerini Sacri* pag. 233. lib.4. cap.7. num.14.

(e) J.: *Hieronym.* Aſculanum ex Ord. Min. aſſumtum; illis enim temporibus *Hieronymi* nomen ſine aſpiratione ſcribebant.

(f) Curetis: Ex his apparet, quæ ſint *Vaſſallorum* munia; & quibus ſecernantur a plebe, populo ac ſubditis.

Digitized by Google

XXXIX.

Anno 1286. die 18. Martii.

HONORIUS PP. IV. An.Ch. 1286.

HONORIUS &c.

Venerabili Fratri . . .[a] *Epiſcopo* Caſtellano[b] *Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*.

Alias ſuas litteras, & juſſionem commemorat.

OLim tibi ſub certâ formâ per litteras Noſtras[c] injunximus, ut *Interdictum*, quod Venerabilis Frater Noſter Bernardus[d] *Portuen.* Epiſcopus tunc in illis Partibus Apoſtolicæ Sedis Legatus[e] occaſione quorumdam proceſſuum fel. record. Martini Papæ IV. prædeceſſoris Noſtri in Civitate *Venetorum* ſervari mandavit[f], relaxares; difficultate ſublatâ, & intellecto, quòd Nobilis Vir Dux[g], Conſilium, & Commune Venetorum contra illos de Civitate ipſâ, ejuſque Diſtrictu, qui ad requiſitionem ipſius Epiſcopi ad partes Regni Siciliæ in ſervitium Romanæ Eccleſiæ, ac claræ memoriæ *Caroli*[h] *Regis* Siciliæ, ſeu ipſius Regis hæredum abſque Ducis, & Conſilii prædictorum licentiâ ſe perſonaliter contulerunt, graves & diverſos variis temporibus ordinavere proceſſus, & pœnas varias infligendas eiſdem; voluimus inter alia, & per alias litteras tibi diſtrictè præcipiendo mandavimus, ut antequam ad ipſius *interdicti* relaxationem procederes, prædictos Ducem, Conſilium, & Commune ex parte Noſtrâ diligenter monere, ac inducere procurares, ut ſtatutum illud, de quo in ipſis primis litteris mentio habebatur expreſſa, declarare ſtuderent, quòd ipſum in prædictorum Eccleſiæ, ſeu Regis, aut hæredum injuriam, vel in favorem quondam *Petri*[i], dudum Regis Aragonum nullatenus ediderunt; ac hujuſmodi declarationem in libro ſtatutorum ſuorum conſcribere non tardarent; quòdque proceſſus prædictos totaliter revocarent, & pœnas eaſdem eis, qui, ut prædicitur, in ipſorum Eccleſiæ, Regis; & & hæredum ſervitium porrexerunt, omninò remitterent; nullam illis hujuſmodi occaſione moleſtiam ulteriùs inferendo; & ſi quid ab eis occaſione prædictâ forſitan exegerunt, eiſdem quantociùs reſtituere non poſtponerent. Quibus omnibus ad effectum perductis, non differres *interdictum* hujuſmodi relaxare. Cumque tu, ſicut accepimus, ad hujuſmodi mandati Noſtri executionem intenderes; fuit tibi ex parte dictorum Ducis, Conſilii, & Communis reſponſum, quòd ipſi proponebant propter hæc ad Nos ſpeciales Nuncios deſtinare. Venientibus itaque ad præſentiam Noſtram ipſis Nunciis videlicet dilectis Filiis Fratribus Baxiano, & Daniele *Prædicatorum*, ac Fratribus Fidentio[k], & Alexandro[l] *Minorum* Ordinum, expoſuerunt Nobis ex parte dictorum Ducis, Conſilii, & Communis, quòd per eoſdem Ducem, Conſilium, & Commune extiterat declaratum, quòd ſtatutum ipſum, ſivè Conſilium non fuit factum in injuriam Eccleſiæ prædictæ, ſed pro conſervatione pacifici ſtatus eorum, & pro Guerrâ, & ſcandalo evitandis; nec fuit factum in præjudicium, vel favorem alicujus Domini de Mundo, ut eorum verbis utamur; & quòd ſuper proceſſibus prædictis Incolæ Civitatis ejuſdem proponebant ſe Apoſtolicis beneplacitis conformare. Nos autem, attendentes devotionem ſinceram, qua iidem Incolæ hactenùs erga prædictam Eccleſiam viguerunt, ac ipſis favorabiliter annuentes Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prædictâ ipſius ſtatuti declaratione, prout iidem Nuncii, retulerunt, in libris ſtatutorum conſcripta prædictis, & eiſdem revocatis proceſſibus, & pœnis omninò remiſſis, & reſtitutione, ut prædicitur, ſubſecutâ, *Interdictum* hujuſmodi auctoritate Noſtrâ relaxare procures; prædicens omnibus publicè, quòd caveant illi, qui propter favorem eidem *Petro*[m] ab ipſis impenſum excommunicationis ſententiam

& Interdicti Veneti occaſionem,

ad cujus relaxationem Pontifex quæ voluerit.

Nuncios ſuos Veneti mittunt ad Pontificem,

exponentes eorumdem facti rationem.

Qua permotus Pontifex mandat id, quod ſupra.

cum admonitione quibuſdam.

(a) Ven. Fratri . . . : *Bartholomæo Quirino* N.V. ex tom. 5. Italiæ Sac. Ughelli.

(b) Castellano : Nunc *Venetiarum* nuncupato.

(c) Per litteras Nostras : Quas evulgavit Raynaldus ad annum ſuperiorem num 64.

(d) Bernardus : De Languiſello Gallus, de quo cit. Ughellus tom. 1., Sanmarthan. tom. 1. Galliæ Chriſtianæ, & alii plures.

(e) A. S. Legatus : Cujus legationis diploma legitur apud cit. Raynaldum ad ann. 1283. n. 49.

(f) Mandavit : Cauſam refert ipſe Pontifex in ſuis litteris ad eumdem Caſtellanum Epiſcopum ſupra (c) citatis fuſius, brevius vero in iſtis.

(g) Dux : *Franciſcus Dandulus*.

(h) Caroli : I. Superiori anno in apparatu belli Siculi defuncti.

(i) Quondam Petri : Superiore anno die 8. Novembris e vivis ſubtracti.

(k) Fidentio : Forſan ille, qui jacet Patavii cum fama ſanctitatis ex Waddingo ad ann. 1249. n. 11.

(l) Alexandro : Qui poſtea ad *Jaderen.* in Dalmatia Eccleſiam evectus eſt.

(m) Petro : Olim Aragoniæ Regi anno ſuperiore 6. Idus Novembr. defuncto.

Digitized by Google

A tentiam incurrerunt; ne ſe Divinis officiis immiſceant, donec ſuper hoc abſolutionis beneficium aſſequantur.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam xv. Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Matrimonii Ferrar. *illiciti impedimentum relaxent; ſi conjuges verum expoſuerunt.* (Ex Reges.Vatic.Pontif.ep.427.ann.1.)

XL.

Anno 1286. die 2. Aprilis.

HONORIUS &c.

a *Venerabili Fratri* [a] .... *Epiſcopo, & dilectis Filiis .... Priori Prædicatorum & .... Guardiano Minorum Fratrum Ordinum* Ferrarienſium [b] *Sal., & Ap. Ben.*

b

Conjugum Ferrarien. expoſitio

EXhibita Nobis dilecti Filii *Hugolini* Alberti *Malevoltæ*, & dilectæ in Chriſto Filiæ *Iſabetæ* natæ Nobilis Viri *Gruamuntis* Civium Ferrarien. petitio continebat, quòd ipſi olim ignorantes, quòd quondam Azo natus Nobilis Viri Petrocini de *Bochimpanis* [c] Concivis eorum, qui cum eâdem *Iſabeta* Sponſalia per verba de præſenti contraxit, ſed eâ carnaliter minimè cognitâ, debitum naturæ perſolvit; eidem Ugolino *quartò* eſſet, dum viveret, conſanguinitatis gradu conjunctus; matrimonium invicem publicè contraxerunt, nullo ſuper hoc contradicente, vel impedimentum aliquod proponente; ac poſtmodum inter eos carnalis copula extitit ſubſecuta. Quare *Ugolinus* & *Iſabeta* præfati habentes exindè conſcientias remordentes ſuper hoc Apoſtolicæ Sedis miſericordiam implorarunt; & aſſerentes, quòd ſi hujuſmodi matrimonium ſeparari contingeret; guerræ graves, homicidia, & periculoſa diſſidia inter ipſorum orirentur conſanguineos, & amicos; Nobis humiliter ſupplicarunt, ut hujuſmodi periculis occurrentes, cum eis, quòd impedimento humodi non obſtante, in matrimonio remanere licitè valeant, diſpenſare miſericorditer dignaremur. Nos autem, qui ſalutem quærimus ſingulorum, & libenter Chriſtifidelibus quietis commoda procuramus, volentes evitare pericula ſupradicta, quia vos de facto, & facti circumſtantiis habere poteritis notitiam pleniorem, præſentium vobis auctoritate committimus, ut ſi præmiſſis veritas ſuffragetur; & præfati *Ugolinus*, & *Iſabeta* tactis Sacroſanctis Evangeliis proprio firmaverint juramento, quòd contracti matrimonii prædicti tempore impedimentum hujuſmodi ignorabant; & timeatur de periculis, quæ narrantur, ſuper quibus veſtram intendimus conſcientiam onerare; cum *Ugolino*, & *Iſabeta* præfatis, quòd eodem impedimento nequaquam obſtante, in ſic contracto matrimonio remanere licitè valeant, auctoritate Noſtrâ diſpenſare curetis; prout ſecundum Deum videritis expedire, Prolem ſuſcipiendam ex eis legitimam nuntiando. Non obſtante indulgentiâ &c. [d]

c

de illicito matrimonio inſcienter contracto,

a quo diſpenſari implorant varias ob cauſas.

Pontifex annuit,

B

& committit ut ſupra

C

cum clauſ. derogat.

d

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam iv. Nonas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

D *Super facultate ab Epiſcopo* Eugubino *petita ſe componendi cum ſubditis pro nonnullis bonis, quaſdamque poſſeſſiones alienandi videant, & decernant, ut expedit.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 445. ann.1.)

XLI.

Anno 1286. die 8. Aprilis.

HONORIUS &c.

e *Venerabili Fratri* [e] .... *Epiſcopo, & dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, & ...* Cuſtodi *Minorum FF. Ord.* [f] *Sal., & Ap. Ben.*

f

Eugubinus Epiſcopus exponit

EXposuit Nobis Venerabilis Frater Noſter [g] .... Epiſcopus *Eugubinus*

g

(a) Ven. Fratri ...: 1284. promoto ex Ughello tom.2. Ital. Sac.

(b) Ferrarien.: Urbis Ducatus titulo, Academia, Archiepiſcopatus dignitate, Cardin. Legatione, arce munitiſſima, aliiſque claris monumentis celeberrimæ; ubi Fratres noſtri Ordinis non primum anno 1243. locum obtinuerunt, ut M. Ant. Guarrinus lib.4. de Eccleſiis Ferrarien. & Ughellus cit. in Epiſc. Ferrar., neque extra Civitatem, ut Waddingus ſcripſit ad annum 1261. num.15., & 1341. num.6. ſed vivente S.P. Franciſco, & ante annum 1227. ex certis monumentis in Archivo illius Cœnobii extantibus, & a me inſpectis, & quidem in Civitate, ubi etiam modo commorantur, tunc quidem ad mœnia, nunc autem fere in meditullio ob pomœrium urbis dilectandæ, vicorumque extra illam tuitionis cauſa ab Hercule I. Duce prolatum; quas vero referunt Guarinus, Ughellus, & Waddingus laudati, non Cœnobii, ſed Eccleſiæ ſunt novæ fundationes: porrò de hoc inſigni loco alibi fuſius diſſero in magno ad Annales Franciſcanos *Supplemento* Mſs.

(c) Bochimpanis: Familiis jampridem extinctis.

(d) Indulgentia &c.: Ut in 95. *Bulla* Nicolaii III.

(e) Ven. Fratri ..: Deeſt nomen Epiſcopatus, forſan Aſſiſiat., a quo Eugubium diſtat mill. paſſ. circiter 15., eique præerat Fr. Simon ex Ord. Min. anno 1281. aſſumto, ut ibi.

(f) Minor. Fratrum Ordinum: Deeſt *Eugubin.* ut conjicitur, erat enim locus ille Fratrum Minor. antiquus, & caput *Cuſtodiæ* ſui nominis in Umbriæ Provincia *S. Franciſci* ex dictis in 2. hujus Operis tomo pag. 275. (b)

(g) Ven. Frater ..: *Benvenutus* Urbevetanus ex Ord.Min.anno 1278. a Nicolao III. aſſumptus, ut ibi.

Digitized by Google

nus [a], quòd redditus, & proventus Epiſcopalis Sedis Eugubinæ pro eo ſunt non modicum diminuti, quòd nonnulli homines, & Vaſſalli [b] Eccleſiæ *Eugubinæ* ab ipſius dominio & fidelitate ſe temere ſubtrahentes dicto Epiſcopo debita, & conſueta ſervitia exhibere contradicunt. Nonnulli verò ex eis poſſeſſiones, & alia bona immobilia, quæ ab Eccleſiâ *Eugubina* in Fœudum, ſeu ſub annuo Cenſu tenebant, vendere, & aliàs diverſimodè alienare, ac in alios diverſarum Civitatum & Diœceſum transferre ſine aſſenſu Epiſcopi *Eugubini*, qui fuit pro tempore, temerè præſumpſerunt. Aliqui etiam Vaſſallorum ipſorum, licet magni valoris terras, & poſſeſſiones teneant ab eâdem Eccleſiâ, modica tamen, ſive nulla ſervitia, aut redditus exhibent Epiſcopo ſupradicto. Quidam verò ex ipſis, novâ excogitatâ malitiâ, aliqua dictæ Eccleſiæ ſervitia, penſiones, & redditus præſtant pro poſſeſſionibus illis, quas in præjudicium dictæ Eccleſiæ venditionis titulo in alios transtulerunt. Quare idem Epiſcopus Nobis humiliter ſupplicavit, ut cum ipſe cum ſingulis prædictorum hominum, & Vaſſallorum, qui ſe a dominio, & fidelitate ipſius Eccleſiæ ſubtraxerunt; & illis, qui terras, & poſſeſſiones prædictas taliter venditas, & diſtractas detinent, nequeat litigare; & dubitet, ne alii, qui reſpondent licet defectuosè de ſervitiis debitis, terras, & poſſeſſiones, quibus hujuſmodi ſervitia præſtare tenentur, in graviorem jacturam dictæ Eccleſiæ ex caſu aliquo alienent; componendi, ſive tranſigendi cum eis; & alios, qui hujuſmodi modica ſervitia, ſeu redditus exhibent, liberandi ab eiſdem ſervitiis, & poſſeſſiones, quas tenent ab ipſâ, recipiendi, & ad manus ſuas retinendi; cum ex hoc notabiliter major poſſit utilitas dictæ Eccleſiæ provenire, ſibi licentiam concedere dignaremur. Quia verò vos de iis poteſtis habere notitiam pleniorem, Diſcretioni veſtræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus veritate ſuper iis diligentiùs inquiſitâ, ſuper quibus veſtras intendimus conſcientias onerare, ſi ſtatui, & utilitati dictæ Eccleſiæ videritis expedire, præfato Epiſcopo auctoritate Noſtrâ concedatis licentiam poſtulatam. Proviſo, ut præmiſſa, quæ pro ipſius Eccleſiæ utilitate conceduntur, non vergant in ejus ex ſorte contrariâ detrimentum; & ad id exequendum conſenſus ſui Capituli intercedat, voſque tandem dignam coram Deo poſſitis reddere rationem. Non obſtante indulgentiâ &c. [c]

(Margin notes: Proventus ſuæ Eccleſiæ diminutos eſſe; idque variis ex cauſis. Quare ſupplicat pro facultate ſe componendi cum ſubditis quibuſdam, ac prædia nonnulla ad manus ſuas retinendi. Pontifex injungit, ut ſupra cum monitione, & clauſ. derogat.)

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam VI. Idus Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Facultatem impertitur concedendi duobus officium Tabellionatus *pro Inquiſitione contra hæreſes*. (Ex Vatic. Reges. epiſt. 354. apud Waddingum ad hunc annum num. 4. Annal.)

XLII.

Anno 1286. die 16. Aprilis.

HONORIUS &c.

Dilecto Filio Fratri Philippo *de Mantua* [d] *Ordinis Fratrum Minorum* Inquiſitori *hæreticæ pravitatis in Marchia* Tarviſina [e] *auctoritate Apoſtolica deputato Sal., & Apoſt. Benedict.*

CUM circa proſecutionem officii *Inquiſitionis* tibi commiſſi miniſterium *Tabellionatus* [f] officium exercentium ſit plurimum opportunum; Nos volentes perſonæ tuæ gratiam facere, quæ tibi officii proſecutioni exiſtere valeat; & remaneat aliis nihilominus fructuoſa; Diſcretioni tuæ concedendi juxta formam, quam in talibus Romana ſervat Eccleſia, dilectis Filiis *Danieli* Alberti de Liaziano, & *Blanco* Francini Civibus Veronenſibus prædictum *Tabellionatus* officium, ut illud prudenter, & fideliter exequantur; & ad eoſdem cum neceſſe fuerit, in iis, quæ ad officium ipſum pertinent, recurratur, plenam concedimus auctoritate præſentium facultatem.

(Margin notes: Conceſſionis cauſa. Facultatem attribuit ſupradictam.)

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam XVI. Kalendas Maji, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ele-

(a) Eugubin.: In Umbria, Urbinique Ducatu, a qua Metropoli exemptus aſſeritur; extatque in confinio Marchiæ Anconitanæ.

(b) Vassalli: Quinam hi vere ſint, ex ſequentibus elicitur.

(c) Indulgentia &c.: Ut in ſuperiori epiſt.

(d) Fr. Philippo de Mantua: *Bonaccolſi*, de quo ad ann. 1277. & 1279. egimus ex Regeſ. Vatic. apud Waddingum.

(e) In Marchia Tarvisina: Ubi Veronæ reſidebat.

(f) Tabellionatus: Vulgo Notariatus.

Digitized by Google

HONORIUS PP. IV. An.Ch.1286.

Electionem Priorissæ Monaſterii S. Felicis de Vada *O. A. Piſanæ Diœc. examinent, & ſi cuncta recte ſe habeant, confirment.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt.456. an. 1.)

XLIII. Anno 1286. die 3. Maji.

HONORIUS &c.

Dilectis Filiis . . . Priori Prædicatorum & . . . . Guardiano Minorum Fratrum Ordinum Piſan. [a] *Sal., & Apoſt. Bened.*

Monialium S. Felicis de Vada demonſtratio de earum Monaſterio regimine deſtituto, ad quod electa fuit Soror Philippa. ejuſque confirmatio poſtulatur. Pontifex mandat, ut ſupra

SUA Nobis dilectæ in Chriſto Filiæ Conventus Sororum Monaſterii *Sancti Felicis de Vada* [b] ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis per Prioriſſam ſoliti gubernari Ordinis Sancti Auguſtini [c] *Piſanæ* Diœceſis petitione monſtrarunt, quòd olim Monaſterio ipſo Prioriſſæ ſolatio deſtituto, dictæ Conventus vocatis, & præſentibus omnibus, quæ voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe, die ad eligendum præfixâ, Spiritus Sancti gratiâ invocatâ, *Philippam* Sororem ſeu Canonicam dicti Monaſterii mulierem utique honeſtate præditam, ac in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectam in earum, & dicti Monaſterii Prioriſſam canonicè, & concorditer elegerunt. Cum autem eidem *Electæ* propter incluſionem, & paupertatem dicti Monaſterii nimis difficile, ac diſpendioſum exiſtat Apoſtolicam Sedem adire pro electionis ſuæ confirmatione, ac benedictionis munere obtinendis; præfatæ Conventus Nobis humiliter ſupplicarunt, ut providere ſuper hoc Electæ, ac Monaſterio prædictis de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos autem de probitate veſtrâ plenam in Domino fiduciam obtinentes Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi vobis conſtiterit, dictum Monaſterium ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinere; inquiſitâ de modo electionis, eligentium ſtudiis, & Electæ meritis diligentiùs veritate, ſi electionem ipſam inveneritis eſſe canonicam, & de perſonâ ydoneâ canonicè celebratam; illam auctoritate Noſtrâ confirmare curetis &c. [d]

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam v. Nonas Maji, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

De facinoribus P. Abbatis Monaſt. S. Mauritii Agaunen. *inveſtigent, quæ ſi vera ſint, citent eum ad comparendum coram Pontifice, & Monaſterium reforment.* (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt.423. an. 1.)

XLIV. Anno 1286. die 15. Maji.

HONORIUS &c.

Venerabili Fratri . . . [e] *Epiſcopo, & dilectis Filiis . . . Priori Prædicatorum, & . . . . Cuſtodi Minorum FF. Ordinum* Lauſanen. [f] *Sal., & Ap. Ben.*

Procurator Monachorum S. Mauritii Agaunen. Pontifici defert ſuum Abbatem, ejuſque crimina,

CONSTITUTUS in præſentiâ Noſtrâ dilectus Filius Frater Amadeus de *Mutigniaco* [g] Canonicus Monaſterii *Sancti Mauritii* Agaunen. [h] ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Auguſtini *Sedunen.* Diœceſis [i] Procurator dilectorum Filiorum Conventus ejuſdem Monaſterii Nobis inſinuare curavit, quòd *Frater Petrus* de Sancto Sigiſmundo, qui pro ipſius Monaſterii Abbate ſe gerit, nullâ obtentâ diſpenſatione a Sede Apoſtolicâ ſuper defectu Natalium, quem patitur, de Presbytero Canonico ipſius Monaſterii genitus, ſicut Abbas in eodem Monaſterio adminiſtrat; quodque dictus *Petrus* pro Guillelmo de Contegio Clerico prædictæ Diœceſis ſe dilecto Filio Nobili Viro Riccardo de Corberiis, Conventu ipſo penitus ignorante, fidejuſſorem conſtituit, uſque ad ducentarum, & ſexaginta

(a) Piſan.: In Hetruria.
(b) S. Felicis de Vada: De quo diximus in 1. hujus *Bullarii* tomo pag. 659. & 660.
(c) Ord. S. Augustini: Secundum *inſtituta Fratrum Prædicatorum*, uti docent plura diplomata Pontif. in tom. 1. & 7. Bullarii novi illius Ordinis vulgata.
(d) Curetis &c.: Ut in 28. *Bulla* Martini IV. uſque in finem, ac *Datum*.
(e) Ven. Fratri . .: Videatur 25. hujus Pontificis epiſt. *Exhibita nobis &c.* hoc anno 26. die Januar. data.
(f) Lausanen.: Ut in prædicta 25. epiſt., ubi dictum eſt, *Lauſana* locum Fratrum Min. caput fuiſſe *Cuſtodiæ* ſui nominis.

(g) De Mutigniaco: Lego *de Martiniaco*, vulgo Gallico *Martigny*, antiqui *Octoduro*, incolis vero *Martinach* Oppido Valeriæ in Helvetiis ad Rodanum a Saduno 12. mill. paſs. in occaſum, & 8. ab Agauno in Eurum diſtante.
(h) S. Mauritii Agaunen.: Vulgo *S. Mauritz* Oppidi Valeſiæ a lacu Lemano 4. Leucis, a Seduno 6. in occaſum, & a Geneva in ortum 17. diſtantis, ubi S. *Mauritius* cum legione militum pro Chriſti fide martyrium fecit.
(i) Sedunen. Diœcesis: *Sion* Italis, & Gallis, *Setten* vero Germanis Valeſiæ Regionis primariæ ſub Archiepiſcopo Tarantaſienſi ad fluvium Rhodanum cum duplici arce in colle.

Digitized by Google

a ta librarum Lauſanenſium [a] quantitatem; A propter quòd Monaſterium ipſum non modicam in præſentiarum ſuſtinere dinoſcitur læſionem; & quòd præfatus *Petrus* clavem ſigilli prælibati Conventus contra voluntatem ipſius Conventus in grave dictorum Monaſterii & Conventus præjudicium violenter retinet; ipſique Conventui reddere contradicit, quamquam ſuper hoc ſæpè ſæpius fuerit requiſitus. Memoratus quoque Procurator adjecit, quòd prænominatus *Petrus* multis extitit perjuriis irretitus; & quòd bona quamplurima mobilia, & immobilia, quæ ad Monaſterium pertinent ſupradictum, uſque ad ſummam mille librarum Mauriſienſium [b] indebitè alienare præſumpſit. Unde ſæpedictus Procurator pro parte dicti Conventus Nobis humiliter ſupplicavit, ut benignè compatientes miſerabili ſtatui Monaſterii ſæpefati, ne, quod abſit, invaleſcentibus malis ſuis irremediabiliter collabatur, opportunum in hoc adhibere remedium curaremus. Volentes itaque circa prædicti Monaſterii ſtatum ſalubriter providere; ac de veſtræ circumſpectionis induſtriâ plenam in Domino fiduciam obtinentes, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus pro Noſtrâ, & Apoſtolicæ Sedis reverentiâ perſonaliter ad præfatum Monaſterium accedentes, & habentes præ oculis ſolum Deum ſine judiciali ſtrepitu ſtudeatis indagare fideliter, ac providè de præmiſſis; & ſi eumdem *Petrum* in iis inveneritis infamatum, inquiratis auctoritate Noſtrâ per idoneas, ac fidedignas partium illarum perſonas, ac alias, ſicut expedire videritis, ſuper præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis diligentiùs veritatem. Et ſi fortè memoratum *Petrum* per inquiſitionem hujuſmodi adeo culpabilem in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum reperiri contigerit, quòd ſufficiat ad amotionem ipſius a regimine Monaſterii ſupradicti; ea, quæ in hac parte inveneritis plenè, ac fideliter conſcribentes illa Nobis ſub ſigillis veſtris tranſmittatis incluſa; eidem *Petro* competentem, juxta veſtræ Diſcretionis arbitrium, terminum aſſignando, quo perſonaliter Noſtro ſe præſentet conſpectui pro meritis recepturus. Reſtituatis quoque, ſicuti juſtum fuerit, prædictum Conventum ad ſigillum, aliaque omnia quibus per eumdem *Petrum* extitit expoliatus; ac poteſtatem dandi, vendendi, B infeudandi, ſeu quomodolibet alienandi bona ipſius Monaſterii eidem *Petro* interim penitus interdicatis. Et nihilominus in aliis perſonis ejuſdem Monaſterii, & membrorum ipſius corrigatis, & reformetis in melius, quæ correctionis, & reformationis officio videritis indigere. Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Diem autem aſſignationis hujuſmodi, & quicquid inde feceritis, Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes fideliter intimare curetis. C Quòd ſi tu, Frater Epiſcope, iis exequendis nequiveris commodè intereſſe; Vos, Filii Prior & Cuſtos, ea nihilominus exequamini diligenter. Non obſtante indulgentiâ &c. [c]

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam Idibus Maji, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Margin notes: ſupplicans pro remedio. — Pontifex inquiſitionem de eo committit, — eamque ſibi tranſmitti jubet, — Abbatem citari ad comparendum coram ſe — & Monaſterium reformari, — juſta moderando, — & obſtanti derogando.

D

Si conjuges vera protulerint, eos ab impedimento Matrimonii *abſolvant*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 454. anni 1.)

XLV.

Anno 1286. die 15. Maji.

HONORIUS &c.

Venerabili Fratri ..... [d] *Epiſcopo* Lunenſi [e], *& dilecto Filio* ... *Guardiano Fratrum Minorum de* Sarzana [f] *Lunen. Diœceſis Salutem, & Apoſt. Bened.*

E EXHIBITA Nobis dilecti Filii Nobilis Viri *Dini* de *Grappo* Sancti Petri, & dilectæ in Chriſto Filiæ Nobilis Mulieris

Margin note: Conjuges illegitimi exponunt

(a) Libr. Lausanen.: Quarum valorem leges in Gloſſario med. & inſ. Latin. Dom. Cangii.

(b) Libr. Maurisien.: Pro quibus conſuli poteſt idem Opus.

(c) Indulgentia &c.: Ut in *Bulla* 95. Nicol. III.

(d) Ven. Fratri ..: *Henrico* Ficeclenſi, al. Foſſeclenſi, de quo Ughellus tom. 1. Ital. Sacr.

(e) Lunen.: Al. *Sarzanen.*, Luna enim Hetruriæ civitas in confinio Liguriæ ad oſtia Magri fluminis jam diu antea funditus exciſa fuit, cui Epiſcopali in honore ſucceſſit, vel unita eſt *Sarzana* ad 3. mill. paſſ. verſus Boream poſita.

(f) Fratrum Minorum de Sarzana: Quorum locus ſecundus erat, alias quartus *Cuſtodia Piſana* in Provincia Tuſciæ ex veteri pluries citato *Provinciali* Ordinis noſtri, civiumque traditio fert, acceptum fuiſſe a S. P. Franciſco; etſi Waddingo valde ſero occurrerit ſeculo nempe xv.

Digitized by Google

HONORIUS PP. IV. An.Ch. 1286.

lieris *Johannæ* natæ dilecti Filii Bonacurſi de *Dallo* Lunen. Diœceſis petitio continebat, quòd ipſi olim ignorantes, quòd aliqua eſſet affinitas inter eos, quæ poſſet matrimonium impedire; publicè in facie Eccleſiæ, prout in partibus illis moris eſſe dignoſcitur, matrimonium invicem contraxerunt; nullo ſuper hoc contradicente, vel impedimentum aliquod proponente; ac poſtmodum inter eos carnali copulâ ſubſecutâ plures Filios procrearunt; & tandem compertum extitit, quòd prædicti *Dinus*, & *Johanna quarto* ſunt affinitatis gradu conjuncti. Quare dicti Dinus & Johanna habentes exinde conſcientias remordentes &c. [a]

Se ignoranter matrimonium contraxiſſe cum impedimento.

quo demum comperto.

Datum, *ut ſupra*.

Compoſitionem inter Urſum *Urſin. Senatorem Urbis*, *& Cives* Viterbienſes *mediante Fr. Angelo Reatino O. M. Romanæ Provinciæ contra hæret. pravit. Inquiſitore factam confirmat*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. Bonifacii VIII. epiſt. 670. anno 1.)

XLVI.

Anno 1286. die 21. Maji.

HONORIUS &c.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

SIC ad bonum pacis afficimur, ut illam libenter in omnibus ſubditis, & in eis præcipuè, qui ſpecialiùs Romanæ ſubſunt Eccleſiæ, nutriamus; &, ut inter eos inconcuſſa permaneat, Apoſtolico ſtudeamus munimine communire. Sane cum inter dilectum Filium Nobilem Virum *Urſum* [b] de Filiis *Urſi* tunc Senatorem Urbis ex parte unâ, & dilectos Filios [c]... Poteſtatem, Conſilium, & Commune *Viterbii* ex alterâ ſuper *Vallerani*, *Cornetæ novæ & veteris*, *Roccæ altiæ*, *Fractæ*, *Corviani Caſtris* [d], juribus, & juriſdictionibus, ac diſtrictibus eorumdem, ac aliis diverſis articulis graves olim quæſtiones non ſine multâ turbatione Patriæ, magnoque diſcrimine partium exortæ fuiſſent; tandem in Nos ſuper iis extitit compromiſſum [e]: & demum mediante dilecto Filio *Fratre Angelo* de Reate [f] Ordinis Minorum Fratrum *Inquiſitore* in Romanâ Provinciâ hæreticæ pravitatis ſuper iis inter partes ipſas compoſitio intervenit [g], quam poſtea populus *Viterbienſis* in publico Parlamento [h] more ſolito congregato, & ipſum Parlamentum cum auctoritate, & mandato ipſius Poteſtatis ratificaverunt, acceptaverunt, & de novo firmaverunt [i]; prout in inſtrumentis publicis inde confectis pleniùs continetur. Nos itaque attendentes dictam compoſitionem & ratificationem ad ſtatum pacificum, & tranquillum ejuſdem Patriæ [k] redundare, ac ipſas ratas & gratas habentes, eas auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Non obſtantibus, quòd tempore, quo dicta compoſitio, & ratificatio factæ fuerunt, præfatus *Urſus* erat Urbis Senator; etiamſi *Viterbien*. Civitas Urbi diceretur eſſe ſubjecta, & id veritate forſan uteretur [l]: quodque administrationem in eâdem Urbe gerentes res mobiles, vel immobiles tempore officii ſui emere, aut donationis titulo niſi eſculenta, vel poculenta recipere prohibentur; & donationes eis factas in quibuſcunque rebus, & eſtimatione quacunque jure invalidas eſſe decreverint; ſeu quod Fratribus dicti Ordinis, aut ipſi forte *Fratri Angelo* ſit, vel fuerit, ut ſe negotiis ſecularibus non immiſceant, generaliter, vel ſpecialiter interdictum ab homine, vel a jure, vel a Conſtitutionibus, vel ſtatutis Ordinis memorati, & quibuſcunque pœnis in dictis Poteſtati, Concilio, & Communi *Viterbii*, vel ſententiis, aut proceſſibus pœnalibus, & aliis quibuſcunque habitis, ſeu promulgatis per Sedem Apoſtolicam contra eos. Tenores autem Iſtrumentorum prædictorum de verbo ad verbum præſen-

Diſſidium inter Urſum Urſin. & Viterbienſes

tandem compoſitum,

& a Pontifice compoſito confirmatur.

Obſtanti derogando.

(a) Remordentes &c.: Ut in 26. *Bulla* Martini IV. uſque in finem, ac *Datum*, mutatis conjugum nominibus.

(b) Ursum: De quo in epiſt. 9. hujus Pontificis dictum eſt incip. *Beneplacitum eſt Domino &c.*

(c) Filios ..: *Odonem de Odonibus* civem Peruſinum ex inſtrumento hujus compoſitionis infra legendo.

(d) Castris: In Patrimonio B. Petri Hetruſco inter Hortam, Viterbium, & Roncilionem ſitis.

(e) Compromissum: Ut in cit. epiſt. 9.

(f) Fr. Angelo de Reate: Cujus eſt mentio in prædicta epiſt. 9.

(g) Compositio intervenit: Hoc anno Idibus Martii ex cit. inſtrumento.

(h) Parlamento: Seu Conventu juridico.

(i) Firmaverunt: Die 23. Aprilis hujus anni ex cit. inſtrum.

(k) Patriæ: Nempe urbis Romæ.

(l) Veritate forsan uteretur: Legerem *veritati forſan niteretur*.

Digitized by Google

ſentibus fecimus annotari, qui tales ſunt &c.[a] Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Confirmationis infringere, vel ei &c.

Clauſula prohib. &c.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam xI. Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo[b].

Flagitanti Imperialis *diadematis terminum & diem aſſignat; hortaturque, ut ad id ſe diſponat, & diſpoſitionem mature ſignificet.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 54. lib. 2. apud Raynaldum ad hunc annum n. 1. & 2.)

XLVII. Anno 1286. die 31. Maji.

HONORIUS &c.

Chariſſimo in Chriſto Filio Rodulpho Regi Romanorum Illuſtri *Salutem, & Apoſt. Benedictionem.*

NUper Venerabili Fratre Noſtro K.[c] *Maguntinen.* Archiepiſcopo[d] tunc Epiſcopo *Baſilien.*[e] propter hoc a tuâ magnificentiâ deſtinato[f] in Noſtrâ, & Fratrum Noſtrorum præſentiâ tuo nomine cum inſtantiâ poſtulante ad unctionem, conſecrationem, & *Imperialis* diadematis coronationem de Noſtris recipiendas manibus tibi terminum aſſignari: Nos cum eiſdem Fratribus diligenti collatione præhabitâ; & iis, quæ circa hæc attendenda putavimus, perpenſâ deliberatione diſcuſſis; Excellentiæ Regiæ ad petitas unctionem, conſecrationem, & coronationem Imperialis Diadematis in Baſilicâ Principis Apoſtolorum de Urbe recipiendas a Nobis Domino favente ſermoni feſtum *Purificationis B. Virginis* primo venturum[g] de ipſorum Fratrum conſilio aſſignamus. Quòd ſi forſan interim, quod abſit, aliqua difficultas emergeret, quæ tuum ad præmiſſa in dicto termino impediret adventum; quodcumque aliud ad hoc tempus duxeris eligendum, de conſilio Venerabilis Fratris Noſtri Joannis[h] *Epiſcopi Tuſculani*, quem probatæ utique diſcretionis virum ſcientiâ præditum, & virtute, ut tibi ab invio præcavens tuos ponat greſſus in via; teque in tuis opportunitatibus conſilio dirigat, & auxilio fulciat efficaci; ad tuæ petitionis inſtantiam Legatum in Alemanniâ, ac quibuſdam aliis partibus duximus deputandum[i], id Nobis adeo maturè pronunciare procures, quòd Nos & Fratres eoſdem Deo actore invenire valeas, prout exigit negotii tanti ſolemnitas, ad prædicta proſequenda paratos. Eia ergo, Princeps inclyte, age ſollicitè ad honoris tui conſummandi ſolemnia ſic te præpara, ſic diſpone, ut nequaquam tranſeat tam promptâ exhibitio Noſtri paterni favoris inefficax, ſed in eodem termino, vel ſaltem alio, quem tibi, ut præmittitur, videris opportunum, juxta Magnificentiæ tuæ decentiam ſic diſpoſitus, ſic paratus occurras, quòd tuo voto in præmiſſis impleto, votiva ex eodem favore Noſtro commoda efficaciter Deo auſpice conſequaris[k].

Rex Romanorum Imperiale diadema flagitat, & terminum coronationis.

Dies 2. Februarii præſtituitur ad coronam Imperii ſumendam.

Adhortatio Pontificis ad eam rem.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam II. Kalend. Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo[l].

Inquiſitionem præcipit de Præpoſito Barjolen. Forojulienſis *Diœc. an* Decimam *integram Terræ Sanctæ perſolverit, & alia patraverit; de hiſque relationem expoſcit.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 38. anni 2.)

XLVIII. Anno 1286. die 31. Maji.

HONORIUS &c.

Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, & .... Guardiano Minorum Fratrum Ordinum[m] *Salutem, & Apoſt. Benedictionem.*

VEnerabilis Frater Noſter[n] ..... *Aquen. Archiepiſcopo*[o] Nobis per

(a) Tales sunt &c.: Habentur in Epiſtola Bonifacii VII. *Cum olim inter* &c. de hac re die 11. Aprilis anno 1295. data, & in ſequenti tomo hujus Operis evulganda.

(b) Sed controverſia hæc neque ſub *Nicolao IV.*, neque ſub *Bonifacio VIII.* terminata erat, ut ſuis locis videbitur in tomo 4. hujus Bullarii.

(c) H.: *Henrico* ex Ord. Min., ut in epiſt. Gregorii X. *Ne celſitudinem* anno 1275. men. Aprili data.

(d) Maguntin. Archiepiscopo: Hoc anno vel paulo ante tranſlato.

(e) Basilien.: anno 1275. promoto ex alias dictis.

(f) Destinato: Quæ deſtinatio quando facta fuerit, ſilent Annales Eccleſ., qui quidem aliam habent factam anno ſuperiore menſe Novembri, ſed de aliis, quam de *Baſilien.* Epiſcopo, ut ibi n. 22., quare iſta facta conjicitur hoc anno ineunte vere; vel paulo ante.

(g) Primo venturum: anno 1287.

(h) Joannis: Boccamatii Rom. Pont. conſanguinei.

(i) Deputandum: Hoc anno, ac die ex diplomate apud Raynaldum n. 4. & 5.

(k) Consequaris: Quod tamen minime factum eſt, cauſamque prodidit nemo.

(l) Eodem argumento ſubjungit cit. Raynaldus n. 3. ex Regeſ. Vatic. epiſt. 55., ad Othones duos Albertum & Conradum Marchiones *Brandeburgen.*, Ludovicum & Henricum Duces *Bavariæ*, & Comites *Palatinos Rheni*, Menardum Ducem *Carinthiæ*, Regem *Bohemiæ*, Ducem *Saxoniæ*, alioſque *Alemannos*, & *Slawos* Principes; tum Archiepiſcopos *Imperii Electores* datæ litteræ, ut ad ſtipandum Cæſarem, atque Imperialis conſecrationis ornandam pompam ſe accingerent.

(m) Fratrum Ordinum: Deeſt locus dictorum Fratrum, forſitan *Aquen.*, vulgo *Aix*, vel *Forojulien.*

(n) Frater noster...

(o) Aquen. Archiepisc.: In Provincia Gallica vulgo *Aix*, Latinis *Aquæ Sextiæ* Maſſiliæ finitimæ ab Avenione XII. leuc. in ortum.

Digitized by Google

Honorius PP. IV. An. Ch. 1286.

per ſuas litteras intimavit, quòd cum ipſe de ſpeciali mandato fel. record. Martini Papæ IV. prædeceſſoris Noſtri per Apoſtolicas litteras ſibi facto ad inquirendum de ſtatu *Decimæ* in Forojulien.[a] & nonnullis aliis Civitatibus, & Diœceſibus illarum partium *Terræ Sanctæ* conceſſæ ſubſidio per collectores ipſius *Decimæ* inibi per Sedem Apoſtolicam deputatos diligentiùs proceſſiſſet; invenit tandem per inquiſitionem hujuſmodi, quòd *Gaufridus* Præpoſitus *Bariolen.*[b] Forojulien. Diœceſis tum de Præpoſituræ ſuæ Bariolen., tum etiam de quarumdam Eccleſiarum, quas in *Aquen.* Diœceſi obtinet, proventibus, & redditibus ab ipſo perceptis per ſex annos præteritos, quibus *Decima* eadem conceſſa extitit ſubſidio ſupradicto, adhuc centum, & octoginta, & ſeptem libras quatuor ſolidos, & ſex denarios Turonen. parvorum[c] tenetur ſolvere ratione *Decimæ* prælibatæ. Unde præfatus Archiepiſcopus Præpoſitum citavit eumdem, ut coram eo certo competenti termino compareret, oſtenſurus eidem, utrum de proventibus, & redditibus ipſis *Decimam* per annos prædictos integrè perſolviſſet. Et quia jamdictus Præpoſitus coram eodem Archiepiſcopo in præfato comparere termino non curavit; idem Archiepiſcopus in eum propter hujuſmodi contumaciam manifeſtam *excommunicationis* promulgavit ſententiam, juſtitiâ exigente. Adjecit inſuper præfatus Archiepiſcopus in ſuis litteris ſupradictis, quòd idem Præpoſitus quamdam Domum, quam *Fratres Pœnitentiæ Jeſu Chriſti*[d] poſitam extra Muros Barioli tenebant hactenus, auctoritate propriâ occupavit, bonis omnibus mobilibus inventis ibidem propriis uſibus applicando; poſſeſſiones quoque dictorum *Fratrum* juxta domum conſiſtentes eamdem vendidit pro certâ pecuniæ quantitate; prout in quibuſdam Inſtrumentis publicis præfatus Archiepiſcopus vidit, ut aſſerit, pleniùs contineri. Licèt igitur memoratus Præpoſitus aſſerat ſe de redditibus & proventibus ſupradictis *Decimam* cum integritate ſolviſſe; ſeque dilecto Filio *Berardo* Camerario Noſtro duxerit obligandum, quòd paratus exiſtit plenam ſatisfactionem impendere; ſi conſtiterit eum adhuc in aliquo prædictæ *Decimæ* ratione teneri. Nos tamen ſcire volentes in hac parte pleniùs veritatem; & de veſtræ probitatis induſtriâ gerentes in Domino fiduciam ſpecialem, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſuper præmiſſis auctoritate Noſtrâ diligenter & ſollicitè inquiratis; & quòd in hac parte inveneritis Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes ſtudeatis fideliter intimare. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Non obſtante, ſi aliquibus a Sede Apoſtolicâ ſit indultum, quòd interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras prædictæ Sedis non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem; aut indulgentiâ &c.[e]

Datum, *ut ſupra*.

Conſervatorem jurium, & defenſorem Fratrum Minor. Provinciæ Marchiæ *Anconit. conſtituit.*

XLIX.

Anno 1286. die 1. Junii.

HONORIUS &c.

Venerabili Fratri[f] ... *Epiſcopo* Auximan.[g] *Salutem, & Apoſt. Bened.*

Exordium.

INNUNDANS malitia perverſorum &c.[h] Cum igitur ſicut dilecti Filii Miniſter, & Fratres Ordinis Minorum in Provinciâ *Marchiæ Anconitanæ* Nobis ſignificari curarunt &c.[i]

Fratrum Marchiæ Anconitanæ querimonia.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam Kalendis Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Po-

(a) Forojulien.: Gallicæ *Frejus* prædictæ Provinciæ civitas Epiſc. ſub Archiepiſcopo Aquenſi.

(b) Bariolen.: Al. Berjolien. vulgo *Barjols* Oppiduli eiuſdem Provinciæ vix tribus leuc. a Brinolio in Boream, & 5. a Reiis, ſeu Regio Gallico in Auſtrum diſtantis.

(c) Turonen. parvorum: Nempe *denariorum*; Gloſſarium enim Latin. Cangien. u. *Moneta* docet hanc libram duplicem fuiſſe, unam majoris unciæ, alteram minoris, majorum ſcilicet, & minorum denariorum, ut ibi videre licet.

(d) FF. Pœnitentiæ J. C.: De quibus verba fecimus to. 1. hujus Operis pag. 31. & 83. (a)

(e) Indulgentia &c.: Ut in 95. *Bulla* Nicolai III.

(f) Ven. Fratri: *Berardo Berardi* poſtea S.R.E. Cardinali ex Ughello.

(g) Auximano: In Piceno, ſeu Marchia Anconitana.

(h) Malitia Perverſorum &c.: Adeatur ſimile diploma anno 1282. die 9. April. editum uſque *malitiis agitantur*.

(i) Curarunt &c.: Ut in prædicto diplomate uſque *minime valituris*.

Digitized by Google

Poteſtatem facit vendendi Caſtrum Potentinum *ſuæ Diœceſis & Menſæ, cum conſenſu tamen Epiſcopi, Prioris Ord. Prædicat., & Cuſtodis Ord. Min. Vrbevet.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 10. anno 2.)

L. Anno 1286. die 4. Junii.

HONORIUS &c.

Venerabili Fratri Petro *Epiſcopo* Cluſino [a] *Sal., & Apoſtolicam Bened.*

Epiſcopi Cluſini relatio.

Te Nobis hactenus exponente, quòd cuſtodia *Caſtri Potentini* [b] Cluſinæ Diœceſis ad Cluſinam Eccleſiam pertinentis propter malitiam circumſtantium, qui non ceſſant hominibus ipſius *Caſtri* graves injurias irrogare, ſubire te oportet onera expenſarum, & nullos redditus de Caſtro ipſo percipis ita, quod idem *Caſtrum* tibi potius oneroſum, quàm fructuoſum exiſtit; & quòd ſi Caſtrum venderetur prædictum, & ejus pretium converteretur in poſſeſſiones alias, magna exinde tibi, & eidem Eccleſiæ utilitas proveniret. Nos igitur Venerabili Fratri Noſtro .... Epiſcopo & dilectis Filiis .... Priori Prædicatorum, & Cuſtodi Minorum Fratrum Ordinum *Vrbevetan.* [c] ſub certâ formâ mandavimus [d], ut de præmiſſis, & ea contingentibus; & ſi id Eccleſiæ magis expediret eidem, ac modum & cauſas diligentiùs indagantes reſcriberent Nobis fideliter; quicquid de prædictis invenirent, vel inde ſentirent. Cum igitur iidem Epiſcopus, Prior, & Cuſtos per ſuas litteras Nobis reſcripſerint, quòd a Religioſis & Clericis ſæcularibus, ac Laicis fidedignis juxta mandatum Noſtrum ſuper prædictis, & eorum ſingulis indagatione habitâ diligenti venditionem ipſam in eorum conſcientiis Eccleſiæ prædictæ omnino ſentiunt expedire. Nos profectibus Eccleſiæ præfatæ in hac parte ſpecialiùs intendentes, Fraternitati tuæ præſentium auctoritate concedimus, quòd *Caſtrum* ipſum vendere, Capituli Cluſini ad id interveniente conſenſu, liberè valeas; non obſtante juramento, quod præſtitiſſe dinoſceris, de non alienandis poſſeſſionibus ipſius Eccleſiæ, Romano Pontifice inconſulto ita tamen, quòd de conſilio, & aſſenſu prædictorum Epiſcopi, & ... Prioris *Prædicatorum*, ac .... Cuſtodis *Minorum Vrbevetan.*, quorum conſcientiam in hac parte intendimus onerare, venditio ipſa procedat; quòdque pecunia, quæ de *Caſtro* recipietur eodem, in aliquo tuto loco, prout eiſdem Epiſcopo, ... Priori, & ... Cuſtodi videbitur, tuo, & ipſius Eccleſiæ nomine deponatur in utilitatem Epiſcopalis Menſæ tuæ, ad quam *Caſtrum* ipſum ſpectare dicitur, convertendam; ne quod pro ipſius menſæ utilitate conceditur, in ejus poſſit vergere detrimentum.

de Caſtro Potentino ſibi potius oneroſo, ideoque vendendo. Pontifex rem jam committit cognoſcendam tribus, qui retulerunt Caſtri venditionem expedire, & Pontifex facultatem tribuit illius vendendi cum conſilio tamen trium prædictorum, & conditione pretii in aliquo loco deponendi pro Epiſcop. menſa.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam II. Nonas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Si Marcus *in Abbatem Monaſterii* S. Petri de Montibus *unanimi conſenſu poſtulatus fuit, confirment & præficiant; alioquin ad alium ſe convertant.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 11. anni 2., teſtaturque etiam Petrus de Alva in Indic. Bull. Seraph., qui prave refert incipere: *Nuper audivimus &c.*)

HONORIUS &c.

LI. Anno 1286. die 5. Junii.

Dilectis Filiis ... Decano, & ... Priori Prædicatorum, ac ..... Guardiano Minorum Fratrum Ordinum Aſtoricen. [e] *Sal., & Apoſtol. Bened.*

Nuper ad audientiam Noſtram dilectorum Filiorum ... Prioris & Conventus Monaſterii *Sancti Petri de Montibus* [f] Ordinis S. Benedicti *Aſtoricen.* Diœceſis ſollicitudo perduxit, quòd pridem Monaſterio ipſo Abbatis regimine deſtituto, ipſi diligentiùs attendentes, quòd quamplurimum Monaſterio expediebat eidem, ut talem in ipſo præfici perſonam contingeret, per cujus in-

(a) Petro Episc. Clusino: De quo, ejuſquè negotio extat hujus Pontificis epiſt. 30. *Expoſuit nobis* &c. ſupra die 4. Febr. data.

(b) Castri Potentini: *Caſtri Pontini* mendoſe dicitur in cit. epiſt. 30., ubi de eo, ejuſque ſitu dictum eſt.

(c) Urbevetan.: Ut in prædicta epiſtola.

(d) Mandavimus: Nempe cit. epiſt. 30. die 4. Febr.

(e) Astoricen.: al. Aſturicen. vulgo *Aſtorga* in Regno Legionis ad fluvium Teram 7. Leucis a Legione diſtantis, ubi Fratres Minores locum obtinuerant anno 1272., ut ait Waddingus ad eum annum num. 27., eratque 2. locus *Cuſtodiæ* Legionen. in Provincia S. Jacobi, ſeu Compoſtellana ex antiquo *Provinciali* noſtri Ordinis alias cit.

(f) S. Petri de Montibus: In pago Verdigenſi poſiti ex Mabillonii Annal. Benedict. lib. 18. ad ann. 695. n. 39., 897. n. 22., & lib. 42. ad ann. 925. n. 80.

Digitized by Google

HONORIUS PP. IV. An.Ch. 1286.

A duſtriam illud in ſpiritualibus & temporalibus reformationem reciperet opportunam; cum, prout dictorum .... Prioris, & Conventus aſſertio profitetur, Monaſterium ipſum, ut eorum verbis utamur, copioſam Monachorum congregationem non habeat, qua decorari antiquitùs conſuevit; ſitque gravibus obductum periculis, preſſum non modicâ ſarcinâ paupertatis, ac aliàs in perſonis, & rebus temporis faciente malitiâ, multipliciter diminutum. B Et conſiderantes, quòd præfatum Monaſterium per multam dilecti Filii Fratris *Marchi* ſupradicti Monaſterii Monachi probitatem, cum vitæ laudabilis, famæ celebris, & honeſtæ converſationis eſſe dicatur; dictoque Monaſterio plurima, & magna commoda procuraſſe; poterat ſpiritualium, & temporalium non modicum ſuſcipere incrementum; eum in Abbatem ipſius Monaſterii unanimiter & concorditer poſtularunt. C Sed quia prælibatus *Marchus* defectum in natalibus patitur, utpote genitus de Subdiacono, & ſolutâ, non poteſt in hac parte prædictorum Prioris, & Conventus deſiderium adimpleri. Quare Nobis humiliter ſupplicarunt, ut nos ſedulâ meditatione penſantes, gravem, diſpendioſum & miſerabilem ſtatum Monaſterii memorati, aliaſque multiplices neceſſitates ipſius, compatiendo ſibi benigniùs ſuper iis; D conſiderantes etiam laudanda probitatis merita, quibus idem *Marchus* noſcitur adjuvari; quodque per ipſius providentiam circumſpectam poteſt, auctore Domino, utiliter reformari; & ſalubriter dirigi ſtatus Monaſterii ſupradicti; cum prædicto *Marcho*, quòd hujuſmodi non obſtante defectu, ad ipſius Monaſterii regimen aſſumi valeat, diſpenſare miſericorditer dignaremur. E Nos itaque volentes obviare diſpendiis, quæ ſolent Eccleſiis & Monaſteriis ex eorum vacatione diutinâ imminere; ac intendentes ad bonum, & proſperum ſtatum Monaſterii memorati; Prioris, & Conventus inclinati precibus eorumdem Diſcretioni veſtræ, de qua fiduciam in domino gerimus, cum Sedes *Aſtoricen.* ad præſens vacare dicatur; per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus; ſi inveneritis poſtulationem ipſius *Marchi* ab eiſdem Priore, & Conventu concordi voto, & unanimi voluntate celebratam fuiſſe; non obſtante hujuſmodi præfati *Marchi* defectu, ſuper quo ſecum, ut ad ipſum Monaſterii regimen aſſumi liberè valeat, auctoritate præſentium de ſpeciali gratiâ diſpenſamus; poſtulationem eamdem auctoritate Noſtrâ admittentes, ipſum in Abbatem dicti Monaſterii præficere ſtudeatis, facientes ſibi a ſuis ſubditis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi, & per aliquem vicinum Epiſcopum munus Benedictionis impendi. Recepturi poſtmodum ab eodem Noſtro, & Eccleſiæ Romanæ nomine ſub formâ, quam vobis ſub *Bulla* Noſtrâ mittimus interclusam fidelitatis ſolitæ juramentum. Alioquin, poſtulatione ipsâ ritè caſſatâ, faciatis eidem Monaſterio per electionem canonicam, vel poſtulationem concordem de perſonâ ydoneâ provideri. Non obſtante indulgentiâ &c. [a] Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Quòd ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Formam autem juramenti, quòd ipſe præſtabit Nobis ſub veſtris & ejus ſigillis per proprium Nuntium deſtinare quantotius ſtudeatis.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam Nonis Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Curent vendi Caſtrum Potentinum *Eccleſiæ Cluſinæ, & pecuniam tuto loco ſervari.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. ep. 10. ann. 2.)

HONORIUS &c. LII.

Anno 1286. die 9. Junii.

Venerabili Fratri ... Epiſcopo, & dilectis Filiis .... Priori Prædicatorum, & .... Cuſtodi *Minorum Fratrum Ordinum* Urbevetan. [b] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

EXPONENTE Nobis hactenus Venerabili Fratre Noſtro ..... Epiſcopo Cluſino [c], quòd cuſtodiæ Caſtri *Potentini*

Cluſini Epiſcopi expoſitionem refert.

(a) INDULGENTIA &c.: Ut in 95. *Bulla* Nicolai III. *Expoſuit nobis* &c. die 4. Februarii data.
(b) URBEVETAN.: Ut in cit. epiſt. 30. hujus Papæ
(c) EPISCOPO CLUSINO: Ut in præcedenti epiſt. 50.

Digitized by Google

tini Cluſinæ Diœceſis propter malitiam circumſtantium &c. [a] Nos vobis ſub certâ formâ Noſtris dedimus litteris [b] in mandatis, ut de præmiſſis; & ea contingentibus &c. [c]. Quocirca mandamus, quatenus Deum habentes præ oculis venditioni hujuſmodi ſic providè conſentire, ac pecuniam ipſam ſic tutè conſervari curetis, quòd propter hoc eiſdem Eccleſiæ, vel menſæ, aut Epiſcopo non depereat in aliquo, ſed adveniat potius, ſicut intendimus, utilitatis augmentum; voſque poſſitis exinde apud Deum, & homines meritò commendari. Quidquid autem ſuper præmiſſis fieri contigerit, Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes ſtudeatis fideliter intimare.

(Margin: & litteras a ſe datas. — & mandat id, quod ſupra, — facti relationem exponens.)

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam v. Idus Junii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Transfertur de Waterfordien. ad Tuamen. *Eccleſiam in Hibernia*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 58. apud Waddingum ad hunc annum num. 4. Regeſti Pontif.)

LIII. Anno 1286. die 12. Julii.

HONORIUS &c.

Venerabili Fratri Stephano [d] *Epiſcopo quondam* Waterforden. [e] *in Archiepiſcopum* Tuamen. [f] *Electo Salutem*, & *Apoſtolicam Benedictionem*.

(Margin: Exordium a Rom. Pontificis ſollicitudine in Eccleſiarum proviſione.)

ROMANI Pontificis, qui diſponente illo, cujus providentiæ magnitudo cæleſtia ſimul, ac terrena diſponit; præeſſe dignoſcitur univerſis, plena curis, & labore non vacua ſollicitudo requirit, ut circa cujuslibet ſtatum Eccleſiæ ſic ſolerter invigilet, ſic proſpiciat diligenter, ut per ejus circumſpectionem providam, & providentiam circumſpectam nunc per ſimplicis proviſionis officium, nunc per miniſterium translationis accomodæ; prout locorum, & temporum qualitas exigit; Eccleſiis ſingulis Paſtor accedat idoneus; Rector providus deputetur; ut ſuperni favoris cooperante ſuffragio Eccleſiæ ipſæ votivæ proſperitatis ſucceſsibus gratulentur. Olim ſiquidem *Tuamen.* Eccleſiâ per obitum bonæ memoriæ Thomæ [g] *Tuamen.* Archiepiſcopi paſtoris ſolatio deſtitutâ; Dilecti Filii Decanus, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe, die ad eligendum præfixâ ſimul convenientes, ac deliberantes ad proviſionem faciendam ipſi Eccleſiæ de Prælato per viam procedere *compromiſſi* ſeptem ex Canonicis ejuſdem Eccleſiæ tunc præſentibus providendi eâ vice eidem Eccleſiæ de Paſtore poteſtatem unanimiter conceſſerunt; promittentes quòd illum in Archiepiſcopum eorum reciperent, quem iidem ſeptem, vel major pars ipſorum eligendum ducerent, ſeu etiam poſtulandum. Dicti autem Canonici ſeceſſerunt in parte, & poſt varios contractus ab eis ſuper hoc habitos, cum non poſſent omnes in unam pariter concordare perſonam, quinque ipſorum Magiſtrum *Nicolaum de Machin.* Canonicum ejuſdem Eccleſiæ in *Tuamen.* Archiepiſcopum elegerunt; Dicto Decano, & reliquis duobus Canonicis poſt electionem hujuſmodi, cum etiam iidem duo ea publicata conſenſerant, eligentibus *Fratrem Malachiam* [h] *Ordinis Minorum* de Conventu Limbricen. [i] ad regimen Eccleſiæ ſupradictæ. Cumque hujuſmodi negotium ad Apoſtolicam Sedem, cui dicta Eccleſia immediatè ſubeſt, delatum fuiſſet; idemque Magiſter *Nicolaus*, præſentatus fel. record. Nicolao Papæ [k] prædeceſſori noſtro ſuæ electionis decreto, ei humiliter ſupplicaſſet, ut electionem ipſam

(Margin: Tuamen. Eccleſia vacante. — Electores per compromiſſum habere Paſtorem deliberant — quo compromiſſo major pars elegit Nicolaum Machin. Canonicum, — ceteri Fratrem Malachiam O. M.)

(a) Circumstantium &c.: Ut in ſuperiori 50. epiſt. uſque *proveniret*.

(b) Litteris: Nempe citata epiſt. 29. die 4. Februarii.

(c) contingentibus &c.: Ut in ſupradicta n. 50. uſque *detrimentum*, verbis competenter mutatis.

(d) Stephano: *Fulbornio* ex Ord. Minor. de hujus Inſtituto dubitat Waddingus ad ann. 1284. n. 13., eo quod in hac ejus translatione nullius regularis Inſtituti fiat mentio: at non advertit, eam mentionem fieri in promotionibus Antiſtitum, non in eorum translationibus, aliiſque ad eos, vel de iis Pontificiis litteris; tot ſunt de hac re exempla etiam apud eum, ut mirer, hæc erudito viro excidere potuiſſe.

(e) Waterforden.: In Hibernia ſub Archiepiſcopo Caſilien. in Momonia Regione Comitatus titulo inſignita poſt Dublinium præcipua.

(f) Tuamen.: Ejuſdem Inſulæ 2. Metropolis.

(g) Thomæ: Ante annum 1280. defuncti.

(h) Fr. Malachiam: Quem inter inſigniores ſui temporis Doctores connumerat Waddingus ad ann. 1310. n. 14., & in lib. de Scriptor. Ord. Min.

(i) Conventu Limbricen.: Al. Limericen. vulgo *Lymerik* in Momonia Hiberniæ Regione in finibus Connaciæ Comitatus titulo ornatæ Civitatis Epiſcop. ſub Caſſilien. Archiepiſcopo; eratque 3. Conventus Cuſtodiæ Corcagien. in Provincia Hiberniæ ex veteri *Provinciali* Ord. Min. apud Chronicon Jordani Mſs. Vatic., & ejus meminit Waddingus ad ann. 1291. n. 51.

(k) Nicolao Papæ: III. hujus nominis.

Digitized by Google

rei examen tribus committitur Cardinalibus.

ipſam auctoritate Apoſtolicâ confirmaret dictus Prædeceſſor Venerabilibus Fratribus noſtris B.[a] *Albanen.*, & Gerardo[b] *Sabinen.* Epiſcopis tunc Tituli Baſilicæ Duodecim Apoſtolorum Presbytero, & dilecto Filio Noſtro J.[c] Sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinalibus tàm proceſſus hujuſmodi electionis, quàm Perſonæ dicti Magiſtri *Nicolai* examinationem commiſit; qui dicto Prædeceſſore vivente de prædicto proceſſu electionis ipſius cognoſcere cœperunt. Poſt obitum verò Prædeceſsoris[d] ejuſdem, quamquam præfatus *Frater Malachias* comparuiſset perſonaliter coram Epiſcopis, & I. Diacono Cardinalibus prædictis; idem tamen, dum adhuc Sedes ipſa vacaret, illicentiatus de Curiâ Romanâ diſceſſit; nec electionis ſuæ cauſam fuit ulterius proſecutus.

Fr. Malachias ad S. A. accedit, indeque recedens cauſam derelinquit;

Dicto itaque Magiſtro *Nicolao* a piæ memoriæ Martino Papa[e] prædeceſsore Noſtro ſuppliciter poſtulante, ut hujuſmodi examinationem ſic inceptam perfici facere dignaretur; idem prædeceſsor Martinus, cui fuerat intimatum, quod eidem electioni ſupradicti Magiſtri *Nicolai* ſe aliqui opponebant; dilectum filium Noſtrum *Comitem*[f] Tituli SS. Marcellini, & Petri Presbyterum Cardinalem deputavit ſuper hoc Auditorem; coram quo prædicto Magiſtro *Nicolao* perſonaliter, & Procuratore dictorum Decani, & Capituli in judicio comparentibus, idem Procurator libellum obtulit, in quo petebat prædictam electionem factam de dicto *Fratre Malachia*, caſsatâ, & irritatâ reliquâ*, confirmari.

& Can. Nicolai electio alteri Cardinali demandatur,

* *id eſt* altera,

Verum ex parte præfati Magiſtri *Nicolai* propoſitis quibuſdam exceptionibus contra dictum libellum, ac aliis pluribus hinc inde in ipſius *Comitis* Cardinalis præſentiâ rationibus allatis; demum idem *Comes* Cardinalis hæc & alia, quæ in negotio prædicto acta fuerunt, nobis fideliter referre curavit: dictuſque Magiſter *Nicolaus* volens memoratam Eccleſiam a diſpendiis, quæ ſibi ex litigiorum anfractibus imminere poterant, præſervari; ſpontè ac liberè in manibus noſtris ceſſit omni juri, ſi quod ei ex electione prædictâ fuiſſet acquiſitum.

qui Nicolaus ceſſit juri ſuo, & a cauſa receſſit,

Nos igitur, habito ſuper his cum Fratribus Noſtris diligenti tractatu, de ipſorum conſilio prædictam electionem de memorato *Fratre Malachia* factam, quia eam invenimus poſt aliam prædictam, & contra formam præfatis ſeptem Canonicis a memoratis Capitulo traditam de facto præſumptam; dictumque *Fratrem Malachiam*, ut præmiſſum eſt, illicentiatum de præfatâ Curiâ receſſiſse; nec electionem ipſam fuiſse poſtmodum proſecutum; caſsam, & irritam duximus nuntiandam;

Electio vero Fr. Malachiæ irrita pronunciatur.

ac deinde attentâ ſollicitudine de ordinatione ipſius Eccleſiæ cogitantes, ne prolixioris vacationis incommodis eadem Eccleſia ſubjaceret; ac ei cupientes illum præeſse Pontificem, de quo plenam fiduciam habere poſsemus; quòd ipſum clara meritorum ſuorum inſignia redimerent; nec dubia eſset ejus charitas erga plebem ſuæ cuſtodiæ committendam; & in cujus fide fida recumberet ſecuritas ſubjectorum, in te direximus oculos noſtræ mentis, quem Nobis, & eiſdem Fratribus Noſtris de litterarum ſcientiâ, morum maturitate, prudentiâ ſpiritualium, & temporalium providentiâ, necnon & ſincerâ devotione ad Romanam Eccleſiam habitâ fide dignorum teſtimonia commendarunt.

Pontifex aſſumit Stephanum Epiſcopum ſupradictum,

Quapropter gregi Dominico ſpeciali volentes providere diligentiâ, de conſilio eorumdem Fratrum Noſtrorum, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis te a vinculo, quo tenebaris *Waterfordien.* Eccleſiæ, cui præeras, abſolventes transferimus te ad prædictam Eccleſiam *Tuamen.*, ac præficimus te ipſi *Tuamen.* Eccleſiæ in Archiepiſcopum; & Paſtorem liberam tibi dantes licentiam ad eamdem *Tuamen.* Eccleſiam tranſeundi. Firmâ conceptâ fiduciâ, quòd, cum eſse dicaris Vir eximiæ probitatis, dictamque *Waterfordien.* Eccleſiam hactenus ſalubriter gubernaſſes, dirigente Domino actus tuos dicta Eccleſia *Tuamen.* per tuæ circumſpectionis induſtriam præſervabitur a noxiis, & ad-

(a) B.: Bentivengâ Aquaſpartano ex Ord. Min., de quo pluries ſupra.

(b) Et Gerardo: *Blanco* Parmenſi aliàs a nobis memorato.

(c) J.: *Jacobo Columna* Romano.

(d) Obitum vero Prædecessoris: Die 12. Auguſti anno 1286. èventum.

(e) Martino Papa: IV. vulgariter anno 1285. 29. Martii vita functo.

(f) Comitem: Mediolanenſem anno 1288. apud S. Sabinam Romæ in Conclavi Cardin. ex aeris intemperie e vivis ſublatum.

Digitized by Google

& adverſis; & ſpiritualiter, & temporaliter grata ſuſcipiet incrementa. Quapropter Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad eamdem Eccleſiam *Tuamen.* te conferas, regimen, & curam ipſius diligenter geras, & ſollicitè proſequaris, gregem Dominicum in illâ tuæ circumſpectioni commiſſum doctrinâ verbi, & operis informando ita, quòd ipſa *Tuamen.* Eccleſia Gubernatori circumſpecto, & fructuoſo adminiſtratori quoad ſpiritualia gaudeat ſe commiſſam, & bonæ famæ tuæ odor ex laudabilibus tuis actibus latiùs diffundatur; & præter benedictionis æternæ præmium, benevolentiæ Noſtræ gratiam exinde pleniùs conſequaris.

& hortatur onus ſubire, & curam diligenter gerere.

Datum Tybure IV. Idus Julii Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Pallium ſe tranſmittere ſcribit a tribus Epiſcopis Suffraganeis aſſignandum Tuamen. Eccleſiam commendans. (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epiſt. 68. anni 2.)

LIV.

Anno 1286. die 12. Julii.

HONORIUS &c.

Eidem.

Translationem Epiſ. Vvaterford. ad Tuamen. Metropolim refert.

CUM Nos nuper te de Fratrum Noſtrorum cònſilio a vinculo, quo tenebaris *Waterforden.* Eccleſiæ, abſolventes tranſtulerimus te ad *Tuamen.* Eccleſiam tunc vacantem, præficiendo te ipſi *Tuamen.* Eccleſiæ in Archiepiſcopum & Paſtorem; ac liberam tibi dando licentiam ad eamdem *Tuamen.* Eccleſiam tranſeundi; ne te oporteat ad Apoſtolicam Sedem pro obtinendo ab ipſâ *Palleo* [a], quod eſt inſigne Pontificalis officii, accedere; aut Nuntium deſtinare; *Palleum* ipſum de corpore Beati Petri ſumptum a Nobis ex parte tuâ cum eâ, qua decet, inſtantiâ poſtulatum per dilectos Dionyſium Archidiaconum, ac Magiſtrum Adam de Folebourn Cappellanum Noſtrum, & Henricum de Foſcamp Canonicum Tuamen. duximus Venerabilibus Fratribus Noſtris ... [b] *Elfien.*, &.. [c] *Aladen.*, ac .. [d] *Vaterforden.* Epiſcopis deſtinandum; ut illud tibi ſtudeant aſſignare juxta formam, quam eis ſub *Bulla* Noſtrâ mittimus intercluſam [e]; & a te Noſtro & Eccleſiæ Romanæ nomine ſub formâ, quam ſub eâdem *Bulla* ipſis dirigimus, fidelitatis ſolitæ recipiant juramentum. Tu verò *Palleo* ipſo intra Eccleſiam tuam illis diebus utaris, qui expreſſi in ipſius Eccleſiæ privilegiis continentur. Ut igitur ſignum non diſcrepet a ſignato; ſed quod geris exterius, illud ſerves in mente; Fraternitatem tuam rogamus, & hortamur attente per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus humilitatem, & juſtitiam, dante Domino, qui dat munera, & præmia elargitur, ſervare ſtudeas, quæ ſuum ſervant, ac promovent Servatorem; & *Tuamen.* Eccleſiam Sponſam tuam cures ſollicitè actore Domino ſpiritualiter, & temporaliter augmentare.

& ne ad A S. accedere teneatur.

ſe poſtulatum Pallium mittere ſignificat per quos,

& a quibus accipiendum,

hortaturque eum, ut Eccleſiam ſuam ſolicite adaugeat,

Datum, *ut ſupra*.

Epiſcopis Pallium tranſmittit Electo Tuamen. *conferendum ſub præſcripta forma.* (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epiſt. 69. anni 2.)

LV.

Anno 1286. die 15. Julii.

HONORIUS &c.

Venerabilibus Fratribus .. Aladen., *&* .. Elfien., *ac* ... Waterforden. [f] *Epiſcopis Sal.*, *& Apoſt. Benedictionem.*

Relatio de tranſlatione Epiſc. Vvaterforden. ad Tuamen. Eccl.

CUM Nos nuper Venerabilem Fratrem Noſtrum Stephanum Epiſcopum *Warterforden.* in Archiepiſcopum *Tuamen.* [g] Electum de Fratrum Noſtrorum conſilio a vinculo &c. [h] vobis tranſmittendum, per vos aſſignandum eidem. Quocirca Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus *Palleum* ipſum vos, aut duo, vel unus veſtrum eidem *Electo* aſſignare curetis ſub formâ, quam vobis ſub *Bulla* noſtrâ mittimus intercluſam; & ab ipſo nomine Noſtro & Eccleſiæ Romanæ ſub formâ, quam vobis ſub eâdem *Bulla* dirigimus recipiatis fidelitatis ſolitæ juramentum. Formam autem juramenti, quod ipſe præſtabit de verbo ad verbum Nobis per ejus

cui ut Pallium aſſignetur, injungit.

(a) PALLEO: Pro *Pallio* dicebant illis temporibus,
(b) ELFIEN.: Al. *Elphinen.* Tuamen. Archiepiſcopi Suffraganeo vulgo *Elphen.*
(c) ALLADEN.: vulgo *Killala* ejuſdem Archiepiſcopi Suffraganeo:
(d) VATERFORDEN.: Archiepiſcopi Caſtilienſis Suffraganeo, ut in ſuperiori epiſt.
(e) INTERCLUSAM: Sed a librario prætermiſſam, ut & ſequentem.
(f) WATERFORDEN.: De quibus dictum eſt in præcedenti epiſtola.
(g) TUAMEN.: De quo in prædicta epiſt.
(h) A VINCULO &c.: Ut ibi uſque *Tuamen duximus*, mutatis competenter mutandis.

Digitized by Google

ejus patentes litteras ſuo ſigillo ſignatas A
per proprium Nuntium quantotius deſtinetis.

Datum, *ut ſupra*.

Datur facultas diſpenſandi ſuper illiciti Conjugii *impedimento*, *ſi tamen Conjuges vera expoſuerint*, (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 65. anni 2.)

LVI. Anno 1286. die 15. Julii.

HONORIUS &c.

Dilectis Filiis . . . Priori Prædicatorum, B
& . . . Guardiauo Minorum Fratrum Ordinum Peruſinorum *Salutem*, *& Apoſtol. Benedictionem*.

Volentium nubere expoſitio

Exhibita Nobis dilecti Filii *Loctuli* nati dilecti Filii Elimoſinæ, & dilectæ in Chriſto Filiæ *Herminiæ* natæ quondam Merſuli Civium *Peruſinorum* petitio continebat, quòd ab olim inter

de diſcordiis inter ſuos conſanguineos, & amicos exortis.

conſanguineos, & amicos eorum, inſti- C
gante pacis æmulo humani generis inimico, graves diſcordiæ, ac inimicitiæ capitales ſuſcitatæ fuerunt; quarum occaſione præter non modica damna rerum, plurima perſonarum, & animarum pericula evenerunt; & ne graviora contingat, veriſimiliter dubitatur; dictique

pro quibus tollendis conjugium inire cupiunt,

Loctulus & *Herminia*, ut hujuſmodi ceſſent diſcordiæ, inimicitiæ terminent; deſiderant; cum aliud in hac parte congruum nequeat adhiberi remedium; ma- D
trimonialiter invicem copulari; ſed quia præfata *Herminia* quondam Margaritæ, cum qua prædictus *Loctulus* ſponſalia per verba de præſenti contraxit, licèt inter eos non fuerit carnalis copula ſubſecuta, erat, dum viveret, in *quarto* conſanguinitatis gradu conjuncta; non poteſt, impedimento hujuſmodi obſiſtente; prædictorum *Loctuli*, & *Herminiæ* ſuper hoc deſiderium adimpleri. Quare

& ab impedimento quodam orant diſpenſari.

Nobis idem *Loctulus*, & *Herminia* hu- E
militer ſupplicarunt, ut ſuper hoc de oportunæ diſpenſationis remedio provi-

Pontifex jubet ut ſupra.

dere miſericorditer dignaremur. Nos autem, qui &c.[a]

Datum Tibure Idibus Julii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Hilaria in Abbatiſſam Monaſterii S. Mariæ Santonen. *O. B. electa*, *ſi nihil ei obſit*, *confirmetur*, *alioquin alia conquiratur*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 85. ann. 2.)

LVII. Anno 1286. die 5. Auguſti.

HONORIUS &c.

Venerabili Fratri . . . Epiſcopo, *& dilectis Filiis . . . Priori Prædicatorum*, *& . . . Guardiano Minorum Fratrum Ordinum* Petragoricenſium[b] *Salutem*, *& Apoſtolicam Benedictionem*. b

Dudum Monaſterio Sanctæ Mariæ[c] *Xantonen.*[d] ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente Ordinis Sancti Benedicti per mortem quondam *Yvæ* ipſius Monaſterii Abbatiſſæ regimine deſtituto; dilectæ in Chriſto Filiæ . . Decana, & Conventus ejuſdem Monaſterii, vocatis omnibus, quæ voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe, die ad eligendum præfixâ, inſimul convenerunt; & pro parte quarumdam dicti Monaſterii Monialium ad Apoſtolicam Sedem appellatione præmiſsâ, ne ad electionem, quæ facienda tunc imminebat, aliquæ admitterentur, quæ vinculo eſſent *excommunicationis* aſtrictæ; vel ad id ex aliis cauſis in appellatione ipsâ expreſſis, ineptè ad proviſionem de Abbatiſsâ eidem Monaſterio faciendam per viam ſcrutinii procedere intendentes, tres de Monialibus præfati Monaſterii fide dignas, videlicet Margaritam de Borno Prioriſſam Prioratus de Pontelabeo ad dictum Monaſterium immediatè ſpectantis, Yſabellam de Talamone Armariolam, & Johannam dictam Angevinam Moniales dicti Monaſterii ad ſcrutandum vota ſua, & omnium aliarum ipſius Monaſterii Monialium concorditer aſſumpſerunt, ipſis pro eo quòd ſcribendi peritiam non habebant, dilectos Filios Magiſtros Ranulphum Fulcerii, Yterium Johannis Canonicos Xantonenſes, ac Petrum de Podio Moyſſo, & Philippum de Sancto Romano Tabelliones nihilominus adjungendo. Dictis itaque tribus Monialibus, & aliis taliter adjunctis eiſdem ipſarum trium, & omnium

Monaſt. S. Mariæ Santonen. regimine deſtituto,

per viam ſcrutinii.

(a) Nos autem, qui &c.: Ut in 26. *Bulla* Martini IV. uſque in finem, ac datum, mutatis nubere volentium nominibus.

(b) Petragoricen.: De qua Civitate, noſtrorumque Cœnobio dictum eſt in 2. hujus Operis tomo pag. 526. (e) & (f)

(c) Monast. S. Mariæ: Conditi anno 1047. a Goffrido Comite Andegavenſi, & Agnete ejus uxore ex Gallia Chriſtiana tom. 4. apud Mabillon. in Annal. Benedict. lib. 59. ad eum ann. n. 21.

(d) Xantonen: Al. *Santonen.* vulgo *Saintes* Epiſc. Aquitaniæ ſub Archiepiſcopo Burdigalen.

nium aliarum Monialium prædictarum votа ſecreto, & ſingillatim ſcrutantibus, & mox publicantibus in communi, compertum extitit, quòd de Monialibus dicti Monaſterii, quæ ad eligendum convenerant, & tantum ſexaginta tres numero exiſtebant, quadraginta, & una in *Ylariam* de Borno ipſius Monaſterii Monialem, Prioriſſam Prioratus Sancti Saturnini de Marempnia ad idem Monaſterium immediatè pertinentis; de reliquis decem & octo in *Beatricem* de Sanctâ Leverinâ Monialem ejuſdem Monaſterii Prioriſſam Prioratus de Lanuntzia Petragoricen. Diœceſis, immediatè ſubjecti præfato Monaſterio conſenſerunt; præfatis *Ylaria*, & *Beatrice*, ac reſiduis duabus in alias ſingulares perſonas dirigentibus vota ſua; factâque collatione zeli ad zelum, numeri ad numerum, meriti ad meritum, prædicta *Margarita* vice ſuâ, & omnium aliarum, quæ in *Ylariam* præfatam conſenſerant, & de mandato ipſarum eamdem *Ylariam* in Abbatiſſam elegit Monaſterii memorati; & ipſa *Ylaria* demum ad eorum inſtantiam hujuſmodi electioni conſenſit. Quadam prædictarum Monialium in dictam *Beatricem* conſentientium vice ſuâ; & earum, ac de ipſarum mandato, eamdem *Beatricem* ſimiliter ad dicti Monaſterii regimen eligente. Hujuſmodi autem negotio, tàm per appellationes ex parte dictarum *Beatricis*, & quarumdam ipſam eligentium, quàm per immediatam ſubjectionem dicti Monaſterii ad Sedem Apoſtolicam devoluto, & dilectis Filiis Petro Gerardi, *Ylariæ*, ac Monalium, quæ ipſam elegerant; & Magiſtro Martino Clavelli, Yvæ de Concis, & Eynordis dictæ Vigeriæ Monialium dicti Monaſterii, quæ in dictam *Beatricem* conſenſerant, Procuratoribus, ac Gerardo de Bononia ſubſtituto ad hoc a dicto Magiſtro Martino in Noſtrâ & Fratrum Noſtrorum præſentiâ conſtitutis, dictus Petrus præfatam electionem ejuſdem *Ylariæ*; Gerardus verò eam, quam celebratam de nominatâ *Beatrice* dicebat, petierunt, infirmatâ, ſeu nullâ nuntiatâ reliquâ, confirmari. Proponebatur ſiquidem ex parte *Ylariæ* ſupradictæ electionem de ipſa *Beatrice* præſumptam pro eo nullius eſſe momenti, quòd a parte dictarum Conventus longe minori contra formam Canonum fuerat attentata. Dicebatur etiam contra eamdem *Beatricem* nullum ſibi jus ex prædictâ, quæ de ipſâ facta prætenditur, electione quæſitum, quia non apparet, eam electioni hujuſmodi conſenſiſſe; aut confirmationem electionis ipſius infra tempus petiiſſe legitimum, ſeu ad Sedem eamdem cum ſufficienti ad id mandato Procuratorem aliquem deſtinaſſe. Contra dictam *Ylariam* verò obiciebantur quædam crimina, & defectus; propter quæ, ſi veritatem illorum haberet objectio, tâm ipſa intelligibilis, quàm nulla de perſonâ ejus facta electio videretur; & jus eligendi hac vice ad reliquas Moniales dicti Monaſterii devolutum, ita quod eædem reliquæ Moniales totus eſſent reputandæ Conventus; & electio de dictâ *Beatrice* velut a longe majori parte Conventus hujuſmodi celebrata foret canonica judicanda. Sed ad hæc fuit pro ipſa *Ylaria* replicando reſponſum, quòd nec oppoſitio criminum, & defectuum prædictorum veritatem aliquam continebat; nec Procurator, qui dicta defectus, & crimina objecit, ſufficiens habuit, & ſpeciale mandatum, ut in talibus jura exigunt ad eadem opponenda; cum ſicut dicti Procuratores Martinus, & Gerardus in Noſtrâ, & dictorum Fratrum Noſtrorum præſentiâ ſunt confeſſi, *Beatrix*, & Moniales electrices ipſius, quæ Procuratores conſtituerunt ad objiciendum crimina & defectus, ea crimina illoſve defectus, quæ per Procuratores eoſdem, vel ipſorum alterum in dictis appellationibus expreſſa fuerunt, nullatenus expreſſiſſent; nec nominatim ſeu ſpecialiter mandaſſent per ipſos Procuratores opponi; nec ipſa crimina, & defectus fuerint in appellationibus ſingulariter & ſufficienter expreſſa; nec ſuper eis præſtitum juramentum; ſicut exigit edita ſuper hoc Conſtitutio Concilii Lugdunen. [a]. Ex quibus replicans concludebat, quòd tàm dictæ *Beatrix*, & Moniales electrices ipſius, quàm iidem Procuratores earum erant juxta Conſtitutionem eamdem ab op-

duæ ad illud eliguntur Hilaria, & Beatrix.

quarum cauſa apud S. A. agitatur

Rationes pro Hilaria

contra quam objecta quædam pro Beatrice;

ad quæ reſponſum.

(a) Concilii Lugdunen. II. anno 1274. celebrati.

HONORIUS PP. IV. An. Ch. 1286.

oppoſitione quâlibet repellendæ. Nos igitur Monaſterii ſæpefati diſpendiis occurrere cupientes ne per intricationes hujuſmodi prolixioris vacationis diſpendiis involvatur, ſexus muliebris fragilitate, cui non expedit diligentis cuſtodiæ obſervatione carere; necnon & multitudine conſentientium in dictam *Ylariam* non indignè penſantes de ipſorum Fratrùm conſilio vobis, de quorum circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de meritis, & ydoneitate dictæ *Ylariæ* diligenter, non tamen in figurâ Judicii, ſed ex officio, non admiſsâ contradictione alterutrius partium, inquirentes, ſi eam bonæ converſationis, & vitæ, aliâſque ydoneam ad dicti Monaſterii regimen vos invenire contingat; ipſam, electione, quæ de dicta *Beatrice*, ut præmiſſum eſt, facta proponitur, quamque ſecundum ea, quæ acta ſunt in judicio coram Nobis, invenimus eſſe nullam, nequaquam obſtante, auctoritate Noſtrâ in Abbatiſſam Monaſterio præficiatis eidem, facientes ſibi munus benedictionis impendi; & a ſuis ſubditis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi. Recepturi ab ea poſtmodum Noſtro & ejuſdem Eccleſiæ Romanæ nomine fidelitatis ſolitæ juramentum juxta formam, quam vobis ſub *Bulla* noſtrâ mittimus intercluſam. Alioquin electione habitâ de ipsâ *Ylaria* ritè caſſatâ, ſeu caſsâ & irritâ nuntiatâ; Conventui ſupradictis eâdem auctoritate mandetis, ut ipſi Monaſterio ſtudeant de Abbatiſsâ ydoneâ canonicè provideri. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Non obſtante, ſi aliquibus a dictâ ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam de Indulto hujuſmodi mentionem; & qualibet aliâ ipſius Sedis indulgentiâ, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel de verbo ad verbum totaliter non inſertam, effectus ipſarum impediri poſſit quomodolibet, aut differri; & ſpecialiter Indulgentiâ &c. [a] Formam autem juramenti quod ipſa præſtabit, Nobis ſub veſtris & ejus ſigillis per proprium Nuntium quantotiùs deſtinare curetis. Quòd ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe, tu, Frater Epiſcope, cum eorum altero ea nihilominus exequaris.

Pontifex in Hilariam propendit, & mandat ſupra dicta. — *Obſtantibus derogando.* — *& juſta temperando.*

Datum Tibure *Nonis* Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Venditio Monaſterii S. Sixti Placent. *O. B. facta Monialibus S. Claræ ejuſdem Civitatis, ſi conſtet, nulla declaratur, & Monaſterium reſtitui jubetur, atque reformari.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 163. anni 2.)

LVIII.

Anno 1286. die 17. Septembris.

HONORIUS &c.

Venerabili Fratri.. [b] Epiſcopo Parmenſi [c], *& dilecto Filio.. Abbati Monaſterii S. Benedicti de* Placentia *Ordinis Vallis Umbroſæ Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

PETITIO dilectorum Filiorum *Benedicti* Abbatis, ac Andreæ de Lavania, Ubertini dicti Mezucatanii, & aliorum Monachorum Monaſterii *Sancti Sixti* [d] *Placentini* ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Nobis exhibita continebat; quod Venerabilis Frater B. [e] Portuenſis Epiſcopus tunc in illis partibus Apoſtolicæ Sedis Legatus, intellecto, quòd in Monaſterio ipſo multa committebantur enormia, quæ Deum offendebant, & hominibus ſcandala præparabant, .. Abbati Monaſterii Sancti Savini [f] Placentini inter alia ſub eâ forma ſuis dedit litteris in mandatis, ut perſonaliter accedens ad locum, & habens præ oculis ſolum Deum corrigeret, & reformaret ibidem auctoritate ſuâ tàm in capite, quàm in membris, quæ correctionis & reformationis officio indigere videret: Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo. Cumque prædictus

Monachorum S. Sixti Placent. petitionis tenor. — *A.S. Legatus mandat Monaſterium reformari per Abbatem S. Savini.*

(a) INDULGENTIA &c.: Ut in *Bulla* 95. Nicolai III.

(b) VEN. FRATRI ...: *Opizoni Sanvitali* Parmenſi, qui anno 1298. translatus eſt ad Ravennat. Eccleſiam.

(c) PARMEN.: Æmiliæ Civitatis *Ducatus* titulo claræ olim ſub Ravennati Archiepiſcopo, nunc Bononienſi Metropoli ſubjectæ in ſpiritual.

(d) MONAST. S. SIXTI: De quo ſunt epiſtolæ Alexandri IV. anno 1260. datæ, & Urbani IV. anno 1262. in 2. hujus Operis tomo relatæ pag. 404. 408. 438. & 439., quorum ille contulit, iſte vero abſtulit.

(e) B.: *Bernardus*, de cujus legatione ad Venetos extant litteræ *Martini IV.* apud Raynaldum ad annum 1283. num. 40.

(f) S. SAVINI: Cui etiam Urbanus IV. alias litteras dederat in 2. hujus *Bullarii* to. vulgatas pag. 439.

Digitized by Google

ctus Abbas S.Savini contra eumdem *Benedictum* Abbatem, & nonnullos Monachos ipſius Monaſterii ſuper certis criminibus, ſuper quibus eos diffamatos eſſe dicebat, auctoritate litterarum ipſarum inquirere incepiſſet; quia idem Abbas Sancti Savini; quamquam præfatus *Benedictus* Abbas non eſſet de bonorum ſui Monaſterii dilapidatione ſuſpectus; quoſdam Maſſarios, qui omnes fructus, redditus, & proventus dicti Monaſterii *Sancti Sixti* reciperent ad manus ſuas; & expenſas de ipſis prædicto Benedicto Abbati, & Monachis ſuis facerent, in dicto Monaſterio Sancti Sixti contra juſtitiam inſtituere, ſeu ponere attentavit, præcipiens *Benedicto* Abbati, & Monachis memoratis, ne de ipſius Monaſterii Sancti Sixti adminiſtratione, ac redditum ipſius perceptione ſe intromitterent; neque in adminiſtratione ſuâ prædictos Maſſarios impedirent, in impedientes ipſos Maſſarios *excommunicationis* ſententiâ promulgatâ; & aliàs dicto Benedicto Abbati diverſa gravamina inferendo; prædictus BenedictusAbbas ad ipſius Legati audientiam appellavit. Eodem itaque Cardinali dilecto Filio Magiſtro *Berengario* Fredoli [a] Succentori Eccleſiæ Biterren. [b] Cappellano noſtro committente audiendam cauſam appellationis hujuſmodi, & fine debito terminandam; dictus Cappellanus, quia de hujuſmodi appellatione, & ejus cauſâ ſibi legitimè conſtitit, inter alia ſententialiter pronuntiavit, hujuſmodi gravamina illata dicto *Benedicto* Abbati debere penitùs revocari, & ea revocavit; ac etiam retractavit, pronuntiando ſimiliter, quicquid poſt dictam appellationem fuiſſet temerè attentatum in ipſius Benedicti Abbatis præjudicium, aliquatenus non tenere. Sed cum dictus *Benedictus* Abbas poſt appellationem eamdem occaſione cujuſdam rixæ, quæ commiſſa fuerat in dicto Monaſterio *Sancti Sixti*, ab eodem Monaſterio Sancti Sixti eſſet ejectus; ſupplicante demum dicto *Benedicto* Abbate eidem Cardinali, ut ſibi ſuper hoc per ſuæ proviſionis remedium ſubveniret; idem Cardinalis.. Priori Domus Fratrum Prædicatorum Placentinorum, ac Florio de Dovaria [c] Canonico Cremonenſi ſub eâ formâ per ſuas injunxit litteras, ut ſi eis ita fore conſtaret, receptâ prius ab eodem *Benedicto* Abbate ſufficienti, & ydoneâ cautione, quòd per ſe, aut alios de mandato ſuo Monachis ipſius Monaſterii Sancti Sixti in dicto Monaſterio contra voluntatem ipſius Benedicti Abbatis tempore hujuſmodi quæſtionis, & diſſentionis manentibus nullas injurias, nullaque gravamina irrogaret; prædictum *Benedictum* Abbatem ad poſſeſſionem pacificam regiminis Abbatiæ dicti Monaſterii *Sancti Sixti*, & ejus adminiſtrationis ſpiritualiter & temporaliter reſtituere procurarent; contradictores per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo; invocato ad hoc ſi opus foret auxilio brachii Sæcularis. Et ut idem correctionis, & reformationis negotium debitum conſequeretur effectum; voluit, & mandavit idem Legatus, ut Prior, & Canonicus præfati, dictis Abbate, ac Monachis ad idem Monaſterium *Sancti Sixti* plenariè reſtitutis, ac legitimo ipſius Abbatis Sancti Savini ſuper hoc habito ſervato proceſſu, in dicto negotio procederent juxta priorum ipſius Legati directarum ſuper hoc eidem Abbati Sancti Savini continentiam litterarum. Cumque prædictus Canonicus, qui ſolus, prout ex litterarum ipſarum beneficio poterat, ſuper hoc procedebat; aliquantulum in hujuſmodi negotio proceſſiſſet; tandem Obertinus de Vico Juſtino, & Petrus Garſiæ Monachi prædicti Monaſterii Sancti Sixti contra eumdem *Benedictum* Abbatem, qui quantum poterant eum indebitè impugnabant, ſpiritu ad ſuperbiam obfirmato, converſi in arcum perverſum, non attendentes etiam, quòd prædictum Monaſterium *Sancti Sixti* ad diſpoſitionem Sedis Apoſtolicæ, cui, ut præmittitur, immediatè ſubeſt, dumtaxat noſcitur pertinere; memoratum Monaſterium *Sancti Sixti* cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, etiam hujuſmodi pendente negotio & proceſſu, Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii *Sancti Franciſci*

Marginalia: qui quoſdam loci miniſtros conſtituit, — contra quos Abbas appellat. — a b — Legatus cauſam committit Capelano Pontif. — qui pro Abbate fert ſententiam. — Abbas alia de cauſa e Monaſterio ejicitur, — cujus ad preces Legatus rem cognoſcendam injungit — c — cum Abbatis reſtitutione, — & Monaſterii reformatione. — Interim duo Monachi Abbatis impugnatores — vendunt Monaſterium Monialibus S. Franciſci, & Nob. Fulgoſiæ,

(a) BERENGARIO FREDOLI: Qui poſtea factus eſt S.R.E.Card. & Epiſcopus Tuſculanus.
(b) BITERREN.: Al. *Bliterren* vulgo *Beeziers* in Gallia Narbonen., inferiorique Occitania Epiſc., ut alias dictum eſt.
(c) DOVARIA: Agri Cremonenſis Oppido.

HONORIUS PP. IV. An.Ch.1286.

a b

ciſci [a] *Placentin.* Ordinis Sanctæ Claræ, A necnon Nobili Mulieri *Caſtellanæ de Fulgoſis* [b] de Placentiâ, quantum in eis extitit, de facto, cum de jure nequiverint, contra juſtitiam vendiderunt pro certâ pecuniæ quantitate; ſicque hujuſmodi venditionis prætextu Abbatiſſa, & Conventus, ac Nobilis præfatæ ad præfatum Monaſterium *Sancti Sixti* aſſociata ſibi multitudine armatorum temerè accedentes Monaſterium ipſum contra juſtitiam occuparunt, & detinent occupatum in animarum ſuarum periculum, B plurimorum ſcandalum, Abbatis & adhærentium prædictorum grave præjuditium, & dictæ Sedis injuriam, & contemptum. Quare *Benedictus* Abbas, & adhærentes ejus prædicti Nobis humiliter ſupplicarunt, ut providere ſuper hoc ipſis de oportuno remedio dignaremur. Nos itaque attendentes, quòd hujuſmodi venditio non abſque dictæ Sedis injuriâ ſic præſumta nulla eſt ipſo jure; ac nolentes, quòd C Abbatiſſa, Conventus, & Nobilis prædictæ de tanto exceſſu commodum debeant reportare, Diſcretioni veſtræ ex officio Noſtro per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi de hujuſmodi venditione; ac occupatione de plano conſtiterit, Abbatiſſam, & Conventum, & Nobilem prædictas, quòd ſublato cujuſlibet dilationis, & difficultatis obſtaculo, Monaſterium ipſum *Sancti Sixti* cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis *Benedicto* Abbati, & adhærentibus ejus præfatis dimittatur liberum & quietum; nec D ſe de ipſo ulterius intromittant, monitione præmiſſâ per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compellatis; invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii Sæcularis. Non obſtante, ſi eiſdem Abbatiſſæ & Conventui, ſeu perſonis dicti Ordinis Sanctæ Claræ; aut quibuſcumque aliis a Sede Apoſtolicâ ſit indultum, quòd ultra, vel extra certa E loca trahi in cauſam, vel in judicium evocari; ſive quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus tamen, ut eodem Monaſterio *Sancti Sixti* prædictis Benedicto Abbati, & ei adhærentibus primitùs reſtituto, in ipſius reformationis, & correctionis negotio procedere minime omittatis juxta prædictarum ipſius Legati continentiam litterarum. Quidquid autem ſuper hoc duxeritis faciendum, Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes ſtudeatis fideliter intimare.

quæ dictum locum occupant, & detinent.

Pontifex eum reſtitui mandat Abbati & ſuis

obſtantibus derogando,

& loci reformationem præcipiendo.

Datum Tibure xv. Kalendas Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Expoſitiones Canonicorum S. Sebaſtiani Camerinen., & Fratrum Ord. Prædicat. ejuſdem Civitatis cognoſcat, & veritatem ſibi ſignificet, interim verò nihil ſuper iis determinet. (Ex Autore Camerini Sacri num. LXIII. in Append. Document.)

LIX.

Anno 1286. die 1. Octobris.

HONORIUS &c.

Ven. Fratri ... [c] *Epiſcopo* Camerinen. *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

c

Accedens ad Apoſtolicam Sedem dilectus Filius Benvenutus Eccleſiæ *S. Sebaſtiani* [d] Camerinen. Canonicus ex parte dilectorum Filiorum [e] .... Prioris, & Canonicorum ipſius Eccleſiæ propoſuit coram Nobis, quòd pridem ex parte dilectorum Filiorum ... Prioris & Fratrum *Ordinis Prædicatorum* de Camerino minus veraciter Nobis ſuggeſto, quòd domus ipſorum [f] erat in loco adeo arcto conſtructa, quòd eam minimè poterant ampliare; quòdque dicta Eccleſia [g] quinque dumtaxat Parochianos habebat, licet illa, prout idem Procurator aſſerit, majorem illorum numerum habere noſcatur; ſuppreſſo etiam, quòd Eccleſia eadem *Collegiata* exiſtit, utpote quæ

Canonici S. Sebaſtiani Camerin. contra Fratres O. P.

d e f g

ſuæ collegiatæ ſtatum exponunt.

(a) Monasterii S. Francisci: De quo loco egimus in to. 1. hujus Operis pag. 607. & 652., ac in 2. pag. 103. & 402. &c.

(b) De Fulgosiis: Conſanguinea, & forſan Soror *Philippi Fulgoſii* tunc Epiſcopi Placentini, cui Urbanus IV. Clariſſas Papien. commendavit anno 1262., ut in cit. 2. to. pag. 455.

(c) Fratri ...: *Rambotto* Ord. Min. de quo ſupra epiſt. 3. hujus Pontificis *Dudum Camerinen. &c.*

(d) Ecclesiæ S. Sebastiani: Antiquiſſimam Collegiatam appellat cit. Auctor *Camerini ſacri* Differt. prælim. cap. 6. §. 2.

(e) Filiorum ...: *Gualterii* ex diplomate Rambotti Epiſcopi anno 1287. edito, & in Append. Document. ſupradicti Camerini ſacri vulgato ſub n. LXIV.

(f) Domus ipsorum: Quam quidam a S. P. Dominico erectam litteris mandarunt, at ſine monumentis.

(g) Dicta Ecclesia: S. Sebaſtiani.

quæ ad præſens, Priore non computato prædicto, per quinque gubernatur Canonicos; & a tempore, cujus non extat memoria, extitit gubernata, & quòd ipſi Eccleſiæ quoddam habetur *Hoſpitium* contiguum, & annexum, quòd præfati Prior & Canonici per Cuſtodem proprium gubernantes infirmos & pauperes in illo recipiunt, & juxta ſuarum exigentiam facultatum neceſſitatibus ſubveniunt eorumdem. Nos tibi rogatorias, & exhortatorias duximus litteras [a] dirigendas, ut eiſdem Priori, & Fratribus Eccleſiam concederes ſupradictam, ac de Clericis; & poſſeſſionibus ejuſdem Eccleſiæ diſponere, & ordinare curares, prout videres melius expedire. Cum igitur ex hoc, ſicut aſſeritur, non ſolum Prior & Canonici memorati, ſed etiam Clerus tuæ Civitatis graviter perturbentur; Nos ad ſingulorum pacem, & quietem paterno ſtudio intendentes Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſuper præmiſſis, quæ tuam notitiam latére non credimus, ſignifices Nobis per tuas litteras harum ſeriem continentes fideliter veritatem; ut tuâ informatione receptâ ſalubriùs & conſultiùs in hac parte procedere valeamus [b]. Volumus autem, quòd ad executionem prædictarum litterarum [c] Noſtrarum interim aliquatenus non procedas.

Pontifex, qui jam pro Fratribus ſcripſerat, a

mandat ſupra dicta.

b c

Datum Tibure Kal. Octobris Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Ut in cujuſdam Matrimonii *impedimento ex hypotheſi diſpenſare valeant*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 138. anni 2.)

HONORIUS &c.

LX.

Anno 1286. die 15. Octobris. d

Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, & ... Guardiano Minorum Fratrum Ordinum Tullenſium [d] *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

PEtitio dilecti Filii *Joffredi* dicti Bridamnæ de *Novo Caſtro* [e] Armigeri, & dilectæ in Chriſto Filiæ *Margaronnæ* Mulieris ejuſdem loci Nobis exhibita continebat; quòd idem *Joffredus* olim cum quondam *Comitiſſa* muliere nonum, vel decimum ætatis annum habente ſponſalia per verba de futuro contraxit; & tandem de utriuſque voluntatis aſſenſu, cum inter eos carnalis ſubſecuta copula non fuiſſet, auctoritate Diœceſani Epiſcopi hujuſmodi fuerunt ſponſalia diſſoluta, prædicta *Comitiſſa* Religionis habitum aſſumente. Poſtmodum autem dicti *Armiger* & *Margaronna*, quæ præfatæ Comitiſſæ in *ſecundo* conſanguinitatis gradu, dum viveret, attinebat; non credentes, quòd tale impedimentum inter ipſos exiſteret, per quod poſſet matrimonium impediri, ſponſalia per verba de præſenti, eâdem adhuc *Comitiſſa* vivente, inſimul contraxerunt; qui poſtmodum hujuſmodi matrimonium per carnis copulam conſummarunt. Cum autem præfati *Joffridus* & *Margaronna* exinde habere ſe aſſerant conſcientias remordentes &c. [f]

Conjugum illegitimorum expoſitio e

de ſponſalibus reſciſſis,

& matrimonio illicito contracto;

a quo diſpenſari precantur. f

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam Idibus Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Item

(a) Litteras: Quæ non habentur.

(b) Valeamus: Quid actum ſit, incompertum nobis eſt, inquit laudatus Autor *Camerini ſacri* p.63. cum autem legamus in to.2. *Bullarii* Ord. Prædicat. Bonifacii IX. diploma 18: anno 1391. datum, in quo Pontifex ait: *Cum itaque, ſicut accepimus, in Eccleſia domus Fratrum Prædicatorum Camerinen. nonnulla Reliquia S. Sebaſtiani reverentur, & conſerventur*: ob idque in feſto *S. Sebaſtiani* amplam illi Eccleſiæ largitur *Indulgentiam*; ſuſpicari poſſumus, decretum poſtea fuiſſe pro Ord. Prædicat.

(c) Prædictarum litterarum: Nempe non extantium, ut (a) ſupra.

(d) Tullen.: Vulgo *Toul* in Lotharingia Epiſc. ſub Archiepiſcopo Trevirenſi; ubi Fratres Ord.Min. locum habebant, qui erat 3. *Cuſtodia* Lotharingiæ in Provincia *Franciæ* ex veteri noſtri Ordinis *Provinciali* jam alias cit., anno 1272. a Lotharingiæ Duce, aliiſque a Waddingo recenſitis ad eum ann. num.26. excitatus; ſed Nicrologium ejuſdem Cœnobii a Waddingo relatum ad ann. 1296. num.7. habet, *Conradum* Epiſcopum *Tullen.* ex Ord. Min. anno 1279. aſſumptum *pro majori parte ædificaſſe Conventum iſtum*: atque hic eſt ille *Epiſcopus Tullenſis*, pro quo *ſpecialia* fieri *ſuffragia in omnibus Comitiis Gen.* ſtatutum eſt non in Comitiis Piſanis anno 1272. a S. Bonaventura coactis, ut putavit Waddingus ad eum ann. num.10., qui non advertit eam additionem eſſe Actis illorum Comitiorum factam ab aliquo imperito; ſed in Comitiis anno 1299. celebratis Lugduni, cum ibi etiam ſancitum dicatur, ut *Anniverſarium ſolemne fieret S. Ludovici in craſtino S. Bartholomæi* anno 1297. menſe Auguſto in Sanctorum Catalogum relati; quod anno 1272. ſtatui non poterat de viro nondum inter Sanctos aſcripto.

(e) De Novocastro: Nobili tunc Lotharingiæ Oppido Diœceſis Tullenſis.

(f) Remordentes &c. Ut in epiſt.42. hujus Pontificis *Exhibita nobis &c.* hoc anno idibus Maij data uſque in finem, ac *datum*, mutatis tantum nominibus *Dini*, & *Johannæ* in *Soffredum*, & *Margaronnam*: nec non: *tempore impedimentum hujuſmodi ignorabant*: in *tempore eis obeſſe impedimentum hujuſmodi non credebant*.

Digitized by Google

HONORIUS PP. IV. An.Ch.1286.

LXI.

Anno 1286. die 15. Octobris.

Item pro alio illicito conjugio poteſtas diſpenſandi Florentiæ. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt.137. anni 2.) A

HONORIUS &c.

Dilectis Filiis . . . Priori Prædicatorum, *&* . . . *Guardiano Minorum Fratrum Ordinum de* Florentiâ [a] *Sal.*, *&* *Apoſt. Bened.*

Tenor petitionis de conjugio illicitè contracto.

LECTA coram Nobis dilecti Filii Nobilis Viri *Doni* dicti *Duci* nati quondam Angiolini de *Malchiavellis* [b], & dilectæ in Chriſto Filiæ Nobilis Mulieris *Conteſſæ* dictæ *Teſſæ* Neptis dilecti Filii Staldi Jacob de Florentiâ Militis [c] petitio continebat, quòd ipſi olim ignorantes, quòd aliqua eſſet conſanguinitas inter eos, quæ poſſet matrimonium impedire, publicè in facie Eccleſiæ, prout in partibus illis moris eſſe dignoſcitur, matrimonium invicem contraxerunt, nullo ſuper hoc contradicente, vel impedimentum aliquod proponente; ac poſtmodum inter eos carnali copulâ ſubſecutâ plures Filios procrearunt; & tandem compertum extitit, quòd prædicti *Donus*, & *Conteſſa quarto* ſunt conſanguinitatis gradu conjuncti. Quare dicti *Donus* & *Conteſſa* habentes exinde conſcientias remordentes &c. [d]

cujus diſpenſationem implorant conjuges.

Datum, *ut ſupra*.

Ei copiam facit commorandi cum nonnullis honeſtis Fœminis in Monaſterio Humilitatis B. M. *Clariſſarum prope* Pariſios. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 14. apud Waddingum ad hunc annum num.12. Regeſti Pontif., vel 140. epiſt. ut apud Raynaldum num.22.)

LXII.

Anno 1286. die 21. al. 26. Octobris.

HONORIUS &c.

Dilectæ Filiæ Nobili Mulieri Blanchæ [e] *natæ claræ memoriæ Ludovici* [f] Regis Francorum *Sal.*, *&* *Apoſtolicam Benedictionem*.

Litteras filiæ Regis Francorum, earumque tenorem memorat;

LITTERARUM tuarum ſeries adverſorum illiſiones eventuum, quæ tui pectoris penetralia magnâ nimirum amaritudine repleverunt ſerioſè deſcribens, tuumque laudabile propoſitum cum humilis, & devotæ ſupplicationis inſtantiâ in calce ſupponens, Noſtris præſentata conſpectibus, & multæ compaſſionis in Nobis excitavit ſpiritum; & congaudendi tibi de tuo ſalubri voto materiam miniſtravit. Licet enim tibi tanto, & tali orbatæ Parente [g], tanti Viri privatæ conſortio [h], tantorum germanorum ſolatio deſtitutæ, gravatæ inſuper de natorum [i] licet juvenum ſubtractâ præſentiâ [k] paterno ex intimis compatiamur affectu: conſiderantes tamen te in tantis adverſitatibus non muliebriter ſuccumbere fletibus; non ſubſterni gemitibus; ſed tamquam fortem proculdubio, ut hæc perhibent, Mulierem in adverſis animo virili conſurgere, ad conſolatorem confugere opportunum; ad animarum hoſpitem aſpirare dulciſſimum, habitationis ſecretæ confugium, ſalutari quærendo conſilio, in quo a ſecularibus ſegregata [l] ſtrepitibus, deſiderata illius, prout ipſe conceſſerit, conſolatione fruaris, tam devotæ in Chriſto Filiæ non immeritò congaudemus. Ideoque tuum in hoc deſiderium delectabiliter adjuvantes juxta tuæ ſupplicationis inſtantiam præſentium tibi auctoritate concedimus; ut intra ſepta Monaſterii de *Humilitate Beatæ Mariæ* Virginis [m] Pariſien. Diœceſis cum Mulierum, & Puellarum honeſtarum

compatitur ſimul, & collaudat,

concedit id, quod ſupra.

(a) Florentia : De cujus urbis loco FF. Minorum dictum eſt in 1. hujus Operis tomo pag.45., de illo autem FF. Prædicat. conſuli poterit tom.1. Annalium eorumdem nuper evulgatus.

(b) De Malchiavellis : Clara illius Civitatis familia.

(c) Militis : Ordinis nimirum equeſtris.

(d) Remordentes &c. : Ut in 42. hujus Pontificis epiſtola *Exhibita nobis* &c. uſque in finem, ac *Datum*, mutatis dumtaxat conjugum nominibus.

(e) Blanchæ : *Philippi III.* Regis Francorum Sorori, & *Ferdinandi* Regis Caſtellæ Filii, Regnique hæredis olim uxori.

(f) Ludovici : *IX.* paulopoſt Sanctorum Catalogo aſcripti.

(g) Orbatæ Parente : Ab anno 1270. menſe Auguſto.

(h) Viri Privatæ consortio : *Ferdinandi* proxime memorati, & anno 1275. defuncti ex Mariana lib.14. cap.1.

(i) Natorum : Duos ex prædicto viro ſuo filios ſuſceperat *Alfonſum*, & *Ferdinandum*, quibus tranſmiſſam paterno jure hæreditatem Sancius patruus eripuit contendens ad ſe, ut qui proximo gradu cognationis Alfonſum Regem ſuperſtitem contingeret, ſucceſſionem devolutam; unde diuturnum inter Gallos & Hiſpanos bellum ſubſecutum eſt ex cit. Mariana, & Annalibus Eccleſiaſticis.

(k) Subtracta præsentia : Defuncto enim ejus viro Ferdinando dimiſſa eſt Blanca in Gallias ſine dote, retentis in Hiſpania liberis ex Nangio in geſt. Philippi III. Francorum Regis.

(l) Segregata : *Congregata* legitur apud Waddingum ſed corrupte, quem correximus ex Raynaldo.

(m) Humilitate B. Mariæ V. : A B. *Iſabella* ejuſdem Blanchæ amitæ circa ann. 1260. excitati.

Digitized by Google

rum numero dilecti Filii .... *Miniſtri* Ordinis Fratrum Minorum Franciæ, nec non & dilectæ in Chriſto Filiæ ... *Abbatiſſæ* ipſius Monaſterii arbitrio moderando tibi liceat habitare. Volumus tamen, ut per eaſdem Miniſtrum, & Abbatiſſam ita diligentiâ provideatur exactâ, quòd nec per hoc, nec per adventum aliquorum tuam volentium adire præſentiam, dicti Monaſterii, aut perſonarum ipſius honeſtati, ſeu famæ derogetur in aliquo; vel in ipſo Monaſterio Religionis obſervantiæ quomodolibet detrahatur.

cum conditione, & cautela.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam vII. Kalendas [a] Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

a

Admonet quomodo gerere ſe debeant circa ingreſſum Blanchæ *Principis in Monaſterium*. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 15. apud Waddingum ad hunc ann. num. 13. Regeſti Pontif.)

LXIII. Anno 1286. die 26. Octobris.

HONORIUS &c.

Dilecto Filio ... Miniſtro *Fratrum Ordinis Minorum Franciæ*, & *dilectæ in Chriſto Filiæ* Abbatiſſæ *Monaſterii de* Humilitate *Beatæ Virginis Pariſien. Diœceſis Sal.*, & *Apoſt. Ben.*

LITTERARUM dilectæ in Chriſto Filiæ Nobilis mulieris *Blanchæ* natæ claræ memoriæ *Ludovici* Regis Francorum lacrymoſa ſeries adverſorum &c. [b] Veſtras itaque conſcientias in præmiſſis ſpecialiter onerantes Devotioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præmiſſa ſic exactè ſic diligenter exequi ſtudeatis, quòd honeſtati, & famæ præfati Monaſterii, ac Perſonarum ipſius, & obſervantiæ Religionis in eo, ut premittitur, integrè conſervandæ veſtrâ induſtriâ caveatur ad plenum; veſtraque devotio præmium exinde apud Deum, & apud Nos opportuni favoris promptitudinem mereatur [c].

Litteras & preces Blanchæ Principis adducens

b

monet, & mandat, ut ſupra.

c

Datum, *ut ſupra*.

A

In cujuſdam Matrimonii *impedimento quibuſdam poſitis conditionibus diſpenſare valeant*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 145. anni 2.)

LXIV. Anno 1286. die 29. Octobris.

HONORIUS &c.

Dilectis Filiis .... Priori Prædicatorum, & ... *Guardiano Minorum Ordinum de* Ancona [d] *Sal.*, & *Apoſt. Bened.*

d

B

PETITIO dilecti Filii *Jacobi* Petri, & dilectæ in Chriſto Filiæ *Olivetæ* natæ dilecti Filii Leonardi Stephani Civium Anconitanorum Nobis exhibita continebat, quòd ipſi olim ignorantes, quòd aliqua eſſet conſanguinitas inter eos, quæ poſſet matrimonium impedire, per verba de præſenti ſponſalia invicem contraxerunt, nullo ſuper hoc contradicente, vel impedimentum aliquod proponente; ac poſtmodum inter eos non extitit carnalis copula ſubſecuta; & tandem compertum fuit, quòd prædicti *Jacobus*, & *Oliveta quarto* ſunt conſanguinitatis gradu conjuncti. Quare *Jacobus*, & *Oliveta* præfati habentes exindè conſcientias remordentes &c. [e]

Matrimonium cum impedimento inſcienter irritum.

C

petitur diſpenſari.

e

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam iv. Kalendas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

D

Ut domum Fratrum de Pœnitentia J. C. vendant pro Monaſterio conſtruendo Clariſſarum Novi Caſtri. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 182. apud Waddingum ad hunc annum num. 14. Regeſti Pontif.)

LXV. Anno 1286. die 30. Octobris.

HONORIUS &c.

Venerabilibus Fratribus [f] ... *Archiepiſcopo* Eboracen. [g], & [h] ... Dunelmen- [i] *Epiſcopo Salutem*, & *Apoſtolicam Bened.*

f g h i

E

DILECTUS Filius Nobilis Vir Joannes *de Veti* Dunelmen. Diœceſis Nobis

Joannis de Veti ſupplicationis tenor.

(a) VII. Kalend.: Apud cit. Raynaldum legimus *XII. Kalend.*

(b) Adverſorum &c.: Ut in præcedenti *Bulla* mutatis competenter verbis, uſque ad illa *quomodolibet detrahatur*.

(c) Mereatur: Porrò *Blanca* obiit Pariſiis anno 1312. ſepulta in Odæo vulgo Choro Eccleſiæ Fratrum Minorum, ſepulchroque marmoreo cum ejus alabaſtrina figura ex Waddingo ad ann. 1234. num. 24.

(d) De Ancona: De cujus urbis loco FF. Minorum S. P. Franciſco a Civibus anno 1219. in Palæſtinam, Syriamque proficiſcenti collato ſcribit Waddingus ad eum ann. n. 56.

(c) Remordentes &c.: Ut in 42. epiſt. hujus Pontificis *Exhibita nobis &c.* uſque in finem, ac datum, mutatis tantummodo conjugum nominibus.

(f) Fratribus ...: *Joanni* Romano ex Eboracen. Theſaurario anno ſuperiore promoto.

(g) Eboracen.: Vulgo *York* Angliæ Septentrionalis 2. Metropolis.

(h) Et ...: *Antonio Beack* magni nominis viro ann. 1284. aſſumto.

(i) Dunelmen.: Vulgo *Durham* al. *Dureſme* urbis Angliæ Septentrionalis ſub Eboracenſi Archiepiſcopo.

Digitized by Google

HONORIUS PP.IV. An.Ch. 1286.

Lugdunen. Concilii Conſtitutio de Religion. Mendican.

bis humiliter ſupplicavit, ut cum conſtitutio *Concilii Lugdunen.* [a], quæ Ordines Mendicantes per Sedem Apoſtolicam confirmatos poſt generale tamen Concilium [b] inſtitutos, quibus ad congruam ſuſtentationem redditus, & poſſeſſiones habere profeſſio, ſeu Regulæ, vel Conſtitutiones quælibet interdicunt; & poſt quæſtum publicum tribuere victum ſolet incerta mendicitas ſubſiſtere certo modo decrevit; inter cetera ſtatuat, ne ipſorum Ordinum profeſſores domos, ſeu loca, quæ habent, alienare valeant ſine Sedis ejuſdem licentiâ ſpeciali; & ea ipſius Sedis diſpoſitioni reſervans in *Terræ Sanctæ* ſubſidium, vel pauperum, aut alios pios uſus per locorum Ordinarios, vel alios, quibus eadem Sedes Apoſtolica commiſerit, convertenda, & Fratres Ordinis *Pœnitentiæ Jeſu Chriſti* [c], qui eſt de Ordinibus memoratis, domum, quam habent in *Novo Caſtro* [d] ſuper Tynam [e] *Dunelmen* Diœceſis, duxerint deſerendam, idemque Nobilis [f] in ea Monaſterium Monialium, ſui Sororum Ordinis *Sanctæ Claræ* pro animæ ſuæ ac parentum ſuorum remedio conſtruere piâ devotione proponat, domum ipſam ad hoc vendi ſibi veſtro miniſterio mandaremus. Nos itaque pium Nobilis ejuſdem propoſitum commendantes Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi quod de ipſius domus deſertione proponitur, veritate fulcitur; ipſam cum ſuis pertinentiis Nobili memorato ad prædictos uſus, & non alios vendere auctoritate Noſtrâ curetis pro pretio competenti, inducentes eum in corporalem poſſeſſionem illius, & defendentes inductum; contradictores, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Pretium autem, quod pro ipsâ domo receperitis, vel deponendo apud aliquem locum Sacrum, vel aliàs in tuto convertentes Nobis ipſius, quantò ejus ſignificare ſtudeatis per veſtras patentes litteras quantitatem.

de quarum numero erat illa FF. de Pœnitentia J. C.

Mandat Pontifex exequi ſupradicta,

Petri domus venditæ quantitatem ſcire expoſcens.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam III. Kalendas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Suſpenſionem Interdicti *Eccleſ. in quædam loca cauſa defectionis* a Rege Caſtellæ *lati mandat publicari*. (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epiſt. cur. 41. lib. 2. apud RAYNALDUM ad hunc annum num. 23.)

LXVI. Anno 1286. die 7. Novembris.

HONORIUS &c.

Venerabilibus Fratribus ... [g] *Archiepiſcopo* Toletano, *&* ... [h] *Epiſcopo* Burgenſi *Sal.*, *& Ap. Bened.*

Deficientibus ab Alfonſo Rege filiis, & ſubditis,

DUDUM fel. record. MARTINUS PAPA [i] prædeceſſor Noſter intellecto, quòd in claræ memoriæ *Alfonſum* Regem [k] Caſtellæ, ac Legionis filii [l], & Emanuel germanus, ac ſubditi ejus ſubitò inſurgentes, & aſpirantes ad totalem exhæredationem illius; Officiales etiam, quos idem Rex in Regnis, & terris ſuis inſtruendos duxerat, penitùs amovere, inſtituere alios, ſibique univerſa jura Regalia ſubtrahere attentarunt; & eumdem Regem nullum dominium, nullamque poteſtatem in terris eiſdem permittebant habere [m]; quodque Venerabiles Fratres Noſtri Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ac dilecti Filii Electi, Abbates, Priores, & univerſi & ſinguli Eccleſiarum Prælati, ac Prior Hoſpitalis Jeroſolymitani, & Magiſtri Templi S. Jacobi Calatravenſis, & Alcantaræ Militiarum; ac Capitula, & Conventus, necnon & Nobiles viri Comites, Barones, & alii tàm Clerici, quàm Laici per Caſtellæ ac Legionis, Toleti, Galletiæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murtiæ, atque Gibennii Regna conſtituti, vel eorum aliqui dicebantur fidelitatis violaſſe debitum, pro Regi tenebantur eidem: volens ſuper iis opportunum remedium adhi-

Prælatiſque Eccleſ. cum aliis,

(a) CONSTITUTIO CON. LUGDUNEN.: Anno 1274. celebrati cap. incipien. *Religionum diverſitatem*.
(b) GENERALE CONCILIUM: Lateranenſe IV. anno 1215. coactum.
(c) ORDINIS PŒNITENTIÆ J. C.: De quo alias verba fecimus.
(d) IN NOVO CASTRO: In Comitatu Northumbriæ, Angliaque Septemtrionali 4. mill. Anglic. ab ora Oceani Germanici, & 10. a Dunelmo diſtante in Boream verſus Scotiam.
(e) TYNAM: al. *Tinam* fluvium illius Regionis.
(f) NOBILIS: *Joannes de Veti* ſuperius nominatus.
(g) FRATRIBUS ....:
(h) ET ...: *Fernando* Hiſpano ex Ord. Min. anno 1280. a Nicolao III. promoto Burgenſi Eccleſiæ, ut ſupra.
(i) MARTINUS PAPA: Hujus nominis *IV.*
(k) ALFONSUM REGEM: X. dictum *Sapientem*.
(l) FILII: Ac in primis *Sancius*, qui ei in Regno ſucceſſit anno ſuperiore; *Joannes*, & *Jacobus*.
(m) PERMITTEBANT HABERE: Anno 1282., & cauſam adducit Raynaldus ad eum ann. n. 34.

Digitized by Google

adhibere præfatis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Electis, Abbatibus, & aliis ceteris ſupradictis duxit per ſuas ſub certâ formâ litteras [a] injungendum, ut eidem Regi efficaciter intendentes omnes Civitates, munitiones, terras, & villas, omniaque Caſtra, bona, & jura Regis ipſius libera ſibi dimitterent & quieta; ipſumque ſuo dominio, ſuâque liberè uti permitterent poteſtate; ac fidelitatis juramenta, & alia omnia conſueta, prout tenentur, exhibentes eidem, omnes conjurationes, confœderationes, colligationes, & ſocietates contra hæc factas ab eis diſſolverent penitùs, & etiam abjurarent; nec ſervarent ſtatuta edita ſuper iis, etiam ſi juramenta de obſervandis præmiſſis, vel eorum aliquibus præſtitiſſent; ad quorum obſervationem eos & quemlibet eorumdem præfatus Prædeceſſor non teneri decrevit, Venerabili Fratri Noſtro .. [b] Archiepiſcopo Hiſpalen., & dilectis Filiis... Decano Eccleſiæ Tutelanæ Tiraſonen. Diœceſis, ac Magiſtro Fernando Archidiacono de Bendis in Eccleſiâ Compoſtellanâ per ſuas litteras executoribus deputatis. Qui, ſicut aſſeritur, mandati Apoſtolici formâ ſervatâ in hujuſmodi negotio procedentes in nonnullas perſonas *excommunicationis*, & *ſuſpenſionis*, ac in certa loca *interdicti* ſententias occaſione hujuſmodi promulgarunt, perſonis ipſis pœnas etiam alias nihilominus infligendo. Cum autem prænominatus *Rex*, propter quem per executores eoſdem hujuſmodi proceſſus habitus extitit ad prædicta, viam ſit univerſæ carnis ingreſſus [c]; Nos diligentiùs attendentes, quòd ceſſante causâ, ſi etiam adfuiſſet, ceſſare deberet effectus; volentes quoque animarum profectibus providere omne *interdictum* per executores ipſos occaſione prælibatâ impoſitum auctoritate Apoſtolicâ duximus ſuſpendendum. Per ſuſpenſionem autem hujuſmodi *interdicti* perſonas quaſlibet, quæ prædictam *excommunicationis*, vel

a Martinus IV. præcepit Eccleſ. prædictis Alfonſi partes tueri,

præcepti ſui executoribus deputatis,

b

a quibus incurſæ in quoſdam cenſuræ,

quas Pontifex ad tempus viribus carere jubet quoad *interdictum* ſolum

c

Tom.III.

A *ſuſpenſionis* ſententiam, aut *irregularitatis* notam, *interdictum* hujuſmodi non ſervando, incurriſſe noſcuntur, nequaquam intendimus a ſententiâ eâdem abſolvere; vel ſuper *irregularitate* hujuſmodi diſpenſare: ſed eædem perſonæ ſuis animabus provideant, prout viderint expedire; alioquin contra perſonas eaſdem, prout de jure faciendum viderimus, & expediens fore putabimus, actore domino procedemus. Quocirca Fraternitatibus B veſtris per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum per vos, vel per alium, ſeu alios hujuſmodi ſuſpenſionem, præmiſſaque alia per Regna prædicta in eorum videlicet locis, de quibus expedire videritis, publicetis; & faciatis etiam publicari. Quod autem in hac parte feceritis, Nobis per veſtras patentes litteras harum ſeriem continentes ſtudeatis fideliter intimare.

mandans id, quod ſupra.

C Datum Romæ apud Sanctam Sabinam vii. Idus Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Ut fundum Fratribus Siſtaricen. *O.M. ad eorum Cœnobium ampliandum vendant, indulget, & a juramento non alienandi ſolvit.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. ep. 188. an. 2.)

LXVII. Anno 1286. die 17. Novembris.

HONORIUS &c.

D *Dilectis Filiis Præpoſito, & Capitulo Eccleſiæ* Siſtaricen. [d] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

d

CONSIDERANTES attentiùs, quòd Ordo *Fratrum Minorum* virtutum varietate circumamictus in medio Eccleſiæ quaſi Solis radius releceſcat; ea libenter concedimus, per quæ ipſius Ordinis profeſſores in ſuis juſtis deſideriis conſolentur. Expoſuerunt ſiquidem Nobis dilecti Filii Guardianus, & Fratres E *Siſtaricenſes* [e] ejuſdem Ordinis, quòd eis locum, quem apud Siſtaricum habent, in quo propter ſui arctitudinem commo-

Exordium.

Fratrum O. M. Siſtaricen. expoſitio.

e

de eorum loco arcto, & ampliando,

(a) Litteras: Anno 1283., quas cit. Raynaldus refert ibi n.56, & ſeq.
(b) Fratri nostro...:
(c) Ingreſſus: Anno 1285. 11. Kal. maji.
(d) Sistaricen.: al. *Ciſtaricen.* in 1. hujus Operis tomo pag.580. (d) commemoratæ.
(e) Fratres Sistaricen.: Qui ea in Civitate locum obtinent tantæ antiquitatis, ut jam anno 1260. eſſet caput *Cuſtodiæ* ſui nominis in Provincia *Provinciæ* ex alias cit. diſtributione. ſeu recenſione Provinciarum & Cuſtodiarum noſtri Ordinis eo anno Narbone in Comitiis Gen. facta; etſi fundatio ignoratur, & Waddingus anno tantum 1289. num.49. ejus parce meminit: ita pariter Monaſterii *Clariſſarum*. illius urbis meminit primum ad ann. 1330. num.19., cum tamen fundamentum fuerit anno 1281., vel, ut fundaretur, petita licentia ex monumento in tom.1. Galliæ Chriſtianæ P. Dion. Sanmarth. pag.91. *Iſtrumen.*

Digitized by Google

Honorius PP. IV. An.Ch. 1286.

rari nequeunt juxta ipſius Ordinis honeſtatis exigentiam, proponentibus ampliare, Nos ipſorum ſupplicationibus inclinati, Univerſitatem veſtram rogandam per Noſtras litteras [a] ſub certâ formâ duximus, & hortandam, ut quemdam fundum, ſive agrum ad vos pertinentem, ſine quo nequit ipſius loci amplatio provenire, eiſdem Guardiano, & Fratribus vendere pro competenti pretio curaretis. Verùm juramento, quòd præſtitiſtis de non vendendis Eccleſiæ veſtræ poſſeſſionibus, obſiſtente, nequitis, ut aſſeritis, preces Noſtras in hac parte liberaliter adimplere. Nos itaque volentes, ut hujuſmodi eorumdem Guardiani, & Fratrum pium deſiderium optatum conſequatur effectum; vobis concedimus, quòd hujuſmodi fundum, ſive agrum eiſdem Guardiano, & Fratribus juxta tenorem dictarum litterarum, juramento non obſtante hujuſmodi, vendere, aut cum eis permutare liberè valeatis, juramento ipſo poſt hujuſmodi venditionem in ſuo nihilominus robore duraturo. Ita tamen, quòd pretium, quod ex hujuſmodi venditione receperitis, in utilitatem ejuſdem Eccleſiæ convertatis.

litteriſque Pontificiis de ea re ad Capitulum ſupradictum a

quod ob juramentum de non alienando ſe excuſat,

Pontifex concedit fieri alienationem non obſtante juramento,

adjecta conditione;

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam xv. Kalendas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Concedit, ut intra Aſſiſiaten. *Civitatem ſe transferre valeant, non obſtante Monialium Clariſſarum oppoſitione.* (Ex Vaticano Reges. Pontif. epiſt. 168. anni 2.)

LXVIII. Anno 1286. die 20. Novembris.

HONORIUS &c.

Dilectis in Chriſto Filiabus .. Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii de S. Apollinari [b] *Ordinis S. Benedicti* Aſſiſinaten. *Diæceſis Sal., & Apoſt. Bened.*

Monialium O. S. B. Aſſiſiat. petitionis tenor

Petitio veſtra Nobis exhibita continebat, quòd vos attendentes, quòd locus, in quo ad præſens moramini, propter guerrarum diſcrimina pro tempore in illis partibus ingruentium, & ex aliis cauſis variis vobis accommodus non exiſtit; ad quemdam locum Civitatis

de ſe transferendo intra civitatem.

A Aſſiſinaten., ubi quaſdam domos juſto emptionis titulo vos acquiſiſſe aſſeritis, cupitis vos transferre. Verùm dilectæ in Chriſto filiæ .. Abbatiſſa & Conventus Monaſterii *Sanctæ Claræ Aſſiſinaten.* [c] Ordinis ipſius Sanctæ Claræ eo prætextu quòd fel. record. Clemens Papa [d] prædeceſſor Noſter duxit per ſuas litteras [e] inhibendum, ut nulli liceat Monaſterium, Eccleſiam, vel Oratorium ædificare, ſeu conſtruere infra ſpatium *trecentarum* B cannarum a prædicto Monaſterio S. Claræ per aerea etiam menſurandarum, ubi aliàs non permitteret loci diſpoſitio menſurari; vos impediunt, quominus in Civitate prædictâ Eccleſiam, ſeu Oratorium conſtruere valeatis; & inibi ſub ipſius Ordinis Sancti Benedicti obſervantiâ commorari; quamquam idem locus ipſius Civitatis a præfato Monaſterio *Sanctæ Claræ* diſtare per centum quadraginta cannarum ſpatium, & amplius C dignoſcatur. Quare Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut cum dictus Prædeceſſor dictam quantitatem trecentarum cannarum ad *centum & quadraginta* cannas duxerit reſtringendam [f], providere in hac parte vobis paternâ diligentiâ curaremus. Nos igitur præmiſſa ſollicitè attendentes, ac volentes vobis ſuper hoc ſalubriter ſubvenire, præſentium vobis auctoritate concedimus, ut veris exiſtentibus ſupradictis, inhibitione hujuſmo- D di non obſtante, ad prædictum locum ipſius Civitatis vos transferre poſſitis, & ibidem Eccleſiam, & officinas ad opus veſtrum contruere, ac ſub regulari obſervantiâ perpetuò Domino famulari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; &c.

quibus ſe opponunt Clariſſæ, c d e

& quare.

f

Pontifex oppoſitione miſſa concedit, ut ſupra.

Clauſula prohib. &c.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam xii. Kalendas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

E

Si expoſita ſint vera, Archion *Miles, ejuſque filii ad omnia officia Secularia, & Eccleſiaſtica promoveantur.* (Ex Reges. Vatic. epiſt. 216. apud Waddingum ad annum iſtum num. 5. Annal., & in noviſſimo Bullario Romano tom. 3. par. 2. n. 6.)

HONO-

(a) Noſtras litteras: Quæ non habentur.
(b) Monast. de S. Appollinari: Cujus nulla in Annal. Benedict. Mabillon. mentio legitur.
(c) Monast. S. Claræ Assisinat.: De quo in 1., & 2. hujus Operis tomo ſatis diſſeruimus.
(d) Clemens Papa: *IV.* hujus nominis.
(e) Suas litteras: Incip. *Ad conſequendam &c.* anno 1265. exaratas.
(f) Restringendam: Anno 1268. per alias litteras incip. *Quia plerumque &c.*

Digitized by Google

LXIX.

Anno 1286. die 27. Novembris.

HONORIUS &c.

Dilecto Filio Fratri Galgano *de Eugubio*[a] *Ordinis Fratrum Minorum* Inquiſitori *hæreticæ pravitatis in Ducatu* Spoletano *Sal.*, *& Ap. Ben.*

Archionis Militis petitionis tenor,

EXHIBITA Nobis dilecti filii *Archioni* Militis[b] nati quondam Philippi dicti *Pulmerii* Militis *Spoletani* petitio continebat; quòd olim ſignificantibus fel. record. ALEXANDRO PAPA[c] prædeceſſori Noſtro *Inquiſitoribus* hæreticæ pravitatis in Italia deputatis, quòd frequenter a Sede Apoſtolicâ committebatur eiſdem, ut tàm hæreticos, credentes, fautores, & receptatores Hæreticorum, quàm ipſorum filios, & nepotes privandi dignitatibus, Perſonatibus, officiis publicis, & beneficiis Eccleſiaſticis de Diœceſanorum, vel eis abſentibus, Vicariorum ſuorum conſilio haberent liberam poteſtatem, & qualitèr hoc deberet intelligi poſtulantibus declarari[d], præfatus Prædeceſſor eiſdem *Inquiſitoribus* per ſuas duxit litteras reſpondendum[e], quòd de filiis, & nepotibus illorum hæreticorum, credentium, & aliorum hujuſmodi, qui modo tales eſſe probantur, intelligendum eſſe videbatur; non autem illorum, quos emendatos eſſe conſtaret; ac pro culpâ hujuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam recepiſſe, quam ipſi vel jam perfecerant, vel humiliter proſecutioni ejus inſtarent, vel parati fuerant, dum viverent, ad recipiendum eamdem. Verùm licet *Inquiſitor* pravitatis hujuſmodi tunc in partibus illis per Sedem Apoſtolicam deputatus[f] memoratum *Philippum*, qui ſibi confeſſus extitit, quòd cuidam hæretico reverentiam faceret, quædam contra Fidem Catholicam proferendo; privaverit bonis ſuis; ac idem Philippus injunctam ſibi propter hoc ab eodem *Inquiſitore* pœnitentiam perfecerit reverenter; ac tandem ſicut verè Catholicus receptis Eccleſiaſticis Sacramentis, viam fuerit univerſæ carnis ingreſſus, & ab Inquiſitore præfato etiam abſolutus; tamen Poteſtas, Conſilium, & Commune *Spoletanum* dictum *Archionum*, ejuſque Filium occaſione præmiſſorum ad officia Civitatis Spoletanæ pro ſua recuſant admittere voluntate. Quare prælibatus *Archionus* Nobis humiliter ſupplicavit, ut Nos miſericorditer attendentes, quòd idem Philippus, ſicut præmittitur, tanquam verè Catholicus, & Fidelis Eccleſiæ Romanæ deceſſit; eumdem *Archionum*, & filios ejus decerneremus, juxta præmiſſum ejuſdem Prædeceſſoris reſponſum in aliquo puniri occaſione hujuſmodi non debere; ſed eos ad omnia Sæcularia officia, & beneficia Eccleſiaſtica, & dignitates, ac ad omnes ordines, impedimento hujuſmodi non obſtante, potiùs admittendos. Quia igitur de facto hujuſmodi, & ejus circumſtantiis habere poteris notitiam pleniorem; Nos gerentes de Circumſpectione tuâ fiduciam ſpecialem in Domino præſentium tibi auctoritate committimus, & mandamus, ut diligenti Inquiſitione præmiſsâ, ſi prædicta inveneris veritate fulciri; & tibi etiam conſtiterit, quòd præfati Archionus, & filii non ſint de hæreticâ pravitate ſuſpecti; & in fidelitate, ac devotione Eccleſiæ ſupradictæ perſiſtant; ſuper quibus omnibus tuam intendimus conſcientiam onerare; auctoritate Noſtrâ denuncies, & declares, quòd propter præmiſſa, & eorum occaſione nihil eis poſſit objici, vel opponi, quin ad omnia ſæcularia officia, & beneficia Eccleſiaſtica, etiamſi Dignitates exiſtant, illis non obſtantibus, aſſumi liberè valeant; & ii, qui litterati eſſe noſcuntur, ad omnes Ordines promoveri; prout ſecundum Deum, & honorem Catholicæ Fidei videris expedire. Quod autem ſuper his inveneris, & duxeris faciendum, Nobis per tuas patentes litteras harum ſeriem continentes ſtudeas intimare.

& Alexandri Papæ IV. de hæreticis ſtatutum,

ejuſque interpretatio.

Archionis pater in hæreſim lapſus mox reſipiſcens vere Catholicus deceſſit e vita.

Spoletani tamen Cives Archionem, ejuſque filium a publicis officiis repellunt

Pontifex injungit, & præcipit ſupradicta

exitum rei depoſcens.

Datum apud Sanctam Sabinam v. Kalendas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

(a) FR. GALGANO DE EUGUBIO: In Umbria, & Provincia S, Franciſci.
(b) MILITIS: Ideſt *Equitis* juxta illorum temporum dialectum.
(c) ALEXANDRO PAPA: *IV.* hujus nominis.
(d) POSTULANTIBUS DECLARARI: Ut in epiſtola 459. *Quod ſuper nonnullis* data ann. 1258. idibus Decembris. quæ eſt 462. Alexandri PP. IV. in 2. hujus Operis tomo pag. *316*.
(e) PER SUAS LITTERAS RESPONDENDUM: Art. 12. ejuſdem epiſtolæ.
(f) PER SEDEM APOSTOLICAM DEPUTATUS: Fr. Angelus Tudertinus, de quo Waddingus ad ann. 1291. num. 14.

HONORIUS PP. IV. An. Ch. 1286.

Mandat citari detentores Beneficiorum Eccleſ. Ægydio Martini *conſanguineo* Joannis XXI. *collatorum ad ſiſtendum ſe Pontifici*. (Ex REGES. VATIC. PONTIF. epiſt. 178. anni 2.)

LXX.

Anno 1286. die 28. Novembris.

HONORIUS &c.

Dilectis Filiis ... Priori Prædicatorum, & ... Guardiano Minorum Fratrum Ordinum Toletanorum [a] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Ægydii Martini expoſitio de nonnullis Beneficiis Eccleſ. vacantibus a Ioanne XXI. ſibi reſervatis, & prædicto Ægydio Martini ſuo conſanguineo collatis.

DILECTUS Filius *Ægidius Martini* Cappellanus Noſter, conſanguineus fel. record. JOHANNIS PAPÆ [b] prædeceſſoris Noſtri expoſuit coram Nobis, quòd olim idem Prædeceſſor, dum adhuc viveret, volens ut Præbenda, & Archidiaconatus, quos quondam Magiſter *Raymundus de Peralta* Archidiaconus, & Canonicus *Toletanus*, qui in Curiâ Romanâ deceſſerat, in Eccleſiâ obtinuerat Toletanâ, cum præſtimoniis ad eum, dum viveret, de jure ibidem ſpectantibus per obitum ejus vacantes, per ipſius Prædeceſſoris providentiæ ſtudium conferrentur; Præbendam, Archidiaconatum, & Præſtimonia hujuſmodi ex tunc donationi Apoſtolicæ reſervavit, inhibens illis, ad quos illorum collatio pertinet, ne prætextu moderationis, quam piæ memoriæ GREGORIUS PAPA Decimus prædeceſſor Noſter ſuper Beneficiis apud ApoſtolicamSedem vacantibus poſt menſem per eorum Patronos, vel Ordinarios liberè conferendis edidit [c], de Præbendâ, Archidiaconatu, & præſtimoniis memoratis diſponere præſumeret quoquo modo. Decrevit etiam idem prædeceſſor Noſter JOHANNES irritum, & inane, ſi ſecus de ipſis per quoſcumque ſcienter, vel ignoranter contigeret attemptari. Poſtmodum verò præfatus prædeceſſor Noſter JOHANNES intendens eidem Cappellano gratiam facere ſpecialem, Canonicatum ejuſdem Eccleſiæ *Toletanæ* cum plenitudine juris Canonici, ac Præbendam, Archidiaconatum, & Præſtimonia hujuſmodi, ut præmittitur, vacantia, & donationi Apoſtolicæ reſervata cum omnibus juribus, & pertinentiis eorum auctoritate Apoſtolicâ Cappellano contulit memorato; & providit de ipſis, ipſumque inveſtivit præſentialiter de iiſdem; decernens, prout erat, irritum & inane, ſi ſecus de ipſis, vel aliquo præmiſſorum poſt mortem ſupradicti *Raymundi de Peralta*, Apoſtolicâ, vel quâvis auctoritate aliquâ attentatum exiſterit, vel impoſterum contigeret attentari; Non obſtantibus contrariis conſuetudinibus, vel ſtatutis, ſeu certo Canonicorum numero juramento, vel confirmatione Apoſtolicâ, ſeu quacumque firmitate vallatis, aut ſi aliqui ſuper receptione, ac proviſione ſuâ de Canonicatibus, Præbendis, Dignitatibus, Porſonatibus, & Præſtimoniis in eâdem Toletanâ Eccleſiâ ipſius prædeceſſoris JOHANNIS, aut prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum litteras impetrarant; & tàm ipſi auctoritate illarum, quàm quivis alii motu proprio Archiepiſcopi *Toletani*, qui fuerat pro tempore, ſeu Capituli Eccleſiæ memoratæ eſsent in eâ recepti, vel quòd reciperentur, inſtarent; & Canonicatus, Præbendas, Perſonatus, Dignitates, & Præſtimonia in Eccleſia expectarent eâdem; quibus omnibus idem prædeceſsor JOHANNES Cappellanum ipſum in aſsecutione Canonicatus, Præbendæ, Archidiaconatus, & Præſtimoniorum ipſorum præferri voluit; ſed quoad alia nullum per hoc præjudicium generari; vel quod tunc Eccleſia ipſa Paſtore vocabat; ſive quòd idem Cappellanus in Eccleſia *Ulixbonenſi* Canonicatum, Præbendam, Decanatum, ac in *Bracharenſi*, & *Bajocenſi* [d] Canonicatus, & Præbendas, necnon Parochialem Eccleſiam S. Johannis de Portu Molarum Ulixbonen. Diœceſis obtinebat; ſeu Conſtitutione Concilii Generalis [e], & alia, quam bonæ memoriæ [f] .. *Sabinen*. Epiſcopus tunc in illis partibus Apoſtolicæ Sedis Legatus contra obtinentes plura Beneficia no-

cum multorum obſervantium derogatione,

(a) TOLETAN.: Novæ Caſtellæ Metropolis ubi olim Fratres Ord. Min. ab anno 1217. locum obtinuerant ex Waddingo ad eum ann. num. 26., eratque caput *Cuſtodiæ* ſui nominis in Provincia Caſtellæ ex recenſione Provinciarum, & Cuſtodiarum Ordinis noſtri anno 1260. Narbone in Gen. Comitiis facta.

(b) JOHANNIS PAPÆ: XXI. hujus nominis natione Portugalenſis.

(c) EDIDIT: Anno 1274. in Concilio Lugdunen. 21. in 6. decr. lib. relatam.

(d) BAIOCEN.: In Normania vulgo *Bayeux*.

(e) CONCILII GENERALIS: Lateranenſis IV. anno 1215. celebrati.

(f) BONÆ MEMORIÆ: *Joannes* Halgrin de Abbatis Villa anno 1229. in Aragoniam Legatus, de quo in 1. hujus Operis tom. pag. 47. & alibi dictum eſt, ejus *Concilium* & Conſtitutiones ibidem editas Collectoribus Conciliorum non innotuiſſe.

Digitized by Google

noſcitur edidiſſe; vel ſi aliquibus cujuſcumque dignitatis, conditionis, ordinis, ſive ſtatus communiter, vel diviſim foret a præfatâ Sede indultum, quòd ad receptionem; vel ad proviſionem alicujus minimè tenerentur; quòdque ad id compelli non poſſent; & quòd aliàs de Perſonatibus, Dignitatibus, Canoniis [a], Præbendis, & Præſtimoniis ad eorum collationem, electionem, proviſionem, & diſpoſitionem quamcumque conjunctim, vel ſeparatim ſpectantibus non poſſet alicui provideri; ſive quibuſcumque privilegiis & indulgentiis Sedis ejuſdem, per quæ ejuſdem prædeceſſoris Noſtri Johannis litteris non expreſſa, vel totaliter non inſerta hujuſmodi gratiæ impediri, vel differri poſſet effectus; & de quibus quorumcumque totis tenoribus de verbo ad verbum in litteris ipſis fieri deberet mentio ſpecialis; vel ſi prædictus Cappellanus præſens non eſſet ad præſtandum de obſervandis ipſius Eccleſiæ *Toletanæ* ſtatutis, privilegiis, & conſuetudinibus ſolitum juramentum, ad quod ſæpedictus prædeceſſor Noſter Johannes eumdem Cappellanum teneri voluit; dummodo illud per Procurarorem ſuper hoc habentem ab eo ſpeciale mandatum exhiberet, certis ſibi ſuper præmiſſis ſub certâ formâ executoribus deputatis; ſed confectæ ſuper hoc ejuſdem prædeceſſoris Johannis litteræ ad Bullam [b], eodem prædeceſſore prævento morte, minimè pervenerunt. Verùm *Ferrandus Roderici*, qui tunc ſe pro Electo Toletano gerebat [c], Archidiaconatum, & Præſtimonia Magiſtro Gofrido; Canonicatum verò, & Præbendam prædicta, ut prædicitur, præfato Cappellano collata Roderico Martini Canonico Burgenſi de facto, cum de jure non poſſet, contra reſervationem; inhibitionem, collationem, proviſionem, inveſtituram, & decretum præfata conferre præſumpſit; qui talis collationis prætextu ea detinent occupata in ejuſdem Cappellani non modicum præjudicium, & gravamen. Quare idem *Cappellanus* Nobis humiliter ſupplicavit, ut cum ex collatione, ac proviſione per eumdem prædeceſſorem Johannem de prædictis, ut præmittitur ſibi factis plenum jus ſibi confidat fore quæſitum; nec ſperet propter potentiam partis adverſæ in partibus illis ſuper præmiſſis poſſe aſſequi juſtitiæ complementum; & apud Sedem Apoſtolicam probationes paratas habeat, per quas ſuam intendit intentionem fundare; providere ſuper hoc ei, faciendo ſibi apud Sedem ipſam juſtitiæ plenitudinem exhiberi, miſericorditer curaremus. Nos igitur ejuſdem *Cappellani* ſupplicationibus annuentes Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios prædictos Magiſtrum Gofridum, & Rodericum, ac alios Archidiaconatus, Præbendæ, & Præſtimoniorum prædictorum detentores, & illos etiam, qui ſua crediderint intereſſe, auctoritate Noſtrâ peremptoriè citare curetis, ut infra trium menſium ſpatium poſt citationem hujuſmodi cum omnibus juribus, & munimentis ſuis, negotium hujuſmodi contingentibus, per ſe, vel Procuratores ydoneos compareant coram Nobis facturi, & recepturi ſuper præmiſſis, quod ordo dictaverit rationis. Diem verò citationis & formam, & quidquid inde feceritis Nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes ſtudeatis fideliter intimare. Non obſtantibus indulgentiâ, qua vobis vel Ordinibus veſtris dicitur ab Apoſtolicâ Sede conceſſum, ut non teneamini vos intromittere de quibuſcumque negotiis, quæ vobis per litteras a Sede committuntur eâdem quæ de indulto hujuſmodi plenam, & expreſſam non facerent mentionem.

Sed Electus Toletanus illa aliis diſtribuit, contra quem Ægidius Martini ad A. S. appellat, & Pontifex mandat ſupradicta.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam iv. Kalendas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Provideant efficaciter contra Judæos *multa flagitia patrantes cum Fidei Chriſtianæ detrimento*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. cur. 42. lib.2. apud Raynaldum ad hunc annum num.25. & ſeq.)

HONO-

(a) Canoniis: Nempe Canonicorum officiis.
(b) Ad Bullam: Nimirum *Bullæ* conſignatæ, ſeu Pontificio ſigillo non appoſito.
(c) Gerebat: Anno 1277., quo Joannes XXI. die 16. Maji obiit.

Digitized by Google

HONORIUS PP. IV. An.Ch.1286.

LXXI.

Anno 1286. die 30. Novembris.

a b c

De Judæorum Anglic. perfidia.

HONORIUS &c.

Venerabili Fratri .... [a] *Archiepiſcopo* Cantuarien. [b], *& ejus Suffraganeis* [c] *Sal.*, *& Apoſt. Bened.*

NIMIS in partibus Anglicanis, prout accepimus *Judæorum* damnata perfidia in noſtri contumeliam Creatoris, & detrimentum Catholicæ Fidei nefandis actibus, & horrendis operibus relaxavit habenas. Ipſi enim librum quemdam malignâ fraude compoſitum habere dicuntur quem *Thalmud* [d] vulgariter nuncupant, abominationes, falſitates, infidelitates, & abuſiones multimodas continentem: in hoc quippe libro damnabili ſuum continuant ſtudium, & circa ipſius nefaria documenta ipſorum prava ſolicitudo verſatur. Illius inſuper doctrinæ lethiferæ proprios ab annis teneris filios deputant, ut ejus venenoſis pabulis imbuantur; eoſque inſtruere, ac informare non metuunt, quòd magis in libro contentis eodem, quam expreſſis in lege Moſaicâ credi debet, ut iidem Filii Dei Filium fugientes per devia infidelitatis exorbitent; & ad veritatis ſemitam non accedant. Præfati quoque Judæi non ſolum mentes Fidelium ad eorum ſectam peſtiferam allicere moliuntur; verùm etiam illos, qui ſalubri ducti conſilio infidelitatis abjurantes errorem ad lucem Catholicæ Fidei convolarunt, donis multimodis ad apoſtatandum inducere non verentur, quorum aliqui doloſâ Judæorum ipſorum ſeducti malitiâ publicè illis cohabitant; & juxta ritum & legem ipſorum in Parochiis, in quarum Eccleſiis renati ſacro fonte Baptiſmatis extiterunt, obſcenam immò nequiſſimam vitam ducunt in noſtri Redemptoris injuriam, Fidelium ſcandalum, & derogationem Fidei Chriſtianæ: ac etiam nonnullos ex talibus iidem Judæi ad alia loca nequiter deſtinant, ut ibi tamquam incogniti ad ſuam perfidiam revertantur. Non omittit Judæorum ipſorum nequitia, quin Fidei orthodoxæ cultores quolibet die *Sabbati*, ac aliis ſolemnitatibus eorumdem invitet, ac inſtanter inducat, ut in Synagogis ſuis ipſorum officium audiant, illudque juxta ſui ritus conſuetudinem ſolemnizent rotulo involuto membranis, ſeu libro, in quibus lex eorum conſcripta conſiſtit, reverentiam exhibentes: quamobrem plerique Chriſticolæ cum Judæis pariter judaizant. Præſumunt quoque præfati Judæi Chriſtianos in ſuâ familiâ retinere, quos in Divinæ Majeſtatis opprobrium diebus Dominicis, & Feſtivis operibus occupari ſervilibus, a quibus eſt potius abſtinendum, nefariâ juſſione compellunt. Admittunt etiam in ſuis domibus Chriſtianas ad ipſorum infantes ſeu pueros educandos; & tam iidem Chriſtiani, quam Chriſtianæ Judæis ipſis cohabitant, eiſque convivunt: ſicque dum opportunitas ſuggerit, & pravis actibus tempus favet, Judæorum mulieribus Chriſtiani, & Judæi Chriſtianorum Fœminis frequenter infauſto commercio commiſcentur. Alii nihilominus Chriſtiani & Judæi viciſſim in domibus propriis ſæpe conveniunt; & dum ſimul commeſſationibus, & potationibus vacant, erroris materia præparatur. Singulis quoque diebus in orationibus, vel veriùs execrationibus ſuis in maledictionem Chriſtianorum damnabili præſumptione prorumpunt, alia nonnulla committendo nequiſſima, quæ noſcuntur in offenſam Dei, & animarum Chriſtianorum diſpendium redundare. Verùm etſi nonnulli ex vobis ſæpe ſæpius fuerint, prout aſſeritur requiſiti, ut ſuper iis opportunum curarent remedium adhibere; id tamen efficere neglexerunt; de quo tantò propenſiùs admirari compellimur, quantò ex debito paſtoralis officii ſe promptiores & efficatiores exhibere tenentur ad ulciſcendas noſtri Salvatoris injurias, & hoſtium Fidei Chriſtianæ conatus nefarios reprimendum. Cum itaque non ſit tam peſtilens, & periculoſus morbus aliquatenus contemnendus, ne, quod abſit, relictus neglectui tractu temporis invaleſcat; & adverſus tantæ tamque damnabilis temeritatis audaciam promptis teneamini conſurgere animis, & ad ejus repreſſionem, & confuſionem omnimodam effi-

Marginalia: d — qui plus tribuunt Thalmudicis fabulis quam Moyſi legi. — Fideles, & converſos pervertere nituntur. — ſimplices ad Sabbati, eorumque ſolemnitatum obſervantiam alliciunt. — Chriſtianos ſibi inſervire & feſtis diebus ad opera prohibita compellunt. — Nutrices ſuorum infantium Chriſtianas admittunt, ex quibus mala. — Orando Chriſtianis maledicunt, aliaque nequiſſima perpetrant. — Nonnulli Præſules Anglic. ea negligunt.

(a) VEN. FRATRI ...: *Joanni Pekamo* Anglo ex Ord.Min. anno 1279. aſſumpto a Nicolao III., ut ad eum annum videre eſt.

(b) CANTUARIEN.: Metropolis Anglorum præcipuæ vulgo Anglico *Canterbury*.

(c) SUFFRAGANEIS: Qui numero dicuntur nunc 21. al. 23., quorum præcipui *Londinen.*, *Roffen.*, *Lincolnien.*, *Ciceſtrien.*, *Vintonien.*

(d) THALMUD: Toties a Summis Pontificibus *Gregorio IX.*, ejuſque ſucceſſoribus proſcriptum.

Digitized by Google

efficax ſtudium, operamque ſolicitam impertiri, ut frænatis hujuſmodi perverſis auſibus Catholicæ Fidei dignitas glorioſis proficiat incrementis: Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus per vos ſuper præmiſſis & ſingulis præmiſſorum per inhibitiones, & pœnas ſpirituales & temporales, alioſque modos, de quibus expedire videritis, in prædicationibus veſtris, & aliis ad hoc temporibus congruis per vos, & alios exprimendos ſtudeatis juxta officii veſtri debitum ſic efficaciter & ſolicitè providere, ut morbus hujuſmodi per adhibendæ medicinæ remedium amputetur; voſque proinde apud æterni Regis Clementiam præmium conſequi valeatis; ac Nos veſtram curioſam ſolertiam, & diligentem vigilantiam dignis in Domino laudibus attollamus. Quod autem in hac parte feceritis, Nobis per veſtras litteras plenius intimetis.

Jubet Pontifex, quo par eſt, zelo his mederi.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam II. Kalendas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo [a].

Scrutentur, an expediat venditio nonnullorum prædiorum Eccleſiæ Reatinæ *pro ære alieno ſolvendo; & ſi id quidem, venditio permittatur.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epiſt. 200. anni 2.)

LXXII. Anno 1286. die 9. Decembris.

HONORIUS &c.

Dilectis Filiis .. Domus Prædicatorum, & .. Sancti Auguſtini Prioribus, ac .. Guardiano Minorum Fratrum Ordinum Reatin. [b] *Sal., & Apoſt. Bened.*

Epiſcopi, Capitulique Reatin. petitionis tenor

LECTA coram Nobis Venerabilis Fratris Noſtri *Andreæ* [c] Epiſcopi, & dilectorum Filiorum Capituli *Reatin.* petitio continebat, quòd venerabilis Frater Noſter *Petrus Montis Regalis* Archiepiſcopus[d] olim Epiſcopus Reatinus[e] unà cum Capitulo ipſo *Caſtrum Sancti Liberati* Reatinæ Diœceſis pro mille & quingentis, & ſexaginta florenis auri emerunt ad opus Eccleſiæ Reatinæ; ac certam partem hujuſmodi pretii perſolverunt, trecentis aliis florenis auri pro expenſis neceſſariis factis in cuſtodiâ, & reparatione ipſius *Caſtri* nihilominus perſolutis. Cum autem prædicta Eccleſia ſit adhuc in nongentos & ſeptuaginta florenos auri occaſione hujuſmodi obligata: nec habeat in bonis mobilibus prædicta Eccleſia, unde poſſit ad præſens de hujuſmodi pecuniæ ſatisfieri quantitate; iidem Epiſcopus & Capitulum Nobis humiliter ſupplicarunt, ut vendendi de Terris, poſſeſſionibus, domibus, & caſalinis eidem Eccleſiæ minus utilibus uſque ad quantitatem hujuſmodi pecuniæ perſolvendæ; ac convertendi in ſolutionem hujuſmodi pecuniam, quam ex terris, poſſeſſionibus, domibus, & caſalinis prædictis receperint; ut Eccleſia eadem ab hujuſmodi onere debiti liberetur, licentiam benignè concedere dignaremur. Nos indemnitatibus ejuſdem Eccleſiæ precavere volentes, & gerentes de probitate veſtrâ fiduciam in Domino pleniorem, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs ſuper præmiſſis vos omnes ſimul inquiratis diligentiùs veritatem; & ſi rem inveneritis ita eſſe; quòdque magis expediat ipſi Eccleſiæ vendere res prædictas, quàm *Caſtrum* dimittere memoratum, ſuper quibus veſtras intendimus conſcientias onerare; vos de terris, poſſeſſionibus, domibus, & caſalinis ejuſdem Eccleſiæ minus utilibus uſque ad quantitatem nongentorum, & ſeptuaginta florenorum, vel circa, præfatis Epiſcopo & Capitulo, auctoritate Noſtrâ vendendi, auctoritatem præſtetis; ſed vos quantitatem hujuſmodi tàm in ejuſdem pretii, quàm expenſarum ipſarum ſolutionem, & non in uſus alios convertatis; ita quòd exinde dignam Deo poſſitis reddere rationem; Noſque circumſpectionem veſtram dignis in Domino laudibus commendemus. Quod autem feceritis in hac parte, Nobis per veſtras lit-

de Caſtro S. Liberati empto,

eorumque Eccleſia ob id ære alieno gravata,

pro cujus ſolutione petunt facultatem alienandi aliqua bona.

Pontifex committit ſupra dicta.

(a) Eamdem epiſtolam miſit Archiepiſcopo *Eboracenſi*, ejuſque ſuffraganeis hoc anno die 14. Kalend. Decembris, quam Joannes XXII. innovavit anno 1320. die 4. Septembris apud Raynaldum ad eum ann. n.24.

(b) Reatin.: De quo Fratrum Minorum loco dictum eſt in 1. hujus Operis tomo pag.381. (f), & de Civitate ibi pag.627. (d).

(c) Andreæ: Cujus mentio videatur apud Ughellum to.1. Ital.Sac.

(d) P. Montis Regalis Archiepisc.: In Inſula Siciliæ hoc anno vel ſuperiore ad illam Eccleſiam tranſlatus, de quo Lelius in Hiſt. Montis Regalis de X. Archiepiſc. Petro Gerra.

(e) Episc. Reatinus. Anno 1278. conſtitutus ex cit. Ughello, & ex 47. epiſt. Nicolaii III. *In Supremo &c.* ſupra relata.

Digitized by Google

litteras fideliter intimetis. Non obſtante Indulgentiâ &c. [a]

cum obſtantis derogatione. a

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam v. Idus Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Fr. Petro O. *M. Eccleſiam* Wibergen. *dimittente, jubetur alterum ſibi in Epiſcopum eligere*. (Ex Regesto Vatic. Pontif. epiſt. 209. anni 2.)

LXXIII. Anno 1286. die 18. Decembris. b

HONORIUS &c.

Dilectis Filiis.. Præpoſito, & Capitulo Eccleſiæ Wibergen. [b] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Cedente Fr. Petro O. M., c d

CUM *Frater Petrus* [c] de Ordine Minorum, qui diù [d] ſe geſſerit pro Epiſcopo *Wibergen.*, in manibus Noſtris ſpontè, ac liberè reſignarit; Nos cupientes ipſi Eccleſiæ ſic vacanti de Paſtore idoneo celeriter, & utiliter provideri, electionem faciendam de illo, vobis de Fratrum Noſtrorum conſilio providimus remittendam, Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenùs Deum habentes præ oculis, præfatæ Eccleſiæ de perſonâ ydoneâ, quæ tanto congruat oneri & honori per electionem canonicam, ſeu poſtulationem concordem providere curetis; ita quòd ex hoc poſſitis dignis in Domino laudibus merito commendari.

Pontifex injungit novi Paſtoris electionem.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam xv. Kalendas Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Poteſtatem facit erigendi Monaſterium pro Sanctimonialibus Clariſſis juxta Villam S. Marcelli *prope* Pariſios. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 250. anni 2., teſte etiam Waddingo ad annum 1288. n. 42.)

LXXIV. Anno 1287. die 9. Januarii.

HONORIUS &c.

Dilecto Filio J. tituli Sanctæ Ceciliæ Presbytero Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato Salutem, & Apoſt. Bened.

EX parte chariſſimi in Chriſto Filii Noſtri *Philippi Regis Franciæ* illuſtris fuit propoſitum coram Nobis, quòd dilectus filius Magiſter *Galienus de Piſis* Canonicus Eccleſiæ de Sancto Audomaro de propriâ ſalute recogitans, & cupiens terrena in cæleſtia, & tranſitoria in æterna felici commutare commercio, votoque ſalubri Maneria ſua ſita juxta Villam *Sancti Marcelli* prope Pariſius, quæ ſunt circumvallata muris, una cum Prato Maneriis ipſis injuncto, perſonarum per quas æterni Regis inſiſtatur laudibus perpetuis uſibus deputare, Maneria & Pratum prædicta in augmentum cultus Divini dedit liberaliter, & conceſſit, ordinando, & decernendo, ut in ipſis ordinetur Monaſteriùm, in quo Sorores Minores Ordinis Sanctæ Claræ viventes ſub obſervantiâ *Regulæ*, quæ ſervatur in Monaſterio *Humilitatis* Beatæ Mariæ prope Sanctum Clodoaldum Pariſien. Diœceſis, collocentur; claræ quoque memoriæ *Philippus* Rex Franciæ Genitor dicti Regis tam pium opus favore proſequens oportuno in recompenſationem Cenſuum, qui ex eiſdem Maneriis, & Prato *Sancti Marcelli*, & Sanctæ Genovefæ Pariſien. Eccleſiis, ac Hoſpitali Hieroſolymitano antea ſolvebantur, a quorum præſtatione prædicta Maneria, & Pratum per Eccleſiarum, & Hoſpitalis prædictorum Perſonas propter hoc ad ipſius inſtantiam abſoluta fuerunt; certos, & competentes redditus de bonis Regiis aſſignavit. Quare pro parte dicti Regis, & etiam cariſſimarum in Chriſto Filiarum Noſtrarum Margaretæ, Mariæ, & Johannæ Illuſtrium Reginarum Franciæ fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut prædictorum Regis, & Magiſtri Galieni piam actionem, & laudabile deſiderium in hac parte Apoſtolici favoris præſidio benignè proſequi curaremus. Nos igitur hujuſmodi Regiis precibus annuere favorabiliter intendentes; & quod ſuper præmiſſis per præfatos Regem, & Galienum factum eſt, ratum & gratum habentes; idque auctoritate Apoſtolicâ confirmantes; gerentes quoque de circumſpectione tuâ in Domino fiduciam pleniorem, præſentium tibi auctori-

(a) Indulgentia &c.: Ut in *Bulla* 95. Nicolai III.

(b) Wibergen.: al. *Wiburgen.* in Dania, de qua Eccleſia. & Civitate videatur 23. epiſtola Martini IV. *Significarunt Nobis &c*, anno 1282. die 26. April. data.

(c) Fr. Petrus: Cujus eſt mentio in præfata epiſtola 23. Martini IV., & in 1. Honorii IV. *Expoſuerunt Nobis &c.* anno 1285. Nonis April. ſcripta.

(d) Diu: Electus enim fuerat ſub *Clemente IV.*, qui obiit diem anno 1268., & conſecratus a Jacobo Archiepiſcopo Lunden. anno 1274. menſe Majo defuncto.

Digitized by Google

ctoritate committimus, & mandamus, quatenùs præmiſſis veris exiſtentibus juxta prædictam ordinationem ipſius Magiſtri Galieni concedas, mandes, & facias per te, vel per alium, aut alios in dictis Maneriis ſine juris præjudicio alieni Monaſterium ordinari; & hujuſmodi Sorores auctoritate Noſtrâ inſtituas, & colloces in eodem, ut ibidem perpetuis temporibus vivant ſub obſervantiâ *Regulæ* ſupradictæ; ipſiſque Sororibus, poſtquam ibidem collocatæ fuerint, eâdem auctoritate concedas, ut poſſint in Eccleſiâ inibi conſtructâ liberè celebrare Divina, & uti privilegiis, indulgentiis, libertatibus, immunitatibus, quæ Sororibus prædicti Ordinis a Sede Apoſtolicâ ſunt conceſſa; Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo: Non obſtante, ſi aliquibus, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, ſub quacumque formâ verborum a Sede Apoſtolicâ ſit indultum, & quacumque aliâ indulgentiâ dictæ Sedis, per quam Noſtris litteris non expreſſam, vel de verbo ad verbum totaliter non inſertam effectus præſentium impediri quomodolibet valeat, vel differri.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam v. Idus Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.[a]

a

Si facta perquiſitione expediens invenerint Eccleſiæ Inſulanæ *permutare quaſdam terras cum* Comite Flandriæ, *permittant*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. ep. 212. an. 2.)

LXXV. Anno 1287. die 11. Januarii.

HONORIUS &c.

b c d

Venerabili Fratri[b] *Epiſcopo* Tornacen.[c], *& dilectis Filiis.. Priori Prædicatorum, &.. Guardiano Minorum Fratrum Ordinum* Inſulen.[d] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Inſulen. Capituli relatio

Significarunt Nobis.. Decanus, & Capitulum Eccleſiæ *Inſulen.* Tornacen. Diœceſis, quòd plerumque inter

Tom. III.

A ipſos ex parte unâ, & Scabinos[e], & Communitatem ejuſdem Villæ ex alterâ, prætextu quarumdam terrarum, quas dicti Decanus, & Capitulum in Parochiâ Sancti Martini ejuſdem Villæ obtinent, gravia ſcandala ſuſcitantur, ex quibus dicti Decanus & Capitulum ferè importabilia onera & laborum, & expenſarum incurrunt. Unde cum Nobilis Vir..[f] Comes *Flandriæ* Dominus ejuſdem Villæ pro eiſdem Terris cum juribus & pertinentiis ſuis quædam bona immobilia, B multò utiliora, ut in eâdem Villâ occaſione prædictarum Terrarum ſubducatur omnino materia diſſidendi, cum eis deſideret permutare; iidem Decanus & Capitulum Nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum eodem Nobili faciendi permutationem hujuſmodi eis licentiam largiremur. Nos itaque de circumſpectione veſtrâ gerentes in Domino fiduciam pleniorem, Diſcretioni veſtræ per Apoſto- C lica ſcripta mandamus, quatenùs, ſi diligenti inquiſitione præviâ inveneritis, quòd id, ſuper quo veſtram intendimus conſcientiam onerare, utilitati expediat Eccleſiæ memoratæ, & aliàs Eccleſia ipſa ſuper hoc conditionem ſuam faciat meliorem; ſæpefatis.. Decano & Capitulo auctoritate Noſtrâ concedatis licentiam poſtulatam, Conſtitutione contrariâ non obſtante: Proviſo attentiùs, ne D quod pro ipſius Eccleſiæ utilitate quæritur in hac parte, in ejus poſſit vergere detrimentum; idque a Nobis a Domino in diſtricto examine requiratur. Quòd ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe, tu, Frater Epiſcope, cum eorum altero ea nihilomus exequaris.

e de offenſionibus inter ipſum, & loci Communitatem, ob terras quaſdam,

f quas cum Flandriæ Comite permutare ea de cauſa cupiunt,

& a S.A. facultatem poſtulat.

Pontifex mandat ut ſupra

cum juſſionis moderatione.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam III. Idus Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

E

Ab impedimento Matrimonii *quorundam, ſi eorum aſſerta conſiſtant, diſpenſent*. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epiſt. 247. anni 2.)

HONO-

(a) Conſulas 4. *Bullam* Nicolai IV. pro notis; eadem quippe eſt ad verbum: crediderim enim obiiſſe Pontificem; antequam litteræ ſint tranſmiſſæ; ideoque Nicolaum eas ſuo nomine emiſiſſe.

(b) Ven. Fratri...: *Philippo* Menſue, de quo etiam ſupra.

(c) Tornacen.: In Belgio vulgo *Tournay* tunc Remen. nunc Cameracen. Archiepiſcopi ſuffraganeo.

(d) Insulen.: Vulgo *Lilla* Belgii, Flandriæque Galliæ urbis primariæ, de cujus Fratrum Minor. veteri Cœnobio dictum eſt alias.

(e) Scabinos: Judices, al. Judicum Communitatis Aſſeſſores, ut in 1. hujus Operis to. pag. 467.

(f) Nobilis Vir....: *Guido* in Annalibus Eccleſiaſticis pietate celebratus, & paulo ante a nobis memoratus.

Digitized by Google

LXXVI.

Anno 1289. die 4. Februarii.

HONORIUS &c.

Dilectis Filiis ... Archidiacono, & ... Priori Prædicatorum, & ... Guardiano Fratrum Minorum Ordinum Pergamen.[a] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Bergomen. conjugum petitionis tenor

EXHIBITA Nobis dilecti Filii Nobilis Viri *Theobaldi de Cataneis* de *Muco*, & dilectæ in Chriſto Filiæ Nobilis Mulieris *Gillæ* natæ dilecti Filii Nobilis Viri Armanni de *Bongiis*[b] de Pergamo petitio continebat; quòd olim ad ſedandas graves inimicitias inter conſanguineos & amicos eorum, procurante pacis æmulo ſuſcitatas, ex quibus plura animarum pericula, totique Civitati Pergamenæ dura diſcrimina incumbebant; ignorantes, quòd aliqua eſſet affinitas inter eos, publicè in faciem Eccleſiæ, prout in partibus illis moris eſſe dignoſcitur, matrimonium invicem contraxerunt, nemine contradicente, vel impedimentum aliquod proponente; ac poſtmodum inter eos carnali copulâ ſubſecutâ, filium procrearunt: Et tandem compertum extitit, quòd quondam Stezana præfati *Teobaldi* uxor eidem *Gillæ* erat, dum viveret, *tertio* conſanginitatis gradu conjuncta. Quare dicti *Theobaldus* & *Gilla* habentes exinde conſcientias remordentes ſuper hoc Apoſtolicæ Sedis miſericordiam implorarunt. Et aſſerentes, quòd ex hujuſmodi matrimonii ſeparatione, ſi fieret, graviores inimicitias ſuſcitari, & majora evenire pericula inter ipſos, & conſanguineos, & amicos eoſdem, magnumque in partibus illis ſcandalum contigeret generari; Nobis humiliter ſupplicarunt, ut hujuſmodi periculis occurrentes, cum eis, quòd, impedimento hujuſmodi non obſtante, in matrimonio remanere licitè valeant, diſpenſare miſericorditer dignaremur. Nos autem, qui ſalutem quærimus ſingulorum; & libenter Chriſtifidelibus quietis commoda procuramus; volentes evitare pericula ſupradicta, quia vos de facto, & facti circumſtantiis habere poteritis notitiam pleniorem; prævia vobis auctoritate committimus, ut, ſi præmiſſis veritas ſuffragatur; & præfati *Theobaldus* & *Gilla* tactis Sacroſanctis Evangeliis præſtito firmaverint juramento, quòd contracti matrimonii prædicti tempore, impedimentum hujuſmodi ignorabant; & timeatur de periculis, quæ narrantur, ſuper quibus veſtram intendimus conſcientiam onerare; cum *Theobaldo* & *Gilla* prædictis, quòd, eodem impedimento nequaquam obſtante, in ſic contracto matrimonio remanere licitè valeant; auctoritate Noſtrâ diſpenſare curetis; prout ſecundum Deum videritis expedire; Prolem ſuſceptam, & ſuſcipiendam ex eis legitimam nunciando. Non obſtante Indulgentiâ, ſi qua vobis, Filii Prior, & Guardiane, vel Ordinibus veſtris a Sede Apoſtolicâ ſit conceſſa, quòd non teneamini vos intromittere de quibuſcumque negotiis, quæ vobis per litteras a Sede committuntur eâdem, niſi de indulto hujuſmodi plena, & expreſſa mentio habeatur. Quòd ſi non omnes iis exequendis intereſſe potueritis, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

de cauſa eorum conjugii

cum impedimento ignoranter contracti.

quo impedimento cognito,

ſupplicant pro diſpenſatione.

mandati moderatio.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam II. Nonas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Promovetur ad Epiſcopatum Novarienſem *in Inſubria*. (Ex REGES. VATIC. epiſt. 241. apud WADDINGUM ad hunc annum n. 15. Regeſti Pontif.)

LXXVII.

Anno 1287. die 14. Februarii.

HONORIUS &c.

Dilecto Filio Fratri Engleſio[c] Novarien.[d] *Electo Sal., & Apoſt. Bened.*

Exordium.

EX ſuſceptæ ſervitutis officio ſollicitudine pulſamur aſſiduâ, ut Eccleſias ſpiritualibus commodis augeamus;

(a) PERGAMEN.: Vulgo *Bergamo* olim in Cenomanis nunc in Longobardia Civitatis ſatis notæ, ubi de vetuſtate Cœnobii Ord. Prædicat. legi poterunt nuperi Annales illius Ordinis to. 1. lib. 2. n. 47. ann. 1219. de illo autem Ordinis noſtri illi coævo ea, quæ ex Waddingo retulimus to. 2. huius Operis pag. 142., erat enim 2. *Cuſtodia Brixien.* in Provincia Mediolanenſi ex veteri alias allato *Provinciali* noſtri Ordinis.

(b) DE BONGIIS: Familia illius urbis clariſſima, & hujuſce noſtri Conventus adeo benemerita, ut ſupra januam primi Clauſtri e regione ſecundi hæc epigraphis ſit appoſita: *Nobiliſſima familia de Bongis, quæ locum hunc ad Conventum ædificandum præbuit PP. beneficii memores poſuere.*

(c) FR. ENGLESIO: De *Caballatiis* Patritio Novarienſi ex Ord. Min. de quo Ughellus to. 4. Ital. Sac.

(d) NOVARIEN.: In Gallia Ciſalpina, Inſubriaque nunc *Lombardia* ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi.

Digitized by Google

HONORIUS PP. IV. An.Ch.1287.

mus; & earum maximè per debitæ proviſionis miniſterium neceſſitatibus conſulamus, quæ ſolatio deſtitutæ Paſtoris diutiùs viduitatis incommoda deplorarunt. Dudum ſiquidem *Novarien.* Eccleſiâ per obitum bonæ memoriæ *Singebaldi* [a] Novarien. Epiſcopi, Paſtore vacante; Canonici ejuſdem Eccleſiæ vota ſua dividentes in plures, duas electiones, unam videlicet de *Franciſco* Archidiacono ipſius Eccleſiæ, & aliam de quodam *Payno* Præpoſito Eccleſiæ S. Gaudentii Novarien. in diſcordiâ celebrarunt: hujuſmodi ergò electionis negotio per appellationem ipſius *Payni* ad Sedem Apoſtolicam legitimè devoluto fel. record. GREGORIUS PAPA X. [b] prædeceſſor Noſter piæ memoriæ MARTINUM PAPAM [c] prædeceſſorem Noſtrum tunc tituli Sanctæ Ceciliæ Præsbyterum Cardinalem in negotio ipſo conceſſit partibus Auditorem [d]; ſed eodem *Payno* poſt nonnullos proceſſus in causâ ipsâ coram eodem *Martino* habitos naturæ debitum perſolvente; dictoque *Archidiacono* juri, ſi quod ſibi ex electione hujuſmodi de ſe factâ fuerat acquiſitum, in Noſtris manibus renunciante liberè, ac expreſsè; Nos diligentiùs attendentes, quàm ſit onuſta diſpendiis; quot, & quanta pericula ſecum trahat Eccleſiarum vacatio diuturna; penſantes quoque grandia tuæ probitatis merita, honeſtatem morum, converſationem laudabilem; aliaſque virtutes, quibus perſonam tuam virtutum Dominus decoravit, de te Ordinis *Fratrum Minorum* eidem Eccleſiæ *Novarien.* de Fratrum Noſtrorum conſilio duximus providendum; teque ipſi Eccleſiæ præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem illius tibi in ſpiritualibus, & temporalibus committentes; firmâ ſusceptâ fiduciâ, quòd dirigente Domino actus tuos præfata Eccleſiâ *Novarien.* per tuæ circumſpectionis induſtriam proſperè dirigetur, & ſalubria, dante Domino, ſuſcipiet incrementa. Jugum itaque Domini reverentiâ promptâ ſuſcipias, & ſuavi ejus oneri ſub humilitatis ſpiritu colla ſubmittas præfatæ Eccleſiæ ſollicitam curam gerens gregem Domini in eâ tuæ Diſcretioni commiſſum doctrinâ verbi, & operis informando; Ita quòd per tuæ diligentiæ ſtudium Eccleſiâ ipsâ votivis proficere commodis, & optatis conſurgere valeat incrementis.

Novarien Eccleſia Paſtore deſtituta. — Electores in diſcordia duos elegerunt, — quorum alter in controverſia ex hac vita migravit, — alter vero abiit cauſa, jurique ceſſit, — & Pontifex commendatum Fr. Engleſium aſſumit, — adhortans, ut jugum ſuſcipiat, & ſollicitè gregem dirigat.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam XVI. Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Bergen. Epiſcopi in Archiep. Nidroſien. *poſtulatione judicio Abbatis Ciſterc.*, *Prioris Prædic.*, *& Guardiani Minor. Ord. dimiſſa ſequens admittitur, & confirmatur.* (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epiſt. 248. anni 2.)

HONORIUS &c. LXXVIII.

Anno 1287. die 15. Februarii.

Venerabili Fratri Jarundo *quondam* Amaren. [e] *Epiſcopo* Nidroſien. [f] *Electo Salutem*, *& Apoſt. Benedictionem*.

Exordium.

DEBITUM paſtoralis officii ex alto Nobis commiſſi requirit, ut inter ſollicitudines alias, quibus aſſiduè premimur, ſpecialiter circa Eccleſias ſolertiam adhibentes ipſarum utilitatibus intendamus in eo maximè, ut viduatis Eccleſiis, ne longæ vacationis diſpendia patiantur, celeriter Noſtræ diligentiæ ſtudio de illorum provideatur ſubſtitutione Paſtorum, per quos ſpiritualiter & temporaliter auctore Domino continuum ſuſcipiatur incrementum. Dudum ſiquidem Nidroſienſi Eccleſiâ per obitum bonæ me: *Johannis* [g] Archiepiſcopi Nidroſien. vacante; Capitulum ipſius Eccle-

Vacante Nidroſien. Eccleſia,

Tom. III. Ffff 2

(a) SINGEBALDI: Ejuſdem familiæ de *Caballatiis*: utriuſque meminit Petrus Azarius Novarienſis in Chronico apud tom. 16. Rer. Ital. cap. 12. inquiens: *pars Caballariorum multum crevit propter potentiam duorum Epiſcoporum videlicet Engleſii, & Sigembaldi, qui ſapienter & diſpenſate ſe gerentes addiderunt plures Domos nobiles de Novaria ſua domui eadem inſignia portantes videlicet Caballum &c.* præmiſitque *Engleſium* ſublevaſſe domum *Torniellorum* ex præcipuis Novariæ Civibus cum illis de *Bruſatis* certantibus.

(b) GREGORIUS PAPA X.: Anno 1276. die 10. Ianuarii defunctus.

(c) MARTINUM PAPAM: Hujus nominis IV.

(d) AUDITOREM: Ex quibus elucet, quantum vacuerit hæc Eccleſia.

(e) AMAREN.: al. Hammaren. vulgo Hammer urbeculæ Norvegiæ in præfectura Aggenluſia Epiſc. ſub Archiepiſcopo Nidroſien. 30. leucis a Bergis in Ortum diſtantis: & 25. ab Asloga in Boream.

(f) NIDROSIEN.: Metropolis Norvegiæ, de qua ad epiſt. 2. hujuſmodi Pontificis no. (d) dictum eſt.

(g) JOHANNIS: Cujus obitus memoratur & in epiſtola *Martini IV.* relata in prædicta ſecunda hujus Pontificis.

Digitized by Google

HONORIUS PP. IV. An.Ch.1287.

Eccleſiæ Venerabilem Fratrem Noſtrum *Nervam Bergen.* [a] Epiſcopum in ejuſdem *Nidroſien.* Eccleſiæ Archiepiſcopum per viam ſcrutinii poſtularunt; & eis petentibus poſtmodum a fel.record. MARTINO PAPA [b] prædeceſſore Noſtro hujuſmodi poſtulationem admitti; idem prædeceſſor examinationem decreti, & proceſſus poſtulationis ejuſdem Venerab. Fratri Noſtro [c] ... Oſtien. Epiſcopo, & bonæ memoriæ Anchero [d] Tituli Sanctæ Praxedis Presbytero, & dilecto Filio Noſtro Matthæo Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinalibus examinationem commiſit, qui poſt diligentem examinationem factam de illis proceſſus, & decretum eoſdem canonicos invenerunt. Deinde verò eodem prædeceſſore viam univerſæ carnis ingreſſo [e], & Nobis poſtmodum ad apicem Apoſtolatus aſſumptis, dilectus Filius Magiſter *Petrus* Sanctæ Romanæ Eccleſiæ *Vicecancellarius* quaſdam litteras [f], quas ſub nomine ipſius prædeceſſoris confectas eo vivente receperat; & quæ propter ipſius obitum non fuerunt bullatæ [g], Nobis legere procuravit, in quibus ſub ipſius prædeceſſoris nomine Dilectis Filiis ... Abbati Monaſterii Sanctæ Mariæ de Tuta Inſula Ciſtercien. Ordinis *Nidroſien.* Diœceſis, & ... Priori Prædicatorum *Nidroſien.*, ac Guardiano Fratrum Minorum *Bergen.* inter alia mandabatur ut ipſi Deum habentes præ oculis, ſi eumdem Epiſcopum, diligenti inquiſitione per eos facta de ipſo, vitâ, moribus, honeſtate, ſcientiâ, & aliis virtutum meritis invenirent eſſe ydoneum, atque dignum ad ſupportationem Archiepiſcopalis oneris, & honoris, ipſum a vinculo, quo Eccleſiæ *Bergenſi* teneretur, auctoritate Apoſtolicâ abſolventes eum prædictæ Eccleſiæ *Nidroſienſi* præficerent in Archiepiſcopum & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius ſibi ſpiritualiter, & temporaliter committendo, ac facerent ſibi a ſuis ſubditis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi, recepturi ab eo poſtmodum pro dicto Prædeceſſore, & Eccleſiâ Romanâ fidelitatis ſolitæ juramentum. Alioquin poſtulatione prædictâ ritè caſſatâ facerent eidem *Nidroſien.* Eccleſiæ de perſonâ ydoneâ per electionem, ſeu poſtulationem canonicam per Capitulum ipſius *Nidroſien.* Eccleſiæ provideri; Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Noſque poſtmodum hujuſmodi earumdem litterarum intellecto tenore, volentes favorabiliter proſequi, quod idem prædeceſſor inchoaverat in hac parte ... Abbati, ... Priori, & ... Guardiano prædictis per Noſtras mandavimus litteras [h], ut præmiſſa juxta prædictarum litterarum tenorem exequi procurarent. Iidem quoque *Abbas*, *Prior*, ac *Guardianus* juxta earumdem litterarum Noſtrarum tenorem in negotio hujuſmodi procedentes, & per eos poſtulatione præfatâ de dicto *Bergen.* Epiſcopo factâ ex certis & legitimis cauſis ritè caſſatâ; præfati Capitulum de Abbatis, Prioris, & Guardiani eorumdem mandato ad providendum ſibi, & eidem Eccleſiæ de Paſtore idoneo procedentes dilectum Filium *Endridum* ipſius Eccleſiæ Canonicum tunc abſentem in ſuum & dictæ Eccleſiæ Archiepiſcopum unanimiter & concorditer elegerunt; & ad præſentandum hujuſmodi electionis decretum, & confirmationem ipſius a Sede Apoſtolicâ obtinendam Sigwactum, Audoenum, Johannem, & Thoriam ejuſdem Eccleſiæ Canonicos Procuratores idoneos ſtatuerunt, conceſsâ eiſdem Procuratoribus nihilominus poteſtate, quòd ſi dictus *Endridus* non conſentiret electioni hujuſmodi de ſe factæ, vel aliàs ipſam contingeret annullari; Iidem Procuratores unum de ſe ipſis, vel etiam aliunde, prout expedire viderent, poſſent eligere, ſeu poſtulare in Archiepiſcopum

a Epiſcopus Bergen. ad eam regendam poſtulatur,

b ejuſque poſtulatio examini ſubjicitur a Martino IV.,

c d

quo vita functo,

e

f

g ejus de hac re litteræ præſentantur Honorio,

qui mandat illius litteras exequi.

h

Executores poſtulationem de Bergen. Epiſcopo caſſam edicunt;

& Capitulum elegit Endridum.

(a) BERGEN.: De qua in eadem epiſt. 2. (c) Fontana, & Cavalerius aliique dominicani ex S. Antonio tradunt *Nervam* Ord. Prædicat. ex Epiſcopo *Bergenſi* translatum eſſe ad Archiepiſcopatum *Nidroſien.* an.1347.

(b) MARTINO PAPA: Hujus nominis IV.

(c) FRATRI NOSTRO....: *Latino* Rom. O.P., ut ibi (d)

(d) ANCHERO: Superiore anno, ut videtur. defuncto.

(e) INGRESSO: Anno 1285. die 29. Martii.

(f) QUASDAM LITTERAS: Incip. *Militanti Eccleſia &c.* anno 1285. die 18. Januarii datas, & in 2. hujus Honorii epiſt. cit. relatas.

(g) BULLATÆ: Hoc eſt *Bulla*, ſeu Pontificio ſigillo eis appoſito.

(h) LITTERAS: Nempe citatam epiſtolam 2. incipientem *Dilectus Filius &c.* anno 1285. pridie idus Aprilis datam.

Digitized by Google

ſcopum & Paſtorem Eccleſiæ ſupradictæ. A Verùm eodem *Endrido* hujuſmodi electioni de ſe factæ, & ſibi per Procuratores ipſos legitimè præſentatæ ſuum nolente præſtare conſenſum; & renunciante omni juri, quod ſibi ex eâ fuerat acquiſitum; Sigwactus, Audoenus, & Thorias prædicti, eodem tamen Johanne eorum Comprocuratore abſente, ad Sedem acceſſerunt prædictam Nobis humiliter ſupplicantes, ut eidem *Nidroſien.* Eccleſiæ providere de Paſtore idoneo dignaremur, te Nobis ad hoc nihilominus idoneum nominando. Nos itaque de ipſius Eccleſiæ ordinatione ſollicitè cogitantes, ne ulteriùs viduitatis incommodis ſubjaceret; ac cupientes illum ejuſdem Eccleſiæ regimini per Noſtræ providentiæ ſtudium præſidere, per quem poſſet Eccleſia ipſa quoad ſpiritualia, & temporalia gubernari; ad te tunc *Amaren.* Epiſcopum direximus oculos Noſtræ mentis, quem Nobis, & Fratribus Noſtris de litterarum ſcientiâ, honeſtate morum, & vitâ, prudentiâ ſpiritualium, & temporalium providentiâ fide dignorum teſtimonia commendarunt; teque de prædictorum Fratrum Noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis a vinculo quo eidem *Hamaren.* Eccleſiæ tenebaris, abſolventes præfatæ Eccleſiæ *Nidroſien.* in Archiepiſcopum præficimus & paſtorem, firmâ ſpe, fiduciâque tenentes, quòd eadem Eccleſia *Nidroſien.* per tuæ circumſpectionis induſtriam præſervabitur a noxiis & adverſis; ac in ſpiritualibus, & temporalibus divinâ faventeClementiâ grata ſuſcipiet incrementa. Quocirca Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus a Domino ſuſcipiens reverenter, curam & adminiſtrationem ipſius *Nidroſien.* Eccleſiæ ſic diligenter geras, & ſollicitè proſequaris, quòd Eccleſia ipſa gubernatori circumſpecto, ac fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam; & bonæ famæ tuæ odor ex laudabilibus tuis actibus latiùs diffundatur; & propter benedictionis æternæ præmium benevolentiæ Noſtræ gratiam exinde pleniùs conſequaris.

qui aſſenſum dare renuit,

& pro Hammaren. Antiſtite ſupplicatur.

quem Pontifex confirmat,

eique Nidroſien.Eccleſiam commendat

B Datum Romæ apud Sanctam Sabinam xv. Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

C *Ne tempore* Interdicti *Fratres & Sorores de Pœnitentia B. Franciſci recipiant ad audienda Divina, & ad Eccl. Sacramenta recipienda.* (Ex Rom. Tabulario Ordinis Prædicat., & inde in to. I. Annal. ejuſdem Ord. num.107. Append. col. 179. & ſeqq.)

I.

Anno 1287.

JOHANNES [a] *Miſeratione Divina Tuſculanus Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus* [b] *Religioſis Viris dilectis in Chriſto Guardianis, & Conventibus* Argentinen. [c], Slerzſtat. [d], Hagenow. [e], & Offenburgen. [f] *Ordinis Fratrum Minorum* [g] *Salutem in Domino.*

D NON ſine gravi dolore cordis accepimus, vos Fratribus *Prædicatoribus* adeo fore moleſtos pariter & infeſtos, quòd quum preſſuras [h] Civium *Argentinenſium* evadere, vel ſaltem æquo

Conqueſtio Legati S. A. pro Fratribus O. P.

(a) Johannes: *Buccamatius* Romanus, affinis Papæ, ex Archiepiſcopo Montis Regalis in Sicilia creatus Card. Epiſcopus Tuſculanus ab Honorio IV. anno 1285.

(b) Legatus: In Alemanniam anno ſuperiore die ultima Maji, ex Raynaldo ad eum annum num.3. & 4.

(c) Argentinen.: Al. Argentoraten. incolis *Strasburg* Alſatiæ capitis ſub Archiepiſcopo Moguntino ad Rhenum, de quo loco agit Waddingus ad ann.1278. num.87.

(d) Slerzstat.: Al. *Seleſtadien.* vulgo *Schleſtad* in Alſatia 5. mill. Germanicis ſupra Argentoratum in meridiem, & 3. a Briſaco in Circium.

(e) Hagenow.: Al. Hagenoen. vulgo *Hagenavv* etiam in Alſatia inferiori vix 2. leucis à fluvio Rheno, & 3. ab Argentina in Boream diſtantis.

(f) Offenburgen.: Vulgo *Offembourg* in Svevia vix una leuca a Rheno, duabuſque ab Argentina in ortum.

(g) Fratrum Minorum: *Argentinæ, Hagenoæ, & Offenburgi* Conventus noſtri leguntur in antiquis Cœnobiorum Ordinis Catalogis tam apud Jordanum Ms. quam apud Barthol. Piſani Conform.XI., quorum *Hagenoven.*, & *Offenburgen.* adhuc aſſervantur, ſed *Seleſtadien.* ibi non habetur; extat tamen in cit. Conform. Piſani Ms. Ferrar. jam in Præfatione hujus Bullarii n.III. memorata.

(h) Pressuras: Quæ fuerint hæ, & qua de cauſa neque ipſe Legatus ait, neque Annales illius Ordinis habent.

Digitized by Google

HONORIUS PP. IV. An. Ch. 1287.

de Fratribus O. M. Argentin. ſuum Interdictum non ſervantibus,

æquo tolerare animo potuiſſent, de veſtris prædicationibus publicis, & familiaribus cum adverſariis ipſorum conſiliis adipiſci nequiverunt hactenus juſtitiæ complementum; perſuadentibus enim vobis, ut dicitur, vel ex vobis aliquibus, quòd ſententiæ Noſtræ contra Cives ipſos latæ nullius, vel parvi forent ponderis; & quòd licitè Pſeudoſacerdotum in *Argentina* celebrantium niſi ſint interdicti, & per nos excommunicati, poſſit populus inſipiens audire Divina: ex verbis enim his involutis, & expreſſis, ſeu circumlocutionibus talibus, Eccleſiæ Romanæ, & Nobis illatum eſt opprobrium, ceteris periculum, & plurimis ſcandalum procuratum; adhuc nempe dictos Fratres non erubeſcitis concidere vulnere, quum in Eccleſias veſtras in Noſtrarum ſententiarum præjudicium introducitis *de tertia Regula* [a] promiſcui ſexus multitudinem ibidem, & apud Sanctam Claram, ac alibi [b] præbentes Eccleſiaſtica Sacramenta. Hanc Regulam, & ex ea Regulares cum ad vos non pertineat [c], niſi Miniſter Fratrum Minorum, & Miniſter Fratrum *de Pœnitentia* idem numero dici poſſint, ſuperveniente calamitate Fratrum prædictorum inſtantiùs & conſtantiùs prædicaſtis; vix compoſitis, ne dicamus, clauſis oſtiis celebraſtis, ac ſi de illorum fletu vobis ridere liceat, qui flere cum flentibus, gaudere cum gaudentibus debuiſtis. An excidere a memoriâ debuit, vel potuit, quòd in primo ſolemni edicto prohibuimus, loci Epiſcopo [d] de Noſtro mandato exequente, ne vos, nec Sorores *S. Claræ* Noſtrum violaretis quomodolibet *interdictum*? Porrò hæc non ſolum Fratrum Prædicatorum nova, ſed antiqua querela noſcitur Prælatorum [e], quòd per Miniſtros, & Fratres, ac Sorores prædictas *de Pœnitentia* uſitato, vel ut

& quamplures de 3. Regula ad Divina recipientibus.

Rom. 12. 15.

A ficto ſermone *de tertia Regula* dicamus, ſolvitur undique nervus Eccleſiaſticæ diſciplinæ. Quapropter huic morbo tam generale, quàm efficax remedium adhibentes juxta tenorem privilegii ipſorum Fratrum, & Sororum, quod ſuo ſigillo Curiæ Argentinen. perſpeximus, ubi dicitur: *niſi cauſam dederitis Interdicto; vel id vobis contingat ſpecialiter interdici*: ipſos Fratres, & Sorores *de Pœnitentia*, ſive tertiâ Regulâ, B durante *Interdicti* Noſtri ſententiâ contra Cives memoratos, ſpecialiter expreſſiſſe intendimus, & ſub pœnâ excommunicationis, quam monitione decem dierum præmiſſa ex nunc prout ex tunc ferimus in his ſcriptis, prohibemus diſtrictè prædictos Fratres, & Sorores *de Pœnitentia*, ne quiſpiam ſive apud vos, ſive alibi præſumat audire Divina, vel Eccleſiaſtica recipere Sacramenta, niſi ſalutis perpetuæ C extemptores velint ſibi judicium manducare. Ceterum ſedulitate paternâ circumſpectionis veſtræ prudentiam commonemus, quatenus attendentes, quòd vos una cum Fratrum Prædicatorum Ordine tamquam duo luminaria Divina Sapientia in lucem gentium deſtinavit, non ſinatis ſociale vobis lumen opprimi a poteſtatibus tenebrarum, ſed eadem fides, & compaſſio vos probet eſſe germanos, D ut tollatur ſcandalum cum opprobrio dicentium, iſti declinantes in obligationes alios cupierunt in neceſſitate, ut conſuetâ uterentur cum favore plebis libertate.

Prohibet id, quod ſupra.

Pſal. 124. 5.

Datum &c. [f]

Curent, ut cit. Fratres & Sorores de Pœnitentia *ſervent* Interdictum *a ſe Argentinæ latum*. (Ex cit. tom. 1. ANNAL. Ordinis Prædicat. in Append, n. 108. col. 181. E & ſeqq.)

JOHAN-

(a) DE TERTIA REGULA: Seu de tertio Ordine S. Franciſci.

(b) ALIBI: Poterant enim Fratres de Pœnitentia apud quoſcunque pro *Interdicto* privilegiatos audire divina, & ſacra facere &c. ex eorum privilegiis: non igitur ſoli Minoritæ culpandi erant, ſi *alibi* illi divina audiebant.

(c) PERTINEAT: Deeſt aliquid v. g. defendere.

(d) EPISCOPO: *Conrado* Liechtenbergen.

(e) PRÆLATORUM: Horum querelæ nullibi apparent in epiſtolis Rom. Pontificum; Prædicatorum vero quæ poterant eſſe, ſi & ipſi (ſi credimus eis) habebant Fratres & Sorores de Pœnitentia B. *Dominici*, petebantque, ut ſibi liceret illos & illas tempore *Interdicti* ad divina Officia recipere; ut ſequens hujus Legati Diploma in cit. Append. num. 109. manifeſtat, ſi verum eſt.

(f) DATUM &c. Cum Legatus deſtinatus fuerit anno 1286. prid. Kalend. Junii, annoque ſequenti convocato Herbipoli Concilio die 18. Martii *quartam* bonorum Eccleſ. quam popoſcerat, non obtinuiſſet, *ſubito ad propria ſit reverſus* ex Eberhardo autore æquali in Annal., inter hæc temporis intervalla litteras has eſſe datas elicimus.

Digitized by Google

II. Anno 1287. . . . .

JOHANNES *Miſeratione Divina* Tuſculanus *Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus &c.* [a]

Narratio facti,

QUum nuper propter facinus in cariſſimos Nobis *Fratres Prædicatores* domus *Argentinen.* a Magiſtris, & Civibus Argentinenſibus perpetratum Civitatem ipſorum inter alias graves, & aggravatas ſententias *Interdicto* Eccleſiaſtico ſubderemus; noſtræ ſententiæ quidam multipliciter illuſerunt. Nam Fratres & Sorores *de Pœnitentia*, vel ut ſuperinducto utamur vocabulo, *de tertia Regula* plus ſolito apud *Fratres Minores*, quorum non magis intereſt, quam aliorum ingeſſere Divinis [b], & humanæ ſapientiæ verbis tamquam cujuſdam exemptionis ſpecie plurimos ſibi attrahere ſtuduerunt. Profecto quibus hujus temeritatis audaciam magis quam vobis, & veſtræ negligentiæ imputemus? Nam quum eſſet aliquando a Nobis in veſtros ſubditos lata *excommunicationis*, & *interdicti* ſententia; præmiſſæ perſonæ apud dictos *Fratres Minores*, & apud *S. Claram*, vel alibi non ſunt veriti audire Divina, & Eccleſiaſtica ſuſcipere Sacramenta: unde factum eſt, ut jam in multis partibus Theuthoniæ ſoluto magis ac magis nervo Eccleſiaſticæ diſciplinæ [c] parvi mucronem Pontificum, quo piacula reſecari conſueverant, neſciant formidare, quam extenuatam comperiunt facilitate deteſtabili claudicare. Expergiſcimini igitur, quorum eſt ſatagere, ne vineam Domini Sabaoth vulpes demoliantur parvulæ; providentes, ne mali per moras longiores convaleſcentibus adhibeatur ſera ut inefficax medicina; ſed citò remedium conveniens apponentes non patiamini a præfatis perſonis auctoritatis veſtræ ſententias violari. Ecce enim nos Fratres, & Sorores *de Pœnitentia*, ſive *de tertia Regula*, quarum habet conceſſio, ſicut vidimus ſub ſigillo Curiæ Argentinen., quòd *tempore generalis Interdicti poſſunt in locis privilegiatis audire Divina, & Eccleſiaſtica recipere Sacramenta*, adjecto, *niſi cauſam darent Interdicto, vel id ipſis contingat ſpecialiter interdici*: in Civitate Argentinenſi expreſsè, ac nominatim ſpecialiter interdicimus, conſtituentes, & præcipientes firmiter ſub pœnâ *excommunicationis*, ne quis eorum, durante noſtro *Interdicto*, & causâ Civium Argentinen., cum Fratribus prædictis, præſumat audire Divina, vel Eccleſiaſtica recipere Sacramenta [d]. Univerſitati igitur veſtræ ſub pœna *excommunicationis* latæ in his ſcriptis præcipimus, quatenus præmiſſam ſententiam ubicumque, ſicut optimum videbitur, ad requiſitionem ipſorum Fratrum Prædicatorum publicetis; & eodem modo contra tales etiam veſtras ſententias in antea defendatis nihil hæſitantes, quòd privilegium meretur amittere, qui conceſsâ ſibi abutitur poteſtate [e].

Datum &c.

(Margin: a; & interdicti ab illis de Pœnitentia fracti.; b; Prælati Eccleſ. redarguuntur; c; & excitantur contra illos.; Privilegium ſocietatis de Pœnitentia ſ; juxta quod ſanct Legatus,; d; & mandat ſanctionem ſuam publicari, atque defendi.; e)

Epiſtolæ hujus Pontificis, quæ non habentur.

1. EPiſtola ad Capitulum Eccleſiæ *Siſtaricen.* in Provincia Provinciæ pro loco Fratrum Noſtrorum illius urbis ampliando ex ejus epiſt. 62. *Conſiderantes attentius &c.* f
2. Epiſtola, qua Indulgentiam contulit pro fabrica loci & Eccleſiæ noſtræ *Amerien.* in

(a) LEGATUS &c.: Ex lectione hujus epiſtolæ colligimus datam eſſe Prælatis Ecclet. Civitatis & Diœceſis *Argentinæ* eodem tempore quo ſuperior.

(b) INGESSERE DIVINIS: Uſi ſunt privilegio a pluribus Summis Pontificibus eis conceſſo.

(c) NERVO ECCL. DISCIPLINÆ: Cum Argentina eſſet, ſitque urbs ampliſſima, haberetque Diœceſim haud diſſimilem; diſſolvebatur ne diſciplinæ Eccleſ. nervus paucorum exemptione? niſi velint majorem partem *de Pœnitentia*, ſeu 3. *Regulæ* S. Franciſci extitiſſe. Non ita ſenſit pauloposſt Bonifacius VIII. in 6. Decr. lib. 5. tit. 11. de ſent. excommunic. &c. c. 24. *Alma mater* his verbis: *ex diſtrictione hujuſmodi Statutorum excrevit indevotio populi, pullulant hæreſes, & infinita pericula animarum inſurgunt, ac Eccleſiis ſine culpa earum debita obſequia ſubtrahuntur*: unde ſanxit poſthac clauſis quidem januis, voce ſubmiſſa, & campanis non pulſatis, ſed omnes quotidie ad Divina admittendos eſſe, demptis *excommunicatis*, & *interdictis*: diebus vero Natalis Domini, Paſchatis, Pentecoſtes, & Aſſumptionis B. V. nullum eſſet *Interdictum* niſi ſolis excommunicatis & interdictis.

(d) SACRAMENTA: Si prima vice ita egiſſet, & interdixiſſet illis *de Pœnitentia* uti privilegio, illi paruiſſent, & *Interdictum* optime ſervaſſent.

(e) POTESTATE: Anno poſtmodum 1290. Nicolaus IV. epiſt. *Ad audientiam noſtram &c.* idibus Maji data Guardiano Fratrum Minorum *Argentin.* impoſuit, ut rebus jam compoſitis quoſdam Sacerdotes, & Clericos Argentinen. a *cenſuris* Eccleſ. abſolveret, & ſuper *irregularitate* diſpenſaret; quæ quidem epiſtola in ſequenti tomo vulgabitur.

Digitized by Google

HONORIUS PP. IV. An.Ch.1287.

in Umbriâ dat. Romæ 12. Januar. Pontif. anno 2. ex Autographo in Sacrario dicti Conventus aſſervato, & ex Regeſto Ordinis noſtri Romæ apud SS. XII. Apoſtolos extante.

3. Epiſtola, qua Indulgentiam etiam dedit noſtræ Eccleſiæ *Leopolis in Ruſſia* viſitantibus Sepulcrum Martyrum Ord.Min. a Tartaris pro Chriſti Fide occiſorum die 8. Octobris anno 1241. ex Martino Baronio Jeroslavienſe apud Caſimirum Biernaski tit. 18. n. 9., ſed noſter Leopolitanus Conventus cum Eccleſia longe recentior eſt.

A 4. Monachis S. Benedicti reſtitui mandavit Monaſterium *Nurſinum* FF. Minoritis a S. Titio Abbate conceſſum, ex ep. 4. S. Cœleſtini V. *Perſonas Divinis &c.* anno 1294. Idibus Septembris data.

5. Guardiano Conv. *Cameracen.* executio data x. Kal. Septembr. anno 1. *Petitio dilectorum &c.* ex Petro de Alva, & Auctore Supplem. Waddingi n. 2. an. 1285.

6. Eidem Guardiano pro abrogatione cujuſdam ſtatuti Eccleſiæ *Andanen.* Leodienſis Diœceſis *Ad noſtram &c.* dat. 8. Idus Octobris anno 1. ex epiſt. 144. Regeſ. Vatic.

FINIS TOMI TERTII.

INDEX

INDEX
RERUM, ET VERBORUM
HUJUS TERTII VOLUMINIS.

A

ABagha Rex Tartarorum 289. (g) 290. (a) 291. (a) 293. (b) 294. (b)
Abagæ Regnum 291. (b)
Aberdonen. Epiſc. 381. (c) 485. (f)
Abulen. Epiſc. Dominicus O.M. 70. (d) 81. (e) 121. (g) 122. (d)
Acbran Raymundus O. M. 93. (b)
Achajæ Regio al. Romania 16. (h) 245. (d) 321. (e) Princeps *ibi* (g)
Acheruntin. Archiepiſc. Petrus. 524. (g)
Aconen. Civitas ol. Ptolemais. 26. (f)
Adrien. Epiſc. 229. (d)
Ægitanien. Epiſcopus Valaſcus. O. M. 30. (e) 128. (ab) 129. (a) 165. (f) 203. (d) 236. (f) 242. (b) 360. (kl) 361. (b) 370. (f) 388- (b) 399. (g) Jo. Martini. 14. (e) 71. (a) 121. (o) 123. (a) 129. (a) 167. (22) 198. (e) 370. (cd) 396. (c) 442. (b) 518. (e)
Ægydius Bonavalle. 517. (c)
Ægydius O. M. Epiſc. Valven. - V. Valven.
Ægydius Tyren. Archiep. - V. Tyren.
Æmilia Provincia quæ. 311. (b)
Æſernien. Eccleſia. 140. (b) Epiſc. Henricus. 140. (d) Epiſc. Felicetus O. M. 242. (b)
Æſinus Epiſc. 73. (a) 88. (c) 258. (e) - Conventus O.M. 166. 3.
Agareni qui. 400. (a)
Agaunen. Monaſt. S. Mauritii Ord. S. B. 566. (h)
Agrigentinus Epiſcopus. 242. (b)
Aladen. Epiſcopus. 575. (c)
Alanus Cathanen. Epiſcopus. - V. Cathanen.
Alatrii Conventus O. M. 36 (b)
Albanus Epiſc. - V. Rodulphus. S. Bonaventura. Bentivenga.
Alben. ſeu Albæ Pompejæ Epiſc. Simon O.M. 161. (e) 338. (a) 384. (f) Civitas. 161. (f) 384. (g) Conventus O- M. 432. (a)
Alberſtaden. - V. Halberſtaden.
Albertus de Haimburgo Min. Prov. Auſtriæ. - V. Auſtriæ Prov. Miniſter.
Albertus de Parma. 13. (c) 160. (e)
Albertus de la Scala. 259. (g)
Albertus Pandonus Epiſc. Ferrarien. 339. (h)
Albien. Epiſc. 251. (df) 253. (a) 284. (a) Archidiaconus 445. (a)
Albingaunen. Epiſcopus. 242. (b) 245. (i)
Aldea quid. 203. (c)
Aleardus O. M. Archiep. Raguſin. & Arboren. - V. Raguſin. & Arboren.
Alemania [de] Henricus Anglus. 218. (e)
Alemaniæ Provincia Ord. Min. ſeu Argentinæ. 155. (a) 226. (o) 310. (b) Ejus Miniſter 310. (ac) 314. (c) 315. (c) 364. (ap) 422. (eg)
Alexander Verulanus O. M. Ep. Aprutinus. 493. (d)
Alexander O. M. Nuncius Venetus. 553. (l)
S. Alexandri Parmen. Monaſt. Ord. S.B. 491. (g)
Alexandrinus Conventus O.M. 143. (b)
Algarbii Provincia, ſeu Regio Portugaliæ. 240. (b)
Alionora Regina Angliæ. 369. (g)
Aliphia [de] Jacobus O. M. Electus Benevent. - V. Beneventanus.
Almericus Patriarcha Antiochenus. - V. Antiochenus.
Alphonſus Comes Pictavien. 157. (a)
Alphonſus Comes Portus Alacris. 239. (d)
Alphonſus I. Rex Portugalliæ. 235. (c)
Alphonſus II. Rex Portugalliæ. 234. (gl)
Alphonſus III. Rex Portugalliæ. 163. (a) 164. (e) 202. (a) 203. (g) 205. (a) 234. (g) 235. (hi) 518. (f)
Alphonſus X. Rex Caſtellæ & Legionis. 70. (f) 107. (k) 121- (e) 150. (bf) 227. (h) 248. (f) 275. (c) 279. (f) 281. (20) 295. (g) 323. (c) 341. 365. (b) 336. 398. (a) 580. (k)
Altacumba [de] Abbatia Ord. Ciſtercien. 386. (c)
Altus & Baſſus quid. 499. (g) 541. (e)
Alva & Aſtorga Petrus [de] cit. 19. (b) 36. (be) 127. (h) 129. (k) 162. (b) 509. (e) 551. (d)

Alvernia [de] Simon O. M. - V. Simon.
Amadeus de Martiniaco. 556. (g)
Amalrici Bernardus. 400. (f)
Amanati Bandinus Piſtorien. 469. (f)
Amaren. Epiſcopus. - V. Hamaren.
Ambianen. Civitas. 320. (n) 517. (f) Epiſc. Guillelmus Matiſcon. 368. (f) 474. (l)
Ameliani Oppidum Ruthen. Diœc. 55. (g)
Ameriæ Conventus O. M. 599. (a)
Amiterni Caſtrum. 33. (e) 37. (l)
Anagniæ Civitas. 169. (f) Epiſcopus Petrus Cajetani. 169. (ef) 258. (a) 481. (g) Conventus O. M. 33. (b)
S. Anatoliæ Oppidum. 497. (b) Monaldus de S. Anatolia. V. Monaldus.
Ancherus Pantaleon Card. S. Praxedis. 325. (h) 330. (g) 344. (d) 425. (g) 477. (d) 502. (i) 536. (h) 596. (d)
Ancillare quid. 234. (m)
Anconitan. Conventus Ord. M. 583. (d) Provinc. Ord. M. V. Marchiæ.
Anconitan. libra. 373. (b) Epiſcopus. 74. (b)
Andalò de Loderengus. 64. (e)
Andito [de] Ubertinus Placentinus. 434. (d)
Andreas Florentinus Nunc. Apoſt. 289. (c) 292. (d) 295. (a) 296. (c) 299. (b)
S. Andreæ de Fractis Eccleſia Romana. 244. (n)
Andreas Reatin. Epiſc. - V. Reatin.
Andreas Spiliati Rector Campaniæ & Maritimæ. 481; (e) 517. (gh)
S. Andreæ Epiſcopus. 381. (b) 485. (e)
Andreuccius Maſſei de Diruta. 466. (a)
Andronicus Paleologi Græc. Imp. filius. 181. (d) 349: (a) 351. (c) 353. (e)
Angelerius Bentivenga Ep. Tudert. - V. Tudertinus.
S. Angeli Papalis Civitas vulgo Calii. 299. (a)
S. Angeli Provincia O. M. 226. (f)
S. Angeli in Pontano Conv. O. M. 166. (11)
Angelus Ep. Veſtanus. - V. Veſtanus.
Angelus Buccamaria Sabellus Epiſcopus Cathanen. - V. Cathanen.
Angelus Peruſinus. 516. (b) 524. (n)
Angelus O. M. Miniſter Provincial. Umbriæ Nunc. Pontiſ. V. Umbriæ Miniſt.
Angelus O. M. Tudertinus Inquiſ. 587. (f)
Angelus Reatinus Inquiſ. Prov. Rom. O. M. 517. (e) 542. (a) 544. (a) 568. (f)
Angelus Urbevetanus Nunc. Apoſt. 349. (f) 354. 359.
Angliæ Miniſter O. M. 167. (b). 226. (v) 369. (f)
Angliæ Rex Henricus III. 7. (c) 8. (a) 81. (a) Eduardus. 1. 7. (c) 201. (i) 218. (f) 377. (b) 461. (c) 532. (f) Alionora Regina. 369. (g)
Anibaldus Anibaldi Rom. 494. (ef) 516. (c)
Anicien Civitas al. Podien. 343. (g) Epiſcopus. 5. (d) Conventus O. M. 5. (g)
Anna Soror Bellæ IV. Regis. 181. (b)
Anonymus Auctor Camerini Sacri cit. 484, (d) 536. (f) 562. (d) 580. (e) 581. (b)
Antelminelli Guillelmus Pleban. Lucan. 422. (k)
Anteraden. Civitas. 4. (d) 174. (d) 326. (e) Epiſcopus. 4. (c) 174. (cg)
Antibaren. Archiepiſc. Laurentius O. M. 199. (c) 242. (a)
Antiochen. Patriarcha. 44. (c) 245. (gh) 327. (d) Princeps Boemundus. 327. (ag) 394. (a)
Antiſiodoren. Epiſcopus. 42. (a) 69. (b) 473. (d)
Antonius de Parma Nunc. Apoſt. 248. (d) 289. (c) 292. (d) 295. (a) 296. (c) & ſeq. 299. (b)
Antonius Regien. Epiſc. Nigropontis. 196.)f)
S. Antoninus cit. 79. (p) 243. (d) 405. (b)
Apruten. al. Interramnen. Civitas. 493. (b) Epiſc. Rogerius. *ibid.* (a) Raynaldus. *ibid.* (c) Alexander *ibid.* (d)
Apten. Epiſc. 105. (h) Conventus O. M. *ibid.* (k)
Apuliæ Provinciæ O. M. Miniſter. 226. (e)
Aquen. Civitas. 38. (f) 82. (i) 226. (c) 512. (b) Archiepiſc. 87. (h) 266. Arnaldus Electus. *ibid.* (c) 267. (a)
Aquilejen. Marcha. 95. (m)
Aquilejen. Patriarcha. Bertholdus. 95. (l) Gregorius 96. (a) Philippus 181. (a)
Aquitaniæ Provinciæ Ord. Minorum Miniſter. 226. 403. (f) 445. (c)

Digitized by Google

Aragoniæ Provinciæ O. M. Miniſter . 226. (r) 254. (c) 401. (g)
Aragoniæ Reges . V. Alphonſus III. Petrus Rex . Jacobus.
Arauſicen. Civitas & Epiſc. 6. (b) 129. (n) 232. (bce) 242. (b) 556. (g) 472. (a) Inquiſ. O. M. 167. (21)
Arbogiæ Conventus O. M. 476. (c)
Arboren. al. Ariſtagn. Civitas & Archiep. 165. (ik) 166. (a) 199. (d) 242. (ab) 255. (b)
Archiep. & Epiſc. Ordinis - V. ſuis locis .
Archimandrita Græcus 421. (g)
Archion Miles Spoletan. 587. (o)
Arelaten. Conv. O. M. 167. (18)
Aretin. Civitas & Epiſc. 555. (d) 140. (e) Chatus O. M. Inquiſitor in Tuſcia 457. (g)
Argentinen. Provincia O. M. - V. Alemanniæ . Conventus O. M. 597. (cg) 599.
Ariana Civitas 527. (a)
Ariano [de] Bartholomæus 527. (a)
Arlottus Pratenſis Min. Gen. O. M. 549. (g)
Armatura quid 160. (d)
Arnaldus Dei Nunc. Reg. Caſtellæ 234. (a)
Arnaldus de Villa - V. Aquen. Electus .
Arnulphus de Dieſte . 346. (k)
Arnulphus Ep. Humanen. 469. (f)
Arquatæ Conventus O. M. 37. (dn)
Aſcerus Ep. Viburgen. - V. Viburgen.
Aſculan. Civitas & Epiſc. 137. (k) Olivarius 129. (e) 137. (h) Benedictus . 242. (b) 359. (f) Leonardus Coadjutor Ep. Eugub. 92. (i) 142. (e)
Aſſalimentum quid . 543. (c)
Aſſiſien. Civitas 483. (k) Conventus O. M. 40. 43. (a) 74. 76. 77. 152. (f) 160. 206. (f) 243. 244. Cuſtos 260. (c) 206. (f) 284. (f) 382. Epiſcopi Illuminatus 206. (k) 215. (a) 216. (ad) 246. (l) 483. (m) Nicolaus 123. (b) 141. (c) 152. (h) 206. (i) Simon 483. (i) 564. (e) Monaſt. S. Claræ 25. 27. 28. (abcf) 29. (abcf) 107. (a) 108. (c) 302. (d) 473. (b) 586. (c) Monaſt. S. Apollinaris Ord. S. B. 586. (b)
Aſtenſes abſolvendi . 338.
Aſtoricen. Epiſc. 532. (b) Conventus O. M. 571. (e) Monaſt. S. Petri de Montibus O. S. B. 571. (f)
Athenien. Archiep. 321. (bc) Conventus O. M. *ibid.* (d)
Attrebaten. Euſtachius O. M. Nunc. Regis Franciæ 168.
S. Audomari Decanus Giffridus Anagninus - V. Giffridus .
Avenionen. Civitas & Epiſc. 38. (h) 84. (a) 129. (o) Monaſt. Clariſſ. 262. (d)
Auguſtalis ſolidus 262. (a)
Auguſten. Epiſc. 386. (ab)
Aulida de Pyrois 375.
Avogadro [de] Aymo Ep. Vercellen. 340. (d)
Auraſicen. - V. Arauſicen.
Aurelianen. 110. (i)
Auſetan. - V. Vicenſis .
Auſtriæ Provinciæ O.M. Miniſter . 176. (k) 226. (u) 331. (f) 482. (f)
Auximan. Civitas 561. (c) Epiſc. Berardus *ibid.* (b) 570. (f) Conventus O.M. 561. (f) Conv.S.Florentii Ord.Præd. *ibid.* (c)
Auxitan. Civitas 266. (f) 320. (b) Archiep. Grimerius . *ibid.* (a)
Ayglerius Bernardus . 216. (d)
Ayton Armenus cit. 291. (be)
Aymo . - V. Haymo .

B

Babiloniæ Soldanus 26. (c) 446. (e)
Baccon Rogerus O. M. 89. (a)
Bajocen. Epiſc. Petrus 457. (de) 588. (d)
Bajolus Petrus 105. (h)
Bajona 266. (d)
S. Balbinæ Monaſt. Rom. O. B. 143. (cd)
Balduinus Epiſc. Oſnaburgen. 11. (d)
Baliconus Peruan. Miles 529. (ik)
Balivi 124. (d)
Balnenſe Territorium 312. (a)
Balneoregium 130. (g) 460. (i)
Bannus id. Gubernator 176. (g)
Barbet Petrus - V. Petrus .
Barcinonen. Conventus O. M. 32. (b) 211. (c)
Baren. Archiep. Jo. 156. (k) 199. (b) 242. (a)
Barioli Ord. Pœnit. J. C. 570. (d)
Baronius cit. 165. (e) 327. (o) 524. (f)
Bartoli Lucani Mercatores 496. (g)
Bartholomæus Amerinus Nunc. Apoſt. O. M. 251. (g) 253. (c) 277. (c) 284. (b) 298. (c)
Bartholomæus de Ariano 527. (a)
Bartholomæus de Carbonaria O. M. 335. (a)
Bartholomæus a S. Gemino O. M. Nunc. Pont. 449. (f) 451. (c) 452. (ad) 468. (15)
Bartholomæus Groſetan. Ep. - V. Groſſetan.
Bartholomæus Inquiſitor Florent. O. M. 497. (g)
Bartholomæus Piſanus - V. Piſanus .
Bartholomæus Prov. Bononiæ Miniſter O. M. 345. (f) 346. (b)
Bartholomæus de Senis O.M. Miniſter Prov. Siriæ 349. (d) 354. 359.
Bartholomæus Quirinus Epiſc. Caſtellanus , ſeu Venetus . V. Caſtellanus , & Venetus .
Bartholomæus Silven. Ep. O. M. - V. Silven.
Barulum Oppidum 244. (f)
Baſilien. Epiſc. Henricus O. M. 242. (b) 256. (c) 276. (f) 169. (e) Civitas 231. (c)
Bathien. Comes 180. (n)
Bathonien. & Vellen. Ep. Robertus 376. (cd)
Bavariæ Dux Henricus 177. (b) 181. (g)
Baxianus O. M. Nuncius Venetus 563.
Bela Rex Bohemiæ 86. (i) 176. (p) 321. (f)
Bela Rex Hungariæ 508. ()
Bellicardii Oppidum 90. (b) 103. (b) 234. (f)
Bellicen. Ep. 444. (a) 468. (10)
Bellomonte [de] Gaufridus 45. (a) 121. (a)
Bellovacen. Electus 126. Conventus O. M. *ibid.* (c)
Bellunen. Epiſc. O. M. 242. (b)
B. Benedicta Aſſiſiat. 25. (h) 107. (a)
Benedictus Aſculan. Epiſc. - V. Aſculan.
Benedictus Cajetani de Anagnia 328. (g) 329. (g) 337. (g)
Benedictus Maſſilien. Epiſc. fit Frater Minor. 6. (f)
Benedictus Archiep. Tarraconen. - V. Tarraconen.
Beneventan. Archiep. Jo. 492. (b) 540. (a) Jacobus Aliphia O. M. Electus 492. (c) Capoferri *ibid.* (d) Civitas *ibid.* (c) 540. (b) Monaſt. S. Petri Ord. Bened. 373. (e) Conv. O. M. *ibid.* (d)
Bentino [de] Abbatia O. S. B. 524. (f)
Bentivenga O. M. Ep. Tudert. & Card. Albanus . 257. (h) 265. (c) 344. (k) 376. (e) 456. (a) 459. (g) 470. (e) 477. (c) 502. (h) 514. (d) 574. (a)
Benvenutus Electus Reatinus O. M. 241. (g) 330. (e)
Benvenutus Epiſc. Eugubinus Nunc. Apoſt. 280. (i) 281. (e) 300. (f) 309. (a) 362. (b) 367. (ab) 371. (g) 382. (f) 564. (g)
Berardus Camerarius Papæ . 530. (f)
Berardus Epiſc. Auximan. V. Auximan.
Berardus Epiſc. Brixien. 528. (g)
Berdous Monaſt. Ciſtercien. 166. (i)
Berengarius Freddoli Succentor Eccleſiæ Biteren. 579. (a)
Berengarius Raymundus O. M. Nuncius Pontif. - V. Raymundus .
Bergen. Civitas 1. (c) Epiſcopus . 535. (c) 596. (a) Conv. O. M. 1. (d) 529. (e) 534. (e)
Bergomen. Conventus O. M. 594. (a)
Beriolen. Oppidum 570. (b)
Beriten. Epiſcopus 326. (b)
Bernardinus a S. Antonio Hiſt. Portugal. cit. 239. (a)
Bernardus Amalrici 400. (f)
Bernardus Ayglerius 107. (k)
Bernardus Avenionen. Epiſcopus - V. Avenionen.
Bernardus Albien. Epiſcopus - V. Albien.
Bernardus Camerarius Pontificius 517. (p)
Bernardus Guidonis cit. 186. (f) 243. (d)
Bernardus Humanen. Epiſc. - V. Humanen.
Bernardus de Languiſello Ep. Portuen. 563. (d) 578. (e)
Bernieres Jo. Epiſc. Sagien. 457. (a)
Berthuldus Patriarcha Aquileien. 95. (l)
Berthuldus Urſinus Rector Flaminiæ Provinciæ 449. (d) 450. (a) 451 (b) 452. (f) 468. (15)
Bertrandi Guillelmus Inquiſ. O. M. 6. (a) 39. (b) 83. (g)
Bertrandus a S. Martino Card. 325. (g) 344. (c)
Bertrandus Sabinen. Epiſc. 265. (b) 276. (h)
Bertrandus Epiſc. Elnen. - V. Elnen.
Bethlemiticus Epiſc. Hugo 459. (c)
Betonien. Oppidum 269. (g) 270. 531. (g) Conventus O.M *ibid.* (f)
Biernaſchi Caſimirus cit. 479. (k)
Biſantii nummi 95. (c)
Biſinianen. Epiſc. O. M. 242. (b)
Biſuntina Eccleſia , & Epiſcopus , & Conventus Ord. Min. 118. (a) 256. (d) 443. (a) 467 (g)
Biteren. Civitas 579. (b) Epiſcopus 55. (de) 101. (ef) Succentor Eccleſiæ 579. (a)
Bituricen. Concilium 14. (c) 457. (i) Epiſcopus 56. (a)
Blanca Francorum Regina 582. (e) 583. (c)
Blancus Gerardus Parmen. Sedis Ap. Leg. - V. Gerardus .
Blancus Ubertus Placentinus 377. (d)
Blancus O.M.Ep.Marochitanus 93. (d) 94. (ag) 95. (h) 242. (b)

Digitized by Google

Bleſen. Oppidum. 546. (b) Petrus Caponius Turonen. *ibid.* (b) Monaſt. Clariſ. 546. (e)
Blundus Laurentius O. P. Conſan. - V. Conſan.
Boamundus Princeps Antiochenus. 327. (ag) 394. (a)
Bobbium, ſeu Sarſina. 311. (c)
Bocchimpane Petrocinus Ferrarien. 564. (c)
Bohemiæ Rex Ottocharus. 129. (h) 175. (a) Provincia Ord. Min. 226. (t)
Bollandii Continuatores cit. 422.(g)
Boleslaus Dux Poloniæ Majoris. 181. (f)
Boleslaus Pudicus Cracoviæ 181. (e) 243. (i) 509. (k)
Bonacolſi Pinamons. 259. (h) 339. (d) Philippus O. M. Inquiſ. 259. (a) 565. (d)
Bonagratia a S. Jo. in Perſiceto Min. Gen. O. M. & Nunc. Ap. 191. (c) 193. 194. 195. 209. (d) 405. (f) 417. (a) 480. (e) 501. (b)
Bonavalle Ægydius. 517. (c) Oppidum. *ibid.*
S. Bonaventura Min. Gen. O. M. Electus Eboracen. S. R. E. Card. & Epiſc. Albanus. 12. (b) 14. (a) 60. 71. (c) 136. (c) 156. (g) 161. (a) 197. (d) 198. (ad) 205. 206. 242. (b)
S. Bonaventuræ Provinciæ O. M. Miniſter. - V. Burgundiæ.
Bonaventura de Mugello O. M. Nunc. Ap. 191. (d) 193. 194. 195. 209. (cdf)
Bonaventura Parmen. O. M. Archiep. Raguſinus. 477. (i)
Bonecor Miles Gallus. 89. (b)
Bonifacius de Iporegia O. M. Nunc. Ap. 111. (c)
Bononien. Civitas. 252. (l) Conventus Ord. Min. 568. (f) 467. (7) 495. (a) Provincia ejuſdem Ord. Min. 226. (c) Ejus Miniſter. - V. Bartholomæus.
Bonſi Bergomen. 594. (b)
Bonſignori Orlandus. 174. (l)
Boſnæ Dux. 181. (i)
Braccaren. Archiepiſcopus Martinus. 165. (a) 203. (b) 235. (a) 236. (c) 239. (h) Tellius O.M. 297. (c) 481. (a) 518. (d) Gerardus Archidiaconus 496. 497. (c) Civitas 297. (d) 481. (b) 496. (a)
Brandeburgen. Marchio Ottho. 177. (d)
Bremen. Henricus O. M. Electus Gneſnen. - V. Gneſnen.
Briccianus Ep. Minerbien. 244. (b)
Brixien. Epiſc. Berardus. 528. (g) Civitas 29. (f)
Brugen. Civitas. 455. (b) Conventus O. M. 426. (f) 455. (e)
Brugola [de] Monaſt. S. Petri O. S. B. 499. (a)
Brundoſin. Civitas. 186. (a) Cuſtos O. M. 385. (a) Monaſt. O. S. B. 385. (c)
Buccamatius Ep. Tuſculan. S. A. Legatus. - V. Tuſculan.
Budæ Conventus O. M. 176. (p)
Bulgaria ubi. 175. (h)
Bullarium Ord. Præd. cit. 13. (ab) 14. (d) 16. (c) 19. (d) 22. (b) 24. (a) 104. (e) 105. (b) 116. (a) 126. (b) 127. (b) 137. (b) 158. (cde) 172. (c) 190. (b) 207. (d) 225. (d) 331. (g) 333. (a) 480. (l) 561. (a) 581. (b) Suppletur. 79. (f) 126. (f) 515. (e)
Bullarium Romanum cit. 105. (b) 158. (e) 333. (a)
Bullatus id. Sigillatus. 173. (g) 239. (g) 272. (c) 596. (g) 417. (e)
Burdegalen. Civitas 399. (g)
Burgen. Civitas. 461. (k) Epiſc. Gundiſalvus. 462. (a) 532. (b) Fernandus. 461. (i) 462. (b)
Burgi medii Monaſt. Bleſen. O. S. B. 546. (e)
Burgundiæ Comes. 490. (b) Ord. Minorum Provinciæ Miniſter al. Provinciæ S. Bonaventuræ. 166. (f) 226. (m) 438. (f)
Bzovius cit. 108. (b)

C

CAballatius Engleſius Ep. Normien. O. M. 594. (c)
Cabilonen. Epiſcopus. 443. (b) Comes Jo. 490. (c)
Cadomen. Conventus O. M. 457. (c)
Cæſarauguſtan. Epiſc. 94. (f) Civitas 304. (c) Conventus O. M. 304. (d) Monaſt. 93. (c) Fratres Pœnitentiæ Jeſu Chriſti. 304. (f)
Cagliola Hiſt. Prov. Siculæ cit. 214. (i) 225. (e) 226. (d) 322. (e) 387. (c) ſuppletur. 371. (d)
Cajetanus Cennius cit. 313. (a)
Cajetanus Petrus Ep. Anagninus - V. Anagniæ.
Calabriæ Provinc. O. M. 226. 230. (g)
Calii Civitas. 299. (a)
Calinen. Monaſt. O. S. B. 383. (f)
Cambellanus Militiæ. 69. (c)
Camberiacen. Conventus O. M. 386. (d)
Cameracen. Civitas. 320. (m) Epiſcopus 320. (l) Conventus O. M. 320. (o) 472. (e) 600. (5. 6.)
Camerin. Civitas. 123. (e) 536. (e) Epiſc. Guido. 110. (a) 123. (d) 536. (f) Rambottus O. M. 536. (d) 537. (a) 580. (c) Gualterius Canonicus 580. (c) Convent. O. P. 580. (fg)
Camerini Sacri auctor cit. V. Anonymus.
Camona [de] Petrus Electus Aquen. V. Aquen.
Campania Romana quæ. 469. (b) 481.
Campeggius cit. 105. (e) 127. (e)
Campellus Hiſt. Peruſ. cit. 486. (d)
Campi Petrus Hiſt. Placent. cit. 86. (e) 388. (g)
Campilio [de] Margarita Abbatiſſa S. Alex. Parmæ 491.
Cancellerii Raynaldus Prætor Placent. 432. (h)
Cangii Gloſarium - V. Du-Cange.
Cannen. Epiſc. S. Rogerius. 90. (l) 91. (b) 244. (h) Theobaldus O. M. 91. (cd) 244. (d) 442. (b) 444. (d)
Canonia quid. 589. (a)
Cantianus Jo. O. M. 80. (e)
Cantii Conventus O. M. 109. (e)
Cantoria Morinen. 402. (o)
Cantuarien. Civitas 201. (b) 590. (b) Archiep. Jo. Peka O.M. 375. (ab) 383. (ik) 418. (a) 468. (11) 511. (b) 532. (5) 590. (a) Robertus Kilvarbius Ordin. Prædicat. 201. (a) 210. (d)
Capicerius id. Primicerius. 426. (d)
Capiliſtius Jo. Bapt. Ep. Patavinus. 286. (d) 503. (ef)
Capitulares libri qui. 70. (a)
Capitulum Generale - V. Comitia.
Capranicæ Oppidum. 360. (e)
Capuæ Civitas 230. (b) Archiepiſcopus 230. (a) Conventus O. M. 117. (g)
Caput S. Pauli Apoſt. extat Romæ. 155. (de)
Carcaſona Civitas. 90. (c)
Carpentoracen. Epiſcopus. 84. (b)
Cariloci Conventus O. M. 131. (bc) 166. (1. 2.) 241. (4) 438. (h) 467. (8. 9. 10.)
Carius Bernardus Ep. Peruſin. V. Peruſinus.
Carmelitæ. 118.
Carnuten. Civitas. 419. (k) 517. (b) 546. (c) Epiſc. Simon de Perucleo. 474. (k) 546. (d)
Carolus Andegaven. Dux. 16. (g) 18. (adef) 117. (a) 126. (g) 129. (cef) 153. (h) 195. (e) 437. (e) 522. (d)
Carolus Magnus Imp. 313. (b)
Carolus Martellus. 216. (n) 397. (h)
Carolus Rex Siciliæ. 16. (g) 29. (p) 39. (g) 62. (b) 68. (a) 72. (b) 86. (h) 154. (g) 181. (c) 185. (c) 216. (h) 350. (d) 354. (c) 359. (a) 378. (ce) 521. (a) 563. (h).
Caſate [de] Soffia Abbatiſſa. 499. (b)
Caſertan. Epiſcopus Philippus O. M. 137. (gp).
Caſſanen. Epiſc. Marcus O. M. 137. (ef) 156. (ef) 204. (c) 216. (b) 241. (7) 242. (b) 246. (i) 257. (d) 261. (ab). Joannes. 435. (g)
Caſſellen. Civitas. 4. (a) Archiepiſcopus *ibi.*
Caſſiæ Oppidum. 29. (m)
Caſtellæ Prov. O.M. Miniſter al. Caſtiliæ. 226. (aa) 298. (b) 378. (h) Ferdinandus Rex. 151. (c) Sancius Rex. 324. (fg)
Caſtellana de Fulgoſis. 580. (b).
Caſtellana Civitas id. Civitatis Caſtelli. 262. (c) 529. (h) Conventus O. M. 529. (g)
Caſtellaneten. Monaſt. S. Matthæi O. S. B. 188. (a) 387. (d).
Caſtellanus Epiſcopus id. Venetus - V. Venetus.
Caſtello [de] Donatus O. M. Electus Suanen. 513. (f).
Catanen. Conventus O. M. 214. (e) 241. (3.) 322. (fl).
Cathanen. al. Cathaneſien. Epiſcopus Angelus Sabellus 214. (g) 381. (e) Alanus. 382. (a) 485. (b) Archebaldus. 485. (c).
Catharorum hæreſis. 114. (b)
Caturcen. Diœceſis. 445. (g)
Cavalcata, & Cavalcamentum quid. 487. (d) 543. (d)
Caven. Monaſterium O. S. B. 387. (e)
Cayphæ Caſtrum. 26. (e)
Cephaluden. Monaſt. S. Mariæ de Sparto Ord. S. B. 374. (b).
Celani Oppidum. 80. (b)
Cellæ Oppidum al. Carſeoli. 29. (i)
Ceneten. Civitas. 58. (e)
Cennius Cajetanus cit. 313. (a)
Cenomanen. Epiſcopus. 464. (d) 468. (12)
Certimundi Conventus O. M. 3. (bd)
Cham Catay Imper. 292. (f)
Charus Aretinus O. M. Inquiſ. in Tuſcia. 497. (g)
Chavelin cit. 345. (e)
Chriſtiani Judaizantes. 127. 213.
Ciacconius cit. 2. (c) 121. (p) 129. (b) 309. (f)
Civitatis Caſtelli al. Tiphern. Ep. 30. (g) 37. (i) 509. (a) Conventus O. M. *ibi.*
Civitatis Novæ Auſtriæ Incolæ 58. (f) Conventus O. M. 119. (a)
Claſerna [de] Monaſt. S. Angeli Ord. S. B. 142. (g)
Clarentiæ Conventus O. M. 235. (g)
Clariſſæ eximuntur a contributionibus. 58. Hortantur ſuſcipere regulam ab Urbano creditam. 62. quæ confirmatur 103. 308. Ipſæ & earum famuli non ſubſint interdicto. 141. Angliæ 89. (i) Aſſiſ. Monaſt. 25. 27. 28. (abcf) 29. (abcf)

Digitized by Google

29. (a b c f) 107. (a) 108. (c) 447. (b) 586. (c) Avenionen. 262. (d) Bleſen. 546. (e) Cæſarauguſt. 93. Clavari 44. (f) Cracovien. de Scala. 243. (f g) Elien. 471. Fulginat. 320. (g) 551. Genuen, 44. (d) Iſchieten. S. Silveſtri 211. (a) 303. Londien. 36. (d) 40. (d) 471. Meſſan. 421. (d) Montis Lucidi Peruſ. 36. (a) 40. 75. 139. (e) 140. (a) 167. (15) 177. Montis Peſſulani 120. (a) Neapol. ad Nidum 556. (l) Novicaſtri 583. Pariſien. 64. (b) 592. Patavin. de Cella 286. (c) Placentin. 578. (d f) 580. (a) Pruinen. 82. (f) Ravennat. 74. (k) 157. (t) Roman. S. Silveſtri in Capite 544. (c) 548. (g i) 550. Romaniæ 244. & *ſeq.* S. Severini 484. (d) Venet. 262. (b) 503. (k)
Clavari Monaſt. S. Claræ 44. (f)
Clementia Rodulphi Rom. Regis filia. 397. (g)
Clonferten. Epiſcopus. 247. (a)
Cluniacen. Monachi 131. (a) 467. (8)
Cluſin. Civitas 484. (f) 558. (h) Epiſcopus Petrus 484. (c) 558. (g) 571. (a) 572. (c)
Cobila Tartarorum Imp. - V. Quolibey.
Codeporcus Guido. 304. (b)
Codex Diplom. Ord. Mil. S. Jo. Hieroſol. cit. 152. (k)
Cœnobia - V. Conventus ſuis nominibus.
Colimbricen. Epiſcopatus. 203. (b)
Collis Paradiſi auctor ſuppletur. 243. (e)
Coloniæ Provincia Ord. Min. 226. (p)
Columbanus O. M. Ep. Traguriem. - V. Tragurien.
Columna [de] B. Margarita 544. (d) 545. (b)
Comania. 175. (g) 347. (h)
Comenſis Epiſc. Jo. Advocatus. 528. (f) Conventus O. M. 384. (a b)
Comes SS. Marcellini & Petri S. R. E. Card. 574. (b)
Comitia Generalia Ordinis Minorum 393. (a c) 399. 405. (e)
Comitibus [de] Paulus Tripolit. Ep. - V. Tripolitan.
Compoſtellanæ ſeu S. Jacobi Prov. O. M. 296 (b)
Concen. & Corduben. Epiſc. 121. (b c)
Concil. Bituricen. 14. (c) 457. (i) Lateran. 32. (a) 35. (a) 70. (c) 73. (d) 96. (k) 98. (g) 102. (a) 106. (a) 134. (c) 135 (a) 164. (b) 225. (b) 226. (bb cc dd) 232. (d) 308. (c) 369. (b) 455. (d) 480. (h) 523. (a) 584. (b) 588. (c) Lugdunen. 197. (e g) 207. (i) 216. (i) 217. (b) 224. (a) 220. (d) 282. (a) 308 (b g) 310. (c) 353. (f) 362. (d) 381. (g h) 395. (d) 401. (e h) 404. (c) 418. (l) 446. (c) 496. (d) 577. (a) 584. (a) 588. (c) Nicænum 216. (f) Tridentinum. 20. (a b c) 21. (b) 320. (f)
Concordien. Civitas. 58. (d)
Confalonis Sodalitas Romæ erigitur a S. Bonaventura. 126.
Conſetius cit. 158. (c e)
Confluentiæ al. Villæfrancæ Conventus Ord. Min. 136. (a) 304. (g) 401. (a)
Congreg. S. Officii Romæ a quo inſtituta 22. (a)
Conimbricen. Monaſt. S. Crucis O. S. Auguſt. 144. (d) Conventus O. M. 184. (c)
Conradinus Nepos Friderici II. Imp. 86. (f) 129. (g) 150. (d) 153. (f) 336. (g)
Conradus Epiſc. Juſtinopolitanus 98. (i k)
Conradus O. M. Provinciæ Alemanniæ Miniſter & Nunc. Apoſt. 310. (a c) 314. (c) 315. (h)
Conradus Epiſc. Tullen. O. M. 422. (b)
Conſan. Electus Laurentius Blundus O. P. 387. (a) Civitas 387. (b)
Conſentiæ Conventus O. M. 166. (13) Cuſtos 503.
Conſolati Fratres qui 259. (c)
Conſtantia Regina Aragoniæ. 520. (f)
Conſtantien. Civitas 231. (c)
Conſtantinus O. M. familiaris Pontificis 284. (h)
Contarenus Jacobus 229. (b)
Conventus Ordinis Minorum - V. ſuis locis;
Corduben. Epiſc. - V. Concen.
Corinthien. Archiep. 173. (d) 515. (d)
Corius cit. 206. (d)
Corneliaco [de] Petrus O. M. 129. (d)
Coronatio Imperat. 316. (e)
Coronen. Electus & Civitas 235. (d)
Correa [de] Monaſt. S. Michaelis O. S. B. 343. (c)
Corſicæ Provinciæ O. M. Miniſter 519. (c)
Cortonen. Civitas 263. (b) Conventus O. M. *ibi*.
Coſentiæ - V. Conſentiæ.
Coxani Monaſt. S. Michaelis O. S. B. 402. (b)
Cracoviæ & Sandomiriæ Dux Boleslaus - V. Boleslaus.
Cracoviæ Monaſt. de Scala 243. (f) 244. (a)
Credendarii qui. 338. (e)
Cremonen. Populus 217. (f) Conventus O. M. 111. (a) Monaſt. O. S. B. 110. (k)
Creſcentii Franciſcus, & Nicolaus Romani 494. (c)
Croſſi Veneti cujus valoris 9. (e)
Crotonien. Epiſcopus Nicolaus 113. (b)
Cruceſignati ubi ſignum Crucis geſtabant 224. (g)
Cruſſol Jo. Montis Peſſulani 93.
Cultura [de] Lambertus O. M. Nunc. Reg. Franciæ 168. (h)
Cumani populi 429. (b)
Curialitas quæ 216. (l)
Cuſentiæ - V. Conſentiæ.
Cuſoach Nicolaus O. M. Ep. Daren. - V. Daren.
Cuſtos Conventus Aſſiſien. - V. Aſſiſien. Conventus.

D

Dalmatiæ Provincia O. M. 226. (n)
Damalvitius Stephanus cit. 509. (i)
Dampetra Guido Comes Flandriæ - V. Flandriæ.
Dandulus Andreas cit. 269. (d) Francus Dux Venetus 563. (g)
Daniæ Provincia O. M. al. Datiæ 226. (q) 400. (d)
Daniel O. P. Nuncius Venetus. 563.
Danus a Ludewigo cit. 476. (e)
Daren. Civitas 425. (c) Epiſc. Simon 423. (e) Nicolaus de Cuſoach O. M. 46. (e f) 425. (b) 461. (e f)
David Ord. Min. Ep. Suanen. 513. (e)
Dayæ Conventus O. M. al. Miramaris 254. (b c)
Decretales Bonifacii VIII. cit. 226. (bb) 227. (a b d e) 484 (ab)
Deſalcare quid 436. (g)
Dei Arnaldus Nuncius Regis Caſtellæ 234. (a)
Derliſton Jo. O. M. 210. (f)
Dertuſen. Conventus O. M. 287. (h)
Dien. Epiſcopus 439. (a)
Dieſte Arnulphus (de) 346. (k)
Diffidare 520. (b)
S. Dionyſii Monaſt. Pariſien. O. S. B. 474. (n)
Dionyſius Portugalliæ Rex. 239. (b) 518. (k)
Diotaleve Peruſin. O. M. 159. (c) 515. (a)
Diruta [de] Andreuccius Maſſei 466. (a)
Diſtantia locorum Mendicantium inter ſe, qualis eſſe debeat. 40. 59. 88. (a) 158.
Diſtrictum quid 110. (e)
Divionen. Conventus O. M. 490. (a)
Dominicus Ep. Abulen. - V. Abulen.
Dominicus O. M. Pœnitentiarius Papæ 303. (e)
Donatus e Caſtello O. M. Electus Suanen. 513. (f)
Donum Dei Urbs Scotiæ 485. (i)
Dovariæ Caſtrum 579. (c)
Droco Pruinen. Doctor Pariſien. O. M. 552. (d)
Dublinen. Conventus O. M. 243. (b) 247. (b)
Du-Cange Gloſarium cit. 90. (e) 124. (d) 337. (a) 338. (e) 463. (d) 499. (g) 567. (a b)
Dunelmen. Archiep. 583. (h) Civitas 583. (i)
Dunemunda Arx 201. (k)
Dunen. Oppidum 200. (f)
Dupla auri 93. (f)
Duranti Gulielmus Rector Prov. Flaminiæ 470. (c)

E

Eberardus cit. 480. (f) 598. (f)
Eboracen. Civitas & Archiep. 60. 418. (b e l) 468. (11) 583. (f g) Conventus O. M. 284. (l)
Eboren. Conventus O. M. - V. Elboren.
Ebroicen. Epiſc. 472. (a)
Ebuli Oppidum 379. (e)
Echard Annal. O. P. cit. 125. (a)
Egitanien. - V. Ægitanien. al. Igeditan.
Egra Civitas 176. (c)
Elboren. Conventus O. M. 162. (e) 166. (7)
F. Elias Miniſter Generalis Ordinis Min. 107. (h)
S. Eliſabeth Tertii Ord. S. Franciſci. 95. (n)
Elnen. al. Helenen. Civitas & Epiſc. 401. (b) 402. (a d)
Elphien. Epiſc. 575. (b)
Enecus O. M. Capellanus Papæ 96. (c) 98. (a e) 140. (a)
Engelbertus Comes de Marchia 10. (c)
Engleſius Cabalacius - V. Caballacius.
Engoliſmen. Epiſc. 266. (b) 403. (c d)
Epa Joannes Rector Flaminiæ, mox & Campaniæ Rom. 517. (i)
Epiſcopi Ordinis - V. ſub propriis nominibus, eorumque Diœceſis.
Eporedien. Bonifacius O. M. Nunc. Ap. 111. (c)
Ericus Electus Magdeburgen. 506. (d)
Ermengaudus de Melgorio 79. (a b)
Errores expuncti Tomi II. hujus Operis 238. (a) Hujus autem II. Tomi 94. (c) 101. (b c) 109. (a) 110. (h) 117. (b) 126. (i) 128. (d e) 137. (i) 142. (b) 153. (e) 162. (d) 163. (f) 218. (i) 222. (g) 223. (e f) 224. (f) 236. (b c) 243. (b) 244. (k l) 249. (a f) 250. (d) 251. (a h i) 253. (d) 254. (k) 260. (abcde) 268. (a b) 270. (b) 271. (be) 272. (h) 273.

Digitized by Google

273. (a) 279. (h) 283. (a) 286. (b) 300. (d) 301. (f) 305. (i) 306. (e f g h i) 307. (b c d e) 310. (e) 313. (c) 314. (a) 318 (a b) 345. (e) 346. (c) 348. (c) 349. (b) 362. (a) 365. (k) 366. (h) 371. (e g i) 383. (h) 426. (k) 456. (d e) 480. (l) 501. (f) 503. (i) 505. (m) 558. (i) 568. (l) 569. (o) 598. (c f)
Eugubin. Civitas 565. (a) Epiſc. Jacobus 92. (k) 139. (d) 142. (d) 309. (i) Benvenutus O. M. - V. Benvenutus.
Eugubin. Conventus O. M. 564. (f)
Euſtachius Atrebaten. - V. Atrebaten.
Eymericus Direct. Inquiſ. cit. 127. (d) 213. (c)
Ezelinus Tirannus 29. (f)

F

FAbriani Conventus O. M. 109. (d)
Falgario [de] Raymundus O. P. 91. (i)
Famauguſtan. Epiſc. - V. Ægitanien.
Fanen. Civitas 324. (k) Epiſc. Fideſmidus 324. (i)
Fatebonus Ordinis Minorum Guardianus Conventus Foroliv. 508. (e)
Faventiæ Epiſc. 30. (f)
Federicus Archiep. Salzburgen. 482. (g)
Felicetus O. M. Ep. Eſernien. - V. Eſernien.
S. Felicis de Vada Monaſt. Ord. Præd. 566. (c)
Ferdinandus Rex Caſtellæ 151. (c)
Ferentin. Epiſc. 305. (f h) 307. (i) Conventus O. M. 33. (b) 166. (4) 274. (i) 305. (c e)
Fernandus O. M. Burgen. Epiſc. 423. (c)
Fernandus Archiep. Toletan. 584. (h)
Ferrarien. Civitas & Epiſc. 183. (b) 229. (c) 252. (h) 339. (h) 564. (a) Conventus O. M. 564. (b)
Ferrarius Lexicon Geogr. cit. 461. (k)
Fidentius O. M. Epiſc. Averſanus 92. (l)
Fidentius O. M. Nuncius Venetus 563. (k)
Fideſmidus Epiſc. Fanen. - V. Fanen.
Firmamenta trium Ordinum cit. 158. (c) 160. (g h)
Firmanus Epiſc. Philippus S. A. Leg. 184. (b) 347. (i) 371. (f) 427. (g) 479. (f)
Flaminia Provincia quæ 311. (b)
Flandriæ Comes Guido Dampetra 347. (d) 593. (f) 559. (e) Iſabella Comitiſſa Flandriæ 347. (f) Cuſtodia Ord. Minorum 456. (e)
Fliſcus Ottobonus - V. Ottobonus.
Floraſius Ep. Sutrinus 418. (f g)
Floraſius Ord. Min. Adminiſtrator Monaſt. S. Pauli Romæ 419. (a)
Florentin. Conventus Ordinis Minorum 343. (d) 345. (b) 582. (a)
Florentiola Oppidum . 433. (a)
Folcalquerii al. For. Neronii 90. (g)
Folquini Villelmus Nunc. Apoſt. 165. (c)
Fontis Avellani Monaſt. S. Crucis 142. (t) 167. (19)
Forbanitio quid 486. (f)
Forojulien. Civitas 570. (a) Conventus O. M. *ibi*.
Forolivien. Conventus O. M. 508. (e)
Fortius de Salis 320.
Fractæ Caſtrum 466. (b)
Franciæ Reges - V. Ludovic. & Philip. Regina Maria 229. (e) 233. (a d) 471. (b) Blanca 582. (e) 583. (c) Provincia Ord. Min. 26. (a) 226. (k) Miniſter ejuſdem Provinciæ 402. (h) 426. (f) 463. (c) 552. (d)
S. Franciſcæ Romanæ Eccleſia in Urbe Roma 145. (c)
S. Franciſci Provinciæ Miniſter in Ordine Min. al. Umbriæ 226. (z) 268. 271. 274. 509. (c)
Franciſcus Creſcentii Nob. Romanus 494. (e)
Franciſcus Ep. Melphien. 460. (n)
Franciſcus Ep. S. Marci 476. (k) 477. (f) 502. (f)
Franciſcus Thomas Venetus Epiſc. 228. (i l)
Fratres Minores - V. Minores Fratres.
Fredoli Berengarius Succentor Eccleſiæ Biteren. 579. (a)
Freſnen. Gloſarium - V. Du-Cange.
Fridericus Imperator 16. (e f) 252. (b)
Fridericus Vallen. Electus Salzburgen. - V. Salzburgen.
Fridericus Vicecomes Archiep. Piſanus 214. (a)
Friſacum Oppidum & Conventus O. P. 31. (a)
Friſingen. Ep. Conradus II. 180. (c)
Frizonius cit. 309. (f)
Frontaria pro Frontiera. 366. (f)
Fulbornius Stephanus O. M. Archiep. Tuamen. 573. (d f) 575. (g)
Fulco de Podio Ricardi 183. (a)
Fulginat. Civitas 320. (n) 455. (f) Monaſt. S. Claudii 320 (g) 551. Cives a Peruſinis vexati 486. (d) Item a Narnienſibus 527. (g)
Fulgoſus Philippus Ep. Placentinus 432. (g)
Fulgoſis [de] Caſtellana 580. (b)

G

GAbella quæ 69. (e)
Gabellum Oppidum 311. (d)
Gadicen. Inſula 70. (l) 121. (k l) Epiſcopus 167. (22) 370. (c g)
Gadien. in Hiſpania Epiſc. O. M. 242. (b)
Galganus Inquiſit. Spolet. O. M. 587. (a)
Gallea quid 110. (g) 174. (l)
Galliæ Chriſtiana cit. 86. (c) 91. (i) 103. (g) 105. (h) 126. (c) 200. (h) 212. (h) 232. (b) 368. (f) 446. (a b) 475. (e) 585. (e)
Gallicia al. Halicia 175. (e)
Galliæ Provinciæ O. M. Miniſter 38. (c)
Gallucci Lambertinus 369. (a)
Galvanus Lancea 150. (f)
Gardien. Conventus O. M. - V. Guardien.
Gaufridus Card. S. Suſannæ 498. (b)
Gaufridus de Bellomonte 45. (a) 121. (a)
Gaufridus Epiſc. Laudunen. 212. (h)
Gauſon Andreas Electus Raguſinus - V. Raguſinus.
Gemeticen. Monaſt. O. S. B. 183. (f)
S. Geminiani Oppidum 346. (f)
S. Gemino [de] Bartholomæus O. M. Nuncius Apoſtol. 451. (c) 452. (a d)
S. Gemini Oppidum 449. (f)
Geneven. al. Ginevra 386. (e)
Gentilis Bitonien. O. M. Inquiſitor 269. (g) 271. 274. Nuncius Apoſt. 268. Archiep. Rheginus 424. (a d)
Gentilis Urſina uxor Azonis Ferrariæ Marchionis 451. (b)
Genuen. Epiſc. 44. (b) Monaſt. S. Catharinæ 44. (d) Ejus Provinciæ O. M. Miniſter 528. (b) Conventus *ibid.*
Gerardus Blancus Card. S. R. E. Legatus 324. (a) 333. (b) 334. (c) 367. (f) 447. (d) 474. (g)
Gerardus Praten. O. M. Nunc. Apoſt. 113. (b) 248. (d) 289. (b) 292. (d) 295. (a) 296. (c & ſeq.) 299. (b)
Geremianenſes Bononiæ civile bellum ciunt. 449. (d)
S. Germani Oppidum 140. (c)
Gerneroden. Monaſt. O. S. B. 240. (c) 241. (10)
Gerunden. Epiſc. Bernardus 219. (h)
Giffridus Anagninus Rector Marchiæ Anconit. 364. (f) 397. (l) 452. (c) 490. 491. (a)
Glocerien. Civitas 511. (h) Monaſt. O. S. B. 511. (i)
Gneſnen. Civitas 479. (b) Epiſc. Martinus O. P. 479. (c d) 509 (g) Henricus Electus Ord. Min. 479. (a k) 480. (b) 509. (f i) 332. (4)
Godefridus Eccleſiæ Solien. Præpoſitus 315. (h)
Godefridus Reatinus Ep. - V. Reatinus.
Gonzaga Franciſcus cit. 16. (b) 31. (b) 44. (a) 60. (e) 166. 463. (b) ſuppletur 230. (g)
Gotifridus Epiſcopus Tiburtinus 30. (d)
Graden. Patriarcha Joannes 229. (a)
Gratianopolitana Civitas 386. (f)
Græcia ſeu Morea al. Achaja - V. Romaniæ Imperium.
Græciæ Imperat. - V. Paleologus, & Andronicus. Patriarcha & Epiſc. 533. (a) Archimandrita 421. (g)
Græci a Latinis diſſidentes 114. (c) 115. (b c d) 156. (a)
Gregorius e Monte longo Patriarcha Aquilejen. 96. (a)
Grimerius Archiep. Auxitanus 320. (a)
Gronembergh Oppidum 506. (f)
Groſſetan. Epiſc. Bartholomæus O. M. 298. (d i) 349. (c) 354. 359. 373. (c)
Groſſi Veneti cujus valoris 9. (e)
Gualdi Caſtrum 531. (b d) Conventus O. M. 531. (a)
Gualterus Canonicus Camerinen. 580. (e)
Gualterus Epiſcopus Pictavien. O. M. - V. Pictavien.
Guamo [de] Monaſt. S. Michaelis O. S. B. Lucan. 422. (h)
Guardien. Conventus O. M. al. Gardien. 162. (f)
Guaſchi Guillelmus . 338. (h)
Guicciardinus O. M. de S. Geminiano Inquiſit. in Tuſcia 346. (e)
Guido Card. S. Laurentii in Lucina S. A. Legatus 11. (e)
Guido Camerinen. Epiſc. - V. Camerinen.
Guido Miniſter Prov. Romanæ O. M. Nunc. Apoſt. 223. (d) 268. 269. 271. 418. (k)
Guido de Monteforti 218. (d k) 517. (k)
Guido Codeporcus 304. (b)
Guido Dampetra Comes Flandriæ 347. (d) 559. (e) 593. (f)
Guidolinus Ferrar. ex Ord. Min. Monachus Nonantulæ 344. (a m)
Guillelmus Matiſcon. Ambianen. Epiſc. - V. Ambianen.
Guillelmus Anteraden. Ep. - V. Anteraden.
Guillelmus Card. S. Marci 288. (b)
Guillelmus Ep. Ferrar. - V. Ferrarien.
Guillelmus Frexinet Ord. Præd. Ep. Tripolitan. - V. Tripolitan.
Guillelmus Abringen. 368. (i)

Guil-

Digitized by Google

Guillelmus Bertrandi O. M. Inquiſitor - V. Bertrandi.
Guillelmus de Morbecca - V. Corinthien. Archiep.
Guillelmus Gallus de Brajo 309. (f) 376. (f)
Guillelmus de S. Amore 99. (b c)
Guillelmus Valentinus Electus 419. (h)
Guiſchiæ Monaſt. Clariſs. - V. Bleſen. Monaſt.
Gundiſalvus Epiſc. Burgen. - V. Burgen.
Gunterus Electus Magdeburgen. 377. (h)
Gurcen. Epiſc. 30. (i) 465. (c g)

H

HAginow Conventus O. M. 597. (e g)
Halberſtaden. Oppidum 507. (d) Conventus Ord. Min. 377. (f) 241. (10)
Halicia al. Galicia 175. (e)
Hammaren. Epiſcopus 595. (e)
Hartpernus O. M. Miniſt. Provincialis Auſtriæ - V. Auſtriæ Miniſter.
Haslar Caſtellum 179. (a)
Haymo Ep. Vercellenſis. 340. (d)
Haymo Lacedemonen. - V. Lacedemonen.
B. Helena Enſelmina 286. (c)
Helenen. - V. Elenen.
Helinus de Ciſonio 346.
Henricus Bremen. - V. Bremen.
Henricus a S. Germano O. M. Ep. Eſernien. - V. Eſernien.
Henricus de Conſentiis al. de Solertiis 154. (d)
Henricus Electus Cathanen. - V. Cathanen.
Henricus Lunen. Epiſc. 567. (d)
Henricus Oſtien. - V. Oſtien.
Henricus Rex Angliæ - V. Angliæ Rex.
Henricus O. M. Epiſc. Baſilien. - V. Baſilien.
Henricus Gandavenſis cit. 480. (m)
Henricus Maguntin. Archiep. 228. (a) 231. (d e f) 232. (k) 569. (a b)
Henricus de Feſtingâ Electus Treviren. - E. Treviren.
Henricus Dux Bavariæ 177. (b) 181. (g)
Henricus de Alemannia 218. (e)
Henricus Knoderer. O. M. 222. (b)
Henricus de Notingam 381. (f)
Henricus Seguſianus 97 (b)
Henricus Senator Romanus 111. (b g)
Herefordien. Ep. Thomas. 369. (e)
Herminia Abbatiſſa S. Silveſtri de Capite Romæ 544. (b)
Hiberniæ Provinciæ Miniſt. O. M 226.
Hieronymus Aſculanus Nunc. Apoſt. & Card. S. Pudentianæ mox Epiſc. Præneſt. 151. (c) 193. 194. 195. 209. (d f) 220. (a) 222. (d) 249. (c e) 254. (g) 268. 269. (f) 271. 274. (c n) 275. (a d) 280. (d) 281. (g n) 295. (c) 299. (c e) 300. (a) 301. (a h) 322 (a) 323. 334. 365. (d) 367. 393 (d) 398. 447. 465. (e) 467. (3. 4. 5. 6) 517. (o) 537. (b) 544 (h)
Hieroſolimitan. Hoſpital. 469. (a b)
Hieroſolimitan. Patriarch. - V. Vercellen. Thomas.
Hieroſolimitan. Electus 324. (c) 334.
Hiſpallen. Archiep. 15 (a) 585 (b)
Hiſpani rebelles Sedi Apoſtolicæ 341 342.
Hiſpellates ne ſint auxilio Peruſinis contra Fulginates 486.
Hiſpelli Oppidum 486. (b) Conventus O. M. 538. (b)
Hortan. Epiſc. O. M. 242. (b) Monaſt. Clariſs. S. Georgii 467. (1. 2.)
Hoſpitalariorum Militiæ B. M. V. 74. (f)
Hoſpitalis S. Lazari Spolet. Conventus O. M. 76.
Hugo Attratus Card. S. Laurentii in Lucina 486. (a) 491. (i) 492. (f) 511. (e)
Hugo Dux Burgundiæ 490. (b)
Hugo de S. Caro O. P. 133. (d)
Hugo Ep. Bethleemiticus 459. (c)
Humanen. Ep. Bernardus 460. (d) Arnulphus O. P. 460. (f) Marcus O. M. 460. (g)
Humiliati Fratres 528. (c)
Hungariæ Rex Ladislaus 428. (a) Provincia O. Min. 226. 347. (g l)

I

S. JAcobi Provinciæ O. M. Miniſter ſeu Compoſtellanæ 296. (b)
Jacobus Aliphian. O. Min. Electus Beneventan. - V. Beneventan.
Jacobus Archiepiſc. Rhegii - V. Rhegien.
Jacobus Aragoniæ Rex 123. (k) 125. (f) 224. (b) 253. (e) 254. (h)
Jacobus Columna Cardinalis S. Mariæ in Via-Lata 489. (e) 574. (c)
Jacobus Contarenus 229. (b)
Jacobus Electus Gneſnen. - V. Gneſnen.
Jacobus Eugubinus Epiſc. - V. Engubin.
Jacobus de Pernis Miniſter Ord. Min. Prov. Siciliæ - V. Siciliæ.
Jacobus Sabellus Card. S. Mariæ in Coſmedin 204. (g) 266. (h) 276. (i) 306. (e) 325. (i) 427. (e) 500. (f) 502. (k)
Jacobus Lunden. Archiep. ſit Minor 488. (f)
Jacobus Saracenus Canonicus Reatinus 320. (d)
Jacobus de Vitriaco cit. 126. (e)
Jacobus de Vitrola O. P. 83. (d)
Jacobus Valven. Epiſc. O. P. 380. (c)
Januen. Provincia O. M. 226. 340. (f) 537. (d)
Januinorum libra 388. (h)
Jarundu Archiep. Nidroſien. - V. Nidroſien.
Igeditan. - V. Ægitanien.
Illerden 287. (g)
Illuminatus Ep. Aſſiſias - V. Aſſiſien.
Imperialis moneta 477. (f) 495. (c)
Incluſi qui 433. (b)
Induciæ - V. Treugæ.
Inſula Arpinas 449. (d)
Inſula [de] Nicolaus Rom. 494. (d)
Inſula Sacra 494. (d)
Inſula Lycaonia ſeu Tiberina Romæ 494. (d)
Inſulen. Conventus O. M. 593. (d)
Inſulen. Eccleſia vulgo Lilla 455. (a)
Joannes Amerinus O. M. Electus Sutrinus 418. (l)
Joannes de S. Agatha O. M. Nunc. Apoſt. 248. (d) 289. (d) 292. (d) 295. (a) 296. 299. (b)
Joannes Alnetus O. M. 5.
Joannes Baren. Archiep. - V. Baren.
Joannes Beneventanus Archiep. - V. Beneventan.
Joannes Bucamatius - V. Tuſculan. Epiſc.
Joannes Becchus Patriarcha Græcorum 270. (c) 353. (a)
Joannes Cajetanus Urſinus S. R. E. Cardinalis - V. Urſini.
Joannes Colettus Gallus tit. S. Ceciliæ Presb. Cardinalis 522. (b) 528
Joannes Conſtantinopolitanus O. M. 187. (e) 188. (b)
Joannes Comenſis Epiſc. 528 (f)
Joannes de Bellocaſtro 217. (g)
Joannes de Cantia O. M. 80. (e)
Joannes de Luco 511. (k)
Joannes Derlicton O. P. 210. (f)
Joannes Epa Gallus 470. (b)
Joannes Eboracen. Archiep - V. Eboracen.
Joannes de Guidonis al. Gardonis 87. (c)
Joannes Lincolnien. Epiſc. 511. (c)
Joannes Lupicini Placent. O. M 433. (c)
Joannes de Manſo 69. (i) 154. (d)
Joannes Electus Meten. O. M. 212. (b)
Joannes Nidroſien. Archiep. - V. Nidroſien.
Joannes Tropeen. Ep. - V. Tropeen.
Joannes Martini O. M. - V. Ægitanien. Ep.
Joannes Pelham 375. (a) 377. (a) 383. (i k)
Joannes Patriarcha Graden. 229. (a)
Joannes Romanus Ep. Eboracen. - V. Eboracen.
Joannes Nigropontis O. P. 156.
Joannes O. M. Sardus Electus Arboren. - V. Arboren.
Joannes de Toledo Anglus 197. (c)
Joannes Vercellen. O. P. Nuncius Apoſtol. 71. (b) 99. (c) 136. (f) 160. (g) & Patriarcha Hieroſolim. Electus 249. (c e) 274. (a) 275. 280. (c) 281. (f m) 295. (d) 299. (f) 365. (e) 367. 398.
Joannes Viterbien. O. P. Procurator & Nuncius Apoſtol. 280. (e) 281. (k) 300. (c e) 447.
Job Epiſcopus Quinqueccleſien. - V. Quinqueccleſien.
Jordanis Chronicon cit. 1. (d) 3. (b) 25. (d) 28. (f) 32. (h) 95. (a) 105 (k) 117. (k) 131. (c) 154. (d) 155. (a) 164. (c d) 230. (g) 240. (b) 254. (c f) 287. (h) 337. (d) 383. (e) 401. (a) 422. (e) 445. (k) 476. (h) 549. (c)
Jordanus Perandi al. Pirutius Card. SS. Coſmæ & Damiani Rector Campaniæ Romanæ 305. (l)
Jordanus Urſinus Card. S. Euſtachii - V. Urſinus.
Joſſelinus O. M. Ep. Arauſicen. - V. Arauſicen.
Jotren. Monaſt. O. S. B 552. (f)
Iporegia [de] Bonifacius O. M. Nuncius Apoſt. - V. Bonifacius.
Iſabella Comitiſſa Flandriæ 347. (f)
Iſabella ſoror S. Ludovici Reg. Franc. 64. (b) 83. (e)
Iſchietto [de] Monaſt. S. Silveſtri 303.
Judæorum Talmud - V. Talmud.
Judemburgen. Conventus O. M. 31. (b)
Juſtinopolit. Epiſcopus Conradus 98. (i k) Conventus O M. 98. (l) 99. (a)

Digitized by Google

K

KIlvæchius Archiep. Cantuarien. - V. Cantuarien.

Knoderer Henricus Ord. Min. 222. (b)

Kunegunda Duc. Poloniæ quandonam Ordinem S. Claræ ingreſſa 508. (h l)

L

LAbei Concil. cit. 14. (c)

Lacedemonen. Ep. Haymo ad Coronen. Eccleſiam poſtulatus 335. (e) 336. (b) Nicolaus 547. (f)

Ladislaus Rex Hungariæ 428. (a)

Lambertacci Bononienſes cum Geremienſibus diſſidentes. 449. (d)

Lambertinus Gallucci 369. (a)

Lambertus de Cultura Ord. Min. Nunc. Regis Franciæ 168. (h)

Lamecen. Epiſcopus Paſchaſius 203. (b) 236. (c)

Lando - V. Andito [de]

Landshuten. Conventus Ord. Minorum 177. (b)

Latinus O. P. Epiſc. Oſtien. - V. Oſtien.

Lavareto [de] Nicolaus Ordinis Minorum Electus Suanen. 514. (a)

Laudunen. Epiſc. Gaufridus 212. (h) Civitas 89. (d) Conventus Ord. Min. 212. (e) 241 (5)

S. Laurentii Monaſt. extra muros Romæ 329. (e)

Laurentius Blundus O. S. B. Electus Conſan. - V. Conſan.

Laurentius Epiſc. Antibaren. - V. Antibaren.

Laurentius Nepeſin. Epiſc. - V. Nepeſin.

Lauſanen. Civitas 556. (b) Epiſcopus 556. (b c e) Libra 557. (a) Conventus O. M. 556. (d f)

Leclinen. Epiſc. 247. (c)

Ledeſma Oppidum 518. (c)

Leges contra Hereticos 47. 49. 69.

Legionen. Civitas 518. (b) Epiſcopus 518. (c)

Leſius Hiſtor. Montis Regalis cit. 59. (d)

Leodien. Ægidius Epiſc. Valven. O. M. - V. Valven.

Leodien. Civitas 346. (l) 380. (a)

Leonardus Epiſc. Tricaricen. O. M. 524. (h)

Leonardus Aſculan. Coadjutor Epiſcopi Eugubini 92. (i) 142. (e)

Leonardus Archidiaconus Spolet. 382. (d g)

S. Leonis Feretr. Civitas 504. (d f) Epiſc. Robertus 504. (e) Conventus O. M. 504. (c)

Leopolitanus Conventus O. M. in Ruſſia 600. (3)

Leopolit. Feretranus - V. ſupra S. Leonis.

Leproſorum Hoſpitale S. Lazari - V. Vallis Collis Conventus.

Leſinen. Civitas 383. (d) Epiſcopus Peronus 383. (c)

Leyrena Civitas & Conventus O. M. 164. (d)

Libra Imperialium 477. (f) 495. (c) Provenien. 50. (a) 144. (a) Mauriſien. 567. (b)

Limbricen. Conventus O. M. 573. (h i)

Lincolnien. Civitas 284. (k) Epiſcopus Jo. 511. (c)

Lincopiæ Conventus Ord. Min. 476. (c)

Litien. Monaſt. O. S. B. 385. (b)

Litomerium 175. (l) Conventus O. M. *ibid.*

Litteræ Bullandæ - V. Bullatus.

Loco-Sexto [de] Joanne Monaſt. O. S. B. 498. (a)

Loderengus de Andalo 74. (e)

Lombardia 386. (d) Provincia Ord. Min. 528. (b) 537.

Londonien. Conventus O. M. 210. (e)

Lubicen. Epiſc. Ord. Min. 242. (b)

Lucani Mercatores 530. Cives 110. (c) Conventus O. M. 241. (2) 422 (i) Monaſt. de Guamo O. S. B. 422. (h)

Lucas Patavinus Electus Raguſin. - V. Raguſin.

Lucas Trevent. - V. Treventin.

Lucidus Piſanus Ord. Min 213. (e)

Luco [de] Joannes 511 (k)

Ludomeria - V. Litomerium.

S. Ludovicus Epiſc. Ord. Min. 16. (g)

Ludovicus Pius Imperator 513. (a)

S. Ludovicus Rex Francorum 7. (b) 16. (g) 18. (c f) 19. (ab) 69. (dg) 120. (e) 154. (c) 159. 168. (d) 188. (c) 241. (b) 279. (b) 368. (c) 473. (g) 582. (f)

Lugdunen. Concilium - V. Concilium. Archiepiſc Aymanus 499. (f) Electus 38. (l) 441. (o) Conventus Ordinis Prædic. 419. (c) Conventus O. M. 274. (3) 499. (d)

Lunden. Archiep. Jacobus fit Minor. 488. (e f)

Lunen. Epiſcopus Henricus 567. (d)

Lunetan. al. Sarzanen. Conventus Ord. Min. 45. (d) 567. (f) Civitas 567. (e)

Lupicini Jo. Placentin. Ord. Min. 433. (c)

Luxovien. Monaſt. O. S. B. 118.

Lycaonia Inſula 494. (d)

M

MAbilonius cit. 109. (a) 110. (k) 135. (d) 240. (cd) 340. (e) 341. (f) 343. (b c e h) 379. (b) 383. (f) 384. (h) 387. (e) 422. (h) 445. (f) 524. (f) 557. (b) 571. (f) 576. (c) Suppletur 380. (d) 385. (c) 466. (d) 498. (a) 499. (a) 524. (ek) 546. (e)

Macaluſſi Thomas Genuen. 388. (e)

Machiavelli Angiolinus 582. (b)

Machilonis Caſtrum 33. (e) 37. (b) Conventus O. M. *ibid.*

Machou Dux 181. (h) Cuſtodia FF. Ord. Min. *ibid.*

Magalona Civitas 105. (g) 120. (b)

Magdeburgen. Civitas 377. (g) 506. (d) Archiepiſcopus Gunterus 377. (h) Henricus 506. (d) Electus Bernardus Velpia 506. (h) Conventus Ord. Min. 507. (b)

Magnus Hiſt. Got. cit. 476. (e)

Magnus Rex Svetiæ 476. (a b e)

Maguntin. Civitas 231. (d) Archiepiſcopus Henricus 228. (a) 231. (d e f) 232. (k) 251 (b) 569. (a b) Præpoſitus 231. (a) Conventus O. M. 231. (c)

Majolum Oppidum 504.

Majorica Inſula 254. (a)

Malachias Electus Tuamen. 573. (h)

Malacitan. Epiſc. & Civitas 122. (e)

Manfredoniæ Civitas, & Conventus - V. Sipontin.

Manfredus Electus Veronen. & Rector Marchiæ Anconit. V. Veronen.

Manfredus Princeps Tarent. 16. (d) 18. (a) 29. (i) 68. (b) 79. (t) 84. (i) 86. (d) 91. (a) 92. (m) 117. (e) 322. (h)

Manrique Angelus cit. 1. (a f) 11. (a) 386. (c) 534. (c) Suppletur 266. (i)

Manſi Conventus 154. (d)

Manſo [de] F. Jo. Nuncius 69. (f) 154. (d) Oppidum 154. (d) Conv. Ord. Min. *ibid*

Manſuetus Ord. Min. Nunc. Pontif. 110. (b)

Mantiſſæ auctor cit. 478. (g)

Mantuan. Cives a cenſuris abſolvendi 339. Epiſcopus Philippus Bonacolſus - V. Philippus. Monaſt. S. Andreæ 336. (c) 339. (e)

Marcha argenti 95. (c) 340. (b) 487. (c) Aquilejen. 95. (m) De Naquis 95. (e) Sterlingorum 81. (f)

Marchia [de] Comes Engelbertus 10. (e)

Marchia Anconitana 30. (i) Ejus Rector 18. Provincia O. M. 226. (b) Ejus Miniſter 460.

Marchia pars Carniolæ 176. (b)

Marchiæ Tarviſinæ Provinciæ Ordinis Minorum Miniſter 226. (i)

S. Marci Civitas in Calabria 476. (i) Epiſcopus 204. (a b) 230. (c d) 242. (b) 476. (k) 477 (a) 502. (c f g) 503. (d)

Marcionis hæreſis quæ 114. (a)

Marcus Caſſanen. Epiſc. - V. Caſſanen.

Marcus Humanen. Epiſc. - V. Humanen.

Marcus Mirabelli Ep. S. Marci - V. S. Marci.

Marcus Sorentin. Epiſc. - V. Sorentin.

Marcus Venetus Electus Raguſin. - V. Raguſin.

Mare magnum Clem. IV. 551.

Margarita Regina Franciæ 437. (h)

Margarita Regina Siciliæ 378. (d)

Maria de Comitibus Principiſſa Antiochiæ 328. (a) Regina Franciæ 229. (e) 233. (a d) 471. (b)

S. Mariæ Novæ Eccleſia Rom. 145. (c)

S. Mariæ Rotundæ Eccleſia Rom. reformatur 505. (l)

Marinus Sanutus cit. 291. (b e)

Maritimus ager in Agro Romano 469. (d) 481.

Marochien. Epiſc. Blancus O. M - V Blancus.

Martene & Durand. cit. 3. (a) 83. (i) 131 (a f) 136. (e) 156. (c) 189. (e) 207. (k) 268. (b) 358. (c) 359. (d) 383. (c) 422. (g) 520. (e) Suppletur 188. (e) 246. 247. (b) 350. (b)

Martini Jo. Egitanien. Ord. Min. - V. Ægitanien

Martini IV. corpus Aſſiſium transferendum 557. (f)

Martiniaco [de] Amadeus 556. (g)

Martinus Bracaren. Archiep. - V. Bracaren.

Martinus Gneſnen. Archiep. - V. Gneſnen.

Martinus Polonus Ord. Min. 133. (e)

Martinus de Tuſcanella O. P. 278. (b)

Marſici Civitas 33. (f)

Maſnada al. Secta 152. (b)

Maſſa Trebaria 352. (f)

Maſſei Andreuccius 466. (a)

Maſſilien. Civitas 6. (c) 84. (e) Epiſc. 6. (f) 86. (c) Inquiſitionis officium 6. (b) Conventus O. M. *ibi.*

Matiſconen. Epiſc. 438. (i) 439. (d) 444. (a) 468. (10)

Matricis Oppidum 29. (l)

Matthæus Aretinus Ord. Min. Nunc. Pont. 289. (f) 292. (d) 295. (a) 296. 299. (b)

Matthæus de Magiſtro Ep. Siracuſanus 214. (c)

Matthæus Paris cit. 126. (e)

Mat-

Digitized by Google

Matthæus Rubeus Urſinus 152. (a) 344. (c) 376. (g) 377. (ek) 380. (e) 388. (g) 437. (f) 491. (k) 492. (g) 506. (g) 513. (g) 528. (i)

Maurinus Inquiſitor in Gallia 39. (b) 83. (c) 84. (g)

Mauriſien. libra 567. (b)

S. Mauritii Monaſt. O. S. Bened. Agaunen. 566. (b)

Mazarien. Epiſc. O. M. 242. (b)

Mediolanen. Archiep. 528. (e) Provinciæ O. M. Miniſter 226. 341. (e g) Conventus Ord. Min. 218. (c) 498. 499. Monaſt. S. Ambroſii 341. (f)

Melden. Diœceſis 552. (g)

Melgorii Comitatus 79. (b)

Melphien. Civitas 460. (l) Epiſc. Sinibaldus O. M. 460. (k) Franciſcus 460. (n)

Mercede [de] Captivorum Fratres 219. (b l)

Meſſanen. Conventus Ord. Min. 101. (a) 421. (c d) Monaſt. S. Salvatoris de Lingua O. S. B. 421. (d)

Meten. Conventus O. M. 212. (b) Jo. Electus 454. (d) Monaſt. Ordinis Præmonſtraten. 212. (c)

Mevaniæ Conventus O. M. 424. (a)

Milenarii qui 115. (a)

Militen. Diœceſis 435. (c)

Militia B. M. V. Hoſpitalar. 74. (f) Templar. quando inſtituta 94. (d) 503. (g)

Mimaten. Ep. Oddo 55. (b)

Minden. Conv. O. M. 11. (b)

Minerbien. Epiſc. Bricianus 244. (b) Civitas 244. (c)

Minores FF. nequeant recipere ad Ordinem FF. Prædicatores ſine licentia 136. & e converſo *ibid*. Diſcordes ſunt inter ſe Prædicatores & Minores Fratres 82. 83. 87. 90. Diſcrimen inter ipſos aſſignatur 79. Dictorum Ordinum Inquiſitores contra alterum non procedant 82. 83. 87. Dictis Inquiſitoribus leges perhibentur 69. Ipſorum facultas non expirat per obitum Pontificis 39. In iis quæ ad eorum officium pertinent, Superioribus Ordinis obtemperare non tenentur 104. Et variis in locis Inquiſitores ſtatuuntur 104. 129. nempe in Aragonia 123. 125. in Arauſico 167. Avenionis 129. in Burgundia 166. in Gallia 38. 129. in Legione 197. in Marchia Anconitana 104. & Tarviſina 58. (a) 259. In Provincia Provinciæ 105. (a) in Prov. Romana 33. Sermionis 259. in Provincia Tuſciæ 45. 166. in Provincia Umbriæ 37. (a) Hereticos ad Lombardiam confugientes deprehendant 346. Contra Judeos multa flagitia patrantes provideant 590. ipſoſque ad fidem Catholicam convertere curent 331. & contra Judaizantes Chriſticolas procedant 127. 213. Talmud alioſque Judæorum libros examinent 550. (d)

Collectores fiunt Anglici cenſus 80. 89. Necnon Decimæ pro Terra Sancta 13. 263. 362. 382. Pro Rege Portugalliæ 162. 163. Pro Rege Siciliæ 161. 162. Et Crucis prædicatio ipſis committitur 164. Contra Conradinum 153. 356 Manfredum 16. 47. Petrum Aragonium 505. 532. & Saracenos 14. 25. 223. 226. Cruce autem ſignatos a cenſuris abſolvant 164. A cenſuris quoque facultas eis tribuitur abſolvendi Aſtenſes 338. Beluacenſem Electum 126. Bettonienſes 531. Caſtellanos 529. Gualdenſes 531. Guidonem Montſortium 218. Hiſpellates 328. Mantuanos 339. Montis Ferrati Marchionem 340. Montis Feretri Comitem 151. (e) Narnienſes 527. Novarienſes 341. Papienſes *ibid*. Peruſinos 515. 524. Regnum Portugalliæ 205. Typhernates 529. Venetos 563. Veronenſes 337. & Viterbienſes 389. Bononienſes vero a juramento ſolvant 495.

Examinent varias diverſaſque electiones ad Eccleſias 1. 9. 167. (17.) 204. 220. 247. 284. 422. 510. 529. 547. & ad Abbatias 9. 110 211. 212. 240. 284. 373. 374. 403. 421. 401. 498. 499. 550. 552. 566. 570. 576. Sic pariter ceſſio a dignitatibus ipſis committitur 110. 118. 320. Monaſteriorum reformatio 287. 566. nec non Eccleſiæ S. Mariæ Rotundæ Urbis Romæ 505. (l) & Cauſarum cognitio 96. 98. 100. 101. 107. 143. 201. 203. 204. 219. 220. 287. 369. 377. 381. 421 422. 435. 454. 457. 465. 528. 529. 537. 547. 550. 564. 569. 572. 587. 588. 591. & a Matrimoniis illicitis diſpenſatio 32. 212. 319. 320. 321. 346. 368. 386. 402. 403. 419. 467. (7) 490. 494. 529. 539 556. 564. 567. 576. 581. 582. 583. & ad natalium defectum 183. & ad irregularitatem tollendam 546. & Vota commutanda Reginæ Siciliæ 378.

Indulgentiæ tribuuntur Eccleſiis Ordinis 3. 25. 28. 36. 43. 44. 110. 119. 120. 143. Conventibus autem Procuratores & Syndici 24. 154. A diverſis vexantur 15. 31. 105. 131. 532. & tuentur ab Apten. 105. a Catanen. 214. 241. a Cluniacen 131. Cariloci *ibid* a Firmanis 74. a Ferentin. 305. in Gallia 131 Moſyaci 445. in Piceno 138. 184 a Placentinis 432. Rocchæ Contratæ 73. Savonæ 161. In Umbria 265. 509. Mittuntur ad Græcos cauſa unionis utriuſque Eccleſiæ 111. 168. 186. 187. 193. 194. 217. 266. 271. 348. 350. 352. 354. 355. 358. 360. Et ad Tartaros pro Fidei Chriſtianæ dilatatione 274. 289 291. 296. cum privilegio 297. Ad Judæos 213. 371. 532. Ad Cumanos 287. Pariter Adjutores Epiſcoporum ſint in Apoſtolicis Legationibus 9. 11. 45. 72. 117. 120. 221. 491. 506. 507 ob quam cauſam æquitare, & Monaſteria Monialium ingredi valeant 220. 508. Interpretibuſque uti queant 358. Inter Bononienſes pro ineunda pace dant operam 449. 451. & inter Reges Franciæ & Caſtellæ 249. 250. 279. 281. 282. 295. 300. 467. inter Cumanos quoque & Piſanos 110.

Ad Ordinem impuberes non admittant abſque Parentum licentia 119. de admittendis ad Ordinem Conſtitutio 160. 161. Admiſſos vero a quocumque ſubjectione exemit 166. (12) Poſſunt prædicare, Confeſſiones accipere, ac pœnitentes abſolvere invitis Parochis 14. 31. quas facultates adhibere poſſunt etiam mortuis iis qui conceſſerant 13. 15. 73. Eorum Miniſtri poſſunt inſtituere Prædicatores & Confeſſarios 14. 480. Item Procuratores ſeu Syndicos Conventuum Ordinis 24. 153. 154. 501. a ſacris Confeſſionibus dantur Famulis Reginæ Franciæ 233. 471. & Svecorum Regi 476. Laudibus commendantur 393. Apoſtolicæ Sedi Adjutores præcantur 427. Pacta conventioneſque de Cœnobiis ſumendis initæ inſiis majoribus irritæ pronunciantur 560. Pœnæ in retinentes eorum Apoſtatas 131. & in damnum & violentiam inferentes eorum Eccleſiis 15. 90. Bona etiam immobilia apprehendere non prohibentur 71. Primum lapidem ponere Eccleſias conſecrare & Cœmeteria benedicere renuente Diœceſano Epiſcopo poſſit quilibet Epiſcopus Catholicus 555. Eorumdem Locorum diſtantia ab aliis Mendicantium Religioſorum locis ſtatuitur 49. 59. 88. quæ & moderatur 88. 118. 158. Aſſumpti ad dignitates extra Ordinem bona quibus utuntur in Ordine reddere debent Superioribus Ordinis 158. 167. & abſque Superiorum licentia promotos ad Sedem Apoſtolicam vult mittendos 167. (23) Eorum Regula explicatur 222. 404. 417. Tyrones Ordinem exeuntes quam legem accipiunt 127. 138. Ipſorum Ordinis privilegia confirmantur 19. 24. 219. 220. 287. 551. & privilegiorum Conſervatores recipiunt 484. 570. Quorum ſoli Romani Pontifices interpretes exiſtunt 162.

Minutio quid 237. (c)

Mirabellum Oppidum 403. (g)

Mirabellus Epiſcopus S. Marci 230. (d)

Miramaris Conventus Ord. Min. al. Dayæ 253. 254. (bc)

Mirapiten Archipresbyter 445. (b)

Miſnen. Conventus Ord. Min. 177. (c)

Moguntin. - V. Maguntin.

Monaldeſchi Franciſcus Electus Melphien - V. Melphien.

Monaldus de S. Anatolia 496. (b) 497. (a) 530. (c) Inquiſitor in Umbria 527. (d e)

Monaſteria Clariſſarum - V. Clariſſæ.

Monaſteria Ord. Ciſtercien. de Liſa 1. (a) De Holm. 1. (b) Tautren. 1. (f) De Latha 11. (a)

Moneta uſualis quæ 337. (a)

Monpitius Simon - V. Simon.

Mons Ruſſolus al. Roſeus 403. (b)

Monte Feretro [de] Guido 151. (e)

Montefort [de] Guido 218. (d k) 517. (k)

Monte Fuſculo [de] Tancredus Epiſcopus Neocaſtren. - V. Neocaſtren.

Montelongo [de] Gregorius Patriarcha Aquilejen. 96. (a)

Monticelli Reat. Diœc Conventus O. M. 37. (c m)

Montis Alcini Conv. O. M. 555. (c)

Montis Calerii Conventus O. M. 338. (c)

Montis Ferrati Marchio abſolvendus 340.

Montis Flaſconis Conv O. M. 62. (a)

Montis Leonis Calabriæ Conv. O. M. 435. (b)

Montis Lucidi Peruſin. Monaſt. Clariſs. - V. Clariſſæ.

Montis Ottoni Conv O. M. 166. (10.)

Montis Peſſulani Conventus O. M. 90. (a) 119. (c)

Montis Politiani, al. de Piſinano Conventus O. M. 140. Caſtrum *ibid*.

Montis S. Petri Angelorum Conventus O. M. 166. (9)

Montis S. Petri Meten. Monaſt. O. S. B. 212. (c)

Montis Regalis Archiep. Petrus Gerra 591. (d)

Montis Riccardi Oppidum 183. (e)

Montis Rubbiani Conventus O. M. 88. (b)

Montis Sancti Conventus O. M. 74. (c)

Montis Ulmi Conventus O. M. 166. (8.)

Montorio [de] Peregrini Filii 316.

Morano [de] F. Petrus Ord. Min. Electus Ep. S. Marci - V. S. Marci. Oppidum 230. (e)

Morbecca [de] Guillelmus - V. Corinthien.

Morinen. Cantoria 402. (p)

Moritonium Oppidum 403. (h)

Morlan Conventus Ord. Præd. 320. (c)

Morolis [de] Jo. Rector Spoletini Ducatus. 487.

Moyſiacen Oppidum 445. (d) Conventus Ordinis Minorum 445. (f k)

Mu.

Digitized by Google

Mugello [de] Bonaventura - V. Bonaventura.
Munio Magiſter Generalis Ord. Præd. 561. (d)
Muta ideſt telonium 95. (o)

N

NAngius cit. 146. (f) 186. (c) 480. (i)
Nantolio [de] Raynaldus Electus Beluacen. 126.
Narnien. Civitas 527. (f) & Cives abſolvendi *ibid.* Conventus O. M. 319. (d)
Navicula al. S. Thomæ de Formis Eccleſia Rom. 145. (a)
S. Nazarii Monaſt. 384. (h)
Neapolitan. Conv. Ord. Præd. 557. (a) Monaſt. Clariſs. ad Nidum 556. (l) Aliud S. Demetrii O.S.B. 556. 557. (b) Provincia O. M. 540. (e)
Neocaſtten. Civitas 446. (g) Epiſcopus Tancredus O. M. 476. (f) 503. (a) Decanus 435. (a)
Neoſtaden. Conventus. - V. Civitatis Novæ.
Nepeſin. Civitas 505. (f) Epiſcopus Thomas O. M. 334. (f) 505. (e) Laurentius 334. (h) Angelus de Reate 542. (a)
Nerva Epiſc. Bergen. - V. Bergen.
Nicolaus Aſſiſien. Epiſcopus. - V. Aſſiſien.
Nicolaus Creſcentii Romanus 454. (e)
Nicolaus de Cuſoach Ep. Daren. - V. Daren.
Nicolaus Crotonien. Ep. 113. (b)
Nicolaus Electus Viburgen. - V. Viburgen.
Nicolaus de Inſula Romanus 494. (d)
Nicolaus Inquiſ. Prov. S. Franciſci 316. (g)
Nicolaus de Lavareto Electus Suanen. - V. Suanen.
Nicolaus Lacedemonen. 547. (a)
Nicolaus de Monte Calerio 388. (f)
Nicolaus Vaſconus Procurator Generalis O. M. 445. (i)
Nicoſien. Civitas 165. (e)
Nidroſien. Civitas 534. (d) Archiep. 2. (b) 334. (d) 535. (b) 595. (f g) Conventus O. M. 529. (d)
Nigropontis Epiſcopus Joannes Ord. Præd. 196. Antonius Ord. Min. 196. (f)
Nitrien. Comes 180. (m)
Nivernen. Civitas 284. (i) 510. (b) Comes Robertus 347. (e) 559. (h) Conv. O. M. 510. (a)
Nogerii Raymundus Nunc. Apoſt. 210.
Nonantulanum Monaſt. O. S. B. 343. (h)
Notatii. - V. Tabelliones.
Notingam [de] Henricus 38. (f)
Novæ Civitatis Auſtriæ Conventus. - V. Civitatis Novæ.
Novarien. Civitas 342. (a) 594. (d) Cives abſolvendi 341. Epiſc. Sinibaldus 595. (a) & Engleſius 594. (c)
Novarianorum hæreſis 114. (b)
Novicaſtri Monaſt. Clariſs. Angliæ 583. Oppidum 584.
Novitii Ordinis - V. Tyrones & Minores.
Nucerin. Ep. - V. Philippus.
Nugarolii Conventus O. M. 320. (d)
Nurſin. Conventus O. M. 46. 600.
Nuſcanus Epiſcopus Jacobus O. M. 540. (f)

O

OCtavius Panciroli cit. 126. (k) 127. (b)
Oddo de Oddonibus Prætor Viterb. 568. (i)
Oddo Epiſc. Tuſculanus 197. (a)
Oddo Rigaldi O.M. Archiep. Rothomagen. 173. (a) 183. (d) 198. (f) 199. (a) 200. (a)
Oedemburg. - V. Sopronien.
Offemburgen. Conventus O. M. 597. (f g)
Officialis idem Vicarius Epiſcopi 86. (b)
Officialis Bajocen. 457. (f) Portugal. 239. (a)
Offreducci Simon O. M. Ep. Aſſiſ. - V. Aſſiſ.
Oldoinus cit. 309. (f)
Olenen. Epiſc. 335. (b) 547. (de)
Olivarius O. M. Epiſc. Tuſculan. 129. (e) 137. (k)
Olomucen. Civitas 483. (b e) Epiſc. Bruno 176. (i) Theodoricus 483. (bd)
Opizo Sanvitalis Parmen. Epiſc. - V. Parmen.
Opizo Patriarcha Antiochenus - V. Antiochenus.
Opolien. Conventus O. M. 479. (i)
Oradienſis Comes 176. (h)
Ordeonius Tuſculan. Epiſc. - V. Tuſculan.
Ordo Pœnitentium - V. Pœnitentiæ Fratres.
Orlandus Bonſignori 174. (i)
Oſnaburgen. Epiſc. Balduinus 11. (d) Civitas 10. (d) Conventus O. M. 11. (c)
Oſtien., & Veletren. Epiſc. Henricus 441. (a) Latinus O.P. 325. (m) 386. (m) 449. (ab) 452. (e) 468. (15.) 489. (e) 535. (d) 547. (g) 596. (c)
Ottobonus Fliſcus Card. S. Adriani 9. (g) 29. (d) 89. (fg) 196. (g) 201. (f) 245. (a)
Ottocharus III. Rex Bohemiæ 129. (h) 175. (a)
Otto Brandeburgen. Marchio 177. (d)
Otto IV. Rex Romanorum 252. (a)
Otto Sternembergh Comes 506. (e)
Otto Tuſculan. Ep. - V. Tuſculan.
Otto Vicecomes Archiep. Mediolani 528. (e)
Oveten. Epiſcopus 300. (h) 378. (i)
Oxomen. al. Uxomen. Civitas 107. (i) Conventus S. Petri Ord. S. Auguſt. 107. (l)

P

PAcenſis Epiſcopus O.M. 242. (b)
Pacta Fratrum abſque Miniſtrorum licentia facta irrita ſunt 560.
Pœnitentiæ Fratres 59. (c) 401. (c) 402. (g)
Paſſen Epiſc. 141. (f) 142. (a) 152. (k)
Paganelli Lucani Mercatores - V. Lucani.
Palavicinus Ubertus 10. (b) 86. (c)
Palentinus Epiſc. 378. (f g)
Paleologus Michael Græcor. Imper. 167. (20) 186. 193. 208. 241. 267. 268. 269. 272.
Palleum pro Pallio 526. 575.
Palmerius & Archion 587 (b)
Paltinerius Simon Card. S.Martini Ap. Sed. Legatus 129. (c)
Panciroli Octavius - V. Octavius.
Pandonus Albertus Ferrarien. - V. Ferrarien.
Pangariæ quæ 74. (i)
Panormitan. Archiep. Petrus 374. (f) Conventus Ord. Min. 374. (a) Monaſt. S. Mariæ de Crypta O. S. B. 374. (d)
Panzo [de] Monaſt. S. Angeli Aſſiſ. 302. (cd)
Papienſes rebelles Eccleſiæ Rom. 338. (g) 341. (a)
Paris Matthæus cit. 126. (e)
Pariſien. Monaſt. S. Marcelli 64. (b) 592. Monaſt. S. Dionyſii O. S. B. 474. (k) Convent. Ord. Min. 166. (14) 463. (a) 468. (12) 583. (c)
Parlamentum quid 568. (h)
Parmen. Civitas 432. (c) 578. (c) Epiſc. Opizo Sanvitalis 432. (b) 578. (b) Bonaventura Archiep. Raguſin. - V. Raguſin. Monaſt. S. Alexandri O. S. B. 491. (g)
Paſſagium quid 157. 224. (e) 257. (a)
Patareni Hæretici 259. (d)
Patavien. vulgo Paſſav. Civitas & Epiſc. 482. (b) 180. (b) 287. (c) 482. (c)
Patavina Civitas 286. (e) Epiſc. Jo. Tranſalgardus al. Capiliſtius 286. (a) 503. (ef) Lucas Electus Raguſin. 468. (14) 478. (d) Monaſt. de Cella 286.
S. Pauli Apoſtoli Caput extat Romæ. - V. Caput.
S. Pauli Monaſt. Romæ 143. Abbas 143. (f) 144. (df)
F. Paulus Chriſtianus 125. (a)
Paulus Diac. de Geſt. Longobard. cit. 311. (b)
Paulus de Comitibus Ep. Tripolitanus - V. Tripolitan.
Paulus de Regio 336. (h)
F. Pax Cuſtos Montanorum O. M. 80. (c)
Pax inter Reges Bohemiæ & Hungariæ firmatur 175.
Pegna cit. 47. (e) 49. (b) 331. (g) 333. (a)
Peka Jo. - V. Cantuarien.
Pelis [de] Monaſt. Ord. Ciſtercien. 96. (m)
Penafort [de] Raimundus O. P. 219. (a)
Pennenſis Provinciæ Min. O. M. 226. (h)
Pentapolis & Ravennæ Exarcatus 252. (c)
Peramus Ludovicus ſuppletur 549. (f)
Pergamen Conventus O. M. - V. Bergomen.
Pernis [de] Jacobus Min. Prov. Sicil. O. M. - V. Siciliæ Miniſt.
Peronus Epiſc. Leſinen. 383. (c)
Perſonatus Eccl. 370. (a)
Perucheus Simon Ep. Carnuten. - V. Carnuten.
Peruſin. Civitas 24. (b) 159. (f) 486. (c) Cives 486. 488. 515. 532. Epiſcopus Bernardus Carius 139. (c) 515. (f) 557. (d) Conventus Ord. Min. 465. (h) 515. 576. Monaſt. S. Petri O. S. B. 466. (d)
Petragoricen. Electus 403. (e m) 464. (e) 468. (12) Conventus Ord. Min. 220. (f) 576. (b)
Petrocinus Bocchimpane Ferrar. 564. (c)
Petrogroſſus Petrus - V. Petrus.
Petrus Acheruntin. - V. Acheruntin.
Petrus Aragoniæ Princeps 233. 241. (8) 519. 563.
Petrus Athenien. Archiep. 196. (d e)
Petrus Bajocen. Ep. 457. (d e) 588. (d)
Petrus Barbet Arch. Remen. 200. (e) 347. (a)
Petrus Beneventan. Electus - V. Benevent.
Petrus Caarny Archiepiſcopus Senonen. 200. (b)
Petrus Cajetanus Epiſcopus Anagninus - V. Anagniæ.
Petrus Campi cit. - V. Campi.
Petrus Columna S. R. E. Card. 489. (c)
Petrus Corrarius 228. (k)

Digitized by Google

Petrus de Alvâ & Aſtorgâ cit. 19. (b) 36. (b e) 509. (e) 551. (d)
Petrus de Camona O. M. Ep. Aquen. 266. (e)
Petrus de Criſta Nuncius Apoſt. ad Græcos 111. (c) 169. (e)
Petrus de Morano Ep. S. Marci O. M. - V. S. Marci
Petrus de Moras Nuncius Apoſt. 111. (c) 169. (a)
Petrus de Tenkesbury Min. O. M. in Anglia 201. (g)
Petrus Dives Præpoſitus Maguntin. 231. (a)
Petrus e Conzano 117. (k)
Petrus Gorra Epiſc. Reatinus - V. Reatinus.
Petrus O. M. Nuncius Reg. Arag. 241. (8.)
Petrus O. M. Lundenſi Ep. Charus 488. (g)
Petrus Petrogroſſus de Mediolano 533. (b) 534. (f)
Petrus Salmantin. Epiſc. O. M. 562. (a)
Petrus Tricaricen. Ep. 524. (d)
Petrus Valentinus O. M. Nuncius ad Pontif. 233. (h)
Petrus Vallis Hiſt. Albingen. cit. 259. (e)
Petrus Viburgen. Ep. O. M. - V. Viburgen.
Philippus Audax Rex Franciæ 426. (h) 458. (a) 474. (e)
Philippus Aquilejen. Electus 181. (a)
Philippus Balduini filius Imper. Conſtantinop. 207. (f)
Philippus Bonacolſi Inquiſ. Veronæ 259. (a) 336. (e) 565. (d)
Philippus Caſertan. Ep. O. M. 137. (gp)
Philippus Caſſanen. Ep. - V. Caſſanen.
Philippus de Campello 76. (d)
Philippus Firmanus Ep. - V. Firmanus.
Philippus Fulgoſus Ep. Placentin. 432. (d)
Philippus Imp. Conſtantinop. Latin. 185. (i) 217. 267. (e) 272. (eg) 350. (c)
Philippus Lugdunen. Electus - V. Lugdunen.
Philippus Mantuanus O. M. Electus Raguſin. - V. Raguſin.
Philippus Nucerin. Ep 123. (c) 354. (b) 359.
Philippus Ord. Min. Pictavien. Comitis Nuncius 37. (b)
Philippus Peruſinus Min. Prov. Tuſciæ 349. (e) 354. 359.
Philippus III. Rex Franciæ 234 (c) 248. (e) 249. (b) 250. (ae) 256. (h) 275. 279. (a) 281. (bo) 295. (i) 323. (b) 347. (c) 365. (a) 368. (e) 398. (b)
Philippus Strigonien. Archiep. - V. Strigonien.
Pictavien. Civitas 426. (b) 462. (e) 517. (c) Comes 157. (a) Epiſcopus Gualterus Ord. Min. 426. (a) 462. (d) 517. (d) 556. (f)
Pigna cit. 105. (b)
Pinamons Bonacolſi Mantuæ Dynaſtes 339. (d) 259. (h)
Piperni Conventus Ord. Min. 33. (c)
Piſan. Cives 110. (f) 213. (g) 246. (i) Archiepiſc. 214. (a) Conventus Ord. Min. 213. (e) 345. (a) 538. (g) Hoſpitale S. Spiritus 538 (h) Monaſt. S. Felicis de Vada Ordinis S. Auguſt. 566. (ab)
Piſanus Bartholomeus cit. 1. (d) 4. (c) 24. (a) 28. (f) 31. (b) 32. (b) 95. (a) 117. (k) 126. (c) 131. (c) 154. (d) 155. (a) 181. (h) 250. (g) 254. (ci) 287. (h) 336. (d) 337. (d) 383. (e) 401. (a) 463. (e) 476. (h)
Piſauren. Ep. Franciſcus Æſinus O. M. 258. (c d e) Civitas 258. (d)
Piſinani Conventus O. M. - V. Montis Politiani.
Piſtorium Civitas 423. (a)
Pitſeus de Script. Angliæ cit. 486. (a)
Placentin. Civitas 241. (a) 377. (d) 432. (e) Epiſc. Philippus 432. (d) Ubertus Blancus 377. (d) Conventus O. M. 10. (a) 432. (f) Monaſt. S. Savini 578. (f) & S. Sixti 578. (d) 580. (a)
Podien. - V. Anitien.
Podio Bonitio [de] Monaſt. O. S. B. 343. (b)
Podio Ricardi [de] Fulco Rector Marchiæ Ancon. 283. (a)
Pœnitentia [de] Fratres B. Franciſci 153. (a)
Poloniæ Majoris Dux Boleslaus 181. (f)
Porta Appia Romana 145. (b)
Pontius de S. Juſto Ep. Biteren. 55. (de) 101. (ef)
Portuen. Epiſc. Bernardus de Languiſello 507. (f) 513. (a) 563. (d) 578. (e) Robertus Kilvarbius 376. (ab) 392. (e)
Portugalen. Civitas 162. (c) Reges - V. Alphonſus. Dionyſius. Sancius. Provincia O. M. 226. (f.)
Portus Naonis Oppidum 176. (d) Conventus Ordinis Minorum *ibid.*
Poſonii Comes 180. (f) Conventus O. M. 431. (a)
Poſtæ Conventus O. M. al. Machilonis 33. (e) 37. (b k)
Potentinum Caſtrum 558. (i) 571. (b)
Præneſtin. Civitas 545. (a) Epiſc. Hieron. Aſcul. Ord. Min. 537. (b) 540. (k) Stephanus Hungarus 144. (e) 544. (h) 548. (l) 562. (e) Vicedominus 82. (h)
Praten. Civitas 289. (b)
Prato [de] F. Gerardus O. M. Nuncius Pontif. - V. Gerardus Praten.
Preſſo [de] Monaſt. S. Mariæ 75. (e)
Primislaus IV. - V. Ottocharus III.
Privilegia Ordinis - V. Minores Fratres.
Provenien. nummi 50. (a) 144. (a) 147. (a)
Provincia S. Franciſci quo ſe extendat 25. (ab)
Provinciæ Regio vulgo Provenza 87. (c) 90. (f) In Ordine Min. 38. (d) 105. (a) 129. (l) 226. (l)
Pruvinen. Monaſt. S. Claræ 82. (f)
Pſalmodia Monaſt. O. S. B. 105. (f)
Ptolemæus Lucenſis O. Præd. cit. 218. (k) 224. (c) 299. (d) 397. (k) 520. (a)
Ptolemaidis Civitas - V. Accon.
Pulcii Florentini Mercatores 388. (l)
Puppii Conventus O. M. - V. Certimundi.
Pyrois [de] Aulida 375.
Pyrrus Rocchus cit. 214. (c) 374. (b f)

Q

QUaterni qui 382. (b)
Quinquecclesien. Ep. Job 96. (f) 98. (b) 100. (d)
S. Quirinus 484. (d)
Quirinus Barthol. Venet. Epiſc. 228. (g) 563. (a)
Quis annus ſummatur in Bullarum datis 109. (a)
Quitare quid 527. (h)
Quolibey - V. Cobila Tartarorum Imperator 289. (k) 290. (a) 291. (d e)

R

RAguſin. Civitas 166. (b) 426. (m) 477. (k) Comes 427. (b) 478. (b) Archiep. Marcus Venetus 427. (a) 477. (m) Lucas Patavinus 468. (14.) 478. (d) Philippus Mantuanus O. M. 426. (l) Silvius 254. (l) 426. (o) Bonaventura Parmen. O. M. 477. (i) Alcardus O. M. translatus ab Arboren. 242. (a) 255. (b) Inquiſitor S. Officii ex Ordine Min. 427. (c)
Rama locus ubi ſitus 175. (d)
Rambottus Ep. Camerini - V. Camerinen.
Rapeſtagni Oppidum 445. (e) Conventus O. M. 445. (k)
Rapoten. Epiſc. O. M. 5. (a) Civitas *ibid.*
Ravennat. Exarcatus &c. 251. 252. (c) Monaſt. Clariſſ. 74. (k) 157. (f)
Raymundus Acbran. - V. Acbran.
Raymundus Berengarii O. M. Nunc. Pont. 191. (b) 193. 194. 195. 209. (c)
Raymundus Falgarius O. P. 91. (i)
Raymundus Lulli 254. (d)
S. Raymundus de Penaforte O. P. 219. (a)
Raymundus Turrianus 218. (b)
Raynaldus Cancellerii Prætor Placent. 432. (h)
Raynaldus Odoricus cit. 2. (c) 8. (b) 9. (h) 11. (f) 13. (c) 14. (f) 15. (b) 18. (b) 26. (bcd) 27. (a) 61. (c) 69. (h) 86. (eg) 87. (a) 91. (k) 108. (b) 109. (c) 113. (c) 116. (b) 120. (h) 121. (n) 124. (a) 126. (k) 128. (f) 142. (a) 151. (abcd) 155. (e) 159. (de) 165. (ac) 168. (b) 170. (f) 175. (c) 176. (kmnp) 179. (a) 181. (hn) 186. (e) 187. (c) 189. (cd) 196. (a) 197. (fg) 199. (e) 203. (ae) 205. (bc) 207. (k) 208. (c) 209. (b) 217. (l) 218. (h) 220. (d) 221. (b) 224. (df) 225. (c) 227. (i) 228. (af) 232. (e) 234. (bdefi) 235. (deg) 236. (acd) 239. (d) 242. (fhi) 248. (g) 249. (abde) 250. (cdg) 251. (f) 252. (bde) 253. (i) 256 (e) 257. (c) 263. (c) 267. (de) 268. (bc) 269. (ae) 270. (f) 276. (de) 283. (c) 284. (cm) 289. (i) 291. (a) 295. (m) 299. (a) 305. (l) 310. (cd) 312. (d) 315. (cfgh) 316. (a) 324. (ae) 335. (g) 339. (a) 341. (e) 347. (dhk) 349. (hk) 350. (b) 351. (cd) 353. (ab) 354. (e) 360. (e) 364. (aghi) 368 (b) 394. (c) 395. (bcf) 400. 415. (c) 428. (bc) 429. (a) 431. (a) 434. (d) 438. (e) 439. (a) 449. (abcd) 451. (a) 452. (b) 472. (cd) 479. (ch) 480. (a) 481. (e) 486. (c) 495. (e) 500. (ag) 509. (k) 513. (b) 517. (l) 518. (ghil) 519. (af) 520. (cdkl) 522. (ace) 524. (b) 563. (k) 569. (l) 591. (a) Suppletur 30. (a) 87. (b) 116. (b) 127. (a) 150. (ceg) 151. (f) 152. (c) 154. (b) 157. (d) 160. (b) 210. (b) 283. (d) 365. (g) 367. (d) 397. (e) 399. (b) 456. (e) 475. (f) 505. (c) 569. (f)
Raynerius Ep. Trojanus 378. (b) 459. (b e)
Reatinus Epiſc. Petrus Gorra 330. (a) 591. (d). Andreas 591. (ce) Jacobus Saracenus 320. (d) Godefridus 330. (c) 364. (c) Benvenutus 241. (9) 330. (e) Conventus Ord. Min. 591. (b)
Recidivare quid 260. (g)
Rectovio [de] - V. Betonien.
Regien. Antonius O. M. Ep. Nigropontis 196. (f)
Regii Lepidi Conventus O. M. 491. (f)
Reginaldus de Nantolio 126. (e)
Regula O. M. exponitur 24. (cde) citat. 24. (c) 222. (e) 223. (ab)
Religiones quænam ſupprimendæ 216.
Remen. Archiep. Petrus Barbet 347. (a) 475. (a)

Rhe-

Digitized by Google

Rheglen. Civitas in Calabria 424. (b) Archiepiſcopus Jacobus 428. (c) 436. (c) Gentilis Ord. Min. 424. (ad) Decanus 241. (3)
Richardus Rex 135. (c)
Richardus a Mediavilla cit. 480. (m)
Rigaldi Oddo - V. Oddo.
Rigen. Conventus O. M. 201. (m)
Riczardi Lucani Mercatores 530. (e)
Ripen. Epiſc. Petrus 488. (bcg) 526. (cd) 533. (a)
Robertus Ep. S. Leonis Feretran. 504. (e)
Robertus Ep. Bathonen. & Vellen. - V. Bathonen.
Robertus Intruſus Neocaſtren. 392. (d)
Robertus Kilvarbii O. P. Ep. Parmen. 376. (ab) 392. (e) V. Cantuarien. Archiep.
Robertus Silvanečten. Ep. - V. Silvanečten.
Roccæ Contradæ Conventus O. M. 73. (o)
F. Rocellene Ord. Min. - V. Diotaleve.
Rochus Pyrrus cit. 214. (c) 374. (bf)
Rodequirleæ al. Rodinkirchen Monaſt. Ord. Præmonſtrat. 132. (e)
Rodericus cit. 16. (c) 59. (a) 60. (f) Suppletur 480. (g)
Rodulphus Albanen. Epiſc. S. R. E. Card. 12. (a) 72. (a) 79. (q) 90. (i) 129. (b) 137. (an) 154. (d) 167. (23) 168. (b) 171. (b) 174. (e) 188. (e) 435. (e)
Rodulphus Hiſtor. Seraph. cit. 79. (ak) 141. (b) 176. (l) 341. (g) 581. (l) 583. (a) 584. (m) Suppletur 131. (a) 558. (a)
Rodulphus Romanorum Rex 221. (de) 227. (g) 275. 283. (e) 363. 397. (d) 437. 453. (c) 465. (a) 569.
Rodulphus de Stratis 368. (i)
Rogerus Baccon - V. Baccon.
S. Rogerus Ep. Canen. - V. Canen.
Rogerus Ep. Trojan. - V. Trojan.
Romandiola 252. (i) 470. (a)
Romanæ Prov. Min. O. M. Guido 223. (d) 268. 269. 271. 418. (k)
Romaniæ Imperium 16. (h) 245. (d) 321. (e)
Romanis [de] Oppidum 419. (g)
Roman. Monaſt. S. Silveſtri in Capite Ord. S. Claræ 544. (c) 548. (gi) 550. Herminia Abbatiſſa 548. (f) Monaſt. S. Pauli - V. S. Pauli Conventus O. M. 33. (a) 148. (a) 494. (h) 505. (k)
Roricus [de] Varnesberch O. M. 132. (f)
Roſlanen. Archiep. 257. (g)
Roſſen. Civitas 4. (b) Epiſc. Mauritius *ibid.*
Rothomagen. Archiep. Euſtachius 532. (3) Guillelmus de Flavacuſia 45. (b) 472. (c) Oddo 47. (f) 183. (de) 242. (a)
Rotlandus Spoletin. Epiſc. 473. (e)
Rubeus Hieronymus cit. 302. (a)
Ruphinus Mediolan. Electus Suanen. 514. (b)
Ruthenen. Epiſc. 54. (f) 102. 103. (a) Dux Daniel 181. (no) Civitas 54 (g)

S

SAbatinus Epiſcopus Tiburtinus 505. (h)
Sabellus Jacobus - V. Jacobus.
Sabinen. Epiſcopus Bertrandus 265. (b) 276. (h) Gerardus Blancus 491. (ch) 502. (d) 505. (a) 506. (a) 520. (i) 524. (ab) 526. (fg) 540. (h) 556. (i) 574. (b) Jo. Halgrim de Abbatiſvilla 588. (f)
Sagien. Epiſc. Joannes 457. (a) Civitas 457. (b)
Salernitan. Princeps Carolus 438. (cd) Conventus O. M. 379. (a) Monaſt. O. S. B. 379. (b)
Salevet Conventus Ord. Min. 13. (d)
Salimbene Adam Parmenſis citatur 12. (b) 45. (h) 109. (d) 141. (a) 160. (f) 183. (d) 206. (k) 248. (d) 259. (h) 289. (d) 339. (d) 344. (am) 346. (b) 401. (a) 419. (d) 433. (c) 486. (d) 501. (b) 519. (d)
Salmantin. Civitas 562. (b) Epiſcopus Petrus O. M. *ibid.*
Salsburgen. Eccleſia 30. (k) Archiepiſc. Udalricus 30. (l) Electus Fridericus de Valle 180. (a) 482. (g) 483. (g)
Salvius Archiepiſcopus Raguſin. - V. Raguſin.
Sancius Rex Caſtellæ 324. (fg)
Sancius Rex Portugalliæ 234. (g) 235. (b)
a Sancto Amore Guillelmus 99. (bc)
Sandeciæ Monaſterium 508. (fm) Civitas *ibid.*
Santarenen. Civitas 162. (d) Archidiaconus 303. (b) Conventus 164. (c) al. Scalabis.
Santonen. - V. Xantonen.
Sanvitalis Oppizo Epiſc. Parmen. - V. Parmen.
Sanutus Marinus cit. 186. (c) 187. (b) 326. (g) 327. (f) 394. (ad) 396 (b)
Saraceni 14. 16. (e) 25. 173. (b) 223. 225.
Saracenus Jacobus Electus Reatin. 320. (d)
Saracenus Theobaldus Epiſc. Cannen. Ord. Min. 91. (cd) 442. (b) 444. (d)
Sardenſis Epiſc. Ord. Min. 242. (b)
Sardiniæ Provincia Ordinis Minorum 549. (c) Ejus Miniſter *ibid.*
Saresburien. Eccleſia 511. (d)
Sarſina ideſt Bobbium 311. (c)
Sarzanæ Conventus O. M. 45. (d) 567. (f)
Savonæ Conventus Ord. Min. 161. (g)
Saxoniæ Provincia Ord. Min. 226.
Scabini 593. (e)
Scseleſtadien. Conventus Ord. Min. 597. (dg)
Schieten. - V. Iſcleten. Monaſt.
Sclavoniæ al. Dalmatiæ Ducatus 176. (o) Provincia O. M. 226. (n)
Scotiæ Miniſter Provincialis Ord. Min. 381. (d) 445. (g)
Securitas, italicè Salvo condotto 195. (k)
Sedunen. Epiſc. 566. (l)
Semigien. Comitatus 96. (g) 180. (g) Comes *ibid.*
Senen. Civitas 555. (b) Epiſcopus 555. (a)
Seneſgacal dignitas 90. (e)
Senonen. Archiep. Gilo Cornutus 474. (c)
Sermio Caſtrum 259. (c) 337. (c) Conventus Ord. M. Veron. Diœc. 337. (d)
S. Severinæ Electus Rogerius 204. (ef)
S. Severini Oppidum 123. (f) Monaſt. Clariſs. 383. (c)
Siciliæ Rex Carolus I. - V. Carolus. Miniſter Provinciæ Ord. Min. Jacobus de Pernis 226. (d) 322. (e) 371. (a) 387. (c)
Sidonien. Civitas 70. (i) 121. (i) 122. (c) Epiſcopus 167. (22) 326. (a)
Silvanečten. Epiſc. Robertus 200. (d)
Silven. Eccleſia & Ep. Ord. Min. 167. 122. (b) 238. (a)
S. Silveſtri - V. Iſcleten. Monaſt.
S. Silveſtri in Capite - V. Roman. Monaſt.
Silvius Raguſin. Ep. - V. Raguſin.
Silvius Triburien. Ep. 525. (e)
Simigien. al. Semegien. Comes 180. (g)
Simon Alben. Epiſc. - V. Alben.
Simon de Alvernia O. M. 9. (b) 111. (c) 169. (a)
Simon Offreduccius Ord. Min. Ep. Aſſiſ. - V. Aſſiſ.
Simon Perucheus Ep. Carnuten. - V. Carnuten.
Simon Monpitius e Bria Card. S. Ceciliæ Sed. Ap. Leg. 2. (c) 156. (b) 217. (k) 220. (c) 221. (a) 241. (b) 331. (a) 368. 399. (a) 400. (b) 447. (e) 457. (gh) 467. (3)
Simon Monfortius 218. (f) 370. (b)
Simon Palanterius - V. Palanterius.
Simultas idem ac fictio 171. (d)
Sindicare quid 54. (c)
Sinibaldus e Lacu Inquiſitor 328. (b) 329. (fh) 389. (b) 460. (k)
Sinibaldus Ep. Melphien. - V. Melphien.
Siponti al. Manfredonia Civitas 383. (c) Conventus O. M. 383. (e)
Siracuſanus Ep. Matthæus de Magiſtro 214. (c)
Siriæ Provinciæ O. M. Miniſter 226. (x) 349. 354. 359.
Siſtaricen. Civitas 585. (d) Conventus Ord. Min. 585. (e) 599. (i)
S. Sixti Monaſt. Placentin. - V. Placent.
S. Sixti de Urbe Monaſt. O. S. Dom. 245. (k)
Somarii 152. (g) 361. (e)
Sorec Vallis 331. (g)
Sorentinus Epiſcopus Marcus 503. (d)
Soriæ Epiſcopatus erigitur 107. (h) 330. (i) Conventus Ord. Min. *ibid.*
Spalaten. Archiep. 265. (c)
Spiliati Andreas Rector Campaniæ Romanæ 481. (e) 517. (gh)
Spinellus Bentius cit. 141. (a)
Spiren. Præpoſitus Otto 252. (d)
Spoletanus Epiſc. Rotlandus Taberna 473. (e)
Spondanus cit. 127. (f) 214. (b) 224. (c) 299. (a)
Spongia [de] Monaſt. S. Salvatoris 343. (e)
Stephanus Damalevicius cit. 479. (i)
Stephanus Decanus Tullen. 41. (f)
Stephanus Nepos Marchionis Eſten. 180. (q)
Stephanus Rex Hungariæ 175. 265. (d)
Stephanus Rex Serviæ 181. (l)
Stephanus Vaterfordien. Epiſcopus - V. Vaterfordien.
Sternembergh Comes Conradus 506. (e)
Stocolmiæ Conventus Ord. Min. 476. (c)
Stratis [de] Rodulphus - V. Rodulphus.
Strigoniæ Archiep. Philippus 96. (l) 97. (a) 177. (a) Conventus Ord. Min. 176. (p)
Suanen. Civitas 513. (d) Epiſc. David Ord. Min. 513. (e) Moricus 513. (c) Donatus e Caſtello 513. (f) Nicolaus de Lavareto 514. (a) Ruphinus Mediolan. O. M. 514. (b)
Suburra [de] Pandulphus Capellanus Pontificius 487. (a)
Suetiæ Provincia O. M. 400. (e) Magnus Rex 476. (abc)
Sulmonæ Conventus O. M. 117. (k) Civitas 17. (i)

Sunthowe al. Suntgoviæ 231. (b)
Suprunii Comes 180. (e)
Surianum Caſtrum 328. (d) 329. (d) 417. (d) 466. (c) 543. (e)
Sutrinus Epiſcopus Floraſius 418. (f g)
Swetizlaus Imperat. Bulgarorum 181. (m)
Sylveſter - V. Silveſter.
Sylvius - V. Silvius.
Symolphus Abbas S. Laurentii extra muros Urbis 545. (c)
Syriæ - V. Siriæ.

T

TAbelliones dantur Inquiſitori 565. (f)
Taberna [de] - V. Rotlandus.
Taegius cit. 258. (e) 548. (d)
Talleacotii Conventus O. M. 381. (a)
Talliæ quæ 557. (b)
Talmud Judæorum 123. 124. (a) 590. (d)
Tancredus e Monteſuſculo Ep. Neocaſtren. 392. (a b)
Tarracinen. Ep. Franciſcus O. M. 242. (b) 307. (g)
Tarraconen. Civitas 219. (c) 287. (i) Archiep. 124. (b) 125. (d) 219. (d) Conventus O. M. 219. (e)
Tarviſin. Epiſcopus Proſavius 514. (a b) Monaſt. S. Pauli O. P. 503. (h) de Cella S. M. Clariſs. *ibid.*
Tellius Bracaren. O. M. - V. Braccaren.
Telloneum quid 508. (n)
Templariorum Militia B. M. V. 94. (d) 503. (g)
Terracinæ 33. (c)
Terræ Laboris Prov. Miniſt. O. M. 226. (g)
Tertia Regula ideſt Tertius Ordo 598. (a b)
Thaegius cit. & ſuppletur 258. (e) 548. (d)
Theatis Civitas 207. (a)
Thebanus Archiep. 547. (a) Civitas 547. (b)
Theobaldus Canen. Ep. O. M. - V. Cannen.
Theulus cit. 505. (f)
Thomas Agni Patriarcha Hieroſol. O. P. 244. (o)
Thomas Dokingus Lector Pariſiis 403. (n)
Thomas Magaluffi Genuen. 388. (e)
Thomas Præpoſitus Fanen. fit Minorita 325. (a c)
Thomas Thuamen. Archiep. V. Tuamen.
S. Thomæ de Formis Eccl. Romana. 145. (d)
Thomaſii Orlandus Canon: Lucæ 423. (b)
Tiburtin. Civitas 29. (k) 505. (i) Epiſc. Sabatinus 505. (h) Gotifridus 30 (d)
Tiphernas. V. Civitatis Caſtelli.
Toletana Civitas 123. (g)
Tolletan. Archiep. Fernandus 584. (h) Conv. Ord. Min. 588. (ae)
Toloſa Civitas 366. (d) Ep. S. Ludovicus O. M. 16. (g)
Tonduccius cit. 30. (f)
Tornacen. Ep. & Civitas 346. (i) 347. (b) 455. (c) 559. (cf) 593. (b d i) Conventus O. M. 559. (g)
Tragurien. Civitas 264. (a) Epiſc. O. M. 242. (b) 246. (a) 264. (b)
Trajecten. Eccleſia 539. (d) Conventus O. M. 539. (b)
Tranen. Archiepiſc. 244. (g)
Tranſmundus Electus S. Marci. V. S. Marci.
Treventin. Epiſc. Lucas O. M. 79. (r f u) 80. (e d) 242. (b)
Treugæ ſeu Induciæ 110. (d) 185. (g k) 239. (f) 272. (f)
Treviren. Archiep. Henricus 132. (c) 402. (i)
Triburien. Epiſc. Silvius 255. (e)
Tricaricen. Civitas 524. (c) Epiſc. Petrus 524. (d) Leonardus 524. (h)
Tridentin. Epiſc. 222. (a) 227. (d)
Tripolitan. Civitas 394. (c) Conventus O. M. 327. (b) Epiſc. Paulus de Comitibus 242. (b) 326 394. (b c) 397. (a) 438. (a b) 453. (a) 468. (13) 487. (e) 532. (2)
Trivetus Nicolaus O. P. Annal. Aug. cit. 7. (c)
Trojan. Civitas 459. (b) 540. (d) Epiſc. Ugo O. P. 459. (c) Raynerius 378. (b) 459. (b e) Rogerius 460. (c) 526. (k) 540. (c)
Tropeen. Civitas 435. (d) Epiſc. Jo. 435. (f) 436. (b)
Tuamen. Archiep. Malachias 573. (h) Stephanus 573. (d f) 575. (g) Thomas 573. (g)
Tudertin. Civitas 257. (i) 456. (b) Ep. Angelerius Bentivenga O. M. 456.
Tullen. Civitas 422. (c) Epiſc. Conradus O. M. 422. (b) Conventus O. M. 581. (d)
Turbio [de] Abbatia O. S. B. 524. (e)
Turonen. Civitas 517. (a) Archiep. Jo. e Monteſorello 446. (a) 474. (d) Conventus O. M. 546. (a) Parva libra fol. 338. (l) 453. (e) 463. (d) 570. (c) Provincia Ordinis Minorum 226.
Turre [de] Neapoleo 217. (a)
Turre [a] Franciſcus 217. (a)
Tuſciæ Provincia O. M. & ejus Miniſter 226. (a) 484. (g) 543. (b)
Tuſculan. Epiſc. Buccanotius S. A. L. 594. (a b) 569. (h) Ordeonius 298. (a) 434. (a) 485. (h) 492. (h) 494. (a) 528. (m) Otto 121. (p)
Tuta Inſula [de] Monaſterium Ord. Ciſtercien. 529. (c) 534. (c)
Tyren. Archiep. Ægydius 174. (a) Civitas vulgo Sur. 174. (b)

V

VAda [de] Monaſterium S. Felicis Ordinis Prædicatorum 566 (c)
Waddingus cit. 3. (b) 17. (b) 24. (a) 26. (a) 28. (g) 37. (f) 39. (d) 46. (e) 47. (h) 59. (a) 79. (aek) 83. (i) 89. (i) 95. (a) 107. (c) 109. (b f) 110. (a) 116. (b) 118. (c) 140. (a c) 141. (b) 143. (b) 164. (c d) 165. (b) 166. 168. (b) 171. (ef) 272. (cde) 175. (df) 176. (p) 177. (cd) 184 (c) 186. (b) 189. (c) 191. (g) 192. (d) 195. (a) 196. (a) 199. (a) 201. (g) 206. (e) 207. (k) 208. (c) 217. (g) 220. (f) 222. (b) 226. (u) 231. (f) 240. (b) 247. (b) 248. (g) 258. (t) 267. (e) 270. (f) 298. (i) 299. (a) 302. (a) 305. (a) 307. (g) 310. (a) 320. (d) 322. (d) 325. (c) 330. (e) 341. (e g) 345. (f) 348. (a) 349. (e k) 354. (e) 360. (e) 368. (i) 369. (f) 373. (d) 374. (a) 375. (a) 379. (a) 381. (d) 393. (g) 394. (b c) 400. (f) 405. (f g i k) 408. (a) 415. (c) 422. (e g h i k) 432. (a f h i) 435. (b) 437. (b) 463. (a b c) 470. (e) 471. (e h) 472. (e) 476. (c) 480. (a b l) 483. (i) 484. (g) 493. (d) 497. (g) 501. (b) 504. (c) 509. (c) 513. (b) 522. (b) 534. (e) 542. (a) 544. (c) 546. (a g) 549. (f) 552. (b d e) 557. (f) 558. (d) 562. (d) 563. (k) 565. (d) 567. (f) 571. (e) 573. (d h i) 581. (d) 583. (d) 585. (e) 587. (f) 588. (a) Suppletur. 83. (b) 85. (b) 93. (a) 95. (a) 154. (d) 172. (e) 175. (f) 187. (a) 203. (f) 225. (a e) 226. (c. aa) 230. (g) 231. (f) 245. (c) 266. (e) 278. (c) 349. (k) 353. (c) 383. (e) 426. (f) 441. (e) 480. (a) 509. (c k) 514. (a) 516. (e) 531. (a) 551. (d) 582. (l)
Valaſcus O. M. Ep. Famauguſt. & Ægittanien. V. Ægittanien.
Valentinus Guillelmus Electus 233. (a) 419. (h) Epiſcopatus 419. (h) Petrus O. M. Nunc. Apoſt. 233.
Vallen. Fridericus Ep. Salzemburgi. V. Sallemburg.
Vallis Collis ſeu Hoſpital. S. Lazari Conventus Ordin. Minorum 76.
Vallis Stratiæ Monaſt. S. Martini O. S. B. 555. (e)
Valterus de Vezzano 44. (b)
Valuen. Epiſc. Ægydius Leodien. Ord. Min. 38. (a b) 381. (a) Jacobus 380. (c)
Varæus Jacobus cit. 425. (e)
Varaſdien. al. Varadin. 180. (k)
Vaſalli quinam, & quæ litteræ eis dentur pro eorum Epiſcopo promoto 562. (f) 565. (b)
Vaſconia 365. (i)
Vaſionen. Diœc. Inquiſitio 129. (e)
Vaterfordien. Ep. Stephanus 573. (d e) 575. (d f)
Ubertinus de Lando. V. Andito [de].
Ubertus Card. S. R. E. 184. (e)
Ubertus Blancus Placentin. 377. (d)
Ucetien. al. Uzes Civitas 103. (c)
Vellen. Epiſc. al. Bathonien. V. Bathonien.
Vellitren. Conventus O. M. 33.
Velpia Bernardus Electus Magdeburgen. 506. (h)
Velſen. [de] Gerardus 539. (c)
Venet. al. Caſtellan. Epiſc. 228. (h i) Thomas 228. (l) Bartholomæus 228. (h) 509. (a b) 463. (a b) Croſſus moneta cujus valoris 9. (e) Cives abſolvendi 563. Nuncii mittuntur *ibid.* Dus Jacobus Contarenus 229. (b) Dux Dandulus 563. (g) Conventus O. M. 167. (17) 228. (m) Plebanus S. Moyſi 286. (a)
Vercellen. Ep. Aymo Avogadro 340. (d) Monaſt. S. Andreæ O. S. B. 340. (e)
Verdunen. Conventus O. M. 42. (d)
Vernerus Archiep. Moguntin. 251. (b)
Veronen. Epiſc. 138. (b) 242. (b) 259. (f) Libra 337. (b) 340. (a) Conventus O. M. 28. (d e) Cuſtos 336. (d) 339.
Verulan. Civitas 305. (k) 493. (d)
Veſprimen. Civitas & Epiſc. 96. (h) 176. (f)
Vetralla Oppidum 319. (e)
Vezano [de] Valterus. V. Valterus.
Ughellus Ferdinandus Ital. Sac. cit. 80. (d) 99. (a) 121. (p) 123. (c d) 129. (b) 140. (c e g) 142. (d) 197. (a) 218. (b) 244. (b m) 252. (h) 258. (f) 324. (i k) 330. (a c h k) 334. (e h) 343. (h) 347. (i) 376. (b) 380. (c) 381. (a) 383. (a e) 427. (q) 432. (d e) 436. (b c) 456. (a) 460. (d n) 466. (d) 476. (k) 479. (f) 483. (i) 492. (b c d h) 493. (a c d) 503. (f) 504. (a e) 509. (a) 513. (b e) 515. (f) 524. (d f g m) 526. (m) 528. (e f g) 557. (d) 558. (e) 561. (b) 563. (d) 567. (d) 591. (c e) Suppletur 93. (a) 96. (b) 307. (i) 435. (f) 437. (b)
Viburgen. Civitas 533. (c) 592. (b) Epiſcopus 488. (d) 526. (e) 534. (b) 592. (c)

Vice-

Vicedominus Præneſtinus Epiſcopus 82. (h)
Vicen. al. Auſetanus Epiſc. 219. (g k) Monaſt. Ord. S. Auguſtini 211. (d)
Vicio Piſanus O. P. 213. (c)
Vico [de] Petrus 543. (b i)
Vicomanus Rambottus Ep. Camerinen. - V. Camerinen.
Vicovarii Oppidum 29. (o)
Viennen. Auſtriæ Civitas 482. (d) Conventus Ord. Min. 287. (be) 482. (c) Miniſter Provinc. Ord. Min. 286. (a) Decanus 499. (e)
Viennen. Galliæ Electi duo 419. (b) 421. (b) Conventus O. M. 419. (d) Monaſt. S. Petri O. S. B. 419. (b)
Vigornien. - V. Vorceſter.
Villanus Joannes Hiſt. cit. 3. (b)
Villarduini Willelmus Achajæ Princeps 241. (r)
Villæfrancæ Conventus O. M. - V. Confluentiæ.
Villelmus de Valtamſuſæ O. M. 132. (f)
Villelmus Folquini Nunc. Apoſt. 165. (c)
Vindocinen. Civitas 419. (i)
Viradesbiryen. 511.
Virdunen. Civitas 41. (d) 263. (a)
Viſen. Epiſcopus 203. (b)
Viſta quid 324. (d)
Viterbien. Civitas 548. (h) Cives cum Urſino diſcordes 568. (b) Hæreſi purgandi 389. (d) Epiſc. Philippus O. M. 242. (b) 548. (a d)
Vitriaco [de] Jacobus - V. Jacobus.
Vitrola Jacobus Ord. Præd. 83. (d)
Vivianus Ep. Ruthenen. 91. (f) 92. (d) 101. (d)
Ulyſipponen. Conventus Ordinis Minorum 95. (a) 203. (f) 205.
Umbriæ Prov. Ord. Min. Miniſter 226. (z) 268. 271. 274. 509. (c)
Uncia auri 131. (o)
Voivoda Tranſilvaniæ 180. (h)
Urbevet. Civitas 130. (e) Epiſcopus Conſtantinus 130. (h) Franciſcus 460. (n) 558. (e) Conventus O. M. 558. (f) 571. (c) 572. 578. (f) Monaſt. Clariſs. 130. (d)
Urbini Civitas 513. (b) Conventus O. Min. 513. Interdictum *ibid.*
Urgellen. Diœceſis 287. (k)
Urſini Joannes Cajetanus Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano 63. (e) 82. (a) 85. (a) 91. (e) 92. (e) 197. (b) 200. (g) 206. (h) 215. (c) 258. (b) 276. (e) 319. (a c)
Urſini Jordanus Card. S. Euſtachii 474. (h) 514. (c) 528. (k)
Urſini Matthæus Rubeus - V. Matthæus.
Urſini Neapoleo S. R. E. Card. 245. (l)
Urſini Urſus Rector Patrimonii S. Petri 329. (abc) 541. (ab) 543. (a)
Wlſinii Oppidum 130. (f)
Uxomen. Civitas 107. (i) Conventus S. Petri Ord. S. Auguſtini 107. (l)
Uzes al. Ucetien. Civitas 103. (c)

X

XAntonen. al. Santonen. Civitas 576. (d) Monaſt. S. Mariæ Ord. S. Bened. 576. (c) Conventus Ordinis Minorum *ibid.*

Y

YPoregia Bonifacius - V. Bonifacius.
Yſinum Oppidum 231. (e)

Z

ZAladien. 180. (l)
Zanchinus cit. 53. (c)
Zanæ Comes al. Zaræ ideſt Jaderæ 180. (p)
Zangati Caſtrum 517. (m) Conventus O. M. 517. (n)
Zeberti Locus - V. Comen. Conventus.
Zeurini Banus al. Swerin. 180. (i)

BIBLIOTH DE LA VILLE DE LYON

Digitized by Google